
12
25 H
10

DE BALNEIS

OMNIA QVÆ EXTANT APVD GRÆCOS, LATINOS, ET ARABAS, tam medicos quàm quoſcunque cęterarum artium probatos ſcriptores: qui vel integris libris, vel quoquo alio modo hanc materiam tractauerunt: nuper hinc inde accurate conquiſita & excerpta, atque in vnum tandem hoc volumen redacta.

IN QVO AQVARVM AC THERMARVM OMNIVM, quæ in toto ferè orbe terrarum ſunt, Metallorum item, & reliquorum Mineralium naturę, vires, atque vſus exquiſitiſsime explicantur:

INDICIBVS QVATVOR APPOSITIS,

Quorum Primus Auctores omnes, qui in hoc volumine habentur: Secundus Balneorum nomina: Tertius Capita cuiuſcunq; libri: Quartus Mirabiles curationes in his libris contentas, quæ vi ac beneficio Balneorum factæ fuerunt, complectitur.

Opus noſtra hac ætate, in qua tam frequens eſt Thermarum vſus, medicis quidem neceſſarium, cæteris verò omnibus tum ſummoꝑe vtile, tum etiam periucundum.

Cum priuilegio ſummi Pontificis Senatusq; Veneti.

VENETIIS APVD IVNTAS

M D LIII.

FRANCISCO CONTARENO ZACHARIAE EQ. F. PATAVINAE VRBIS PRAEFECTO.

THOMAS IVNTA.

Xistimauit antiquitas clarissime ac ornatissime FRANCISCE, *ei qui vniuerso hominum generi prodesse constanter perseueret, non modo non referri aut agi, sed ne haberi quidem aut excogitari saltem pares meritis gratias posse. propterea credo, quod quũ arduum admodum esse videamus, ei plenam referre gratiam qui in vnũ aliquem aut alterum beneficia contulerit, multo difficilius sit necesse est illius meritis qui publicæ omniũ vtilitati cõsuluerit, par quicquam vel inuenire vel excogitare. proinde vt Deum ipsum multo magis pia puræ ac gratæ mentis conscientia & imbecillitatis nostræ confessione, q̃ ullo alio sacrificij genere promeremur: ita homines benefici & Deo simillimi multo magis grato ac memori animo quàm ulla remuneratione delectantur. quod quamuis ita sit, omnes tamen gentes Deo certatim gratias agere contendunt, hominibus vero etiam referre nituntur. putant enim ingratæ mentis esse beneficia silere diuina: & hominum in se meritis non respondere turpe iudicant. tibi certe non nostra modo tempora, sed ventura etiam sæcula gratias agent: quòd tuo vel in primis singulari beneficio factum sit, vt ea rei medicæ pars, quæ iandudum propè deplorata iacuerat & sepulta, nostra ætate reuixerit. Hæc est, quæ medicatis aquis opem mortalibus ferre consueuit. nam tu pro tua singulari sapientia facile intellexisti, aquam nescio quo pacto cæteris omnibus elementis imperare: quippe quæ & terras deuorat, & ignes extinguit, & in cœlum quoque conscendit: atque illinc descendens salubribus pluuijs vitalem auram viresq́; herbis, fruticibus, frugibus, arboribusqúe deferat, vt iam propè omnia quæ terra summittit, aquarum esse beneficia intelligantur. itaque eodem tu ingenio, quo omnia perspicis, hoc quoque vidisti, naturam quæ nulla sui parte otiosa est, sed vndecunque mortalibus medicinas atque alimenta suggerit, ne in hoc quidem elemento cessare: sed per calentes & medicatos fontes hominum generi salubria proferre medicamenta: & illa quidem gratuita & minime periculosa. non enim ferro excidit, aut ignibus exurit, aut fame ac siti conficit, aut amaris succis excruciat, & dum noxios humores quærit educere, sanguinem quoque & vitalem spiritum exorbet: sed si quid inest membris vitij excoquit, atque amissum vigorem ita restituit, vt vere hoc summi Dei beneficium fuisse videatur. cui vt plurimum debeatur, quod fragilitatem generis humani miseratus, aquarum & fontium medicinam ex ipsis terræ visceribus prodire iussit, tibi certe non parum homines debent, quod tuo potissimum hortatu nunc demum in lucem prodeunt doctissimorum hominum lucubrationes, qui de medicinis aquarum alijs atque alijs Italiæ ac Germaniæ regionibus nascentium scripsere. parum enim prodesse poterant, si vel latuissent, vel modus vtendi*

 fuisset

fuisset incognitus. nunc auspicijs tuis vtrunque incommodum est plane sublatum. iam enim & omnes Italicæ ac Germanicæ thermæ notæ erunt, & quo pacto illis deinceps sit vtendum qui volent scire, absque vllo labore intelligent. quin ne quicquam omnino quod ad hoc singulare beneficium perficiundum pertineret, à te prætermissum videretur, egisti nuper cum his doctissimis pariter & eruditissimis viris qui medicorum istius Patauinæ vrbis collegio præsunt, vt tribus ex his qui & medicæ rei cognitione atque præstantia, & differendi facultate excellunt, de Patauinis thermis scribendi munus publice decreto mandaretur. credo scilicet id dijs volentibus, & fortuna ipsius rei medicæ ita iubente. vt, tu Patauinæ vrbis præfectus, de thermis Patauinis quod antehac, ab ijs qui huic rei non satis feliciter insudarunt, parum admodum atq; id incondite scriptum est, tuo vel in primis nutu ac authoritate ad mortalium commoda fusius deinceps ac latius scriberetur. quod beneficium sublimi, ac plane heroico isto tuo animo dignissimum, rebus à te antehac præclare semper & summa cum tua, tum patriæ & communi omnium vtilitate gestis, est consentaneum. qui ex ea gente prodijsti, quæ nihil nisi magna & omnibus vtilia facere aut cogitare consueuit: & ex qua quasi seminario quodam huius reip. plures principes, plures patriarchæ, plures propemodū quàm ex vlla alia, imperatores prodierunt. qui cum omni laude maxime celebres, tum rebus ab se bello fortiter ac præclare gestis clarissimi, vniuersam hanc remp. suis suorumq; monumentis refersferunt. quam ob rem vt illa enumerare nullo pacto ausim, ita hoc affirmare non vereor, nullam ex omnibus tuis laudibus, quæ multæ & maximæ sunt, vel maiorem, vel patriæ vtiliorem existimari oportere, quàm eam, quam proxime ex istius Patauinæ præfecturæ benegestæ administratione consequeris. præclarum est in amplissima patria toto terrarum orbe celeberrima, nobilissimo atque eo ornatissimo genere esse prognatum, & ijs maioribus insignem, qui non gentem modo suam, sed patriam, sed vniuersam rempub. reddere illustriorem possint. at hæc communia tibi cum multis sunt: ea tantum tua sunt, quæ tu te ipse tua virtute perfecisti: & quorum gloria in te vnum tantummodo redundabit: ideoq; silentio prætereunda. itaq; hoc loco non cōmemorabo DOMINICI CONTARENI *fortissimi principis virtutem, qui cum ingenti vi nauium in Dalmatiam missus, Iadram quæ ad Croaciorum regulum defecerat, obsidione cinxit: cinctam operibus expugnauit: effecitq; vt peropportuna illa tantæ expugnationis fama cæteræ vrbes in fide vestra continerentur. Omittam eximiam* IACOBI *principis fortitudinem, qui tantæ authoritatis fuit, vt cum primum reip. gubernacula accepit Genuenses bellicosissimi viri, qui per id tempus mare plurimum poterant, illius in re bellica virtutem ita timuerint, vt onerariæ naui restituta orientalibus mercibus onusta, quam per iniuriam & audaciam eripuerant, ne sibi acerrimum à Principe bellum indiceretur, ad quas ille voluit pacis conditiones descenderint. Omittam quanta sedulitate Iustinopolitanos in officio cōtinuerit: quanta animi magnitudine Anconitanum bellum gesserit: vt non iniuria magna his præclare gestis rebus, apud omnes gentes huic reip. parta sit gloria: magna Veneto nomini authoritas accesserit: atq; ita sit aucta, vt non sine causa iam tot annos maris imperium illi concessum sit. Omitterem pari quoque silentio* ANDREAM CONTARENVM

sapien-

sapientissimum principem, nisi illius me singularis prudentia reuocaret. qui summa virtute præditus, tanta animi moderatione fuit, vt omnium gentium, omnium seculorum facile virtutes superarit. hic omnium primus suo exemplo ostendit, nequis temere adire remp. neue vllam dignitatem priuato magis quàm publicò commodo adductus, suscipere audeat. defuncto nanque M A R C O *Cornelio principe in Patauinum agrum vbi fundum habebat, tandiu vrbe absuturus concessit, quoad noua alterius ducis declaratio secura esset. sed cum ad capescendam, quam illi respub. detulerat dignitatem, neque publicis neque priuatis amicorum literis in vrbem retrahi posset, cognatorum quidam qui ad eum ire iussi fuerant ex senatus sententia, qui omnia illius bona se publicaturum in exiliumq́; illum acturum minabatur, vix tandem vt sententiã mutaret, impetrarunt. Nam quid ego* M A P H A E V M, L V D O V I C V M *& postremo* A N T O N I V M C O N T A R E N O S, *huiusce vrbis Patriarchas, summæ integritatis & religionis viros, commemorem? quos vitæ & morum sanctitas ita illustrauit, vt nullius commemoratione amplius indigere videantur. sed vt illa libenter omiserim, ne annales vestros huc videar transtulisse, ita silere nefas arbitror aut* N I C O L A V M *proauum tuum, qui apud Allobroges pro patria legatum agens fato functus est, aut* F R A N C I S C V M *auum eloquentissimum pariter & iure consultissimum ac grauissimum senatorem: qui ex Senensis legationis laboribus contracto graui morbo vix bene reuersus in patriam diem suum clausit: & eximia integritate præditus, huic reipub. magnis in rebus magno vsui fuit. sed ne de* Z A C H A R I A *quidem patre tuo clarissimo & ornatissimo equite sine graui piaculo silere posse me existimarim. qui quàm præstanti in hanc remp. animo fuerit, vel ex hoc facile cognosci potest, quod præter omnes cum vrbanos, tum prouinciales magistratus summa cum laude gestos, præter innumeras propemodum legationes feliciter, & ex ipsius Senatus sententia obitas, Cremonæ Prætor quo tempore miserrima illa clades ad Abduam infeliciter accepta est, nihil non fecit, vt eam ciuitatem à defectione deterrendo in fide contineret. sed cum aduersæ factionis studia plus posse quàm recta consilia vir prudentissimus animaduertisset, nec repentino quodam furore tumultuantibus vllo pacto resistere posse intelligeret, Deum ruptorum fœderum, & violatæ fidei conscium testatus aliquando vltorem fore, in arcem se contulit: & arcis custodem, quem numerosa fortissimorum militum manu, sed non satis fidorum, armatum inermis ipse non poterat cogere, hortari non destitit atque orare, vt arcem illam quasi propugnaculum, & claustrum quoddam Veneti imperij summa, vt fides exigebat, ope defenderet: nec repentino illo tumultu territus, spem temere deponeret, sed secum identidem cogitaret eam reipub. esse fortunam, vt vinci prælio posset, bello non posset. meminisset Martem belli esse communem: Romanos amissa vrbe, capitolij tantum arce seruata, non ita multo post Camilli virtute Gallorum castra cepisse, & ademptam vnâ cum imperio vrbem recuperasse: gentem illam primo tantũ impetu timendam: mora facile frangi. Pœnos capta magna Italiæ parte cunctatione Fabij Maximi paulatim cedere didicisse. sperandũ potius ex ijs quos antea passi erant laboribus, fore vt arce illa ab hostium incursibus cõseruata, vrbs quoque ad sanitatem rediret: & quæ præ metu à vobis ciuitates defecerant, in fidem pristi-*

nam deditionemq́ ita reuerterentur, vt quæ violenta atq́ inopinata vnius prælij tempestas abstulerat, ea propè omnia in potestatem vestram breui redigerentur. nihil denique quod à viro fortißimo & patriæ amantißimo desiderari posset prætermisit. at ille arcis custos rerũ imperitus, ac nimis timidus, nihil de reip. cõmodis, sed de sola salute sua cogitãs, contra hortari cœpit, vt faciendæ deditionis socium se exhiberet. quod ille cum facturum se constantißime negasset, ac mortem potius aditurum dixisset, deosq́ & homines testaretur antiquiorem sibi omnibus commodis & vita ipsa esse honorem atque vtilitatem reipub. ab ijs qui pecunia corrupti fuerant, hostibus traditur: à quibus in intimam Galliam ductus, non ita multis post annis apud Marcosios Parisiorum, morbi vi sublatus est: non minus bene de patria meritus, quàm si fortiter pugnando occubuisset. ac si decorum est pro patria mori, vix vllum inuenias, cuius fuerit mors honestior. qui enim pro patriæ commodis atque honore contendens in seruitutem tractus est, atque in ea mortem oppetijt, pro patria mortuus esse, & vltimum spiritum in reip. gratiam effudisse iure dici potest. Sed inter ea quæ vir clarißimus ad communem omnium vtilitatem præstitit, id non postremo loco ponendum arbitror, q̃ te talẽ filiũ, se multo præstantiorem genuerit. qui vt primum ad remp. accesßisti eos statim magistratus adeptus es, qui ad reliquos honoris gradus iter esse consueuerunt: quos omnes tu ita gesßisti, vt omnes maximis te sint laudibus prosecuti, maioribusq́ alijs dignum subinde existimarint. Et quoniam tua virtus, vt ignis qui naturæ suæ viribus vltro se ostendit, non humili, neque obscuro loco vnquam latuit, sed quadam quasi in specula excelsa atque illustri loco posita fuit, vnde reipub. opem ostentare videretur, iccirco quadragesimo ab hinc anno reipub. admotus magnis & continuis (vt Phocion ille Atheniensis) publicarũ rerum occupationibus districtus fuisti. Itaque cum primum Ferdinandus fuit de more Romanorum Rex consalutatus, tu tanto totius Senatus consensu ad eum orator delectus es, vt cum prudentia & morum maturitas ætatem longo interuallo superaret, nemo tamen annorum in te numerum (quod in cæteris fieri solet) sed rerum multarum vsum spectandum putaret. apud quẽ tanta & gratia & authoritate floruisti, vt maximus & sapientißimus ille Rex charißimũ te semper habuerit: ac tanti virtutes tuas fecerit, vt Margharitam filiam christiani fontis lauacro à te suscipiendam curauerit, & sapientis appellatione semper deinceps nominarit. Quid? nonne quum oratori qui apud Carolum V. Imperatorem reip. nomine bienniũ fuerat, successor dandus esset, nemo in tota vrbe te vno aptior inuentus est: qui paulo ante ad fratrẽ legatus ita vniuersi Senatus votis satisfeceras, vt ad Carolum in Germaniam deberes iure destinari. vt qui Deorum immortalium voluntate ad hoc munus natus eras, vt Reges, ac Principes maximos non solum huic reip. socios & amicos faceres, sed illorum veterem quoq; necesßitudinem, quæ illis cum hac rep. dudum intercesserat, tua prudentia & opera non seruaretur solum, sed etiam augeretur, ad Imperatorem post hominum memoriam longe clarißimum merito orator mittereris. à quo discedens & summam beneuolentiam, & clarißima genti tuæ insignia reportasti. Itaq; non commemorabo quot quantisq́ deinceps reuersus in patriam laudibus exceptus sis, quantis auctus honoribus: vt nihil non tantæ isti virtuti tuæ, & in patriam pietati deberi videretur. Nam quid dicam, quod ad Franciscum Galliarum regẽ

non

non ita multo post orator designatus, vt nullum non patriæ, quæ ipsa vita tibi charior semper fuit, officium præstares, itineri te statim accinxisti? neque aut ingrauescentem iam ætatem, aut itineris difficultatem, aut anni tempus incomodum respexisti: non PATRIS, qui in ea prouincia pro patria mortem obijt: non PROAVI, non AVI tui, qui in legationibus mortui sunt, casum timuisti. quam ob rem tantam istam tuam in patriam pietatem admirati patres, ab eo te periculo retraxerunt: & vt sapientia atque opera tua diutius vti possent, è reipub. vsu fore cognouerunt, vt qui summo consilio et integritate præstabas, difficillimis temporibus rempub. domi potius administrares quàm foris. nihil enim in te quod in optimo Senatore requiritur est vnquam desideratum. eloquentia tu tum naturæ dono insita tum summo studio comparata floruisti: singulari etiã quodã dicendi genere atque incredibilis memoriæ laude ita excelluisti, vt omnes in tuã sententiam adduxeris. itaque te statim in eorum ordinem asciuerunt, penes quos est reip. domi administrandæ facultas maxima. qui de summis quibusque rebus ad reip. statum pertinentibus prius inter se disceptant, ac deliberant, quam ad Senatum referatur: quo in magistratu te patriæ tuæ adeo vtilem præstitisti, vt is postea tibi perquam sæpe sit delatus. Et postremo, vt finem faciam, Iulium III. Pont. max. initio pontificatus ipsius vnà cum alijs tribus ornatissimis viris orator adijsti reip. nomine gratulatum profectus, dij boni quanta cum laude? tanta, vt vix alterum tibi in hac fungendæ legationis gloria parem inueniamus. Nunc autem cum Patauinæ isti vrbi præfectus sis, vbi admirabilis quotidie mansuetudo, inusitata atque inaudita clementia, in summa potestate modestia, liberalitas vero ac munificentia tanta, vt vel hac vna virtute tuis maioribus te dignum non probes solum, sed longo etiã interuallo eos antecedas, tanta insuper in rebus omnibus sapientia perspicitur, vt quasi numen de cœlo delapsum te tota isthæc ciuitas veneretur ac colat, & prouinciæ tuæ nimis festinos fuisse menses coqueratur, quid non sperandum ab dijs immortalibus, vel potius expectandum? quos si humani generis curam gerere, vt christiana nos pietas admonet, certo credimus, eos tum demum patriæ, tum demum Venetæ reip. consuluisse intelligemus, quum hoc quicquid boni est, id totũ ad maiora negotia procuranda ita couertent, vt tuis virtutibus, tot ac tantis & tuis & tuorum pro patria susceptis laboribus, tot in vniuersam remp. beneficijs, debitum tibi in rep. principem locum concedant. Nunc, quoniam qualiacunque sunt, quæ de balneis ac thermis hinc inde collegimus ac in vnum redegimus, ea omnia virtuti tuæ accepta referenda sunt, boni consulas rogo. quæ omnia tuo nomini ideo inscripta & dicata in manus hominum perueniunt, vt, quod beneficium habemus maximum, eius beneficij, vt par est, authorem agnoscamus: & quantum vel hoc vno nomine tibi & publice & priuatim debeamus, noscat posteritas.

Vale. Venetijs Tertio Nonas Iulij.

M D L I I.

AVTHORES, QVORVM INTEGRI LIBRI HOC volumine continentur, vel ex quorum Commentarijs, ea quę ad Balnea et Aquas pertinent, desumpta sunt omnia.

Finis.

BALNEORVM NOMINA

Quæ hoc volumine habentur.

de

Finis.

INDEX CAPITVM omnium, seu Summarum quæ sunt in hisce authoribus, quibus in hoc volumen vsi sumus.

Miracula

Marina

EX HIPPOCRATE ET GALENO.
De balneis.

Quid

Finis.

MIRACVLOSAE curationes aliquot & beneficio & vi balneorum effectæ.

Ex Michaele Sauonarola, libro primo, cap. iiij. De balneo oleagineo. *car. 7. col. 1.*

Albertus à sale, miles Ferrariẽsis, cum calculosus esset, & pluribus in horis à calculo vexaretur: meo cõsilio balneum olei temperatum ingressus, sic vijs mollificatis, & calore naturali confortato, illico à dolore & calculo euasit.

Ibidem.

Ambrosius miles Pisaurinus cum lapidem grãdem in medio virgæ magno cum dolore teneret: me consulente virga sic in balneo olei detenta, & via mollificata, spacio horarum quatuor exiuit. nam de incisione virgæ apud medicos suos spe destitutos mentio fiebat.

Libro secundo, de balneis montis Grotti, Rubrica quarta. *car. 18. col. 4.*

Hebræus quidam cum diu pectoris dolore laborasset ex causa frigida, plurimaq; medicamenta tentasset, quibus minime iuuabatur, ad duciam huius balnei eum trãsmisi, pectus percutientem, & diuino interueniente auxilio sanatus fuit.

Eodem libro, rubrica quinta, de balneo Sancti Bartholomei.

Vir quidam Feltrensis nomine Petrarca, nodositatem & duritiem in genu habebat, cum prius dislocatus foret in genu, & plurimos nõ dico restauratores, sed destructo res sic expertus foret: qua ex re ob dolores pluries receptos materia multa fluxit, & in loco retenta, & frigidis medicaminibus applicatis indurata, absque baculo & ferula ambulare non potens, sic duos annos transiens, ad hæc balnea meo consilio accessit. & ex his spatio dierum quindecim tantum recepit iuuamentum, vt demum absque baculo & ferula rediret.

Ibidem.

Inuentum in libris est, quendam Estensem Marchionem à podagra & doloribus podagricis ac iuncturarum per hæc balnea fuisse liberatum.

Ibidem.

Ego vidi ex duritie genu quendam, qua duritie impotens ad ambulandum reddebatur, horum balneorum beneficio percurari, vt actum.

Ibidem.

Dominus Aquileiensis Cardinalis totus contractus cum esset, ex his balneis ita iuuabatur dum in eis esset, vt veluti sanus totus moueretur.

Ibidem.

Georgius Pisanus de Sancto Cassiano à sua neruorum cõtractione notabiliter conualuit, ob eorum balneorum beneficium.

Eodem libro, de balneis Pisarum, Rubrica vndecima. *car. 22. col. 4.*

In hoc balneo curatus est Nicolaus Florentinus macerrimus propter debilitatem virtutis attractiuæ cum fluxu hæmorrhoidum.

Item alius curatus fuit ex fluxu stomachico.

Item alius è fluxu hepatico.

Item alius ex ardore vrinæ.

Item alius ex podagra liberatus fuit: & ex pluribus alijs morbis nonnulli, de quibus in capite de balneo de Auinione dicetur.

Eodem libro, Rubrica xiiij. de balneo Vallis Chaim vel balneo Dominarum. *24. 3.*

Hoc balneum specialem commendationem recipit in passionibus matricis, disponendo eam ad conceptionem, illam mundificando, abstergendo, & confortando, quod intellige ex causa frigida & humida prouenientibus: & menstrua prouocat. prohisq; passionibus mulieres in dies ad id vadunt.

Ibidem de balneo Cruciatorum.

Multi ambulare non potentes, ex huius balnei vsu curati sunt.

Eodem libro de balneis Carpensibus. Rubrica xxiij. *27. 2.*

Compertum est calculosos multos & colli vesicæ excoriationem patiẽtes & huius balnei aqua & potione liberatos fuisse.

Ibidem, capite, An salubrius est vno tempore magis quàm alio ad balnea proficisci.

Non disconuenit corpora pro causa necessaria tempore hyemis se ad balnea transferre, vbi aer cameræ bene disponatur, & locus totus, & custodiant se à frigore & huiusmodi. nam de his experientiã habui

in

in duobus Ducibus exercitus Venetiarũ, Comite.s.Carmignola & Gatta melata. hi enim ambo paralysi affecti fuere, pro quo morbo etiam aliorum doctorum virorum consilio, balnea mense Ianuario sunt profecti, & ego cum eis, & hi mirabiliter conualuerunt. Carmignola ętate.xlviij. annorum ferè, vsque ad sanitatem pristinam. Gatta melata vero ætate annorum. lxvi. nimis bene conualuit. & potior successit sanitas quàm sperabamus. Et fieri feci balneum in tina & in camera. Vsus hic particularis balnei etiã alijs in temporibus, cum adest ex parte ventorum aut pluuiæ aeris intemperies, commendandus est. Potest enim melius moderari in caliditate quàm in potentia. quoniam in maiori quantitate aquæ est maior potentia, in minori minor, cum potentia rei habet attendi penes multitudinem formæ. Circui balneum asseribus, & superius cooperiebatur, ne aer frigidus ludere posset.

Ex Bartholomæo Montagnana. Cap. v. De situ, aspectu, operationibus, proprietatibus balnei Sancti Bartholomæi. 38.2.

Reuerẽdissimus Cardinalis Aquileiensis, contractus omnino erat pedibus, genibus, brachijs. & ipsum intrare hæc balnea iussi. et ego vidi, tetigi, percepi in prędictis aquis membra sua æque bene distendere, ipsum rectum stare, ac si fuisset iuuẽculus. extra tamen aquas non diu perseuerabat possibilitas tensionis illã: cuius causam peritus physicus facile pronunciabit.

Ibidem.

Adhuc etiã anno ante hunc immediate virum nobilem Georgium de Sãcto Cassiano Pisanum, ad Azemena perductum, notabiliter conualere vidi. & alia exempla quàplurima tradere possem. sed dimittantur ne hypocrisi imputentur. & tu vide secundum, qui viuens testis existit.

Ex Guainerio. De balneis Aquensibus. Cap. 19. 44.2.

Vt balneorum istorum Aquẽsium proprietates vobis notę sint, quibusq; particularibus ægritudinibus conueniant: quos vidi equidem effectus, referam. Illustrem Mantuanum Marchionem menses.vij. podagricus dolor sine interpellatione molestauerat, & adeo crudeliter, vt coacti medici non solum domesticis stupefactiuis vsi sint, sed interdum opij drach.ij. cum chamæmelino concutientes, pedem non solũ semel, sed pluries embrochauerunt. remittebatur dolor, sed in totũ potuit amoueri nunquam. miror cur ex embrochatione illa tam continua pes vitam nõ perdiderit. Prefatus dominus terna vice balneatus dolorem ex toto perdidit. vt tamen mẽbrum vlterius confortaret, & omnem malã qualitatẽ, siqua derelicta fuisset, amoueret, pluribus se item vicibus infrascriptum obseruans ordinem balneauit. nàm sero tibias in cœno extrinseci balnei per mediam amplius horæ partem, ad genu vsque tenebat. mane vero balnea ciuitatis intrabat. Isto nanque obseruato regimine, infra dies.xx. dolor eum ex toto dereliquit. & isto tempore fuit vltra solitum impinguatus.

Estensis Marchio podagrico dolore sæpe detentus, ex balneis ipsis proficuũ grande suscepit.

Quidam Casalensis ex dolore genu iam annis aliquod trãsactis, sine baculo ire nequaquam poterat, magna item cũm pœna. is in ciuitatis balneo mane intrans cum sero tibias intrinseco cœno tenens, in die decima baculum deseruit. dein sine pœna quo voluit, iuit.

Parmensis quidam propter casum equi super pedem, iam elapso vno anno claudicabat. pedem indignatum habebat. & sine magno dolore nõ incedebat. is tam in balneum quàm in cœnum pluries intrãs, fuit sanitati restitutus.

Ibi quidam conciuis meus aderat, qui propter quandam chronicam ægritudinẽ iam decem annis tibiarum dolore poterat perire, quæ persæpe etiam tumescebant: cũ tam in cœno, q̃ balneo, inscriptum ordinẽ per.xij. solum dies obseruasset, Papiam liber accessit.

Armiger quidam ob varias percussiones manus flectere nequibat. post tertiam balneationem, liberum motum manibus pro libito dabat.

Quidam velut Stephanus lapidatus, tam brachium q̃ manum paralyticam habebat. is vt pręcepi, nucham sibi embrochauit. & in.viij. diebus liberatus fuit.

Alius antiquum tinnitum aurium patiens,

tiens, super caput embrochã recepit. & in totum tinnitus ille recessit.

Quidam ob antiquum catarrhi descensum asthmaticus, adeo male in anhelitu affectus erat, vt vix ire posset. is interdũ balneum ingressus est, & aliquando ceruicem embrochauit, quandoque vero summo mane aquæ fontis pintam vnam & vltra bibebat. sed mane illo balneum non intrabat. is in xv. dierum spatio, anhelitũ cum dei auxilio recuperauit, & curatus est.

Calculosus quidam de aqua illa copiose bibens, arenularum copiam emisit.

Colicus ex aqua fontis clysteres cũ oleo & benedicta aliquod vicibus recepit. qui muccosæ materię quantitatem magnã cduxerunt. & statim liber factus fuit.

Alius è defectu lapidis mingere non valens ad tertium vsque coelum lamentabiles voces mittebat. is ex aqua copiam bibens, die eadem lapidẽ ad extra in frusta emisit.

Alius leprosus existimatus, per dies.xx. se quaque die balneauit & emendatus fuit.

Dominus Iacobus de Insula Virboriana Cardinalis totus arteticus erat. ob id equitare vel ambulare negbat. is ad nostra balnea in lectica deportatus fuit. & ordinate se balneans infra dies paucos sanus factus fuit, & Ianuam robuste accessit.

Nobilem quandam mulierem quæ antiquũ vuluæ casum adeo periculosum interdum patiebatur, vt suffocari persæpe crederet, ad hæc balnea misi. hæc semel in die ceruicem embrochabat. & semel etiam se balneans libera domum redijt.

Ascititicam his aquis balneari iussi. hæc etiam mane pintam vnam illius aquæ bibebat. & die alia in vesperis solum balneum intrabat. aliquando tres aquæ pintas mane bibebat & per dies.xl. hoc continuans, & se interdum balneando liberata est.

Mulier quædam ob antiquũ menstruorum alborum fluxum nunquã potuit concipere. & erat interdum materia illa adeo fetẽs vt ipsamet odio seipsam haberet. purgata, ad balnea hæc iuit; hæc nõ iussu meo, sed sponte sua persæpe de fontis aqua bibebat. & illis albis menstruis expurgatis, cum domi fuit, prægnans facta, puellum enixa est.

De his nostris balneis miranda recensere possem. quorum partem ipse vidi, & partem à fide dignis accepi. sed si ea omnia describere vellem, tædio nimio legentes afficerem. igitur satis.

Ex Vgulino de monte Catino, Capite Cur balnea calida sint. 47.4.

Non ignoro tamen esse balneum frigidissimum actualiter iuxta ciuitatem Pisarum ad tria milliaria, tantique rigoris vt introeuntes per lõgum tẽpus tremore quassantur, quod multę mulieres steriles ingrediuntur vt proli fiant aptæ. Cuius rei testis ipse sum, quòd per annos quinque supra viginti in Pisarum vrbe commoratus tempore magnifici domini Petri de Gambacurtis, cuius & filiorum & ciuium physicus fui, multas mulieres ex sterilibus prolificas vi huius aquæ effectas cognoui. Inter quas annumerare possum vxorem meam, quę per.xx. annos non conceperat, & post balnei huius ingressum sequẽti anno prægnans effecta, masculum filium peperit. Cuius causam inferius referabo.

De balneis Villæ Corsennæ Lucani comitatus. 49.2.

Testimonium afferam eorum quæ vidi. Misi ego ad hoc balneũ ciuem vnum Lucanum qui dicebatur Ioãnes Testa, qui passus fuerat dolores colicos & tandẽ ad neruos materia mutata ex colica liberatus fuẽrat, vt nonnunquã euenit; & factus est mollis in vniuerso corpore prçterquam in lingua. Accessit igitur meo consilio stãtibus ibi niuibus adhuc febricitans aliquantulũ vt immenso suo desiderio satisfacerem. is itaque in primo introitu præsente me, cœpit mouere digitos & manum, & antequam recesserit, fuit integre liberatus, & equester recessit ad vrbem profectus, & salutis peruenit, cum tamẽ moram in balneo per dies quadraginta protraxisset.

Fui præterea cum Ioanne Galeatio Fauentiæ domino & compatre meo, qui diutina podagra vexatus pollicem dextri pedis plicare nõ poterat, is ante recessum nostrum, rigore illo digiti liberatus est.

Per id tẽpus Petrus Ioannes aromatarius cõsilio meo vsus, se ex Florẽtia ad illud balneum deferri fecit. is affectus erat podagræ doloribus, & iũcturarum vulneribus: erat ex toto perditus, & virtute membrorum motiuã destituebatur. Is me præsente in secundo balnei introitu cum aliquo adminiculo

niculo ambulare cœpit. & ad viginti dies Florẽtiam valide equitauit. steterat autem plures menses immobilis, hac ægrotatione præpeditus.

De balneis comitatus Pisarum.
de balneo de Aquis. 50.2.

Vidi ego multos in vsu balnei huius hydropicos & ictericos curatos.

Vidi multos macilentos impinguari.

Iuuenis quidam Nicola domini Verij de medicis pessime dispositus erat in nutritiuis omnibus. stomachum debilem habebat, & per indigestionum sæpe lienterias incurrebat. hepar calidum. cuius virtus attractiua debilis erat, et ob id corpore macilento, quod ob hæmorrhoidas affligebat. Hũc bene purgatum ad balneum de Villa Lucæ prius accedere iussi, ex quo non modice iuuatus fuit. Medici dicebant nunquã illum viuum rediturũ, si ad illud balneum accessisset. Accessit. tandem è iuuamento percepto me exaltauit plurimum, multisq́ annis continuauit accessum.

Dominus meus Malatesta de Malatestis Pisauriensis pessime dispositus erat in nutritiuis, & per annos. xiiij. fuerat à fluxu stomachico vexatus, erat & fluxus hepaticus, oppilatiuus maiori ex parte, nec absoluebatur à cerebrali, & corpore extenuato hæmorrhoidas patiebatur & ardorem vrinæ & renes habebat calidissimos, & pessime dispositus erat, erat & podagricus. Cœpi ab aperitiuis, quæ statim profuerunt. postremo iussi vt hoc balneum accederet, quamuis medici alij reclamarent. Iuit & mire conualuit.

Ex Paulo Parauicino. De balneis Masini. 195.4.

Vir nobilis Andreas Peregrinus verissime testari potest, quã luridas, quam breui latas & genitales pectoris sui maculas, solis his aquis deleuerit, totumq́ corpus sine strigili & olearia ampulla, miro quodã inducto candore fucauerit.

Item Caspanensis quidam nobilis, turgescente in eo leucophlegmatia, & liuentiore vniuersum corpus occupante sanguine, de salute desperabat. sed horum balneorum vsu citius quàm quis credere posset, pristinæ sanitati restitutus est.

Vidi ego iuuenem sente acutissimo in pede saucium, dolorem et inflammationem maximam, tota etiam tibia rubente, & supra modum turgescente, patientem, solis his aquis superfluentibus. viij. dierum spatio sanitati restitutum.

Vidi equos vlcerosos, & vt equarij medici dicunt, verme, nullis alijs medelis expugnabili, suprapposito harum thermarum cœno quàm breuissime curatos.

Vidi rem quasi incredibilem, quandam mulierculam, sita male disposita & suffulta domo ruente, à tichnis & lapidibus cæterisq́ ruinis comminutam, fractam, pertusam, & ferè exanimem, in his positam balneis conualuisse et reuixisse. bis enim quotidie in ea balnea ferebatur, opportuna & irreprehensibili victus ratione vtẽs, vnde instaurata, & in pristinæ suæ sanitatis statum, non sine omnium admiratione redacta est. Hoc solo excepto quod lõgo postmodum tempore obsurduit, misella, hoc pacto luxata membra reduxit, molopas, vibices, & quæcũq́ sugillata solo hoc malagmate emendauit, hoc pastillo & cataplasmate tantam doloris molestiã leniuit, his deniq́ emplastris, vulneribus suis callum obduxit. Tanti miraculi testis nõ obscurus inter cæteros est vir Magnificus & insignis Ioannes Iacobus Porrus Patricius Mediolanensis.

Vidimus & tabidos quosdam, fragiles, ficulneos, quinimmo biliosa febre laborantes, qui in has aquas descendebant, & diu immorabantur, breui ita pinguescere, vt cunctis miraculo fuerit.

Quantum vero arthriticis, ischiadicis, conuulsis, distentis, resolutis, tremulis, spasticis, neruiceisq́ omnibus subueniant, exprimere facile non possum. ob hæc autẽ corporis vitia potissime celebres sunt, & omnium ore versantur.

Testari hoc pulcherrime potest vir nobilis Dantes Bellunensis, larij nostri accola. qui syderatus & omnium corporis partium motu priuatus, his balneis ita conualuit, vt nũc in vniuersum viribus polleat, nisi q dextræ ni fallor, pernæ musculi contractiores, rigidioresq́ deambulãti illi tantillum adhuc impedimento sunt.

Andreas Caluus municeps meus huius rei testis est locupletissimus. cui post molestissimos coxẽdicis dolores, frigido intus & extra adstringente humore, femur adeo

riguerat,

riguerat, concretis cum gelu musculis, vt nullum medicamenti genus pręter balnea hæc, sensum excitare potuerit.

Ex Ludouico Pasino Patauino. 198.3.

Quòd ex potu aquarum mineralium sanantur calculosi, locupletissimus testis est Speronus Speronius nobilis Patauinus, qui ex potu aquarum Aponensium ex toto liber remansit à calculosa affectione.

De balneo Sancti Georgij. 201.4.

De hoc balneo à fide dignis relatum est in pręsentia Reuerēdissimi Cardinalis Senensis de Picolhominibus qui tūc ibi erat, quòd mense Maij & Iunij. 1533. à quodam milite Triuiano, ferrum quoddam extractum fuit quod sub genu erat infixum, & ab alio pila plumbea ex cauilla: à Molēdinario puncta partisanæ quæ erat coxæ infixa, à Comestabili Florentino. 24. squamę ossis. Amplius à quadam muliere de Lerona, quæ putridū crus habebat, id totum abscissum est, & conualuit virtute balnei.

Ex Alcadino de balneo S. Luciæ. 205.2.

Vidi egomet maiora fide, q̄ venerat orbus,
Discussis tenebris, retulit inde pedem.
Tinnibant aures, remeauit sanus vtraq;.
Cępit & auditum, qui modo surdus erat.

De balneo de Cruce.

Vidi ego cui fuerat quōdā manus arida dextra,
Nec poterat positos tollere ad ora cibos.
Viribus huius aquæ paruo post tpe sanam
Huc illuc lætum vertere sæpe manum.

De balneo Sancti Georgij. 206.

Hoc bene cōtestor, qdā cū mingere vellet,
Euomuit lapides virga coacta duos.

De balneo Pugilli Ibidem.

Aridus huius aquę, baculis aduectus amicis,
Discessit baculi nulla ope sanus egens.

Ex Ioanne Elysio Neapolitano.
De balneo Gurgitelli. 212.2.

Hoc balneum, vt asserunt incolæ, extraxit ferrum è corpore cuiusdam, quod per annum in pectore hęserat, nec extrahi potuerat.

Ex Bartholomæo Taurinensi.
De balneis Aquensibus. 249.3.

Paralyticos duos vidi sanitati restitutos huius solius remedij auxilio.

Vidi plurimos qui ob acceptum in genu, aut in cubito vulnus materiæ copia in eam partem fluxerat, quæ oedematosum tumorem excitarat, à quo aut brachium aut crus adeo rigida detinebantur, vt earum partium motū perdiderint, pristinum motum omnino recuperasse.

Finis.

DE BALNEIS ET THERMIS NATVRALIBVS OMNIBVS ITALIAE, SICQVE TOTIVS ORBIS, PROPRIETATIBVSQVE EARVM,

Ad Illustrem Dominum Borsium Estensem Castri noui Tortonensis Dominum,

Michaelis Sauonarolæ, Illustris Principis Domini Leonelli Marchionis Estensis Physici, Libellus.

PROOEMIVM.

CVm generosum animũ tuũ, quæ maxime delectarent, mi Illustrissime domine, mecum animo sæpe cogitarem: verbaque ardenti animo repeterem, quę grauiter non raro te dixisse memini, Inter res principũ gloriosas, corporis sanitatem locum obtinere non mediocrẽ: id mihi in mentem venit: vt quædam ad te conscriberem, quæ ad tuæ exoptatæ sanitatis robur maximum accedere sentires: vt vitæ tuæ prolongatio q̃ mihi cara existat, sic facile intelligeres. Nam in longęuum à Deo optimo duci sic mortales omnes cupere affectareq; deberent, cum excolendissimæ virtutis, ac virtute præditorum hominum nõ mediocris amator habearis. Tua equidem sententia apud omnes principes extollenda nimis, & grauissima semp esse deberet: quia nullus fortunæ successus, & omnium sensuũ dulcis ac nimis blanda dilectio, sanitate deficiente, per q̃ grati esse possunt. Nec.n. humanorum omnium actuum stabilis ac gloriosa sedes est, quam colere stricteq; amplexari, firmiter tenere, principes maxime omni cum studio, cura, diligentiaq; deberent. Nam tanta fuit apud veteres philosophos dignitas eius, & excellentia: vt nonnulli veram hominis felicitatem esse prædicarint. Qua ex re dignos medicos principes extollere, cæterisq; præferre deberent: & ita muneribus eos obligare, vt in eorum sanitatẽ omnis sua cura omneq; suum studiũ, alia omnia postergando, conuerterent. Neque hoc in loco prætereibo quod memoria dignũ facio, à magnifico Pandulfo Malatesta actũ, qui cum pluriũ ciuitatum Brixiæ, Pergami, atq; Fani dominus esset, Magnificos dominos hos ad cõmensandum accersiuit. Illustrem, videlicet Nicolaum Marchionẽ Estensem, Ioannẽ Franciscũ Mantuæ primum Marchionẽ, Carolum Ariminensem de Malatestis, Malatestam de Pisaurio, Malatestam de Cesenis, quos in mensa, suo certo cum ordine collocauit. Stabat.n. extra digniori in loco honorata sedes, quam cæteri eum occupare debere putabãt, & admirantibus his quos sanitatis dignitas latet, Iacobum Rheginum à variis nominatũ, famosum physicum suũ manibus traxit: et illum ea in sede magnifice locans inquit: Sede hic nostræ sanitatis gloriose pater, quẽ magnificare extollereq; principes omnes sic deberent. Quod enim nobis regnum est sanitate vacante? Cumq; cerebrum stomachusq; tuus nõ mediocri humiditate abundet, & totius habitudo humida sit ac parumper carnosa: quorum dispositionibus

B sic lapsis balneum quãplurimũ salutis afferre iudico: cum & ratio & experimentũ ad sic iudicandum mihi facile suadeant: Arbitratus sum sic de ipso annexisq; suis ad te scribere, vt facile tua illustris dominatio sententiã meam hanc cõmendare, extollereq; valeat. Nam res hæc ita tibi spero plana fiat, vt prope alterius iudicio non egeas. Verum consilium Medicorum tuorũ non spernas, quos dispositionum corporis, temporũ, locorũq; varietates nõ latent, quæ ad diuersa prosequi Medicos sæpe compellunt. Eritq; libellus hic tibi vt spero gratissimus, cum in dies & horas sic legendo doctior euades: & in his pręcipue quæ te maxime delectabunt: & plurima laude ac memoria di-

C gna, magnaq; sub paruo titulo inuenies: Cõmunitatiq; hominũ fructuosissimus erit, quẽ & literis latinis & vulgari sermone conscribã, vt etiam apud quos literarũ cognitio latet, gloriosum nomen tuũ effundatur, apud quos & libellus maiorem sibi vendicabit authoritatẽ, q̃m erit tuo nomine sic insignitus. Et vt tibi magis cõplaceam, quod summe cupio: quædam de balneo aquę simplicis calido & frigido, vinoso, oleagineo, lacteo, sicco, aereo, & igneo in hoc nostro codice congregabo:

gregabo: vt præsentibus & posteris opus hoc fru-
ctum nõ mediocrem sit allaturum, quod in duos
diuidam libros. De balneo nanq; de quo actũ est,
& eius annexis, primus erit. De naturali autem et
artificiali, secundo dicetur loco. Et anteq̃ ad in-
stituta prosequar, dominationem tuam obsecro:
vt æquo animo patiatur, si quandoq; ad quædam
medicinalia digressionẽ fecero. Nam cum ea fru
ctuosissima ac tibi periucũda futura sperem, etiã
te non mediocriter delectabũt, auidioriq; animo
libellus hic perlegendus sic exoptabitur. quo fiet
vt ad plures perueniat, apud quos & gloriosum
nomen tuũ sic prædicabitur laudabiturq;, nec pa
rum benedicetur, cum ad tam fructuosum opus
congregandum causam dederis. Et si plurima ac
multa volumina scripserim, quæ apud doctissi-
mos viros laude digna fiũt, pro quibus Deo sum-
mo nostro semper gratias debeo, quas saltem pos
sum continue agens: pro his tamen duobus operi
bus: quorum alterum Illustrissimo Principi fratri
tuo transmisi quod physiognomiæ Speculũ inti-
tulaui: & hoc quod tuo nomine insigniui, longe
magis Iesu optimo me debere sentio, cũ ante me
neminem legerim, qui eas materias ita diuersas,
eoq; modo & ordine cõscripserit, & eo magis cũ
sapiẽtibus græcis, quos latini literis vsq; modo mi
nime superare potuerunt, quibus non parũ debe
mus hac in parte, qua valui, sic ẽt illis per me satis
factũ esse intelligã. Nam Theodorus græcus bo-
narum literarũ doctor, & nostrę vniuersitatis glo
riosus rector, duo opera hæc de literis latinis in
græcas traduxit. id opinatus etiã apud eos volu-
mina hæc non parũ frugi & accessuri sui honoris
esse debere, cæterisq; oĩbus, à quibus doctrinã su-
scepimus. Nam ex his quę plana de balneis totius
Italiæ copiose atq; perlucide scribentur, cum his
quæ in vltimo capitulo libelli posita sunt, poterit
quilibet ardẽs indagator naturas ꝓprietatesq; cæ-
terorũ recte scrutari. Nam thermæ oẽs his aut cõ-
similibus mineralium naturis participant: de qui
bus diffuse ac clare actum est, quibus facile intelli
gere debes mi Illustris dñe quãtũ tuæ famæ tuæq;
perpetuandæ vitæ libellus hic noster accedet: pro
quo tibi cariorẽ me sic fieri facile intelligo. & ad
vtrunq; sic enixus, ad conceptũ opus prosequar.
Dicemus itaq; in primis quid balneũ sit, quotue
eius species, ex quibusq; componitur, proprieta-
tes, iuuamenta, nocumenta non omittentes, ho-
ras, & modos, & tempus ingressionis & egres-
sionis eius, quibusq; conuenit, quibusue discon-
uenit: regulas tenendi regiminis subiungentes,
neque interpositis dubiunculis hæc omnia vaca

Theodorus Gaza librũ de balneis & de physiognomia, i græcũ transtulit.

E bunt, quæ duobus libris explebuntur, & prose-
quentes enunciemus.

*De esse balnei, & de balneo aquæ frigidæ simpli-
cis.* *Cap. I.*

APud veteres medicos balneũ, stupha, laua-
crum, hos terminos reperiri scito, & cæte-
ris balneũ cõstitui genus, quod Cõciliator noster
differẽtia. 128. sic describit. balneũ corpus est subti
le vel liquidũ corpori circunferentialiter occur-
rens, actualiter ipsius immutatiuũ, quibus indu-
cuntur flumina in quibus hoĩes se balneant, bal-
neum sic dici posse. Aeremq; indorũ sclauo ad il-
lum se transferenti: quæ equidẽ fatenda sunt viri
F authoritate. At qm̃ quę ad hominum cõmunita-
tem scribuntur: si id fieri possibile est, & non nisi
cum recta ratione scribere eniti summa quoq; di
ligentia debemus. vt sic cõitatis magis atq; magis
cõplaceamus. Qua ex re subiungam descriptionẽ
aliam, & non nisi cum rõne positã mentes vulga
rium magis demulcentẽ. Consueuerunt nanq; et
balneũ pro loco nominare, quod verius balnea-
toriũ dicitur. Ideoq; vt & loci & balnei materiã
comprehendamus, venia prius petita, dicemus.
Balneũ est locus cõstructus natura vel arte factus
in quo est corpus subtile vel liquidum corpori cir
cunferentialiter occurrens vel occurrere aptũ, vt
sit ipsius secundũ qualitates manifestas vel occul
G tas actualiter immutatiuũ, & dicitur Vgutio, bal
neũ à balinon græce, quod est latine interpretatũ
animi anxietatem tollens ac mœrorẽ. Neq; hoc
interpretatũ paruifacio, cũ Diana cæteræq; Deæ
ac Nymphæ mentiũ suarũ q̃ magna oblectamen
ta, fontes lauacraq; sic coluerint. Isq; Patauorum
mos fuit antiquus, quos balnei deriuatio hic non
latuit. tanta etenim fuit balneorũ naturaliũ Pata
uis oblectatio, vt ad eas dulcis transitus oẽm suũ
mœrorẽ prorsus ex mẽtibus excuteret. Qua ex re
domos pulcherrimas, hortulos, & quæ mẽti amę
nitati accedebant, circa balustriũ summa cũ dili-
gentia fabricabant, & mente angustiãtes socios à
H mœrore suo vt absoluerẽt, ad balnea cõducebant,
& vsq; in præsentiarũ apud Italicos id vulgatur,
spatiatũ ad balnea transeamus. Et qm̃ dominas
sic ad publica loca duci inhonestũ satis esse vide-
batur, in ciuitate plurimas cõstituerunt stuphas,
quas nobiles & matronę virginesq; ẽt meo tẽpe-
re singulis hebdomadis cateruatim sollicitabãt,
quibus in locis gaudiosas cœnas celebrabãt. Hæc
aũt loca honestissime matronę magna cũ pudici
tia obseruabãt. verũ surrexerũt ex eis postea quę-
dã de synagoga Semiramis, quæ ea honestissima
loca ad lenocinios actus luxuriæ perduxerunt: &

sic

sic pecudum lupus custos factus est. verum si balnea quis ea qua decet rõne contéplabitur, non longinquum est, quin mentem & eius corpus ab anxietate alleuient, de quo post. Et ad descriptionis ptes rediés, enuncio, q̃ id quod de loco positũ est, pro forma accipiatur. Cum vero subtile vel liquidum additur, pro materia teneatur. Quodq; additur, corpori circunferentialiter, & pro loco, & pro forma. Quodq; corporis immutatiuũ, pro efficiente & fine. Sicq; quatuor cum causis descriptio hæc cõpleatur. est. n. materiale attingens, subtile corpus aut liquidum: subtile quidem, quia aereum, quod vt idẽ proprius bal. dicitur, cũ corpori sic circũferentialiter occurrat magis lauacro liquidũ vero, qm̃ aqueũ, aut alio liquore confectũ. Additumq; est circunferentialiter occurrens, ad tollendam eorum diuersitatem, quæ aut intus assumuntur effectum balnei inducentium, aut extra applicatorum: sic corpori circunferentialiter non occurrentium, vt interius missa ac clysteria, aut quæ in parte situantur extrinseca, vt calefaciẽtia euaporatoria, & quæ his similantur. Diciturq; per qualitates manifestas, & vt dubio satisfaciã, in quo Neapolitani ciues vsq; ad horam hanc medicos accusantes q̃ plurimum vexantur. existimauerunt autem vt cum suorum balneorũ proprietates occultas inscriptæ literæ indicarent: quibus ex omni ægritudine languentes omnes curabantur, eas inuidia & lucri causa medicos aboleuisse: de quo post in secundo loco. Estq; actualiter positum, vt quæ potentia calida, aut frigida sunt à balneo excludantur, quod actu tale existit per se, vt calefaciens, aut & infrigidans, & huiusmodi. Et si per accidens calidum qñq; infrigidet, calorem resoluendo naturalem, aut poros aperiẽdo, quos aer frigidus subingreditur, aut dissoluendo choleram eam, quæ in motu ponens ad intra corpus, faciatq; supra sensibilia membra discurrere: quare frigus accidet & rigor in corpore, vt in putridis est videre. Thermę aũt stupha & lauacrum, vt Thermę. species balnei sunt, vt actum est. Nam thermas appellamus balnea calida ex terra nascẽtia à ther mon græce, latine calor. Stupham autem nominamus locum vndiq; vallatum, cuius aer, et parietes per medium calefiunt, siue id ab igne fieri cõtingat, siue ab aqua, aut simplici, aut minerali, aut composita. Quibus inducatur furnum stupham vere nominari non debere: cum eius aer aut parietes per ignem ímediate calefiant: Et quæ ab igne stupha calefit, sicca dicitur: quæ vero ab aqua, humida vel aerea nuncupatur. verum si furnum calidum, cuius ignis non extinctus fuerit, aliquis re

Stupha.

Furnus.

A cte contemplabitur, in corpusq; humanum grandes eius effectus, vt calefacere, resoluere humiditates exiccare: vt in cura tympanitis est videre, quæ balnei calidi operatiões sunt principales, fortasse id balneum siccum nominare non verebitur: de quo post. Lauacrum vero ad balneũ liquidum humidum magis proprie se extendit à lauo veniens: verum vt Princeps, à medico de nominibus non est disceptandum: ei enim rerum intentiones sufficiant. Estq; secundo diuidẽdum qm̃ aliud simplex: vt aereum, aqueũ, & huiusmodi. reliquum compositum, quod duplicis maneriei existit: qm̃ aut naturale, vt sulfurcum, piceum, & hmõi: aut artificiale, qd arte construitur, herbas, Lauacrũ.

B frondes calidas aut frigidas in balneo decoquendo, aut in aere sternendo secundum ipsius vtilitatem à medico intentam, de quo secundo agemus libro. Et tertiam subiungẽtes diuisionem, cum omne perfectum super tria ponatur, dicemus, q̃ aliud frigidum est, reliquum calidum, & ex aqua dulci vtrunq; factum: nõnullũ vinosum, & aliud oleagineum. Et in primis de balneo aquæ frigidę agemus: cum & prius natura sit de eo declarãtes, quæ de vnoquoq; balneo declarare promissa fuere. Et vt quæ dicenda sunt, facilius memoriæ cõmendentur, cum ordo ad memoriam faciat: statui his ordinem suis cum areolis sic inscribere: vt

C Prima, videlicet sit electio, de qua in fine capituli. Secunda, operationes. Tertia, membra capitis. Quarta, membra pectoris. Quinta, membra nutrimenti. Sexta, membra iuncturarum. Septima, vulnera & vlcera. Octaua, febres ex quibus iuuamenta & nocumenta aperientur Nona, hora ingressus & egressus. Decima, quibus conuenit & disconuenit. Vndecima, regimen.

ET SIC BALNEVM aquę frigidę dulcis (quia de salso suo loco) amplexantes, dicamus, q̃ est corpus liquidum, frigidum, corpori circunferentialiter occurrens, ipsiusq; actualiter immutatiuum. Apud quæ verba & flumen balneum

D nominare possumus: propter quod hæsitabitur an tempore magni æstus, & alio, pueris iuuenibus senibusq́, balneatio in flumine sic omnibꝰ fere consueta ad corporis salubritatem accedat: cuius dissolutio ex octaua & nona areola magna sui ex parte reseruabitur. Operationes. Balneũ aquæ dulcis actu frigidum, & simplex infrigidatiuum est per se, & humectatiuum, & oppilatiuum, & constipatiuum, & humorum cholericorum calidorum ingrossatiuum, caloris naturalis extinctiuum, abstersiuum fordiciei cutis, & aliorum membrorum mundificatiuum. Positum est

per se, vt noscamus per accidens aquam frigidam calorem ipsum viuificare posse: vt in membris & poris resolutionē inducere, humores etiam frigidos resoluere. vnde quinta aphorismorū particula aphorismo. 21. est autem vbi in tetano sine vulnere, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquę multa infusio caloris reuocationem facit. calor vero hic liberat, eodēq; loco &c. In articulis dolores & tumores sine vulneratione podagrā, & spasmos horū plurima aqua frigida multa infusa refrigerat, & attenuat, & dolorē soluit. An hoc loco tacebo quod etiā memoria satis dignū facio, ꝙ neq; ad laudem neq; ad gloriā scribo: sed vt sentias me tuis qnq; inutilem nō fuisse: sed laude apud eos dignum, honore ac nō paruo precio. nam cū recolendæ memoriæ Nicolaus Marchio genitor tuus gloriosus primum iuncturæ manus dextræ podagra, ac spasmo nō mediocriter vexaretur: vt accersito presbytero se in manibus dñi cōmittere statuerit, se pluribus horis languētem me ad curam vocauit: & cum plura medicamēta tentasset: quibus à dolore podagrico liberari consueuerat: neq; vlla ex parte cōferebant: vt spe omni sic prorsus destitutus foret, ait: ecce mi pater in manus tuas cōmendo corpus meū: sentio etenim sic me mori, & ne in longum sermo trahatur: respondi. si tua meis præceptis obtemperabit dominatio, ab hoc nefando dolore te ilico liberabo. Et ad votum mihi subijciens se, aqua frigida multa sic super iuncturā sparsa eum absolui: vt quasi statim dolor remitteretur, paululumq; post somno quieuit, & expergefactus, doloris initiū sentiens, vocitabat, ecce venit inimicus: & iterū cum aqua frigida super iuncturā per Franciscum medicum sic effusa dolor tollebatur. deinde qetabatur somno, et apud excitationem iterum initium doloris sentiebat: & cum aqua iterum Francischinus occurrebat: sicq; somno deinde cessabat: actūq; est ita vsq; ad crepusculum quo in tēpore longis horis dormiuit, dolor in totū cessauit: à quo postea amplius molestatus nō fuit. Bal. etenim aquæ frigidæ: & si per accidens calorē viuificat: quoniam per antiperistasim: nō tamen id in omni operatur corpore: quoniam in debili extingueretur. quare consulo debiles calore, & gracilium mēbrorum, à balneo aquæ frigidę se abstinere, pręcipue in eo moram contrahendo. quare studeant parentes, ne eorū pueri tales ad flumina natando pergant: hos enim putridas febres & chronicas malasque ægritudines incursuros sic facile intelligant. Extinguitur enim calor sic, humores putrefiunt ex oppilatione, qua fumorum putridorum prohi-

E betur transpiratio: membraq; debilitantur principalia: & sic in causis malis fit additio malarum ęgritudinum productiuis. Frigidum autem compositum ex componentibus varias sortitur actiones ac proprietates, quas enumerare difficile foret. Membra capitis. Lædit hos quibus cerebrum debile est. quibus vero cerebrum calidum, & forte si humidum fuerit, balneatio leuis, et moderata aquæ frigidæ post lotionem cum lixiuio calido facta conferre videtur, & in assuetis præcipue, vt mos vltramontanorum est. nam sic cutim inspissat, calorem reuocat ac fortificat, humiditates ac vapores sic resoluit superfluos. quare etiam à rheumatismo iuuantur. Et magistri

F æstuariorum postquam calefacti homines stupham ęgredi quærunt: antea super ipsos aquam frigidam effundunt, experientia docti non ratione. verum inter virtutes hominum & eorum figuram siue habitudinem non discernentes: sic sæpe errorem committunt. Quare in debilibus & membrorum gracilibus aquam nō super eos: sed circa eos effundere salubrius est. Tu itaq; mi domine medicos tuos hoc loco diligenter consulas. nam cum operatio hæc apud Italos, præcipueq; capitis, insueta sit, apud nonnullos fortassis denigrabitur, qui & si rationibus cedent, in

G alienam forte vertentur sententiam, qua ex recolendus est eis nostrarum matronarum vsus, quòd post capitis infantium lotionem aqua frigida frontem & faciem & partes colli sic irrorāt etiā, lixiuij acuitatem extinguere intendentes. Et oculorum in aqua frigida submersio, oculos roborat: spiritus confortando visiuos, & ad resolutionem vaporum iuuando. Membra pectoris. Nocet pectus habentibus debile, & in eis vocis raucedinem inducit, & tussim. cor eorum lædit, et illos ad varias ęgritudines disponit. Membra nutrimenti. Stomachum vehementer lædit, præcipue frigidum & debilem. fortem vero & bene vallatum confortat, digestionem for-

H tificat, appetitum excitat ad cibum, & choleram exacuendo, ventrem lubricat, dolorem excitat intestinorum, tenasmonem inducens: renes offendit debiles & frigidos, & in coitu debilitatem præstat, & matricem lædit. Verum in fluxu menstruorum rubeorum cholericorū balneum aquæ frigidæ in eorum retentione mirabiliter operatur. vt nōnulli experti præcipiant mulieres sic in eo sedere. Membra iuncturarū. Neruos & iuncturas ex se lædit & præcipue debiles: & si quandoq; eo per accidens, vt actum, iuuētur. Vulnera & vlcera. Nocet vulneribus & vlceribus sua

cum

Historia

cum frigiditate.vnde.22.quintæ.vlceribus quidẽ frigidum mordax, cutim indurat.dolorẽ sine sanie facit, rigores,spasmos, fœtores,& tetanos. Febres. In fortib9& robustis febres excitat ephemeras:in debilibus & gracilibus,vt actũ,putridã.

ET QVONIAM breuiloquus esse intendo, & ad ea quæ magis frugi sunt, accedere: vt tibiq; magis cõplaceam,hic mouebitur dubiũ.An videlicet balneum aquæ frigidæ in regimine sanitatis cõueniat, cuius dissolutione magna sui ex parte ceteræ aperiẽtur areolæ.Nam cũ ex balneo aquę frigidę plurima mẽbris nostri corporis nocumenta accidant,vt ex areolis apparuit, in conseruatione sanitatis sic accedere minime videtur. Estq; febris prouocatiuum.Dux medicorũ de ingenio se ptimo,Virtutesq; oẽs lędit,calorẽ extinguit naturalem:cum sit in vltimo frigida: & vt philosophi aiunt,frigidorum primum.Frigiditas amplius in opus naturæ ingredi non videtur, vt Princeps & Hip.In aqua nullum bonũ inueni,pręterq̃ in acutis datur morbis. Estq; vt medicina,cum corpori applicatur,vt post.Quod autẽ sic medicinale est, in regimine sanitatis numerari recta cum ratione non videtur. Sensere autẽ contrarium omnes medicinæ authores .ob quod & dissolutio non absq; graui difficultate aperienda erit.Et vt limpidius dicẽda capiantur,suo cum ordine paucis cõclusionibus perstringã, quæ de re dicenda erunt.

Prima igitur sit cõclusio.Balneũ aquæ frigidę moderate sumptũ in regimine sanitatis accedit, quæ ex iuuamentis balnei stabilitur.Estq; accipiẽdum antiquos non parum in balneo aquæ dulcis studium apposuisse . de quo post . Et si in balneo calido magis,frigidum tñ non neglexerunt.In regimine aũt sanitatis frigidum laudarunt balneũ, ætatem,virtutẽ,figurã, ac tempus præsens cõsiderantes:accidẽtiaq; corporis,vt vomitum , ventris fluxum,vigilias,dolorẽ intestinorum , stomachi debilitatem,rheumatismos,& huiusmodi,in debilitatem corporis venientia nõ postponentes.id volentes prius,vt ex parte ætatis pueri ac senes ab vsu balnei aquæ frigidæ se abstineant:quæ nostra est sententia: [illegible]

Secunda cõclusio erit.Pueros.n.sic ab augmẽto prohibet.quoniã aqua frigida inspissat, & mẽbra indurat,quæ eo pro tempore extensione indigent & mollificatione.Senibus vero nocet:quoniam calor in eis quantitate ac qualitate diminutus frigitati aquæ resistere non potest. Sed fortassis interrogabitur:vt quid apud homines ita vetusta balneandi consuetudo:vt tempore æstus pueri magis iuuenibus ac senibus in aquis continuis

A diebus natent.Id.n.dicendũ esse arbitror balneationem in aquis currentibus non sanitatis gratia: sed delectationis magis, ac vt natationis artẽ adipiscantur, ab hominibus quæsitam ac continuatam esse. Nam cum submersionẽ in aquis nimiũ timuerint : in quibus non raro diuersis ex causis versari habent:etiam in fugiendam mortem natationis artem coluerunt.qua quidem in balneatione etiã nõ parum recipiunt oblectamẽti . sicq; magis delectationis gratia ac mẽtis solatij natãt.

Tertia cõclusio.Pueris robustis balneationem interpolatã suis cum conditionibus conferre dicemus . Nam per balneum ipsum , eorũ calor sic

B ad interiora propulsus fortificatur . quare super humidum fortior factus ipsum melius extendere poterit:& mẽbra in longum producere,et superfluos humores sic facilius resoluet . Quòd si dicatur . Princeps pueros sic balneari prohibet . id intellige continuato vsu.propter quod interpolata dicebatur.etiã pueros intellige, qui iam decimũ pertransierunt annum . Conditiones.n.hæ sunt: moderatio ex parte aeris:vt ibi ventus non sit:sed radij solares.sitq; æstas , & hora feruoris . Aestas; quia circa meridiem , sitq; venter vacuus.ob quã rem ea in die balneandus , in prandio parum comedat,& solito tẽpestiuius.Et ante aquæ ingressionem totum corpus fricetur,vt sic tractus calor

C ad exteriora mẽbra ipsa à frigiditate aquę melius tueatur . Sitq; in aqua moderata.à complexione, cõpositione , habitudine , ac virtute indicatione sumpta . In qua subsistere in pueris ipsis melius facio.Cum aquã exiuerit , iterum exiccando fricetur induaturq; &c.deinde cibetur satis copiose, & minus bibat : qm̃ pro tunc appetitus ad cibum maior factus est q̃ ad potum.& digestiua facta est fortior,& minus humectatione indiget.Et attendenda sunt accidentia dicta.ne ex his aut eorũ aliquo vexetur ipsum ingredi prohibente.tu itaque cõsidera . Debet autem ilico secundum se totum ingredi,& non paulatim : vt ipsius membra om-

D nia subito dura fiant.Nam si primo secundũ vnã tantum ingrederetur partem:tunc natura illi intenta, alias desereret:vt ad oẽs simul occurrat subito:itaq; in aqua se proijciat.natura autem illã subitam ac repentinam sustinebit mutationẽ,si corpus robustum fuerit , non infirmum neq; debile. Verum in hoc antiquorum morem cõmendo magis, qui balnea aquæ dulcis frigida sibi particularia præparabant , illa in frigiditate moderantes. Quòd si in regimine sanitatis principes & nobiles eo vti desiderant , laudo magis q̃ particulare est,cuius moderatio nostra consistit in potestate.

laudatur autem magis flumen, dum quæritur de lectatio. De senibus aūt id puto dicendum esse. Senibus primis habitudine carnosis robustis, suis cum conditionibus, natationem moderate factā non nocere. Quòd si Principis verba in contrariā verti sententiam videantur, ea de debilibus ac fecundis interpretanda sunt. Et post de puerulis cō ditiones scriptas attēdāt. ne ante balnei vel aquæ ingressum coierint, fuerintque multo exercitio vsi. Iuuenes vero ex balneatione aut natatione singulo die facta. quibus conditiones insunt: de quibus actum: vt ætas, & huiusmodi. quiq; ab accidentibus absoluti sunt, salubritatem sortiātur. cum id egerint nō præcedente vomitu, neq; gran F di euacuatione, & huiusmodi. Calor. n. sic in eis ad intra propellitur vigoraturq;: vt inde fortior sit in digestione, in exitu ad exteriora, ad quæ superflua sunt ad extra propellendo, resoluendo, et huiusmodi. Vnde Dux medicorum. 11. therap. Si quis fuerit iuuenis fortis bene carnosus, constitutio calida & sicca, si in piscinā natatoriā immiseris frigidā, nō nocebitur secundū tale tempus. frigidum quoq; in hoc schemate mēbra non percu tit neq; mortificat. immo fortius ipsa cōgregat & confortat. Ex iuxta hoc notent hi quibus balneatio nimium grata est, vt aqua non sit radijs solaribus calefacta aut tepida. quoniā vt. 24. problematum. 14. aqua sic calida morbosa est. virtutem debilitans digestiuam. Tepida autem mollificat, virtutem exoluens: vt Dux septimo de ingenio. quibus indicatur balneationem in aquis stannorum tempore æstus periculo non vacare. Mora autem eius in aqua moderatur ad lenitatem, & ad corporis tolerantiam. His itaq; omnibus inducitur, sic areolis postremis satisfactum esse oppositionibusq; in contrariū quęstionibus adductis. Nam moderate applicatum confert, & naturam & calorem adiuuat, vt actum est.

Cumq; id cōcessum sit aquæ frigidæ balneum in regimine sanitatis accedere, sitq; semper generosus animus tuus noua & insueta auidus intelligere: fortasis scire cupies, si balneū aquæ pluuialis, aquæ fontis vel fluminis saluberius accedat. Nam cum aqua pluuialis subtilior videatur, minusq; frigida sit ad lędendū primo cum rarior sit eligibilior erit. Etiam sic sua remisiori frigiditate minus lædet. eoq; magis cum caliditate Solis et astrorum participare videatur. Generatur autē ex eleuatione vaporum siue exhalationum humidarum, qui à caliditate Solis & astrorum non absoluuntur: vt magno placuit philosopho in Meteor. Hę autem aquę subtiliores sunt. vnde primi

E secūda. Et ex aquis quoq; laudabilibus sunt aquæ pluuiæ, & præcipue quæ in æstate veniunt, & ex nubibus, cum quibus tonitrua adsunt. Quare æstiua conuenientior cum caliditate maiori ac subtilitate participare videatur hyemali. Induciturq; q̄ est salubrior quæ cum tonitruo venit. cum cæteris pluuialibus subtilior sit.

Et hoc in loco parumper digrediar. cum tibi sic me placere sentiam. oēs nanq; tonitruum admirantes causam scire cupiunt. cum natura scire vnusquisq; desideret. Rem autē hāc breuioribus quo ad potero absoluere curabo. Scribitur. tonitruum extinctio est ignis in nubē à tono dictum, quia fit sonus terrens, & simile iudices vt cū ignitum ferrum in aquā frigidā extinguitur, sonum causat, quā rem declarare vt plana tibi fiat, philosophum in Meteor. sequens enitar. Duæ sunt exhalationes virtute Solis et stellarū ab his inferioribus ad superiora eleuatæ. Altera quarum est sicca à terra eleuata ac solis & stellarum virtute calefacta, leuificata, et sursum ad aeris regionē mediam tracta: & infra quæ non raro sic ignitur, vt velut ignis in aere nō raro iudicetur: & hæc est quæ comam stellis facere videtur & quæ in æstate cadere & descendere in aere cōspicitur: vt persępe vulgares hanc, velut stellā cadentē, iudicēt. Reliqua G humida est ab aqua et rebus humidis eleuata leuificata vigore solis sursum vt altera tracta, ex qua nubes in aere fiunt. hæc autē minus calida est, & magis grossa. Accidit autē has simul in aere sic se inuenire, vt sicca cū humida coniungatur: sed humida à frigiditate regionis mediæ aeris ingrossatur, & vnitur. sicca autem cōtrarium faciens vnitur & fortificatur & accenditur magis: qm̄ cōtrarium suo contrario fortificatur, vt in cauernis & puteis tempore hyemali cōprehendimus. fortificata aūt sic exitum petit, vt à cōtrario fugiat. quare forti motu mota & sic ignita, nubi factæ frigidę & humidę occurrens extinguitur. cuius extin H ctione sonus ac tonitruum dictū, causatur: vt in extinctione igniti ferri in aqua frigida, vt actum. Fit autē sic primo tonitruum ad intra nubē. dein de fulgur sic exiens nubē, ad nos primo venit: qm̄ obiectū visus nobis prius præsentatur q̄ auditus: quoniam species soni motu medio indigent. nō autem quæ coloris: sed subito diffunditur vt in sono causato à lotricibus pannorum est videre. Extimo itaq; dicendum q̄ saluberius foret ex aqua pluuiali balneum q̄ ex fonte vel flumine factum. quibus satisfactum esse puto areolæ quæ est electio. Pace tua itaq; volo hæc pauca de balneo frigido nobis sufficere. Nam spero ad meliora prosequi,

Tonitrui causa.

ſequi, quæ dominationem tuam magis delectabunt. Neq; arbitretur hæc iucunda ſuperuacua dicta fuiſſe. verū vt intelligatur enthymema hoc non valere. aqua balnei odorem ſulfuris habet. ergo ſulfurea. cum fulgur poſt percuſsionem in loco percuſsionis odorem ſulfuris exceſsiuum derelinquat. q tamen ſulfure non participat: ſed id euenit participationem ſpirituū ſubtilium igneorum naturā ſulfuris ſapientium. de quo infra penultimo capitulo ſecundi.

De balneo calido ſimplicis aquæ. cap. II.

De balneo itaq; frigido ſic expediti, quod ex aqua calida fit, aggrediamur dicētes primo, q tale duplici reperitur differētia: Aliud quidem humidum aqueum: vt in quo infantes balneantur: de quo in præſentiarum: Aliud vero humidum aereum, quod & noſtri ſtupham humidam vocauerūt, de quo poſt. Magna quidē apud antiquos noſtros de his balneis obſeruantia fuit vt perſæpe (velut adhuc eſt vltramōtanorū mos) ad ea etiā ſanitatis gratia ſe conferrent, vt nonnulli ſe ex eis pinguefieri, cæteri macreſcere ſe putarint, de quo poſt. Et poſtponentes quid tale ſit cū per ſe manifeſtum declaratione nō egeat: ad præmiſſas areolas me conuertam, ex quibus aperte ſatis eius dignitates & nocumenta apparebunt, ſi prius dixero ex parte ſuæ intenſionis & remiſsionis ipſam varietatē recipere, vt q aliud calidum nimis, quoniā aliud tepidum. reliquū mediocre: ex qua diuerſos in corpus humanum effectus inducit. ſit itaq; prima areola: Electio. Eligatur

Electio. autem cuius fabrica eſt antiqua: qm̄ in noua fit cęmēti in aquā balnei damnoſa impreſsio. Sit itaq; menſuratum vt ingredienti proportionatum inueniatur magis calidum minuſq; vt corporis diſpoſitio expoſtulat. Verum apud nonnullos in tina lignea fit et in domibus communiter. cuius fabrica ſit picea vel laricea longa ac lata ad corporis cōmoditatem. profunda vero vt vſq; ad mentum ſtare poſsit ſubmerſus homo. quare tertio regiminis acutorum. Neceſſe eſt enim huic officio locus coopertus, & à fumo tutus, maxima aquæ

Operationes. plenitudo. Operationes. Eſt lauatiuum, mundificatiuum frigido magis: ex aqua pluuiali ſi haberi poteſt, de qua ſupra. ſordiciei cutis, pulueris, & ſudoris: quoniam ad interiora magis penetrat, abſterſiuumq;, quoniā ſua caliditate humiditates viſcoſas & congelatas in orificijs pororum ad ſuperficiem mouet; & lauando ſic melius corpus mundificat. Huius autem operatio mulieres panos lauantes non latuit, quæ experientia, & non ratione aquam calidam magis mundificare com

A prehenderunt. Verum balneum hoc & ſi per caliditatem accidentalē calefaciat, per eſſentiam vero infrigidat & mēbra mollificat; præcipue cum nimius fuerit vſus eius, vt in manibus barbitonſorum, quibus facies hominum abluunt, manifeſte cōprehendimus. vnde Princeps tertia primi. quidam ornate loquētes, aqua natura in vltima eius frigiditate exiſtit: licet calore accidentali calefiat, qui non permanet: ſed tollitur & remanet operatio naturalis: propter quod illud quod ex ea penetrauit in corpus eſt infrigidatio, & etiā quia aqua ſiue calida, ſiue frigida, eſt humida. ideo cū multum humectauerit, calorē conſtringit innatum:

B propter ſui multā humiditatem, & extinguit ipſum & infrigidabit: & permaxime cū longa fuerit in eo mora ex qua vt ipſum ſic infrigidare per accidens accidit calorem reſoluendo naturalem. Eſtq; impinguatiuum cum moderatū fuerit, nutrimentum ad membra trahens, & membrorum mollificatiuum, ad eorumq; extenſionē iuuans. caloris naturalis cum tale fuerit confortatiuum. Quibus inducitur nouiter natis balneum notabiliter conferre: ſic moderatum, ſi cætera nō contra dixerint. Nam cum mundificatione egeant, cum in loco immundo ſteterint, eo mundātur. cumq; ſit temperatum, quia proportionatum, calorem

C confortat naturalē, ad membra ſua caliditate ſic nutrimentum trahens, ea ingroſſans & impinguans, cum quo membra ſic robuſtiora redduntur. Quibus error apparet earum mulierum quæ nouiter natos à balneatione abſtinēt vna vel duabus balneationibus cōtentæ. Principem audiant de regimine infantium. Ipſe præterea in æſtate aqua ſuaui æquali balneandus erit. Hyeme vero aqua quę ad caliditatem trahat non pungentem. Et plerunq; quidem eſt conueniens vt ipſe bis in die lauetur aut ter, & ordinate ad id quod magis ſit tepidum mutetur, ſi tempus fuerit æſtiuum. In hyeme vero non ſit frigidior aqua quæ in ca-

D liditate temperata exiſtit. Ipſe quoq; non lauetur niſi vſquequo corpus eius calefiat, & rubere incipiat: poſtea extrahatur. Hoc autem loco aquam cōmendauit non vinum, in quo quidam curioſi ſe plura nouiſſe oſtendētes, balneum vini magis commendant: ſed locus eſt ſpeculationis. Inducatur autem ex his & prouectos ſic pinguefieri poſſe, quam declarationē ad finem capituli in dubijs reſeruare decreui. quo in loco & ipſum macrifacere poſſe oſtendetur, & plurima in eo mora reſolutionem ſpirituum, ſyncopā inducit, corpus laxat, & ſuperfluitates ad membra in quibus eſt debilitas, leuiter deſcendere facit, & breuiter tale

calorem resoluit naturalẽ. Sed quid dicemus de his qui in balneis naturalibus à crepusculo vsque ad noctem absq; læsione morantur? huius dissolutio ad secundum librum reseruatur. quo in loco aperietur, si ab hominibus ĩ aqua dulci calida fieri posset, cum scriptum sit, syncopam inducere. Membra capitis. Somnum facit humectãdo & humidos vapores ad caput mouendo, replentur sic vię transitus spirituum ad membra. Item quia laxatur virtus, ex eoq; quietem quærit, catarrhos maturat, non conueniunt in principio: sed post. considera. Et balneatio capitis cum ea rheumatismos sistit, vt nõnulli dixerunt. vnde Princeps de medicandis infantibus. Et est cum eis accidit tussis & rheumatismus: & in his quidẽ iam præceperunt quidam, vt multa aqua calida super caput ipsius proijciatur. oculos relaxando debilitat. eosq; possibiles ab extrinsecis occurrentibus reddit, & cum ea faciei lotio in die semel facta: sicq; continuata, cutim crispat & indurat, quæ si frequentata esset, vt barbitonsores aiũt, mollis redderetur.

Membra pectoris. Superflue calidum & in eo longa mora cor debilitat, syncopam inducit, vt actum. Membra nutrimenti. Appetitũ deijcit. nauseam cõmouet, & quietos humores mouet, eos ad putrefactionẽ pręparat, eosq; ad receptacula membrorũ debilium descendere facit: & sic in eis apostemata occulta inducit, et in superficie, et in iuncturis dolorem: propter quod Princeps. 22. tertij de præseruatione à podagra. Et minor etiã in balneationibus suis: qm̃ ipsæ liquefaciunt humores, & faciũt eos currere ad iuncturas. Membra iuncturarum. Iuncturas laxat & debilitat, & præcipue vsus eius. qua ex re abstineant, qui laterum & debiliũ sunt iuncturarum, ne sic podagram incurrant. verũ à Rainaldo viro quippe diuino in regimine sanitatis. lotio columnarum podum ad visus cõseruationẽ, auditus & memorię frequentata laudatur cum aqua moderatæ caliditatis facta sero ante lecti introitum die qua s. non cœnatur. Verba vero tanti viri sane intelligenda sunt, si cætera cõsentiant, in quibus disputatio habenda est vt actum. diuertuntur autẽ sic à capite vapores & humores. quare membra illa puriora reddũtur. Vulnera & vlcera. Vlceribus & vulneribus & apostematibus nocet. Princeps. Et custodire se debet à balneo qui solutionem habet & apostemata. Et causa iam dicta est, quoniã humores dissoluit, & eos in motu ponit, qui ad mẽbra sic debilitata fluũt. Febres. An in febribus conueniat dicetur in dubio. Horæ ingressus & egressus & moræ. De his in canonibus statim.

E Quibus cõuenit. Consueuerũt dubitare an corpori cõueniat temperato tẽperate recto. Nam cũ balneum inuentũ sit ad corporis mundiciẽ, lotionem faciendã, ad superfluitates resoluẽdas & expellendas, quas expellere intendimus, quia viscera quãdoq; mollificare & stercora, ad retinendas quas retinere intendimus, & sudorẽ prouocãdo: qm̃ sic stypticatur venter, ad corporis fatigati refectionem, & ad eiusmodi, quę tẽperato corpori nõ sunt necessaria: videtur sic ei non competere. qm̃ & hæc omnia suo exercitio & tẽperato regimine perficiuntur. Et per id quod dictũ est de tẽperato corpore dubitari poterit de eo. quod cum

F bonæ sit cõplexionis, ac cõpositionis, ac recti regiminis: si in regimine sanitatis balneo indiget. Dicamus itaq; cum Principe. huic aũt homini in cuius regimine noster cõsistit sermo, balneatio resolutionem faciens, nõ est necessaria, qm̃ corpus ipsius est mundũ. Secundo ꝙ ei balneatio nõ discõuenit, vt à sordicie sudoris ac pulueris corpus mũdetur, quę secũdo homini ineuitabiliter quasi occurrunt. Sanguineo vero sic magis necessariũ est, cum multum sudet, et sudore fœtido oleat. Nam Princeps. Eorum sudor odoris est hircini. Balneũ autẽ eis directus cõpetere videtur, qui ob exercitij dimisionẽ aut ob multã refectionem, multas

G multiplicãt superfluitates, quę in cutaneis regionibus aggregãtur: aut quoniã plurimo sudore sudent. Qua ex re & si corpus robustum fuerit, rectiq; regiminis: vt si superfluitates non multiplicet, aut nõ sudet: à balneo vacare cõsulo: sed quis ille? Addoq; præterea ꝙ seni magis conuenit ꝙ iuueni: & hoc est quod magnus Cõmentator dixit; Competit seni non iuueni: comparatione vnius ad alium intelligens. Senes autẽ ob virtutis debilitatẽ pluribus multiplicãt superfluitatibus, quas sic resoluere aut à se expellere nequeunt, & multiplicatas nitrosas dulcedine aquæ contemperãt. Estq; balneum hoc temperatũ nõ resoluens: tem

H perato corpori ex causis dictis conferens; pueris vt actum. Iuuenibus non ita debite rectis, ac senibus magis, quæ omnia sic moderanda sunt inspecta virtute, figura, tempore & tu considera. Regimẽ. Diuersificatur autem ex parte temporis, ex parte qualitatis eius, ex parte ingredientis, & quarto ex parte moræ. secundũ quas diuersitates diuersos inducit effectus. Ex parte quidẽ temporis: quoniã in ęstate, tempore fiat cõgruo, in tempore parui æstus, gratia exempli. in hora vna ante tertias: tempore vero hyemali per horam post eas, & ante cibi assumptionẽ hora vna & media. Qualitas vero postea attendatur, vt sit calidum

magis

magis minusq; , vt quæ quæritur vtilitas , expostulat. Et quia in temperato solum quæritur lotio vel mundificatio, temperatum sit, non resolutionem aut sudoris prouocationẽ faciens. In quo vero resolutio superfluitatum quæritur calidius: sicq; de cæteris, figura, complexione, virtute, alijsque naturalibus semper diligenter inspectis. Ex parte quidem ingredientis vt prius primæ digestionis superfluitates emiserit. absolutusq; ab his accidentibus impedientibus: de quibus in præcedenti cap. actum. Qđ si temperatus fuerit, eget ipso cum subtili caliditate & humiditate temperata. Neq; sit ingrediens exercitatus prius sed quietatus. Et calidæ complexionis ingrediens de oppilatione hæsitans, oxymel bibat cum in balneo erit si frigidæ, rem calidam sumat, vt diapepereõ, & hmõi: ingrediaturq; ventre vacuo. vnde Princeps. Sed qui sanitatem tantum vult conseruare, balneum ingredi debet, postq̃ digestũ est, quod est in stomacho & hepate. Dixit tñ propter eos qui ex eo impinguari cupiunt. Et balneandus si timet in eo cholerę motum, ante balnei ingressum rem sumat choleram reprimens, acerbam vel acetosam vt granata, & hmõi: quia panem in eis infusum. Nullo aũt modo in balneo aut eius exitu rẽbibat frigidam: caliditate. n. balnei viæ transitus ad membra principalia apertæ sunt, quare frigiditas non tardabit, quin ad membrorum principalium corpora procedat, & ipsorũ corrumpat virtutem. Consimiliterq; ab omni re vehementer calida se custodiat, ab aqua præcipue. qm̃ si eã sumpserit, timendum erit, ne cito ad membra perueniat principalia. Litera Principis communiter habita addit ad hecticam & phthisim. Et aiunt quidam literam veriorẽ esse ad hydropem. verũ non est negandũ, q; si ad hydropem tympanitẽ quod & ad hecticã & phthisim, quia ad consumptionẽ perducere sic põtetiã lædendo pulmonẽ debilitatur virtus eius expulsiua. quare per congregationẽ multarũ superfluitatũ nõ regulatarũ sanies inde generabitur. sicq; litera prima stabit: & tu considera. Mora aũt in tẽperato parua eẽ debet, quousque videlicet mẽbra rubere incipient, & vsque ad principiũ resolutionis exclusiue. hicq; canon, in cæteris operantes edoceat. Exiẽs vero hyemis tpe bene pãnis coopertus sit, ne frigiditate lędatur, Caput sit cooptũ ẽt æstatis tpe. q si caput in balneo tectũ sustinere nõ poterit, extra bene munitũ teneat, ne ex frigore aeris aliquo lædatur modo. quo circa Hip. tex. cõmẽ. 52. Et cauendũ, ne articuli & caput et neq; quicq̃ toti⁹ corpis frigescat. Residuũ obseruãdorũ canonũ in 2. . ǵratur libro.

A Et præmissis satisfaciens hæsitabitur, an febricitantibus balneũ hoc conferat. si ad salutẽ accedat. quibus disconueniat. quo in loco cum de ei⁹ iuuamentis dicturi simus, aperietur. si. balneum impinguat, si macrefacit, si putridam tollit, si hecticã: quib⁹ aut altera tñ nostra illustris Marchionissa q̃ maxime vexatur. Solutio quæstionis motæ. Magna quippe fuit apud antiquos nostros de balneis aeris humidis obseruantia, vt actum Illustris mi domine, quæ ad vsq; nostrã ætatẽ in vltramontanis colitur, à Græcis veneratur, quã Arabes diligunt, & modo latini negligunt, sic solita consuetudine in præsentiarum non potente. Ad-
B do præterea: qm̃ lupanaria facta sunt. Et vt hominibus balneum sic aereum ad sanitatis regimẽ accommodarent, diligentiã non mediocrẽ, curam, studiumq; veteres nostri apposuere, de quo infra suo loco. Et ne sermo noster trahatur in lõgum, ad ea per cõclusiões venio, quæ de his rebus à me concepta fuere. Accipiendumq; primo balneũ hoc moderatum moderateque sumptum, & in ephemeris ac hecticis magnifice cõferre, quod & in acutis senem nostrum Hip. cõmendare sic videtur. iuuantius est in peripneumonia q̃ in acutis balneum sic comparatiuum exprimẽs, suum pręsupponens positiuum. Estq; sententia hæc oĩum
C illustrium medicorum. nã sic poros aperit, malãque remouet in febre cõplexionem. infrigidat. n. & humectat, & humidi radicalis consumptionẽ prohibet. similiaq; agit in febribus iuuantia, vt infra statim. Solus aũt Philippus medicus hic obdormiuit, & in hecticis & in ephemeris conferre negans, vt dux medicorum therap. decimo. Et de ingenio, de ephemeris loquens octauo inquit. Ducere quidem ad balnea oportet in declinatione primi paroxysmi. vnde Princeps quarto cañ. in ephemeris balneum concedit cum eorum paroxysmus consumitur. Balneum hoc quidem cutim rarificat. spiritus contemperat ac fortifi-
D cat, ipsos reddens aptos ad expulsionem spiritus capnosi: & cum hoc humoralem materiam non concitat, cum non sit parata: vt his in quibus contingit putrescere, in quibus est verendum, neque balnei aqua oppilantur pori, verum potius deoppilantur. tum propter calidum, cuius est aperire. tum etiam propter spiritus, qui intrant porificantes & viam sibi facientes, & quod extraneum est, spiritus ad extra propellunt. Prohibetur autem balneum tale vt actum, vbi de putredine est timere: & de his q̃ ex oppilatiõe ephemerã incurrerunt, ppterea q balneatio febrẽ generat putridã in his q ex nauseatiua satietate ab ea

capti

capti fuerunt,& à bubone.Et dux fubdit, qui fe-
briunt ex furore,triftitia,vigilia,& follicitudine,
neq; balneis indigent,neq; fricationibus multis.
Et hecticam amplexãtes,dicamus,ꝙ folo Philip-
po excepto qui in experiẽtia forte deceptus fuit:
qm̃ balneum hoc debite non adminiftrauit: om-
nes illuftres medici hanc fententiam pronuncia-
uerunt in hectica febrili ac fenectutis balneũ hoc
magnifice conferuare, et vt à pluribus neceffariũ
fine quo effe iudicetur.Hoc fenfit dux de maraf-
mo decimo ac fecũdo therapeu.& Princeps quar
to cañ.Neq; Ali abbas,Serapio, Rafis cæteriq; il-
luftres medici in alienam fententiam fe cõuerte-
runt.Balneum quoq; hoc vere præ alijs hecticis
competit cum temperet eorum caliditatem febri
lem,& humectet maxime præparans cibum ad
diftributionem per corpus,neq; timendus eft hic
materiæ fluxus,ficut in alijs,ad loca, & aqua fui
oppofitione febri contrariatur:& cum reliquis iu
uamentis nõ parum confert etiam,nedum hecti-
cis,fed extenuatis omnibus.thera.7. Debet enim
propter aduerfantes balneum hoc non euacuati-
uum,non refolutiuum effe,vt quarto aphorifmo
rum:fed repletiuum & humectatiuum,quale eft
aquæ dulcis eucratæ & menfuratæ calore & frigi
ditate. Modum autem balneationis hic filentio
prætereo.quoniam fic fcribendo nimium à pro-
pofito deuiare viderer . Sufficit enim fic iuua-
mentum eius in hecticis confcripfiffe,& qui eum
pulchre ac diffufe legere cupit: legat in Duce &
Principe locis nunc paulo ante præallegatis . Ve-
rum comparando has febres dicendum, ꝙ in ae-
re balnei ephemerantes,maiorem moram cõtra-
here debent,& minorem in aqua:Hectici vero è
contra.hos autem prius in aqua calida fe balnea-
re oportet:deinde ĩ frigida,vt pori aperti cõftrin-
gantur,& humidum aqueum in eis contentũ re-
tineatur.Hæc autem operatio non nifi experti &
prudentis medici effe debet,qui virtutem & cæ-
teras naturales res & circunftantias bene prius cõ
fpiciat atque rimetur. Et de his fic expeditus,ad
putridam me conuerto, afferens balneum febriẽ
tibus febre putrida balneari confuetis vel eum di
ligẽtibus,in eius videlicet declinatione nullo exi
ftente apoftemate,aut alia re fic impediente, per
quam potenter conferre. Vtque res hæc authori-
tate digna fiat, hos in teftes medicinæ principes
adduco.Dux medicorũ therap.10.Balneandos in
balneis & rarefactis vt pharmacijs,vel aquam fri-
gidam vel vinum bibere,cum viderimus cogni-
tionẽ eorũ quę digerũtur.Et Princeps.4.cañ. fen
prima,illud hac concedit hora.Non eft malũ for

E tafsis vt adminiftretur balneum & potus vini fub
tilis mixti.Dixit fortafsis,quia oportet balneãdo-
rum confuetudinem & amorem ad ipfum confi
derare.nam balneare amantibus non nocet etiã,
fi bis in die pręcipitur,vt Hip.3.de regimine acu-
torum,& de cura tertianę.Balneum vero opor-
tet ne approximent,nifi poft digeftionẽ,& apud
declinationem eft ipfum melior curatio ipfis &
proprie confuetis.Et de phlegmatica & qm̃ decli
nat ægritudo,non eft tunc introitus balnei ante
cibum malus.Aue.colliget.7.Et fcias ꝙ balneum
in declinatione febris collaudatur:qm̃ fuperflui-
tates febriles euacuantur.Balneum quidem hoc
F tempore admiftratum anguftiam pororum ape-
rit,& materiam eo euacuandam euacuat.Eua-
cuat enim totum corpus mediante cute:fimiliter
humectat fui aqua,& calorem nõ naturalem cõ-
temperat.Dictumq; eft in declinatiõe : quoniam
alijs in temporibus fufpectum eft . Sed confidera
Principis dictum de quartana . inquit . Et de illis
quibus fit iuuamentũ eft fefsio in aqua calida dul
ci ante cibum omni die.Et balneatio quæ hume-
ctat,& non facit fudare,neque excitat caliditatẽ,
ꝙ loquitur in principio. Cui contrariari videtur
Ali abbas tertio practicæ dicens.Nec vero omni-
no vti oportet hac in febre:quia in quartana bal-
G neum nifi cum ftatus eius aduenerit,declinatioq;
cęperit,calefactiuum.tale autem & in quartana
competit materia exiftente indigefta,cum frigi-
da fit & ficca,& non parata vt aliæ, per balneum
concitari & effundi.Reliquum humorum conci
tatiuum,euacuatiuũ,refolutiuũ:& hoc Ali abbas
voluit non competere. Et apud dicta hic alia po
natur conclufio,ꝙ fi febris illuftris Marchioniffę
quam phlegmaticam enunciant medici,in decli
natione fuerit(attentis paucitate fuorum humo-
rum fuo bono ex regimine habita,fuaq; vehemẽ-
ti corporis ficcitate, ex febre aut ex medicinis
exiccantibus datis)balneum aquæ dulcis tempe-
H ratum humectans & temperate calefaciens,eft fi
bi hoc tempore maxime conueniens , ꝙ fi cum
putrida hectica,aut fenectutis,aut febrilis coniun
geretur,eo magis competere arbitror. Concilia-
toris autem noftri femper venerandam fententiã
hic in medium adducam.Extimat Arabes, Græ
cos,Vltramontanofq; ex vfu,balnei confuetudi-
ne,ac in balneis amore,plus latinis iuuari debere,
& ex eis minus noceri.Et cum latini his duobus
careant,& in negligẽtiam deduxerint:fintq; ma-
xime gulofi facti,& in luxuria viuentes , cibofq;
oĩ cum delectatione præparantes,fic eorum hu-
mores ad fluxũ & putrefactionẽ paratiores habe

re

re putauit.propter quod balnea concitari in apo-
ſtemata & putrefactionem ſic deuenire faciliter
hæſitauit:quamobrem inquit.Et ideo timeo non
ſolum in febrium declinatione:ſed etiam poſt ea
rum ceſſationem non lõge in balneum ipſos ad-
ducere,& rarius inueni ſic in putridis ex balneo
effectum conſequi laudabilem.Natura.n.huma-
na nũc reddita eſt magis q̃ prius delicata.Etenim
antiquitas contenta erat glandium & caſtanearũ
comeſtione:vt alimentorum ſecundo.quare an-
tiqui in balneo audaciores fuere,etiam attẽta cõ-
ſuetudine & amore.Conſideret modo lector ſi
in domina noſtra hæc ſunt quæ à balneatione im
pediunt.Et in hoc terminatur dubij noſtri diſſo-
lutio ad rem propriam. Sed per acceſſoria dica-
mus q̃ conciliator inter ſenẽ Ali abbatẽ & Prin-
cipem,nunc paulo ante ſcripta ad ea quæ de im-
pinguatione & macrefactiõe expectamus, nobis
magnum erit fundamentum. Neque de balneo
quæ narrata fuere non mediocre præſtabunt au-
xilium. Eſt autem ex cauſis fortioribus maciei,
ſiccitas complexionis meſeraicarum & aeris. Nã
meſeraicæ cum ſiccantur,nutrimentum non re-
cipiunt:ſicq; ſiccitas & macies augentur.quamo-
brem balneum humectatiuum non exiccatiuum
neq; reſolutiuũ ex cauſis quæ ſcriptæ ſunt, ei qui
impinguari voluerit.cũ ex his cauſis macies pro-
ceſſerit,non mediocriter ad impinguationem ſac
cedet.Et dictũ eſt ex cauſis his:qm̃ plurimæ ſunt
maciei cauſæ aliæ, vt priuatio pinguedinis, cibi
vſus eius ſubtiliantis.quare non generatur in cor
pore ſanguis plurimus,aut quia non bonus, aut
propter debilitatem virtutis in cibo operãtis, aut
digeſtiuæ,aut attractiuæ propter corruptionẽ cõ
plexionis cum plurimum eſt frigidum,aut ꝑpter
quietem plurimam,cum qua ſopitur virtus pro-
prie,qñ fit poſt exercitia conſueta:quorum auxi-
lio natura cibum attrahere conſueuit.Cum itaq;
illa dimittantur non attrahit, aut qm̃ generatur
ſanguis nimis cholericus,aut quia ſplen magnifi-
catur,hepar comprimens: quare debilitatur he-
par,& ſplen plus de ſanguine attrahit. Debilita-
tur quidem contrarietate complexionis ſplenis
ad eam quæ hepatis:aut qm̃ vermium copia vexa
tur corpus,aut ĩ poris oppilatio,aut à frigore, aut
ab humoribus facta:quare non penetrat nutrimẽ
tum,aut propter ſtricturam & ligaturam diploi-
dum,& huiuſmodi:quæ cauſa ſunt oppilationis
pororum,& viarum tranſitus cibi. Aut propter
multitudinem reſolutionis per exercitium, aut p
balneũ,aut p fortes & continuatas fricationes fa-
ctã:& eſt hæc vna ex cauſis iuuans ad macrefaciẽ-

A dũ pinguem:& tu cõſidera.Sic.n. non figitur qđ
de nutrimento attrahitur ad membra.Et paſsio-
nes quidem animi ſunt ex his quæ multum exte-
nuãt,propterea dicebat dominus. Spiritus triſtis
exiccat oſſa.Et vnaquæq; harũ cauſarum ſuo co-
gnoſcitur ſigno.Has autem cauſas ſic appoſui, vt
tuæ ſatisfacerem volũtati.verum te cupidũ ſcio,
vt in his & cura procederẽ:ſed hoc in loco ea pro
ſequi eſſet nimis magna deuiatio ab eo quod pro
poſuimus:& noſtri libelli magis denigratio foret
q̃ laus.Sufficiat tibi de rebus his ſuo tẽpore & lo-
co me ſcripturum.Patere itaq; æquo animo mi il
lu.dñe,ſi de balneo tãtum locutus ero.vnde Prin
B ceps quarti ſeptima.Et melius quidẽ balneum eſt
illud quod eſt poſt digeſtionẽ primam:& cum iã
deſcenderit cibus.licet comedere cibũ poſt egreſ
ſionem à balneo abſq; ſuperfluitate eſt de cauſis
impinguationis.Et balneum quidem eſt bonum
impinguatiuum pluribus hominibus,& proprie
illis qui ſunt in diſpoſitione quæ eſt ſicut areſa-
ctio,& oportet vt ſit balneum poſt primam dige
ſtionẽ.ſ.qñ deſcendit cibus à ſtomacho niſi in re-
bus eiſdem:& calefactis quidem eſt adeo cõgruũ
factum ex lacte,de quo extractum eſt butyrũ, nõ
facto acetoſo,de quo poſt primi ſecundam.Et cũ
ipſum ingrediuntur ilico poſt ſaturitatem impin
C guat:propterea q̃ materiam ad exteriora corpo-
ris trahat.verumtamen oppilationes efficit, pro-
pterea q̃ ſui cauſa à ſtomacho & ab hepate nutri-
mentum ad membra trahitur non coctũ.Et quar
ti ſeptima.Et balneum poſt cibum eſt vehemen-
ter attrahens nutrimentum ad corpus impingua
tiuum.verum vtens eo exponitur oppilationi ac-
cidẽti in hepate ſuo,& ꝑprie cũ cibus eius eſt ci-
bus eorum qui ſunt impinguãdi:et ꝑꝑ id multipli
catur in oĩ qui quærit hoc,& illi ſunt aptiores ad
hoc vt in eis multiplicẽtur oppilationes & lapis:
quorum venę in creatione ſunt ſtrictę,& nõ ſunt
oẽs ita.Et hic ſpeculator inter Principis verba cõ
trarietatẽ apparentẽ conſideret:et Hippo.re.acu.
D tertio.Sed neq; balneãdum parua tpis mora poſt
acceptum ius vel quemq̃ potum.Et ego quidem
non parum admiratus ſum cum de balneo in Cõ
ciliatore noſtro legerim,q̃ eam apparentẽ cõtra-
rietatem nõ excuſſerit,& ſilentio pertranſiuerit,
neq; mihi cõciliationẽ facilẽ, ſed grauẽ cõſtituo,
& paucis claudens,id ſcribo,ſuo in codice nõ ra-
ro alienam poſuiſſe ſententiam,cui & ipſe non aſ
ſentit. quare primi ſecunda,capitulo,quidã orna
te loquẽtiũ.locutus eſt ea in parte,alienã opinio-
nẽ.quarti ſeptima ſubſcripſit propriam.cuius ſi-
gnũ,qm̃ dixit.Et melius quidẽ balneum &c. Nõ
enim

enim apparet ratio, quo cibus sic indigestus ad membra tractus ab hepate non alteratus, in nutrimentum membrorum co͏̄ueniens cedere possit, cum difficillimum hepati sit cibi indigesti malitiam corrigere. Nam cum ingreditur balneu͏̄ ieiuno stomacho trahitur ad membra nutrimētum, quod post venas hepatis & i hepate inuenitur sic membroru͏̄ attractiua concurrente, cum virtus illud magis diligat q͏̄ indigestu͏̄. Et hoc in loco hæc pauca sufficiant: & Hippo. dicta etiam infirmis intelligenda sunt. considera. Agendum enim postea est, quomodo balneum pingue͏̄ macrefiat. Inquit Princeps primi tertia: Et frequenter balneetur anteq͏̄ comedat. propter quod audiatur quod & ipse alibi scribit in eadem. Et tu quidē iam sciuisti ex eo q͏ď præcessit, q͏ balneum est calefacie͏̄s & infrigidans, humectans & exicca͏̄s. vnde primi tertia. Qui vult resolutionem & macrefieri, balneandus est, dum est famelicus: & ibi multu͏̄ moretur, vt dicere voluerit, vt balneu͏̄ tale ingrediatur, quod vehementer exiccat, & macrefacere facit, & debilitat, & quarti septima. Et est minoratio cibi & post balneum & exercitium vehemēs, & alibi. Et oportet vt sit eorum balneatio in ieiuno; & sit aqua sudare faciens, non aquosa humectans: & si fuerit aquosa resolutiua, sit assiduatio in ea, vt non accidat ex ea attractio superflua absque resolutione. Deinde non festinet ad comedē dum sup ipsam imo expectet & dormiat post ipsam: aut moueatur & exerciteturdeide quiescat, post comedat rē debilem. & similiter fit fricatio eius resolutiua continua. Hæc au͏̄t dicta esse intelligātur de balneo aquæ simplicis. Reliquum est vt scribamus quid de balneis naturalibus dicendu͏̄ sit. quod magno cu͏̄ desiderio d͏̄nationem tua͏̄ expectare sentio. Accipiendum itaq; balnea naturalia in diuersis corporu͏̄ dispo͏̄nibus vario modo operari, quo videlicet ad macrefacere & impinguare. propter quod vt clarior & expeditior doctrina de his habeatur, his conclusionibus rem ipsam sic claudam. Prima, Corpora munda ex vsu balnei naturalis macrefiunt. patet conclusio: q͏̄m sic eorum caro & membra resoluuntur & exicca͏̄tur virtusq; eoru͏̄ debilitatur &c. Secunda, Corpora immu͏̄da phlegmate repleta ex vsu eius moderato impinguari consueuerunt. patet conclusio: q͏̄m sic resoluto phlegmate virtutē opprimente, quo prohibebatur generatio boni sanguinis, virtus membrorum & totius fortificata in nutrimentum bonum faciendum sic potentior redditur. quare pinguescu͏̄t membra. Verum in primis diebus accidit toti macrefactio: quoniam non fit

E resolutio humoris peccantis absque resolutione boni: sed in postremis pinguescit corpus, vnde accidit, vt in his qui ex nimio fluxu arescunt, deinde pinguefiunt: sic fortificata virtute per euacuationem malorum humorum, virtutem prius opprimentium. Quibus infero d͏̄nationem tuam ex vsu talium magis pinguefieri debere. quamobrem in casu nostro balneum aquæ simplicis dictum plus co͏̄mendo. Et hæc est causa, quare quidam in coitu pinguescu͏̄t, & quidam macrescu͏̄t. Tertia. Corpora cholerica & vniuersaliter quęcunq; faciliter resolubilia, ex vsu balnei talis macrefieri putandum est. Nam in his ex forti resolu-
F tione & exiccatione balnei nimium resoluuntur & exiccantur, vt extra terminos ducantur. Quid au͏̄t de medijs & cæteris dicendum sit, ex habitis satis apertum esse videtur speculanti. quæ omnia intelligenda sunt virtute tolerante, cæterisq; naturalibus rebus. Et balneo hic fine͏̄ imponens hoc vltimum Principis addo. Sed qui sanitatē tantu͏̄ vult conseruare, balneu͏̄ ingredi debet postquam digestum est quod in stomacho & hepate est, q͏ď ex Senis nostri acutoru͏̄ regimine assumptum est.

De balneo vini simplicis. Cap. III.

Balneum quidem tale vini ætate, suaq; vinositate differe͏̄tias in se recipit, vt ex eis in cor-
G pus varios producat effectus. Nam cum vinu͏̄ nouum quod vnius anni tantum est, calidum & humidum scribatur. vetus vero, quod tempus hoc excesserit, calidum & siccum, accidit ex vno humectari: reliquo vero exiccari vtrisque calefacientibus. Est equidem aquæ potentius, etiam si paria cætera obseruata fuerint: cum plus de forma habeat, & penes eius multitudinem rei potentia attenditur. Neque sic vt aqueum in vsum venit, cum mitius. Qua ex re in regimine sanitatis, sic vt aqueum non accedit.

Verum quidam curiosi nimis id asseru͏̄t in nouiter natis ad sanitatis regimen accedere: præcipie͏̄tes sic natos ilico in balneo temperato vini ni-
H gri lauari, existimantes stypticitate vini membra in exitu ex vehementi motu laxata magis q͏̄ ex aqueo confortari. Et cum ad aerem deuenerint infœtum, eo tristari, ob quam rem plorant, calido sic iuuari magis. Verumtamen locum negatiue arguendo in dictis medicorum non paruitiam in rebus præcipue de quibus diligēter scripserunt, processeritq; in subsequentes omnes vsus eorum quę dixerunt. No͏̄ vereor eorum opinionem sic arguendo detestari. Et si cætera seruētur paria ex parte gradus caliditatis & q͏̄titatis, balneum vini multo plus resoluet & ad interiora

penetrabit

penetrabit, quare iam nouiter natus cũ sit ex motu resolutus, spiritus resolubiles habens, ab eo sic debilitatur, & via resolutionis infrigidabitur, & debilitatum caput virtutis motiuæ primum organum à vaporibus vini sic lædetur magis. Amplius in membris post balnei exitum caliditas disproportionata relinquetur quæ à virtute vini veniet, & longiori durabit tempore: natumq; altera bit, sicq; cutis rarior remanebit. quare præparabit eum per occurrẽtia aeris extrinseci ad facilius pati. Item nouiter nati humectari indigent, & nõ exiccari, quod ex vino cõtingere magis videtur. Balneum autem aqueum temperatum mitioris ac moderatæ magis caliditatis existit, post cuius exitum frigiditate aquæ ad naturam suam paulatum deductæ, pori cutis condensantur. quare aeri sic magis resistens fit. sicq; calor vnitur magis ac fortificatur. Cessat vaporum calidorũ eleuatio ac calefactio, quibus caput cæteraq; membra ex balneo vini lædebantur, & caliditate sic mitiori confortatur calor magis, & aqua calida magis abstergit & mundificat. locus speculationis est. Et vt actum, quia in vsum regiminis sanitatis nõ venit vt quod ex aqua, de eo aliqua hic memorabo vtilia breuibus pertransiens in aereolis, vt in cæteris non prosequens. Commendatur in paralysi, et in neruorum passionibus, in dispositionibus iuncturarum. Et operatoris est, moderari vini ætatẽ potentiamq; secundum dispositionis exigẽtiam. Et quidam curiosi medici iam in vsum deduxerunt in principibus & magnatibus, & in quibus iuncturæ laxæ sunt: vt semper mane & sero ante mẽsæ introitum manus suas vino lauent, quorũ sententiam non damno. Nam & si vinum interius assumptum neruos & iuncturas lædere scribatur: Id tamen exterius applicatum iuuare dicitur. Et eligibilius est nigrum stypticum, q̃ album. verum ablutio cum albo iam in vsum venit, quoniã deformatio ex nigro veniẽs, accusatur. Quam ob rẽ in vino albo infusa stent prius odorifera, quæ iuncturas & neruos confortant: vt saluia, acorus, rosa, & huiusmodi: quæ variari habent temporis constitutione varia, ac complexione & compositione, huiusmodiq; petẽtibus. De balneo autem vinoso à nobis tantum esse scriptum.

De balneo oleagineo. Cap. IIII.

NEque in regimine sanitatis olei balneum accedere vsque modo legimus: sed ad recuperandam sanitatem experti sumus. Qua ex re vt locus eius ieiunus non transeat, & infructuosus: de eo quædam scribam laude & experiẽtia digna. Mirabiliter cõfert in spasmo ex punctura vel

A vulnere facto: si membrũ dolorosum in eo multũ calido ponatur, calorem cõfortando naturalem, & materiam lædentem resoluendo. Eodemque modo in doloribus iuncturarum confert. etiam oleum temperatę caliditatis cum quiete mẽbri: confert etiam materiebus existẽtibus permixtis, & oleum ro. in his præcipuæ cum à causa calida venerint, obtinere videtur principatum. Cõfert & valde in colica ex retentione fœcum facta, & ventositate, si cum eo admixta fuerint ventositatem resoluentia. Iuuat ad lapidis exitum, & præcipue renum. vnde Auic. de eo secunda primi. 19. cap. Semicupium ingredi plenum tali, quale oleũ

B est. Confert lassitudinem habẽtibus, & febres patientibus longas frigidas, & eis qui cum febribus dolores habent neruorum & articulorum, & habentibus spasmum, & cuzez, & vrinæ retẽtionẽ. Et oportet vt oleum extra balneum sit calefactũ. Quod si vulpes in eo cocta fuerit, aut dabaon, & exponitur tassus, & factum fuerit, quemadmodũ nominabimus: erit melius quod esse potest, dolorem habentibus iuncturarum & podagram. Et finem de eo faciam. si duo narrabo quæ meis acciderunt in diebus. Albertus à sale, miles Ferrariensis, cum calculosus foret, & pluribus in horis à calculo vexaretur: meo consilio balneum olei temperatum, ingressus, sic vijs mollificatis, & calore

C naturali confortato, ilico à dolore & calculo euasit. Ambrosius miles Pesaurinus cum lapidẽ grandẽ in medio virgę magno cũ dolore teneret, me consulente virga sic in balneo olei tenta, & via mollificata, spacio quatuor horarum exiuit. Nã de incisione virgæ apud medicos suos spe destitutos mentio fiebat. Et hæc sic raptim de balneo olei scripta sufficiant.

Historia

Historia

De balneo lacteo. Cap. V.

CVm Lac complexione frigidum sit & humidum, naturæq; humanæ ipsa aqua magis amicũ: arbitror ex eo balneum calidum, quo

D saltem humectationem fieri quærimus, & caloris confortationem & non resolutionem: vt in tabefactis, cuiusmodi sunt hectici febrientes: hecticiq; senectutis, & hmõi, ex alia causa vt tristitia cõsumpti, longe plus balneo aquæ conferre. Magnifice etiam iuuabit hos qui longo ex itinere & forti exercitio exiccati: hisq; qui nimio calore arefacti sunt, quibus suauis infrigidatio est necessaria, & quasi connaturalis. vnde primi septima Princeps. Et calefactis quidem est adeo congruum factum ex lacte, de quo extractum est butyrum nõ facto acetoso, quod & de hecticis ĩtelligi potest. Verum

Verum quia de lacte copiam tantam sic non habemus nutu voluntatis:hunc de eius commemoratione superficialiter fortasis medici locuti fuere.quos & ego sequens,volo tantum de eo à me dictum esse.poterit enim indagator ex habitis dũ voluerit,ad vlteriora se transferre.

De balneo aereo humido. Cap. VI.

Balnei humidi aerei cura atque diligentia apud veteres tanta fuit,vt in tuendam mortalium sanitatem,in eamq; recuperandam, illud magno cum opere fabricauerint.Et effectuũ suorum varietatem considerantes,non minus in dãdis præceptis eorum studiũ fuit,quæ ex parte qualitatis eius corporum,tẽporis,regionis,ingressus, egressus & moræ,eos obseruare colereq; deceat. Et ita eius iuuamenta ac nocumenta suis in codicibus reserarunt. in quibus conueniat, quibusq; prima balnei conditio disconueniat,vt aperte satis eius vtilitas necessaria comprehendatur.Et fabricam hanc eius formam primum amplexãtes, dicamus eam pluribus dotibus ornari necessariũ esse.Amplam quidem decenter & altam in primis debere esse dicemus:vt aer constrictus nõ alteretur,cũ conculcatio aeris in loco angusto vna ponatur ex causis putrefactionis suę causatiuis vt secunda primi.Sic.n.magis vnitus potentior redditur,qui pati ab hoĩbus non potest,vt inde refrigerium non habentes suffocari se videantur, & cor in calefacto esse positũ sic indisponitur. Sitq; luminaribus amplis bene munita:vt per ea libere euentari possit aer in ea retẽtus à vaporibus aquę etiam alteratus & ingrossatus,& à cęmento et lapidibus illum indisponentibus,quæ & claudi & aperiri possint voluntatis imperio.Ex quibus apparet error eorũ,qui eã ocularibus vitreis ornãt, quæ claudi & aperiri nõ possunt. Apparet error secundo eorũ qui eam paucis et paruis cũ luminaribus ornãt. In tres autẽ casas diuisa esse debet sic antiquorũ verba sequens extrema considerantiũ & mediũ.Prima itaq; frigida sit & humida. Tertia vero calida & sicca.Secunda aũt, quia media, calida sit & humida. Hæc.n.cõparatiue semper inter se intelligantur.Nã prima frigida & humida esse debet secundę respectu:sed comparatione aeris extrinseci, ad aliqualẽ licet leuẽ caliditatem declinare debet: vt sic frigida & humida dicatur respectu secũdæ & tertiæ.Secũda ad intẽsiorẽ gradatim caliditatẽ accedit, vt tñ calida & humida denoĩetur,& à siccitate oĩno absoluatur. Tertia vero cum cęteris calidior existat,& extrema calida & sicca dicitur,& resolutiua. Hæc autem oĩa sic ordinata fuere:qm̃ cum natura repentinã non

E patiatur impresionem,vt trãsitus de extremo ad extremum p medium fiat:medicus sic naturæ adiutor esse debet.Hæ tres sufficere visæ sunt Prici pi & Ali abbati seni.licet.10. therape. Dux quatuor enarrauerit. Nos autẽ Itali duabus casis tñ vtimur: quarũ primã refrigeratorium noĩamus. Secundũ vero,æstuarium dicimus.Et materialia eius declarantes dicimus,q̃ duplici ex materia cõfici põt,aut ex lignea,aut ex lapidosa.Et certe ligneam magis cõmendo:qm̃ aer non ita ex ligno vt ex lapidibus & cęmento alterari videtur,& cũ euentatur vtraq;, melius ĩ lignea rectificatur aer. Hãc.n.nobilibus & potentibus magis cõmenda-

F rem q̃ in eo tẽpore vidi canalibus aquæ vapores ad loca deferentibus,quę neq; plumbea sint neq; ænea:qm̃ ex virtute eorum aliquid malitiæ assumit aqua,vt actum.Quod si lapidea fuerit, eligatur vetusta:qm̃ ex cęmẽto nouo vt supra,impresione eius in aerem sic alteratur. Sitq; stannea cacabus:qm̃ in ea q̃ in non stãnata minus multo alteratur aqua,vt experientia potãdo sentimus. Et vt ab hoc loco vacuus nõ discedas:qm̃ ex hoc scire infructuosum tibi non facio,audi philosophũ. Quidam faciunt ex ære vasa ad comedendum & bibendum in eis,& nocet eis multum: & maxime illis qui assuefcunt. nam parati sunt tales in-

G currere elephantiam,cancrum, & dolorem hepatis,& splenis, & malitiã complexionis, maxime comedentes in eis res acres, & bibentes in eis vina dulcia.Et tu considera hoc in loco alchimizatas tatias & vasa quæ gratia honoris in domo magnatum tolluntur. Et sequitur qñ comedunt cibum,qui steterit die vna ac nocte, est peius multum. Et qñ ponitur vas æneum super pisces assatos calidos,fiunt venenum mortiferũ. Hæc autẽ in stãnatis vasibus non veniunt. Abstineant itaq; ciues in vasis æneis aquam residere, qua in potu vti volunt: & suis in condimentis quæ stannata non fuerint. nam & vetusta consuetudo in contrarium sic damnanda est. Aqua autem cuius

H vapor aerem calefacit bona & electa esse debet, non putrida, non cenosa,non vallosa.nam ex radice mala malus egreditur fructus. Ex grossa autem vallosa,vapor exit grossus, malus,aerem ingrossans & inficiens. quare sic calefactus amplius ad interiora corporis penetrans in eo malam inducit qualitatem, oppilationes fortes,ex quibus paratur corpus ad humorum suorum putredine,ad varias ægritudines ac febres. Vnde Princeps secunda primi. malus aer est cui admiscẽtur vapores stagnorum,lacuum. Qua ex re non mirandũ est si homines ex vsu ęstuarij ex mala aqua

confecti,

cõfecti, pluries infirmãtur. quare in ciuitatib⁹ val
libus ꝓpinquis, apud quas pertrãsit aqua currẽs:
vrbium cessores apud eam æstuária fabricari, &
non in ciuitate iubere deberent. nam eligibilior
est aqua currens. Et vt lectio hæc minòri cum te-
dio à te pertranseatur: vnum hic iocosum addu-
cam. Nam ea æstuaria vsitantibus cœnosis cum
aquis confecta, id accidit quod & nobili à barbi-
tonsore rustico raso cõtingebat. Nam cum eum
sic raderet per sæpeq; faciem rasorio vulneraret.
nullum promptius remedium habens, ex diploi-
de lacerata bombicem extrahebat, & vulneri ne
inde sanguis emanaret ilico apponebat. Cumq;
eum demum sic rasum dimitteret. vt mos est ho-
minum eo in tempore in speculo speculatus est:
risit dixitq; ò magister quid, egisti. nã plures q̃ an
te in barba me pilos habere video. His & simili-
ter accidit qui lutuosa cum aqua se abluunt. nam
pori cutis cœno pluri sunt repleti omnes. Li-
gna autem bona non putrida esse debent. vnde
secunda aphor. commen. 41. Scio enim quen-
dam in balneo morantem inde dissolutũ, quia
balneum ex lignis nociuis erat calefactum: &
adeo obstructa per totum esse debent, vt fu-
mus fabricam non ingrediatur, à quo multum lę
ditur aer et corpus humanum vt infra. Caliditatẽ
autem aeris pro efficienti causa ponatur à vapo-
ribus aquę calidis ĩmediate euenientẽ, quã mode
rare oportet secundũ vtilitatẽ à medico intentã.
Et balneatorum officium esse deberet. verum cũ
idiotę sint & ignorantes, plurimos committunt
errores, vt oĩbus intrãtibus idẽ ac cõis sit aer. eius-
que caliditas quę vni cõuenit vt frigido, alteri dis
conuenit vt calido. Qua ex re contingit aliquos
saluos esse, aliquos infirmari. quare sic eam mode
rare oportet, cum oĩbus cõis hæc fructuosa mini-
me esse possit. Verum cum delectationis gratia,
q̃ sanitatis diligatur magis, sitq; magistrorũ ani-
mus ad lucrũ & non ad hoĩum sanitatẽ intentus:
hinc oĩa hęc ꝑuertũtur. Corpora itaq; diuersimo
de cõplexionata, varijsq; dispõnibus oppressa, va-
ria sibi balnea cõstituant. Contẽplẽtur itaq; in pri
mis tpis cõstitutio, regio, consuetudo, ad balneũ
amor, virtus, habitudo, cæteraq; talia. Aut accidẽ
tia quorum alia ad balnea hortãtur, ac maiorem
moram: cætera ab eo abstinentiam aut minorem
moram. Neq; sit eorũ ingressus nisi vẽtre vacuo,
& mora ad virtutis tolerantiã & lenitatẽ, vt actũ.
quo in tempore gradatus fiat exitus, nec de extre
mo ad extremum repentinus transitus fiat, quem
natura minime bene tolerare solita est. Qđ si in
camera vt decet particulare balneum fiet: poterit

A ab ipso ad lectum ĩmediate transferri, vt iã mos
apud latinos inoleuit. Estq; exiccandus qui sic in
balneo sudauit, ante eius exitum, & in lecto repo
nendus ẽt vt sudet, ꝑcipue in quo euacuatio quę-
ritur & resolutio. Qđ si sola humectatio diligi-
tur ac caloris naturalis confortatio, non ingredia
tur lectũ, saltẽ vt calefiat: sed fortassis conceditur
ad quietẽ: vbi virtutis aderit debilitas, quæ res pru
dentiæ medicorũ astantiũ relinquenda est. Iuua-
menta autem & eius nocumenta in dicendis ape
riẽtur. Postremo de mora in balneo. Et si de eo
aliqua scripta sint, tantum dicatur ꝙ humectatio
nẽ quærẽtes, in humido maiorem valde q̃ in sic-
B co trahere debent: qui vero resolutionẽ euacua-
tionemq;, magis, è contra agant. Quibus oĩbus
prima areola sic manifestata relinquatur: ad cæte
ras me conuertens. Operationes. Operatio na
turalis balnei est, calefacere suo aere, & humecta
re & exiccare per accidens, vt actum, & aliquali-
ter per se. cum caliditas sit per se etiã siccitatis pro
ductiua, vt multi tenent. vnde primi secũda Prin
ceps. Qm̃ quælibet caliditas exiccat, infrigidat ẽt
calorem naturalem multũ resoluendo, vt actum
de aqueo. Membra capitis. Caput replet, humo
res ad oculos fluere facit. propter quod & vltra-
montani æstuaria sollicitantes, oculos scarlateo
colore sussultos habent, quam rem fortasis alius
C Deo baccho attribuet. Membra pectoris. Fri-
gus ex pectore tollit, pulmonẽ purgat præcipue
tertia in casa. Membra tertij ventris. Vrinam
prouocat, humiditates dissoluendo: renes debili-
tat ac coitum, qua ex re multum in coitu debilitã
tur iuuenes qui aut in balneo aut immediate post
exitum eius cum meretricibus coeunt. ventrem
stypticat. Membra iuncturarum. Iuncturas la-
xat & debilitat, easq; ad dolores podagricos præ-
parat, ꝑcipue cum fuerit eius asiduus vsus. Vnde
Princeps vigesimasecunda tertij de præseruatio-
ne ab incursu podagrę. Ex minoret in balneis: qm̃
humiditates fluere faciunt ad iuncturas. Quare à
D lotione frequenti pedum qui suspecti sunt, absti-
neant. Vulnera & vlcera eis nocent. Febres.
Secunda casa febricitãtibus cõfert, & prima de-
inde: qm̃ hectici reducendi sunt de secunda ad pri
mam. Et de his in dubio supra. Hora ingressus
& egressus. Iam dictum est de eis nunquid eligi
bilior sit ingressus matutinus serotino, & stoma-
cho iam euacuato. Dicatur primo: tempore cali-
do eligendus est matutinus: frigido vero circa vi-
gesimam horã, qua aer minus frigidus est. Et qui
ex eo sanitatem tantũ q̃rit, mane ingrediatur quo
tẽpore facta est digestio in stomacho & hepate.
Si

Si vero alia ex causa ingredi voluerit, eam consi-
deret,& sic tempus proportionatum eligat.nam
calidum ad resolutioné magis iuuat, & huiusmo
di. De mora sępe scriptum est ad tolerantiam et
corporis leuitaté, & vltra si à medicó magna quę
ritur calefactio, resolutio, & huiusmodi. Regi-
men. Intrent ventre prius vacuo,stomacho ieiu
no:exeant,ne à frigore lędantur, bene tecti,lectú
ingrediantur vt actú,cibentur' cibis resumptiuis,
dum fuerint à calore membrorú quietati,ne mé-
bra sic calefacta nó coctú cibum ad se attrahant.
Ex quibus apparet eorú error,qui ilico post egres
sum oua sorbent ac comedunt: vinum bibentes
non mediocriter potens. quod certe mensurari
debet.neq; in omnibus ęqualis potentię offeren-
dum est:sed attendátur ętas,cósuetudo,virtus,&
huiusmodi:ac vtilitates, propter quas balneum à
medico est concessum. Neq; eo in die aeri libere
se multú exponat,ne ex subingressu aeris,sic aper
tis poris lędatur corp⁹.Plurima alia addi possunt,
vt q; macrefiat,impinguet,& hmói.vt in quęstio
ne actum, quę ex habitis colligéda sunt:& cóside
ret speculator.Et hęc de balneo aereo humido.

De balneo aereo sicco. Cap. VII.

BAlneum aereum siccum quod nostri stu-
pham nominát,fabrica est cuius aer per me
dium quoddam furnellum appellatú sic calefit,
quod à furno differre sic videtur:qm furni aer ab
igne immediate ignitur. Hunc auté locum quá-
maxime septentrionales frequentant.Italiq; quo
rum habitatio illis propinqua est: vt Tridentini,
Feltrenses,Foroiuliani,cæteriq; tales. Qua ex re
de eo à me sic scribendum est, vt & his omnibus
proficiá. Nam hyemali tempore eis locus est ve-
luti continua statio. neq; id cupiunt vt sanentur:
sed vt frigoris rabiem fugiant:& hi maxime qui-
bus indumentorum calidorum copia non adest.
Contemplabimur itaq; vt de humido actum:ma
teriam,formam,aeris qualitaté, quibus cóueniat
magis iuuamenta dicétes. Et materialia ample
xantes dicamus primo fabricam hanc quandoq;
ex lapidibus: nunc ex lignis: nonnunq̃ ex vtrisq;
cófectam esse.Cuius electionem ad areolam pri-
mam:quoniá is locus suus est:sic reseruabo in for
ma eius prosequens. Debet enim locus hic am-
plus esse:quoniá angustatus aer cito corrumpitur
cum nouo nó euentetur: præcipue cum aer in eis
odoribus ciborum alteretur, ac frequentantium
aer permutetur. De cuius alteratione suo loco di
cetur. Sitq; fenestris munitus, quæ aperiri & clau
di possint:vt inde euentetur aer. Et sit vnum lu-
munare versus plagam septentrionalem, cæteris

E maius,vt inde melius rectificetur aer. Ex quo ap-
paret vt supra error eorum, qui luminaria parua
ac pauca in eis ordinát, quod vt inde calidior red
datur locus sic cófici faciunt. Nam ornatum esse
decet vt inde delectabilior reddatur:quoniá mul
tæ stationis locus esse debet. Quamobrem poten
tes luminaria vitris ornata ac picturis amęnis eá
fabricát. Et vt locus semper iocundior reddatur,
in eo sint quæ animum dulciter molliant & à cu
ris deuient:vt schacorum ludus, alearum,cartu-
larum,& huiusmodi. Vinum autem hic silentio
pertranseo, quod & dulce feroces ac tristes spiri-
tus mollire ac solare solitum est: vt & omnes ad
F cantilenas prouocet. Sint etenim ludi hi solatio,
nó lucro dediti,ne furore ita accendantur humo
res, quos & loci caliditas sic ad incurrédas febres
quammaxime præparet. Actum de forma,conse
quens est vt de materia dicamus,& in primis pri-
ma ponatur areola. Electio. Eligatur quæ ex Electio.
lapidibus constructa est:lignis aut asseribus valla
ta. Lapides autem causa sunt, aut per antiperista-
sim, vt calefactus aer amplius calefiat: & sic mi-
nor aut remisior requiritur ignis, qua ex re non
sic ignitur aer neq; disproportionatur:vt ex igne
intensiori prouenit, aut si recipiunt caliditatem,
eamq; in asseribus conseruant. ob quam rem nó
G est ita necessarius continuus ignis, & calefactus
aer eorú frigiditate sua in caliditate moderatur.
Asseres autem siccę & porosę eligantur: nam sic
in poris latiores facilius caliditatem recipiunt, vt
aer mitior inde reddatur. Nam in substantia den
siori impressa ad calefaciendú potétiora reddun-
tur.quare non tantum, neq; ita potenter distem-
perabitur aer ad qualitatem ei contrariá. Quibus
inducatur ex asseribus piceis fabricatam eligibi-
liorem.nam laricεæ aut cupresinæ,aut nucεę,et
huiusmodi sunt densitate nimia participantes,
neq; aer in eis impressus æque bene poterit euen-
tari,vt qui in poris erit latioribus. Aer enim qui
bene euentari nó potest,facile corrumpitur.nam
H etsi aer in corde attractus nó euentaretur per suc
cedentem,statim corrumperetur. Nam cum aer
sic remanet non euentatus,corpus ad ęgritudiné
præparat. quoniá associatur ei qualitas contraria
suæ complexioni. Princeps. Et aerem non defe-
rens dico q; nó nimis calidus & siccus esse debet.
quoniam sic cor ad lapsum calidú pręparat,quod
refrigerare deberet:sicq; anhelitum grauat.qua-
re asthmatici ab eis se custodiát: maxime quibus
est asthma ex catarrho humido,quem dissoluit il
la caliditas,et fluere eum ad pectus facit. Pingues
etiá qui sic refrigerio indigent: cholerici multú

&hi

&hi consimiliter calidi.humores enim choleri-
cos commouet,iuncturas laxat: quoniam fluere
facit materias vt actum de humido, spiritum re-
soluit,virtutẽ debilitat, ac animum eneruat: his
maxime qui eo delectantur,& choleram supera-
re facit.Nã & si humana corpora nimia aeris ca-
liditate distemperentur,vt virtus deijciatur,quid
de caliditate aeris extranca dicemus.Cum calidi-
tas solis nobis velut naturalis sit:cum sol et homo
hominẽ generẽt,vt magno placuit Philosopho.
Ex lignis eligantur sicca salicina vel alia porosa,
non densa, nõ vallosa:sed in cultis locis nata.Fur
nellus ex creta siue argilla fiat.nam laudabilior q̃
ex cęmento,qui in altero angulorum loci funde-
tur,vt propinquius & distantius stare possit qui
maiorem aut minorem caliditatem quærit.Et cũ
de aere quantum ad ea quæ intrinseca sunt, actũ
sit:aliquid de extrinsecis ad ipsum spectantib⁹ di-
cendum esse puto:vt q̃ primo ex ingredientibus
non alteretur.Aer.n.ex frequentia hominum sic
clausus notabiliter alteratur,quam rem manife-
ste declárat aer scholarum in quibus habitãt pue-
rorum copiæ,qui continue est per ostia & fene-
stras euentatus.Itaq; euitanda est hominum fre-
quentia præcipue infirmorum,& eorum qui fœ-
tidum habent anhelitum,aut fœtorem pedũ, &
huiusmodi,quæ aerem fœtidum reddunt. nã sic
morbi efficiuntur veluti contagiosi. Quamobrẽ
Principes & potentes,quibus vsus æstuarij est as-
suetus,tempore suspecto ad pestem omnino pro
hibeant ingredi eos qui ex locis infectis veniunt.
Item cum phthisis ægritudo cõtagiosa sit,seruiẽ-
tes phthisicis exulent:sicq; in similibus seruãdũ.

Euentandus est itaq; aer æstuarij q̃ frequenter,
vt ex causis extrinsecis alteratus rectificetur, vt
sunt cibaria,à quibus alteratus fuit:vt cortices cã-
crorum,vinũ,brodialia,allium, cępæ. quę apud
vltramontanos in æstuarijs veniunt ad prandia sę
pe. Rectificandus est & continue cum odoribus
gratis dico gratis,quoniam non idem odor om-
nibus gratus est.Nam est eius alteratio siue putre
factio multum verenda.vnde Princeps. aeris pu-
trefactio multum timenda est:qm̃ cum putrescit,
incipit humorem putrefacere,qui à corde circun
cũdatus est:qm̃ ad ipsum propinquius accedit q̃
ad aliud.Sed qui ea stupha ad conseruandam sani
tatem voluerit vti,aerem eius sic moderet,vt ne-
que calidus sit.semper autem aut ad temperamẽ-
tum,aut infra in caliditate ipsum producat:inspe
cta virtute,complexione,temporis constitutiõe,
regione,consuetudine,& hmõi. ob quæ diuersa
diuersificari habet.Ipse quidem aer refrigerium

A cordis esse debet,& calorẽ suũ tẽperare,nõ ad lap
sum deducere,vt actũ. Accidit et qñq; vt corporis
dispõ lapsa,calidiorẽ requirat,qui medici cõsilio
moderandus erit.Rectificatur aũt cũ his quæ bo-
ni sunt odoris,virtutem vitalẽ ac aĩalem confor-
tantibus,non excedentibus in odore:qm̃ sic om-
nis ĩmoderata qualitas actum deijcit proprie vir-
tutis,vt medicorum Dux secũdo techni. Neque
odor sit assiduus,neq; rerum in multa quantita-
te positarum:sed sit odor leuis,suauis.non multũ
imprimens.Ad hoc autẽ valentia sunt plura, vt
iuniperus si accendatur:deinde extinguatur, fu-
mus eius suauis & odoriferus est, laurus, myrth⁹,
B rosmarinus.Item sandaraca, aut thus, ladanum,
trochisci de gallia muscata, auiculę de cypro, nux
muscata, garyophylli, cortices pomorũ odorife-
rorum in faucibus furnelli positi.Scopis omni se-
ro mũdare apertis luminaribus,& thure aut alio
odore:deinde suffumigare,ignemq; prope diem
de nouo accendere. Operationes. Est calefacti operõnes
uum,exiccatiuum,cum aer sit calefactus, erit so-
lutiuum & hmõi.Qd si tẽperatũ aut infra tpamẽ
tum calidum fuerit:corpora sic à frigore desẽdit.
Quare senibus,quibus calor deficit,& pueris, qui
sic à frigore faciliter patiuntur:cõuenientior erit,
frigidisq; natura.Reddit corpora à frigore extrin
C seco passibilia.poros sic aperiendo,cutim lędit:et
sic passibilẽ facit.Quare consulendum vt intrãs
pannis se exuat siue alleuiet:& cum egressus fue-
rit,eos reassumat,vt à frigore se sic tueatur. Mẽ-
bra capitis. Caput offendit,eius dolorem indu-
cit:maxime cũ calidũ fuerit. Qm̃ oĩs caliditas eua
porationem facit,Princeps. Oculos passibiles red
dit ac debilitat.quare facilius à frigore læduntur,
sic apertione pororũ spiritus visibiles diminuit.
Quare qui in talibus obuersãtur, oculos sępe scar
lateo colore suffultos hñt. Nã ad eos debilitatos
materia fluit catarrhalis,& fluxa non cõsumitur.
mẽbra.n.debilia fortium sic superfluitates reci-
D piunt,ad surditatẽ sic p̃parat:etiã cõnaturalis aer
sic ex tali lædi videtur. Mẽbra pectoris. Tussim
inducit,& pectus lædit ac pulmonem, præcipue
cũ eius aer fuerit nimis calidus.Estq; tussis causa
non raro per accidens factiuum:cũ ex eo sic cali-
do ad aerẽ extrinsecũ notabiliter frigidum corpo
ra trãsmutẽtur.Videmus.n.in autumno corpora
mutari propter aeris eiusdem mutationem,nunc
ad calidũ,nunc vero ad frigidum. Membra ter-
tij ventris. Digestiuam debilitat sic ad calidita-
tẽ extrahendo:sed in siti augumentum p̃stat.qua-
re in eis bibuli libẽter cõuersãtur. Vrinã minuit,
ventrẽ stypticat,sudorẽ prouocando,ac calorem

ad extra trahendo, hydropisi confert. vnde Princeps. Et est præterea cum ingrediuntur balneum ipsum siccum exiccat, & confert hydropisim habentibus ex laxitate. Mēbra iuncturarum. Iuncturas laxat. Vulnera & vlcera. Eis in hyeme non nocet: maxime si ex humore fuerint frigido.

Febres. Febricitantibus febre ex causa frigida vt phlegmatica conuenire maxime videtur. Et qm̄ in melancholicis febribus maior est intentio ad humectandū, sic cōferre non videtur. Ingressus & egressus. Ingrediantur cū paucitate vestiū, & cū multitudine egrediantur, bene capite muniti. Cōuenit magis, vt actum, senibus debilibus & pueris, & paralyticis purgatis. Et cum regimē sit in eis quotidianū & consuetudinarium, de eo non aliter dicendum q̄ de consueto. Et breuiter aer ille calidus dissoluit, laxat, rubificat: quia sanguinem ad exteriora trahit, qui si superfluit, colorem efficit citrinum: qm̄ resoluit quod attraxit. Ex quibus eius nocumenta colliguntur, quæ consideret, qui eo vti voluerit. Et hæc de sicco aereo.

De balneo sicco igneo.

FVrnum, vt actum, balneum siccum igneum appellare non longinquum à veritate esse videtur: cum & eius parietes immediate ignis calefaciendo attingat. Quòd & si in sanitatis cōseruationē sic accedere non videatur: in eius tn̄ recuperationē nonnulli eo vti laudarunt. Vnde, vbi fortis quæritur resolutio ac exiccatio, toto corpore mala dispositione frigida & humida infecto, vt in ascite, aut in tympanite. in qua & si sit vētositas: tamē ab aquositate absoluitur. Quare hoīes hydropicos tales in furno locāt, capite exterius situato: et si extrema sic humida aut tumida forēt, cū eo aere resoluūt. Quòd si fortis resolutio quęritur ac exiccatio, cū eo cōpleri poterūt, vbi conuenienter applicetur. Hanc aūt conuenientē applicationē medicis relinquo: & his qui de accn̄tibus notitiā habebūt. quorū op⁹ prudētia duci debet. Hęc pauca de igneo, volo intelligētib⁹ sufficere.

DE NATVRIS ET PROPRIETATIBVS BALNEARVM NATVRALIVM LIBER SECVNDVS.

De inuestigatione causarum caliditatis thermarum naturalium. *Cap. I.*

On paruam prouinciam aggredi me sentio mi illustris domine, cū de naturis & causis caliditatis balnearum naturalium à me peragendū sit. cum in altera harum rerum E plurimos philosophos discordes fuisse, me legisse meminerim. Nam apud philosophorum Principem suo de proprietatibus elementorum non paucorum philosophorum varias opiniones recitantur. quas abolere & annullare omnino enixus est: vt sic inter eas sua elucescat opinio. Est quidē horū sapientū discordia, certissimum rei magnæ signum, quæ à philosopho magno sic scripta fuit. Verum alterā & sensibilem magis & rudiorem opinionē in medium adducere tentabo: fortassis tibi mentibusq; aliorum gratam magis, quam cū alijs connumerare, non est quin dealbescam, qui rudissimus sum, ac pene ignarus, & ab eorū opi- F nionibus sic deuiare. Verū & si in causa caliditatis longa perscrutatione aduersantes fuerint, in proprietatibus tn̄ & naturis vnius sententiæ fuisse visi sunt. Quamobrem cum in his prosequi inutile satis esse putem, æquo animo patieris, si raptim illas absque litigio recitabo. Nam earum recitatio à me fiet, vt quantum ruditatis opinio nostra sapiat, à te melius comprehendatur, cum opposita iuxta se posita magis elucescant. Narrabo itaque opiniones prout in litera Aristo. iacēt, ne in earum recitatione diminutus aut superfluus esse videar. Mileus philosophus locutus est in eis: dixit autem quòd causa, qua est aqua thermarum G calida, non est nisi per ventum calefacientē in ꝓfunditate terræ & concauitatibus quæ sunt in vētre eius: quare conuertitur illa caliditas sup aquā & calefacit eā: & sic egreditur calida. Rentiphilus in illo sermone in quo cōtrarius est Mileo, & secuti sunt eum multi, dixit: terra q̄ ī illo loco est rara, non cōiunctarū ꝑtium, vehementis mollificationis, cui est durities. quare ingreditur eam caliditas Solis: ergo calefacit aquam in concauitate terræ in cauernis & foueis quæ sunt in vētre. quare illud est causa istius caliditatis. Democritus aūt dixit q̄ causa in caliditate huius aquæ est, q̄ in concauitatibus terræ quæ sunt in ventre ei⁹, sunt H montes calcis. cū ergo currit aqua sup illā, calefit, & egreditur aqua calida sup faciē terræ. Aris. q̄a ergo manifesti sunt quidā de sermonibus eorū ꝑ inquisitionē ꝑsentem, dicam nunc in illo sermonē conuenientē ad cōprehendendum, q̄ certum est & necessarium, qm̄ aqua currit sup minerā sulfuris. quale calefit ꝑꝑ illud. Et significatio illi⁹ est q̄ aliquid odoris sulfuris est inuentū in illa aqua, et qn̄q; inuenitur ī ea sapor eius. Extinguitur aūt cādela & remanet cū licinio ex igne, & puluerizatur super ipsum puluis sulfuris, & accēditur, & qn̄q; cōficitur lutū cū napta & sulfure: & fit ex eo liciniū, et cōburitur. Et similiter dicamus in Vulcano

Vide Arist. in l. de propri-
etatibus Elem. c. 2

Mileus

Rentiphilus.

Demo.

Aristot.

tano qui est in terra Siciliæ & inter magna maria.ꝙ illæ concauitates & illæ ruinæ in quibus sūt ignes,non sunt nisi ex sulfure in ventre illius mōtis.ergo cōflat vētus,& mouetur vnda in illo mari,coarctat vnda mōtē,et calefacit ꝑ illud sulfur, & accēditur ī eo ignis,& egredit̄ ex eo fum⁹ &c.

HAS AVTEM opiniones argumentis altercare non intendo:sed in mea opinione positiue satis prosequi,eamq; suis cum fundamentis ita roborare:vt tua illustris dn̄atio facile iudicet,si recitatione digna sit,& cum cæteris cōnumerari. Et in eā diuino numine prius inuocato,sic ꝓsequar. Aqua oīs simplex essentialiter summā sibi vendicat frigiditatē,est.n. frigidorum primū:vt supra Princeps. Secundū,ꝙ oīs aqua ab intrinseco calefacta in essentia & virtute frigida ponenda est. Nā oīs talis sic suæ dimissæ naturæ ad frigiditatē redit:vt experientia cōprehendimus. Ex quo infertur,ꝙ aqua thermarum sic aliūde calida facta frigida virtualiter & natura dicenda est. Tertiū, ꝙ cum aqua sic in vltimo frigida sit, qualitas sibi in summo disproportionata,ꝙ tantus gradus caliditatis quantus est caliditas feruens, in ea nisi à summo calido induci pōt. Ex quo infertur ꝙ non ꝑ ventum calefaciētē sic calefit,vt Mileo placuit, cum nihil agat vltra gradum propriū. Et hoc sup positū verum sic superficietenus contraire videtur opinionibus iam recitatis: considera. Quartum,ꝙ potentior est paribus seruatis caliditas siccitati q̄ humiditati coiūcta,cum siccitas caliditatē exacuat,et humiditas obtundat. Quintum, ꝙ actualis ignis in aquam ipsam actualiter agens, nō pōt in ipsam intensiorē gradum caliditatis ipsa aqua remanente,q̄ feruētię gradum īprimere. Suppositum verificat experiētia. Ex quibus inducatur primū ꝙ aqua thermarū ad tm̄ gradū feruētiæ à vaporibus calidis sub terra existētibus minime perduci pōt. Nā cū is effectus vltimo sit ignis, neq; vapores tales igni in caliditate pares sint, ab eis similis effectus in summo minime exire poterit. Inducetur q; secundo,ꝙ si sic calefit, hæc caliditas ab igne ꝓducta erit. Et cū ignis hic eā sic calefaciat:sequitur in visceribus terræ sic ignem inueniri debere,qđ & rōne persuadebo. Nunc aūt horum virorum Aui.& Auer. opinionē sequētes ꝓmittamus ī mixtis elemēta formaliter reperiri. ꝙ eorum authoritate dignū cōcessione relinquo. Arguamus itaq; sic. Naturæ quidē difficilius est mixtum perfectum in visceribus terræ posse producere q̄ simplex. qm̄ non pōt absque simplici sic mixtum produci cum ꝓsupponatur:sed pōt natura primum cum producat aurum, argentum, sulfur,ferrū,nitrū,cęteraq; mineralia. Ergo et sm̄.ergo et ignē. Et vltra.ergo ī virtute Solis et stellarū, poterit in visceribus terræ ignis produci. Et extēdendo dicamus,ꝙ nō solum parua quantitas,sed magna ipsius ignis passo disposito cócurrente ꝓduci posit. Qđ si in alienā quis sententiam deuiaret:Solis & stellarū & naturæ vniuersalis potētiā diminueret. Præterea si potest paruā quantitatē in paruo subiecto disposito inducere, quid repugnabit ꝙ & plurimā ī subiecto disposito magno.

Hæc etiā confirmare videtur experientia. Nam videmus montes maximos igne in visceribus eorum existente ardere, vt Aetna, Montebello, pluribusq; in montibus in mari existentibus, quæ & si stupenda sunt:illa tamen ac consimilia natura fecit,aut ad hominum vtilitatem,aut ad vniuersi pulchritudinē. Et stupendū magis facio ꝙ de corpore Agathæ sanctæ vulgatur. Nā cum ignis mōtis Aetnæ ita augmētatur:vt versus ciuitatem Cataniæ communia intermedia cōburendo veniat, occurrēte corpore Agathæ sit cum magna deuotione à ciuibus portato in ignis oppositū:ita ignis retrocedit:vt à corpore sanctæ effugari videatur. Hęc enim est visa opinio Democriti,qui ī assignādo generationis calcis causam:dixit ipsam ex lapidibus fieri in ventre terrę existentibus,ab igne sic decoctis vt in fornace,de quo post de calce. Facit autē ad huiusmodi ignis intēsionem frigiditas circunstantis aquæ:qua per antiperistasim sic souetur & intenditur.quare vt quasi semper thermæ in locis vallosis reperiātur,quæ aquositate nō priuantur. Vnde si verba Aristo.recte contemplabimur multum ad caliditatem balnearum antiperistasim per aquam frigidam operari non negabimus:iuxta quæ in dubium vertitur.

An aqua thermarum sit calidior tēpore ęstatis q̄ hyemis,cū hyeme sit aquarum inūdatio maior,& maiori cū frigiditate cōiūcta.

Pro isto dicendum aquam ipsam quandoque calidiorem,quandoq; minus calidam reperiri. cu ius causa vt arbitror est maior vel minor antiperistasis. Et vt res planior fiat: sic ad dubium respondendo aliquas ponam conclusiones.

Prima. hyeme exnte frigida & sicca antiperistasis debilitatur. nā radij solares et stellarū ꝑ terrā penetrantes,cōtrariū sic fugiētes fortificātur. quare terra in ꝓfundo calidior iuenitur,vt in dies fossores terræ experiuntur. Ex quo infertur ꝙ cum caliditas illa nō sit multum potens, parū aut nihil adiuuat balneарū caliditatē, vt ad gradum perducatur intensiorem. quinimmo videtur illam potius remittere,cū remissum remittat intensum.

Secunda conclusio. hyeme existente pluuiosa & frigida antiperistasis fortificatur: aqua frigida sic per porositates terræ penetrante & infrigidante. Ex quo infertur & aquam balnearum eo pro tempore sic calidiorem fieri debere. Infertur secúdo, q balnea nostra Patauа præcipuæ Montis groti, Sancti Petri, Domus nouę, ac sanctę Helenę, & S. Bartholomęi, eo pro tempore calidiora esse: de quibus post.

Tertia. ęstate existéte rabida antiperistasis fortificatur: quoniam frigiditas terræ vnitur in profundo contrarium fugiens.

Quarta. ęstate ente frigida & humida, q̃a pluuiosa: antiperistasis fortificatur. patet ex dictis. Ex quo infertur q in diebus æstatis pluuiosis sic fortificata antipistasi: aqua thermarú p túc calidior fit.

Quinta probabiliter ponitur, q cæteris paribus fortior est antiperistasis hyemalis ęstiua. Ista cóclusio tanq̃ probabilis posita est. Ná videmus cauernarum aerem tépore ęstatis p antiparistasim infrigidari, & tempore hyemis calefieri: sed mensurare gradum caliditatis cú gradu frigiditatis nó est facile: vt. s. quæ earum est intensioris gradus in latitudine sua. Et ideo probabiliter dicitur: considera. Vbi tamé sit pluuiosa, fortior est hyemalis, & tempore, vt supra. Fortassis dicetur tépore ęstatis porositates terræ sunt latiores, & ex consequéti si pluet, aqua magis penetrabit: & sic fortiot fiet antiperistasis: considera. Nam experiétia est quæ de his certú reddet iudicium. Absolute aút sufficiat nobis in præsentia aquá aliam qńq; calefieri magis: qńq; minus, vt est videre de igne mótium noiatorum, qui quandoq; est maior quádoq; minor, causa sic aucta aut diminuta. considera.

Sexta. cóstitutio aeris frigida ad eorum caliditatem saltem in profundo maiorem siue intensiorem fieri non parum conferre videtur. hæc cóclusio ex superioribus deducatur.

Quibus sic positis ac firmatis: id in postremis aperiédum est à nobis, quomodo & aqua hęc ab igne calefit, & feruentiam suscipit. sicq;, vt quia quædam sulfurea, quædam aluminosa, quædá salsa, sicq; de mineris cæteris. Dicamus itaque primum q aqua hæc balnearum non aqua est, quæ in visceribus terræ frigiditate lapidum generatur conuersione aeris in eam: sed aqua est elementalis ab elemento veniens nunquam deficiens. Secundo est imaginandum in visceribus terræ terram compactam & densam & vnctuosam generari cauernosam & cócauitatibus plená, ad quas aqua ipsa per loca mineralium transiens: & illa secum conducens peruenit. in quibus virtute circú

E stantis ignis ebullit & feruet. vnde forte fit partiú mineralium sic ab ea conductarum cum ea commixtio. Et sic calefacta aqua & leuificata, cú qua multi coniunguntur ignei vapores, exitum ad superiora petentes, impulsione succedentis aquę iuuante, per porositates terræ ad superficié eius deducitur. vnde fons calidus causatur. Nec parú adiuuat inclinatio aquę talis vt terræ supereminear. Hæc aút terra sic concauitatibus plena, bitumen quoddam est vnctuosum & solidum & compactum: vt propter eius soliditatem & vnctuositaté aqua penetrare minime possit. Vnde vt actum; eo in loco sic congregata, eam callefieri & bullitionem & F feruentiam recipere comprehendim⁹: Intensioremq; caliditatem eo in loco q̃ in superficie terræ, ad quam ad nos peruenit recipiens. Ná in transitu per porositates terræ frigidæ, & ad aerem veniens, in feruentia sua sic remittitur. Neque repugnat hoc, bitumen magis q̃ fulfur in visceribus terræ generari posse. Quòd si de pabulo eius quæratur: cum rationabiliter videatur deficere debere: sic igne in eo continue agente. Dicendum bitumen illud esse quod longo ac quasi perpetuo tempore sua sic vehementi soliditate remanens non deficit. eiq; nutrimentum commune succedit, ne deficiat, cú vniuersalis natura bal- G nea hæc ad mortalium non paruam vtilitaté produxerit, de eis non mediocrem curam gerens, cú cætera omnia propter hominem fecerit: Omnia enim subiecisti sub pedibus eius. nam & de stupédis ab ea productis curam gerit. Estq; simile vt dé nutrimento addito in vitæ hominis conseruationem. Nam aqua illa fluens & per loca veniens sulfurea aluminosa & salsa, & huiusmodi, nutrimentum defert ad ipsius cóseruationem, natura sic de eius conseruatione intenta. Et propter similé causam ignis ille non deficit à Sole & stellis sic cóseruatus. Neq; hoc negandum est, q etiá reperiatur species lapidis, ex qua fiunt lebetes: igni in deco- H ctionibus resistentes. Sed statim hæsitabitur, cur ille ignis non extinguitur, cum euentationé non habeat, cum manifeste comprehendamus ignem euentatione carentem, statim extingui. Et ideo carbones conficientes in cumulo, foramina multa faciunt, vt ex eis ignis euétari possit: quibus carentibus extingueretur. Dicendum ipsum per poros terræ eueritari, vt naturalis calor in homine, quæ res comprehenditur: dum homo in balneis est ad vsq; gulam submersus. Nam eo pro tépore veluti suffocari se sentit, q cum brachia in altum eleuauerit, statim refrigerium percipit p poros cutis sic calore euentato. Etiam fumi eius cú

vaporibus

vaporibus aquæ egrediūtur. Neq; sic existimādū est ea perpetuo durare: sed ea quandoq; deficere, vt multis in locis Italiæ defecerunt nutrimēto deficiente. Aut propter ignis continuam actionem aut in vijs oppilatione contingente. Compositio nemq; etiam ex locis per quæ transit recipere nō negatur, vt Aristoteli placuit. Sicq; aqua thermarum à loco per quem defluit, denominationē recipiens est, vt alia dicatur sulfurea à prædominio, vt aqua thermarum Petrioli: Alia aluminosa vel salsa, vt balnea Ebani in comitatu Paduano, de quibus suo loco. Verum si verba Aristotelis contemplentur, transitus aquæ super sulfur siue p venas eius, causa est prima & necessaria caliditatis aquæ. Et certe id opinor q̄ nulla talis sit quæ sulfuris virtute careat. Et iuxta hæc opinatus sum hoc tale bitumen non multum in profundo terræ locari: quoniam verisimile nō videtur aquam per longissimam viam sic per poros terrę frigidæ continue venientem in tanta feruentia contineri posse. Qd' si quæratur, cur magis hoc in loco vel hoc hæ nascūntur thermæ, nonq; omni in patria: dicendum vt de cęteris effectibus qui magis in loco vno mundi apparent q̄ in alio, vt facies latæ ac compressæ in septentrione: qm̄ in Tartaria apparent, nōq; alio in loco. Similiterq; certis Apuliæ in partibus cū fœtu mulieres animal quoddā pariūt: vt vespertilionem, aut accipitrē, et hm̄oi, nonq; in omnibus. Certisq; mōtibus ac partibus aurum, & argentū, æs aut stannum, nonq; in omnibus. Horū. n. diuersorum effectuū, diuersus cœli aspectus sola causa assignari posse videtur. Et si dicatur videmus apud balneas sācti Philippi fontem vnum calidum, alterum ei propinquū valde frigidū. Dicendū ex diuersis locis prouenire, neque vnā ambobus cauernositatem & viā esse. Et qm̄ ista sunt occulta nobis ac stupenda & mirabilia: hinc Aristo. ea facerrima esse dixit. 24. pblema tum. Hic autem modus inuestigandi caliditatis thermarū causam, sic positiue à me descript⁹ est, quoniā id iudico materia demonstrationem non patiente, à contradictione defendi non posse. Nā mihi expeditior & mentibus hominum consonantior visus est. Quare me quisquam non mordeat, cum sic ad inuestigandam aliam & forte veriorem opinionem causam dederim.

De proprietatibus simpliciū, cōtinēs rub. vi. Cap. II.

De proprietatibus sulfuris. Rub. I.

SIc ieiune de causa caliditatis thermarū expediti, consequens est vt de proprietatibus earum agamus. quas longe magis à tua dominatione expectari scio: cum ad salutem corporis humani, pro qua à natura productæ fuerūt, ipsa causa accidere magis sentiamus. Et cum aqua ipsa ex mineralibus, quæ secum ducit, componatur, & ab his denominationem recipiat: æquum iudicaui de simplicibus mineralibus ipsis, ex quibus componitur, notitiam prius tradere: posteaque de compositis. Nam ex vna aliam habere cōtingit. neque vna vacante, alia perfecta notitia haberi potest. Notitia enim compositorum ex simplicium doctrina necessario pendere fatetur. Et cum inter mineralia omnia in calefaciendo aquā sulfur præeminentiam habere videatur, vt magno placuit philosopho, cum substantiæ sit aereæ multum atque igneæ: vt sic sulfur dicatur quasi solus vrēs, vt Isidorus: hinc exordium ab eo initiemus, eius narrando proprietates: vt qualis sit aqua ab eo veniens, quarumue sit proprietatum, sic facile intelligatur. Vnde sub areolis eas describam, vt in cæteris actum: id primum asserentes, quòd sulfur minerale est terreum, sua in compositione multum aereitatis, plurimumq; igneitatis habens, satis notum, quo nulla quippe res ita cito accenditur. Et quoniam ab alchymistis, vt ab Hermete trimegisto, vt semen ponitur masculinum: ipsumque cum argento viuo commixtum vt cum vxore, in omnia illa conuertibile, quæ res non contingeret, nisi merito suæ incompletæ substantiæ: hinc sub areola prima quæ est natura, volo hæc verba teutonici magni adducere: illaque areola hoc in loco sufficere. Inquit in mineralibus. Sed obseruandum est quòd fumus eius indicat terrestrem substantiam, in ipso esse valde ignibilem & cremabilem. fętor vero suus indicat ipsum esse valde indigestum & non terminatum: sed potius calore corrumpente esse corruptum q̄ digestione completum: & hoc sui incompletio facit, quòd potest esse vniuersalis materia omnium metallorum. Si. n. esset completū ad cōplexionem vnam determinate, tunc procul dubio non esset conuertibile ad alia, nisi primo illa tolleretur: sed nunc propter sui incōpletionem conuertibile est ad oīa, sicut semen & alia ex quibus generātur res naturę. Et iō sagax natura abūdat in sulfure, vbicunq; est locus gñationis metallorum. Est aūt calidum & siccū ad quartum puniēs. Aui. Electio. Dioscorides. Et melius eo est qd' non appropinquauit igni: clari coloris, splendēs, sine lapide. Et ꝑpter studentes, qui eo frequēter vtuntur, hoc addam: & q̄ missum in ignē, colorē facit viridē. Sed eius quod positū fuit in igne oportet q̄ eligatur rubeū, in quo est vnctuositas. Verum à nōnullis quatuor ponuntur spēs eius,

quas prosequi proposito non est necessarium: immo quæ hucusq; scripta sunt, plusq̃ sufficiũt, quare ad alias vtiliores areolas prosequat. Operationes. Est calefactiuum, vehemẽter exiccatiuum, resolutiuum, aperitiuum, attractiuũ. Non.n. humiditate caret: cum à calido & sicco dissoluatur. dissolutiuum, consumptiuum, attenuatiuum: & vim habet incorporandi propter alchimistas. Ex quibus omnibus facile colligi põt, quantum frugi in ægritudinibus frigidis humani corporis esse potest. Mẽbra capitis. Epilepticos iuuat: & cũ eius suffumigio resoluendo vaporem, & aĩalem excitando virtutem. Nam in apoplexia suffumigatum, potẽter virtutem aĩalem sopitam excitat. Cerebrũ ab humiditatibus purgat, ipsum debite administratum. pp quod & catarrhosis ducia ei⁹ quam maxime confert: his præcipue qui ex catarrho humido & frigido laborant. Valet & potentius neruis humiditatibus repletis etiam cum cera applicatum, aut cum liquore super caput et nucam effusum. quare & paralyticos iuuat & lethargicos. Suffumigiũ eius surditati & obliuioni maxime confert. quare & aquæ sulfureę fumus coryzam stringit: & cũ melle & aceto ad auris attritionẽ vtiliter accedit. Et hic aduertendũ est, qm̃ mali est odoris. odor quidem suauis & amęnus spiritum vitalem ac aĩalem maxime confortat ac viuificat. quare malus & grauis odor ipsos spiritus tristat, & virtutem deijcit. ideoq; eius applicatio capiti prius bene consideretur: qua ex re aqua sulfurea non tm̃ lædit, vt substantia eius. Qđ si cum odorabilibus & sapore priuatis operari possum⁹, eligibilius est. Fœtida.n. & grauis quæ sunt odoris, postergare. considera. Mẽbra pectoris. Cõfert tussi. saniem de pectore educit: et cum ouo deglutitum, etiam eius suffumigium asthmati potẽter accedit. Sed consulo si fieri potest, ꝙ asthmatici alio vtantur remedio, q̃ suffumigio illius, cuius nocumentum ego præsensi. Et hoc loco solatiose parumper digrediar. Nam cum quædam mulier spiritibus immunda esse diceretur, quidã ex nostris spiritus expellere tẽtasset, & orationes nõ valerent ait: ego quoque vos expellam, cõtinue propinquus erã, & extracto scarnutio sulfure pleno super ardentes prunas eiecit: tenẽs mulierem super suffumigium illud, clamans, exite in nomine dñi nostri Iesu Christi: & ex ꝓpinquitate ego illud recepi, & quasi suffocatus fui: vt tot⁹ dies mihi sulfureus ac molest⁹ fieret. Mẽbra nutrimẽti. Historia

Stomachũ corroborat frigidũ, exterius applicatũ: verũ interius assumptũ. ppterea ꝙ eius substantia facile corrumpitur, ac qm̃ grauis est saporis &

E odoris, stomacho non gratũ, sic nõ laudatur. quare & aqua sulfurea sic fortassis in potu non est cõmendanda, de qua post suo loco. Ventositates resoluit iniectum, ac colicam tollit, & renum dolorem ex ventositate veniẽtem. Hepar inflammat: hinc caute calidis natura aquæ sulfureæ concedẽdæ sunt, vt post. Splenem attenuat, & ventositatẽ in eo genitã dissoluit. Curat icterũ, qñ cũ ouo sorbili aut aqua sumitur. hydropi ex causa frigida exterius applicatũ. Membra expulsionis. Ventrẽ stypticat, & qñ mulier prægnans cum eo suffumigatur, educit fœtũ. Apata & bothor. Ponitur super adustionẽ & vlcerationẽ: quare & aqua sulfurea vlceribus valet. Mẽbra iuncturarũ. Et qñ

F linitur sup podagrã cum nitro & aqua, cõfert ei. quare et balneũ sic cõpositũ, vt illud de Corseno, de quo post. Venena. Veneno resistit, quando teritur & pulueri zatur sup locum morsuræ venenosæ, aut cõficitur cum sputo, aut cum visco, aut vrina, aut oleo veteri, aut melle. aut cum terebinthina & cum resina. Et cum aceto cõfert puncturæ scorpionis. Decoratio. Qñ miscetur cum gummi albotin, curat scabiem. Et custodes pecudum ex sulfure & pice, ouium scabiẽ tollunt. Et cum resina mixtum scabiem curat in hoĩbus, & cum nitro si corpus ex eo fricatur, aufert pruritũ, Sulfuris virtus.

G & super corpus puluerizatum, sudorem. Et quãdo miscetur cum resina pini & aceto, aufert impetiginem mortiferam, & maculas albas, & scabiem vlcerosam. Et ex his facile iudicare poterit indagator balnearum sulfureàrum ꝓprietates & operationes. Itẽ ligatum in pecia & ĩpositum in aqua ro. per noctem: & cum eo sic facies balneetur, qñ itur dormitum & in die qñq;, sic pustulæ rubeæ faciei, dictę gossoni aut bothor delet, p me expertum. Quibus inducantur iuuamenta & nocumenta balnearum quæ sic sulfure participant.

De proprietatibus aluminis, *Rub. II.*

H CVm alumen ad naturam sulfuris accedere videatur, æquum iudicaui de ipso sic consequenter determinare, quòd substantiæ grossæ & terreæ & igneæ existit, non ab humiditate absolutum, ꝙ & si à complemento argenti viui defuit: ad eius tamen naturam aliquantulum declinare videtur. Est enim vi quadam coagulatum, quæ quidem non est sulfuris; sed aliquid proprietatis habet cum sulfure. cui⁹ & si plures spẽs sint, tamen à Dioscoride tres famosiores recitantur. Vna earum est, quæ dicitur Iameni, & est alumẽ aliter Scissum nominatum, vel Alumen Scaiola. Secunda, quæ dicitur Rotundum, & dicitur Zuccarinum, in sapore zuccaro similatur. Tertiũ dicitur

citur. Humidũ siue Liquidũ, quod Alumen de rocha vocatur. Et in areolis prosequens sit prima.

Electio. Eligatur vt melius iameni nouum, album, fortis albedinis, facile se diuidens, habẽs veluti capillos albißimos, quos ventus capit, in sapore acre, quod ex Babylonia deferẽ. Et sequens in bonitate est rotundum, & ex eo melius quod est simile tuciȩ, naturaliter rotundũ, & non artificialiter tale, coloris albi, ad citrinitatẽ parumper declinans, cum pinguedine quadã: nõ habens lapides, cito frangibile, & ex Babylonia exportatur. Tertium vero & in bonitate postremũ, est humidũ, & ex eo melius est clarum, hñs sup se florẽ similẽ facti, partiũ æqualiũ & iuncturarũ, & est totũ humidum, ex quo exit odor, vt igneus. de quo Teutonicus noster. Ferunt & inueniri alumẽ humidũ: & hoc est sicut bitumen vnctuosum, quod multum est cremabile, deficiens in odore aliquãtulum à sulfuris vnctuositate & cremabilitate, qđ certe extimo opinionem nostram sequẽdo rudẽ, illud esse qđ aquã aluminosam ferũt, de qua post.

Natura. Calidum est & siccum ad tertiũ. Aui. & combustum in gradu eleuatur altiori. est. n. calefactiuum, exiccatiuũ. cuius exiccatio est potens valde. propterea Princeps. Eius stypticitas maior est stypticitate bedeguar. Vnde Gal. Et in eius sapore est stypticitas multa. Dioscorides. virtus omnium istarum sp̃erũ est styptica calefactiua. Ioannitius aũt id frigidum & siccum esse dixit. Cuius sententiam experientia quædam sic superficietenus comprobare videtur. Nam cum ad vini conseruationẽ ne tẽpore in calido ebulliat, ab his qui diligentiam habent de vini custodia, pro vnaquaque mensura vini, quia pro dolio vno imponitur vnc. i. aluminis rotũdi siue de rocha dicti. quo fit vt experientia docet, vinũ à putrefactione sic melius conseruari, quæ res non videtur ex alio cõtingere posse. q̃ frigiditate & siccitate aluminis ebullitionem prohibentis. Operationes & proprietates. In ipso est prohibitio & exiccatio, & prohibet fluxum sanguinis, & prohibet fluxum superfluitatum, & effusionẽ earum. Et aqua in qua lauatur primũ genus, qñ est antiquũ, & colatur sæpius, efficitur vltra modum consolidatiua & coagulatiua diuersorũ corporũ. Et pp hoc vtũtur ea alchymistæ illa lotura, quam lac virginis vocant.

Mẽbra capitis. Eius decoctio cõfert dolori dẽtium, qñ ex eo colluitur os. Visus obscuritatẽ abstergit, & bothor in facie tollit, vt in pecia positũ, & in aqua ro. infusum. Gingiuas restringit à quib⁹ nimia fluit humiditas vel saliua, et p̃cipue zuccarinum. Et cũ miscetur cũ melle, cõfert alcholȩ.

A Et cum miscetur cum melle & aceto, dentes cõmotos cõfirmat. Et cum succo virgæ pastoris, cõfert bothor & cursui humiditatum ex aure. Et qñ cõmiscetur cũ aqua, & linitur caput: occidit pediculos, & lendines, & cimices: & oris fœtorem aufert. Et est bonum a͞patibus fraudulentis gingiuarum & vuluæ. Et ego id expertus sum. Cum vino granatorum applicatũ, inflationes gingiuarũ sanat, abluto ore ex aceto & alumine: p̃cedente tñ appositione ventosarum cum scarificatione circa spatulas & collum. Valet descẽsioni vuulæ. Recipe aluminis rotundi, balaustiarum, corticum granatorum acetosorum, rosarum, seminis earũ, gal

B larũ, cinamomi, piperis, pyretri, salis ammoniaci ana. Itẽ alumen in vino bullitum tepidum gargarizatũ in cã frigida. i. calida tempera. Mẽbra nutrimenti. Non inuenio à Dioscoride neq; à Serapione & ab Auic. in mẽbris nutritiuis alumen proprietatem habere. Vnde non parum admiratus sum, vt cur balnea della Porretta in paßionibus stomachi ac intestinorum p̃cipue ex causa frigida venientibus, tãtam laudem cõmẽdationẽq; receperint. Ego quidem hãc virtutem eis, eorum forti stypticitate sic attribuo. quare stomachis relaxatis humidis sic mirabiliter subueniũt. Quod si interrogabitur, vt cur sulfurea sic bibita ad eo-

C rum cõmoditatẽ nõ accedunt: cum ampliori stypticitate vigeant, Dicendum esse puto: qm̃ styptica quæ ad secundum p̃ueniunt gradum, in cõseruatione sanitatis stomachi optime valent, & inter alia principatum obtinere putantur. cumq; fit lapsus ad humidum in eo, & ad parietum relaxationẽ: tunc potentioribus stypticis egebimus: et cum iã mẽbrum ipsum debile sit natura, ac amplius p̃ accidens sit factum: ĩmoderatã stypticitatem, qualis est q̃ quarti gradus, sustinere minime poterit, cum sic imoderata qualitas actum virtutis p̃priũ deijciat: quare media inter secundum et quartum eo tpe sic sustinebit, & conueniens erit. Cȩterum

D aqua talis in eius assumptione, vt sulfuris aqua nõ horribilem se reddit, & stomacho displicibilem. Est itaq; stomachi, & mẽbrorum nutritiuorum conueniens: maximeq; causa infirmãte debili ente. Ex quibus infertur q̧ errorem cõmittunt, qui particulæ patientis ac totius virtutem non cõsiderãt indifferenter oẽs tales, quia eadem ȩgritudine laborantes, ad consimilia balnea vt proficiscãtur, cõsulunt. quare vt actũ, cõtingit quosdã saluos fieri, & quosdã infirmari. Mẽbra pectoris. Nõ reperi eum in paßionibus pectoris iuuare. verũ sua stypticitate id petente dicere possumus, ĩ emanatiõe sanguinis ab eo, vbi ei⁹ retẽtio q̃reretur, mix-

tum cum aceto aut aqua rosſ.velut gypſum cóſerre,ſic extra applicatum. Mēbra expulſionis. Nimium fluxum menſtruorum abſcindit,& bibitú & ſuffumigatum.vnde naſcale ex eo ſactum confert fluxui mēſtruorum, & prohibet imprægnationem:& confert doloribus,qui fiűt in collo matricis & ſciſturis eius,& doloribus teſticulorum. Ventrem ſoluit bibita,& notabiliter,vt experientia manifeſtat. Sed forte dicetur.cum ſtyptica ſit vehementer,qũo ſoluit?Pro nunc dicatur ipſam à virtute baurachia non abſolui:& de hoc diffuſe infra ſuo loco. Vulnera & vlcera. Auice. cum fœce vini,aluminis tantűdem,deſiccat vlcera difficilia,& herpetem heſtiomenum.Et ſimiliter cű pondere ſimili ſui de ſalgēma,apoſtemati corroſiuo,& valet aduſtiomi ignis. Dioſcorides. carné corrodit ſuperfluam in ſcabie, & alijs vlceribus. Et tu addas maxime aduſtum in igne.A durűtur aűt ſpecies iſtæ omnes & aſlantur,ſicut aſſatur & aduritur colchotar.prohibet vlcera fraudulenta, ne augeantur in corpore.Et qñ coquitur cum folijs vineæ aut melle,confert ſcabiei vlceratæ. Et qñ coquitut cum aqua,et linitut ſuper pruritum, aut ſuper vngues leproſos,aut ſuper panaritium, aut ſuper excoriationes,quæ fiunt à frigore:confert.Et qñ miſcetur cum ſale & aceto,& quantitate ſui ex gallis:cőfert vlceribus corroſiuis.Et qñ miſcetur duplű eius ex ſale,cőfert vlceribus fraudulentis.Puluis eius confectus cű vermibus inuétis in pingui terra impoſitus,valet ad cancrum.licinium ex tali confectione intinctum melle,et ſuperaſperſo puluere aluminis:ſi imitatur, orificio fiſtulæ confert:ſed prius lauetur locus cum aceto. Et hic nota bonitatem balnearum Ebani ꝓpter Magnificum dñm Malateſtá de Geſenis: de quo infra:& qñ liniuntur cű eo apoſtemata phlegmatica cőſert,confertq; fiſſuris matricis.Et ex his facile iudicare poterit īdagator ꝓprietates aluminoſarű balnearű:vt de ſulfureis ſupra:& tu cőſidera.

De proprietatibus Salis, Rub .III.

ET quoniam contingit non raro thermas has ſalſiginoſas inueniri,præcipue apud Euganeos colles:hinc de ſale à nobis agendum erit, cű ſal ipſe cum alumine conuenientiam non paruá habere videatur.Dicamus itaque quòd ſal terreű corpus eſt ex cinereo aduſto aquæ commixto genitum. Eſt enim compoſitum ex partibus aqueis ſine ſapore,quæ ſi ſint æquales,ſalſus perficitur ſapor:dominátibus vero terreis, ad amaritudinem pronior.Qui prima ſui in diuiſione diuiditur in ſalem Panis,ſalgemma,ſalem Narcoticum & ſalem Indum.Et ſal panis diuiditur in marinum &

E mineralem, Marinus,quia ex aqua maris fit: & Mineralis,quia ex minera venit, noſtro attinens propoſito,qui longe fortior,ac ſuis in operationibus omnibus potentior:à quo aquæ ſalſæ calidæ egrediuntur vt actum, & de hoc longius infra.

Reperiuntur autem ſalis multiplices denominationes.quorum diuerſitates proſequi,& ſi propoſito noſtro non ſit vtile multum, ac attingere nő videatur:tñ vt tuæ dominationi aliquid gratum ſcribam ſemper,quod maxime ſtudeo:aliqua extranea de ſale ipſo hic narrabo. Differt autem ſal qui ex aqua maris magni,Italiam attingit, à ſale qui eſt ex mari Oceano, quod ad aquilonem eſt
F verſus Flandriam & Germaniam. Nam qui ex aqua maris magni,fit in locis vbi eſt fluxus,et adſunt reflexiones:eſt grandineus,magnorum granorum,velut nix grandinoſa:& hoc fit,qm̃ aqua illa in foueis deriuata,in fundo,calore Solis,in ſalem conuertitur.In mari autem Oceano,in fundo eius aqua conuertitur in ſalem.non eſt autem grandineus:ſed globoſus,non perlucidus.Reperiuntur & fontes & putei ex aquis ſalſis in pluribus locis Germaniæ,& ex decoctione illius aquę ſalem conficiunt.Contingit & ex vrina hominis: & pręcipuę puerorum ſalem fieri ꝑ operationem alchymię.Nã vrina vt ſal mordet,& vrit:& à na-
G tura ſalis non multum diſtans eſt.quare ex vno in aliud facilis eſt trãſitus per decoctionem, cum ſal calidior ſit vrina & ſiccior:& ſic per actioné caloris vrina in ſalem conuertitur.Et ex hoc loco accipe errorem Alchymiſtarum:formarum diſtantiam ignorantium,qui ignorantes,ꝙ ille trãſitus eſt impoſsibilis:enitutur tñ formas diſperatas ſic alterare,vt opinentur ab vna in aliam tranſitum fieri poſſe,vt ſtannum in aurum conuerti.Sed impoſsibilitatem talis tranſitus longo ſermone & ratione ita proſequitur Ariſt.in Meteor.Et artifices faciunt congelationem fere ſenſibilem artificialiter,quamuis artificialia non eodem mő ſint, Cőtra alchymiſtas.
H quo naturalia,nec tam certa,licet propinqua ſint & ſimilia.Et ideo creditur ꝙ compoſitio eius ſit naturalis hoc modo,vel vicina huic:ſed ars debilior eſt,q̃ natura,nec cőſequitur eá,licet multum laboret.Sciant ergo artifices alchymiæ,ſpecies vere ꝑmutari nő poſſe:ſed ſimilia illis facere poſsűt, & tingere rubeű citrino,vt videatur aurű,et albű ĕt tingerõ colore quo volűt,dónec ſit multum ſimile auro aut æri.poſſuntq; plűbi ímundicias abſtergere:vnde tñ ſemp erit plumbű:& ſi videatur argentű.Sed obtinebűt tñ eo qualitates alienæ vt errĕt in eo hoĩes.vt qui accipiűt ſalĕ,& ſalĕ armoniacű.Cęterű ꝙ differĕtia ſpecifica à quo tollatur

ingenio:

ingenio:ego non credo poſsibile,ꝙ non eſt verũ, ꝙ complexio in aliam vertatur:quare illa ſenſibilia non ſunt differentia,qua permutãtur ſpecies: ſed ſunt accidentia,& accidentales proprietates. Differentiæ aũt eorum non ſunt cognitæ,et cum differentia eorũ ignota ſit:qũo pót ſciri an tollatur netne,aut qũo tolli poſsit? Sed expoliatio accidentium,vt ſaporis,coloris,ponderis, vel ſaltem diminutio,non eſt impoſsibilis, quia ratio circa hoc non ſtat. Cæterum proportio compoſitionis illarum ſubſtantiarum non erit in oĩbus eadem. hęc igitur in illam permutari non poterit,niſi forte in primam reducantur naturam:& ſic in aliud quod prius erant,permutẽtur. Hoc autem per ſolam liquefactionem nõ fit:ſed accedunt ei ex hoc res quædam extraneæ. Nam operationes tales fieri debent in habẽtibus ſymboleitatem:& hoc cõſideret Alchymiſta. Et in his proſequi non vtile facio:quare ab eorum narratione ſuperſedeo,etiã promiſſum in areolis proſequens. Natura. Calidus & ſiccus in ſecundo, & quanto amarior & acutior,tãto calidior. nam diuerſitates eius in caliditate ex ſapore comprehenduntur. vnde mineralior calidior. Electio. Eligatur ad vſum humanũ ſal marinus,qui ſic ſal dicitur,quia ex igne ſalit,cũ igneus ſit:vel qñ ſolus ſit qui guſtui omnium aĩalium cibaria reddat ſapida ac delectabilia,vt in hoĩbus & cæteris aĩalib⁹ eſt videre. Operationes & proprietates. Eſt calefactiuus, reſolutiuus,exiccatiuus,ventoſitatum disruptiuus:cui⁹ fortitudo operationum eſt, propter reſolutionẽ, & ſtypticitatem eius. Et ille qui eſt aduſtus, vehemẽtis eſt exiccatiõis & reſolutionis:quare thermæ ſalſæ multũ exiccant. Cõfert putrefactioni et hũorũ groſsiciei. Ipſius aũt flos eſt eo ſubtilior,ex eo qa eſt aduſtus. Et puluis eius eſt ipſi ꝓpinquus, & ambo reſoluunt plus q̃ ſal. & ſunt conſtringentes nimis. Et cauatus,eſt minoris reſolutionis & minus ſubtilis,niſi ſit pauci ſaporis,ſicut aluminoſus. Ipſe.n. eſt ſtypticus,reſolutiuus,& cauatur qñ lauatur multoties,exiccat ſine mordicatione, & frãgibilis,eſt magis abſterſiuus,& qñ miſcetur cibis frigidis,diſſoluit eos. Salgẽma autem ſpecies ſalis eſt ſic dictum,qñ vt gemma reſplendeat, & ipſe ventoſitates effugat. Eſt inciſiuus,liquefactiuus,ſubtiliatiuus:de quo infra, præſeruatiuus, vt in clyſterijs,à putrefactione. quare ſalſa conſeruãtur,& corpora quæ parata ſunt putrefactioni,propter humiditatem ſuperfluam quæ eſt in eis; & carnes putridas corrodit:maxime quãdo eſt aduſtus mordicacior,& medicinas debiles in virtute confortat & vigorat. quare cum eis cõmiſcetur,

A vt in clyſterijs. Et niger eſt fortioris reſolutionis. Et oẽs iſti liquefaciunt humores congelatos. Et amarus eſt vehementioris reſolutionis & calefactionis. Aggregat & reſoluit:& hoc ideo,qa mũdificat ex corpore illud quod eſt ibi de humiditate,adeo quod nõ relinquit ex ea aliquid. Dux medicorum ĩ quarto ad Glauconẽ. Si capis piſces viuentes,& proijciantur in aqua ſalita maris mortui,quod aquæ mortuæ noſtri dicunt,ſtatim moriuntur. hoc aũt contigere ſcias:qñ ex amaritudine quæ eſt in eo:quæ quidẽ inimica eſt oĩbus animalibus,& etiam plantis. reddit.n. nutrimentum mẽbris diſproportionatum. Eſt.n. ſapor dulcis vl
B tramodum aĩalibus amicus. Nam ſanguis bonus nutritiuus ſuo ĩ ſapore dulcis eſt. vnde Princeps, & ſtomachus bene diſpoſitus non eligit ſaporem ſupra dulcem. Eſt.n. illius maris aqua multũ amara. & ſal qui generatur ex eo,nominatur ſal Sodomę à nomine mõtium,qui ſunt circa mare illud.

Decoratio. Poſitus cum oleo tepido ſuper cõbuſtionem ignis,prohibet à veſicatione. Et cum oleo & melle mixtus,tollit veſtigia nigra percuſſionum. Et qñ miſcetur cum oleo,& aceto,ſedat pruritum,qñ cum eo inungitur iuxta ignem donec ſudet,& cum ſauic ordei & melle idem operatur. Et cum melle delet pannum. Fricatio cum
C eo aduſto,eſt dentifricium bonum, mundificans dentes à ſorde. & fortius in hoc eſt ſalgemma. Et cum melle confert ſanguini mortuo, qui eſt ſub oculo,& miſcetur cum adipe vituli ad bothor, quæ fiunt in capite. Et cum melle,aceto, & oleo confert ſquinantiæ. Membra capitis. Confert cum ſulfure,& melle,contritioni neruorum, & caſui,& offenſioni. Et cum oleo coctum & pauca terebinthina,ſuper puncturam nerui cæcam. Et prohibet à ſpaſmo,& ab epilepſia. Confirmat gingiuam laxam proprie ſalgemma. Valet dolori aurium cum aceto more emplaſtri ſuperpoſitus. Valet & caſui vuulæ:& cum melle apoſte-
D matibus amygdalarum, & curſui humiditatum ad gingiuas,& ad vlcera earum corroſiua. Et cũ farina,& melle,tortioni neruorum,& attractioni lacertorum. clarificat viſum. Et cum ſale quidem cum oleo & melle fit emplaſtrum ſuper oculum,& reſoluit obfuſcationem ſanguinis congelati in eo. & eſt hæc operatio non niſi experti medici. Membra pectoris. Species quidẽ ſalis omnes incidunt phlegma vitreum & viſcoſum in pectore. Membra nutrimenti. Spuma quæ eſt ſupèr ſalem ſalmarum,qñ extẽditur ſuper corium, & ponitur ſup ſplenem:reſoluit duriciẽ ſplenis. et ideo in caſu cõfert balneũ tale, vt de Ebano ĩfra.

Eſt

Est subuersiuus stomachi, conturbatiuus, præparans ad vomitum, et proprie salgemma. quo loco accipe si thermæ salsæ potari debent, vt potatur aqua Porettæ, de quo suo loco. Verum sal panis appetitum excitat, & cibum sapidum reddit. verum cōfert doloribus stomachi frigidis. Et salgēma mundificat stomachū, & confert dolori eius, & puluerizatum, cōbustum, calidum orificio stomachi approximatum. Vulnera, & vlcera, et pustulæ. Corrodit carnē additā. confert scabiei vlcerosæ, & impetigini, vlceribus fraudulentis, & corrosiuis cum melle. Et ex ipso cum aceto fit linitio iuxta ignē, & sudare facit. & sedat pruritū, de quo in de decoratione. Et qn̄ fit emplastrum F cum melle, & oleo, resoluit furunculos. Et quando miscetur cū origano, & fermēto. resoluit apostemata testiculorum phlegmatica. Membra expulsionis. Omnis sal solutione educit humores viscosos grossos, et eius eductio est liquefaciendo quod iuenit ex humiditatibus, & post illud stringit. Et ideo vsus enematum, corpus stypticat. cōsidera. Sed sal panis leuē efficit superfluitatū egressionē. & clysterizatus, educit phlegma vitreum. Quare in habentibus viscera frigida phlegma tale multiplicantia: enemata ex aquis thermarum salsis cōferunt. Salgemma quoq; potentius est in exoluendo phlegma vitreum, & expellit humores, quorum eradicatio est difficilis. Et quādo sumitur in potu cum vino, & aqua, laxat ventrē. verum est malus stomacho. Auic. Sal omnis facilē efficit superfluitatum egresionē & descensionē cibi à stomacho. Et niger educit phlegma, & melancholiā. Et sal quidē vltimus est ad dysenteriā. considera. Et adiuuat medicinas resolutiuas ad eradicandum melancholiā, & humiditates viscosas de partibus membri. Et cum mentastro montano, & butyro, & fermento: confert apostematibus testiculorū phlegmaticis. Et cum mentastro, & melle: cōfert vlceribus nigris. Venena. Et qm̄ principes et magnates aut inuidia, aut inimicitia, & odio à venenis non raro molestari consueuerunt: sicq; diligentes antidota cōtra ea factu sunt: hinc cum sal hoc in loco nobis deseruiat: de eo à me agendum sic erit: vt tibi semper complaceā, et de eo magis cum sit nobis maxime cōmunis, ac veluti semper proximus. Fit. n. ex eo emplastrum cum semine lini ad punctură scorpionum. Dioscorides. Auicen. Serapio. Et quando teritur & ligatur in pecia lini, & immergitur in aceto forti, aut miscetur cum aceto ipso, & ponitur super locum in quo est morsura alicuius venenosi animalis: confert. Et cum mentastro montano, & hysso

E po, & melle ad morsum habentis. 44. vespæ. Et cum oxymelle bibitus, nocumēto opij & fungorum mortiferorum. Et idem sic veneno resistit, & cum melle et vuis pasis coniunctus, carbunculum sanat, siue anthracem. Membra iuncturarum. Cum oleo mixtum superpositum cōfert. Et ex his accipe iuuamenta & nocumēta balnearum salsarum & aquæ marinæ.

De proprietatibus Nitri. *Rub.* *IIII.*

NItrum cum naturam salis sapere videatur: post narrationem de sale, de ipso nitro sic agamus. Nitrū à Nitra insula, in qua primo inuentum fuit, sic dictum. Diuiditur in illud quod minerale est, & illud quod arte fit. Et primum attingentes nostro proposito necessariū, dicamus. q Auic & plures alij eum, baurach nominant vt Arabici: hoc latine dicatur nitrum. Est autem de genere salis. obscurius tamen q̄ salgemma perlucidum, laminosum, tenue, & in igne assabile. & amissa substantia aquea superflua siccū efficitur, & est sale acutius. Habet. n. tres famosas species, à tribus locis famosis nominatas. Armenum videlicet, Africanum, & Teutonicum. Et hoc in loco qui grossaria dicitur: magis cum abundantia inuenitur. Nam pluuia cadente super montem qui plenus est minera eius, et collocata per montem, G cum venit ad spacium centum passus in foueam à fossoribus factam, & in ea materia sic in nitrum conuertitur, quod ab incolis extimatur esse sal gemma. Spuma autem nitri vocata flos nitri est subtilioris substātiæ, & est eligibilior nitro, & melior est quæ ad colorem marmoris tendit. & est multum frangibilis. Et Aphricanum cæteris est acutius. Et ex eo aliquod album est, aliquod rubeum, aliud puluerulentum et multorum colorum. Electio. Auic. Serapio, melius ex eo est armenum, leue, laminosum, frangibile, spongiosum, album, aut purpureum, roseum, velut spongia foraminibus plenum, mordicatiuum. Eligatur eius spuma marmorea, facile frangibilis. Na- H tura. Calidum et siccum in fine secundi, et eius siccitas fortasse deducitur ad tertium. Operationes. Est incisiuum, abstersiuum, resolutiuum, stypticum, et virtus abstersiua est maior stypticitate eius, desiccatiuum: quia si per os sumitur, et bibitur, humores grossos et viscosos plus quàm sal subtiliat, et resoluit ventositates cum anetho aut ruta administratum. Auicen. abstergit fortiter, et lauat, præcipue Aphricanum. mundificat, excoriat, incidit humores grossos. et in baurach est stypticitas pauca cum abstersione bona ppter sui salsedinem, nisi in Aphricano. Decoratio.

Attenuat

Attenuat capillos super ipsos puluerizatũ.& quã do ex eo fit emplastrum attrahit sanguinem ad il lud quod apparet de corpore, & facit vt color sit bonus. Membra capitis. Confert surfuribus: et quãdo dissoluitur in aqua aut vino, & distillatur in aurẽ: sedat dolores eius, & vẽtositates quę sunt in ea. Et qñ fit alchool cum melle, acuit visum. Et quando miscetur cum cerotis, & fit inde emplastrum: paralysi quæ facit declinare caput ad posteriora & torsionibus neruorũ confert. & miscetur cum pasta, & fit panis, habenti paralysim linguę. Et cum vino & hyssopo confert surditati & soni tui. Membra nutrimẽti. Cõmouet nauseam et vomitum. & ideo ipso nõ vtimur, nisi cum egemus medicina forti. Et fit emplastrũ cum eo, & fi cubus super ventrẽ hydropicorũ, & extenuat hydropem. Hinc accipe balneum nitrosum in hydrope cõferre. malum est stomacho, ipsum corrũpens. Membra expulsionis. Soluit cum supponitur, & qñ comeditur cum ruta, & cymino, aut decoctione rutæ, & anethi, & sedat dolorẽ vẽtris pungitiuũ: & in hoc vincit salẽ. Et cum medicinis interficiẽtibus vermes bibitum, educit eos. & similiter cum ex eo venter et sumẽ emplastratur, interficit vermes, & sedeat qui linitus est, iuxta ignẽ. Et propter similia, à sale distinguitur. Vulnera & vlcera. Confert pruritui, quia resoluitur cum aceto, & cõfert scabiei, aufert carnẽ quæ crescit, & destruit eam absq; nocumento aliquo. Visum est etiam sanare tibias vlceratas, & tumefactas: si ex aqua eius liniantur, & petia superponatur cum lamina plumbea. Venena. Bibitũ præcipue Aphricanum præfocationi fungorum confert valde, adustum, & non adustum: & præcipue quando bibitur cum aceto: & aqua etiã, si fuerint pernitiosi, & spuma eius. & ponitur cũ adipe asini super morsum canis. Et bibitur cum aqua frigida propter potum cãtharidum. Febres. Et si miscetur cum aliquibus vnguentis ad ignẽ ante aduentũ accessionis per horã in febribus periodicis, aufert rigorẽ. Quibus inducãtur iuuamẽta & nocumenta balnearum quę sic nitro participant.

De proprietatibus Cineris. Rub. V.

CInis est veluti puluis qui ex adustione aut lignorũ, aut alterius rei resecatur: in quo etiã humiditatis est priuatio, qua flamma amplius nutriri possit. Quibus inducatur, quod est quoddã terreum, in quo remãsit impressa vis ignea, & fumosa. Et cum pars ista subtilis sit ex cõmixtione eius cum aqua sic recedit remanente parte terrea, quę est debilior, & sic remouetur acuitas eius. quare cinis sic redditur absq; mordicatiõe exiccatiuus.

A Diuersificatur autem in genere secundum diuersitates rerum, à quibus deciditur vt cum ex lignis quercinis, aut ex gallis factus fuerit: inde redditur magis stypticus, & ex lignis salicinis, min⁹. Quòd si ex ficu arbore factus fuerit, ibi aderit multa adustio & abstersio. Quando itaq; cineres lauantur, terreum frigidum remanet absq; mordicatione exiccans. Et hoc notent chirurgici, vt statim. Et dixit Dioscorides. aqua cineris ingreditur in putrefacientibus, & adurit sine dolore, & est abster siua. Electio. Eligatur secundum diuersitatẽ intẽtionis habitę, vt ex lignis magis & minus stypticis calidis & huiusmodi. Natura. Cinis & si

B partes terreę in massa vincant: igneæ tñ derelictæ in vigore eas superant: & si subtiles sint facile resolubiles. propter quod existimo eos calidos esse ad secundum. Nam aqua quę distillatur ex cineribus acuitatẽ habere sentitur. & calidior quę ex arbore ficus fit: ficcus in secundo vsq; ad tertiũ. vnde eius stypticitas est fortis. Operationes. Omnis est abstersiuus, exiccatiuus, quãuis diuersifice tur, vt actum. Et ablutio minuit eius abstersionẽ & acquirit ei glutinationẽ, & exiccationem, sine mordicatione. Aqua vero cineris ingreditur in medicinis putrefacientibus. & fortior earum est aqua cineris fici, & ex lacticinijs, & abstersio reli-

C quarum aquarũ cineris, & siccitas sunt minores q̃ istarum duarum. Et cinis lignorum stypticorũ sicut quercus. & reliquorum stringit sanguinẽ. Membra pectoris. Cinis almezereon cõfert squinantiæ. Membra nutrimenti. Aqua cineris arboris ficus domesticę, & siluestris, in qua stetit cinis ipse pluribus horis, deinde colata, hydropi confert, si spongia in ea infusa super tumorẽ ponitur, sicq; tumores tibiarum equorũ remouentur: & tu considera. Mẽbra expulsionis. Aqua iam dicta, & securior ex quercu arbore vel ex glandibus facta clysterizata confert ad vlcera intestinorum. vnde Dux medicorum. Et ego restrinxi san

D guinem cum his cineribus. Vulnera & vlcera. Et cõfert vsus eius ad vlcera frauduleta, & corrodit carnẽ quæ crescit in vlceribus, & incarnat & cõsolidat. Venena. Et si bibit eam, cui in potu datum fuit gypsum, & illi, quẽ momordit rutella, confert. Faciunt enim hoc omnes species cineris, & proprie arboris glandiũ: & sunt omnes stypticæ. Quibus inducantur iuuamenta & nocumenta balnearum quæ sic cinere participant.

De proprietatibus Calcis. Rub. VI.

ET quoniã calx, vt Dux medicorum voluit, species est cinerum, post capitulum de cineribus: capitulum de calce faciemus, dicentes quod lapis est

pis est adustus, ex cuius commixtione, cum arena & aqua fit cęmentum. Et hæc viua dicitur. vnde Dioscorides, quędam fit ex lapidibus, quędam ex conchylijs marinis, quædam ex marmore. Quãu tem hæc comburuntur in igne, donec fiant alba intus, & extra fit calx. Quo ex loco accipiatur: & cum Democritus, vt actum, asseruit, montes calceos in ventre terræ inueniri, super quos aqua defluens caliditatem fortem acquirebat, ab eoq; sic in ventre terræ ignem reperiri negatum non fuisset, cũ calx ab igne producatur. vt etiam Dioscorides scripsit. Electio. Melior omniũ est illa quæ ex marmore fit, & pro structuris eligatur, quæ ex lapide duro fit: pro tectis autẽ eligatur quę mollior. Operationes & proprietates. Est calefactiua, exiccatiua, inflãmatiua, mordicatiua, cauterizatiua, adustiua, faciens escharam, maxime quæ in fornace fit. Viua autem, quæ. s. in fornace non fuit, cruda à quibusdam appellata post extinguitur, facit cum hoc adustionem, dum est nouiter extincta. sed post duos vel tres dies minuitur virtus eius. & quando abluitur, cessat hæc operatio ab ea, & mordicatio eius remanet ĩ aqua. & aqua eius fit putrefactiua. Et sic fit calx exiccatiua sine mordicatione. Et cum bene lauatur, & sæpe nõ habet mordicationem omnino. Et dixit Dux medicorum, q calx est ex speciebus cineris, & est subtilior quàm cinis lignorum: & hoc accidit propter nimietatem ignis, quæ necessaria est adustioni lapidis plusquàm lignorũ, anteq fiat cinis. Et si lauatur cum aqua marina, resoluet resolutione forti. Et si miscetur cum axungia, & oleo, fit maturatiua, mollitiua, resolutiua, incarnatiua, consolidatiua. Et oportet scias, q calx noua viua, quam nõ tetigit aqua, est illa fortior, quam aqua tetigit. Abscindit fluxũ sanguinis. Natura. Calida est & sicca ad quartum. Platearius. sed vna est altera fortior, acutior & calidior, & pręparatio de sua acuitate tollit, & addit, vt ex habitis manifestum est. Vulnera & vlcera. Corrodit carnem additã, & abluta consolidat, & cõfert adustioni ignis, qua ex re apothecarij in conficiẽdo vnguentum de calce, quo in adustione ignis vtuntur medici, prius ipsam bene ac sæpe lauent. Et viua melior, & mixta cũm oleo vulneribus putridis ac pustulis confert. vulnera & incisiones consolidat. Et si carnem corrodit superfluam, eam etiam in vulnere crescere non permittit. Decoratio. Calx viua cum auripigmento & aqua admodum pultis decocta, pilos cadere facit. & sic suo acumine poros aperit. Quibus colligantur iuuamenta & nocumenta balnearum, quæ sic calce participant.

E *De proprietatibus Gypsi.* *Rub. VII.*

ET GYPSVM aggredientes, dicamus q gypsum terra est quædam glutinosa, à quibusdam speculum dicta, quæ propter sui malitiã vt post, non nisi ad extra ministratur. Natura. Frigidum est & siccum, & minerale longe frigidius. infrigidat & exiccat q̃ quod cõbustum fuit, quo vtuntur ad fabricandum domos Bononienses: cæteriq; tales, quibus magna est apud eos copia. Et certe opinor q eius frigiditas nõ parua sit: & secundum fortassis pertransiens gradũ. Operationes & proprietates. Est desiccatiuum conglutinatiuũ, oppilatiuum, eo q facit partium aggregatiõem. & ponitur super pectus in fluxu sanguinis cum medicinis siccis vt cum aceto, et strin

F git eum, & commixtio albuminis oui cum eo bona est. Est autem in eo stypticitas cum glutinatione faciens adhærere. Et qñ aduritur, subtiliatur & additur eius desiccatio, simul minuitur viscositas, et efficitur stypticũ, pręcipue cum aqua & aceto mixtũ. Mẽbra capitis. Linitum sup frontem cum aqua & aceto, aut pileo super caput facto ex eo: fluxum sanguinis ex naribus retinet. Et mixtũ cum bolo armeno aut aqua myrthi, & aceto. Et miscetur cum albumine oui ad ophthalmiã. Mẽbra pectoris. In fluxu sanguinis cum aqua & aceto mixtum: & cum petijs superpositum confert: & est operatio prudentis medici, & indifferenter

G vndecunq; fluat. Nam id in diebus meis vidi, ex applicatione eius cum aceto ad caput inde corporis mollificationem sequi. Membra expulsiõis. Mixtum cum medicinis ad hoc, fluxui antiquo intestinorum, et vlceribus eorum confert. Et consimiliter ad fluxum menstruorum iuuat. Venena. Est ex summa venenorum præfocãtium. vnde Dioscorides. quando bibitur, occidit præfocãdo. Et tu quoq; considera bonitatem et malitiam aquarum putealium, Bononiæ: quoniam omnes gypseæ sunt. Et quàm facile foret maliuolæ animæ vxoris, coniugem interficere: cum semper sibi paratum sit venenum. Quibus indicantur iuuamenta et nocumenta balnearum, quę sic gypso participant.

H *De proprietatibus Ferri.* *Rub. VIII.*

ET QVONIAM inter balnea quę naturam verorum mineralium sapiunt: cõiora sunt ferrea quàm ænea: hinc de ferro prius: & si apud veteres nostros de ęre prior fuerit notitia. Nã terrã veteres nostri ære prius foderũt q̃ ferro, & bellorũ certamina expleuerũt. fuitq; apud eos tãta olim ęris dignitas: vt aurum, et argentũ spernentes,

nentes, illud magis excoluerint. Sic enim ętatum varietas, & temporum, res ad vsum mortaliũ accõmodasset electas: nunc in honorẽ, nunc ad decus aliquando perduxit. Non.n. eorum iudicia volũtaria in rebus omnibus sic stabilire se potuerunt. Et cum vilissimum sit metallorũ, de eo posterius agendum erit. Generatur autẽ ex argento viuo terrestri, ponderoso, lutulẽto, valde immundo, & ex sulfure immũdo terrestri, sulfure dominante. propterea est inflãmationi paratum: cuius virtus cõuertit argentum viuum in ferri speciẽ. et ideo squamosum est. & de facili rubiginẽ contrahit, propter sulfuris adustionẽ. & forsitan pars terrestris sulfuris est atramentosa. ꝑpterea limatura eius confert ad nigredinẽ encaustri: qm̃ ab humore vnctuoso nõ est purgatũ. Et ideo facilis est adustionis. cuius signum accipiatur. Nã cum pingue do superponitur ei, vt sepum vel pix, id aperit: ita ꝙ stannũ superinfusum eidẽ substãtiã eius ingreditur. post cuius ingressum: ita frãgibile efficitur: ꝙ ex postea fabricari non põt. Adustio autẽ terrestris substãtiæ pinguis, probatur per multã scoriã, quæ ab ipso separatur: & maxime per hoc ꝙ frequenter vt quędã grana nigra in terra effunduntur. Quibus accipitur ꝙ nõ funditur vt cętera metalla: sed tñ mollificatur, qđ extimatur ex terrestreitate eius euenire. vt qm̃ caret substãtia aerea, & humida aquosa, plus cæteris metallis. vñ Hermes tardę liquefactiõis in ferro causam efficit terrestreitatis partiũ eius ꝓhibẽs fluxum. In igne tñ magno, cum sabulo, & sulfure aspersum distillatur, & depuratur. Et ex eo propter ipsius duriciẽ fiunt instrumẽta: vt incudines, mallea & cætera, quibus cætera laborãtur metalla. Siccitas aũt eius ad fortitudinẽ acutorũ angulorũ operatur. propter quod fit incisiuũ, perforatiuum eorum, quæ incidi & perforari habẽt. Et ferrũ à feriẽdo dictũ est. sic.n. sua duricie, vt actum est, oĩa alia metalla ferit, domat, & cõcutit: dilatat, & comprimit. Et qm̃ extinctio eius in aquã, ipsum nimiũ indurat. hinc qui voluerit ipsum mollius reddere, cũ oleo tẽperet. Ferrũ ex sanguinis cõtactu rubiginẽ contrahit. & cum eius substãtiã subintrauit vix remouetur, quare stipẽdiarij cum percusserunt gladio ilico illud mundẽt. vnde Isidorus. A ferro inquit sanguis human⁹ se vlciscitur: quia de nulla re alia ita cito per rubiginẽ cõsumitur: sicut qñ humano sanguine perfundatur. Adamas autẽ ipsum attrahit, & ferrum attractũ mediante vase argẽteo, & æneo. ipsum sequitur, subijcitur, & obedit. Et ꝙ tibi placere scio, hoc adijciã scitu iocundũ. Si alumine & aceto politum ferrũ linitũ fuerit: rubigine carebit. Itẽ de cerusa aut cerui medulla si liniatur. Et quãuis infimum metallorum ponatur: nõ tamẽ sic spernendum esse puto. Nam eos nõ accuso qui ferri plus ꝙ̃ auri dignitatẽ excoluerunt: ipsi nãq; grandes ferri vtilitates cõsiderãtes, sic id magnificauerunt. Res nanq; publica absq; ferro tute nõ agitur. Neq; sine eius motu securitas hominibus habetur. ferro cõis iustitia regitur: tuetur innocentia, reproborum audacia metu ferri coercetur, sine ferro nullum mechanicũ opus fere perficitur, nullum cõtrahitur ædificiũ: agricultura nullatenus exercetur. Quare vt Isidorus ferrũ dictũ: quia farra, idest semina nostra condit. Nam panis cæteraq; talia (ferro vacante) congrue ab hominibus nõ vendicantur. Cæteraq; metalla, vt actum est, ferro domantur, & ad humanum vsum rediguntur. Et scoria ab eo per decoctionem venit: cuius vtilitates suo dicentur loco.

Vt ferrũ rubigine careat.

Vtilitas ex ferro.

Calybs autẽ ferri species alia non est: sed eius subtilior pars & aquosior per distillationẽ à ferro extincta. quare sic per vim ignis durior fit & opacior: & propter partium subtilitatẽ quæ duriores efficiuntur, qñ vtuntur. Estq; albius ꝓpter maiorem à terrestreitate separationẽ. & cum nimis induratur, scinditur: & percussus diminuitur ꝓpter nimiã sui desiccationẽ. Est vero diuersitas aquæ in desiccando plus & minus. Vnde fabri quęrunt specialiter aquã, in qua ferrum extinguãt: ex quo cõficiunt gladios. Nã cum candet, & in aqua mittitur, induratur. eo ꝙ calidum frigiditatẽ aquæ fugiẽs, ad interiora ferri cõuersum: in ipso materiale vel naturale humidum cõsumit. cuius cõsumptione magis & magis induratur. Quibus fabri accipiant quomodo instrumẽta ferrea molliora ac dulciora & duriora ab eis fieri poterunt: & ad id quod de eo dictum est, sic aduertant. Operationes & proprietates. Est infrigidatiuũ, exiccatiuum, stypticum, quare aqua in qua extinguitur styptica redditur & exiccatiua, & magis illa in qua calybs extinguitur. Et pariformiter scoria eiꝰ styptica, & est ziniar fortioris exiccationis omni scoria. Et plurimi medicorum vtuntur ea aqua ad desiccationem, & ad stypticandum, & prohibendum fluxum humorum, quinimmo & intestinorum, ad bursam sic cõtinuata embrochatione ex ea cum spongia super locum rupturæ. Natura. Frigidum est & siccum. & maior est sua frigiditate siccitas. quare redditur plus stypticum, ꝙ̃ infrigidatiuum. Gradus autem in frigiditatẽ eius vt extimo, ad secundũ peruenit. & sua siccitas cũ multa participet terrestreitate, ad tertiũ. Membra capitis. Quãdo teritur ærugo ferri cum aceto forti

De calybe.

to forti & coquitur in ipso, est illud acetum medicamen saniei antiquę, currenti ex aure: & confert asperitati palpebrarũ, & vngulæ oculi. Et ærugo stringit gingiuã. Membra nutrimẽti. Vinum & aqua in quibus extinguitur ferrũ candens, confert apostematibus, & duriciei & tumori splenis, & molliciei stomachi & debilitati eius: & fluxui qui fit à stomacho, corroborat stomachum relaxatum, & debilitatum maxime à cholera. Et si extinguitur in vino candens, cõfert vinum illud hydropi & colicæ. Membra expulsionis. Confert vinũ illud fluxui vrinæ, fluxui mẽstruorũ, & relaxationi vteri, & egreßioni ani, & distillationi vrinæ insensibiliter. Quando ex ærugine ferri fit nascale: stringit fluxum antiquũ matricis. confert fluxui hæmorrhoidum. Venena. Et quando datur in potu scoria ferri cũ squiniabin. i. melle ros. resistit veneno plantæ, quę dicitur aconita. vnde Naso. Miscẽt aconita nouercæ. Et scoriam ferri non deferentes dicamus q̃ apparens est con tradictio Principis ad Gal. inquit Dux. Omnis scoria desiccat desiccatione forti, nisi quia scoria ferri est debilior alijs. Et Princeps. scoria fortioris exiccationis est scoria ferri: & quando ad tertium peruenit gradum in exiccando, sicq; ferrum terrestrius auro & argento: hic textui Principis plus adhęreo. & forte textus Ducis corruptus est. neq; à caliditate absoluitur. vnde resoluit apostemata calida. Scoria ferri stomachum confortat: et exiccat superfluitates eius, & confert suæ molliciei, sic cum vino antiquo potata. Et si bulliat, et in eo fiat sessio, confert fluxui hæmorrhoidum & abscindit fluxum sanguinis menstrui. & est in eo vltima: & similiter in vrina. & coarctat anum linita. Limatura autem ferri mala est stomacho excitans vomitum: & aliquando sic ad mortem perducit. Verum puluere adamantis vel aqua in qua per noctem iacuerit, eius violentia reprimitur. Quibus accipiantur iuuamenta & nocumenta, quæ ex aquis thermarum ferrearum eueniunt.

De proprietatibus æris. Rub. VIIII.

Compositionem & materiã æris dicere volentes vt eius natura facilius intelligatur: supponamus ex principijs artis metallum omne ex sulfure & argento viuo cõponi. Nam metallũ est ex argento viuo plus q̃ oportet, aliquantulum habens per cõmixtionem sulfuris ad formã rubo ris deductum. hic. n. rubor acquiritur per adustio nem fortẽ substantiæ sulfuris fæculentę. nam per talem accensionem sic argento viuo cõmiscetur: propter quod ab ære multum fæcis resoluitur, & in igne multũ euaporat. Aeris multæ scribuntur

E species, quas negocio nostro inutiles relinquo ad naturã eius me conuertens. Natura. Calidum est & siccum ad tertium. Operationes. Est calefactiuum, exiccatiuũ, abstersiuum, resolutiuũ, incisiuum, stypticum, acutum, incarnatiuum, & maxime vstum. Et ablutum, melius corporibus mollibus: non ablutum vero corporibus duris. & squamma eius siue batitura est subtilior, q̃ substãtia eius. Et est subtiliatiuum, constrictiuum vlcerum, mundificatiuum, & incarnatiuũ, consolidatiuum: carnẽ diminuens superfluam, non permittens eã augeri. Et abluitur sicut tutia vel climia; quia mutatur aqua eius sæpe: quia vsque ad vices

F quatuor & vsq; ad quinquies aut quousq; nõ natat super aquã aliqua sordicies. & scoria eius similiter abluatur. Et scribitur solatiosum, q̃ si cũ forpicibus de specie eius quæ nominatur talacõ, fiat pilorum incisio, eorum ortum prohibet. iuuecũlis gratũ, barbitonsoribus inimicũ. Membra capitis. Cõfert duriciei palpebrarũ. & visum acuit suis cum canonibus administratum. carnẽ superfluam corrodit in naribus ortã aut in ano. Membra nutrimenti. Confert hydropi, maxime laxando ventrem, vt statim. Vulnera & vlcera. Prohibet vlcera corrosiua ambulare, & ea incarnat, & consolidat, & mundificat: & flore eius me

G dici in eorũ vnguẽtis ad fistulas curandas vtũtur, vt in vnguento ęgyptiaco, et hmõi. Membra expulsionis. Soluit aquã citrinã, quãdo cum melle bibitur absq; nocumẽto. & dosis est aureus vnus & medius. Et qñ sumuntur ex eo quatuor anolo sat, laxat chymũ grossum. Sed hæc omnia peritia medicorum expertorũ indigent. Venena. Auicenna. oportet quidẽ vt caueatur vsus dimittendi illud, in quo est salsedo, aut amaritudo, aut pinguedo: sicut sunt olera & carnes, aut acetositas; aut dulcedo in vasibus æris, & bibẽdo cũ eis. ipsa enim trãsmutãt proculdubio zinzariã. & zinzar est venenũ. Quibus tua accipiat dominatio quan

H to errore ducũtur mortales, qui aquã, quã bibũt, qua ve cibaria ac carnes decoquunt, oleũq;: in vasis æneis etiã longa cum mora seruãt. Is enim omnium fere Italicorum mos est. Et vt cautior doctiorq; fias: id philosophi, quod supra de compositione cacabi in de balneo aereo scriptũ est, relege vbi vasa ænea sic damnãtur. Nam hæc tibi lectio repetita, delectabit. Ex quibus iuuamẽta & nocumenta balnearum ærearũ sic plane accipiantur.

De naturis & proprietatibus balnearum naturaliũ continens rubricas 24. Cap. III.

Satis atq; etiam satis de mineralibus balnearum compositarum à nobis scriptum esse puto:

puto:quarum perlucida,& ad summum clara doctrina absq; simplicium exquisita notitia haberi enucleariq; minime potuit. Id tamen facile intelligo à nonnullis de eorum prolixitate sic accusari me debere. Verũ, vt actum, cum in eis plurimi cõtingant errores: vt sic facilius aperiatur ad mortalium salubritatẽ, non ad mordendos alios, eorum longitudini sic locum dedi. vt quantam etiã composita balnea vim habeãt: sic clare, distincte & indiuidualiter intelligatur, cum orta suis attestentur principijs. primitiuorum nanq; naturam deriuatiua tenent. Idq; à me actum esse intelligatur: cum plurima in eis recitata, delectabilia illustri domino meo, atq; pergrata cognouerim. Et his sic finem faciens, ad instituta prosequar. Et cum sæpe mentem reuoluerem, an extranea domesticis anteponenda forent: id mihi honestius esse videbatur, extraneis domestica præferri debere. Qua ex re cum Patauus sim: de balneis in comitatu Paduano à me prius agendum erit, de balneis Ebani exordium primum faciens.

De balneis Ebani. *Rub. I.*

Cvm actum sit, sulfur caliditatis balnearũ causam primã esse, vt magno placuit Philosopho: hinc à sulfureis Patauis exordium à me primum esse debebat. Verum cum ex ipsis septẽ quæ in comitatu habentur, illud antiquis scriptu ris famosius inueniam, quod apud nos de Ebano nominatur. Iuxta illud Lucani. Euganeo si vera fides memorantibus, augur Colle sedens aponus terris vbi fumiger exit. Sic de eo prius agemus, ob quod sic memorandum, virtus, excellentia, dignitas, ac per orbẽ totum diffusa et gloriosa fama Petri Aponensis conciuis nostri, sic me cõpellit. Et si vulgatur conuicinos sibi inuicẽ odiosos fore. Ego quidẽ cum domum olim suæ domui contiguam prope teneã, sua singulari virtute captus, cuius est ad amorem homines allicere, sic de eis etiam in eius memoriã primum sermonem faciã. Verum vt breuioribus, quę à me dicenda sunt ab soluam: generalia quædã pręmittere intendo, qui bus his & omnibus thermis à me sic in generali satisfactum esse putetur. Dicamus itaq; q thermæ omnes aliquid de sulfure participant, verũ secundum diuersas earum mineras suis in virtutibus nuncupatione diuersificãtur. Et omnes sunt calefactiuæ, exiccatiuæ. qua ex re febrientes ex inflammatione aut caliditate hepatis vexati, ab eis fugere debẽt. Et est veteris nostri Ali abbatis sententia, sua parte secunda. Et certe hoc in loco nõ tacebo errorem illorum, qui tales ad balnea assumenda consulunt. vnde error priore deterior cõ-

A sequitur, vt meo in tempore vidi. Estq; in balneis naturalibus vna laus, quæ nõ est in aquis stupharum: quoniã in eis est liberior anhelitus propter quod asthmaticis, & stricti pectoris persuadenda magis sunt. sententia est Principis. 14. tertij, de hydropis cura. Capiunt itaque diuersitate minerarũ diuersas proprietates. Vnde alia omittendo, balneum de Ebano aggrediẽtes dicamus primum. Quòd balneum Ebani, balneum est à ciuitate Paduæ quinq; miliaribus distans in confinibus ruris, Ebanum dicti: Rus quidẽ olim magnum ac potens apud montes situatum: in cuius planitie quidam minimæ altitudinis monticulus
B existit, à quo plures riuuli defluũt: sic balnea plura constituens. Nam in transitu aqua fontis sic in caliditate remittitur: vt in eis homines balneare se valeant. Locus autem is à vallibus semotus est, & terra fructuosa circundatus ex omni plaga liber, & si monte Danielis Sancti versus occidens parumper cooperiatur. Nam is monticulus paruæ altitudinis existit. Est aũt locus & habitatio sanitati hominis cõformis ac delitiosus. quæ res certe, vt opinor, nõ negligenda esse debet ab his, qui ad balnea proficiscuntur. Locus tamen ventosus est. qua ex re cum balneati balneum egrediũtur, muniti & clausi stent: ne sic porositatibus aper-
C tis, penetrando non offendat aer. Verũ ab eo fonte & balneis hinc inde aqua fluens, sic in foueis retenta aerem alterat, quæ fortasis causa non raro existit, vt sic ad ea transeuntes prætermisso regimine debito infirmentur, de quo infra. De minera eius. Aristo. suo de proprietatibus elementorum duo inter cætera notauit, quibus minera balnei cognosci habeat: color, videlicet & sapor. nam de alembicatione & huiusmodi infra dicetur. vltimo capitulo. in quo ostẽdetur etiam alios sensus concurrere. Aqua enim balnei huius in sapore salsa, & aluminosa comprehenditur, & visu quadã parte sulfuris participare, & cinere. Nam
D in incessu eius per riuulos quosdam lapidosos ab eius fœculenta parte productos maxima comprehenditur eius pars aluminosa & salsa: parua autem sulfurea. Nam color croceus sulfureus licet superficialis his in locis sic apparet: vt hi comprehenduntur colores diuersi: vt in Iride tres cõprehendimus colores, croceũ videlicet & rubeum et viridẽ: Quòd si plurima pars sulfurea foret, cum multa viscositate sulfur participet, & plus cęteris mineralibus de colore citrino, sic appareret, q visus falsũm iudicat. Pręterea ex odore cũ inter cæteros mineralrũ ei' odor grauissim' sit: hoc sensu odoratus cõprehendemus, qd' minime cõtingit. Nam

Nam in balneis à prædominio ſulfureis hæc duo comprehenduntur, color citrinus, & odor ſulfureus, vt in balneis de Petriolo ſiculis, & cæteris talibus. Qua ex re ea balnea ſulfurea minime dico, ſed à prædominio aluminoſa, plus ſalis q̃ ſulfuris adhuc participantia. Et proportionabiliter vires & proprietates in eis habitare propter quæ ea de ſimplicibus mineralibus memorata diſcurrem°. Quibus infertur ꝙ qui extimauerunt ea à prædominio ſulfurea, male opinati ſunt. Fuit enim aliquorum opinio, balnea omnia Paduana eiuſdẽ eſſe mineræ, quam nõ accuſo: cum omnia fere ſibi inuicẽ propinqua ſint, et quaſi vno aſpectu participantia. Nam ea ſalſa, nitrea, partim gypſea, ac cinerea pronunciauerunt omnia. Et iam ſemper recolendæ memoriæ vir doctiſsimus ac prope alter philoſophus Ioannes de Dondis Patauus iuxta balnea montis Groti & balnea Sancti Petri: de quibus infra domũ conſtruxit, ac inſtrumẽta præparauit, vt ex ipſa balnearum aqua ſalẽ albiſsimũ conficeret, & in quantitate notabili. Quod opus efficax argumentũ fuit: vt ſic opinaremur balnea illa cinere & ſale ac gypſo participare. Nam vt actum, nitrum naturam ſalis ſapere videtur, & cinis, cum ipſe cum aqua ſalẽ conficiat. Addo prætera qm̃ videmus in balneis ſic ſulfureis ingeniari homines ſulfur conficere, vt in petriolo, & in balneis ſiculis. In his aũt hoc minime fit, aut fieri poteſt. qm̃ ſi id fieri poſsibile fuiſſet, virum tanti ingenij opus hoc non latuiſſet. Et qm̃ vt ex ſententia Ariſto. dicebatur, omnia talia aliquali ſulfure participãt: Et hæc aqua Ebani ab ea ſic vacua nõ ſit: neq; in ſapore ſulfuris cõprehẽdatur: ſed cum ſulfure ſic participet, facile ſic mihi perſuadeo ipſam magis aluminoſam eſſe. Quòd autẽ aliquid calcis ſapiat, nõ nego: quoniã calx, vt actũ, ſpecies ſit cinerum. Verũ cum multo colore citrino, ac odore, & ſapore ſulfuris omnino priuata ſit, arbitror dicendum nequaq̃ à prædominio ſulfuream eſſe. Nã in ſulfureis à prædominio hæc tria ſimul reperiũtur: vt in balneis Petrioli, & Siculis eſt videre. Præterea cum ſulfur multum habeat de vnctuoſo, & aereo: vt de ipſo actum, aliquid eius in ſuperficie aquæ comprehenderetur quod in igne miſſum arderet, vt in cæteris talibus, quod minime in ea reperitur. Ipſa. n. clara eſt, & ab omni vnctuoſitate & citrinitate purgata. Quibus relinquatur ſalſa & nitroſa: vt ſapor eius manifeſtat. Aluminoſa magis vt in riuulis cõprehenditur: cinerea, ex aduſtione & à ſulfure vt cæterę nõ abſoluta. Et huius opinionis viſus eſt eſſe Gentilis: ſed de hoc magis infra in de balneo montis Groti.

E Electio. Tempus electionis harum balnearũ eſt à principio Maij vſq; ad medium Iunij, cuius tẽporis conſtitutionem balneandus cõſiderare debet, ne nimium frigidum, calidum, aut vẽtoſum, vel pluuioſum ſit, quibus ex rebus & aqua, et ipſe nõ parum pro tempore alterabitur, vt ex eo contingat homines, quibus non eſt aduertentia hæc, perſæpe infirmari ac mori. de quo poſt in de obſeruandis. Pariformiter à medio Auguſti vſq; ad finẽ Septembris: Et laudandum magis eſt balneũ aeri expoſitum, cuius vapores exhalãt, & Solis caliditate purificantur ac bonificãtur. in quo & balneantes liberiorẽ habent anhelitum, neq; ſuis &
F clauſis vaporibus caput læditur eorum. Quòd ſi tẽporis fuerit notabilis alteratio, à pluuia, aut frigore vel vento veniens: & neceſſaria ſi fuerit balneatio, eligatur tina, in qua ponatur aqua balnei calida: etiã ſi fuerit oportunus ignis accẽdatur in camera. Et hoc in loco & in ſequentibus talibus hoc volo nobis ſatisfacere. Natura. Calidũ eſt & ſiccum, & vſq; ad tertium calidius, et minus calidum actu redditur diſtantia maiori aut minori ipſius ad fontẽ: & quãdo ſtetit clauſum, aqua fontis ſic ad eum nõ fluente. quare & aer inclinatione ipſius aquæ ad frigiditatem in caliditate remittitur. Quòd ſi alumen in caliditate & ſiccitate ex
G aquæ cõmixtione remitti deberet: tamen ob caliditatem ignis & eius ſiccitatẽ ſic intenditur. vnde aquã fontis talẽ in quarto pronuncio, cum potẽter ſit veſicatiua, vlceratiua, & aduſtiua. Eſt autem in tertio gradu, ſic graduanda: vt quandoq; ad vſq; quartum enuncianda ſit. Ex quibus colligi poteſt, ꝙ ad ſecundum quãdoq; perducitur frigiditate aquæ intranea. qua ſic ad frigiditatẽ ſibi conſuetam & naturalẽ ſuæ dimiſſæ naturæ ſe deducit, iuuante aere impreſſam ignis caliditatem corrumpente. Verum magis enuncianda eſt exiccatiua q̃ calefactiua. Quibus inducitur, ꝙ cum aqua illa caliditatem ſic in vigore Solis, & ſtella-
H rum acquiſitã amiſerit, quę dici poteſt viuificatiua, ſi iterum igne calefiat, ſuarum proprietatũ vt prius nequaq̃ erit æque productiua. Nam caliditas ſic ab igne in ea impreſſa aduſtiua humanę cõplexioni eſt contraria, aut non æque conueniens & ſymbola, vt quæ eſt Solis & ſtellarũ, quę ad hominis generationẽ, vt actum, miro concurrit modo. Quibus inducitur aquæ balnearũ de loco ad locum tranſductæ paruam aut nullã efficacẽ operationem habere. locus eſt ſpeculationis. Speculetur itaq; hi qui in Ferraria & alibi, aquam Poretę portãt. Operationes & proprietates. Miſtas autem has ſcribere oportet, cum mixtionẽ ſuorũ

ſimpliciũ,

Aqua nearũ loco a cũ tra cta pa aut n operat nẽ effi cẽ hab

ſimplicium, eorumq; virtutes ac proprietates ſapiant. Eſt enim balneum hoc calefactiuum, exiccatiuum: & exiccatiuum magis q̃ calefactiuum: ventoſitatum reſolutiuum, & malæ complexionis frigidæ, & fixæ remotiuum. humiditates ſubcutaneas exiccat, & dolores ex ea cauſa venientes remouet, & participatione maiori aluminis ſanguinem reprimit, eius fluxum ac aliarum humiditatum coercet, et eſt ſolidatiuum. Et ad particularia deſcẽdẽs in areolis ordinatis proſequemur id primum enunciantes, ꝗ vſus balnearum non ex omni leui cauſa eſt quærẽdus. Verum cum fortes fiunt ægritudines, veluti à medicis prope deſperatæ. quare ita particulariter de eis omnibus ſic ſcribere mihi ſuperuacuum eſſe videtur: eoq; maxime cũ de talibus ſollicitus indagator ab his, quæ à nobis de mineris eorum ſcripta fuere, exquiſitam valeat informationem adipiſci. Qua ex re ſic ægritudines quibus appropriãtur, & ab alijs ſcriptas, & plures hoc meo in codice tantummodo numerabo. Legat itaq; i capitulis ſuis qui particularia de eis ſcire cupit. Mẽbra capitis. Ducia eius catarrho frigido et humido confert, calefaciendo, exiccando, confortando, cum aluminis & ſalis vel nitri virtute. vnde Princeps. Et nitroſę & ſalſæ capitibus & pectori auxilium præſtant: tum ea in parte qua ſulfuris naturam ſapit & cineris, quo ſulfure efficacior in his cinis redditur. Nã cinis minus exiccatiuus minuſque multo calidus ipſo ſulfure eſt, vt ſupra. quare membrum principale nõ ita lædit. Nam in membris principalibus ita fortia inconſulte applicari nõ debent: vt quarta primi. 4. capi. Timnitui & ſibilationi antiquis, dolori capitis antiquo. potentius autem eſt balneum à prædominio ſulfureum in his paſſionibus ſic auxilium præſtans. Verum capitis & balneandi virtutem prius conſiderare oportet. qua ex re debiles & corpore & capite, ſulfurea balnea ſic poſtponant, & à facilioribus inchoent. Iuxta illud Meſuę de ſoda frigida. Et incipiamus, ſicut eſt noſtra cõſuetudo, à debilioribus. Quare prius tentanda ſunt balnea hęc aluminoſa &c. Deinde ad ſulfurea ſe conferendum: quando ſcilicet alia non conferunt, & virtus prius conſideretur. Ex quibus apparet error eorum, qui cõſulunt vt pro his ac cõſimilibus mortales ilico ſe ad fortia transferant. Neq; deſino admirari ꝗ tanta tranſiuerit in balneis noſtris negligentia, quòd in nullo eorum ducia ad caput recipienda parata fuerit. Ego autem iam paraui in balneo Ebani, tempore quo in eis moram contraxi, cum illuſtri domina Iſota Eſtenſi. Neq; meos ſic accuſare volo: ſed vt obſeruandis ſic occaſio detur. Membra pectoris. Cõfert habentibus pectus humiditate plenum, ac frigiditate læſum. vt hic ante Princeps. Et ſi aſthmaticis ſic conferre videatur: certe aquæ caliditatem male tolerare poſſunt. quare opus eſt vt aqua ea in tepiditate reducatur, qua illam ſuſtinere, & in ea diutius permanere poterunt. Membra nutrimenti. Confert ſtomacho humido, & hydropiſim habẽtibus, & inflationem. Princeps de aquis nitroſis ſalſis. Extenuat ſplenem tumefactum. Et ſi necubi inuenerim alumen ſtomacho conferre, & nitrum ſtomacho nocere legerim: ac ſal ipſum in quantitate aſſumptum. hæc quidem interius applicata intelligenda ſunt: ſicq; exterius conuenientia. Vulnera & vlcera. Vlceribus corroſiuis & ambulatiuis, cancrænæ, herpeti eſthiomeno conferunt valde, & ſerpiginem & impetiginem mirabiliter mundant: vt perſæpe experientia docuit. Auferunt & ſcabiem vlceroſam. Et hic aduertatur ꝗ de ſulfure non inuenitur in libris authorum tanta laus in conſimilibus paſſionibus, quanta de alumine & ſale. quare balnea hæc in talibus magis commendanda ſunt q̃ ſulfurea. Quamobrem in caſu magnifici domini de Ceſenis conuenientiora forent. Et quoniam non raro infra dicemus balnea ſic vlceribus conferre: hinc pro ſequentibus aduertatur ad id, quod ſcriptum eſt quarta primi. 2. capitulo. Cumq; vlcus in principio fuerit, non debet æger balneum ingredi, neq; ipſum aqua tangere calida: quoniam trahet ad ipſum quod apoſtemati augmentum faciet: ſed cum vlcus quieuerit, & ſaniem fecerit: fortaſſe tunc facile fiet ei. tu nota verbum fortaſſe. Membra iuncturarum. Cum ſalſedine participet: doloribus articulorum & podagræ confert, qui ex frigiditate & humiditate fiunt, & fracturæ reſtaurationem efficiunt fortem, & conferunt carbunculis & vlceribus. Princeps: & alumina, & cinere ſuo iuuamentum nõ paruum præſtant. Membra expulſionis. Dictum eſt quòd ſal omnis ſoluit ventrem. vnde cum huius balnei vis quædam, & magna in parte ſalſa ſit aqua eius, ventrem ſoluit, & humores viſcoſos educit: ſi de ea conueniens doſis potata fuerit: & eſt à libra vna vſque ad tres. Et ego iam expertus ſum & inueni libram mediam ventrem ſoluere. Eſt enim ſic potata ſtomachum cõturbans, ac vomitum inducens. propterea eſt clyſterizata magis laudanda. Et quoniã plurimum de alumine participat, multũ adiuuat ad fluxum mẽſtruorum alborum conſtringendum, & ad matricem multis humiditatib⁹ relaxatã, quibus prohibetur impregnatio. Et ſolo fumo ſuo rectificat, diſponit, & ad concipiendum præparat. Nam diebus

Cermisoni nostri, cuius consilio mulier Veneta hac dispositione infecta, cum ad balnea hæc profi cisceretur: quæ.12.annis concipere non potuit, huius balnei vsu diuina interueniente gratia concepit. Febres. Aquæ præterea aluminosæ corpora quæ febribus sunt apta fortiter ad eas perducunt. quo in loco percipiendum est balnea quandoq; ab hominibus accusari. cum hi ex inaduertentia sua accusatione digniores sint. Aiūt enim stellarum constellatione balnea sic ægrotantia facta fuisse. de quo post suo loco dicetur.

E

De balneis sancti Petri. *Rub.* *II.*

RVs est ab Ebano fere per milliare distans: Sanctus Petrus nominatum, olim potens ac delectabile: quo quidem in loco thermæ sunt aluminosæ, salsæ multum, quę sic sua salsedine, et aluminositate his videntur ægritudinibus conferre, de quibus in his quæ de Ebano scripta fuerunt, & potentiores esse iudicantur. Verum earum situs vallibus magna in parte occupatur, qui non parum attendendus est, vt post de obseruandis dicetur. Areolæ autem hic adducantur, quæ de aqua Ebani scripta sunt.

F

De balneis Domus nouæ. *Rub.* *III.*

VErsus autem meridiem parumper descendendo ad mediū milliare, balneum reperitur Domus nouæ nuncupatū. Nam veteres nostri id vt cætera non coluerunt. Domus autē hæc nostris in diebus cōstructa fuit. Et huius rei Ioannes de Dondis Patauus vir diuinus ac prope verus Philosophus, de quo supra, gloriosus author extitit. Apud quem locum parumper distans est velut parua lacuna thermarum, cuius ex aqua salem, vt actum, conficiebat, quoniam salsa multum est, & priori salsior. Et quidam se per alembicum expertos esse scribunt: ipsum calce participare. Verum cum cinis paratior sit ad salem: sic cum aqua mixtus, conficiendum: Verisimilius iudicandum puto illam cinere magis quàm calce participare. vnde in cachexia, hydrope, paralysi commendatur. Et est illa Ebani solutiua magis catarrho conferens, & cæteris, vt actum, de balneis Ebani. à quo cum fit discessus, & ad alia versus balnea montis Groti fit accessus, in vigore potētiora balnea inuenimus, quæ sulfure eo Ebani magis participare videntur: & si in reliquis mineris conueniant. Huius autem situs veluti syluester est vallibus vallatus. quo in loco aquarum frigidarum, & calidarum magna fit collectio, vt veluti stagnantes aquæ sint nō boni odoris, quibus nō parum læditur aer. Areolarum autem harum ordo hic vt supra habeatur.

Ioānes de Dondis.

De balneis montis Grotti, siue potius Aegrotorum. *Rub.* *IIII.*

MOns est ad occidens Aegrotorum, à veteribus nostris sic nominatus: qm̄ his in tēporibus amœnitate loci ægrotantes ad balnea illi proxima proficiscentes ad eum perambulandum trahebantur. Erat.n.ad ea balnea nō paruus ęgrotorum confluxus, cum cæteris omnibus Patauis sint potentiora, et pluri sulfure participent, vt sensus visus & odoratus ostendit. quamobrē digniora ac famosiora sic facta fuere. cum sulfur in calefaciendo, & aquā exiccādo, principatum obtinere inter mineralia videatur: vt Arist. placuit. Verū hoc loco errorē illorum nō tacebo, qui cum potētiora sic reddantur: infirmos indifferēter ad ea & ad consimilia fortia proficiscenda sic consulunt. Nam, vt actū, alia et aluminis virtus pluribus in ægritudinibus ipso sulfure magis potens, sicq; cinere ac ferro ęre & huiusmodi in varijs ægritudinibus balnea reddūtur ipsis sulfureis efficaciora. Qua ex re prius ægritudo cōtēplanda est, vt actū, à facilioribus semper inchoādo. Minera. Huius autē balnei minera sulfurea scribitur et aluminosa magis: plus cæteris Patauis sulfure participans, vt actū. & si parua absolute sit pars eius sulfurea cæterarum cōparatione. Vnde parumper à balneis discedens parua reperitur lacuna, Balneū equorum nominatū, plurimo sulfure participās. Vnde cum equus animal humidum multū sit, & ab ægritudinib' humidis vt plurimū molestetur, hinc accidit sic varijs ęgritudinibus et vetustis mirabiliter conualere. Non tn̄ à cineribus balneū tale absoluitur. quibus iudicatur eius virtutes cōpositas esse: cum eius minera sic ex pluribus cōponatur. Et minerā eius non derelinquens hic adducā verba Ioannis de Dondis viri gloriosi: de quo supra, qui visus est aliā habere opinionē. Inquit in quodā tractatu suo de causis caliditatis balnearū de aquis thermarum Paduanarū loquens. Qualis sit harum aquarū natura, cuiusq; mineræ virtutē maxime participēt, ex prædictis trahi potest. Sed nunc manifestius per certissimas experientias demonstrandum est: quas ex opere cōfectionis salis ex his aquis, quod quōdā bonæ memoriȩ genitor meus Iacobus de Dondis inuētor, & imaginator primus subtili ordinauit ingenio. Et si longus sit sermo eius: tn̄, quia scio dn̄m meum in eo delectari debere: nō dubitabo his eum adijcere etiā, quia ad dicta, & ad dicenda plurimū afferet vtilitatis. Quilibet animaduertēs curiosus intelligit. In illo nāq; opere vasa sunt duplicis cōditiōis & formæ. Sunt.n.eorū plurima fictilia, quia de terra facta, quæ sunt rotundæ figuræ formata in modum ollarum.

G

H

larum. Aliqua vero saxea, plana & lata multum ad modum arearum côcauata: ita vt circunquaq; habeant eminêtias ad latitudinem medij palmi. Hæc autem vasa sunt in lacuna aquæ feruentis ita disposita, vt manêtia circundentur vndiq; ab ea; & similiter aqua sub eis. In dicta autê lacuna fontis aqua feruens est ad altitudinem brachij vel minus, in qua sunt plurima loca scaturiginis & ortus bullientis aquæ. ita vt per hoc sit aqua feruens per totam lacunam renouata côtinue per nouas scaturigines. & defluens à lacuna per canales ingeniose ordinatos, vt per hoc maneat aqua in lacuna semper feruens & vnius altitudinis. In prædictis vasis aqua decoquitur ad faciendum salem sed in fictilibus ponitur de ipsa aqua fontis prout est in fonte, & prout est scaturiens de subterra in fonte colligitur vsq; ad medium capacitatis eorû. & ipsa sic semiplena natât in lacuna fontis. & per feruorem aquæ fontis quæ continue currens continue renouat feruorem. Aqua.n. quæ intra vasa est, decoquitur, & ex ea euaporat plurimum subtilioris eius aquæ, proportionabiliter modicum eius quod de minerali terreo admixta est, remanet. propter quod continue magis, et magis augetur aqua, remanête in vasis salsedine. Cumq; peruenit ex huiusmodi decoctione salsedo ad aliquê certum gradum, qui gustu côprehenditur, et incipiunt in superficie vasis aquæ decoctæ, apparere quasi quidam flores ad modum paruarum guttarum, qui indicant principium coagulationis eius in salem: tunc aquæ illæ de testaceis vasis transferuntur ad vasa saxea, quæ sunt in ipsa aquæ fontis lacuna firmata, & immobilia: ponunturq; in eis ad altitudinê vnius pollicis vel parum plus. Ibiq; per vlteriorem decoctionem coagulantur, & granescunt in salem, qui cum ad id opus idoneis instrumêtis colligitur, & reponitur candidissimus, & purissimus. In huiusmodi autem vasibus quæ dicta sunt: tam in testaceis q̃ in saxeis in fundis eorum, & lateribus pro tunc aggregatur quædam durities lapidea alba cum luciditate quadam ad modû gypsi: immo vere & absq; dubio gypsum est, nullum penitus perceptibilem habens saporem, præter quandam stypticitatem. Istud autem quod aggregatur in vasibus saxeis in superficie sua superiori, de qua sal colatum est, sapit aliquid salsedinis aliquando propter id, quod adhæsit de sale eidem. Ex hac forma & modo confectionis salis ex prædictis aquis quę in illo toto opere fiût, attendens quilibet, experietur euidenter eas ex tribus substantijs esse cômixtas, quę in dicta confectione salis inuicem sensibiliter sequestrantur. Prima.n. est aqueitas insipida plurima, cuius insi-

A piditate & multitudine fit, vt nec salsedo neque alius aliquis sapor certus ante decoctionê sentiatur in eis. Deinde in ea cômixtione est substantia terrestris insipida vel styptica aluminosa, quę sub sidet in vasibus, & lapidatur in eis. Et est iterum alia quasi media inter prædictas substantias salsa, quæ, vt dictum est, granescit, & coagulatur in salem per decoctionem. Et aqua illa sic salsum exprimit saporem, multo aqueo insipido resoluto. Inter prędictas autem substantias salsa media est, modo substantiæ, quantitate, grauitate, situ, atq; natura siue complexione. Modo substantiæ, quia non est ita grossa terrestris vt gypsea, nec tam sub-

B tilis, vt aquea, neq; tam grauis vt gypsea. grauior tamen q̃ aquea. Quantitate, quia non est tanta vt aquea ad magnâ proportionem. nam ex mille libris aquę vix côficitur vna salis. est tamen amplioris quantitatis q̃ gypsea. Grauitate, quia sexagies plus de sale colligitur, q̃ si totû illud quod in fundis & lateribus vasorum eo pro tempore lapidescit. Situ, quia mediû tenet, quia aqueitas sursum in vaporem resoluitur: gypseitas fundum tenet; & sal supra gypsum. Complexio autê eius media est modo quodam, côplexione aliarum duarum participans, vt patet intelligenti. Ex quibus collige lector magna in parte modum inuestigâdi na-

C turam thermarum. de quo in suo loco. Et sequitur. Sed plures dixerunt has aquas naturam habere sulfuris. quod verum non videtur. quinimmo est experientiæ contrarium. Nam extimauerunt ex odore aliquali, quem sulfureum perceperunt, illas aquas esse sulfureas. sed odor ille non ex sulfure est: sed ex calidis igneis spiritibus cum aqua mixtis, vel ex aliqua admixtione partium terrestrium & salsarum. Sed magis certum argumentum est q; non sint sulfureæ: quoniâ in eis non est color sulfureus, neq; vnctuosum in superficie, q; necessario apparet, si sulfureum quid esset in eis. Sulfur enim leue & vnctuosum est: & vnde mate-

D ria ignis est facilis, & calore dissolnta in aqua supernatat ad modû pinguedinis, prout experiêtia certificat. Nam in sulfureis aquis supernatat pinguedo: quæ si accenditur, ardet vt experientia videmus. Præterea in côpositione salis prędicta nullum apparet sulfuris vestigium: quod tñ videri deberet, si ibi esset substantia sulfurea ab alijs sequestrata, & pręcipue cum sale, cum quo multû conuenit in natura. Præterea cum eo nô apparet neq; color eius neq; odor. Itê si sal in igne proijcitur, crepitat, vt cęteri sales. sed nô ardet, qui ardere deberet, si cû eo sulfuris substâtia foret. Nô arbitror igitur has aquas habere aliqd sulfuris corpulêtû. Et si forte ignei aliqui spûs cum eis scaturiât, qui

de natura sunt sulfuris, dantes odorē sulfuris ali-
qualem, vt in fulgure sentimus post eius percus-
sionem in loco aliquo: hi confestim exhalant. Cō
cludens autem asserit ipsas esse magis exiccatiuas
q̄ calefactiuas propter salē & gypsum ambo exic
catiua esse hæc. Quib⁹ plane habetur q̧ aquę ther
marum Paduanarum aluminosæ sunt, salsæ, gy-
pseę, à cinereitate nō absolutę: sed nulla sui in par
te sulfure participare. sicq; maxima in parte in sen
tentiam nostram conuenire. Quod autē non sint
sulfureę, conatus est probare vt scriptum est. Nos
autem diximus eas sulfure participare: sed parua
in parte aliarum mineraliū respectu. Nam in tam
assidua decoctione vt in salis opere fit, partes eua
nescunt sulfureæ, & resoluuntur. Quòd nō appa-
reat vnctuosum: id est propter paucitatem ipsius
alijs partibus superātibus multum. quodq; de co-
lore & odore dicēdum. vnde vt actum est, nostro
placuit Aristo. omnes thermæ principaliter licet
non maxime à sulfure caliditatē recipiunt. Quòd
autem gypseę sint, non negatur expresse. nam gy
psum, vt supra de eo, frigidum est & siccum, natu
ra terreum, quod ex forti & continuata decoctio
ne in aqua tam paucæ quantitatis nō auxilium re
cipiēs aliunde, pars illa terrestris sic superflue de-
cocta in gypsum conuertitur, quæ pars terrestris
si iuuamētum recepisset à multitudine aquosita-
tis: nunq̄ in gypsum conuersa foret. sicq; pars illa
terrea aluminosa aut cinerea aut salsa per fortem
& vltimatā decoctionē resolutis partibus igneis
& aereis, in substantiam conuertitur frigidam &
siccam, quā gypsum dicimus. Hæc omnia sic pro
babilia sunt, demonstratione logica carentia, sed
experientia est omnium harum discordiarū ma-
gistra. Verum opinionem per me positam & ab
omnibus alijs laudatā sic magis colo. & si vir hic
clarissimus fuerit, vt actum. Quod autem dicit q̧
ante decoctionem nullus percipiatur sapor. certe
pace sua contrarium expertus sum, & qui plures
in præsentia mea gustarunt. Situs autem eius, vt
actū monti est proximus, vallibus vallatus, eiusq;
aer non æque, vt is Ebani, qualificatus. Fluxus
etiam aquarum frigidarum & calidarum in vnū
cōcurrentium in hoc auxilium præstantium, est
quidē à balneo Ebani vno cum medio vel duo-
bus milliaribus distans. Electio. Huius areolæ
apertio ex his, quę in de balneo Ebani ea in areo-
la scriptum est, sic nobis in hoc loco satisfaciat.
Natura. Calidum est & siccum, & balneo Eba-
ni calidius ac siccius, cæterisq; Patauinis cuius ca-
liditatis & siccitatis graduatio ex dictis in balneo
Ebani accipiatur. est enim, vt supra, magis exicca
tiuum q̄ calefactiuum. Operationes & proprie-
E tates. Est calefactiuum, exiccatiuum, resolutiuū
vt cæteris inest thermis. Et ad particularia descen
dens areolā inscribo, quæ est, Membra capitis.
Princeps. Sulfureæ aquę neruos mundificant: pro
pter quod in paralysi multum operantur. dolo-
res, descensiones humiditatum, et spasmi sedant.
catarrho humido mirabiliter cōferunt: pręcipue
earum ducia. Et hic locus est speculationis, si cali
do, & humido conferunt: vt quidam aiunt ipsas
experientia manifesta conferre. cum tamen ratio
caliditatis obstet, qua dubitatur ne cerebri con-
tentiuam debilitet. cum omnis immoderata qua
litas propriæ virtutis actum deijciat. Quòd si ve-
F ra experientia est id asserendum, vt nocumēto iu
uamentum maius sit: etiam lapsus naturalis in ca
liditate ita paruus esse posset, vt parumper noce-
ret. Confert epilepticis, dummodo causa sit ex fri
giditate & humiditate per essentiam talis. Sibilo,
tinnitui, surditati ex causa frigida venienti. Capi-
tis dolori antiquo, in quo ducia sulfurea poten-
tior redditur aluminosa, & capiti magis propor-
tionata. memoriam reparat, ac rectificat, sed non
ex ætate deperditam. Cæterisq; ęgritudinibus ca-
pitis, de quibus in areola capitis supra de balneo
Ebani. Membra pectoris. Pectus ab humidita-
tibus liberat. qua ex re asthmaticis confert, cum
G in eis stare poterunt. vnde in eis aqua multū mo-
deranda est, & longitudine cum remissiori suc-
currere, vt in præcedētibus de balneo Ebani actū
quo præsens fortius existit. Dolores ex causa frigi
da tollit. Nam cum quidā Hæbreus dolore pecto Nota.
ris diu laborauisset ex causa frigida: plurimaque
medicamenta tentasset, quibus minime iuuaba-
tur, ad duciam huius balnei eum trāsmisi, pectus
percutientem, & diuino interueniente auxilio sa
natus est. Membra nutrimenti. Scribit Prin-
ceps, sulfureę aquę stomachum laxant, & deside-
rium deijciunt. qui locus speculationis est, cum
sua caliditate eum specialiter frigidum conforta-
H re videatur, & humidum sua siccitate, & sua sty-
pticitate grandi eum iuuare. Et cum de ipso sulfu
re actum sit exterius applicatum stomachum fri-
gidum roborare: Id dicendum esse puto, q̧ cum
actum de sulfure sit ipsum vehementer calefa-
ctiuum, attractiuum esse, subtiliatiuumq; humo-
rum, ac illorum dissolutiuum, aquę illę sic humo
res calefacientes, attrahentes, & humores subti-
liantes, illos dissoluentes, eo præcipue cum toti
corpori applicantur, sic humores eliquatos ad sto
machum attrahentes, ac descendere facientes, il-
lum relaxant, ac molliunt, & os stomachi relaxā-
do, appetitum deijciunt. Exterius vero applica-
tum moderatur. neq; tantam vim habet in attra-
hendo,

hendo,dissoluendo &c. vt sulfureæ aquę. Quo loco à te accipiendum est, quantum tuo stomacho balnea sulfurea Petrioli conferre possunt: quantumve nocere. Vnde aluminosæ illi sunt præcipue conferentes, quales Ebanenses Pataux sunt. & de his amplius infra. Spleneticos iuuant, humiditates ad splenem descendentes resoluendo. Nocent habẽtibus hepar calidum, quia multum inflammatiuæ sunt. ea propter necessarium est prę uisione. Nam volentes eis vti, cum frigidis hepar confortantibus, nõ multum stypticis prius inungant: aut aliter ad frigidum alteretur. de quibus in de obseruandis dicemus. Consultius tamen est tales in eis non balneari. Quòd si alia ex causa cogerentur illis vti: inungãtur &c. vt actum. vento sitatem in eo genitã, ac in splene etiam cum mẽbra hæc sic longo tempore vexata fuerint, mirabiliter exterminant. & membra illa ex causa lęsa cõfortant. quamobrem hydropisi tali miro subueniunt modo. Membra expulsionis. Conferunt colicæ antiquæ intestinorum, & vuluæ duritiei. vt Princeps sic eam humectando: vt actum de stomacho. Sunt tamen ventris constipatiuæ. Et hic locus est speculationis, propter assignatã causam de mollificatione stomachi. cõsideret speculator.

Vulnera et vlcera. Corporis superficiem à bothor et vlceribus malis antiquis & sanguineis violaceis mundificant, & pannos morfeæ & albaras. Princeps. Et dictũ est antiquis, quia in nouis non confert: vt in præcedenti dictum est cap. Membra iuncturarum. Hic locus speculationis est: an in passionibus iuncturarũ plus cõferat balneum sulfureum, cum ad ipsum fere omnes sic patientes consilio medicorum proficiscantur. Et in præsentia sic determinata & conclusa volo insequentibus in locis suis sufficere, ne longitudine ac eorum replicatione legentium mentes tędio afficiã tur. Facile quidẽ, mi Illustris domine, eorum errorẽ intelliges: à quibus de obseruatione vniuersalium nulla prorsus cura cum diligentia colitur. Neq; in aduersantibus sillocisiphis hoc in loco mihi cura grandis est, eo præcipue cum ponendis ex conclusionibus, quibus breuior doctrina erit, his satisfactum à me sic facile esse intelligam.

Accipiendum itaq; primum iuncturarum debilitatem non vnica ex causa omnibus prouenire: sed in diuersis varias causas esse: qua ex re non idem antidotum in omnibus, sed in diuersis variium applicare opus est. Et hoc loco vulgarium opinionem excludo, qui balnearum effectus proprietatibus occultis attribuunt.

Affirmandum secundo balneas naturales omnes, vt actum, actualiter calefacere atq; exiccare, multoq; magis cum ex minera fuerint calidiori. Quæ res eos non latet qui eis vtuntur, cum ad sitim nõ paruam perducant. Quamobrem aiunt, qui bibere potenter cupiunt, ad balnea proficiscãtur. Et Princeps primi secunda. Et de dispositionibus aquarum Rasis in Almanś. 12. continentis. Eorumq; caliditatem ad tertium gradum producit, vt actum. Nam eorum fortis alteratio non tolerantia vacat. Quibus inducitur membra humani corporis sic potenter calefacere, exiccare, atq; resoluere: resoluendo plurimum debilitare, vt de balneo aquæ calidæ supra agebatur. Estq; tenendum debili passo forte agens applicandum nõ esse: quoniã ex tali applicatione passum exterminatur, & in robore suo cõuertitur & finitur: debent enim talia adinuicem proportionari: vt inde conuenientior et securior actio consequatur. Nam si pauco in lucerna oleo magna accenderetur flamma: ilico oleum euanesceret, & flamma extinguer etur. Et propterea clamitãt medicinæ authores, curam per contraria æqualia fieri debere, ne cura perfecta per alnora impediatur. Neq; obliuioni tradenda est totius ac corporis particularum virtus: sed prius contemplanda est. Nam cum deficit virtus, deficit & curatio. Princeps primi quarta. Et Dux medicorum. Omnium virtus est operatrix. Techni. 3. Similiq; modo & membrorum compositio. quamobrem gracilia ea nõ sustinent medicamina, quæ robusta ferunt. Et naturalem membrorum debilitatem amplexantes, postea, quæ sic posita sunt, dicemus. primo iuncturarum debilitatem omnem, aut ex complexione, aut ex compositione, aut ab vtroq; simul prouenire. Iuxta quæ has ponemus conclusiones. Sitque nobis prima. In debilitate iuncturarum compositione gracilium sulfurea balnea nõ competere: quoniã nimis potentia sunt: nõ. n. passo agens proportionatum esse videtur: etiam cum pauco calore vigeant: sic forti ex resolutione exterminantur. Itẽ quæ sicca sunt, non oportet amplius exiccare. primi tertia. & prima aphorismorum Dux. Omnis immoderata qualitas actum propriæ virtutis deijcit. Altera. In debilitate non vetusta iuncturarum compositione robustarum mala, stante cõplexione frigida & humida, cæteris consentientibus, balnea magnifice competunt sulfurea. Vbi vero mala foret complexio calida, inconueniirent. Hanc conclusionem nostri sensere veteres, à qua fortasis in omni iuncturarũ passione & indifferenter erroneus accessus ad balnea ortus est: hæc equidẽ ex suppositis, sicut probata relinquatur. Debilitate vetusta iuncturarum stante, quo in casu iuncturæ calore naturali admodũ depaqperatæ

peratæ ſunt, aut cum robuſticitate, aut gracilitate, balnea ſulfurea minime conferre videntur. Hæc ex ſuppoſitis probetur, cui & addatur: ꝙ & thermæ nullo modo conueniunt, niſi vbi iam humiditas in eis adeſſet reſolutionem agens, quo in caſu etiã in caliditate thermæ remitti deberent. Reliqua ponatur, quòd in corporibus plethoricis etiam ſtante robuſticitate membrorum thermæ naturales ſuſpectæ ſunt habendæ. concluſio declaretur per ea, quæ de aquis ſulfureis actum eſt ſupra in areola. Membra nutrimẽti in hoc capi. quoniam liquefaciunt, & humores deſcendere faciũt ad inferiora, vt expertus ſui. Quintam hic addam, ꝙ in præſeruatione vbi iuncturæ naturaliter ſint graciles: & ſic naturali calore depauperatæ, hęc balnea ſulfurea minime conueniunt. Nam amplius ſic debilitãtur, facta caloris ſui pauci ac humidi ſubſtantifici reſolutione: quare plures ſolito ad eas fluent ſuperfluitates. Nam Princeps, membra fortia mittunt ad debilia: veruntamen, vt iii de obſeruandis agitur, balnea in reſolutione ex mora plurimum moderantur. Poſtremam adijciemus. Cholerici naturales, & cholerici aduſti ab eorum vſu ſe abſtineant. Nam ea illos ad febres præparant, ad hepatis ſupercalefactionẽ: vt primi ſecunda. de diſpoſitionibus aquarum. Et hæ concluſiones nobis veluti principia ſunt ad ea quæ in ſimilibus ſunt conſideranda. Quibus accipiatur error eorum, qui complexiones hominum, eorum habitudines, & compoſitiones totius, ac particularum patientium virtutem prius non contemplantur: ſed indifferenter omnes ſic ad balnea aſſumenda cõſulunt, id opinantes vt vulgus effectus hos, cum ſæpe beneficio medicorum non curantur, & ex eis iuuamentum ſuſcipiant à proprietate occulta prouenire, vt Siculi, & Neapolitani: de quibus infra. Et dixit Princeps. Aquæ ſulfureæ conferunt apoſtematibus iuncturarum, & duricijs, & verucis pendentibus. Et nota lector verbum duricijs. et conſidera. Et in ſumma vt Princeps, conferunt omnibus doloribus iuncturarum & neruorum frigidis.

De balneis Sancti Bartholomæi. *Rub. V.*

Balnea autẽ hæc vallibus vndiꝗ ſunt vallata à meridionali plaga montibus diſcooperta. Rus enim fuit quondam Sanctus Bartholomęus nominatum, milliaribus. xij. à ciuitate diſtans. nunc vero ſilueſtris & inhabitatus locus eſt. Verum per nobiles noſtros de Leone fundatum fuit, & in eo tempore Bartholomæi templum amplum, cui coniunctum eſt hoſpitale, ad pauperes recipiendos: vt ſic commoditate ampliori ab eorum languoribus precibus ſancti in-

E terueniẽtibus curarentur. Sunt autem veluti piſcina magna non lapidibus, vt cætera patauina fabricata: quorum fundus luteus & pinguis eſt ad nigredinem declinans: mollis multum, in quem neceſſario penetrant ſe balneantes: ita vt ſi in baculis ſe non ſuſtinerent, ad profunditatem periculoſam quandoꝗ deſcenderent. Nam eius in ſuperficie non alta eſt aqua: ſed ad altitudinem duorum pedum vel prope. Hæc autem aqua tempore hyemis & veris eſt in calore notabiliter remiſſa, qua ex re eam eligere oportet æſtiuo tempore, & ad ea itur de menſe Auguſti vſque ad medium

F Septembris, & vltra: aeris cõſtitutione ſuadente. Exiſtimo autem & de menſe Iunij & Iulij efficacia eſſe, & euntes eo tempore ab eis non minus iuuari. Minera. Huius autem minera ſulfuris naturam ſapit aliqualem, & bituminis ſiue aſpalthi, vt quidam aſſeruerunt. Verum lutum illum, vt liquida pix, videtur. Arbitror enim vt actum, ſulfurea foret: licet parua in quantitate ſulfure participent. propterea quoniam eorum caliditas non magna ſit: conſequenter de alumine plus habere: vt cætera Pataua. Sed ſic in eis humiditate ſuperabundante: quoniam caliditatis actuitatem obtundit, & ſiccitatis operationem, non ſic ad calefaciendum, & exiccandum: vt cætera

G potentia redduntur. Quapropter debiles in iuncturis quibus aliqua ineſt duricies, aut nodoſitas: ad hæc quàm alia ſecurius ſe transferre poſſunt. Vnde meo cum conſilio vir quidam Feltrenſis Nota nomine Petraca qui nodoſitatem ac duriciem in genu habebat: cum prius dislocatus foret in genu, & plurimos non dico reſtauratores: ſed destructores ſic expertus foret, qua ex re ob dolores pluries receptos materia multa fluxit: & in loco retenta, & frigidis medicaminibus applicatis indurata, abſque baculo & ferula ambulare non potens: ſic duobus annis tranſiens, ad hæc balnea profectus eſt, ex quibus ſpacio dierum

H quindecim tantum recepit iuuamentum, vt demum abſque baculo & ferula rediret. Et breuiter claudens, ea pronuncio plus aluminoſa, nitroſa, etiam & cinerea: à ſalſedine, licet remiſſa, non priuata: ſulfure autem modico participantia. Operationes et proprietates. Eſt mediocriter calefactiuum, & parum exiccatiuum, cum mirabiliter duricies mollificet in quacunque parte corporis extiterint. Nam mollificatiua ſunt vt Princeps, quæ ponunt eſſentiam membrorum habentium ſpiſſos poros, leniorem caliditate et humiditate ſua. Et accidit ex hoc vt pori fiant latiores, & expulſio ſuperfluitatum quę in eis cõtinentur, facilior: ſicut exemplũ de ſemine lini. Sunt enim

talia

A talia quæ neque fortiter calefaciunt, neq; fortiter exiccant: quia si vehementer calefacerent, potius indurarent & similiter si fortiter exiccarēt. Natura. Finem secundi parumper excedere sentitur, iuxta aquæ superficiem: sed vlterius in fundo procedentes sentiunt caliditatem, vt ad tertium eorum caliditas perueniat. Electio. Eligatur tempus vt actum: & hoc in tempore diem vigiliæ ac festi Bartholomæi eligibiliorem quadam cum deuotione pronunciant. Membra iuncturarum. Doloribus podagricis, ac iuncturarum aliarum confert. Et inuentum est in libris quendam Estensem Marchionē à podagra curatum.

B Delet mollificando et resoluendo omnes iuncturarum duricies. Et ego vidi ex duricie genu, qua impotens quidam ad ambulandum reddebatur: eorum beneficio curari vt actum. vnde sic membra indurata, nodata, contracta mirabiliter mollificant, & extendunt, et ad pristinam prosperitatem sua virtute potenti, homines ducunt. Et dominus Aquileiensis Cardinalis totus contractus in eo tēpore ita ex his iuuabatur, dum in eis erat, vt veluti sanus totus moueretur. Verum in eorum egressione aeris frigiditate ad pristinam dispositionem membra redibant. Et Georgius Pisanus de Sancto Casano à sua contractione notabiliter conualuit. Vulnera & vlcera.

C Scabiosis conferunt & vlceribus. Alias subticui areolas, quoniam in his membris conferre non multum videntur. Iste autem locus, & si non elegantis sit habitationis & aeris: tamen habitatur, & habitabilis est: & ratione indulgētiæ ad id templum, de quo actum est, maximus confluxus ciuium, & habitantia loca circunstātia in die Sancti Bartholomæi. Hoc autem balneum inundatione aquarū pluuialium alteratur: suiq; effectus minuuntur.

De balneis Sanctæ Helenæ. *Rub. VI.*

DIstans est à ciuitate septē milliaribus monticulus quidam vndequaq; vallibus vallatus, ad quē per aggerunculum manibus factum

D peruenitur, cuius in summitate muri olim ecclesiæ Sanctæ Helenæ dedicati adhuc superextant, apud quem balnea sunt de Sancta Helena nuncupata: hic enim mons illas à plaga occidentali tegit suntq; à plaga oriētali discoopertæ: domus vero eorum pulchra est: sed situs malus ac turpis, cum præter monticulum nullus adsit perambulandi locus. Stat autem apud montem versus meridiem velut stagnatus lacus: vnde aer eius loci male qualificatur ex vicinitate aquarum fœtentium. Et certe vt in de obseruandis, post, eorum situs multum contemplandus est. Fons autem in superiori parte montis esse videtur: cum sic per eum descendat aqua per canale magnum terra montis coopertum, ad pedes eius balnea sic producens. Hic autem fons vt cęteri, oculis non videtur, cuius minera est aluminosa, cinerea, & nitrosa, & salsedine parum participās. Non autem à sulfure absoluitur. licet quidam ea à prædominio sulfurea scribant: cum ea caliditatis vehementis esse dicant. Ego vero opinor, quòd à prædominio non est sulfurea. Nam neque visus, neque odor, neque gustus illud manifestant. Et pro his recurre supra ad ea quæ de balneo Ebani scripta sunt, & montis Groti. De mineris eorum, neque super caliditatis sensionem se fundent: quoniam actu calidiora sunt salsa ipsis sulfureis: quoniam salsa per adustionem fiunt. Et ego dum cum magnifico Capitaneo Carmignola in balneis his pro cura sua moram, ac stationem traherem: de caliditate balnearum Ebani disputantes, in quibus se prius balneauerat: hæc sic adinuicem comparantes, nuncium specialem misimus Ebanum. locus est ab hoc tribus milliaribus distans vel circa, secum portantem horologium, & phyalam, & data hora impletæ fuerunt duæ phyalæ: vna ex aqua Ebani: altera ex aqua hac, & certe in caliditate multum differentes inuentæ non fuerunt. Addoq; quòd fontis locus huius monticuli ignoratur: potest enim longinquior, ac propior esse. qua ex varietate & balnearum caliditas variatur. Et certe opinor ipsam alumine participare. qua ex re suis in proprietatibus, cæterisq; in areolis à virtute eorum de Ebano non multum differre. Sed hoc loco ne vacuus discedas: tum quia famosa sunt: hæc pauca subscribam. Operationes & proprietates. Est parumper eo Ebani magis calefactiuum, exiccatiuum, resolutiuum. Membra capitis. Confert in ægritudinibus capitis, paralysi, & neruis humiditate repletis, & spasmo, cæterisque ægritudinibus suis ex causa frigida & humida venientibus, et ex repletione. vnde membra ob imbibitionem materiæ humidæ contracta indurata remollit, & extendit. Decoratio. Confert serpigini, albaras, scabiei, & maculas corporis superficiales emundat. Membra pectoris. Confert pectori læso ex causa frigida & humida. Membra iuncturarum. Confert iuncturis, & eas confortat, & prohibendo fluxum humiditatum ad eas, sic illas à dolore præseruant: si suis cum canonibus fuerint applicata. Et in laudem eorum dicam quòd iam fama est cęteris omnibus Patauis plus in hoc conferre. sed consideret speculator. Membra nutrimenti. Stomacho humido subueniunt, & hydropi, & venam habentibus ciuilem. quare &c.

De balneis Orthoni montis. *Rub. VII.*

MOns Orthonus à viro Patauo vt referunt in armis strenuo, Orthonus appellato, monti rubeo proximus, apud quē olim Patauia primum ædificata fuit, nomē sic accepit: ad cuius pedes piscina magna est. vallibus & lacunosis siue stagneis foueis circundata, à meridie, & plaga orientali detecta: à septentrione vero ipso monte & alijs defensata: cuius aer certe nō bene qualificatus est. Et locus lōgis in annis inhabitatus fuit: nunc vero, Pataui quadā deuotionis virginis gloriosæ cōmoti (quam antiquo ciui ex nostris eo in loco apparuisse fertur) templum magnificum fabricarunt, ac monasterium ordinis Augustini de obseruantia dedicatum, in quo plurimi existunt claustrales, locum reddentes domesticū & montem. Cuius minera sulfuris aliquid sapit ac salis, & alumine nō priuatur. Est.n. piscina hæc lutosa, virtutibus compositis dotata. Cuius operationes, electionem, naturamq;, vt quę de balneis Bartholomęi Sancti dignificare possimus. Dolores antiquos ex causa frigida & humida collit: duricies articulosas: spleni & hydropi resoluendo ac mollificando succurrit. Et hæc de balneis septē Patauis famosis in præsentiarum à nobis tantum dixisse sufficiat. Et plurima in eis memorata etiam ad sequentia, ne replicatione hæc mea dicta tibi tędio fiant: volo sic nobis satisfacere. Et quoniam de balneis famosis scribere nostra est intētio: hinc post Patauorum & domesticorum virtutum narrationem, ad extranea me conuertam de proximis ad longinquiora procedens.

De balneis della Porretta. *Rub. VIII.*

ET cum balnea della Porretta dicta in comitatu Bononiensi à ciuitate .xl. miliaribus distātia nobis vicina sint, & famosa multum, sic de ipsis secundo agemus loco. His aūt tot attribuuntur laudes: totq; occultæ proprietates, vt vere sacerrima dici possint: vt & .24. problematum. problemate vltimo. Ex eis.n. vt fama est, sacræ operationes emanāt. Earum autē ortus à duobus saxis & lastrosis montibus est ad meridiē situatis: quorum in medio, vt aiunt, salis riuulus amplus est. Et per duo canalia duorum mōtium aqua sic defluens, balnea duo ædificat: vnum in dextris, alterum in sinistris. Ex sinistro autem versus orientalem plagam fumi exeunt et vapores clari ad rubedinem declinantes. Minera. Minera autem eorum aluminosa, vt aiunt, et parum sulfurea est, et sale participans & nitro. Sicq; cōpositas virtutes habet, & certe vt actum: à minera eorum de Ebano eius minera nō est longinqua multum: quare & ea quæ Ebano in proprietatibus simillima esse

E deberent. Et hic est locus considerationis nō paruæ: vt cum ita esse videatur, vt cur non esse in vsu potus aquæ Ebani, vt quæ de ipsa non tot tantæq; laudes, vt de aqua Porrettæ enunciantur. Id arbitror primum dicendū esse, q; Bononia ciuitas studiorum omniū q̄ Patauium vetustior mater fuerit, qua ex re Illustres medici suis de his balneis curam diligentiamq; magnā qui habuerunt, sic famosa fecerunt. Et si balnea de Ebano, cęteraq; Patauina ad vsum cōmodumq; hominum prius accesserint, cum Patauium Bononia ciuitate antiquior valde fuerit. Addo pręterea q̄n ea quę Ebani, in caliditate nimia habita sint, vt sic potui (vt

F illa de Porretta, quæ veluti frigida est, de quo statim) amœna, ac conueniēs nō reddatur. Sic.n. Pataui & medici quadā negligētia ducti, eam aquā bibere in vsum nō perduxerunt. Ego autem tepefactam, & ad calorē aquæ Porrettę perductā pluribus ad bibendum cōsului: inueniq; eam & ventrem soluere, & vrinam prouocare. Quòd si ea in quantitate siue dosi data fuisset vt illa Porrettæ eisq; cum canonibus, nō hæsito illam potentissime ventrē soluisse, et vrinā prouocasse. Quòd si dominus loci existerē, eam per longum canalem ad certum locum perducerē: vt sic à fonte lōgius se separans, veluti tepidā & potui cōmodā se redderet, ex qua similes effectus his qui della Porret-

G ta exire sperarē. Hæc.n. aqua cum bibitur, gustu salsedo cōprehenditur, & odore sulfur: hosq; effectus potentiores in ea quæ montis Groti esse arbitror. Et speculator cōsideret actumq; à Gentili eam aluminosam magis. Cæteri eam sulfuream à prædominio scribunt, vt in alembicatione experti sunt. quod minime credo propter rationes supra de minera balnearum Ebani et montis Groti scriptas, ob quod ad ea quæ in prioribus, & ad ea quæ dicenda sunt de elambicatione diligens scrutator se trāsferat. Vnde sciendum q; ex elambicatione mineræ omnium mineralium & medio-

H rum, excepta ea quæ sulfuris, comprehenduntur aperte. Cum.n. sulfuris caliditas ignea sit, & parua cum corpulentia: tunc ilico in fumum transit et euanescit. videmus.n. q; sulfur igni expositum, statim cōsumpta substantia in ignem transmutatur: quare cum alijs associatā illis caliditatem pręstans: vt cum ferro, cinere, & huiusmodi: non nisi parua eius pars visu cōprehēditur, cum multa in fumū transierit, alijs solidioribus & nō ita igneis, quibus cōmiscetur, remanentibus. Secus autē opinandum, si aqua sulfurea fuerit non cōmixta, aut cōmixta parū. Et hic bene consideret speculator: vt post de elambicatione, quātus error nostris in temporibus processit. Electio. Situs aūt eorum

syluestris

ſylueſtris eſt alpibus Piſtorienſibus propinquis,
quo in loco et homines Iulij tempore algent, qua
ex re eligere oportet tempus calidum valde, vt à
medio Iunij vſq; ad Auguſtũ incluſiue. Et à non-
nullis Auguſtus magis cõmendatur: & hoc ſi tẽ-
poris cõſtitutio nõ obſtiterit. Nam & prouerbio
vulgatur, Prima Auguſti pluuia nobilitatis pau-
pertatẽ indicat. Nam ſe balneantes veſtibus hye-
malibus munitos eſſe oportet: de quo in de obſer
uandis. Et eligatur quæ eſt de nouo ſcaturiens: nã
cum ſtat per diem, aut per noctẽ etiã poſt ſex ho-
ras ſtatim frigeſit, caliditatem amittens, qua red-
ditur vigoroſa. Quapropter potantes eam, quæ
iam ſtetit, euacuare faciunt, & calidam ſcaturien
tem veluti virtuoſiorẽ ingrediuntur. Scaturit.n.
aqua hæc duobus in locis, veluti aqua fontis frigi
di. Quo loco accipiatur quantũ valet ad loca lon
ginqua exportata, cum cito corrũpatur, ac ſapo-
rem perdat: de quo in de balneis Ebani actũ eſt.
Eſtq; locus, ad quem per canale fluit, foramen ha
bens ſpina obturatũ: & hæc aqua parum calidior
prima exiſtit: & hic hauritur & hauſta bibitur, &
de eius potu in de obſeruãdis dicetur. Natura.
Actum eſt thermas iam dictas ad tertium perue-
nire gradum, & illas in caliditate poſſe remitti: &
quia aqua ſic ſuæ naturę dimiſſa ad frigiditatẽ re-
dit. vnde quãto longius à fonte diſcurrit aqua ca-
lida, tãto in caliditate plus remittitur. Quibus ac-
cipiendum, cum aqua hæc aluminoſa & ſulfurea
ſit, vt iam dictum, nõ ſitq; calida multũ, ꝙ à fonte
eſt remota multum, & ad eius remiſsionẽ lapidũ
frigiditas, per quos tranſit, & ſcaturit, quampluri
mum operatur, cum locus eius lapidoſus ſit, vt
actum. Erit itaq; in primo gradu vel in principio
ſecundi caliditas eius ponenda. Nam debent in-
trantes ex occurſu eius cum nouiter ſcaturit, ſe ſe
cundum omnia mẽbra vigorari, & per ſpacium
temporis incriſpantur ſeu corrugãtur membra,
quod magis remiſſa caliditate venit q̃ ab intenſa.
cõſidera. Operationes & proprietates. Eſt in-
terius aſſumpta, quia bibita, calefactiua, attracti-
ua, humorum viſcoſorum, diſſolutiua, inciſiua,
cum ex diuerſis cõponatur vt actum. Nam de his
magis poſt in areola. Membra expulſionis. Exte-
nuatos curat. & macrefactos impinguat. Et hic
eſt locus ſpeculationis. Membra capitis. Hanc
aquam ſic nimium cõmendant, & ſub timore aſ-
ſumptam omnẽ aiunt cerebri debilitatẽ remouẽ
re, cerebrum rectificat, ac antiquum eius dolorẽ
tollit, oculorum ægritudinibus ſubuenit, auditũ
mirabiliter reparat, narium fœtorẽ exterminat,
rheumata cõſumit, paralyſi linguæ opitulatur, tu
moribuſq; gulæ, ac vocis raucedini. Membra pe
A ctoris. Valet cõtra pectoris ſtricturam, & anheli
tus difficultatẽ. vt dicant equos aſthmaticos duo
bus cõtinuis menſibus illam aquam potantes ab
aſthmate liberati. & ſputum ſanguinis remouet.
Mẽbra nutrimenti. Deiectum, quinimmo de-
perditum appetitum recuperat: & offenſam dige
ſtiuam fortẽ efficit, et vomitum tollit. Et quod di
ctu mirabile eſt, deperdito prægnãtum appetitui
abſq; nocumẽto proficit, atq; illum firmat. Nam
ſtante cauſa à qua effectus continue dependet, ea
nõ remota effectum remoueri poſſe nõ videtur.
Amplius cum ſale multo participet, ſic potata cõ
turbatiua ſtomachi redditur, vt de ſale actum, &
B ad vomitum eſt præparatiua: hoc etiã in potanti-
bus experientia docet: qua ex re iuuare non vide-
tur. Addo ꝙ Principis dictum primi ſecunda. ꝙ
aquæ ſulfureæ appetitum deijciunt, ac ſtomachũ
laxãt, qualem multi illã della Porretta eſſe enun-
ciarunt. Cæterum cum notabiliter ventrem ſol-
uat, & vrinam prouocet, ventriſq; fluxus ſit ſæpe
aborſus cauſa: vt aphor. quinta. Cõſimiliter & vri
næ prouocatiua, cum menſtrua commoueant: vt
Princeps, nõ ſic prægnantes iuuare, vt aiunt, arbi
trandum ſic facile eſt. Mineralium aũt dictorum
virtutes ſpeculator diligẽter aduertat: quibus ſic
cõpoſitis aqua hęc participat: vt ſic ſibi inuicẽ cõ-
C tra operantibus ſe mutuo iuuare videantur: effe-
ctuſq; varios ac dictũ mirabiles ſic poſſe produce
re. verum à medico ſemper experiẽtię magis cre-
dendum eſt, q̃ rationi, cum artifex ſenſualis ſit.
Oppilationes hepatis emendat ac ſplenis. hydro-
piſim non antiquã curat. Et in eius laudes quidã
ita proceſſerunt, vt eam hydropem curare dicere
nõ dubitauerint. Membra expulſionis. Inteſti
na mundificat à fæcibus, & à ſuperfluitatibus la-
uat: eſt.n. ſolutiua, vt experientia manifeſtat, ſua
vehementi ſalſedine aut nitroſitate. Vermes in
inteſtinis interficit, dolores eorum tollit, & eorũ
cauſam & malam qualitatẽ in eis impreſſam an-
D nullando. Renum laſsitudini mirabiliter ſubue-
nit, lapides in eis frangit, ac arenulas cõgregatas,
& lapides per vrinæ vias mirabiliter expellit. Et
veſicã à ſuis ſordibus paruo in tempore mundifi-
cat: vt poſt eius potum, per quartum horæ ad ex-
tra per virgam propellat, tñ diuretica exiſtit. Et
hic eſt ſpeculationis locus, vt cum ex ſulfure quo
non parum participat, & ex alumine ſic ſtyptica
reddatur: vt quomodo tam diuretica tamq; ſolu-
tiua. Nam ad hos effectus valet ventris ſolutio, &
vrinæ prouocatio ab ea poſt eius potum, et in dẽ-
bita doſi paruo in tẽpore exire videmus, vt in dẽ
obſeruãdis poſt. Iam ex habitis ſolutio aperta eſt:
qñ tum ſua ſalſedine, tum ſua nitroſitate, quibus

non partim participat, ventrē soluit. ex parte sua sulfurea, vrinā prouocat. & modus iam in de balneo montis Groti in parte dicebatur. Eliquat. n. sulfur, & humiditates grossas sua vehementi caliditate in aquosas cursibiles cōuertit vt piper. quarum aquosarum expulsio p regiones vrinales cōuenientius expellitur. Vnde secunda problematum problemate. 43. Vt quid piper in parua quantitate assumptum soluit, in magna autem vrinam prouocat? Et quidam eam in vlceribus vesicæ cōferre aiunt, quod non facile intelligo, cum magis nocere videatur: sed de hoc īfra, in de balneis Carpensibus. Conferuntq; nimiæ sanguinis egressioni, vt per hæmorrhoidas siue per venas matricis euenientis, menstrua alba constringit, & matricis humiditates resoluit: multumq; impregnationi opitulatur. vt de ipsa aqua scribit vir diuinus noster Gentilis suo in tempore plurimas vidisse mulieres steriles, quæ huius aquæ beneficio fœcūdæ factæ fuerunt. Membra iuncturarum. Valet passionibus neruorum, & doloribus iuncturarum ex quacunque causa, vt sic podagrici omnes ex ea liberentur. verum in antiquatis non cōfert. Sed fortasse quis admirabitur: vt quo sic in omnibus cōferat, varijsq; in ægritudinibus, cum in alijs aquis hoc minime cōtingere intelligamus. Id forte respondebitur: qm̄ sic sua in caliditate temperata est aliarum respectu, cuius suæ qualitates sic ad medium refractæ id operari poterunt: quēadmodum medici asserunt oleum rosa. temperatum calefactos infrigidare, & infrigidatos calefacere. Ideoq; Princeps de signis dolorū podagræ. v. materias autem permixtas &c. Et iuuantur cum vnctionibus temperatæ caliditatis cum quiete. hoc autem temperamentum in ea veniens, merito fractionis suarum partiū, ex quibus cōponitur multorum sic apud vulgares mirādorum effectuum causa esse poterit. Et subtilis īdagator speculetur. Vulnera & vlcera. Scabiem antiquā eradicat, & saniem per corpus dispersam educit: vulnerib' fraudulentis opitulatur. Febres. Asserunt eam in tertianis & quartanis febribus conferre, quod minime credo: quinimmo opinor & eam, cęterasque thermas, nedum febrientibus: sed & cholericis adustis non conuenire: qm̄ sic peramplius vrūtur & exiccantur. Et ideo non attendo verbis eorum, qui asserunt eam in vlceribus vesicæ conferre. Et cum in amplioribus huius aquæ laudibus p sequi tanta cum commendatione, sic addēdo sua dignitate mihi detrahere visum sit: vt veluti altera in terris Dea sit excolenda: tantum de ea nobis in præsentiarum dicta Bononiensium pace sufficiant. Et si speciale regimen habere videatur: ni-

E hilominus de eo in obseruandis suo loco dicetur.

De balneis Romandiolæ. Rub. V.

Cum nobis propositum sit de balneis omnibus Italiæ ordinate sic scribere. planeq; intelligam omnia compositione participare: sicque virtutibus compositis, vt de prædictis scriptū est: foretq, in parte superfluum sic per singulas areolas discurrere: cum in compositione plurima adinuicem conueniant, statui ne longiori sermone tędiosus fiam, eas areolas & principaliores, ac vtiliores subscribere: alias etiam cum opus fuerit nō negligere. Et à balneis Romādiolæ exordiar. Castrum est in Romandiola, Sācta Maria in bagno, F nūcupatum, apud quod, balnea hæc tria sunt, de quibus statim: quorum minera à prædominio sulfurea scribitur, alumine, ferro, ac ære participans. Nam si sulfure participant, ea comprehendentur signa, ex parte coloris, odoris, & cæterorum: vt supra, in de balneis Ebani, & mōtis Groti, quę posita sunt propter errores ex inaduertentia medicis contingentes. Ista autem sunt veluti ea, quæ de Poretta scaturientia, & ita propinqua, vt inter ea murus lapideus solus interueniat, qua ex re cū ita ppinqua sint rationabiliter arbitrati sunt nō nulli illa ex eodem fonte emanare. Et si quidā ea in minera diuersificati sint: vt ipsum balneum sul G fureum & aluminosum esse dicant, quod balneū de Turri intitulatur. Secundum vero vocatur balneum de Medio, quod magis aluminosum q̄ sulfureum dicūt: & est temperatę caliditatis: in qua gaudent scabiosi, leprosi, & vlcera habentes, qui in alijs sic stare non possunt. & ideo vocatur balneum Poltronum. Tertium, balneum Dominarum vocatur. Electio. Et eligatur in tempore Maij, vt de balneis Patauis actum: quoniam eo in loco aer frigidus existit, frigidiorq; q̄ in comitatu Paduano. Natura. Calidum vt de prædictis scriptum est. Nam eius caliditas, etsi videatur remitti frigiditate ferri, tñ non tollitur quin in ter H tio tale sit. & sic eius siccitas caliditatem suam superare videtur. Operationes & ꝓprietates. Calefactiuum, exiccatiuum, subtiliatiuum, humorū dissolutiuum, attractiuum, macrefactiuum, quia potenter resolutiuum, humidis natura ac habitudine carnosis: phlegmaticis potenter conferens. Membra capitis. Catarrho humido ac cerebro humido, coryzæ, tinnitui, sibilo, neruis ex repletione læsis, eorum dolori, paralysi, epilepsia & diminutioni memoriæ conferre sic videtur. Et qm̄ in passionibus matricis mirandos effectus ab antiquis productos esse inuētum est: hinc balneum dominarum tertium nomen accepit. Membra expulsionis. Mirabiliter humiditatibus matricis

confert:

cõfert:eáq; sic læsam cõfortat, si diligẽter q̃ de sul sure, alumine, ac ferro scripta sunt, comtemplentur. Membra iuncturarum. Valet plurimũ cõtra iuncturarum dolores. Et hic diligenter aduertat speculator, q̃m vt actum, medium temperatæ caliditatis est aliorum respectu, vt sic arbitrentur ex diuersis mineris illa sic scaturientia diuersos effectus producere. Et plurimi magis solertes asseruerunt hæc balnea in vigore illis de Corseno assimilari, de quibus statim: & si in actu & potentia quæ de Corseno sunt, calidiora existant. Sunt aũt cooperta à ciuitate Forliuij. xxx. milliaribus distãtia, apud quam ciuitatem. v. milliariorum distantia castrum est Meldula dictum, in quo est aqua thermalis solutiua, quæ bibitur, neque sapore sulfureo priuatur: vt illa della Porretta: sed quę est in Sancta Maria in bagno propter sulfuris excellentiam, non bibitur. Cæterarum aũt areolarum virtutes: quibus conferant ęgritudinibus, indagator ex dictis speculetur.

De balneis ciuitatis Lucanæ. Rub. X.

CIuitas Lucana tribus balneis gloriatur: quorum primum de Corseno nominantur: id rus est à ciuitate. xvi. milliaribus distãs, cuius mi nera diuersificati sunt medici: ipsum nanque sulfureum, aluminosum, nitrosumq; esse Gẽtilis vir diuinus enunciauit, cui non parua fides dãda est. Vgolinus vero de monte Catino, cui hoc balneũ multum familiare fuit: id scribit aluminosum, & salgemosum, vt vnum alterum non superet, pauca sue minima quantitate sulfuris participãs sic. Hæc. n. discordia ex signis datis de balneo sulfureo supra, vt actum in pręcedenti capitulo, faciliter tolli potest. cum experientia sit omnium harum verus iudex. Electio. Eligatur tempus, vt de balneis Patauis actum. Natura. Actu multũ calidum est, vt intrantes primo in occursu vix sustinere possint: mordax etenim et acutus est calor eius paruo tempore durans, cuius potentia actualis potentialem superat. Sed quæret rationabiliter aliquis: vnde tanta caliditas actualis si sulfure nõ multum participat. Et cum sal, aut salgemma per adustionem fiant: sic salgẽma magis participare videtur. Nã si balnea salsa actu calidiora sunt ipsis sulfureis, & cum caliditas illa sic cito trãseat, in re ignea, & subtili fundari videtur. quare sulfuris participatione vacua esse non arbitratur. consideret speculator: quibus indicatur ipsum ad finẽ tertij in caliditate peruenire. Operationes & proprietates. Est calefactiuum, exiccatiuum, caloris resolutiuum non parum: quamobrem debiles et ex coitu, marasmati, febrientes, & cito resolubiles, ab eo se præcaueant. Balneum hoc habet mã-

A siones duas muro quodã intermedio diuisas: quarum altera à fonte est remotior, & maioris caliditatis, in qua longior contrahi mora potest. Est. n. aqua hęc multum clara, vt veluti sapore extraneo carens, ac odore: cum qua habitatores illius loci panem conficiunt, carnes decoquunt. verũ in eorum comestione sitis inducitur, ob quod nitrosam esse magis arbitror: & certe, vt Vgolinus, minima parte sulfuris participare. Membra capitis. Valet in ægritudinibus capitis frigidis & humidis: & vt de balneis montis Groti, & tantum efficacius est, quantum sulfure plus participat, ac minus frigidum est. Et propter sui caliditatẽ actualẽ

B nocet habentibus fluxum sanguinis narium, ac hęmorrhoidum. vnde ab eo montis Groti, vt existimo, nõ multũ diuersificatur. Mẽbra pectoris. Humiditatẽ ei' exiccat. sicq; asthmatico cõfert. Mẽbra iuncturarũ. Valet in doloribus iuncturarum, & ægritudinibus neruorum, maxime à ca frigida, & in doloribus remanentibus in mebris neruosis propter casum, aut percusionem. Item propter dislocationem in iuncturis factam & in remanentibus post torturam. Vulnera & vlcera. Exiccat vlcera, quæ difficilis sunt consolidationis, & illa curat. Vidi dominũ de Cesenis Malatestam hac ex causa ad illud proficisci, à quo no

C tabile iuuamentum non recepit, verum in virtute motiua visus est conualuisse. Membra expulsionis. Sterilitati ex causa humida, puenienti succurrit, vt sic illas humiditates exiccando ad cõceptione mulieres preparet. valet ad summũ in ęgritudinibus in quibus necessaria est exiccatio.

Apud autem balneum hoc sudatorium, est, q̃d ingrediuntur patientes: asserunt sic in eo sudãtes humiditates, quę ex balneo remanserunt resolui. Extra circuitum villæ balneum est rubeum dictum, cuius minera, vt aiunt, ænea est: & ei' aqua modica paruæ caliditatis, quam calefacere oportet si ea vti volunt. In præsentiarum autem nõ est

D alicuius famæ: fortasis in præterito fuit.

Tertium balneum de villa vocatur, à Corseno per milliare distans, eius minera ferrea est, loc' est ad modum putei, in quo solum tres personæ stare possunt. Est in agendo debilis, veluti esset aqua dulcis, non est in vsu hominum. Et asserunt illud in mala complexione calida renum, & hepatis conferre, & sitim remouere, quam alia inducere consueuerunt.

De balneis Pisarum. Rub. XI.

PIsarum comitatus quinq; balnea habet: quorum primum apud montem Sancti Iuliani positum est. locus is medius inter ciuitatem Lucam & Pisarum est. Est enim scaturiens aqua ei'. nominaturq;

thr pag. 25. col. p
pag. 49. col. 2

nominaturq; balneum vetus, quod cæteris solennius fuit, cuius aqua aliud ingreditur balneũ Dominarum nuncupatum. Cuius minera aluminosa magis sulfure participat. Et cum in loco sit vallosо, paludoso multum, ad quem cõfluunt aquæ aliæ, quæ sic earum permixtione læditur: suisq; in effectibus multũ debilitatur. Est enim cænosum, & breuiter pręstringens, colicæ confert, iuncturarum doloribus & podagrę non antiquatæ, & sciaticæ, humiditatibus matricis, vt cætera aluminosa, & vlceribus. Sicq; de alijs dicatur areolis: vt de aluminosis supra sulfure participantibus. Verum cũ inundãt pluuiales aquæ, suis in effectibus multũ debilitat, & cætera cõsimilia balnea, vt balnea Sãcti Bartholomæi in comitatu Paduano, de quibus supra. Secundum est balneum Sauiæ dictum, vehementer sulfureum, nocet calefactis, & confert habentibus ægritudines frigidas & humidas.

Tertium, Sanorũ balneum dicitur, eiusdemque mineræ, quo sani vtuntur ad se lauandum. Est.n. parum de vtroq; participans. Quartum est ab istis aliqualiter separatum, balneum Reginæ dictum, à ciuitate tria milliaria distans: ferreum, & modico alumine participans, scaturiens, vt supra muro vallatum: de quibus actum, quo indagator ex dictis venari poterit. Et licet videatur esse simile suis in effectibus Balneo de Villa in comitatu Lucano: est tamen eo fortius. Consideret speculator, vt de Patauis & de monte Groto: Estq; distãs ab his tribus milliaribus balneum quoddam frigidissimum in vallibus stãs, & paludibus, apud monasterium fratrũ de Agriano, cuius minerã esse aiunt marmoream: qm̃ mõtes omnes illi marmorei sunt, & in istis virtus est faciendi mulieres steriles prolificas vt aiunt: sed non est in vsu. Hinc vlterius me non extendo. Et ad quintum principale me conuerto, cui non paruæ laudes attribuũtur. Distans est à ciuitate milliaribus xvi. & vocatur balneum de aquis. Balneum magnũ est aqua limpida valde, cuius in fundo est arena. Eius minera est ferrea, & aluminosa. & assimilatur balneo de Auinione in comitatu Senarum de quo post. sed est minus calidum illo de Auinione, qđ potentius calefacit propter esse substantia densiori fundatum. Notabilem alterationem recipit: ita vt aliquo, et aliquibus annis fit valde nociuum, et rustici villæ illius sunt in hoc valde docti: qm̃ quando nociuum esse debet, aqua balnei de mense Martij & Aprilis multum turbatur, & citrina efficitur, & fortasis ex hoc colore sic recepto nonnulli voluerunt eius mineram ære participare, quibus accipiatur aquas thermarum suis in virtutibus alterari quandoque, de quo post. Electio.

E De mense Maij ad vsque medium Iulij. sed melius est de mense Iulij, & in medio eius est locus cæteris efficacior. Membra nutrimenti. Omnẽ dyscrasiam membrorum nutritiuorum calidam tollit. hydropicis sic ex causa subuenit, & ictericis. Hepatis attractiuã fortificat, qua ex re ex eo multi macilenti impinguati fuere. Membra expulsionis. Renes mundificat, humiditates ex matrice veniẽtes compescit. Hoc tamen balneum asthmaticis nocet, & pectus habentibus strictum. Et quandoq; ipsos interficit. Et de reliquis virtutibus agetur in de balneo de Auinione magis famoso: qm̃ hoc non est multum famosum. Et in hoc curatus

F est Nicolaus Florentinus macerrimus propter debilitatem virtutis attractiuæ, cũ fluxu hæmorrhoidũ. Aliusq; curatus fuit ex fluxu stomachico & ali⁹, ex fluxu hepatico: et alius curatus est ex ardore vrinæ: alius, ex podagra: Ex pluribusq; alijs morbis, nonnulli: de quibus in de balneo de Auinione dicetur.

De balneis Vulterræ Rub. XII.

Apud ciuitatem Vulterræ distanter milliaribus, xvi. plurima balnea sunt optimo cum ordine fabricata, & muro vallata, vt accedentes secure stare possint, cum locus is sterilis sit, & nõ habitatus. Tria enim sunt eadem minera partici-

G pantia, quia alumine multo & pauco sulfure. Ista in virtute assimilantur balneis de monte Groto, & balneis de Ebano, ad quæ pro areolis recurras supra: qm̃ consimilium sunt virtutum. Extra autem circuitum murorum est balneum quoddã, cuius minera est ferrea: & simile est in virtute balneo de villa in comitatu Lucano, de quo supra. Distanter ab hoc loco duobus milliaribus sunt lacus magni, Lacones dicti, et vocãtur Lacones sudi, in quibus est mirabilis ebullitio, & ascendunt corpuscula cum rumore & impetu ad vsque superficiem, & effundunt mirabilem effusionem vaporum, vt transeuntes aues volando in eas cadant,

H & illico comburantur. Naturam tenent salis, sulfuris, et aluminis: vt ex eis aquis fiat sulfur, alumẽ, et sal magna in q̃titate. Ex quo loco accipiatur, q ex minera balnearũ à pdominio sulfurearũ, sulfur cõficitur. Quapp consciderent qui ita faciliter enunciant hoc vel illud balneũ, à pdñio sulfureũ.

De balneis Senarum famosis. Rub. XIII.

Nimium gloriatur suis balneis ciuitas hæc tum eorum copia, tum cæteris abundatiori virtute, quia præstantiora sint. Et in primis aggredior balneũ de Petriolo cæteris famosius, qđ à nomine castri propinqui sic nomẽ accepit, à ciuitate. xv. milliaribus distans. Cui⁹ minera sulfurea est

A est multum, vt emittat sulfuris odorem ad distantiam medij milliaris, ac in superficie spuma quandoq; adsit sulfurea, aut vnctuosum quoddam, qđ in igne proiectum ardet, & alumine participat. Natura. Calidũ est & siccum in quarto. Operationes. Calefactiuum forte, resolutiuum, exiccatiuum, dissolutiuum humiditatum, vt in de baldeis Porrettæ actum. Electio. Eligitur de mense Septẽbris & Octobris propter sui caliditatem, quidam laudant id de mẽse Aprilis & Maij: quia sic videtur euntes ab eo minus noceri: qm̃ recedẽtes in mensibus primis sic succedente frigore, & pluuijs nocentur ab eis ob pororum apertionem, **B** quam ex balneo acquisierunt. Considera quæ infra dicuntur in dubio in de balneis Carpensibus. Nam certe recessus à balneis multum considerãdus est, & cultu dignus. Membra capitis. Ducia eius surditati, tinnitui, paralysi, spasmo, tremori, epilepticis etiam maximum affert iuuamentũ. Cõfert catarrho frigido & humido multum, cui non excellens coniungitur caliditas. Antiquo capitis dolori, qui ex frigiditate est. Debiles autẽ capite & corpore hoc balneum non faciliter ingrediantur, neq; sic duciam eius recipiant: qm̃ forte est in resoluendo & exiccando, ne forti resolutione debilitata virtute maius inde sequatur nocu- **C** mentum. Vnde attendatur consilium Mesuę inquiẽtis in de soda frigida. Incipiamus sicut nostra est consuetudo à debilioribus. Qua ex re tales ducias leuiores prius experiantur. Membra pectoris. Exiccat, & resoluit pectoris humiditates, & eius frigiditatem tollit. Mẽbra nutrimenti. Princeps. sulfureæ aquæ stomachum laxant, & desiderium deijciunt vt supra de balneis montis Groti. & tu ibi, qm̃ locus est speculationis. Nocet hepati calido: & ideo ingredientes præmuniantur: vt supra allegato loco. Splenem durum mollificat & tumidum dissoluit. Mẽbra expulsionis. Vẽtositates intestinorum resoluit, vuluæ duriciei cõ- **D** fert, & renibus calidis nocet. Vulnera & vlcera. Valet scabiosis & vlceribus frigidis, bothor, albaras, & morfeæ. Mẽbra iuncturarum. Iuncturarum humiditates resoluit: & sciæ, & doloribus earum cõfert. Et hic dubitatur si balneum illud sic confert in præseruatione iuncturarum ab incursu podagræ: vt quidã omni die consulunt. Arbitror dicendum q; habentes iuncturarum debilitatem complexionalem & compositionalẽ, nullo modo ad sulfurea & fortia balnea pro præseruatione tali accedant: qm̃ sic plus debilitantur resolutione calidi, ac naturalis humidi, quo calor ipse pabulatur. Qui vero iuncturas in compositione robustas & latas habent, ac humiditate abun-

A dantes, ad illa secure accedant. Verum pro primis consultius est in balnea ferrea ingredi. Et in his omnibus semper est attendẽda mora: qm̃ magna ad magnam operatur resolutionem. Et notetur dictum Principis primi secũda, pro secundis: qm̃ balneum sulfureum facit superfluitates ad membra in quibus est debilitas leuiter descendere, vt supra de balneo montis Groti in areola. Membra nutrimenti. Et memores simus q; quæ sicca sunt, non oportet amplius exiccare. primi tertia. & de his satis. Et adusti cholerici priusquam balneum tale ingrediantur: bono vtantur consilio, cum ad febres parati sint, & balneum hoc sic sua **B** caliditate corpora parata maxime ad febres præparet. primi secunda, de dispositionibus aquarũ. & can. secundo aq̃ sulfureę faciũt accidere febres.

Apud balneum hoc, est balneum aliud prope flumen, quod farina nuncupatur, quod non multa caliditate participat, in quo prius homines ingrediuntur: sic secũdum ordinem ex Mesue scriptum à faciliori inchoantes, quòd à toto diuertit, & scabiei confert. B.Farina.

Propinquum vero huic est balneum de cornetis, in calore tepidum siue remissum, sic dictum: quoniam in eo ponũtur ventosæ siue corneta absque igne, cuius aqua in flumen cadit. Et huius mi- **C** neram scriptam non inueni, neque eius experientiam habui. est veluti balneum calidum aquæ dulcis, neq; ad aliquas operationes notabiles accedere memoratum legi. B.de Cornetis.

Estq; balneum aliud lapidibus coopertum, cuius minera ferrea est & sulfurea, & huius aquæ tãta existit caliditas, vt in eo homines vix stare possint: quoniá eius caliditas in substantia densa fundata est: potẽtia quidem rei apud multitudinem formæ attẽdi habet. Est enim calefactiuum, exiccatiuum, & maior est sua calefactione exiccatio: quare in ægritudinibus frigidis, & amplius humidis est potenter valens. Et tu indagator per areo- **D** las discurre, vt de reliquis actum, quod facile facio. hoc autem sic lapideo circunflexo construi fecit dominus Rodolfus antiquior Camerini dominus. Membra iuncturarum. Confert namque doloribus podagricis, & iũcturas mirabiliter à futura podagra conseruat. quapropter arbitror dominum illum balneum illud sic coluisse.

Ab isto enim balneum aliud egreditur discoopertum non tantæ caliditatis, in quo melius stare possunt homines, quo vtuntur ad dyscrasiam stomachi & splenis à causa frigida & humida venientem.

Ante autẽ balnea hæc quatuor, balneũ quoddam reperitur notabiliter calidum, in eius extre-

mitate

mitate tres habens ducias, quod vt arbitror sulfu re multo participat, & cadűt in balneum, in quo nudi illas recipiunt. hoc autem multum inflammat: & ideo habentes hepar calidum, ac renes, debent se præmunire frigidis: vt in de balneo montis Groti actum. Et hoc digestiuam plus cæteris debilitat. Estq; sua in virtute, ac proprietatibus balneo primo de Petriolo dicto simile.

Et iuxta hoc per certam distantiam est aliud, quod ab ipso egreditur: sic lõgitudine viæ in qualitatibus suis remissus. Estq; illic cooperta mãsio, vbi hoĩes duciam recipiunt: super scamnum extẽsi, pileos perforatos in capite tenentes, vt sic aqua non nisi discoopertam capitis partem percutiat. Et ad id vel aliud non accedant, nisi corpore priꝰ mundificato ab humore peccante.

Ex alio autem pontis latere, balnea sunt dominarum nuncupata, iisdem virtutibus potentia. Membra expulsionis. Frigiditati matricis sum me conferunt. Membra nutrimẽti. Stomacho & passionibus eius frigidis & humidis confert. Membra capitis. Dolori eius. Mẽbra iuncturarũ. Podagræ & similibus, vt supra de primo.

B Caldenarum. Vltra vero flumen ꝑ tres balistatas, balneũ est quod Caldenarum nuncupatur, circumflexo lapideo coopertum: cuius aqua clarissima existit. Et huius minera vt aiunt ferrea est, & aluminosa: quamobrem est sua in calditate velut temperatum. sed est valde exiccatiuum: quare mẽbra fortiter vnit, & aggregat, & confert laxitati mẽbrorum nutritiuorum, & non multum calefacit. vnde Princeps primi secũda. Et ferreæ quidem splenem resoluunt, & non coire valentes, adiuuant. Et arbitror debilibus in iuncturis hoc multũ cõferre debere. Et ex isto aliqui bibunt, aliqui enemata imponi faciunt, vt asperitatem remoueant à balneo Petrioli inductam: qm̃ prius stant homines in illis Petrioli, quæ asperitatẽ propter sulfur inducunt. Et per duos dies antequam recedat bis in die ad istud veniunt, vt sic digestiua virtus ex primo debilitata per istud restauretur. Et hoc in loco duo sunt balnea: primũ virorum, reliquum dominarum dictum.

B. de Macereto. Estq; à Petrioli quinq; milliaribus distans balneum quod de Macereto dicitur: cuius minera est sulfurea: non t͞n tãtæ existit acuitatis, vt est balneum de Petriolo, & eius aqua est longe clarior. Vlcera. Cõuenit scabiosis proprie. Membra iuncturarum. Doloribus iũcturarum & passionibꝰ frigidis & humidis, reliquorũq; mẽbrorũ, vt balneũ Petrioli. Sed nõ est æque potẽs. & ꝑpea melius est ab hoc icipere, vt ex Mesue authorizatur.

B. Rapolani. Est aliud balneum Rapolani dictũ, iuxta ciui- E tatem existẽs: cuius minera est multum sulfurea. Operationes & proprietates. Omnes ac de omnibus membris memoratas in eo quod de Petriolo, sic habere videtur. Vlcera. Quia fortius existit, valet ad scabiem grossam: qm̃ exiccat materias cutaneas. Membra expulsionis. Matricis dispositiones humidas potenter tollit, atque pruritum in toto existentem. Et ex consilio Gentilis multi ex his dispositionibus curati fuere.

Estq; balneum aliud de Auinione dictũ: à ciuitate viginti milliaribus distãs: cuius minera ferrea est, & aluminosa ære participans, suis virtutibus balneo Reginæ in comitatu Pisano existenti F simile: t͞n grossioris est substantiæ: ideo tardiorem impressionem operatur. Membra nutrimenti. B.de Auinione.

Valet hepate calefactis, scabiosis membris nutritiuis alijs, quia stomacho & intestinis, spleni, cæterisq; talibus calefactis, ac laxatis. Quamobrem ex causa calida, & ictericis ex eadem subuenit, & hyposarcæ, tympaniti, aquositatem exiccando: mundificat renes. Membra capitis. Catarrho calido prodest, & omni malæ neruorum dispositioni ex eadem causa prouenienti.

Balneum sancti Philippi iuxta rhodocophanum. xviij. milliaribus à ciuitate distans: cuius minera, vt asserit Gentilis in primo suo tractatu: ea- B.S.Philippi. G rum est virtutum: quarum est balneum Petrioli: licet sit subtilioris substantiæ. In secundo vero tractatu suo iudicio plurium aliorum medicorum, qui de ea aqua experientiam fecerunt, scribit hoc mineram nitrosam habere, cum multum subtiliet & resoluat. Et ex hoc infertur naturã eius minus illius calidam eẽ & siccam. Propter quod valet in ægritudinibus capitalibus frigidis & humidis, & est efficacius illo in hoc: quoniam balnea sulfurea in his passionibus sunt suspecta magis q̃ aluminosa, aut nitrosa: qm̃ sulfur dissoluit humiditates corporis: propter quod stomachum laxat, vt supra de balneo montis Groti, sub areola mẽ- H bra nutrimenti. Sensu autem eius aquæ leuitas percipitur ea maior, quæ in aqua Petrioli: qm̃ cũ super caput aqua distillat, cæteris seruatis paribus non tanta sentitur grauitas. Membra iuncturarum. Valet podagræ & doloribus iũcturarum, frigiditati neruorum. Electio vt de alijs. Et nota quod aqua huius balnei multum alteratur inundatione aquarum, & ventorum multiplicatione, vt experientia docet.

Postremum facio balneum prope Petriolum, B. Petrioli. quod in monticulo nascitur, Aqua borla dictum, quæ est nitrosa, & solutiua, & doloribus iũcturarum confert: vt in ea sedentes à dolore sciæ liberentur. Aq borla. Cætera multa sunt alia diuersis mineris participantia,

participantia,vt quædam sulfurea,quædam temperata:à quorum recitatione supersedeo:quoniã ex habitis,& ex dicendis,& mineræ,& suæ virtutes sic notæ relinquuntur.

De balneis Viterbij. Rub. XIIII.

NOn enim minus magnificãt balnea sua Viterbienses viri qui in eorũ copia & gloriosis suis virtutibus superbiunt,inquientes decẽ singularia balnea suo in comitatu possidere.

Quorum virtuosius,& primum faciunt balneũ de Grota dictum,per milliare vnum à ciuitate distans,arcu lapideo tectum:cuius minera, vt aiũt, ferrea est & ænea.Nã eius aquæ color ad auri colorem tendit: propter quod opinantur eam vim auri tenere.In sapore quidẽ percipitur vt gustus æris:propter quod à minera eius expoliari non videtur.Nam vt Arist.de proprietatibus elementorum,duo sunt sensus qui de mineris thermarum iudicium deponũt:visus videlicet & gustus. Hęc enim aqua cum bibitur,& soluat à sale vel nitro non euacuatur in totum.Quibus inducitur balneum hoc compositarum esse virtutum. Hæc autem limpidissima est,& gustui sic delectabilis se reddit:vt quandoq; ab ægrotãtibus ex ea bibatur incredibilis quantitas,nullo ex tanto potu nocumento percepto. Natura. Ponitur à prædominio ferrea:& cũm sic mineris alijs calidis participet vt ære,& sale,vel nitro:velut tẽperata esse videtur.Nam ipsa est exiccatiua,stypticitatem habens notabilem,propter quod membra relaxata cõfortat:estq; resolutiua,calefactiua,sitim faciẽs, & superfluitatum consumptiua.Et est tantæ subtilitatis aqua hæc:vt cum exportatur in vasis bene obturatis euanescat. Electio.Eligatur tẽpus veris & autumni,non itur ad id tempore æstus, neque tẽpore frigoris:sed de mense Aprilis,et Maij, Septembris & Octobris:moraq; in eo contrahatur ad virtutis tolerantiam debite commensuratam. Membra capitis. Cerebri digestiuam confortat.propterea in confortando visum mirabiliter operatur.valet.n.ad visum caliginosum, obscurum:ad cataractas,præcipue ad lippitudines, ad descensum humiditatum ad oculos,sic spiritꝰ visibiles confortat,et debilitati visus in senibus iuuamentum præstat.catarrho etiam confert,paralysi & spasmo:cæterisq; neruorum passionibus, & originibus eorum. Membra pectoris. Asthmaticis et pulmonem habentibus debilem subuenit. Membra nutrimenti. Stomachum confortat,appetitum prouocat deiectum,digestionẽ procurat:vnde conualescentes sic appetitu, & digestione deiecti,statim cum ad eum se transferunt ab his nocumentis releuantur. Quinimmo prægnantibus appetitum facit moderatum:si ex ea bibunt:sed post tres menses impręgnationis bibere non debent,quia periculum incurrunt aborsus. Spleneticis & hepaticis cõfert,eorum virtutes cõfortando,et breuiter omnibus virtutibus naturalibus subuenit. Membra expulsionis. Renũ oppilationes aperit,& ipsos mũdificat,arenulis, mucositatibus,& lapidi eorum,quem frangit mirabiliter,cum sic potus eius fuerit vsus:vnde plures ab eo chronice vexati,sic liberãtur:& citius, si eo pro tempore iustinum,aut lythõtripon & hmõi ad lapidem frãgendum vsi erũt ante vel post balnei introitum.Simili modo de lapide vesicæ dicẽdum.Nam de his sæpe visa est,& in dies videtur experientia.Curat dolores colicos,iliacos,siue ab humoribus,siue à vento prouenerint. Matricem confortat humiditatibus relaxatam.ventrem soluit bibita,ac superfluitates vnctuosas & grossas educit. Vlcera & apostemata. Scrofulas resoluit, carbunculis & vlceribus confert. Membra iuncturarum. Podagricis subuenit,ad quod securiꝰ ire possunt pro præseruatione à futuro dolore iũcturas debiles natura habentes & graciles:de quo supra de balneo Petrioli.Balneum autem hoc cõuenit fracturæ ossium,& restaurationem eorum multum fortẽ efficit.vnde Princeps.Aereæ aquæ ferreæ & salsæ:etiã iuuant in ægritudinibus, quæ sunt ex frigiditate & humiditate,& in doloribus articulorum & podagræ:& conferunt laxitati & asthmati:conferunt carbunculis & vlceribus.

B.Vallis chaym vel dominarum.

Aliud balneum est nominatum balneũ Vallis chaym, quod alio nomine balneum dominarũ dicitur.hoc nanq; cum calidissimum sit,male tolerant viri:sed mulieres melius. Angustiantur.n. viri ex pua mora in eo.Et est aqua hæc calidior in hyeme q̃ in æstate:propter quod arbitror cauernã fontis intrinseci bitumen nostrum aquam colligens à superficie terræ non multum distare. quoniam tanta caliditas hyemalis non nisi per antiperistasim prouenire videtur: sic à frigiditate aeris circunstantis,vt in aquis puteorum tempore hyemis contingit.Et vt supra.1.cap.secundi authoritate Arist.de antiperistasi, qua fortificatur ignis Aethnę & Mõtebelli. Et cum per omnes balnea Pulicani scribantur ferro,alumine,& ære participare:hinc cum balneum hoc sit vehementer calidum:minera eius alumine plus & ære participabit q̃ ferro. Qua ex re calidum ad principiũ quarti dicendum est & siccum.nam multa stypticitate participat ferri & aluminis ratione:& sic habetur eius natura. Verum à nonnullis sulfurea esse putatur,cum ad sic dicendum tanta caliditas persuadeat

suadeat. Sed iam vt supra de balneo Sanctæ Helenæ dicebatur: feruor aquæ non erat efficax signũ ad concludendum aquam esse à prædominio sulfuream. Et tu ibi, Operationes & proprietates. Est vehementer calefactiuum, exiccatiuum, stypticum membrorum relaxatorum, confortatiuũ, congregatiuum, aperitiuum, resolutiuum, & huiusmodi, Membra nutrimenti. Confert stomacho frigido & humido, cuius parietes sunt relaxati. aperit oppilationes hepatis & splenis. Sed qui horum membrorum caliditate vexãtur, illud nõ nisi cum cautela, vt supra ingrediantur. Membra expulsionis. Nota. Specialem commendationem recipit in passionibus matricis, disponendo eã ad conceptionem, illam mũdificando, abstergẽdo, & cõfortando, quod intellige ex causa frigida & humida prouenientibus. Menstrua prouocat. nã pro his passionib⁹ in dies mulieres ad id accedũt. Membra iuncturarum. Valet doloribus earũ, & podagræ, & omnibus ægritudinibus neruosis ex repletione: dummodo causa frigida & humida fuerit. Valeretq; sua resolutione, vbi pauca causa foret calida. Et tu considera. quoniam sic signum sumptum à iuuantibus, & nocentibus nõ semper est efficax.

B. Cruciatorum.

Tertium balneum Cruciatorum nominatur: nomẽ quidem dictu horribile satis: in quo duciæ sunt in balneum cadentes: cuius minera, vt asserunt, sulfurea est. hæc quidem aqua grossæ substãtiæ est, & calidior actu q̃ præcedẽs: q̃m in grossiori fundatur substãtia: neq;, vt alia, à ferrea & ęnea minera euacuatur. Estq; natura sic calidius præcedenti, Operationes & proprietates. In omnibus valet vt præcedens, in catarrho frigido. vnde sic exiccando, calefaciendo, origines neruorũ cõfortando, mirabiliter podagricis, & iuncturis debilibus valet. Nota. Vnde multi in ambulando impotẽtes, ex vsu eius balnei curati fuere. vnde in passionibus cerebri frigidis & humidis, & originẽ neruorum potenter conferre sentitur.

B. Bulicani.

Quartum est balneum Bulicani per milliare à Viterbo distans per riuulos Bulicani exiẽs, est. n. temperatæ caliditatis. Cuius minerã est aluminosa & ferrea, Natura. Est exiccatiuum nõ calefactiuum, propter quod valet hepati supercalefacto, & in ægritudinibus ab humoribus cholericis venientibus et adustis. Quamobrem mirabiliter curat scabiem vlcerosam adustam, & leprosis confert: & omnes humores cutaneos tale potenter resoluit ac consumit. humiditatesq; ad hydropem præparantes delet. Electio. Tempore æsta

E tis: & hæc aqua eodem die nunc ad colorem auri, nunc aurichalchi, nunc stanni mutatur, mirabile visu: & tu causam speculare.

B. de Bussetis.

Quintum est balneum de Bussetis sic dictum: cuius minera sulfurea à prędominio scribitur: licet ferro participet. hoc in virtutibus suis balneo cruciatorum assimilatur, Membra iũcturarum. Summe commendatur in dislocatione, quia sic dislocata ossa reducit, & fractis potenter subuenit. Et his duobus casibus aiunt mirabilem habere proprietatem. hæc. n. aqua subtilis est substantiæ & subtilioris q̃ præcedentia, Membra capitis. Valent mollificatis & passionibus neruorũ, F sciaticæ, doloribus intestinorum, quia colico, iliaco ex causa frigida & humida venientibus: qui nimmo hos antiquatos & incurabiles reputatos dissoluit ac liberat.

B. de Palatijs.

Sextum est balneum de Palatijs dictum: cuius minera sulfurea est & aluminosa, prædominante alumine: & simile est balneo de monte Groto supra in comitatu Paduano. Quod quidẽ easdem virtutes habet vt illud, per suas areolas discurrendas. Verum vnum sibi attribuũt singulare, q̃ omnem scabiem qualiscunq; sit, curat: & cutis infectionem plus cæteris tollit. Et arbitratur id cõtingere: G q̃m à forma specifica hepar respiciat. Nam & in principio leprosi videntur ab eo curari.

B. S. Mariæ in Felice.

Septimum nominatur S. Mariæ in Felice, sulfurea est & ferrea: cuius aqua leuissima existit, & caloris sui impressio suauis ita vt nonnulli id balneum suaue nominent. Huic tres assignantur virtutes. Prima q̃m paralysi, ac neruorum passionibus mirabiliter opitulatur: Pari modo doloribus intestinorum, vt colico, & iliaco, ac eorum ventositatibus: Tertia, quoniam arthriticis & podagricis potenter subuenit: omnibus sic ægritudini H bus ex materia phlegmatica ortis.

B. Prati.

Octauum balneum Prati dicitur: cuius minera sulfurea est non multum, & eius aqua est bibitioni sane suauis. Huic vna specialiter laus attribuitur: quoniam mirabiliter sedat dolores matricis & suauiter, ac intestinorum ex causa vẽtosa venientes. nam ventositas matricis difficilis est curationis: maxime cum antiquatur. Nã Princeps de ea. mulieres vt plurimum commoriuntur cũ ea. Habet & cæteras virtutes in cæteris membris, vt de balneis sulfureis actum.

B. Paganelli.

Nonum nominatur balneum Paganelli: cuius

ius aqua clara est,& non tantæ caliditatis vt præcedens,quæ bibitur,& in eius potu duos producit effectus:stomachum videlicet & membra nutritiua confortat,membrisq; expulsionis non mediocriter confert. Mēbra nutrimenti. Ilico adiuuat appetitum deiectum,& stomachū marasmatum reducit,& impinguat:præcipue quādo est talis propter debilitatem villorū eius. quoniā si foret à mala cōplexione sicca,cui coniungeretur caliditas,non video qualiter iuuaret.nā digestiuam optime confortat. Mēbra expulsionis. Educit solutione materias mucosas:vrinam & hæmorrhoidas prouocat,& menstrua,& matricē à superfluitatibus purgat,propter quod prægnantes illud ingredi verentur,renes mundificat.Et hic aduertatur:quoniam scribitur ꝙ minera eius ænea sit:&, vt à ctum,multorū opinio discurrit,ꝙ omnia balnea Pulicani aluminosa,ac ferrea sint. Vnde considerans aquæ claritatem:& quia sic solutiua sit, & prouocatiua:arbitror illam nitro,& sale,& alumine magis participare quàm ære. Et si æs etiam sit solutiuum,vt suprà de eo. nam si ænea foret à prædominio: non videretur aquæ colorem à citrino euenire. Mēbra iuncturarum. Conuenit podagræ,& ligamenta iuncturarum confortat. Vnde ex podagra nonnulli liberati fuere.

A
B
C
D

B. Asinellę.

Decimum balneum Asinellæ nominatum:cuius minera,vt aiunt quidam, ænea est à prædominio,& sulfure pauco participans, cui hæ attribuūtur laudes. Mēbra nutrimenti. Stomacho confert,hepati & spleni.Et est tantæ subtilitatis,vt penetrando oppilationes eorū remoueat, ac hydropem in eis factam:& doloribus in his mēbris antiquatis miro modo subuenit. Membra expulsionis. Purgat matricem, & eam ad concipiendum præparat:menstrua prouocat,& orificia venarum hæmorrhoidum aperit. Apostemata. Et membrorum interiorū apostemata in breui maturat & aperit.aqua.n.hæc clarissima est, & limpida & transparens. Postremò, vt actū, diuersitas est inter scribētes de minera horum balneorū, & ego illam non fui expertus. Sed qui voluerit experiri,poterit cum documento infra ponēdo: dū de elambicatione aquarum thermarū sermo fiet. Et hæc omnia balnea apud ciuitatem sunt: vt aliqua distantia sint per milliare:quædam per millia re cum medio,nonnulla per duo.

De balneo Esculi. *Rub. X V.*

ESculum ciuitas balneo vno gaudet: cuius aqua est parum calida: & ideo ad ipsum itur tpe magni æstus, quia eo in tempore radijs solaribus calefit.cuius minera est sulfurea, ænea parte aquosa participās.Et vna laus Dei datur, vt nō parū conferat in neruis debilitatis:sed nocet multū oculis debilibus:valet vt cætera sulfurea in passionibus superius memoratis, & ad ipsum itur tēpore Maij. verum debile est in suis virtutibus.

De balneis Vrbis veteris. *Rub. X V I.*

HAec ciuitas habet castrum vnum,Sanctus Casianus nomine,apud quod ad distantiā paruam,quoniam circa milliare medium, plurima existunt balnea:quorum omnium minera,vt describitur, aluminosa est à prædominio, ferro participans. Et sunt numero nouem.

B. Della Terra.

Quorum primum ponitur balneum della Terra nominatum. Membra expulsionis. Valet in passionibus frigidis matricis, in passionibus renum.vnde stantes in ea,mingere facit:vt sic renes à lapide & arenulis mundificet & vesicam ipsam ac eorum mucositates.Sed mirādum est quomodo prouocat,cum multum stypticet. forte dicetur:quoniam constringat sua stypticitate vias vētris:& sic per illas calefactæ humiditates & caliditate attractæ exire minime possint: virtus ab eis sic stimulata:cum iam liquidæ sint per regionem conuenientem conatur illas expellere,quę est vrinæ via. Et hæc responsio,vt euitetur fuga miserorum, pro nunc pace intelligentium sustineatur. Membra iuncturarum. Valet in passiōibus frigidis & humidis earum. Et certe est opinandum ꝙ ęgritudinibus in alijs membris ex causa frigida & humida contingentibus conferat, calefaciendo,resoluendo,exiccando,et fortiter stypticādo.

B. Calidaia.

Secundo ponitur balneum Calidaia dictum, quod primo calidius est multum: quinimmo valde calidum est:ita vt in eo homines longam moram sustinere minime possint: quare existimandum minus de ferro participare. Vlcera & bothor. Specialem proprietatem habet in mundificando cutim & specialiter à scabie valde humida: quoniam est vehementer exiccatiuum. valet & potenter in omnibus ægritudinibus frigidis & humidis.

B. S. Marię.

Tertium balneum S. Marię dicitur: hoc quidē valde calidum est et siccū. Mēbra capitis. Valet paralyticis,tremulis,stupidis, spasmatis ex spasmo repletionis:catarrho frigido & humido,sodę antiquæ frigidæ. Membra nutrimenti. Confert hydropisi ex causa frigida. Membra iuncturarum. Valet podagræ ex causa frigida, & arthriticis ex eadem. Membra expulsionis. Humiditates matricis exiccat.

B. de Caldagna.

Quartum nominatur balneum de Caldagna: est quidem calidum valde & siccum: quãobrem multo participat alumine, multo plus q̃ ferro. Ducias habet in balneum cadētes: quas homines diu sufferre nõ possunt. Membra capitis. Catarrho frigido & humido confert. Mẽbra iuncturarum. Podagricis magnum præstat iuuamentũ. Vlcera. Scabiei humidę mirabiliter opitulatur.

B. Ficuncellæ siue della Figatella.

Quintum dicitur balneũ Ficuncellæ siue Della figatella. Est enim in caliditate temperatũ: sic alumine & ferro participans. Membra nutrimẽti. Confert stomacho calefacto & nõ calefacto, sic appetitum in eis acuendo, hepati mirabiliter & spleni subuenit: propter quod fortassis sic ab hepate nomen accepit. Membra expulsionis. Humiditatem matricis tollit: & hæc aqua bibitur de duobus muris exiens, vt vna calida sit, & reliqua frigida, vt de his actum.

B. Grotæ.

Sextum balneum Grotæ nuncupatur. Cuius proprietas est ad remouendum scabiem malam vlcerosam & lepram.

B. Sancti Georgij.

Septimum balneum Sancti Georgij dicitur, calidum & siccum, sed amplius siccum. Cui vnica sic laus excellens datur: vt vulnera & vlcera antiqua consolidet.

B. Potus.

Octauum balneum Potus nominatur, calidũ, subtiliatiuum, & sudoris prouocatiuum.

B. de Luto.

Nonum est balneũ De luto dictum: cuius proprietates sunt ad vlcera sordida & difficilis consolidationis sananda, ad crurium grossitiem tollendam, & ad neruos cõtractos: in quibus stare oportet patientes vltra mensem cum dimidio, & vsq; ad duos. Omnium autem balneorum aqua clarissima est & bibitur, & ex eadem clysteria fiunt. Et ad hæc pergunt homines de mense Martij vsque ad mensem Septembris. Sed temporis cõstitutionem moderare oportet in eũdo ad illa, & ad alia: secundum maiorem aut minorem caliditatem eorum, vt in de obseruandis infra, & in dubio in fine de balneis Carpensibus.

De balneis Perusii. *Rub.* XVII.

Perusium ciuitas insignis vnicum balneum possidet, quo certe nõ multum gloriari potest, balneũ Montis alti nuncupatum. Nam eius aqua nigra & fœtida est: hyeme frigida: æstate aũt radijs solaribus & stellarũ calefit. Cuius minera sulfure participat, licet non multo, participatque asphaltho. Cõfert ãt ægritudinibus de materia frigida & humida. Et certe opinor simillimum esse balneo de Sancto Bartholomæo in comitatu Paduano, de quo actũ: licet aqua eius non sit fœtida.

B. Montis alti.

De balneo montis Catini. *Rub.* XVIII.

Vir insignis Vgolinus de monte Catino de balneis eiusdẽ castri scripsit: quarum virtutes, quas magno cũ studio ipse doctor inuestigauit, silentio nõ prætereibo. Apud. n. castrum illud per milliare aquæ salsę maxima est copia. vñ balneum vnum antiquissimũ est: de quo nulla habetur memoria. asserũt tñ homines illud magnarũ fuisse virtutũ. Et vt ruina docet, iam fuit pulchræ cõpositionis et formę. In hoc reperitur parua quãtitas aquæ salsæ cũ aqua dulci permixtæ: & est ibi velut palus, circa cuius circunferentiã nascitur tamariscus magna in quantitate, & rustici illius loci eo vtuntur in doloribus iuncturarum, podagræ, sciæ, & dorsi, & sentiunt ex eo sic se iuuari.

B. M. Cati.

Aliud est balneum in duo diuisum: vt in altera parte stent mulieres, solenniterq; ordinatum est. Membra iuncturarũ. Valet podagræ, sciæ, similibusq; doloribus. Vlcera & apostemata. Confert scabiei, & vndimiam tollit.

Tertium est balneum nouum: per cõmunitatẽ Florentię ordinatum. 1320. vt inde vtilitatẽ pecuniosam sibi vendicarent, nõ ad hominum salutẽ. Sperabant. n. ex ea aqua salsa salis abundantiã habere. Quod cum experti fuerint expensam introitum excedere, opus illud reliquerunt. Huic autẽ nõ nisi paucæ laudes attribui possunt. hinc breuibus claudens dico, q̃ homines illi de mẽse Iunij, & aliquando de mense Augusti eam bibunt. vt fit de aqua Porrettæ. Soluit ventrem mirabiliter, vomitum prouocat, oppilationes renum aperit, frangit lapidem in eis, & vermes potenter interficit: & per accidens expellit. Et hæc de illis.

De balneis in terra Laboris à Neapolitanis de Agnano dictis. *Rub.* XVIIII.

Terra Laboris decẽ balnea possidet, q̃bus vt aiunt, tot insunt virtutes, vt ab oĩ languore homines liberẽt, quæ modo mortales latẽt. Namq; cum illæ literis in marmore sculptis sic indicarentur, vt vnumquodq; balneũ sic literis indicãtibus virtutes suas manifestaret, medici inuidia quadã moti & auaritia eas literas aboleuerũt vt actũm, quo fit vt omnes nõ nobis sint manifestæ. Sed q̃m id fabulosum facio: hinc ad manifestandas earum virtutes, quas ĩ quibusdã versibus, hexametris & pentametris collegi me conuertã: & eorum primum Sudatorium nominatum faciam. Est. n. testudo quædam parua, quam ingrediuntur homines, in qua sudant ex parua in ea mora contracta, ante

B. Sa

Ficuncelle / temperatum / alumine et ferro / confert,

ante quam locus est ranis & colubribus plenus, in quo non nascuntur pisces. Huius autem minera non mihi nota est: sed ex effectibus aliqualiter comprehendi, & ex vicinitate mineræ aliorum sibi propinquorum, quæ cum sulfure participent, ipsum ab eo absolutum esse non est opinandum. Membra expulsionis. Valet doloribus ilium. Vlcera. Scabiei & cutaneis ægritudinibus.

B. Sulfureum.

Aliud nominatur Sulfureum. Membra capitis. Valet dolori antiquo capitis, cōpescit lacrymas oculorum, visum acuit. Membra nutrimenti. Valet doloribus stomachi ex causa frigida, & confert vomitui. Membra expulsionis. Steriles ad concipiendū præparat: quādo causa talis est ex frigore, & humiditatē purgat phlegmaticam. Vlcera. Scabiem curat. Febres. Afferunt curare febres & rigores earum, quod non credo.

B. de Bulla.

Tertiū nominatur De bulla. Mēbra capitis. Valet in passionibus capitis, & lumen oculorum acuit. Mēbra nutrimēti. Cōfert hepati, & spleni. Membra expulsionis. Purgat matricem.

B. Astranæ.

Quartum Astranæ nominatur. Membra capitis. Ducia eius catarrho subuenit. brancho & coryzæ, & passis oculis hæc aqua præstat opem. Membra nutrimenti. Stomachi fastidium tollit, & appetitum prouocat. Membra pectoris. Pulmonem recreat à tussi fatigatum, & pectus lenit. raucedinem vocis expellit.

B. Deiuncare.

Quintū Deiuncare dictū: estq; iuxta litus maris positū. Mēbra nutrimenti. Cōfortat stomachum & hepar. Membra pectoris. Pectus cōfortat, animū lętificat, & gaudia in eo inducit, suspiria tollit, & faciunt alacres in muliere vires. Mēbra expulsionis. Cōfortat renes, & coitum excitat. de quibus dicitur. Efficiunt Veneris renes ad prælia fortes. Febres. Aiunt annihilare fortes & tetras febres. Et q̄ valent hecticæ primæ & secundæ speciei: hoc credere mihi difficile est.

B. Locus.

Balneum Locus, est apud litus maris: est enim fons paruus & viribus amplus. de quo scribitur de morbo quocunq; dolor seu grauitate quatus, Locus aqua tali tempore liberabis. Membra capitis. Confert oculorum obscuritati et caligini, & cataractæ. Confortat caput, & catarrho subuenit. Membra nutrimenti. Confortat stomachum, et eius digestiuam. Membra expulsionis. Confortat renes, consumptos reficit, & multa operatur auditu miranda. Et ideo Neapolitani

A hoc pre cęteris diligunt, quo scribitur, Vt patiens illic se credat esse Deum. Est enim aqua suauis, tepida, & corpori multum grata.

B. de Tripta.

Balneum De Tripta iuxta litus maris existēs, non est aqua calida. & est dulcis ad potandum. Membra nutrimēti. Debilitatem stomachi tollit potata & hepatis. sed nocet hydropicis. Membra pectoris. Pulmonem læsum sanat, & tussim mitigat, ac tollit. Membra expulsionis. Calefacta & bibita ventrem lenit. Febres. Ariditatem membrorum ex febre veniētem tollit. Decoratio. Aufert cutis infectiones.

B B. Petra.

Reliquum Petra dictum: quoniam petram frāgit. Membra capitis. Omnes capitis querelas, depellit, surditati subuenit, caligini oculorum & cataractæ. Membra pectoris. Cōfortat pectus, & cor: aperit vrinæ vias miro modo: vt sic ab eis expellat arenulas, & lapidem in eis genitum frangit cum calida potata fuerit.

B. Celatura.

Nonum Celatura dicitur. Mēbra pectoris. Cor lætificat. pulmonem & tussim tollit & liberat, aptos ab incursū in eam præseruat, si de ea fuerit sæpe potata, quæ descensū catarrhi facta est.

C Membra nutrimenti. Stomachum confortat, et digestiuam eius, & appetitum excitat.

B. Lauacrum.

Decimum Lauacrum nominatur. Membra pectoris. Pulmonē purgat. Membra nutrimenti. Confert spleni & duriciei eius, & hepati subuenit. Modus autem inuestigādi mineras eorum habebitur infra suo loco, quia vltimo capitulo.

De balneis ciuitatis Aquensis. *Rub.* XX.

Aquis ciuitas est apud montem Ferratum, ab Alexandria della Paia. xvi. milliaribus distans. In qua ciuitate super plateā duo sunt balnea ex eodem fonte descendentia, qui fons ab ipsis distat semi iactu lapidis, & est arcu lapideo tectus, ne pueris bestijsque alijs offendiculum fiat.

D Cuius aqua calidissima existit. Primum balneū magnum est lapidibus circumcirca ornatum. Secundum vero iuxta positum ab eo exiens balneū dominarum vocabatur. Nunc vero constructa est domus apud istam, in qua ciuis quidam ordinauit æstuarium siccum, ex fumo balnei transeuntis factum, ad quod homines vadunt. Et ex hac aqua eleuatur fumus sic per domū transiens, qui construit balneum vnum paruum coopertum, quod modo ad honestatem balneum dominarum nuncupatur. Fontis autem mineræ notitiam nō habeo. Nam qui ibi fuerunt, & aquam

biberunt, dixerunt mihi aquam illam primis in E
duobus diebus clarissimã ac limpidam esse, vt in
fundo paruulus obolus videatur: deinde post bi-
duum fit viridis. Et mundatur balneum deocto
in octo dies, scilicet omni die veneris. Asserũtq;
primis duobus diebus tanta caliditate vigere: vt
nemo eam sufferre possit, qua ex re ingrediuntur
tertia die à quibus accipitur, & in ea ab aere sic al-
terata cõmuniter oẽs se balneant. Nam aqua quã
to calidior tanto rarior, faciliusq; apta est ab aeris
frigiditate pati. Consequenter aiunt eã omni mi-
nerali odore priuatã. Et q̀ bibentes dum bibunt,
odorẽ ex ea fœtidũ sentiũt, velut corruptorũ ouo
rum: ꝓpter quod qui conantur eã bibere, se nares F
prius aliquo odore muniũt. Neq; cõis est cõsuetu
do eam potãdi. Sed qm̃ in passionibus iuncturarũ
potẽter valet: & hæc sibi laus à suis attribuitur su-
per alia balnea omnia, & in oĩbus doloribus arti-
culorũ, cũ tantæ sit caliditatis: verisimile est q̀ alu
mine participat, & q̀ à p̃dominio talis sit, cũ alu-
minosæ sic sapore sint remissæ. Nã sulfureę gustu
& odore ꝑcipiunt̃ & visu: salsę vero saltẽ gustu, et
nullũ taliũ in aqua hac sentitur. Verũ ex medicis
illius patriæ quidã dixerunt eã sulfureã, alumino-
sam, ac nitrosam esse: cuius veritas ex vltimo cap.
haberi poterit. Et cõsequẽter dicẽdũ, q̀ odor ille
malus acquiritur ex trãsitu ꝑ loca fętida: & hoc di G
sputatiue. Quibus inducitur q̀ earũ introitus est
multũ cõsiderandus, et nõ facilis. Attribuuntur
eis etiã plures laudes in passionibus aliorũ mem-
brorum: vt in passionibus capitis, stomachi &c. vt
ex aquis aluminosis de quibus actũ, verum aiunt
hepati nocere. Postremo dicunt q̀ virtutes ho-
rum balneorum nõ imprimuntur in corpus, nisi
postq̃ homo in eis steterit per magnũ tempus: vt
duorum mẽsium ad minus. vnde quidã steterunt
hac ex causa per annũ. Et relatum est mihi ab his
qui longo tp̃e steterunt se non fuisse sanatos, neq;
effectus grandes & notabiles in socijs vidisse. Ad
hæc autẽ profectus est pro cura podagrarum sua H
rum recolendæ memoriæ illustris Nicolaus Mar
chio Estensis genitor tuus, qui cum eisdẽ redijt.

De balneis Siciliæ. *Rub.* *XXI.*

INsula Trinacria pluribus gloriatur balneis ẽt
diuersis in locis situatis, verũ cum omnia illa
à prædominio maxime sint sulfurea, de ipsis non
aliter in præsentia agẽdũ esse putaui, q̃ de balneis
sulfureis actum est in de balneis Petrioli. Nam &
eędẽ sunt virtutes et proprietates & si intensione
& remissione differant, quæ speciem nõ variant.
Ideoq; ad eum locũ pro his recurratur: vt sim bre
uitati indulgens. At cum inter cætera vnum fa-
mosius sit, ne sic hunc locum facili & ieiuna ora-

E tione percurrã: de eo aliqua scribam, tuæ vt spero
dominationi gratissima. Est. n. hac in insula ciui-
tas quædã, Sacha nominata, apud Sinum montis
Gemmariarũ sita, eoq; in monte plurimũ palmo
so, balnea hæc sic à natura producta fuere. Et an-
teq̃ ad ea aperienda accedã, id primum scribã me
moria & veneratione dignũ. Nã cum mõs hic sit
à summitate eius vsq; ad profundũ maxima in cõ
cauitate natura factus, quo in loco, tp̃e Petri San-
cti, Dęmones habitassent & populos insulæ infe-
starent, habitaculũ Dęmonũ dicebatur, quod Pe
trus intelligẽs Calogerũ confessorẽ: Paulũ, & Ior
landum, cæterosq; discipulos duos ad eos expellẽ
F dos trãsmisit. Elegitq; Calogerus beatus sibi locũ
hũc & Montẽ in habitaculũ: vt ab eo Dei Iesu vir
tute eos sic expelleret, quod ab eo succurrẽte Dei
gratia, facile actum fuit. Ob quã rem non paruus
fuit ad eum visendũ virum, hominũ cõfluxus, &
sanorum & languẽtiũ, quos sanitati verbis sacris
sic restituebat. Et sanos fide ægrotantes miro mo
do sanabat. hic. n. vir sanctus sic in longum tẽpus
hoc in loco habitauit: donec vitã cum morte cõ-
mutauerit. Et cũ in populos sic deuotio creuisset
sancti huius habitatione, id opinãtes virũ illũ nõ
raro, & in antro orasse: de quo post, & in balneis
montis huius se balneasse, antrũ & aquã eorũ san
G cta loca sic Siculi aiunt: præcipue antrum in quo
sedilia posita fuerunt: virtutes ac proprietates lite
ris græcis in eis culte sculptis indicãtibus: quę qui
dem literę viri sancti authoritate scriptę fuerunt.
vt dicere velint eo in loco & in eis aquis benedi-
ctionem diuinã ac virtutẽ, & non naturalem tan
tum reliquisse. Et in re hac tanta cum deuotione
processerunt, vt dicãt in vno sedili proprietatem
ac virtutẽ esse, qua languentes hydropici curan-
tur. In reliquo podagrici: sicq; de alijs. Ita vt hy-
dropicus in sedili alteri ægritudini deputato se-
dens, nõ sanetur: sicq; de cæteris. Hoc autẽ tempo
re hæ literę minime legi possunt: quas, vt aiũt, me
H dici auaritia ducti aboleuerunt, qua ex re non in
eos exeunt effectus vt cõsueuerunt, quod fabulo-
sum facio. Et ad balnea rediens dicendum q̀ in
summitate mõtis antrum est ad instar domus cũ
hostio paruo et humili, in cuius medio puteus est
profundissimus ad vsq; radices montis, à quo fu-
mus calidus egreditur antrum calefaciens: sua ta-
men cum humiditate ipsum humectans, & hunc
locum Balneum siccũ appellant & hoc in loco se
dilia sunt, de q̀bus actũ. Balnea aũt aquę in infi-
ma parte montis sic fabricata sunt, vt loca virorũ
ab eis quæ dñarum & brutorũ sint separata. Po-
stremo his adijcio ex virtutibus eorũ q̀ hermatos
ex ventositate, & ex intestinis mirabiliter sanat:

quãobrem

quamobrem ferro plurimum sic participare illa arbitror:propter quod supra de ferro legatur. Et hoc de eis satis dictũ esse volo,si eis addidero balneum de Calatomech:terminus Græcus aut Arabicus est,ab oppido olim hoc in loco situato deriuatus.in medio nanq; ciuitatis Drepani & Alcami locatum est.Alcami quidẽ castrum & non ciuitas habetur,à quo milliarib⁹ quatuor distat.Eoque ĩ loco tres sunt balnei mãsiones,vt vna calida sit,altera calidior:tertia calidissima,vt in ea facile coquãtur oua.Sulfurea quidẽ est,& de mẽse Maij ad eũ cõfluunt gẽtes.Suntq; in comitatu Palermi balnea termini noĩata à Castro,iuxta qđ situata sũt sic dicta.Et hęc đ eis pauca tibi sufficere volo.

De balneis de Aquario. Rub.XXII.

AQuarium terra est à Regio longobardo xxv.milliaribus distans,apud quam,distantia milliaris balneum est,balneũ de Aquario nũcupatum:cuius aqua nimium limpida est et clara: frigida scaturiens,odore suauis,& sulfureo carẽs, quem nonnulli odorem cãphoræ esse iudicarũt: sicq; eam camphorę mineram obtinere.quod minime credo,cum effectus camphoræ non teneat. verum magis eos,qui ex alumine sunt.vt de eis statim.Estq; camphora gummi arboris, non mineralis res.hoc.n.balneum nouũ est,& meo tempore inuẽtum,quo in loco nullus erat ad recipiẽdos ægros præparatus locus,neq; ad id cõfluxus: verum nunc ad illa itur:bibitur eius aqua mõ & ordine,quibus bibitur aqua Porrettæ.Cum ex ei⁹ potu idẽ proueniant effectus,prouocatiua.saperitiua, stomachi mirabiliter confortatiua:& maxime dyscrasiæ frigidæ remotiua,valensq; in oĩbus cæteris membrorũ passionibus,vt illa della Porretta.Et vltra ꝙ est vrinæ ꝓuocatiua,est & vẽtris laxatiua:propter quod à nitrositate,aut sale non absoluitur.Estq; famis & somni inductiua:ꝓpter quod illi canones seruentur in his duobus accidẽtibus:de quibus actũ supra de diæta tenui & somno diurno in de balneis della Porretta.Hæc autẽ aqua cũ ex ea balneum fieri cõtingit,igne ab hospitibus calefit,& in vasis ligneis sic calida ponitur:in quib⁹ duo viri simul sedere possunt.Et paucis claudẽs:quidã,qui vtrunq; balneũ experti fuere,hoc magis laudarunt q̃ illud della Porretta: in cuius assumptione,vt actum,oĩa quæ in illo suo ordine obseruentur.Aiuntq; effectum efficacem huius balnei,non nisi post annum cognosci posse.Et cum adhuc non sit famosum multum,satis sic de eo in pñtia scripta esse volo:si hoc vnũ addidero,ꝙ cum multi hydropici ꝓ eorũ salute ad ea profecti fuerint ab hydrope ipsa minime liberati fuere:quamobrem in ea nõ valere aiunt.Curant fistulas antiquas,membro in aqua retẽto bis in die per horam.

De balneis Carpensibus. Rub.XXIII.

MAgnifici domini de Carpo castrum possident nomine Brandula à magnifica terra carpẽsi.xxxiiij.milliaribus distans,apud quod milliaris distantia balneum hoc in tempore inuẽtum est,brutis eius virtutem aliquam primo indicantibus.Nam cum boues & iumenta alia plurima se pascendo loca balnei circuirent,ad balneũ se conuertentia,de aqua ipsa sic actu frigida bibere cęperunt.Quæ cum aliquid salis in se habeat, sic sapida gustui eorũ delectabilis facta fuit:quãobrem & vsq; in hodiernum ad eam sic gustu delectantem iumenta ad potandũ magno cũ appetitu se cõuertunt.Cũq; in.1448.eius loci boues infirmarentur,vt sanguinem mingerent:quotquot ex aqua illa potabant,non multis in diebus curabantur.quod pastores oculis videntes,hoĩbus castri denunciarunt.Et plurimi id opinantes,ꝙ ęgritudo brutorum à renibus,aut à vesica ꝓcederet, qui renum passionibus ac vesicæ molestabantur, animo statuerunt de ea aqua bibere, arbitrantes se sic à suis infirmitatibus posse curari. Compertumq; est deinde calculosos,& colli vesicæ excoriationẽ patientes sic ex eius potu curatos eẽ. Res autem hæc cum memoria & honore digna esset, per officiales castri magnificis dominis suis renunciata fuit.Neque prius nisi post multas visas experientias,vt nõ fabulosa scriberent. Cumque ita rem hanc magnificus Galasius ex dominis cãrpensibus authentice intelligeret.eamque ad culmen laudis suę terræ accedere,sic facile cognosceret:ilico eius generosus animus sibi persuasit,cũ me de cæteris Italię balneis scribere sentiret:vt de dicta aqua vsque Ferrariam salma vna ad me deferretur,vt qualis eius esset minera,quæ & ipsius virtutes hoc meo opusculo interfererem, precessque suis in literis addidit:vt huius aquæ virtutes, si quæ sunt à Deo optimo datæ,sic homines non laterent: eoque maxime,cum ad mortalium vtilitatem sic accedere viderentur. Et is cum virtutum sit zelator,nuncijs ac literis,proprioq; suo ore,me sollicitare curauit,quod lubens feci,aquę mineram inuestigãs,vt valui. Hæc autem aqua clara est,actu frigida,& sapore extraneo, & abhominoso priuata.Cuius minera,vt ex pluribus habere potui,aliquid sulfuris tenet, & parumper. Nam cęnosum eius super ignem proiectum,odorẽ sulfuris remissum reddit.Estq; aluminosa magis,pauco sale participans:verum in his omnibus remissa est valde:propter quod,ipsa redditur sty-

ptica,& absq; mordicatione exiccatiua. vnde nõ eleuatur in gradu caliditatis:& fortasis peruenit ad finem primi vel principium secũdi.Sed in siccitate intenditur,& vsque ad finẽ secundi & principium tertij.Quibus accipitur, q̃ est vlceribus, quorum expectatur consolidatio,plurimum valẽs. Mẽbra capitis.Exiccat capitis humiditates, catarrhum sistit,& præcipue ducia eius, cum ad ignem calefacta erit, oculorũ humiditates tollit. lacrymas eorum compescit,& in catarrhactis tollendis præcipue ante earum confirmationem mirabiliter operatur. Membra nutrimenti. Stomacho subuenit humido,cum calida potata fuerit:vt supra de illa Porrettæ. Membra expulsionis. Dilatationi panniculi renũ mirabiliter operatur:vt in bobus in dies videmus,& in hominibus experitur.Eorum debilitati opitulatur: & maxime à causa frigida & humida prouenienti, vlceribus eorum ac vesicæ.Nã plurimos ex vlcere colli vesicæ sanatos esse intelleximus.Et sessio in ea calida matricẽ frigiditate & humiditate læsam potenter iuuat,& humiditates albas tollit,ac corrigit,& mulieres ea ex causa steriles factas fœcũdas reddit. Membra iuncturarum. Podagræ & cæteris articulorũ doloribus ex causa frigida et humida venientibus succurrit.hæc enim aqua cum sic calefieri oporteat in omni parte temporis, sic exportata vti poterit,& de ipsa satis.

Quibus ex omnibus plane accipiãtur proprietates naturæq; thermarum totius orbis.Nam omnes tales in mineris iam dictis conueniunt, neq; alijs ex causis thermæ fiunt.Quamobrem cũ aperta satis sit thermarum naturalium Italiæ doctrina:poterit,& faciliter satis diligens indagator cũ his,q̃ ĩ vltimo ca.scribunt,cęterarũ oĩum naturas ac ꝓprietates scrutari:vt inde satis clara atq; exq̃sita scia habeatur,vt patet ĩtelligẽti.& tu cõsidera.

An salubrius & vno tempore magis q̃ in alio ad balnea proficisci.

CVM PLERVNQVE dictũ sit in fine veris,aut in principio autumni homines se ad balnea & debere & transferri posse,& in quibusdam in tempore medio:hæsitatur an salubrius sit ad ea proficisci vno tpe magis q̃ in alio.Et qm̃ sic positiue satis vsq; modo processimus,ne noster in longum sermo protrahatur:dubio per conclusiones satisfaciemus ẽt aliquibus cum rõnibus firmatas.

Quarum prima hæc est.Tempus tempori cõparantes dicamus:ver cæteris temporibus sanius, & minime ægrotatiuum:est enim cæteris temperatius, & vitæ hominis accommodatum magis. Autumnus vero malus,& multis illaudabilis in rebus,acutorumq; morborum generatiuus,& vi

E tæ principijs obuius:Hanc conclusionem voluit ad literam Dux noster aphor.tertia.tex. commẽti.10.Iuxta hanc ponamus secundam,q̃ absolute pronunciandum esse videtur: salubriora in fine veris esse,minusq; verẽda.Eo nanq; tempore aer caliditate sua temperata calorem confortat naturalem,neq; autumnus, propter suam diuersitatẽ virtutem debilitat,& corpora ad tam prauas præparat ægritudines,vt dicitur.ergo.In fine autem veris multæ adhuc reseruatæ sunt ex hyeme superfluitates,quæ phlegmati attestantur siccatione et resolutione egentes.Quare stãte aeris temperie,

F qua virtus fortificari habet,sic conferre videbuntur.In autumno vero iam reseruatis humiditatibus calidis cholericis ex ęstate multiplicatis,sic in poris membrorum,& venis clausis ex superueniẽte frigiditate aeris autumnalis,sic prohibita transpiratione,periculum est superueniente tanta caliditate aquæ thermarum,ne in eis ebullitio superueniat,cũ ad ebullitionem nimium paratæ sint: sicq; putrefiant:natura ex earum multitudine sic superata,non potente eas regulare,cum diuersitate eius primum debilitatur,vt actum.Quare accident febres acutæ,dysenteriæ,ac febres pestilẽtiales,et carbũculi:vt Dux allegato loco.Accedũtq; multis ĩ corporibus ea ex causa ægritudines chro

G nicæ quartanæ,permaxime in quibus ꝑsentia est humorum heterogeneorum, habentium multũ de adusto.Nam in his subtilium fit resolutio, remanentibus grossis melancholicis,vt accidit melancholicis per adustionẽ choleræ talibus. Quas ob res tertia ponatur q̃ cholericis naturaliter, & cholericis adustis,melancholicis,& debilibus natura,sanius est consulendum in fine veris ad balnea se transferre debere,si eos ad reassumẽda,necessitas compulerit:dicitur si necessitas &c. quoniã si aliter dispõni malę corpis ꝓuideri poterit, illud prius q̃ratur,& tentetur. Nã balneũ sua forti caliditate humores calefacit, subtuliat, eliquat,

H fluere facit,& sic eos in fluxu disponit.Quare sæpe ad loca varia sic discurrunt: vt inde inopinatę eueniãt ęgritudines,vt meo tpe vidi.Ex quib⁹ infertur,q̃ nõ nisi ex cã multũ necessaria,q̃ređa sũt balnea.vñ cõis schola in ægritudinibus fortibus, balnea cõsulit:cũ pri⁹ oĩa tẽtauerit medicamina: quare eorũ assumptio plurimũ cõsideranda est. Corpora sanguinea cũ minori eorũ nocumẽto in principio autũni ad balnea se trãsferre pñt. Hæc cõclusio ꝓbabiliter ponitur:qm̃ in fine veris talia se inueniũt multo sanguine ex cõstõne tpis repleta:quare ẽt iuuante aeris caliditate piculũ maius incurrũt:ne ad tantã aquæ caliditatem sanguis in ebullitione ponatur.vñ febres accidãt sanguineę,

fluxus

fluxus sanguinis,tumor tibiarū, & phlegmones. Phlegmatici salubrius se habebūt in fine veris, eos sic aeris caliditate muante, quibus indicatione à complexione sumpta, directius cōpetunt balnea. Rōne aūt situs balneorū salubrius,qnq; corpora ad balnea se trāsferunt in tpe inter hæc medio,vt tpe magni caloris,quia in fine Iunij, & vsque ad mediū Augusti. Patet conclusio primo de balneis della Porretta.nā ī alijs tpibus propter aeris excessiuā frigiditatē,debiles & infirmi absque nocumento ibi stare nō possunt. Similiter vbi fit ingressus in balneum superficialiter parū calidū, cui aquæ supcalefactio à caliditate expectatur, vt de balneis Sancti Bartholomęi actum est. Caliditas aquæ thermarum mensuranda est secundū mensurā caloris,& cōplexionē ingredi debentis. est Principis dictū.secūda primi, quidā ornate loquentes. Quod in assumptione balnearum consideretur multū debilitas & fortitudo totius & particulæ patientis. vnde corpora multum debilia, et amplius ex ægritudine debilitata, non absq; grandi periculo balnea ingrediūtur, quod maxime attendatur in balneis quæ bibūtur. Ideoq; tales corpore debiles meo cōsilio illa della Porretta nō ardenter diligant, quibus sæpe mori cōsueuerunt. Cōsideretur ēt virtus particulæ patientis:vt si stomachus læsus sit, sitq; texturæ nimiū rarus, & sit debilis,q̄ ea ex causa impressionem aquæ talē fortassis sustinere non poterit. quēadmodū pharmaca,& alia fortia medicamina minime valuit sustinere. Item si calidus sit,& passio à caliditate proueniat. cōsimiliter de alijs particularibus mēbris dicatur:in quibus oībus medicus debet singularē diligētiam adhibere. Et inter cætera est hepar. nā cū lapsum est ad calidū multū naturaliter, dubitādū est ne pręternaturaliter sic labatur, inflammetur,& febres faciat:sicq; de renibus,et de cerebro dicendū. Nā nō video, qūo ducia in causa eius calida & catarrho calido,cōferre possit: cū plurimi asserant ex ducia Petrioli à catarrho calido & humido se euasisse. Arbitror eos aut rēm suam nō intellexisse,aut cerebri caliditatē multum remissā fuisse,& cerebrū ipsum ad vehementē humiditatē esse prolapsum. Septētrionales impressionem thermarū,q̄ occidentales, facilius tolerant. Et meridionales,q̄ orientales. Patet conclusio ex habitis:quoniam robusta corpora ab eis minus molestātur:resolutionem earum & exiccationem minus timentia. Indicatione à complexione sūpta congruentiora sunt phlegmaticis. secundo melācholicis,naturaliter talibus in caliditate moderata. Et hic supponendo terram frigidiorem esse ipsa aqua,& melācholicū ipso phlegmatico. tertio

A sanguineis. vltimo cholericis naturaliter talibus: minime vero cholericis adustis. Hæc tñ cōclusio, vt probabilis ponitur. Nam fortasse indicatione à virtute sumpta minus bene tolerabit melancholicus cholerico,& melius sanguineus ipso cholerico & melancholico. Melācholici adusti ab ingressu thermarum se multū pcauere debent,& ab earū potu. Cōclusio patet ex facili inflammatione quā incurrunt,& periculum cadendi in ægritudines acutas,vt supra. Consueti ad balnea minus trepide se transferre possunt:est.n.consuetudo altera natura. Et si vespertina sit ī ingressu balnei conueniens hora:potior dicenda est matutina:est

B enim tūc natura minus à superfluitatibus oppressa,quas sic in nocte cōsumpsit:quare sup residuū facta est potentior. vnde sic fortior facta,quod remansit,facilius resoluit,sic à caliditate thermarū adiuta. Ex quo infertur in mane morā in balneo minorem esse debere. Et vt paucis claudā: cū per balneorum ingressum & potū notabilis fiat euacuatio:permaxime ex his quæ bibuntur, id nō nisi ex causa prędico vniuersalem canonem magna cum diligentia attēdendū esse à Principe scriptū quarta primi.3.cap. De rebus q̄ demonstrant rectitudinem iudicij in euacuando, quæ sunt ætas, sexus, regio, cōplexio, virtus, tēpus, hora diei, &

C plurima alia:de quibus expositis facilis erit in cōsulendo doctrina:vt q̄ infantes ob facilem resolutionem humorum & spirituū, quique humido egent &c. ad balnea calida resolutiua pficisci nō debent. Consimiliter mulieres & natura frigidi alijs paribus, facilius eorum impressionem tolerabunt. Consimiliter debiles,& vltimi senes, male ea sustinere poterunt. Sunt itaq; res hæ oēs, & accidentia ægrorū,& ægritudines ipsæ à medicis, cū de balneis consulunt, diligenter considerandæ:ne febricitātes,& calida ægritudine languētes sic in cōsulte mittātur:memorię tenentes, q̄ ignis igni additus facit ipsum furere. Quod non inconue-

D nit corpora pro cā necessaria tpe hyemis se ad balnea transferre, vbi aer cameræ bene disponatur,& locus totus,& custodiant se à frigore, et huiusmodi. Nā de his experientiam habui in duobus Ducibus exercitus illustris dominationis Venetiarū: comite, videlicet Carmignola & Gatta melata. hi.n.ambo paralysi molestati fuerunt, pro qua dispositione etiam consilio aliorum valentium virorum, balnea de mense Ianuarij profecti sunt,& ego cum eis, qui mirabiliter cōualuerunt. Carmignola ætate.48 annorum fere vsq; ad sanitatē pristinam. Gatta vero ętate.66. nimis bene cōualuit. sed potior successit sanitas q̄ sperabamus. Feci fieri balneum in tina,& in camera. Equidē vsus hic

Historie

particularis balnei etiam alijs in tẽporibus, cum
adeſt ex parte ventorum, aut pluuiæ aeris intem-
peries, cõmendandus eſt: poteſt enim melius mo-
derari in caliditate, & in potentia: quoniã in ma-
iori quantitate aquæ eſt maior potentia, in mino
ri minor, cũ potentia rei habet attendi, penes mul
titudinem formæ. Circui balneum aſſeribus, &
ſuperius cooperiebatur, ne aer frigidus ludere
poſſet &c. Quibus omnibus manifeſte inducitur
quanta debet cum diligentia eſſe à medicis conſi
deratio, cum hominibus conſulunt de eorũ pro-
greſſu ad balnea.

De balneo aquæ Maris. *Rub. XXIIII.*

AQua maris cum ſalſa ſit multum eſt exicca
tiua, ꝓcipue cũ ſcalefit: & ideo vſus eius bal-
nei corpus exiccat, & macredinem inducit. Mẽ
bra capitis. Princeps. marinæ autem aquæ caput
replent eius, qui balneatur in eis: & ideo natan-
tes in eis caput balneare vitent. Membra expul-
ſionis. Aqua ſalſa clyſterizata primo ſoluit: de-
inde ſua ſiccitate ſtypticat, & inteſtina radendo
lædit. Et hic aduertant, qui clyſterijs ſalitis mul-
tum vtũtur. Eius vero vſus in balneo calefacit in
tempore matricem & veſicã & collum eius: ſicq;
apta eſt excoriationem in eis inducere: quare vſus
eius dimittatur. Vulnera, vlcera, pruritus. Po-
tus eius ſanguinem corrumpit, & ſcabiem & pru
ritum inducit: verum balneatio in ea confert pru
ritui & ſcahiei: vnde fortiter exiccando illa tollit.
Eſt. n. groſſæ ſubſtantiæ: & ideo difficilius diuidi-
tur q̃ aqua currens: quare facilius adoleſcentes in
ea natare diſcunt. Membra iuncturarum. Iun-
cturas laxas confortat, et earum humiditates exic
cat, & multi podagrici ea vtuntur.

De balneis artificialibus compoſitis. *Cap. IIII.*

Aucpit a Gal. p.o
impl. c. 4. A.

POſtquam de thermis naturalibus, vt nobis
poſsibile fuit, ſic ſcriptum eſt: conſequẽs vi-
detur, vt promiſſum fuit, de artificialibus ſic dice
re, vt etiam hac in parte nobis ſatisfactum eſſe vi-
deatur, quæ ſic denominantur: quoniam arte, &
non natura communi producta ſint. Balneum
quidem hoc dupliciter fieri contingit, aut cũ mi-
neralibus iam dictis, aut cum alijs ex terra naſcen
tibus. Et primum expedientes, canonem pone-
mus, de quo aut quid infra nobis in artificiali cõ-
poſito ac naturali deſeruientem. Id enim arbitra-
ri quiſque debet, ac ſcire balneum ab arte inuen-
tum, vt naturali, cum nobis copia defuit, eius in
virtutibus & operationibus compar fiat. Qua ex
re cum naturalia ad malam complexionem ſim-
plicem ac materialem delendam inuenta ſint, &
artificialia idem poſſe putandum. cum ars imite-
tur naturam Phyſicorum ſecũdo. Remotio qui-

E dem malæ complexionis, aut alteratione tãtum,
aut euacuatione perficitur. Primum quidem bal-
neis aquæ frigidæ ſimplicis, aut compoſitæ cõple-
tur. Secundum vero balneis naturalibus & artifi-
cialibus perficitur, cum ex eis corpora calefiant,
& humores in eis ſic ſubtilientur, reſoluantur, &
exiccentur, aut per expulſionem aliquam, vt ſu-
doralem, aut fluxibilem ad extra propellantur.
Quibus aperte ſatis ĩducitur vt medicus, qui ęgro
tantes ad ingreſſum balneorum cõſulit, prius cõ-
templari debet ea, quæ in euacuatione fieũda con
ſiderãda ſunt: de quibus Princeps, quarta primi. ʒ.
cap. Res, quæ demonſtrant rectitudinem iudicij
F in euacuando, decem. quæ ſic ab eo numerantur.
Repletio, Virtutis ſolutio: qm̃ vẽtrem ſoluere ſu-
pra vẽtris ſolutionem, timoroſum eſt: & Figura,
& Aetas, & Tempus, & Aeris, & Regionis diſpo-
ſitio: & Conſuetudo euacuandi, & Ars. quibus fa
cile iudicare quiſquis poterit, quantus error, & q̃
grandis committitur ab hominibus, qui indiffe-
renter ſic ſe ad balnea transferunt: vt ad id ipſum
vadant ſanguinei, cholerici, phlegmatici, & me-
lancholici, & huiuſmodi debiles, & fortes, cõſue-
ti, & inconſueti: & ita pariformiter de alijs. Opor
tet itaq; ſic medicum ordinate conſulentem, ſiue
componentem, omnia hæc conſiderare, & in his
G prudentem eſſe, qua ex re cum hæc cõpoſitio cer-
ta minime fieri poſsit: hinc quadam veriſimili cõ
iectura cõpleri habet: ob quam rem mihi viſum
eſt nõ niſi generali doctrina procedi poſſe. Ideo-
que huic loco ſatisfactum eſſe putatur: ſi tantum-
modo ea cõmemorabo, quibus balneum ſic com
poni habet. Et de mineralibus expediens, quo-
dam exemplari modo procedam: cum efficax ſit
doctrina per exemplum. ver. g. Cupio illud ſulfu Nota.
reum, decoquam in illo ſulfur & notabilẽ aquæ
quantitatem rec ⌜iam: faciamq; illud lõgis horis
ebullire, & plus & minus, vt diſpõni corporis, cui
applicari debuit, oportunum eſſe videbitur. Si ve
H ro diſpõ talis compoſita fuerit: vt alumine, & fer-
ro ĩdigeam: cũ ſulfure, illa ebullire faciã: ęquãdo,
augendo, & minuendo: vt expediens fuerit, qua
ex aqua ita vtar, aut in capitis ægritudinibus: vt
enim catarrho ſimilibus, ab alto cadente, aut ali-
ter quomodolibet in cæteris corporis diſpoſitiõ-
nibus, vt de aqua thermarum compoſita actum
eſt. Pariformiter in ægritudinibus contrarijs agẽ-
dum erit. Nam de ipſis mineralibus iam comple-
te ſcriptum eſt: quorum ex notitia quilibet exper
tus medicus ſic componere poterit: verũ talis cõ-
poſitio opꝰ hẽt experimẽtato medico, & doctiſſi
mo ĩ arte. Reſtat ꝓ nũc, vt de balneo artificiali ex
terræ naſcẽtibus facto aliq̃d dicamus. Volo aũt et
canonem

canonem dictum, etiam hoc in loco nobis suffice re: quare mihi satisfactum esse videtur: si ea cõme morabo simplicia, iuxta areolas posita: calida, frigida sic omnibus membris corporis & toti conferentia, à proprietate respicientia cõmunia & naturæ domestica ac familiaria, magis initium à capite faciens. Et à capitalibus calidis exordium faciam: quoniam vt secundum plurimum ęgritudines capitis à mala complexione frigida fiunt.

Calida capitalia & exiccatiua.

Saluia	Stœcas.	Maiorana
Calamentum	Pulegium	Origanum.
Betonica	Chamæmilla	Acorus.

Et similia ex granis, fructibus, & radicibus.

Pectoralia calida.

Hyssopus	Vrtica	Origanum.
Calamentum	Prasium	Pulegium
Laurus	Iris	Enula

Et similia ex granis, fructibus, & radicibus.

Stomacho, & membris nutritiuis calida.

Absinthium	Mentha	Calamentum
Marrubium	Saluia	Nux cypressi

Et similia ex granis &c.

Hepati conferentia calida.

Eupatorium	Fœniculus	Prasium
Laurus	Absinthium	Ruta Et simi.

Renibus conferentia calida.

Chamæmilla	Anisum	Saluia
Laurus	Pulegium	Ruta

Et similia ex granis &c.

Matrici calida conferentia.

Absinthium	Allium	Anethum
Anisum	Apium	Arthemisia.

Et similia ex granis, fructibus &c.

Membris iuncturarũ calida cõferentia.

Laurus	Chamæmilla	Ruta
Absinthium	Iua	Abrotanum

Et similia, ex granis &c.

Frigida capitalia humida & sicca.

Rosa	Viola	Nenufar
Papauer	Solatrum	Lactuca
Plantago	Salix	Cucurbita

Et similia ex granis, &c.

Pectoralia frigida.

Viola	Papauer	Spinachia
Portulaca		Malua
Faba	Folia cydoniorũ	Hordeum

Et similia ex granis, &c.

Stomacho & mẽbris nutritiuis frigida.

Rosa	Portulaca	Granata
Coriandrum	Plantago	Cucurbita

Et similia ex granis, &c.

Hepati conferentia frigida.

A

Endiuia	Hepatica	Atriplex
Granata	Rosa	Solatrum

Et similia ex granis, &c.

Renibus conferentia frigida.

Solatrum	Alchechengi	Rosæ
Cichorea	Plantago	Et similia, &c.

Matrici frigida conferentia.

Endiuia	Lens	Rosa
Acedula	Portulaca	Malua

Et similia ex granis, &c.

Membris iuncturarũ frigida cõferentia.

Portulaca.	Plantago	Galla
Solatrum	Rosa	Balaustia

B Et similia ex granis, &c.

Et ex consimilibus vt actum, ac pluribus sic membra hæc & alia respicientibus componi possunt balnea indifferenter calida & frigida, humida & sicca ac temperata artificialia. Sed cum res ex his paucis satis apta sit: volo eis, vt gratia exempli, sic in præsenti plus q̃ sufficere.

De signis prognosticis, ad sciendũ si balnea futuro anno salubria, aut morbosa erunt, et ex cõsequenti, si ad ea transeundum sit. Cap. V.

Plurimi ex nostris id verum esse opinantur, vt balnea ipsa multos effectus mirandos, q̃a subitos, à qualitate occulta producãt. Nam cum C ab eodem sic effectus contrarios procedere intuentur, causam aliam q̃ occultã assignare minime posse iudicant. Adduntq; prӕterea vno anno, ac duobus morbosa fore, & varias inducere ægritudines. Alijs subsequentibus annis salutifera, vt effectus mirandos et laude dignos pariant, quam rem non nisi à cœlesti aspectu prouenire dicunt: à quo sic occultã recipiant proprietatem, per quã agunt, & in corpora humana effectus hos producunt. Ego quoq; his nõ assentio: sed id verũ esse arbitror: vt oẽs effectus hi à qualitate vel qualitatibus manifestis proueniãt: hasq; causas manifestas assignari posse. Et breuitati indulgens, id mihi D primum statuo concedendum. Quòd si caliditas in subiecto raro existens, effectum producere potest, ꝙ illum potentius, citiusq; caliditas in subiecto densiori existens sic producere poterit: si conuenienter applicata fuerit. Patet suppositum in caliditate inducta in corpus humanum ex aere & in illa quæ ex igne ex lignis in eo accẽsis in corpus ipsum producitur. Ex quo infertur, ꝙ caliditas balneorum, nõ est minus potens humores corporis cõmouere, calefacere, alterare, & ad putredinem præparare, q̃ caliditas aeris. Infertur secundo, ꝙ ad varias ægritudines sic corpus nostrũ potest caliditas balnei commouere, vt caliditas aeris. Infertur tertio, ꝙ sicut aeris cõstitutio mala

ad malas et prauas pręparat ęgritudines:ita et ma
la aquæ balnei dispositio sibi aliunde veniens.vn
de imaginor q; sicut à cœlo,& dispositionibus
eius alteratur aer:& ita aqua balnei dispositioni-
bus aliunde ab aere,& ab his quæ in aere fiunt.pa
tet correlariū ex his quæ dicta sunt supra de alte-
ratione balneorum à ventis et pluuijs capitulo de
balneis Pisarum & Senarū. Quibus inducitur q;
constitutiones aeris cōtemplandę prius sunt,quę
cum malæ & nō ordinatę fuerint,sibi inuicē suc-
cedentes:sic alteratur aer.vnde cum euenerit,&
aquam fontium alterat,& male disponit:propter
quod causa est morbositatis aquæ.Nam venti me
ridionales & occidentales aquā currentem dispo
nunt.secunda primi.16.cap. Infertur.4.q; sicut
fortis caliditas aeris & ęstuans humores calefaciē
do,agitando,eliquando,dissoluēdo,causa est plu
rium & diuersarū ægritudinum, vt dicetur:ita &
caliditas aquæ ea caliditate aeris potentior,& in
subiecto desiori fundata esse poterit:patet ex pri-
mo.Neq; obstat,quia dicatur aerē humidum esse
&c.qm aqua hæc humiditate participat & siccita
te:sicut aer,qui in omni sua dispositione corpora
nostra exiccat.3.Techni. Quibus sic suppositis,
ad aeris constitutiones me conuertā,quæ certe à
medicis,qui de balneis cōsulere volunt,preintel-
ligendę sunt.Nam ex his humores multiplicātur
varij cum varia aptitudine ad generationē varia-
rum ægritudinum:propter quod sic ad balnea se
incaute transferentes ęgrotant,qualitatē aeris oc
cultam accusantes. Nam vt aphor.3.mutationes
temporū maxime generāt morbos. Quæ res & si
ex aere magis videatur,cum nobis magis cōmu-
nis sit:id tñ intelligendū est de omni alio elemen
to sic maxime mutato:& corpori nostro,vt aer,
applicato:cuius mutatione corpora nostra mutā-
tur.Nam causa potētior cæteris paribus seruatis,
in minori tempore maiorē effectum producit,q̄
debilior.vnde aqua balnei,vt experientia demon
strat,plus multo corpus humanū calefacit,& hu-
mores agitat in vna hora,q̄ caliditas æstiua,&
æstuans duobus in diebus.Quamobrē cum ex cō
stitutione aeris corpora ægritudinibus varijs sint
parata,vt statim,nō est mirandū si in tales ex tan-
ta agitatione in humoribus facta à caliditate bal-
nei incurrūt.Nā maxima particula generationis
ęgritudinū est passiui corporis pręparatio,siue di
spositio.2.de accidenti & morbo.Qua ex re im-
munda corpora sic ad balnea assumenda,incaute
non se transferant.Contrarium autē contrarium
alterat,debilitat:nō raroq;ad putredinem prępa-
rat.Et simile simili additū,fortificat:ac quandoq;
furere facit,& id operatur vt fortiores producat

E effectus,vt ebullitionem.videlicet quam debilis
calor prius inducere nō poterat.Nam queadmo-
dum ignis debilis sub cacabo aquæ pleno existēs,
in aqua ebullitionem inducere nō potest:sed per
additionem intensioris ebullitionē postea indu-
cit:ita imaginādum est humores calidos & alios
in corpore existentes,qui caliditate aeris debili,
ac moderata prius ebullire nō poterunt,per aug-
mentū caliditatis eius ebullire posse,& ad putre-
dinē disponi.Quòd si aer hoc faciet,neq; minus
potens erit caliditas aquæ thermarum. Et quod
de caliditate actum:ita pariformiter de frigidita-
te dicendum.Frigiditas enim extrinseca aeris ac
F pluuiosa ventosa,aquam thermarum alterat,ac
suo in vigore debilitat.Item & aqua quæ currens
per valles & montes,cum eis commiscetur,vt de
balneo Sancti Bartholomæi,& de balneo Pisarū,
& Senarum agebatur.Quibus inducitur,q; eis in
diebus ab ingressu eorum abstinendum est.Infer
turq; secundo q; cum medici dicūt,stes in balneo
quindecim diebus:intelligitur vtilibus,legistarū
more,quibus scilicet homo se balneet. Infertur
tertio q; homo aliquando stabit mensem in bal-
neis,quo in tempore erunt.xx.dies vtiles:vt no-
stris societatibus pluries cōtingit. Et ab hyeme
exordium faciēs cum Principe dicam.Cum hye-
G mi meridionali ver superuenerit septentrionale,
q; postea sequitur æstas vaporosa,& multiplicatę
fuerint aquæ,& ver seruauerit materias vsque ad
æstatem,multiplicabitur in autumno mortali-
tas puerorum,& multiplicantur dysenteriæ,&
intestinorum vlcera,& tertiana nota prolixa,&
plures aliæ ægritudines acutæ.quare in autumnō
tali periculū minabuntur balnea. Hipp.3.apho.
Et si hyems sicca & borealis fiat:ver vero pluuio-
sum & austrinū,necesse est æstate febres acutas,
ophthalmias,dysenterias fieri:maxime mulieri-
bus & humidis natura.Quod intellige ęstate ser-
uante suam naturā.Vnde seruatæ humiditates à
H caliditate æstiua putrefiūt:cum tantæ à natura mi
nime regulari poterunt:accēduntur expostea,&
ægritudines pariūt acutas.Quibus inducatur,ea
in æstate balnea suspecta esse:magisq; cholericis,
& in ægritudines acutas cadere aptis,& oculos
debiles habētibus. Sed dices quomodo humidis
pręcipue q; verū esse nō videtur.Dicendum cum
Duce nostro in cōmento q; materia humida ob-
seruata vsq; ad æstatē,in æstate tali inficitur,& ca
liditate eius ad putredinem disponitur.Et sic in
ebullitione fit salsa,acuta,mordicās,& intestina
exasperans.Quòd si successerit æstas rabida,dubi
tandū est de incursu in ęgritudines acutas perni-
ciosas. Hipp:si hyems austrina & pluuialis fiat:
ver

ver vero siccum & boreale, multiplicatur phlegma salsum, & ad intra retinetur. vnde sic accidit dysenteriæ & ophthalmię, & descensus catarrhi, maxime in senioribus: in quibus periculum est de casu in apoplexiam. Constitutio quidem quotidiana æstiua si nimium calida fuerit, & balneans in balneo nimium morã contrahet, & febres inducet acutas, vt causonẽ, febres tertianas, dysenteriam, oculorum dolorem, pudendorum putredines, & huiusmodi: maxime si calidę et siccę fuerint cõplexionis. Si balneandus à constitutione boreali se non custodierit, stypticitatẽ ventris incurret, oculorum mordicationẽ, & circa pectus, & alia, dolorẽ. Quòd si caput humiditatibus plenum habebit, incurret tussim, & fortasis apoplexiam. Et hæc constitutio multum aduertenda est in assumptione aquæ della Poretta, ne grauia dãna ingerat: vt in præsenti capitulo. Constitutio vero austrina iuuãte balnei caliditate, humores dissoluit, & capitis dolores inducit, surditatẽ, & oculorum tenebrositatẽ. Constitutio vero talis frigida & humida: si balneandus ab ea se non tueatur, iuuante caliditate balnei, periculum incurrit, ne fiat pleuriticus ex pleurisi phlegmatica, ne incurrat pectoris & lumborum & lateris dolores, tussim, peripneumoniã, & q̃ morte subitanea moriãtur, quia apoplectici ex forti apoplexia fiant. Tẽpus autẽ pestis multum contempletur, ne tempore ad eã suspecto & præcipue in loco propinquo homines ad balnea transeant. Nam eo in tempore multum indisponitur aer, qui sic & corpora indisponit, & ad ægritudines malas præparat: quare fortis agitatio in humorib' sic ex balneo facta posset esse causa, vt inde acciderent corpori ægritudines prauæ. Quòd aũt aqua thermarũ, quandoq; à stellis, & cœlo alteretur, fiatq; morbosa, non nego: sed hęc indagatio astronomi est. Hęc enim sic adijcere volui, vt nobis veluti exẽpla sint ad alia consimilia: ad quæ omnia et similia bonus ac prudens medicus oculum mentis omni cum studio apponere debet, anteq̃ infirmo consulat de transitu ad balnea. Sed quis ille? Certe oẽs quos noui sn sic inaduertenter consulendo nõ absq; errorẽ transierunt. Considera itaq; mi Illustris dñe obsecro, si facile est consiliũ tale, quod ob longã corruptelam homines paruifaciũt. Sed fortasis dices, ex his capio q̃ nunq̃ vel quasi nunq̃ homines balneum ingredi tute possunt. Dicendũ, vt actũ, q̃ tute ingredi non possunt, qui balneum non venerantur: quare cum homo vt decebit, purgatus erit, et se custodierit à constitutionibus quotidianis, vt debuerit cum canonibus dandis: tute sic id ingredi poterit. Et ad argumenta superius commemorata dicemus, q̃ causa varietatis balneorũ in diuersis annis, ex parte salutis & morbi, à cõstitutione temporum venit, vt actum. Quòd autem effectus producantur ab eodẽ contrarij, nõ negatur: q̃m ex cõtrarijs mixtum est: vt aluminosum, ferreum, et huiusmodi. Nam imaginor virtutem in corpore discretiuam operari: & contrarijs corpori applicatis ad extra veluti ex contrarijs ad intra sumptis. Nam vt Princeps de cura hemitritęi. 4. fẽ. 1. cap. hanc ponit virtutem in corpore necessariam. Ipsa nanq; contra calida frigidis vtitur, & contra frigida calidis. Non enim videtur quomodo aliter curari posset hemitritęus cum aqua hordei. vt dicit Auic. & pipere. considera.

De anno bissextili.

Postremo nõ tacebo quod à vulgaribus prædicatur: anno videlicet bisextili omnia balnea inutilia fieri, præcipue aquæ Porrettæ, quæ res equidem consideratione digna est: cum nulla inferior causa manifesta habeatur, id digne si verũ est in cœlestium impresiionẽ inducere nos oportebit: à qua etiam id contingere nõ putatur: cum bisextilis annus à cœlestibus exordiũ nõ capiat & fundamentum, sed sit humana prouidẽtia inuentũ. Nam ne contingat nos mensium Calendas amittere, et in mensibus errare, eum homines sic fabricarunt. Sol. n. in suo circulo in. 365. diebus & horis sex suum perficit motum, quo fit vt quarto anno ex superexcrescentibus horis ad dies, dies vna cõstituatur. Nam quater sexties. 24. cõponunt, qui dies si annis semper adderetur, aut mensibus: id contingeret, vt nõ post multos annos Martius reperiretur in æstate: & sic de alijs, vt patet intelligẽti. Itaq; falsa vulgi videtur opinio. Sed vt Aristo. Ethicorum. 2. fama quã populi multi famant, nõ ex toto perditur: impetus. n. sequuntur cœlestes. Ideo videndum si huius famæ aliqua sit ratio: videmus enim eo in anno plantas notabiliter pati, corporaq; humana præcipue prægnantiũ, vt manifeste cernamus in pomis pręsertim apijs: medullas pomorum quas vulgus animas vocat, ad contrarium verti eius q̃ consueuerat, vt cuspidẽ medullæ, quã versus florem vertere solita erat, ad cotylidonem cõuertatur. Et prægnantes debiliores fœtus concipere, ac parere, plurimos ex eis mori plurimasq; aut mori, aut deterius se habere, vt & dicunt rustici. Et in anno bisextili id contingere, & bruta minus solito impręgnari: vt plurima iumenta eo in anno vacua fœtu fiant. Quas ob res cum continuã & similem habeant dispositionẽ, & nulla alia ratio manifesta, & inferior cõprehendatur, nõ indigne cum vulgo concludemus horũ effectuum causam occultã, & supercœlestẽ esse: sicq;

Quæ sĩt anno bissextili eueniant.

sicq; in corporibus humanis occultam impressionem facere, qua corpora eo in anno erũt debiliora. Quòd si hæc fatebimur, consulendum erit ne debilia corpora balnea della Porretta eo in anno transeant. Cum.n.ex multa euacuatione per potum aquæ corpora debilitentur: si eis superuenit causa cœlestis in debilitatem adijciens, dubitandum erit ne inde aut mors, aut ægritudo fortis superueniat: cum ex cõiunctione harum duarũ causarum vna fortis causa debilitãs cõponatur. Quo infertur fortia tanto periculo se nõ exponere: quę tamen nõ nisi maxima vrgẽte causa ad ea se transferre debent, & prius optimo munita cõsilio. Verum transitus ad balnea quæ non potantur, non tantum verendus est: non.n.tantum debilitant. Estq; eorum in corpora actio magis in potestate hominũ: nam bibitam sic regulari non possunt. Quòd si contingat quempiã ad ea quę nõ potantur transire, moderationẽ in eis ex parte moræ, & caliditatis aquę habeat, ac aliarum sex rerum non naturalium, vt videlicet quærat min us consueto ab his balneis debilitari, vt sic impressioni cœlesti contraoperetur: studeatq; fortitudini virtutis. Vnde in his melior est raritas balneationis, minor in eis statio, caliditas remissa aquæ & huiusmodi. Et cum res hæc digna sit & noua, à nemineq; aut tacta, aut ventilata: hinc addere decreui, quæ de ea animo concepi: vt si vera nõ fuerint, saltem sic per me ad inuestigãdã veritatem occasio detur. Et in primis id accipio, viuentia omnia ex quatuor elementis cõponi: quibus constat mundus hic inferior: ipsorumq; qualitatibus alterari, corrumpi, ac generari, vt earum adinuicem actione & passione, aut perficiantur corpora, cum iustitiales fuerint, aut imperficiãtur, cum iniustitiales se reddiderint. Hæc quidẽ corpora quatuor ex humoribus componuntur maxime quę perfecta: quibus ex iusticiali eorum temperamẽto sanitas prodit, et eorum intemperie ęgritudo. Hę autem qualitates cum ad multum excedunt, plurimum corpora alterant. quo fit, vt omnibus viuentibus, alteratio ab his qualitatibus exeat. Cum itaq; anno in bissextili tales, tantasq; in viuẽtibus & veluti semper similes mutationes cernamus: arbitrandum quidem erit ab his qualitatibus cõsimiliter semper se habentibus prodire. Et cum hanc rem ab his elemẽtis, aut qualitatibus humorũ sic semper similẽ fieri putandum non sit ob varias & cõtinuas in his mutationes, inferendum erit à superioribus hoc contingere, quibus ordo actionũ est regularis. Quare cum Saturnus qualitates principijs vitæ obuias habeat: propter quod cõtingit fœtum octimensem nõ superuiuere, cum eo in mense super fœtum influat: vt Alexandri problemate.163. sic cõsecuta in corporibus debilitate manifesta, vt actum, ipsi & suis qualitatibus nõ immerito ascribemus: subuenientes sic sua ex vi corpora viuentia de quarto in quartum alterare, debilitare, et mortua reddere. Nam cum planeta sit melancholicus: proprietatẽ videtur habere de quarto in quartum plus in corpora hæc influere posse. Nam humoris melãcholici hæc est proprietas. Et ratione quadam rhetorica quę dicta sunt, persuaderi possunt. Nam quemadmodũ humores quatuor ex impressione motus diurni Solis secũdum quatuor quadras diei diuersi diuersimode alterantur, vt in prima moueatur sanguis, in secũda cholera, in tertia melancholia, in quarta phlegma. Ita & cœlũ per annuales motus suos quaternos in hæc viuentia qualitates imprimit et diuersas, quibus talia viuẽtia aut in melius aut deterius disponuntur: quare cum manifeste cernamus corpora hæc notabiliter in deterius disponi: & hoc de quarto in quartum: sitq; actio hæc naturam sapiens melancholicã, nõ videtur negandum quin actio ipsa Saturno attribui digne debeat: suisque qualitatibus principijs vitæ aduersantibus. Non est itaq; hic quaternarius numerus faciliter negligendus, q addit propter rei nouitatem. Neque putet quisquam ex his me velle negare influxus cœli particulares. Et de his volo nobis in præsenti pauca hæc sufficere. quare &c.

Dubitatio pulchra.

VT QVID in anno bissextili balnea hęc della Porretta, vt alijs in annis æque fructuosa esse non videantur: quinimmo eorum locum habitantes asserunt experientia docti, eo in anno illa nociua magis haberi, vt multos mori, nõnullos infirmari contingat. Huius aũt dubitationis causam equidem nõ facilem facio, cum vsq; in præsenti neminem intellexerim illam aggressum esse. Nam occultorum causam aperire nõ est ignorantis, verũ philosophantis opus. Quamobrem nemo mirari debet si trepidus illam aggredior: siq; eius in apertione, quãdoq; deficiam. Ego quidẽ id arbitratus sum agere, vt saltem ad eam aperiendam occasionem præstem: quo fiet, vt ea occulta manifestabitur, quare venia mihi prius concessa, ad eam manifestandam me cõuertã. Accipiens in primis inferiora omnia hę suis in actionibus & ꝓprietatibus, à syderibus cœli influxum, regimenq; suscipere, & à dignioribus maxime, quę planetę sunt. Nam Deus ipse omnipotens cum mundum creare concepisset: primum cœlum creauit, cum omnia creata volebat ab ipso tanquam à suo rege regi debere, & absq; suo influxu minime subsistere posse,

A posse,quam rem authoritate Arist.confirmamus, inquientis Meteor.primo.Necesse est hunc mundum superioribus lationibus esse contiguum, vt virtus inde habita gubernetur. Octauoq; Physicorum. primum mobile vita est inferiorum. Et in secundo dicere ausus est. Sol & homo generāt hominem. Quare Ptolomeus,mundanorū mutatio ad hoc & ad illud cœlestium mutatione est. Equidem experientia rem hanc manifestat:quoniam varia ex planetarū coniunctione cernimus varios euentus,diuersosq; effectus in mundo prouenire:vt modo fertilem, nunc sterilē annum fieri:pestes modo, aliquando febres vnius speciei,serenitates,pluuias,tempestates,cęteraq; diuersa ta- B lia. Quā rem à fortiori arguere valemus cum sydera hæc in voluntates hominum quidē possint: quas dn̄s liberas creauit, vt non raro comprehendamus illas syderum horum virtute sępenumero cōmoueri,ad bella gerēda inclinari,ad pacem faciendam commoueri, quæ omnia noscimus ex astronomis pronūciata:propterea Aristoteles interrogatus,vt quid plantæ, herbæ, cæteraq; talia vno eodemq; modo semper se habebunt: respondit,qm̄ ab intelligentia nō errante gubernantur. Quæ res & Principes nō latet,cum in eis sentiant non raro in amorem Martini,& Aloisię magis se trahi,q̄ Petri,quodq; in ludentibus cernimus, vt C superueniens incognitus alterum cupiat ex eis lucrari,reliquum perdere. Quorum effectuum causa non nisi in cœlestium influxum reduci potest. Equidem arbitrandum est,vt diximus esse. Nam quemadmodum ad bene esse populorum, & totius vitæ politicæ ac œconomicæ necessarius ordo est,eaq; dependentia, vt inferior superiori obediat:quoniam omnia tenderent in ruinam:sic necessarius est ordo horum inferiorum ad superiora,& eorum in ea influxus. Secus autē, omnia in ruinam tenderent. Propterea Dionysius Ariopagus, cum cerneret Solem obscurari præter syderum ordinem, cursumq; suum, aut Iesu in cruce D pedēte,aut Deus & natura patitur,aut totius mūdi machina destruitur. Quibus ex omnibus plane accipi potest etiam quadā ciuili dignitate inferiora hæc influxum & proprietates eorum à syderibus suscipere. Quamobrē in libello nouem iudicum scribitur. Omnis mundanæ geniturę conditio ex planetis,eorumq; signis, tanquam ex lapide magnete dependet. Dicamus ergo vt quēadmodum in maiori mundo cernimus elementa ex quibus componitur, grandes variasq; mutationes suscipere & alterationes,vt in plantis sterilitatem & abundantiam,& in aere pluuias,et tempestates,serenitatem, in aquis defectum,abundantiam: Ita syderum virtute mundū paruum(quoniam hominem)varias in se mutationes & alterationes suscipere debere: vt inde disponatur nunc ad febres,nunc ad dolores,nunc ad rheumatismata,nunc ad pleureses, vt in dies contingere videmus. Præterea sicut comprehendimus in plantis et similibus proprietates à syderibus suscipere, vt reubarbarum proprietatem educēdi cholerā, & turbit phlegma: Ita iudicandum est humores humani corporis in suis motibus proprietatē suscipere:qua videlicet cholera moueatur de tertio in tertium, & melācholia de quarto in quartum: phlegma omni die & sero, sanguis omni die & mane. dominium vero hoc & influxum in humiditates declarat aqua motus maris,& paucitas humiditatis in conchylibus.cum horum causa lunę attribuatur. Cum itaq; cernamus lunā frigidam & humidā motum talem diurnum aquæ præstare:Ita & in corpore humano phlegmati motum dabit diurnum. & idem de alijs humoribus iudicandum erit proprietatem sui motus planeta sibi in qualitatibus simili sumere. vt cholera à Marte, melancholia à Saturno:sanguis à Sole. Est itaq; arbitrandum sicut cholera de tertio in tertiū mouetur: Ita & Martē de tertio in tertium in hæc inferiora magis influere. vt quemadmodū motus humorum diebus mensurantur:ita planetarum motus per annos. Quibus inducitur, de tertio in tertium annum febres cholericas,& de cholera ęgritudines magis multiplicari. Sicq; aerem ad calidum & siccum magis distemperari, ni influentia occurrat contraria. Similiq; modo de melancholia dicendum. q̄ cum de quarto in quartum moueatur: sic & Saturnus de quarto in quartum influit,qui cum frigidus sit & siccus: frigiditatē influit,& siccitatem, duas has qualitates principijs vitæ contrarias, ex quibus sic viuentia debilitantur magis. Quā rem aperte sentimus cum videamus de quarto in quartum pecora pastorum authoritate sterilia fieri, & fœtus qui nascuntur debiliores esse. Hocq; manifeste cōprehendimus in humanis corporibus contingere, mulieres eo in anno plus solito abortiri, fœtusque exiliores esse: plātas,fructus aut pauciores,aut exiliores,aut nullos producere. Nam horum effectuum cum nulla assignari possit inferior causa, necessario taliū causa ex superioribus erit. Cum itaq; nullū sydus sit ita viuentibus obuium,merito suarum qualitatum vt Saturnus, plane erit concedendum, sic Saturnum de quarto in quartū in hæc inferiora suas qualitates influere, qualitatibus vitæ contrarias. quibus eo influxu hominum corpora cæteraq; debilitentur. Erit ergo concludendum, eo in anno

corpora

corpora humana debiliora facta esse. Cumq; ad ea balnea nõ proficiscantur nisi ex ægritudine homines debiles facti, sic addentes debilitatem quã ex eorum euacuatione cõsequuntur, priori debilitati pericula plurima incurrunt. Et qui erãt valde debiles, & natura exiles, à vita sæpenumero exhalant. Quare Alex. Aphrodiseus cum interrogaretur, vt quid natus octimensis nõ viuit? Respondit quoniã in octauo mense fœtui superuenit Saturni influxus, qui sua frigiditate & siccitate natũ debilitat, qui cum debilis prius factus esset in septimo, ob motum quem fecerat: nam in septimo fœtus sic cõpletus inordinate mouetur, exitum quærens, accidit propter debilitatẽ debilitati coniunctam, illum mori. & ad grandia nocumenta consequenda accidit aeris loci distemperantia notabilis ad frigiditatẽ et siccitatem declinans, cum ad intra montes lapideos sita sint, qui aer in fluxu tali distemperatur magis, sic amplius corpora debilitans. Addoq; q cum aqua sua in caliditate naturali amplius remittatur. sic, & in virtute sua remitti facile putandum est. Ex quibus intelligatur q trãsportata ad alium locum, sic in suo calore multum remissa aut eo priuata, notabilis effectus non est productiua. Nam igne calefacta non eam cõsequitur virtutem, quã ex calore suo naturali habet. Ex his itaq; inferamus nõ valde vtile esse eo in anno ad balnea talia se trãsferre. Quòd si necessitas cogeret, cui lex non valde imponitur, talis translatio fiat peritissimi medici cõsilio, minorando vices, interponẽdo dies in eis minus morari. & cætera similia obseruare. Infertur secundo hoc eodem anno febres quartanas multiplicari, vt meo tempore vidi Ferrariæ. 1460. plurimas, & plurimas regnasse quartanas.

De obseruãdo cultu ab his, qui se balneare volunt, continens rubricas tres. Cap. VI.

De canonibus omnibus balneandis conuenientibus. Rub. I.

MAgna etenim debet esse in recipiẽdis balneis obseruantia: tum quoniam neglecta cum fuerit, homines sic facile ad prauas perducãt ęgritudines: tum quoniam magna sint veneratione digna. Nam apud veteres nostros tãta cum veneratione celebrata fuerunt: vt alterum in terris Apollinẽ illa esse profiterentur. Nam cum ex eis oẽs morbi tolli, omnesq; ægritudines domari cernerent: sic ea veluti Deũ colere nõ dubitarũt. Propter quod, vt actum, Arist. ea sacerrima vocat. Et quidem videmus nodatas, duras, fixasq; ægritudines, cum medicorũ beneficio curari nõ possunt, etiã sic nostro in tẽpore eas illas balneis cõmitto- E re. vt id dicere voluerint, q si balneorũ virtutibus non tollantur, nullus est alius sanationis locus.

Obsecro itaq;, & vos obtestor, qui balneorum beneficio gaudere cupitis, vt in eorum obseruando cultu, tãto cum periculo, tamq; cum parua veneratione, negligentia vos non comprehendat, ne quod indebito regimine vestro vobis contingit, illis attribuatis. Est enim balneum sanctuarium quoddam magno honore dignum, cui rerum omnium summus opifex non pauciores virtutes condonauit, his quas herbis mineralibus radicibusq; omnibus. quibus vt medici ipsi languores omnes curare, & ab his corpora absolue- F re summa cura diligentiaq; student. vnde Gal. 6. de ingenio. Non inuenitur aqua per se calida, quæ non participet aliqua medicinali virtute.

Cum itaq; quis ad balnea se transferre voluerit, in primis eius corporis dispositionẽ recte contempletur: vt si febriens fuerit: si complexione debilis, ac resolubilis multum, si habitudine nimiũ gracilis, ac natura macer. vt si in cõpositione mẽbra spermatica non robusta, sed debilia fuerint. quibus in casibus à thermis naturalibus, quia calidis, siccis, resoluentibus, exiccãtibus se abstineat. Nam tales omnes sic ex balneis talibus magnum periculum incurrũt. Quibus accipiatur error eo- G rum qui febrientes cõsulunt ad balnea proficisci. de qua re supra actum de balneo calido & humido. Patet secundo error eorum qui ægrotantes vt asthmaticos, hydropicos, cæterosq; tales sic cõsulunt, nõ aduertentes ad hęc de quibus scriptũ est. Vnde meo in tẽpore ex inaduertentia tali, vidi famosum virum mortẽ cum vita cõmutare. Contẽplentur itaq; sic omnes corporis particulæ, resq; naturales omnes, consuetudo, tempus anni, ætas, cęteraq; talia in solutione cõsideranda. de quibus supra. Cum ex balneo notabilis euacuatio consequatur. nõ. n. in ludo schacorum miles ita custodiri debet: vt ludus totus perdatur. lector cõsideret.

H Secundo si cætera nõ obstent, anteq̃ ad balnea se transferant: emundare corpus & à superfluitatibus curare debent: veluti si viaticum quoddã cœleste & salutiferum sint assumpturi. Neq; in omnibus vnica canoni huic satisfaciet euacuatio. Nã corpora repleta & cacochyma, pluribus indigent euacuationibus, anteq̃ sic ad balnea se transferãt. neq; vt actum, vnica contenti sint. Nam cum peccent humores multi, & euacuati debite non fuerint: caliditate balnei eliquante, & humores dissoluente: erit primo eorum cum bonis cõmixtio: deinde eorum fluxus ad loca debilia, & resolutio subtilis, & remanentia grossi: quamobrẽ multæ eis postea accident ęgritudines incognitę & prauæ. vt

uæ.vt febres,apostemata,& hmői.Hoc itaq; salutifero remedio prius se muniant,vt viaticum assumentes confessionem. Quibus indicitur q nõ absq; periculo hoïes se balneant in eis,gratia tantummodo delectationis ac lasciuiæ.q si eo pro tẽpore ilico ægritudines non incurrunt,id eis similę accidet,quod ex assumptione paucorum ciborum scribitur à Principe,primi tertia de regimine comestionis.Ille vero in quo male digeruntur nutrientia,non decipiatur: qm post dies in ipso mali generabuntur humores,ægritudines facientes & pernecantes.Aliqui tñ sunt robusti & fortes,qui sic ex eis lædi nõ videntur,vt rustici, quos in eis longo tpe stare vidi, nulla penitus euacuatione præcedente.& tu bene considera.Nam quę dicta sunt,debilibus,& delicatis,& ociosis magis applicantur.Rustici quidem ex forti,et continuo exercitio,veluti munda corpora esse videntur, qui non nisi grandi ex causa succumbunt.

Tertio q intraturus balneum, quantum laboris & exercitij in itinere passus fuerit:æquo aĩo cõtempletur,si cõfractus,si fatigatus nimis. quamobrem sic lassus nõ ilico balneum ingrediatur, sed corporis quietem expectet.nam ex balneo sic noceretur:quare Princeps primi secunda cap. quidã ornate.Qui aũt voluerit ĩ thermis balneari, oportebit vt in eis balneetur quiete,& suauiter, ordinate,& non subito.Quo ex dicto docti fiant, qui ex longinquis locis eques, & incommode pedes se ad balnea transferunt. quamobrem distãtiam, & corporis lassitudinem prius bene conie&turari oportet.Ita vt quis vno die:alius secundo die. iij. vel.iiij.quiescat,priusq̃ balneũ ingrediatur. Quẽ canonem multi postponẽtes,nimium sua sanitate cupidi,sic peccantes, supplicio non vacabunt.

Quarto aeris qualitatem recte contempletur: si frigidus nimis,si ventosus,si pluuiosusq; fuerit, quibus in casibus balnea discooperta non ingrediantur.Nam ex eorum ingressu,& egressu, multum nocetur corpus,cum aer talis fuerit fontesq; eorum,& ipsa etiam balnea sic commixtione pluuialis aquæ,ac aeris frigiditate,& vento: vt supra præcedenti cap.& corpora humana non parũ alterantur.Propterea sępe consului,vt eis in tpibus tina ĩ camera clausa pparetur,q̃ aqua balnei ipleatur,in q patiẽs se balneet,duciã recipiat,& hmői.

Quintũ vt eligatur hora diei cõueniens, quia frigidior mane post Solis ortum per horam. quo in tempore sperandum est,aerem sic à vaporibus nocturnis mundatum esse.Sero autem circa vesperas,& non nisi completa digestione prãdij: & hoc communiter. Nam dicitur cõmuniter.quoniã balnea Petrioli aliam electionem habent. de

A quibus suo loco infra.Corpora nanque illis horis sunt magis fortia,& minus apta à caliditate resolui.Intrent itaq; ventre vacuo,quia stomacho: ne cibus indigestus ad membra trahatur, sitq; multarum ęgritudinũ causa.vt supra de balneo humido calido.& tu ibi.Sed quæret rationabiliter aliquis,si licet & in meridie aliquid comedere. Dicendum q in consuetis & resolutis,non est comestio meridiana vituperanda:vbi leuis sit,& moderate facta:vnde cibus debet eẽ facilis digestionis, paucæ quãtitatis:alteratiuus magis,vt sit cibus & medicina.vt verbi gratia in consuetis,vt diacucur

B bita,aut cõfectio de triasandalis, aut manus Christi perlatum sandalizatum,cum offa in vino debili,aut confectio alia facta cum amygdalis. ita vt nõ eleuetur in gradu caliditatis.In resolutis vero fortassis oportebit administrare ouũ sorbile alteratũ,quia in aceto coctum cum cortice suo aut in aqua fusum,& huiusmodi.consideret prudens.

Sexto q sic intraturus,beneficium ventris primo habeat, vrinam deponat:vt ei possibile est arte vel natura,vt suppositorio aut cũ clysteri, vel saltem habere procuret.Quod si omni die id fieri non poterit:saltem tertia die habeat omnino. ne materiæ illæ à caliditate cõmotæ ad loca debilia transeant,ægritudines in eis inducendo. Et pro

C isto dubitatur,si sit in balneo stãtes vel ingrediẽtes vti possint pillulis,& huiusmodi solutiuis, vt communiter consulitur. Dicendum q sic.sed q quærentes ventris solutionem cum his:ad minus post talium assumptionem stent horis.xiiij. antequam balneum ingrediantur.ita vt existiment talia operationem suam compleuisse, ne balneum illam impediat:cuius est materias ab interioribus ad exteriora trahere. Medicinæ autem operatio huic contraria existit,cum per balneum materiæ moueantur ab intus ad extra. & per medicinam ab extra ad intus.Quibus accipiatur,q pillulę tardæ operationis vt alefanginæ cæteræq; tales, quæ stare consueuerunt.xx.horis & vltra operando,

D non sunt talibus conuenientes.Et hic colligat lector errorem communem: & præcipue cum eadem in die ingreditur balneum. verum arbitror siue fuerint fortes siue debiles,ea die balneum nõ intrare consultius esse. Contempletur etiam virtus totius,ne multum debilis sit,neq; ex pillulis laxata nimis, si fortes fuerint: quoniam eo in casu alia expectetur dies.

Septimo q sic accedentes ingressuri balneum pannis se muniant: & magis cum ab eo egrediũtur: ne frigiditate aeris,stante tãtorum pororum apertione,quamplurimum lædantur.

Octauo cum balneum ĩgreditur à loco à fonte distan-

te distantiori incipiat:seq; sic paulatim versus fon
tem moueat.cum ex eo magis calefieri cupit. ve-
rum vt supra complexio cõsideretur,virtus,& cę
tera dicta.qm̃ cholerica corpora non tantum pa-
tiuntur caliditatẽ, vt phlegmatica, & debilia,vt
fortia.Quibus ex rebus nõ raro oportet et balnea
sua in caliditate moderare:quemadmodũ in dies
fit:sępeq; fieri feci,prohibẽdo ingressum aquę bal
nei per totam noctẽ. & si mane fuit plus debito
tepefactũ, iussi canale aperiri, quo aqua calidior
fluit:& baculis deinde agitari,& commisceri vsq;
ad quæsitum temperamentum. quoniã non om-
nia corpora ęqualem possunt pati caliditatem.sic
in die operatus sum, vt in sero commodum ha-
beatur. Et hic aduertatur ꝙ balneum mundifice-
tur.quoniam ex ingressu leprosorum, scabiosorũ
& huiusmodi,non raro inficitur.considera.

Nono ꝙ mora eius in balneo sit à quarto horę
vsq; ad horã,quo in tẽpore semper tolerantia vir-
tutis cõtempletur.ne in ea transitus fiat,quo cor-
pus multũ debilitetur. Sic.n.maior & minor ter-
minus designatur cõis. Sunt.n.qui balnea longis
in horis tolerãt:vt viderim pluries scabiosos quos
dã,et iuncturis lęsos vltra horas.iiij.in eis cõtinue
permanere.Et nõnulli terminũ hunc scribũt, nõ
assignantes tẽpus:sed dicẽtes vsq; ad virtutis tole-
rantiã.qui si cum prudẽtia moderatus erit, nõ vi-
tuperatur.Cæteriq; vsq; ad virtutis debilitatẽ ex-
clusiue.& hi cum primis coincidere videntur.Et
ex his deducitur ꝙ calidæ complexionis existẽs,
rarę texturæ, humorũ subtiliũ:à generatione,vel
ex tpe debilis,lõgã in balneo morã euitare debet.
patet correlarium, qm̃ ex ea sic periculũ est ne ad
periculosam, & nõ recuperandã debilitatẽ ex for
ti resolutiõe deducatur.patet intelligẽti. Infertur
secũdo,ꝙ fortes,pingues,nõ resolubiles ex facili,
frigidi et humidi longiorẽ morã contrahere pos-
sunt &c.Et nota ꝙ ĩ balneo stãs, neq; bibere neq;
comedere debet, ꝓpter pericula ĩminẽtia. Cõtra
lasciuos & bestiales,quos vidi.verum si sic ingre-
diens,ex ingressu aptus est incurrere lipothymiã:
tunc cõceditur panis infusus in vino granatorũ.

Decimo cum balneũ egreditur, panno lineo
mundetur,& alio operimento cooperiatur,& ili
co ad lectũ transeat,decenter stet coopertus,et in
eo etiã sudet.sitq; mora eius in eo circa horã:dein
de bene exiccetur.et se decenter vestiat. Nunq̃d
somnus eo in tẽpore conueniat: cum sudorẽ ma-
gis prouocet?Cum Princeps dicat.somnus fortis
omnes retinet euacuationes præterq̃ sodorem.
Nam illum prouocat, & prouocando debilitare
videtur, propter fortem resolutionem. Dicen-
dum ꝙ somnus competit, propterea ꝙ virtutem

E ac virtutes ex balneo laxatas confortat. vnde de
somno & vigilia Auer.somnus est ligamentum
virtutum,confortatioq; earum. Item multæ sunt
superfluitates sic ex balneo motæ, & sub cute re-
tentæ, quæ virtute somni sic eas ad extra propel-
lentis resoluuntur: vnde corpus magis munda-
tur.quare consideratur,ꝙ de somno dicitur in de
balneis della Porretta infra in dubio.

Vndecimo cum etiã post somnum & quietẽ
in lecto ventositates aliquæ & vapores caliditate
balnei sint generatæ, quæ omnia exercitio & mo
tu corporis debito sic resolui aptæ sint:debet bal-
neatus sic ex lecto surgens, quodã leui exercitio
F moueri, si põt.neq; hoc fiat in aere frigido vel vẽ
toso ꝓpter apertionẽ porositatũ:sed potius in ca-
mera.deinde cum sic ad temperiẽ naturalẽ perdu
ctus erit,& calor balnei quietatus:cibetur. Et di-
ctum est,si potest,qm̃ quãdo nõ potest,vt quia pa
ralyticus, aut aliter, impeditur:tũc loco exercitij
fricationes fiant, quæ vicariæ sunt exercitij.vnde
Princeps primi tertia. Et ꝙ in fricatiõe attẽditur,
est superfluitatũ in musculis retentarũ resolutio.
ex eo ꝙ exercitiũ nõ euacuat, vt euaporet, & non
accidat fatigatio. Et oportet quidẽ vt hic fricatio
molliter fiat,& est ex macrefactione,q̃ macresce-
re facit.& tu cõsidera. Quod si aut ob dolorẽ,aut
G vlcera,aut aliqđ tale impediẽs,fricationes fieri nõ
possent:cõsulendũ est ad assumptionẽ supposito-
rij ex melle,aut ex radice blitis vł lilij cœlestis vel
lardi,vel suppositorij de sepo anteq̃ comedat.

Duodecimo quibus peractis se ad mensam po
nat cũ cibarijs debitæ qualitatis & quãtitatis.qua
litas quidẽ vt sit facile digestibile:cum iam stoma
chus sit ex balneo in calore & vigore aliqualiter
resolutus.Sintq; boni nutrimenti,& nõ multæ su
perfluitatis.q̃re oua sorbilia, si cætera cõsentiunt,
sunt maxime cõuenientia.Carnes etiã temperatę
vt pullorũ,hœdorum,vituli lactãtis, auicularum
paruarũ,caponum,fasianorũ, perdicum,caprioli
H iuuenis.Tertio non sint nauseatiua, multum pin
guia,oppilatiua,multũ grossa,neq; calida multũ.
propter quod nõ laudantur colũbi iuuenes, qua-
leę,turtures pingues valde,alaudę,meruli,turdi,
neq; passeres.Pastilicia,artocreę,& huiusmodi vi
tuperãtur.& salitæ duræ & antiquę.Piscibus lau-
datis et elixis vti põt.A fructibus abstinere debet.
qm̃ etiam ob balnei caliditatẽ sic facilius ad putre
dinem & ebullitionẽ præparãtur.quemadmodũ
ꝓpter caliditatẽ in febrientibus.vnde prima quar
ti de cura putridarũ. Et oẽs fructus nocent febriẽ
tibus propter corruptionẽ & ebullitionẽ eorum
in stomacho.& tu cõsidera errorem cõmunẽ. Et
quoniã tempus balneorum, est tempus fructuũ,

in his

in his homo moderare se debet. maxime qnando est ad eos assumendos nimia voluntas. Verum sic adducendus est canon Hipp. parum deterior cibus & detestabilior quidem melioribus est appetendus. i. appetitui dandus, qui sic eius corrigit maliciam. Granatum, arancium, limon non salitus, & huiusmodi. nō vituperantur. Quantitas cō templetur, quoniā portitor, quia stomachus iam sic resolutus, tantā vt prius quantitatem portare non potest. Comedat itaq; infra terminos comestionis consuetæ plus & minus, vt percipit stomachum suum tolerare posse. Non. n. nimis parua esse debet. ne minor q̃ debet restauratio fiat. cum tali egeat propter balnei resolutionem &c. neq; magna, cum illa stomachus iam debilitatus bene digerere minime posset. A lacte abstineat: & si quādoq; eo vti voluerit, sit eius vsus ante cibaria alia. Caseo ad sigillandum stomachum vti poterit. Et breuiter ab omnibus corruptibilibus facile, & inflāmabilibus & calidis exiccatiuis abstineat. Propter quod vino potenti non vtatur, sed mediocris vinositatis, inspecta semper cōsuetudine, tenore virtutis, ætate, & huiusmodi. cōtra quē ca nonē quasi oēs operantur. Hoc tamē loco non vitupero in prima assumptione mensę & precipue in cōsuetis & debilibus frigidis natura, offam cū vino aromatico factam. Vinum laudatur album, subtile, cereslolum: vituperatur stypticum, grossum, quod sane intelligi habet: ni, videlicet, particularis membri læsio illud magis ad se vocaret, vt podagra. Sed quid de aqua frigida dicemus? Primum dicendum quòd potus aquę frigidę ieiuno stomacho post balneum summe vituperatus est. quoniam aqua sic apertis porositatibus membrorū intrinsecorum per ea penetrat sua cū frigiditate lędens, eorū digestiuā impediēs. Et est sententia Principis primi tertia 8. cap. Quibus infertur, q etiam sic cum vino commixta faciēs ipsum magis penetrare, nullū videtur afferre iuuamentum, sed potius nocumentum. Quo infertur secundo q si fieri potest, dimittenda est, & vino solo non potenti vtendum. Sed dices quomodo tāta in siti eius cum vino solo fiet extinctio, in quā forte balneantes sic incurrant? Dicendum q vbi vinū paucisferum tale haberi non poterit: minus mala est aqua cocta cum qua sic refrági vinū poterit. Quod si qua frigida consuetus fuerit, sitque corpus bene robustum, & membra interiora talia fuerint, poterit & vinum cum ea lymphare, & semper declinet ad paucitatem, vt poterit. Et hic considera, si errant, qui cōsulunt post exitum balnei aquam hordei vel aquam coctam simplicem cum vino granatorum assumi, ob hepatis in flammationem prohibendā. Quòd si siti molestabitur inter cibū & cibū: hic potus cōmendabitur, ex aqua hordei vel simplici cocta cū quarta parte vini granatorum acetosorum vel muzorum & pauco zuccari: puto. n. aquam hordei sic exhibitā vt alternatiuum quoddā stante caliditate extranea balnei resistente, frigiditate eius sic non multum nocere, sed magis iuuare, vt persæpe in febrientibus apparet. Aceto etiam vti potest, si cætera cōsentient, vt q non adsit iuncturarum ac neruorum læsio & huiusmodi. Conueniunt ex herbis lactuca, endiuia, scariola, portulaca, blitis, caulis, borago, spinachia, cucurbita, & similia. Et cum his loco aceti poterit vti vino granatorum, cum salaticiū quęret. Consert & brodiū cicerū rubeorum, petroselinum, fœniculum, & alia aperiētia.

De vino. | De aqua frigida. | A | De oleribus.

B Tertiodecimo q sic cibatus vt supra post cibū quiescat per horā cū media, qui si sic se ex balneo lassatū sentiret, dormiat per horam, & plus, vt sibi videbitur expedire. Consimiliter si consuetus fuerit sic somno, nā vt actū, fortificabitur virtus, &c. Post autē somnum factum, si balneandus fuerit tumore iuncturarū lęsus, aut aliā dispositionē humidam in membro vno habuerit, vel in duobus, pro qua necessarium fuerit lutum, & cęnum balneorū: tūc eo casu poterit illud membrum vel loca plura luto sic linire calido ente. Quòd si calidū nō fuerit, aqua fontis calefiat, & mora luti sup membrum sit per horam & vltra vt videbitur, & semper calidū teneatur: & renouetur vt expediēs erit. Verum hoc tempore & in his dispositiōibus quibusdam laudatur statio super fumum, quod non commēdo: quoniam fumus aliter totum corpus alterat, in vna parte corporis sumptus, q̃ lutum, vt experientia notat. Debet & postea ante ingressum balnei de sero exercitio molli vti in cōfortationem membrorum. Deinde ingrediatur secundo balneum cū canonibus vt supra. s. q exiens sit pannis tectus: ingrediatur lectum sudet, cibetq; vt actum. Verum sunt quidam laudātes, vt per horā post cęnam sic cęno liniantur, quod nō commendo: quoniam sic resoluta virtus, amplio ri molestatione non eget: quinimmo ex tali debilitari videtur. Propterea debet medicus cōsulens prudens esse, & balneandi virtutem considerare. quoniam plurimi reperiuntur, qui sic binā in die balneationem minime tolerare possunt: quoniā debiles sunt, & facile resolubiles.

Luto balneorum quō & quā liniendu. | C

Quartodecimo quòd si possibile est balneum omni die mutetur, & noua scaturiat aqua: vel saltem vna die sic: & alia non. Nam videmus prima die aquam sic ex fonte venientem claram limpidam vsque ad fundum. cum autem stat

duobus diebus vel circa, mutatur ad viridem colorem, qui in ea significat iam frigiditate aeris læsam esse: quoniã et iã ab intrinseco se adiuuat, vt ad frigiditatẽ naturalem redeat. Et est locus speculationis: quoniã aqua calida ad maiorẽ frigiditatẽ se reducit, quàm sit frigiditas cõtinẽtis. Sitq; mundatum ne ingressu aliorum vel multorum hominum immundorum, maculatorum, vt scabiosorum, & huiusmodi, sit defœdatum.

Quintodecimo balneatus à coitu abstineat omnino cum ex coitu multũ debilitetur: cũ ex eo euacuatur vtilis superfluitas vltimi alimenti, cũ qua fit emisio spirituum multorũ, corpus inanitũ relinquentium. Et iam ex caliditate balnei sic fit resolutum. Neq; in vesperis balneum ingrediatur, ni octo transierint horæ ab hora prandij aut plus: quoniã multi sunt qui tardã habẽt digestionẽ. & ideo tales prius bene cõsiderent descensum cibi à stomacho suo, antequã illud ingrediatur. vnde omnibus vnica regula sic dari nõ potest. Nam cum supra de balneo aquæ simplicis calido, sic stante cibo in stomacho fit attractio eius ad membra indigesti. vnde accidũt oppilationes &c. Et tu ibi. Neque de sero debet esse tãta mora, vt de mane. propterea quoniam virtus fortior est in mane, meli⁹ impressionem balnei tolerans.

POSITIS sic canonibus in generali in assumptione aquæ thermarum obseruandis, ponentur quidam particulares alij ad particulares ægritudines, pro quibus communiter homines ad balnea se transferunt.

Primus q̃ volentes cerebrũ ex ducia aquę confortare: vbi .s. sit catarrhus frigidus & humidus, aut humidus non multum calidus, aut paralysis, siue mollificatio aut hemicrania, siue homopagia antiqua. seruatis seruandis prius commemoratis: si locus duciæ paratus est, ipsam assumat, vt statim de ea. Si vero non, pręparet eam hoc modo. videlicet habeat situlam magnam in alto positam: vt videlicet spatium trium vel quatuor pedum eleuatam à loco, in quo iacere debet caput, & in fundo perforatam, & eius foramem ad rotunditatem digiti parui, cum cannula in ligno, vt possit aperiri & claudi ad libitum. & habeat seruientem qui continue dum aqua exiuerit à situla, sic successiue impleat. quo peracto, ascendat scamnũ eo in loco super quod se ponat æger corpore resupino, & in capite ponat pileum in medio perforatum: ita vt peruenire possit vsq; ad aures & ad medium frontis. Quòd si pileum non habuerit, caput caputpurgio sic circuncirca siue circulariter muniat, vt aquæ descensus ad simum & alias partes inferiores impediatur. Et tunc

Quomõ parari debet locus ducię.

E in primo casu recipiat duciam super bregma: & est locus, ad quem peruenit extremitas digiti medij, cum extremitas manus ponitur super nasum, & reliqua pars ad verticem extenditur. In eo autem loco idem cauterium datur ad retinendum catarrhũ. In secũdo casu, q̃a vbi aderit mollificatio, recipiatur ducia in occipite: q̃m ibi neruorũ origines, ex quarũ oppilatiõe repletiõeq; accidit paralysis, & mollificatio. In tertio vero sumat super partẽ læsam, quia mediã: aut supra totũ descẽsus aut duciæ indesinenter esse debet, quousq; cerebrũ notabiliter se calefactum esse sentiat. nã in quibusdam citius in alijs tardius, attenta raritate & densitate cranei. vnde hora vna est spatium cõmune. Vbi vero ducia fit absq; instrumento, vt in balneis Senarũ actũ est, recipiatur vt dictũ. Quod si fuerit in maiori q̃titate fluẽs, quã cum situla, de-
F bet eius descẽsus mẽsurari ad tolerantiã virtutis, & cerebri caliditatem receptã: cõsidera. Laudo tamen in prima die ac secunda, vt cũ minori quãtitate procedat vt seruetur quod ex Mes. sæpe memoratũ est, à facilioribus inchoãdum esse. Quòd si cõtingat bis duciã in die recipi, minor sit mora in sero quàm mane propter causam dictam.

Secundus q̃ hyposarchici hydropici maius iuuamentum recipiunt ex emplastratiõe cum luto totius corporis, quàm ex balneatiõe in aqua. quare illud primo experiantur. neq; secundo vtatur, nisi in fine cum discedere voluerint. quo in tẽpore in balneo aquoso se mundent, & lauent: & illi eo se exiccent. Et ego arbitror tympaniticis idem plus conferre. Licet aliquibus plus placeat fumus balnei siue vapor sic receptus. Nam primi secunda. sen. prima. vltimo cap. Et ex his quę vehemen-
G ter superfluitates resoluunt & minuũt, est in arena sepeliri, & in ea volutari, & in calido Sole fricari. Cum itaq; lutum hoc calidum potẽtius quã arena cum his conditionibus sit, ratiõale videtur lutum hoc plus vapore conferre, cuius vigor debilis est. Et illi idem concedunt semper in omnibus ægritudinibus experiẽtiã habuisse in quibus requiritur resolutio, pluris iuuamenti fuisse balneum luteũ siue cænosum, cũ potentius reddatur ex substantiæ densitate. pari modo in asciticis dicendum ex causa frigida sic factis. Loquor de balneis quorum aqua non potatur. Nam aqua eius quod potatur, fortasis efficaciorem faciet operationem, vt illa della Porretta, de qua actum.

Loci necess

Tertius quòd empyici, asthmatici absque vlcere pulmonis laborantes, ex potu aquæ balnei, vt actum, iuuamentum magnum recipiunt. quinimmo & statio in eo secundum quod supra limitatum, & de eis dictum est.

Quartus

Quartus. patientes colicam siue iliacam absq; A lapide renum, ex aqua balnei clysterizata, magnum inde recipiunt iuuamentum: & maius, si cum lib. j. aquę fontis misceantur vnciæ tres olei laurini, rutacei, aut de cherua.

Quintus & non est postergandus, q; herniaci ex causa ventosa, & aquosa, & carnosa nō confirmata, plurimum iuuantur ex balneo: hoc modo. videlicet primo recipiant fumum, deinde facta fomentatione tali per quartum horæ emplastretur locus cum luto balnei, in quo commixta fuerit decima pars sulfuris viui puluerizati, & plures hac via sanati sunt.

Sextus q; se balneātes propter duriciam neruorum & contractionē & gratia sedationis doloris luto iam dicto mēbra læsa liniant, & emplastrēt. Nā eius virtutis est vt aqua, & fortius imprimit, & longiori tēpore actio eius durat. quia sic nō fa- B cile resoluitur vt patet. Et plures sunt medici, qui in hoc luto nō paruā habēt cōfidētiam. verū quādo quæritur velox penetratio caliditatis in membris actualis, magis iuuamētū recipitur ex fumo siue vapore aquę. vnde in mollificatione duriciei mēbrorum & cōtractione certe magnū reperi iuuamētū. Nā vapor aquę penetrat multū cum sua caliditate, humiditatē mollientem deferēs. quod de luto non accidit, & aqua. Et hic adde Defensiuum prohibens cursum materium ad membra debilia. Recip. sandaracę drach. iij. amyli vnc. j. rosarum, acatiæ, balaustiorum, spodij, hypocystidos, añ. drach. ij. fief memithę drach. iiij. farinæ volatilis molendini vnc. i. ʒ. succi plātaginis vnc. vij. aut loco eius accipiatur aqua sublimationis eius, vitella oui. ij. numero. terātur hæc omnia in mortario plumbeo cum suo pistello, & fiat lini- C mētum de quo mēbra sic lęsa inungi debent post exitum, & ligari cum panno conuenientis adhærentiæ. Linimentum bonum ad remouēdum duritię & contractiones quę in mēbris reperiuntur, quod applicari debet per horam post exitum circunferētialiter super membra lęsa. Recip. oleorum de sisamo, amygdalarum dulciū, & vtrunq; recens sit. añ. vnc. i. ʒ. vitella ouorū numero. ij. medullæ cruriū bouis, sepi arietis ponātur in mortario, & diligenter incorporētur, & in fine addatur ammoniaci dissoluti cum aceto drac. x. & incorporentur. Est medicamen nobilis iuuamenti. Quòd si magis anodyuū cupis, adde vnc. iiij. olei de chamæmilla. Quòd si desiderabis ipsum esse magis mitigatiuū doloris, addas opij drach. j. neque poterit opium in hac compositione nocere: vt patet intelligenti.

Et hi sunt canones attēdēdi ī accessu ad balnea. Nam de his qui attendēdi sunt post discessum, in canonibus balnei della Porretta dicetur. Quibus sic peractis, veniā ad aliqua accidentia, que in balneis sic communibus cōmuniter accidere solent. Nā de his quę in de balneis della Porretta, & de ipsis canonibus obseruandis in assumptione balnei della Porretta dicetur post suo loco, cum à balneis alijs balneum della Porretta speciale regimen habeat vt infra.

De modo subueniendi accidentibus ex balneis euenire consuetis. *Rub. II.*

OCto sunt accidētia ex balneo euenire consueta: videlicet vigilia immoderata, sitis, capitis dolor, cōstipatio vētris, superfluus sudor, vrinæ pūctio siue ardor, defluxus rheumatis, prostratio appetitus.

Qm̄ existimādū est vigiliā caliditate balnei & sua siccitate ꝓuenire. q̄ sunt duę fortes causę ipsius: hinc obuiādo debētur infrigidantia & humectātia: vt est lactuca, portulaca, & humōi. & somnū inducētia, vt papauer albū. vt ver. g. sero comedaī lactuca, endiuia, scariola, aut portulaca. Aut dissoluātur semina papaueris albi in brodio fercu li. Itē comedatur semē papaueris cōfecti. Itē sumatur syrup⁹ de papauere vn. i. cū aq̄ lactucę. aut sublimatiōis nenufaris vn. iij. sero post cęnā cū itur dormitū. Aut sumatur ex pilulis somniferis vna vel duæ, vt sunt pilulæ de cynoglossa Mesue de catarrho, dictę pilulę alchaiber. fiāt lotiones extremitatū ex matre violarum, malua, & hmōi.

Contra secūdum. Recip. syr. violati aut rosā cū aqua simplici cocta, aut sublimationis lactucę, endiuiæ, & huiusmodi. Ad idē aqua cocta cū vino granatorū & zuccaro, aqua hordei cū zuccaro. Itē pro nobilibus syr. de ribes, de berberis, vel vinū de berberis cū aqua cocta & zuccaro, & cōsimilibus. Quidam exhibēt aquā coctam cum pauco vini, quidam aquam hordei cum zuccaro.

Contra tertium si ex eleuatione fuerit vaporum calidorum balnei, valent quæ in secundo dicta sunt. & etiam quæ prohibent eleuationem vaporum ad caput: vt diacydonitē absq; speciebus, coriandrum præparatum, & vna coopertura coopertum. grana granatorū & similia frigida styptica. Itē valet assumptio pilularum deponentium materiam post cęnam assumptarū, vt pilulæ de aloe solo infuso in succo rosarum, vel endiuiæ, vel acetosæ, & aliæ consimiles. Valent & linimēta capiti facta vt ex albumine ouorū, aceto, aqua ros. succo plantaginis, vel violarum, vel solatri, & similium: & cum aquis eorum, vt melius haberi poterit, aliqua ex his adinuicem commisceantur: & cum petia in eis infusa temporibus, & frōti

applicetur,& sæpe renouetur. Consimiliter operandum, si propter caliditatem in capite impressam euenerit ex ducia accepta.

Cōtra quartū vtatur mollitiuis vt est decoctio prunorū,tamarindorum,violarū, syru. violatus cū aqua hordei excorticati bene bullita,aqua decoctiōis fructuum Mes.Item vtatur cassia,clysteri ex maluis,matribus violarum, blitis. Item Recip.aloes,syrupi lupulorū, syrupi violati.añ.drach.ij.masliches,croci ana drach. iiij. infundantur in eis aloe per noctem & diem. & etiā per duos vsq; ad tres,& post exiccationem fiant pillulæ leui igne vel in Sole factæ. ex quibus secundo accipiat vsq; ad tres ante cœnam per horam. & est solutiuum benedictum. Et consulo q eo sero non ingrediatur balneum:quoniam,vt actum,sic impediretur opera eorum per balneum,trahens materiam ad contrarium pillularum.

Contra quintum: sudor ex balneo proueniēs nō est cohibendus, nisi exuberet, & virtutē deijciat.quo casu vtendum est regimine frigido,vtēdo rebus acribus, acetosis, gelaticio, conditis ex granatis,lactucis,& similibus.In secūdo & tertio pedibus animalium cū aceto, si cætera cōsentiūt, panico,lacte cocto.Et quidā summe cōmendant ad sedandū sudorem iuscula ex farina milij cū lacte caprino.Item dāt lac coctum.Et eo casu à balneo quiescat,in vmbra sedeat,& flabello euentetur.Exterius autem corpus cum frigidis & stypticis inungere non absque periculo est.

Contra sextum: si caliditate hepatis & renum id accidit, quæ membra duo suspecta haberi debent,quæ res colore vrinæ rubeo, & igneo comprehendetur: tunc oportet,vt præuisio fiat cum applicitis extra & intus infrigidantibus. vnde supra de balneis sulfuris, qui hepar calidum habet, præuisione vtatur. Nam inungatur post exitum per paruum spatium circa per horam regiō hepatis, & renum cum aliquo infrigidante. vt. Reci. infrigidantis Gal. vnciam. j. sandalorum alborum,& rubeorum.añ.drach.ſ.nam id compositū vtriq; confert.Quod & fortius fieri poterit. Item valet trazea, hoc est seminum.iiij.communiū frigidorum añ.vnc.ſ. fiat trazea. Item & confectio triasandalorum,& plura & similia. Quod si fuerit eliquatione humorum cholericorum sic acuētium vrinam, eorum commixtione tunc euacuetur illi humores cum pillulis, de quibus in quarto.& vtatur trazea dicta vel confectione.

Cōtra septimū:si fluat exuberāter, dimittatur balneum.nā verēdum est ne cōtentiua virtus cerebi sit nimis debilitata. Quòd si fuerit ꝓpter vehemētem caliditatē impressam, fiat vt actū in primo,

D secundo & tertio. Quod si nō nimis fluxerit & debilitate contentiuę euenerit.odoretur nigel la torrefacta in manu cum petia gestādo, vel fiat aspersio pulueris super caput ipsum confortantis; vt Reci.ladani, styracis calamitæ, rosarum,ligni aloes ana drach.ſ.sandaracæ drach.vi. spodij drach.v.macis drach.ſ. Item fiat sacculus ex puluere rosarum,& sandaraca,& similibus.

Contra octauum: q venire consueuit ex laxitate partium oris stomachi,aut propter resolutionem,aut propter fluxum materierum ad os eius. Et tunc in vtroq; casu valet diacytoniten zuccarinum,acceptum post cibum, aut miua cydoniorum zuccarata.Item detur miua cum aqua mētæ & vino granatorum mane, sero, & in meridie. Item cōfert syrupus de mēta cum rosato, & aqua cichoreæ & absinthij. Itē oxyzachara & similia.

E Possunt & multa alia accidere nocumenta vt febris,quę his aliquando accidit qui cholerici sunt, & inordinate balneum assumunt. Et omnibus his remedia sic scribere, esset practicam à capite ad pedes condere. Volo itaq; vt hoc in præsenti sic de communioribus etiam nobis verbi gratia, sufficiat.

De canonibus balnei della Porretta. Rub. III.

CONsumatis sic canonibus in obseruatione balneorum attendendis,& expeditis remedijs aliquibus contra accidentia in balneis his euenire consueta: restat pro complemento capituli, vt canones speciales in obseruatione assumptiōis aquæ della Porretta scribātur:quos spernētes & non honorantes in grauia incurrunt pericula,vt statim:vt enim promissum fuit post canones communes communium balneorum: nunc

F scribemus particulares canones in assumptione aquæ della Porretta magna cum obseruantia attendēdos.Et certe,vt de balneo actum,balneum hoc est veluti alterum sacramētum. Nam quemadmodum ex assumptione viatici,bonis vita conceditur:malis vero mors datur: ita in assumptione huius aquæ boni, quia cum recta obseruantia assumentes,liberantur:mali,quia eam negligentes,moriuntur. Et ideo vulgariter apud Italos dicitur. I Bagni della Porretta o ite guarisce,o ite netta. Hoc est dictum. balnea della Porretta aut te sanant aut te interficiunt.

Dicamus itaq; primum, vt in principio capituli actum q accedentes ad balnea hęc,prius per dies duos ad minus quiescant, antequàm balneum ingrediantur.tum quia itinere fatigati: tum noui aeris ingressione. Secundo quotidiana cōstitutio contempletur:de qua in præcedenti cap.quoniam eo in loco aer frigidus est multū. vt in eo tēpore

Ad bal Porett accedē tes.

pore homines rigeant, vt dicetur. quamobrem æstate suam naturam non seruante, sed ad frigidũ declinante, non absq; timore futurę lęsionis aqua illa bibetur. Tertio non ingrediatur nisi prius bene purgatus, & qui pæceptis vniuersalibus prę munitus erit: quę in reliquorum balneorum assumptione dicta sunt, & illa nõ negligat: quoniã eorũ negligentia periculũ minatur. Quarto in nomine Iesu, quia saluatoris nostri, balneũ ingrediatur, in eoq; moram cõtrahat, vt de alijs actum est: & cõmuniter tempus tale ponitur hora vna. Verum particularius signum ponunt scribentes; quia esse debet donec perpẽdat digitorum extremitates incrispari. deinde exeat & exiccetur; & quiescat, & panis optime, ne à frigore lædatur, se muniat: etiam si facultas adest, lectum ingrediat', in quo iaceat per horã, somnum penitus postponendo. quoniã ex somno tali plures mortui sunt. Et ea die prãdium & cœna leuis sit ciborum laudabilium: de quibus actum in præcedentibus canonibus canone .12. Et nota q; balneum hoc famem inducit: ideoq; non obtemperẽt appetitui: sed multum parce comedant. & quoniã debilitatus est stomachus, bene masticent: vt facilius digerant. nam ex postea fortificabit'. Et pro illa prima die sufficiat sibi ille vnicus introitus. Sequenti vero die in ortu Solis ad aquæ ductum accedat, in quo loco aqua illa potatur. & tũc de ea bibat quousq; ad tria vascula ibi mensurata & consueta. & hic bene contempletur virtus, ætas. Deinde perambulet per spatiũ quarti horæ vel circa: deinde redeat ad locum, & tria alia bibat. & ex postea perambulet, vt dictum: sicq; tertio & quarto faciat. Et assumere non desistat donec apparere incipiat exitus eius, aut per os, aut per vrinã, aut per secessum, & in ea caliditate qua ipse assumpsit. quæ vt ab eo melius cõprehẽdatur, in vase vitreo mingat. Deinde quiescat per tẽpus & postea balneum intret, moreturq; in eo vt actum, exeatq;, & stuphã ibi proximã ingrediatur, & panis exicètur: deinde lectum ingrediatur, in quo quiescat, & nullo modo dormiat. sicq; transacta hora vel horis duabus, ad potum aquę accedat, & faciat vt de ea dictum prius. deinde quiescat per tempus vsque ad cœnam. & sit cœna leuis boni cibi, facilis digestionis. vt in 12. canone actum; & brodialia & alia magis commendantur. Altera vero die in crepusculo balneũ ingrediatur, moreturque: exeat vt dictum est, & eo die prandeat. Deinde circa .xx. horam; quia post prandium per horas octo, iterum balneum ingrediatur, & exeat cum canone dicto. sicque agat alternatis diebus, quia vna die bibendo aquam;

A altera vero die bis balneum ingrediatur: hocque continuet decem .xv. xx. dies, vt virtus tolerabit. Quòd si vltra tolerantiam virtutis affectuose atque impetuose sumere curabit, periculum grande aut mortem incurret. pariformiter si in eius quantitatis assumptione excedet: quare assumẽs in his sit moderatus. Et scito quòd balneatio in eo ad potum eius est sicut digestiuum ad medicinam. Nam & si debilitat, disponit, digerit: & sic præparat humores in vniuersò peccantes ad exitum. Qui autem ad ea proficiscuntur, chronicis ęgritudinibus laborantes, in eis ampliori tempore hospitari deberẽt. nanque quiete & non impetuose assumere, imo alijs quietius. vnde interponant diem vnam quietis omnino inter assumptionem balnei & potũ aquæ. in quo neq; balneantur neq; potent. Potus autem sit
B vinum pauciferum nullo modo lymphatum: qui nimmo aquam visu abhorreat. & est melius iterare quàm in vnica vice bibere multum. Non dormiat replico, quoniam canon aureus est. stet autẽ solatijs, & ludis &c. & absq; vlla corporis fatigatione. Verum si contingeret, vt quis se debilitatum multum sentiret, de sero potest assumere ouum, vel aliquod tale restauratiuũ: dummodo digestio præcedens fuerit celebrata. Et qui sic debilitatur magis, quietem interponat maiorẽ. Et ideo Princeps vt actum. balneum assumi debet quiete, ordinate, nõ impetuose. Cum autẽ recessus à balneis intenditur, debet prius in loco ipso sic quietus stare per dies duos ad tres, anteq̃ ad iter se ponat bono cum regimine, & aeri suauiter se exponere: prǽcipue cũ iter longinquũ fuerit. vñ equestres & pedestres primis in diebus iti-
C nera parua ac suauia faciãt, suisq; consuetis comedãt horis, neq; famẽ tolerent. Nauigãtes aũt longiora multũ facere poterũt. bibãt vt actum. Et omnes tales pręter hos, qui balnea della Porretta sumpserunt, in meridie dormire poterũt. Porretani vero post assumptionem balnei stent .x. diebus & potius vsq; ad xv. quòd non dormiant in meridie. & est locus eius speculatiõis. Nam cum post euacuationem per pharmacũ factam sequitur debilitas aliqua, à medicis somnus introducitur. Ita & in euacuatiõe per potũ talis aquę postq̃ sequitur debilitas, somnus cõcedi debet, cum sit humectatiuus, virtutis naturalis & animalis & vitalis confortatiuus, vt actum. Quòd si dicatur, rẽtinet humiditates iam in fluxu positas: à quibus eleuantur vapores mali, & mala qualitate balnei infecti. hoc quidem obstare nõ debet: quoniã in exhibitione pharmaci humores sic in fluxu positi sunt, & ab eis vapores maligni magis eleua-

ri videntur ob impreßionem malam à pharmaco factam. quòd & si correctum est, non est quin scamoneatum venenosa aliqua qualitate non inficiatur, quod de aqua Porrettæ minime contingere videtur. Arguitur & fortius, somnum sic conuenire magis. sicut enim assumptione aquæ balnei corpus crebro, & multum euacuatur, qua ex euacuatione non parum virtus totius prosternitur. ita corpus debilitari in febre acuta contingit qua plures crises fiunt: vt quarta. vij. xi. xiiij. & vltra. Sed in casu secūdo commendatur somnus. ergo & in primo. patet ex communi practica operantium. Quæ res sic confirmatur. Nam vt Auer. de sensu & sensato. Somnus est ligamentum virtutum, confortatioq; earum. Et Princeps de his quæ accidunt ex somno. Dicemus ergo quòd somnus omnes operationes naturales fortes efficit. Fortaßis id diceretur quòd reuocatione caloris ad intra, & caliditate balnei iam in humoribus impressa: corpus contingit superflue calefieri, quamobrem ad putredinem disponuntur humores. Nam ea actio est caliditatis superfluæ atq; extraneæ, quòd obstare non videtur: quoniam ex alijs balneis etiam calidioribus multum hoc contingere non videmus: tantum videlicet periculum homines ex somno diurno incurrere. Diceret & iterum quis ex aqua remißiori interius assumpta, corpora multo plus calefieri, quàm ex intensiuis calida sic ad extra applicata. locus est speculationis. quare speculator id affirmare videretur: etiam si ex exteriori corpori approximata tantum calefieret: somnum etiam intercidi debere. Nam proportionando aquas & modum applicationis adinuicem id contingere posse nemo negabit. Amplius hi veluti conualescentes sunt habendi, quibus somnus à medicis non negatur diurnus omnino. vnde quarti secunda de regimine conualescentium. Et somnus diurnus fortasse est magis nociuus conualescenti. propterea quia mollificat eum, id est quia superflue humectat. Et fortasse non confert ei, propterea quòd facit cruditatem, & frangit de virtute caloris innati. Quibus inducitur in omnibus talibus se balneantibus non vna & eadem ratio erit euitandi somni, quinimmo quibusdam conuenire censendum. Arbitrantur fortasse nonnulli eum prohiberi debere, cum ex somno accentrentur humores sulfure infecti, qui suo prauo odore spiritus exterminant sua forti caliditate resolutum, & membra exiccata tanta præcedente euacuatione amplius exiccat, concurrente etiam virtute salis. Quibus ex rebus debilitato per amplius calore naturali et membris ipsis per quæ virtus constat,

D sic efficitur virtus impotens ad reliquas humiditates regulandas: quare insequitur putrefactio, & corporis aut ad prauas ægritudines aut mortiferas præparatio. Respondebitur fortasse, idem contingere debere post pharmaci scāmoneati assumptionem, vt actum. post autem eius euacuationem notabilem, somnus præcipitur. Nam & ad propositum maxime videtur Principis mens de cura fluxus omnium modorum. inquit & ex melioribus rebus ei qui patitur fluxum ventris, est dormire. quare cum facta fuerit euacuatio tanta, qua debiles se sentiunt, etiam in cæteros dies euacuationem expectantes, somnus coucedi debet. In oppositum est experiētia famosa, quam à vulgaribus neq; à doctis accepi. verum vt Arist. vbi ratio & experimentum concurrunt, imbecillitatis est siue infirmitatis intellectus plus rationi credere. Contingit enim intellectum sic decipi & rationis causam ignorare.

E Ego, quidem arbitror in re hac, non vna semper via procedendum fore, sed varijs varius concedendus sit somnus inspecta virtute, complexione, consuetudine, tempore, ætate, & similibus rebus naturalibus. Absolute tamē melius est negare somnum diurnum. Sed non raro ad ipsum concedendum nos variæ circunstantiæ impellunt. verum non negabo cōsuetudines sic longo tempore probatas semper venerari debere. neq; ad ipsas mordendas impetuosi & insolentes esse debemus. Hāc itaq; etiam assumentes exulent aquam vt vltra. xv. dies tangere non permittant. sed interim manus cum vino lauentur. Abstinendumq; est à carnibus omnibus, fructibus, leguminibus, & ab vsu aceti omnino. Nocent caules, agresta, vua, & ficus. Sed inter omnia per mensem post à coitu tanquàm à dicto veneno robusti abstineant. Quòd si debiles

F fuerint, per duos. Nam ex his omnibus iudicatur quantum balnea illa debilitant. ideoq; debiles ad ea assumenda non nisi magno cum consilio accedant: quoniam sic in eorum balneorum iuuamēta confirmare quolibet altero anno ad ea assumēda accedere oporteret. Hæc Bononienses medici: quorum pace sic scribam: cum corpora se bene disposita sentiunt vel prope, ad ea neque ad alia assumenda accedant. est enim eorum alteratio fortis &c. Non enim virtus indiget auxilio medicaminis, nisi cū nequiuerit dominari. Postremo sciendum quòd horum balneorum & aliorum iuuamenta non ita subito sentiuntur. sed per tempus post maius aut minus secundùm regiminis bonitatem, virtutis fortitudinē, & similium. vnde communiter post mensem & vltra, eorum vtiles effectus cognoscuntur. Nā interim

virtus

virtus ex balneo resoluta, ac membra sic cum bono regimine habito restaurantur. Et certe quidam vituperát hanc aquam in vasis ligneis ad diuersa & longinqua loca exportatam. cum id se plane intelligere dicát suis in virtutibus ita debilitari, vt nullius penitus sit virtutis: quinimmo ex ea sic corrupta lęsas esse, vt in quibusdam vidi. Et plures mihi dixerunt ex ea sic exportata effectus bonos, & si nó omnes, consecutos fuisse. Et quidem arbitror non ita salutiferam, nonq; tantæ virtutis eam esse, vt quę in balneis exit. Ná, vt actum, cito infrigidatur, etiam si morá in balneo contrahat. de quo supra. Quæ res & in cęteris intelligenda est. Nam & eius alteratio quæ est veluti ad corruptionem præparatio, multum consideranda est.

De modo inuestigandi mineram & mineras balnearum naturalium. Cap. VII.

Apud veteres nostros mos fuit, & vsq; ad hanc seruatus ætatem, q; inuestigatio balnearum naturalium per alembicationem fieri debeat. vnde aqua fontis ab eis recipitur: si haberi potest, quę ita non alterata est in itinere, vt aqua balnei, quæ sic in transitu cum re extranea commiscetur. Et in vase vitreo, quia in cucurbita cum capello ad distillandum ponitur. nam cum calidi sit heterogenea sequestrare, primo de generatione, sic pars aquea, aerea, & ignea ascendit & exit, & terrestre cineritiú in fundo vasis remanet. Et vt amplius terrestre exiccetur, ne humidú cum eo commixtum, iudicium expectatum alienet, quidam continuant ignem: sed lentum valde per paululum temporis, postquàm à vase nil egreditur. Quo facto terrestre illud à vase extrahunt, & super amplam asserem extendunt. Alij idem operantes in vmbra, illud terrestre exiccát. Et certe melior est exiccatio ad Solem, vt cæteri agút propter salem, & salnitrum, & sulfur. Nam sic partes salsę, & nitrosæ à Sole coagulantur. qua ex re melius discernuntur, & partes sulfureæ illuminantur, & splendidiores redduntur. Et certe iudicium tale per minerale hoc habitú, verius est. q; cum aqua per ebullitionem facta bitumine nostro sic commiscetur, ipsam mineralem sic facientem & calidam reddentem. Sic itaq; eo exiccato, tunc vno & pluribus sensibus prehenditur: præcipue cum de mineralibus notitia, quo ad sensum, habita fuerit. Et ad rem accedens dico q; quidam opinati sunt, q; pars sulfurea, præcipue quando cum alijs mixta & non prædominás: per alembicationem minime comprehendi possit. vt dicant illam sulfuris naturam sapere: & sic in vapo-

A rem subtilem conuersam exhalare. Secus, si fuerit aqua tota sulfurea, aut multum à prædominio talis. Ex quo infertur per alembicationem tentátes sic decipi. q; si contingat ex proiectione illius terrei in ignem sulfuris odoré emitti: illud aiunt, non quia sulfur ibi sit, accidere: sed quoniam spiritus subtiles ignei in ea derelicti sulfuris naturá sapiunt. Et adducunt similitudinem de fulgure, quod cum aliquam domum percutit, post eius euanescentiam sic derelictis spiritus igneis, tota sapit sulfuris odorem: cum tamen in ea nil sulfuris fuerit. Quamobrem ad alia se signa conuertunt sensu aliquo sensibus comprehensa de quibus statim. & certe male potest eorum opinio infringi. Verum vt arbitror, ex alijs signis efficacius concludam, aquam naturam sulfuris tenere: præcipue quando fuerit cum alijs mixtum. Sed hoc

B loco Arist. dictum, de quo supra, postergandum nó est, q; omnes thermę sulfure participent: quoniam est prima causa caliditatis earum, vt in principio secundi huius, quem philosophum secutus aio, vt ipse in libello de proprietatibus elementorum, ad minerarum balnearum calidarum scientiam habendam, duo nobis sensus deseruiunt. visus videlicet & odoratus, quos principales enunciabimus, cum cæteri tres magnifice etiam nobis in hoc iudicio deseruiant, vt de eis statim declarabimus, illis ad plenum non deseruientibus, sed visus principaliter & magis: cum plures rerum differentias ostendat, Metaph. 1. Et est simile iudicium hoc iudicio quod ex signis medicinalibus accipitur. Nam cum signa medicorum sic efficacia, & non fallentia non inueniantur: sed notitiá sunt dantia veritati propinqua: hinc surgit iudicium

C extimatiuum: quare diuersi cum diuersitate extimatiuæ de occurrentibus ægritudinibus & casibus diuersa deponunt iudicio. Ita & in explicanda minera thermarum sit. quoniam cum sic signa non habeantur omnino certa, & efficacia; có tingit in mineris thermarum scribentes variare. Quo loco accipias medicum non bonæ extimatiuę fugiendum esse. Sic itaq; non est de vno signo considerandum: sed omnia vel plura & potentiora illa sint, quę in consimilibus nobis fidem facere debent. Ex quibus infertur q; nó ex solo odore iudicare debemus aquam balnei sulfuream esse: quoniam sic accidere deceptio potest: sed ex odore cum alijs, vt dicamus: hæc aqua est in odore sulfurea, colore citrina, & eius fæculentum cum in igne proijcitur, ardet: & odorem sulfuris emittit, & in superficie eius quandoque natat vnctuosum quoddam, quod in igne missum, statim flammam emittit, et gustui saporé sulfuris

denunciat,& apud eã minera est sulfuris, ex qua artifices sulfur cõdiunt,& præparant atq; purgãt. cum item hæc omnia simul esse cõprehendes. nõ dubites aquam illam sulfuream denominari debere. Quod si non omnia hæc: potentioribus sic in denominãdo danda fides est, quare, indagatorem talium oportet natura esse prudentem. vnde cum sulfur sic cum mineralibus alijs mixtum fuerit: oportet indagatorem & aliorum signa discurrere, & potentioribus dare victoriã. Dicamus verbi gratia est cõmixtum sali. In hoc autem gustus primo tibi deseruiet. deinde si tibi placebit, experientiam facere poteris. de qua supra in balneo montis Groti. Et fuit principalis intentio Iacobi de Dondis. Quòd si labor ille te afficiat, ad cinereum fœculẽtum recurras, ipso ente disposito vt actum, quia exiccatiuum sit & expansum. primo enim illud oculis tu indagator contemplare, parteſq; citrinas primum consideres: cum sulfur prima causa sit caliditatis thermarũ. vt Arist. supra: licet in omnibus nõ sit prima & potissima. Deinde relucentes considera quæ salsæ sunt, nitrosæ, aut salgemmosæ. inter quas differentia suis ex signis accipitur: & visu, gustu, tactu, & auditu. Visu quidem, quoniam sal perlucidus, licet nõ multum. salgemma autem, multum. nitrum vero inter hos colores medium in luciditate tenet. Gustu salsedo percipitur. nitrum vt actum de natura salis est, & est acutius multũ ipso sale. Tactu, nam nitrũ durius est sale, vt supra de eo. Auditu, quoniam sal in igne proiectum crepitat, & non nitrũ neq; salgemma. Pariformiter dicatur de alumine nam ad eius notitiam visus, gustus, & tactus magnifice deseruiunt: quoniam ad luciditatem tendit. Tactu, quoniam durum valde & iam tribus dictis durius. Gustu, qui cæteris sensibus & hic iudicio nobis magis deseruire videtur: quoniam notabilis & magna sentitur stypticitas. Item & sapor eius. Pars vero cinerea visu, gustu: quoniam ad amaritudinem declinat & albedinem. Partes vero gypseæ, æneæ, ferreæ pariformiter his sensibus comprehenduntur. Et pars ferrea cęteris ponderosior. Quibus accipiatur quantum necessaria est indagatori minerarum, thermarum mineralium exquisita notitia, pręcipue ad eas partes, quę sensibus cõprehenduntur. Ob quam rem taceãt, qui fortassis me mordere voluerint, de exquisita mineralium doctrina, & eorum prolixitate superius posita. His omnibus sic peractis partibus mineralium bene cõtemplatis, ex parte suarũ quan-

E titatum ac qualitatum: quoniam non eodem gradu caliditatis sunt omnia, nec frigiditatis vt supra: debet indagator sic suo iudicio extimatiuo illas adinuicem comparare, proportionare, & potentioribus dare victoriã: à quibus aqua ipsa prædominio dicetur talis. Hoc autem facere non facile facio. Quòd si aqua aliqua plurimum de minerali tenet, aut est vno solo contenta: tunc facile est iudicium tale. Quo loco mi Illustris domine, accipe, quantum medico necessaria est prudentia. ad quod perpauci respiciunt: plus literas singularium medicorum nõ prudentium honorantes, q̃ in literis medicorum prudentia pollentium credere error est. Et si vera sint quæ scripsimus: multis tamen placuit magis ebullitio, q̃ elambicatio: cum sit operatio caliditatis fortior: sic heterogenea melius sequestrans. Cui opinioni adhęrere vi-
F detur Ioannes de Dondis supra. Sed certe experientia docet, ꝙ in forti ebullitione partes terreæ magis ascendunt q̃ in elambicatione: præcipue cum suauiter fit, vt docui in libello quẽ de aqua ardenti composui. Nam cum licinio lucernæ ardentis conficitur: fit enim ita suauis calefactio, vt subtiles partes exhalent, terrestribus parum molestatis. Equidem expertus sum in ebullitione ꝙ partes paucæ terreæ remanent. vnde plus placet elambicatio.

Quibus omnibus accipiatur, primo, ꝙ necessarius fuit communitati medicorum et mortalium salubritati noster hic libellus, cum ante me memoria hominum, neminem scripsisse ita luculenter, diffuse, aut paucos intellexerim, pro quo semper gratias ac laudes Deo meo do. Nam sic vtilis erit posteritati hominum & medicis, qui de con-
G sulendis balneis amplam, claram, atque exquisitã in eo notitiam habebunt, vt cõsilio in scriptis sic absq; graui labore componant. Secundo quantum ad nominis tui gloriam accedet: cum Italis, orientalibus, occidentalibus, septentrionalibus, atq; meridianis q̃ necessarius sit. Quibus in locis nomen tuum prædicabitur, cum sit sic nomine tuo insignitus: quapropter per orbem totum nominaberis. Et cum sperẽ eum in perpetuum manere: sic perpetuo vitæ tuę causa à me datur. vnde cum Marone perstringens dicam.

In freta dũ fluuij current, dũ montibus vmbræ
Lustrabunt, conuexa polus dum sydera pascet:
Semper honos, nomẽq; tuũ, laudeſq; manebũt.

Finis.

BARTHOLOMAEI DE MONTAGNANA,

De aſpectu, ſitu, minera, virtutibus, et operationibus balneorum in comitatu Patauino repertorum,

Tractatus Primus.

QVoniam multis iã ante diebus inſtantia tuæ ſollicitudinis, vir inſignis domine Ioannes de Piſauro mecum diligenter egit, vt balneorũ dioceſis Paduanæ virtutes tibi manifeſtarem ſecũdum ſcientiam vetuſtisſimorũ ſapientum. & ſecundum illud quod quotidiana experientia diligenter in opere medicinę verſata aduertenti cum fundamento veritatis oſtendit. B Res enim ęquisſima eſt, & eo maxime: quoniam ſollicitudin.m tuam concitã eſſe cognoui, vt præceptis magnifici. d. tui domini Malateſtæ de malateſtis de piſauro ſicut ſeruitor fidelis omni ingenio obtemperares. ſicut enim zelantium fidelitas oſtenditur, vt ſingulis, quæ ſuo principi grata & vtilia percipiunt, ei famulans inſudare debeat. Taliter enim & non aliter intelligentiæ ſummo deo complacent.

Et iuſtum quidem eſt, vt, quanto virtutibus, iuſtitia, æquitate, humanitate, & ſimilibus dominorum mentes ornantur: tanto ſibi ſubditos, immo & omnes ad ſui dilectionem promoueant, veluti hi. ſunt enim in cœlis ſicut dij, ita in cæteris omnes domini pij, velut celeberrima illa, & intitulatio clarisſima domus dominorum de malateſtis: quorum omnium non minus me fidelem C exiſtimo, quàm te familiarem propter prædicta. & maxime propter reuerentiam colendisſimi in Chriſto patris, & dñi. d. Pandulfi epiſcopi Conſtantiæ, Normandiæ: cuius ego me votiuum exiſtimo ſeruitorem.

Vt igitur tuæ fraternitati, velut recte tuo domino obtemperans complaceam, tolle, quæ nunc breuisſimo ſtilo tuæ petitioni ſatisfaciant. Alias enim ego ampliori, generaliorique ſtylo huius materiæ ſententiam declaraui, oſtendẽs in vno libello in duos tractatus partito, qd de balneis paduanis. & alijs quamplurimis ex auctorum medicinę ſententijs: & per experientiam haberi posſit, velut flores ex eiſdem ſententijs nunc elegi.

Cõſcribam igitur tibi, quo numero balnea paduana, & maxime famoſiora, ſimiliter q̃ ſint eorum minerę, operationes, & proprietates. qualiter enim capiti, pectori, ſtomacho, aut iuncturis conferant, ſermo præſens tibi declarabit.

Sunt enim in paduano diſtrictu famoſiora balnea numero. vj. videlicet.

Primum balneum Apponi, vel apponenſe dictum. Secundum balneum ſancti Petri nominatum. Tertium balneum parum à prædicto diſtans, Domus noua dictum. Quartum balneum Montis groti. Quintum balneum ſancti Bartholomęi dictum. Sextum balneum ſanctæ Helenæ nominatum. hæc quidem famoſiora. Poſt quæ & balneum reperitur ſeptimum Montis Ortonis, dictum quidẽ plerique, licet minoris famæ, maioris tamẽ vtilitatis approbatum eſſe dignoſcitur: ex quibus clare liquet deinceps in horum veritatem ſeptem capitula percurrẽda fore.

De aſpectu, ſitu, minera, virtutibus, & operationibus balnei Apponenſis. Cap. I.

INuenitur ab Euganea ciuitate per quinque ſere milliaria diſtãs rus Apponum dictum. in cuius confinibus a ciuitate remotioribus verſus mõtem ſancti Danielis dictum, parum à terra eleuatus monticulus quidam leuiter effertur. in cuius quidem ſummitate ſcaturiens aqua ferueñtisſima inuenta eſt. locus quidem eſt cœlo, & omni plaga mũdi manifeſte detectus. hincinde enim oriẽtali, meridionali, & ſibi oppoſitis mũdi partibus aperitur. Situs enim ſatis ex his ſanitati hominum conformis, niſi quia hincinde mõs ille varios feruentium aquarum riuos emittens, propter illarũ aquarum proprio riuo translationem, quæ non raro putreſiunt, cauſa eſt perſępe euertendi aerẽ ad qualitates hominum ſanitati contrarias.

Speciales autẽ in quibus humana corpora balneantur loci, ſunt illa in præfati monticuli ſuperficie, velut lacuna quædam aquæ feruentisſimæ contẽtiua, a qua non raro corpora propter eius caliditatem intenſiuam balneari priuantur. deinde verſus orientẽ in infimo monticuli in plures partes diuiſa plurima balnea diuerſis riuulis, ab vno tamen omnia ſcaturientia fonte partiuntur: quorum aliqua occulta, aliqua vero vulgo & ciuibus manifeſta linquuntur.

Eſt autem huius balnei minera, vt mihi a priori, & à poſteriori parte patuit a dominio maxime ſulfurea, quid tamen calcis continens. ego enim olim in huius, & aliorum balneorum cognitione non parum ſudans, omnium prædictorum per ſublimationem a priori veritatem cognoſcere pertẽtaui. Cum enim aquam huius loci diligenti diſtillatione diſtillauerim, maximam fœculentiæ partem ſulfuris inueni: parum vero cineris, velut ſi calx diu in aqua coqueretur. Promouit autem me ad hęc votiua conſideratio humillimi & omnium

niũ deuotiſſimi in Chriſto patris domini Cardinalis Aquileienſis, cui in balneis paduanis & auctor & phyſicus ſemper aſtiti. D

Ex quibus clare patere poteſt, quæ ſint huius balnei operationes. calefacit enim potenter ita, ꝙ omnem malam complexionẽ frigidam fixam in membris potenter abijcit. ſubtiliat etiã, & calefacit, & omnem ſubcutaneam humiditatem exiccat. dolores autem mitigat conuenienter. licet ex tenuatis magis noceat, humidum exiccando, q̃ dolores remittendo.

Proprietates aũt eius ſunt, quia confert dolori bus iuncturarũ, vniuerſali corporis mundificatione antemiſſa. ſimiliter humoroſitati ſtomachi. et hydropi aſciti confert & ſpecialiter. vniuerſaliter enim ægritudini humoroſæ cuiuſcunq; membri fuerit. hepar enim & inteſtina multum calefacit & renes. Corpus quoq; a pruritu, ſcabie, vlceribus ambulatiuis, & corroſiuis, cãcrena, miliari, impetigine, & ſerpigine perfecte mũdat, vt experientia ſępe me cognoſcere fecit. et ratio ex fundamẽto minerę probare poteſt. Et colligitur huius ſententia quinto theoricę. ſecunda primi tertio. Almanſoris & pluries alibi. & ſcripſit hæc Oribaſius in ſexto. & Gal. in libello dynamidiorũ, dum inquit: ꝙ virtus aquæ ſulfureæ eſt malactica, calefactoria, omnes dolores mitigat, ſtomachum diſſolutum euertit & reliqua. E

De ſitu, aſpectu, minera, operationibus, et proprietatibus balnei ſancti Petri. *Cap. II.*

APrædicto vero diſcedens balneo verſus oriens ambulãdo quis parum diſtanter, vt per milliare quaſi, locum inuenit, villã ſancti Petri nominatã: in cuius quidẽ orientali parte monticulus à terra conſurgit, notabiliter eleuatus. hic quidem verſus orientalẽ & ſeptentrionalẽ plagã, varios hinc inde riuulos emittit feruẽtes. nunc vero minus calidos: & quod mirabile dictu, ſapore, odore, & colore, nõ parum differẽtes aquas hinc inde effundit. in capite enim mõtis verſus oriẽtẽ magis aquas inuenies clariſſimas, notabiliter feruentes. et ſapore ſalſo multum excellentes. verſus aũt ciuitatem, magis, inuenies aquas colore ęneo coloratas, ac ſi eiſdem aliquandiu infuſum fuiſſet ęs. et eſt quidem locus iſte fouea ſperica, cuicunq; communis, aquas notabiliter calidas in ſe perpetuo continens. F

Eſt autem vt ex prædictis patet huius loci minera diſtincta. pars enim mineræ primæ in capite montis verſus orientẽ, eſt magis aluminoſa. vt ex perienti patere poteſt. pars vero ſecunda ęnea magis exiſtit, vt diſtillanti apparuit. licet etiam in ea aliquid aluminis contineatur.

Eſt autẽ locus hic delectabilis, ſatis ratione ſitus. licet ex cauſa vaporum ab aquis corruptis eleuatorum, & vallibus circundantibus hincinde in ſua bonitate remittatur.

Sunt autẽ balneorum huius loci operationes diuerſæ ſatis. primus enim in capite mõtis exiſtẽs, cõferet fluxui ſanguinis mẽſtruali, & hęmorrhoidali immoderatis. cõfert etiam doloribus ſtomachi, colicis, et iliacis & ventoſitatibus: & humiditate multa laborantibus. Secundus vero confert vlceribus crurium, ani, pudendorum, & ſcabiei ſimiliter, etiã pruritui, vlceribus, & phlegmati ſalſo oculorum, & aurium conferre poteſt.

De ſitu, aſpectu, & minera, operationibus, et proprietatibus domus nouæ. *Cap. III.*

POſt hoc autem à pręfato deſcendendo loco verſus meridiem, parum diſtanter elongatus aliquis, forte quantum baliſta iaculari poſſet, monticulum inueniet, notabilius præfato à terra conſurgentem.

Locus quidẽ eſt vndequaq; cum vallibus notabiliter ſeptus, vnde ſtagnantium hincinde aquarum nunc frigidarum, nunc actu calidarum inuicem cõmixtio diuerſis vallibus & foſsiculis facta aerem nõ bono odore, & conuenienter mala diſpoſitione qualificat. hic quidẽ mons verſus occidentẽ & aquilonẽ calidarum aquarũ varios riuos ſtagnando emittit. in capite nanq; montis verſus aquilonem, & ciuitatem, abinde ſcaturiunt aquę quãplurimæ notabiliter ſalſę. Vnde Carrarienſis olim dñs ſales quãplurimos effluenter elaborare fecit. verſus aũt occidẽtẽ magis effluens & feruẽs notabiliter ab hoc colle effunditur aqua, in genium domus vnius plurimum recepta. quæ quidem domus noua nuncupatur. vnde hoc balneũ denominationem capit.

Et eſt quidẽ minera hui⁹ calcea, & notabiliter ſalſa. ſimiliter etiã & alumine multo participans magis q̃ prima. hęc aũt omnia ſublimanti, & à poſteriori negociãti patere poſſunt. Prima aqua notabiliter confert hydropi & humoroſitati ſtomachi, ſimiliter etiã paralyſi, vndimię, cachexiæ. Secunda vero aqua notabiliter ventrem ſoluit, mucoſas educendo ſuperfluitates, licet tamẽ minus ventrem ſoluat q̃ prima: quod quidem contingit propter ſtypticitatem, quam aqua talis à calce & ab alumine recipit. Prima igitur ſolutiua magis eſt. Secundã vero poſt ſolutionem laxata in euacuationibus membra confortat, magis confert etiam hæc ſecunda coryzæ & catarrhis, & reumatiſmo capitis ſi debite fuerit aſſumpta, vt alias in tractatu de balneis ſatis ingenioſe mõſtraui.

De ſitu,

De situ, aspectu, minera, operationibus, et proprietatibus balneorũ montis Groti. Cap. IIII.

A

CONtinuans igitur versus meridiẽ iter à prędicto loco secedẽs parumper, villã inueniet montis Groti apud incolas nominatã. apud vetustissimos autẽ patres olim mons ægrotorum dicebatur. & digne quidẽ. non minus. n. nunc q̃ vetustissimis temporibus ad hunc locum, tanq̃ salutis ęgrotorum magna copia hincinde perducitur. siue forte propter experientiam sanandi ab ęgritudinibus peruenerit virtus balneorum illius loci. siue quia consimilia balnea antiquitus sacra dici consueuerunt, vt philosophus problema. 24. problemate vltimo.

Est autem locus hic meridionali aspectu notabiliter priuatus: omnino autẽ ab occidentali elongatus: vnde forte aliud virtualiter ex hoc acquiri potest. meliora enim loca sunt quæ aspectui oriẽtali sunt detecta, qualis est locus iste.

B

Est autem mons aliqualiter à villa distans prędictis altior, multos diuersarũ aquarum riuulos hincinde cõcedens. Primum quidẽ enim prope locum ecclesię magnus riuus in plura loca nũc secreta, nunc vero cõmunia segregatur. Cuius minera, vt videre potui, sulfurea, & cinerea qualitate participat. credo autem secundum q̃ distillatio manifestauit, cinerem illum ex calce fore ab aquæ caliditate factum.

Post hunc aũt riuum versus oriẽtẽ magis prope quasi prædictum, velut paruula lacuna iacet: quam balneum equorum nominãt, quæ quidem mineram habet excellẽtissime sulfuream, magis q̃ primus riuus, vt videre potui.

Post hæc autem loca plura prope inuenies loca balneorum diuersorum, quę vt pertentaui sale & cinere dominanter participant. minus autem sulfuris materiam in eis inuenies.

C

Ex his aũt omnibus horum balneorum virtutes & operationes patere possunt. Primi nanq; balnei operatio, & proprietas est, doloribus et repletionibus neruorum notabiliter iuuamentum afferre. corpus ab omni scabie, im petigine, & serpigine ante purgatum conuenienter mundificare. Cõfert enim omni humorosę superfluitati in quocunq; membro commoranti, si debite administretur. stomachum tamen in appetendo debilitat. & nimium relaxando remollit.

Alterius aũt & illius loci balnei proprietas est excellenter calefaciẽdo dissoluere neruos, etiam nimia frigiditate et induratione lęsos confortare, & antiquis conferre doloribus. In omnibus enim operationibus vtilimũ est ad prædicta, dato q̃ sapientius assumi debeat.

De situ, aspectu, operationibus, et proprietatibus balnei sancti Bartholomæi. Cap. V.

POst terga vero prædicti collis distanter aliquis ambulans montem inueniet lateraliter applicatum, qui à beato Bartholomæo denominationem capit.

Est autem locus iste siluester satis, oriẽtali aspectu omnino priuatus. similiter etiã & à meridionali plaga partim subterfugus, pariformiter & ab aquilonari. in totum vero occidentali plagæ libero habẽs aspectum. mons quidẽ iste penes eius confinia, valles habet amplissimas, à parietibus suis aquas effundens & qualitate & virtute diuersas. Scaturiunt. n. inde aquæ in putealem quãplurimis hincinde collectis. tempore quidẽ veris notabiliter in calore remissę. Estatis autem & autumni principio notabiliter calidę pingues & grossę sunt, vt tangenti rem mollificatiuã & tactui gratam percipere videatur.

Est enim (vt diligenter considerare potui) ista aquarum minera, sulfure subdominante: excellẽter autẽ (vt distillatio docuit) bitumine vel aspalto participans. Rem enim post sublimationẽ pertinentem sulfuris vel aspalti substantiæ sublimati inueni. aliqualiter aũt odore suo recte conspicienti pluuialis vaporis similitudinẽ ostendit.

Ex quibus lucide satis consideranti patere potest quæ sint aquarũ huius loci virtutes & operationes. sunt enim mediocriter calefactiuę: omniũ duritierum, in quacunq; parte corporis, potenter emollitiuæ: neruos antiqua duritie & motus impossibilitate lęsos, notabiliter extẽsibiles faciunt.

Ego enim cum olim bonæ memoriæ reuerendissimum patrẽ dñm cardinalem Aquileiensem ad Azemena perductum, qui contractus in pedibus, genubus, et brachijs, omnino factus erat, hęc balnea intrare iussissem: vidi, tetigi, percepi in prędictis aquis membra sua ęque bene distendere, rectum stare, ac si iuuenculus fuisset. extra tñ aquas nõ diu perseuerabat possibilitas tensionis illa: cuius causam peritus physicus facile pronunciabit. Adhuc etiam anno ante hũc immediate virum nobilem Georgium de sancto Cassiano Pisanũ ciuem ad Azemena perductum notabiliter conualere vidi. Alia autẽ exempla quãplura tradere possem, sed dimittantur ne hypocrisi imputẽtur. & tu vide secundum qui viuens testis existit.

De situ, aspectu, minera, virtutibus, & operationibus balneorũ sanctæ Helenæ. Cap. VI.

SI diligens aliquis causarũ physicus ad inquisitionẽ anhelet, à prædicto iam loco discedẽs, an secus versus pergẽs optauerit alterius loci perquirere balnea: perueniet ad monticulum medio quidem

quidem plurimarum vallium inuolutum.

Collis quidem est ab alijs paulisper fugiẽs, nec multum à terra superbiens: in cuius quidẽ orientali costa à meridie etiã non fugiens, aquas scaturientes quãplurimas inuenies. vnde enim à minera immediatius cõsurgit aqua: tanti feruoris existit, vt sensus tactus ab eius impressione se defendere nõ possit. Cum aũt per longioris distantiæ tractum aqua illa à suo progenitore distrahitur, parumper ab eius feruore recedit. omnis tamen inde ibi scaturiens aqua ingenti est caliditate munita. neque ipsam terrefacit leuis ad aquilonem aspectus: cum sit etiam à fauonio & zephyro flatu omnino secura.

Est autẽ huius loci minera ingenti sulfure munita: vt odor & operatio declarare possunt. cinerea etiam remissa valde. leuioris aũt aluminis virtuali participans. Neq; miretur aliquis si varietatem tam arduã cinis per sublimationẽ exhaustus ostendere videtur. quis enim ambigit tam intensam caliditatẽ aliquo subiecto pabulatam, eius aliquas partes aut illarum, per quas defluit, partẽ aliquam in cineres euertere? Qualiter aũt vnum elementorum in alterũ transmutetur & elemẽta in varia cõposita terminentur, physico negocianti videre est facile. Raro enim mihi crede. & si non placet, experiri poteris apud, ne dũ huius, sed cuiuslibet loci incolas, simplicia balnea reperies. plurima enim illarum compositas mineras habent. quare compositas in eis virtutes est insurgere necessarium. medicus autem speculator ex sensibus dominationes in composito & virtutes & qualitates auctenticare debet.

Calefaciunt igitur huius loci aquæ mirabili caliditate: neruos mundificantes: dolores in eis extensiuos placantes. et replentes materias, spasmosas dispositiones exiccatione sua cõsumendo, prohibentq; membra iuncturalia recipere superfluitates, si ante tempus periodicationis infundantur eisdem cum canone, modo, & obseruatione condecentibus. mundificant etiam superficiẽ corporis à cutaneis infectionibus, & alia quãplurima iuuamenta faciunt, quę legantur secunda primi. doctrina secunda capitulo. 19. & quinto theoricæ à Gal. Oribasio & alijs auctoribus, quorum memoriam afferre nõ est opus, medicis saltem vigili sententia vtentibus.

De situ, aspectu, minera, operationibus, & proprietatibus aquarũ calidarũ mõtis Ortonis. Cap. VII.

FAmositas balneorum prædictorũ me rationabiliter impulit, vt prædicta loca describerem, balneorumq; dictorum virtutes exponerẽ, dato q loci circunstantia, propinquitas & virtus

D rationabilius me promouere debuisset ad explicandum montis Ortonis balnea.

Est autẽ mons iste in plurium montiũ medio, ab alijs tñ separatus effugiens inter montẽ illum, scilicet quẽ oli progenitores nostri fama & opere dignius q̃ nunc coluerũt, montẽ scilicet rubeum nominatum: vbi quõdã illustris Euganea ciuitas non leuibus laudibus emicuisse scribitur. & inter montem, quẽ nunc sancti Danielis montẽ, tunc autem templum deę Cereris cognominatũ fuisse perlegimus. hũc quidẽ Ortonẽ montẽ primitias sui nominis ab Ortone viro quidẽ in armis & virtute cõspicuo, aliqui nomẽ accepisse pronunciãt.

Hic quidẽ mons ex gremijs eius apud superficiem terræ velut eius sororẽ, aquas calidas abundanter effundit, in medio quidẽ terrę terminorũ mõtis oriẽtali & meridionali plaga liberrimorũ; E qui à septentrionali et occidentali plaga eleuatos huius mõtis colles velut clypeos habere videtur.

Est autẽ huius aquæ minera, salsa, sulfurea, & pinguis, difficulter demonstrabili virtute cõposita. confert enim doloribus antiquis, duritiES articulosas, splenem & hydropisim soluendo deponit. confortat laxata membra, & alia quãplurima iuuamenta facit; quę alias in ampliori stylo deduxi: propter loci autem siluestrem habitationẽ, raro quæritur eius visitatio.

Hæc itaq; paulisper aduertenti, & mihi cõsideranti de euganeis balneis illustri ac magnifico domino, fideli charitate conscribuntur.

Modum aũt solennitatis & canones in introitu balneorũ obseruandos, vt purgationes generales, & particulares digestiones, diuersiones, mittentium & recipientium membrorũ confortationes, F particulares materierum consumptiones, & reliqua particularia scribere nõ videtur fuisse cõdecens. illustriũ enim physicorũ suorum prouincia determinabit. Ego autẽ velut fidelis seruus calamũ erexi, quia celeberrime & generose tantorum dominorũ propagini me totũ votiuum reddo. & maxime propter votiuã affectionẽ, quã cõseruare me sentio reuerẽdissimo et humillimo in Christo patri & dño dño Pandolpho illustrissimi principis & dñi nostri nato, dño meo pręcipuo.

De regulis et modo obseruãdis à balneandis, & de modo succurrendi accidentibus eis euenientibus.

Tractatus secundus.

POst tractatum, quem alias cõpilaui de materia balneorum Paduæ, in quo descripsi septẽ esse balnea paduana: & nõ solum loco vel situ: sed etiã minera, & virtutibus,

virtutibus, differentia. Quorum primum & famosius apud veteres est balneum Apponense:nostris aũt temporibus de Abbano dictum:cuius in antiquis sapientum sermonibus adhuc memoria viget.iuxta illud Lucani dictum.Euganeo si vera fides memorantibus augur, Colle sedens aponus terris q̃ fumiger exit. Secundũ vero est balneũ sancti Petri nominatum. Tertium vero est balneum, nõ multum distans à nostra ętate, de nouo autẽ constructum. Quartum vero est balneum montis ægrotorum, quod ita cognominatum est fama & experientia iuuamenti eius ad ægritudines quàplures. Quintum est balneum à monte ortoni cognominatum. Sextum vero est balneũ in fine montis & extremitate conuallium situm. vbi iam nunc beati Bartholomæi templum ędificatum est:& ab eo denominationem capit. Vltimum vero est balneum à sancta Helena cognomen capiens, præter quæ septem balneorum diuersitates nullum aliud balneum exteriori fama vel scriptura sapientum aut iuuamento vel vtilitate cognitum est.

QVORVM quidem balneorum vtilitates & iuuamenta tum experimentali iudicio:tum vero ratione minerę, per quã transeunt, eorum etiam situm & aspectum ad plagas mũdi:& quæ eorum & quibus & q̃ diuersis cõfert ægritudinibus, iam præallegato tractatu satis diffuse auctoritate, rationibus, & experimento deduxi.cuius tractatus memoriam quia ad hunc locum coniungendam cupio, iam prædicta repetere non curaui. quare hoc tractatulo solum intẽdo scribere canones & modum, quem obseruare debent, vt nunc sequitur ordinate.

Primum itaq; præmitto hanc suppositionẽ, ꝗ necesse est intrãtes balnea prædicta prius esse vniuersalibus euacuationibus præparatos, si repleti fuerint, persuadetur facile:quia quęrentes balnea aut gratia curationis alicuius ægritudinis accidẽtis hoc faciunt.aut gratia lasciuiæ & delectationis. Si primo modo materię inclinabũtur ad loca ægra ægritudines magis augmentando, q̃ alleuiando.igitur procurari debent.consequentia patet:quia ex remotione causę nocumenti, remouetur nocumentũ.& antecedens arguitur quia balneũ sua caliditate actuali aut potẽtiali, aut vtraq; simul, colliquabit materias & in motu ponet.sed illę materiæ dissolutę pelluntur à membris fortioribus ad debiliã:vt prima primi.capitulo de mẽbris.in fine.igitur &c.

Si autem quærantur balnea gratia delectationis & lasciuiæ.tunc quia talia corpora plurimum sunt repleta.et reguntur in balneis effrenitanti re-

A gimine in cibis & potibus, plurimum incurrunt febres putridas, & alias dispositiones prauas.

Prima itaq; regula obseruanda est, ꝗ tempore calido balnea ingrediãtur homines in hora diei, qua remissa est caliditas, in mane vel in sero.persuadetur quia corpora in hora tali sunt minus parata resolui, & debilitari à caliditate balnei sola, q̃ à caliditate continentis & balneorum simul.

Secunda regula:ꝗ hęc hora debet esse ortus solis vel parum distans:& hora.xxi:vel prope illam. patet:quia talibus horis sol ab hemisperio nostro elongatus est.igitur &c.

Tertia regula: ꝗ ingredientes balneum prius expurgentur à fęcibus, vrina, sputo, & superfluitatibus communibus.patet:quia si applicaretur balneum cum retentione supradictarum superfluitatum periculum esset extraneationis earũ, & defluxus ad mẽbra debilia & oppilationum & apostematum ipsorum:quare ingrediẽtes balneum procurent semper educere fęces, vrinam, & alia. B

Quarta regula: ꝗ aqua quã ingrediuntur homines sit à cõtactu rerum inficientium emudata: ita vt sit aqua à suo fonte scaturiens in suum balneum bene mundificata, recepta, quã leprosi scabiosi epidemia infecti, menstruosæ mulieres, aut alio tali contactu ingressi nõ fuerint. patet hæc regula: quia quod tangitur à corrupto, corrumpitur, vel aptum est corrumpi.

Quinta regula:ꝗ ingredientes balneum, non perseuerent in eis vsq; ad euentum debilitatis exclusiue: patet quia balnea talia eleuata caliditate sua, multum sunt resoluentia, & humidi substantifici, & spirituum consumptiua.igitur &c.

Sexta regula:ꝗ balneantes tempore, quo sunt C infusi aqua, omnino euitent cibum & potum cõtra cõmunem modum lasciuiæ.persuadetur:quia cibi & potus aut sunt calidi actu & potentia.igitur augmentabunt caliditatem & à balnei calore disponentur ad corruptionem & putredinẽ. aut tales sunt frigidi actu & calidi potẽtia. & propter actualem frigiditatem prohibebitur dissolui id, quod à balneis dissolui debet.& iterum inuenientes vias apertas penetrant in angusta loca in quibus laboriosas oppilationes persæpe faciunt. aut vero cibi & potus sunt calidi actu et frigidi potentia & qualitercunq; contingat distrahunt innatam caliditatem ab actione resolutionis materierum quæ ad putredinem disponuntur.

Septima regula: ꝗ balneatus calidæ cõplexionis & raræ texturæ humorum subtilium & debilitatem habens à generatione vel à tempore euitet longam moram in balneis & fortem fricationem in eis.patet:quia talia consimilia ad suspectã

resolutionem

resolutionem perducere possent per debilitatē.

Octaua regula: ꝙ balneatus pannis diligenter cooperiatur dum exit balneū. patet, quia cum caliditas continentis temperata ad caliditatem balnei sit quasi frigiditas & corpus sit iam factū rarū priuatione humidi mēbralis et spirituū: periculū est ingressus aeris illius in profundū corporis.

Nona regula: ꝙ balneatus post exitum balnei, ingrediatur lectum, vbi pannis coopertus dormiat & sudet. Prima pars patet: quia per quietē & somnum cessat resolutio, & sequitur restauratio spirituum animaliū, & remotio lassitudinis. Secunda pars arguitur: quia cum à caliditate balnei plures subtiliatæ fuerint & ablatæ ad circunferentiam corporis per sudorem excluduntur, propter quod corpus alleuiatur.

Decima regula: ꝙ postq̄ balneatus quieuerit, priusq̄ comedat, motu progressiuo pluribus passibus exercitari debet: patet, quia p tale exercitiū, vapores, & ventositates plurimæ à calore balnei generatæ, insensibiliter expelluntur.

Vndecima regula: ꝙ si balneat' prædicto exercitio exercitari nō possit: vt quia arteticus, paralyticus, aut debilis fuerit eidem leues fricationes extremis partibus siccæ applicari debent. patet hic canon ex deductione præcedentis.

Duodecima regula: ꝙ si propter instātiam doloris aut vlcerum: aut alterius causę balneato nō possunt applicari fricationes, vtile est ante cibationem præmittere suppositionem de melle, radice blitis: radice ireos · aut de carne salita facta, vel aliter vt tibi placet. igitur &c.

Decimatertia regula: ꝙ istis peractis balneati recipiant cibum conuenientis quantitatis & potum: vt neq; augmento peccet: neq; diminutione. Prima pars patet: vt per cibū restauratio condecenter fiat. & etiā declaratur: quia si cibus quantitate sua mensuram conuenientē excedit, nō poterit conuenienter digeri; cum membrorum calor ab actione balnei debilitatus sit. Et secunda pars arguitur: quia si cibus erit à quantitate conuenienti diminutus, non conuenienter fiet ex eo, restauratio. & fortasse prius ad membra adducetur, q̄ bene digeratur.

Decimaquarta regula: ꝙ cibi cōueniens quantitas, est illa, quæ stomachi grauitatem nō efficit, neq; nauseat. Potus vero conueniens quantitas, est quæ stomacho nō natat & fluctuat. colligitur hæc regula tertia primi. de regimine cibi et potus & quarto Almans. quarto capitulo. & vigesimaprima continentis.

Decimaquinta regula: & qualitas ciborū conueniens balneatis limitatur penes multa. primo

D vt cibus sit facile digestibilis, quia calor stomachi aliqualiter debilis. secundo quia sit boni nutrimēti, & non superfluus. tertio quia sit facile penetratiuus. quarto non sit grossus, neq; oppilatiuus. & idem de potu omnino intelligendum est.

Sextadecima regula est: ꝙ panis recēs bene fermentatus & coctus, carnes pullorum, & auium nō degentium in aquis, carnes hędi, vituli & annualis agni, oua, pisces non viscosi, caseus recens, lac, coctum, colostra, & aliæ partes lactis conuenienter assumptæ conueniunt. Fructus vero & alij corruptibiles cibi, aromata, olera, valde calida & radices calidę, vt allium euitari debent. patet quia omnia talia aut sunt multum repletiua, & per balneum intēditur corporū exiccatio. quare cōtrariantur ei. Idem dico de potu: proprium etiam balneatorum vinum, non debet esse grossum, ponticum, stypticum, aut fumosum valde. E

Decimaseptima regula aquæ frigidę coctę vel crudę vsus omnino nō placet. patet: quia cum mēbra inanita sint, et calefacta, poterit facile aqua penetrare & attrahi ad remotas partes. quare nocebit membris debilibus, & neruosis. iuxta illud veteris. Frigidum inimicum &c. Et iuxta sermonē magnum eiusdem. Frigida velut nix & chrystallus &c. pectori inimica.

Decimaoctaua regula est. balneatus omnino euitare debet coitum, & si non propter aliud, saltem, ne lędat morales actus. amplius, à calore balnei resoluitur satis & exiccatur de humido membrali & substantifico & per coitum euacuatur superfluitas vltimi alimenti vtilis. vt vigesima tertij colligendum.

Decimanona regula. balneantes corpora sua, F bis in die, non ingrediantur balneum vice secunda: nisi distāter à præassumpto cibo per horas. vij. persuadetur: quia si balneantur corpora cibo adhuc in stomacho stāte, periculum est attractionis cibi crudi ad meseraicas, & hepar: quare instat periculū corruptionis ipsius & oppilationis in prædictis partibus.

Vigesima regula. accipiētes balneum propter duritiem, & contractionē neruorum, & gratia sedationis dolorum inter primā balneationem & secundā: membra languentia luto in minera balneorum inuēto, actualiter calido emplastrari debent. patet quia lutum illud omnino easdē habet virtutes & operatiōes, quas habet aqua. Amplius densitate substātię ipsius, & multitudine materię vehementius imprimit in membra q̄ faciat aqua. & cōseruatur eius impressio diutius, cum nō euaporet ita cito, sicut aqua. quare eius applicatio cōueniens est. & ꝓpter hoc et similia motiua, maius

iuuamentū

iuuamentum ex operatione eius inueni, q̃ ex applicatione aquæ.& proprie quando detinetur super membris quãdiu remanet caliditas eius actualis,notabiliter intensa,& non infrigidatur.

Vltima regula:accipientes balneum gratia velocis penetrationis caliditatis actualis, & virtutũ qualitatum naturalium balnei maius iuuamentũ acquirunt ex suffumigatione membrorum à vapore aquæ eleuatorum, q̃ ex applicatione aquæ. persuadetur: quia ex applicatione euaporationis prædictę, velocius fit impressio & suauius q̃ ex applicatione aquæ.quare &c.Et modus applicationis eius est talis,vt foramina fiant in riuis curriculorum, vnde effunditur aqua ad balneum & mẽbra superponantur illis foraminibus, per quæ vapor multus & bene vnitus exiens,notabilem impressionem in membris facit sedando dolores, leniendo durities & cõsumẽdo humores, sicut longa mihi experiẽtia inuentum & comprehensum est.Hæc quidem sunt quæ apud balneantes obseruari debent,per quę obseruata balnea notabiliter conferunt.& euacuationes vel operationes à suis qualitatibus prouenientes inducent conuenienter.aliter autem ne dum ꝙ conferant, immo vehementer nocebunt.

Contra accidentia à balneis inducta.

PRETER hæc autẽ intelligendum ꝙ balnea prędicta nonnulla accidentia producere solent, quæ si perseuerent,iuuamenta balneorũ impediunt. Quorum primũ est immoderata vigilia. Secundum est vehementia sitis. Tertium est dolor capitis. Quartum est constipatio ventris. Quintum est immoderatus sudor. Sextũ est punctio & ardor vrinę. Septimum defluxus rheumatis à capite stillãtis. Octauũ est prostratio appetitus. quibus omnibus subuenire consueui, secundum ꝙ nunc deinceps sequitur.

Contra vigiliam. Vigilia, quæ consequitur applicationẽ balnei, contingit aut propter consumptionẽ suorum vaporum,quę sunt materialis causa oppilationis cõtingẽtis in organo sensus cõmunis & cerebri.aut propter illorum vaporum caliditatem exauctam esse facta à virtuali caliditate balneorum. quæ materias caliditas inflãmatiuas & exiccatiuas faciũt.

Et modus facilis prouidendi vtriq; eorũ, est, vt in sero eunti dormitum detur hoc. Recipe aquæ sublimationis lactucæ vel portulacæ. vnc.iij.syrupi de papauere . vnc.j.detur hoc totum tepidũ in potu per duas horas post cœnam. Et fortius illo est hoc . Recipe syrupi de papauere. vnc.j.syrupi violati.vnc.ʒ.aquæ nenufaris.vnc.iij.detur vt supra. Aut dentur tres de istis pillulis.Recipe seminum lactucæ,violarum, florum nenufaris,seminum cõmunium frigidorum omnium an.drac.j. croci, seminis aneti añ.scru.j.seminis iusquiami albi.scru.ʒ.corticum mandragorę.drac.j.fiant pillulæ cum emulsione papaueris & dentur vt dictũ est.etiam portulaca & lactuca,folia violarum,flores nenufaris,et maluarum,et grana papaueris in cibis cocta:omnia talia somnum prouocant.

A

Cõtra sitim. Sitis vero vehemens eueniens ex consumptione humidi roridi quod humectare solet os stomachi, remouetur cũ istis. Recipe iulep.ros.vnc.j.ʒ. aquæ violarum, & boraginis: añ.vnc.ij.misce.& bibatur ex eo sępe. Item syrupus de ribes,de berberis,syrupus de fructibus, & consimiles infrigidatiui,& humectatiui,conferunt.

Descriptio bona ad illud. Recipe syrupi de pomis, syrupi de nenufare:añ.vnc.j.aquæ decoctionis se.lactucę.vnc.ij.ʒ.misce & bibantur frigidi. Semina etiã anguriæ sępe in ore retenta, & masticatio portulacæ vel acetosę conuenienter sitim sedant.Ego autẽ inuenio iuuamentum maximum in aqua lactis caprini.et proprie quando extracto caseo coquitur iterum lac & fit recocta.tũc enim remanet dicta aqua lactis:cuius.vnc.iiij.vel.v.datæ in potu vehemẽter sitim sedãt.& proprie cum talis aqua fuerit parum ad acetositatẽ inclinata.

B

Cõtra dolorẽ capitis. Dolor capitis,qui cõtingit ex balneis plurimũ & colligantia capitis ad inferiores partes,quę fundunt vapores ignitos facientes solutionẽ cõtinuitatis extẽsiuã in panniculis cerebri: aut malã complexionem calidã inducentes in eis:aut contingere potest propter applicationẽ aquæ balnei supra caput, Et primi quidẽ doloris canon curationis est,in potu accipere ea, quæ reprimunt vapores, & prohibeant ascensum eorum ad caput; & hoc cõtinere possunt omnia, quæ somnum inducere sunt scripta. Item diacydonium de zuccaro sine speciebus.etiã coriandrũ cõfectum,grana granatorũ & similia frigida & styptica,post cibaria comesta,cõferunt. Descriptio bona . Recipe oxyzaccarę.vnc.j.ʒ.aq̃ plantaginis, aquę cichorę vel acetosę.añ.vnc.j.ʒ.detur in potu eunti dormitũ. Item assumptio vnius pillulæ vel duarum post cænam,quę factę sunt ex aloe infuso in succo ros.eu diuię,vel acetosæ, materias & vapores reprimũt, & per inferiora deponunt. Linimentũ bonum ad illud. Recipe trocis.corũ memitæ.drac.ij.camphoræ . gra.iiij.amyli.drac.iij,croci.scrop.ʒ.aquæ violarum, aquæ ros.añ.vnc.ij.conquassentur omnia in mortario, & aspergantur vel liniãtur ex eo frons & tempora:aut imbibatur ex eo pannus lineus duplicatus, latitudinis quatuor digitorum & circundetur ex eo frons & tempora.

C

Cõtra stypticitatẽ ventris. Venter vero si fuerit stypticus, molliri debet

cum

cum ſyrupo de prunis, decoctione fructuum ſo-lutiua, ſyrupo violato, & ſimilibus frigidis & hu midis cum aquis proportionalibus. Itē cum aqua lactis pręparata. Item cum decoctione betarum violarum, maluarum, vel vtendo eis in cibis. Itē ex comestione, ſeminis ſiſami, vel caſſiæ fiſtulæ pinguis ante cibum. Itē. Recipe aloes hepatici, ſyrupi lupulorum, ſyrupi violarum.añ.vnc.ij.ma ſticis, croci.añ.gra.iiij.infundatur aloe in eis per diem & noctē vel per tres dies naturales: et fiāt ex eis pilulæ poſt exiccationē ſucci leui igne vel in ſole factā: ex quibus in ſero ante cęnam parum ac cipiantur.ij.vel.iij.& ſunt remediū bonū & vtile.

Cōtra ſudorem. Sudor omnino in balneis detineri nō debet, niſi quando effrenitauerit, cum per illum exiccentur ſuperfluitates, ſicut intenditur. Si autem inualeſceret adeo ſudor, vt per ipſum lapſum redderetur corpus in virtute motiua, & reſolutū, ſubſtantialiter alteretur regimen ex parte ciborum cum lacte, rebus acetoſis & acribus: vt gelatina, cōditis de vino granatorum, & cibis amygdalatis & humorum ingroſſatiuis, vt pedibus animalium, bene coctis, & aceto infuſis, & ſimilibus: & panico cum lacte cocto. Et nō dubito, vt expertus ſum, q iuſcula de milio facta cum lacte caprino, notabiliter ſudorē prohibent. Quieſcere autem à balneo & in vmbra morari, & corpus paulisper euētari, ſunt de intercipiētibus ſudorē conueniēter.

Frigida autē & ſtyptica & ſicca medicamina ſuperficiei corporis applicata, non placent mihi: ne oppilando vel conſtringendo anxietatis & anguſtiæ & aliorum prauorum accidentiū, ſint cauſæ.

Cōtra ardorē vrinæ. Ardor vel pūctio in membris vrinæ, & proprie in extremitate pudibundi, cōtingit balneatis, aut ex mala cōplexione calida hepati & renibus eueniente, propter caliditatē actualem, & vtplurimū potentialem balneatorum, à qua contingit vrina lem aquoſitatē & materias humorales inflāmari, quæ ſunt cauſa pūctionis prædictæ: aut etiā arenulę frequenter ex balneorum caliditate generātur aut genitæ exacuuntur et exaſperātur, & ſunt cauſa prædictæ punctionis: immo & quandoq; excoriationis in vijs vrinæ euenientis. Quorū omnium curatio eiſdē inſtrumētis facile perfici poſſunt. Eſt igitur remedium efficax ad hęc omnia huius trageę vſus ante cibū ſemper cochlear vnū accipiendo ex ea. Recipe quatuor ſeminum frigidorum cōmunium.añ.vnc.ſ.ſeminis papaueris albi.drac.iij.ſeminum endiuiæ, lactucæ, portulacæ & acetoſæ: añ.drac.j.florum nenufaris.drac.ſ.penidiarum.vnc.j.zucari albi.vnc.j.ſ.& fiat tragea &c. Conferunt etiā huic nocumēto pilulæ iſtę accipiendo ex eis ante cęnā et in aurora.iiij.vel.v.

D Recipe ſucci liquiritiæ.drac.iij.violarum drac.ij. ſeminis lactucæ.drac.vj.granorum papaueris albi.drac.j.ſ.croci.ſcrop.ſ. fiant pilulæ cum ſucco ſoliorum, violarum, & ſunt efficaces. Cōtingit etiam frequenter rheumatiſmus à capite propter colliquationē materierum à caliditate balnei factam aut nimia reſolutione, ex qua debilitatur digeſtiua cerebri. Et huic quidē prouideri poteſt ſuperaſpergēdo prorę capitis ex hoc puluere, quā do itur ad lectum. Recipe laudani, ſtoracis calamitę, roſ.ligni aloes: añ.drac.ſ.ſandaracæ.drac.vj. ſpodij.drac.v.macis.ſcrop.ſ.et fiat puluis ſubtilis. Contra rheumatiſmum.

Confert etiam ad illud odoramentum nigellæ torrefactæ & proprie ſi materia fuerit ſubtilis. Compoſitum bonū ad vtrāq; intentionē. Recipe ligni aloes. drac.j.ſtoracis calamitæ, laudani.añ. drac.ſ.coriandri pręparati.drac.iij.ſandalorum al E borum.drac.ij.acatię.drac.ſ.camphorę.grana.iij. fiat puluis ſubtilis & ligetur in ſyndone denſā & odoretur ſępe.

Contingit autem balneatis appetitus proſtratio ex laſſitudine oris ſtomachi proueniēte à nimia reſolutione ipſius, etiā ex defluxu materierum phlegmaticarū, quæ multiplicantur in ore ſtomachi per viā colliquationis & attractiōis ad ipſum. Cōtra proſtrationem appetitus.

Intentio itaq; eſt vigōrare os ſtomachi cū his, quę vniendo ipſum et abſtergēdo ab eo phlgmata, remouēt nocumēti cauſam: de quorū numero poteſt eſſe vſus diacydonij ſine ſpeciebus accepti poſt cibum vſq; ad.vnc.ij. Item comeſtio coriandri de propinquo cōfecti. De medicinis autem proprijs & expertis eſt, vt accipiatur miuæ cydoniorum zucarinæ.vnc.j.ſ. aquę decoctionis granorū maſticis aut ſublimatiōis mēthæ.vnc.ij. F detur hoc in potu in aurora, de quo etiā accipiat bis vel ter in die. Et confert etiam ad illud ſyrupus de mentha cum ſignis frigiditatis. & ſyrupus roſ.aut oxyzaccara, ſyrupus de ribes, & de berberis, cum ſignis caliditatis, & ſibi conſimiles qui accipi debent cum aquis ſupradictis & ſibi conſimilibus. Hæc ſunt, quæ mihi vtilia videntur, & congrua ad remouendum nocumenta prædicta balneatis ſuperuenientia.

De modo & regulis actualiter balneandi, & aliqualiter etiā aquam bibendi, in quibuſdā ægritudinibus particularibus.

Tractatus tertius.

Licet in alio tractatu modum balneandi corpora & regulas obſeruandas in balneando deſcripſerim exquiſite ſatis: quia tamen modus ille & canones poſiti, vidētur magis ſatisfacere peritis & in medicina

in medicina exercitatis. ideoq; modos & regulas obseruandas in balneando, quę poterunt esse cōmunia vnicuiq;, quanuis etiam facile intelligenti, iterum hoc opusculum describere exquisite curaui: pręmittendo primo regimen ex parte ciborum penes quātitatem & qualitatem eorum.

Quicunq; igitur balnea intrare desiderat, vtatur cibis leuis digestionis & penetrationis, boni nutrimenti, & nō valde frigidis neq; oppilatiuis, vel calidis. De numero igitur laudabilium sunt, sicut panis recens, & bene fermentatus, digestioni bn̄ paratus. Carnes pullorū iuuenū, vitulorū, hędi annualis, agni, & iuuenis castrati, & carnes anatulorum, perdicum, fasianorum, leporum, & similium suis temporibus. De ferculis vtatur bletis, spinachijs, borragie, fęniculo, petroselino, & similibus: & possunt vti brodio cicerū rubeorum, vel alborum, panico, ordeo, & iusculis ex (B) eis factis & similibus. Lactucę autem & reliqua olera, vel fructus frigidi ficci dimittantur, vt pira, castaneę, cydonia, & similia. Aceto vero aliquando vti poslunt nisi timendo ex eo nocumentum neruorum succo aranciorum & similibus incisiuis & aperitiuis nō cum multa stypticitate vti possunt, vt vino granatorum muzorum & similibus.

Vinum vero eorum ī potu sit album, subtile, aromaticum, mediocre, in potentia aut rubeum, vel ceresolum, parū aromaticum: & si timeatur nocumentum vini, propter ęgritudines neruorū vel iuncturarum, frangatur ipsum cum aqua simplici cocta, vel cum aqua recenti si fuerit laudabilis & bona. caueant tamē a potu omnes qui balneantur tempore quo sunt in balneo: aut post exitū ab eo saltem per horam cum dimidia. Si autem (C) propter immoderatam sitim tali tempore cogerētur bibere etiam inter cibum & cibum: melius est vt bibant aquam pręcoctam cū zuccari quantitate sufficienti, in qua ponatur quinta vel sexta pars vini granatorum muzorum vel acrium in hominibus calidioribus, & erit potus valde laudabilis eis. Neq; comedant aut bibāt aliud quàm prædictum est, nisi in die. & tūc cum comedunt non multum repleant se cibo vel potu. Intentio enim in balneis est euacuare & exiccare corpora. multus autem cibus & potus repleret, & alia quā plura nocumenta faceret.

Igitur balneator mane añ ortū solis surgat, & q̄busdā passib⁹ ambulādo ꝑcuret habere secū, & vrinæ expulsionē. & si debilis fuerit, aut dolore vel nocumētis iuncturarū læsus, vt ambulare nō possit, & vēter eius stypticus fuerit, supponat sibi suppositoriū ex melle & sale cōpositum: aut factū

A de radice bletę, freos, dauci, vel petroselini. quorum quodlibet intingatur melle & sale, cōquassatis ad inuicem, & vnum vel. ij. ex eis imponat vsquequo superfluitates depositę fuerint.

Secunda regula: q̄ pulsis iam superfluitatibus balneum ingrediatur in ortu solis, vbi corp⁹ stet infusum circa quartam vel tertiam partem horę: aut plus vel minus secundm possibilitatem tolerātiæ balneatoris. deinde siqua membra fuerint, quorum gratia balneū affectaret talia membra, aqua illa & cum fęce in fundo balnei communiter inuenta confricentur: & quotiens hoc faciat, totiens conueniēter & suauiter tolerare poterit, absq; nocumento resolutionis.

Tertia regula obseruanda est: q̄ balneatus, antequam aliquam incurrat debilitatem, balneum exire debet, & pannis conuenienter tectus, lectū B ingrediatur. vbi tantam moram faciat, quousque conuenienter sudet. demum iterum quiescat tanto tempore, vsquequo calor naturalis ad temperiem fuerit reductus.

Quarta regula: q̄ tunc accipiat cibum & potū suum, sicut superius limitatum est in quantitate & qualitate conuenientes. quare &c.

Quinta regula: q̄ accepto cibo tardet & per horam vnam aut vnam cum dimidia: & tūc dormire poterit per vnam horam: aut plus secūdum quòd quęritur maior restauratio virtutis animalis, & cibi digestio melior.

Sexta regula: quòd postquam dormierit conuenienter balneatur, si propter aliquod nocumētum, vt propter duritiem, dolorem, tumorem, mollitiem, vel contractionem membri alicuius balneum exquisiuerit: bonum est vt membra illa C liniantur, emplastrentur, & intingantur luto illo, quod inuenitur in loco, vbi defluit aqua, quæ continue distillat a balneo. & si contingeret lutum illud esse frigidum, aut remissi caloris, colligatur & infundatur in aquam virgineam aureo fonte primordiali scaturientem. & tūc ex eo emplastrentur membra vt dictum est.

Septima regula: q̄ si propter aliquam de causis prędictis in regula imediate præcedēti quęsitum fuerit balneum, laudo, vt balneantes exponant se aut membra languentia super foraminibus, vnde aqua decurrit ad balneum, ex quibus eleuatur fumus actuali & potentiali caliditate valde calidus, super quo fumo fomententur membra per vnam horam vel per duas: & deinde postea cum transierit horam aliquantæ quietis accidentium remoueatur a prædicto fumo & super lecto vel sedendo quiescat secundū conuenientiam eorū.

Octaua regula: q̄ iam trāsactis. vij. vel. viij. ho

 ris post

ris post balneationem de mane factam. secundo ingrediatur balneum, vt hora vigesima secunda, vel circa illam, in quo tamē a secunda vice vesperarum minorem cōtrahant moram, quàm in mane. Corpus enim nō patitur tātam resolutionem in sero, quātam in manę propter causas cognitas & in hac balneatione secunda obseruent de fricatione cum aqua & luto balnei, sicut dictum fuit supra in sexta regula.

Nona regula: quòd post balneum vespertinū, iterum ingrediantur lectum, & obseruent etiam omnia, vt in tertia regula dictum est. & iterum cibum & potum accipiant obseruando ea, quæ in quarta regula dicta sunt.

Decima regula est: quòd post cęnam balneati possunt parūper emplastrare membra prędicto luto, postea abluere, & desiccare ea, & inungere aliquo de vnguentis infrascriptis ad diuersas intentiones positis.

E

Vndecima regula. balneantes die secunda, sequenti iterum balneum ingrediantur hora in prima regula pręassignata & secūda: sit tamen balneum omni die a pręcedenti aqua euacuatum diligenter, ablutum, & mundificatum: in quod recipiatur aqua noua, nulla contagione balneantiū vitiata, sed sit pura & aurea radicali minera scaturiens & effusa.

In catarrho.

Duodecima regula: quicunque desiderat per balneū exiccationē humiditatū cerebri et cōsumptionē catarrhorū defluētium & materierū, q̄ imbibūtur in neruis & remolliūt eos, vt in mollificatis vel paralyticis fieri solet, teneāt istū modū. primo recipiāt virgineā aquā in magnū doliū, in cuius latere prope fundū perforato sit imposita cannula, qualis est illa, quā vinū hauritur a vase. tunc igitur balneator circūdet caput apud supercilia per incessum tēporum & auriū vsq; ad occiput cū pāno vel faciolo spherice retorto, cū quo caput ita coronauerit, super scāno sedēs, recipiat aquā a cānula distillantē. Primo super prora capitis in loco bregmatis propter catarrhos. & i loco occipitis propter mollitiē vel paralysim. aut in lateribus vt in monopagia & hemicranea, & similibus. & tāto tēpore aquę descēsum super caput accipiat, vsque quo sentiat caliditatē cōuenieter in profundas partes capitis penetrasse. Attende tamē, quod siquis propter mollitiem vel paralysim quęrit effusionem aquę super caput, non debet posteriorem partem capitis tegere pānis, sicut dictum est. sed liberam dimittat omnem partem occipitis, vt aqua, postea cadens per totum collum & spondyles defluat, & conuenienter in nucha & neruis faciat exiccationem. & laudo magis quòd talis aquę effusio

D

super caput fiat in die secunda vel tertia, cum iam corpus aliqualiter assuetum fuerit balneo, quàm in prima.

Decimatertia regula est: quòd taliter balneās caput & alij etiam hac secūda die cum balneum exeunt, bibant de aqua a minera fluente quantitatem cyathi medij pro prima vice aut vnc. iiij. deinde alijs vicibus parum aquę superaddendo procedant, vsquequo veniant ad mensuram cyathi vnius aut a. iiij. vnc. vsque ad. viij.

Decimaquarta regula: quòd taliter balneati qui desiderant accipere balneum super capite & nucha propter causas prędictas, in vesperis minorem moram faciant in prędictis, quàm in mane, propter causam notam & assignatam.

In hyposarca.

Decimaquinta, regula: quicunq; desiderant ingredi balneum propter hyposarcam idest hydropim carnosam, melius iuuamentum accipient a luto de quo emplastretur totum corpus: & stent tunc in stuffa balnei aquam non tangendo: nisi cum voluerint a loco illo secedere. tunc enim aqua veri fontis corpus est abluendum, & immediate corpus est exiccandum.

In tympanite.

Decimasexta regula: quod qui balneātur propter tympanitem maius iuuamentum acquirūt fomētādo corpora super vapore aquæ, vt dictum est supra in sexta regula. immo etiam maius iuuamentum acquirunt tales iacendo super saxa vel lateres ab aqua balnei calefactos: ab hoc enim vapore maximum vidi sequi iuuamentum, vt in prædictis, & etiam in duritiebus neruorum, & in sedādo dolores, & a materia frigida & a ventositate procedentes.

In ascite.

Decimaseptima regula est: quod ascitici qui quęrunt balneum, & proprie tales a causa frigida facti, maximum iuuamentum reperiunt ex potu aquę balnei secundum quātitatem limitatam in decimatertia regula, vt supra: quam inuenient ex aqua, fumo, vel luto balnei: licet vtcūq; conferat ad illud discrete approximatum.

F

In empyicis & asthmaticis.

Decimaoctaua regula. empyici & asthmatici absq; vlcere pulmonis laborantes, magnū iuuamentum accipiunt ex potu aquę balnei secundū quantitatem limitatam in regula tredecima.

In colicis & iliacis.

Decimanona regula: colicis & iliacis absq; lapide renum, maximum iuuamentum confere clystere factum ex aqua balnei cum quarta parte sui olei de cherua: & leuius illo est oleum de bacis lauri vel de rutha, sicut mihi manifestauit ratio & experiētia. & eius descriptio talis. recip. aquæ stillantis a prima minera libr. j. olei de lauro. vnc. iiij. misce. de oleo autem de cherua consueui accipere. vnc. iij. eo quòd potentius est.

Vigesima

Vigesima regula. laborantes hernia aquosa, ventosa, qualitercunq;, aut carnosa non cõfirmata, magnum iuuamentum accipiunt fomẽtando primo membra cum vapore: vt supra dictum est in sexta regula, & sedendo super lapides calefactos, vt dictum est, in decimasexta regula. & post emplastrando osseum & inguina ex luto balnei & proprie in quo commixta fuerit decima pars sulfuris viui pulverizati. multos enĩ vidi his ęgritudinibus laborantes sanari.

Quot autem & quę sint accidentia balneatis contingentia, & quis modus & intentio remouẽdi ea & quæ sint instrumenta vel medicamina, quæ abscindunt talia accidentia in alio tractatu legendo est. vide ibi. Descriptio quorũdam remediorum conferentium quibusdam accidentibus balneorum.

Defensiuũ cursũ materię ad mẽbra — Compositio defensiui boni, prohibentis cursum materierum ad omnia membra debilia, de quo circunferentialiter partes inungi deberent post exitum a balneo: & ligari cum panno conuenĩẽtis adhæsionis. recip. sandaracæ. drach. iij. amyli. vnc. j. spodij, acatię balaustiæ, ypoquistidos. añ. drach. ij. sief memitæ. drach. iiij. farinæ volatilis molendini. vnc. ij. ß. succi plantaginis. vnc. iiij. aut loco eius accipiatur aqua sublimationis eius. deinde vitellos oui numero. ij. terantur omnia diu in mortario plumbeo cum suo pistello & fiat ex eo vt dictum est. **B**

Linimẽ. ad duri. es & cõ. actiões mẽbroꝝ — Linimentum bonum ad remolliendum durities & contractiones, quæ in membris inueniuntur, quod applicari debet per vnam horam post exitum a balneo super particulis patiẽtibus & circunferẽtialibus etiam. recip. olei de sisamo, olei amigdalarum dulcium, & sit vtrunq; recens non rancidum. ana. vnc. j. ß. vitellos oui numero. ij. medullæ crurium bouis. sæpi castratini, pinguedinis anatis, & gallinę. añ. vnc. j. croci. drach. j. dissoluantur pinguedines & colentur: deinde eff[u]ndantur in mortarium: & omnia alia suprascripta secum incorporentur diligenter conterendo: & in fine addantur armoniaci dissoluti cum aceto. drach. x. & diligenter incorporẽtur ad inuicem. & est medicamen nobilis iuuamenti. & si velis etiam locis dolentibus applicare ipsum, potenter sedat dolores. si aũt velis ipsum magis facere anodynum, adde descriptioni. vnc. iiij. de oleo de chamomilla. & si velis ipsum aliqualiter stupefactiuum, adde complete descriptioni. drach. j. opij, & erit magni & nobilis iuuamenti ad prædicta: nec opium poterit stupefaciendo nocere, vt patet intelligenti. Amen.

FINIS.

A *De modo vniuersaliter intrandi balnea & de obseruandis. Cons. CCCIII.*

Qui diligunt intrare balnea, istum modum obseruare debent.

Primo surgat ante ortum solis, per mediam horam passim ambulando, vsquequo emittantur superfluitates vrinales & fœcales.

Secundo ingrediatur balneum: & stet ibi tãto tempore, vt non incurrant debilitatem virtutis.

Tertio si habuerint dolores ancharũ vel aliorum membrorum prçter caput, fricent membra dolentia in luto balnei bene calido.

Quarto facta fricatione & ablutiõe membrorum, exeant balneum & intrent lectum bene cooperti & ibi stent vsquequo bene sudabũt, a quo sudore diligenter exiccentur, & adhuc in lecto quiescant ad minus per quartam partem horæ.

Quinto exeant balneum, pannis bene cooperti, euitantes ventum & aerem frigidum. & caueant accipere cibum cum sunt adhuc calidi, immo nunquam cibentur, nisi cum perceperint eorum caliditatem esse reductam ad temperiem naturalem: & tunc comedant.

Sexto nõ comedãt vsq; ad cõpletam saturitatẽ ita vt multũ se repleant. imo surgãt a cibo, adhuc saluato aliqualiter appetitu magis quam ablato.

Septimo caueãt a cibarijs valde frigidis, similiter viscosis, vt a piscibus, caseo, & pastilib'. & a cibis facile corruptibilibus, vt lacte, cerasis, & alijs fructibus multũ humidis & etiã a cibis valde calidis, & acutis: vt salsis, aromatib', allio, cæpę & similibus. Et prçter ista cibaria comedant alia, vt placet eis.

C Octauo bibãt vinũ al. vel cereſolũ, clarũ, aromaticũ, nõ valde põticũ: sed mediocre inter ipsum & dulce ipsum solum tẽpore cibationis purũ, nisi fuerit valde potẽs. tunc enim permisceant ipsum cũ tertia vel quarta pte aquę secũdũ discretionẽ. Et caueãt ab aqua frigida oĩno & a bibẽdo dũ sũt in balneo: qm̃ est valde nociuũ. Si autẽ inter prãdiũ & cœnã notabiliter sitirent, bibãt aquã coctã cum notabili quantitate zuccari al. & si adhuc sitis esset vehementior, tunc bibant prędictam aquam coctam cum quarta parte iulep rosati aut violati, si venter esset stipticus.

Nono si incurrãt virtutis debilitatẽ possunt ĩter prãdiũ & cœnã dormire saltẽ per vnã horã. Et intẽdatur restaurationi virtutis cũ cibarijs laudabilibus, vt carnibus bonorum pullorum, hedinis, & vitellinis, & boni agni, & castrati.

Et hunc ordinem obseruent intrantes balneũ in mane hora prædicta & in vesperis per septem

horas post prandium. & cum ingrediuntur balneum in sero, tunc non tantum permaneant ibi, sicut in mane. immo saltem per tertiam partem minus. & hunc ordinem, vt supra, obseruent in reliquis.

Decimo si aliquis desideraret accipere balneũ propter catharros. tũc post duos dies, cũ corpus iam fuerit balneo assuefactum, faciat aquam cadere ab alto per cannulam in mastello, lateraliter posito, qui sit plenus aqua purissima, quæ venit a fonte, & distet vas a capite saltem per tres pedes. Et cum accipit aquam illam, tũc faciat cadere ipsam prius super anteriori parte. secũdo super sinistra. tertio super dextra. quarto super posteriori. & caput eius coronetur faciolo grosso circũdãte caput a supercilijs vsq; ad posteriora. Et ita quicũque desiderat balneum propter dolorem alterius partis, faciat super dolente membro cadere aquã, vt de capite dictum est. Deinde cum exeunt balneo & fuerint ingressi lectum, vbi sudauerit, si post exiccationem sudoris dolẽtia membra aut paralytica vngerentur aliquo oleo appropriato, sicut cum oleo de costo, de croco, de piperibus, aut liliorum alborum, aut ireos, valde bonum esset: dummodo olea illa sint calida.

Vndecimo si quis propter cõtractionẽ vel mẽbrorũ duritiem, quærit balnea, optimũ esset ei vt suffumigarẽtur mẽbra illa fumo exeũte a cunicu lis per quos aqua illa non debet esse vitiata a vero suo fonte scaturiẽs in balneũ. Saturatus in balneũ non intret, nisi post septem horas vt supra.

Duodecimo si balneantes incurrerẽt stypticitatem vẽtris, possunt omni sero comedere semissem vnum de cassia, lambendo, accepta a sua canna. Aut accipere possunt ante cœnam parum, pilulam vnam factam ex aloe infuso in succo endiuię secũdum doctrinam auctorum, aut tertio accipere possunt. scrup.j. huius pulueris. recip. epithimi., polypodij. añ. drach.j.ʒ. foliculorũ senę. drach.ij. ʒ. salis indi. drach.ʒ. liquiritiæ, cinamomi, zingiberis. ana. scrup.ʒ. anisi. scrup.j. fiat puluis subtilis.

De modo intrandi balnea pro inflatione cruris & debilitate. Consil. CCCIIII.

Spectabilis vir dominus Rambaldus comes de colle alto pro vtilitate balneorum ad dispositionẽ sui cruris, talem ordinem obseruare debet.

Primo in ortu solis vel parum post ingredi debet balneum cum toto corpore: & ibi stet per moram horæ mediæ: deinde exeat balneum & ponat se ad lectum, & ibi dormiat vel quiescat vsq; ad horas duas. postea habeat mastellum longum

E plenum aqua & luto balnei simul, ita quòd aqua balnei sit tertia pars. & infundat crus vsque ad medium coxę, & teneat ibidem per horam. deinde lauet ipsum cum mundissima aqua balnei bene calida, postea siccet ipsum cum pannis calidis diligenter.

Secunda die ingrediatur balneum hora prædicta, & faciat omnia quæ dicta sunt, nisi quòd ad lutum in quod ponet crus, super adiungat pulueris infrascripti octauam partem. & diligenter misceat puluerem cum luto.

Tertia vero die ingrediatur balneum, & faciat omnia quæ dicta sunt in secunda die. sed predicto luto vbi iam fuit superadiunctus puluis, super addatur septima pars olei infrascripti diligenter cum luto & aqua commixti.

F Quarta vero die non ingrediatur balneum cũ toto corpore. nõ enim curo quòd balneet totum corpus, deinceps gratia iuuamenti cruris sui, nisi faceret illud propter aliam causam. sed hac quarta die debet se exponere super vno foraminum, vnde effumet aqua maculata a suo fonte scaturiens: & super illo fumo totam tibiam suffumiget a genu vsq; ad pedem totũ. deinde exiccet se cum pãnis & cum vadit ad lectum vngat se a genu vsque ad pedem cum oleo infrascripto bene calido & circunuoluat membrum pannis calidis: & bene liget ipsum. & teneat modum talem vt omni die prandere possit hora decimaquarta: & intret locum suffumigij vicesimaprima hora. & accipiat cœnã post vigesimã tertiam horam.

Quinta vero die vsq; ad octauam semper bis suffumigetur in die vt dictum est. deinde inun-
G gat membrum cum prędicto oleo. & bene liget ipsum vt prædictum est.

A quarta vero die inclusiue vsq; ad octauam ab hora decimanona vsq; ad vicesimam imponat membrum in lutum, & aquam cum puluere & oleo suprascriptis bene commixtis. & ita omni die faciat semper membrum vngendo, & benę ligando, vt prædictum est.

Puluis qui poni debet in lutum balnei est iste. recip. pulueris granorũ sisami, fęnugreci, & orobi. ana. vnc. v. pulueris assari, iuæ, & origani. añ. vnc.j. misce & bene incorporentur.

Oleum quod poni debet in lutum est hoc, recip. olei de sisamo lib.j. olei de costo olei de pulegio. ana. lib.ʒ. misce.

Oleum cum quo debet inungere membrum post suffumigationem & post lutum, est hoc, recip. olei nardini. vnc.iiij. fæcis olei de ireos, fæcis olei de croco, & fæcis olei liliorum alborum ana. vnc.j.ʒ. misce.

Si venter

Si vēter eius propter balneum fieret valde styp ticus, omni die ante cœnam accipiat vnam de istis pilulis. recip. aloes abluti. vnc.j. fiant pilulę septem cum electuario de psilio.

Si propter balneum debilitaretur multum, accipiat frequenter de ista confectione. recip. confectionis de fisticis factæ cum zuccaro al.lib.j.pul ueris margaritarum. vnc.j.ʒ. incorporētur simul cum aqua rosata.

De modo intrandi balnea pro artetica, siue paralysi. Consilium. CCCV.

Xor honorandi viri ser Francisci brachæ teneat hunc modum in balneando se: q; per duos dies successiuos ingrediatur balneum mane circa horā nonam:& in vesperis circa vicesimamprimā horam:& stet infusa in balneum vsq; ad gulam. deinde cum exit à balneo īgrediatur lectum. & ibidem permaneat vsq; quo diligēter sudet. cumq; a lecto surgit, inungat sibi spondyles, incipiendo a medietate colli vsque ad cingulum. B

Tertia vero sequenti die nō curet accipere balneum toti corpori.sed accipiat aquam, quæ ab alto distillet sup syncipite eius super scamno sedentis,& descendat aqua per totam spinam per cannulam in latere mastelli positam, qui eleuatus sit a corpore eius saltem per quatuor pedes. & aqua illa cadens recipiatur aliquando super spatulas, super humero,& super toto latere sinistro.& istum quidem distillationis modum obseruet per spatium duarum horarum aut saltem vnius. Cum ergo fecerit hoc, tunc ingrediatur lectum. Deinde postea inungat se, vt dictum est.

In hora vero vesperarum huius diei tertię ingrediatur stuffam balnei.& si nō esset ibi præsens, tunc exponat se ad foramina mōtis vel cuniculorum, vnde aqua scaturiens emittit fumos multū calidos, super quibus exponat totum latus sinistrum,& diligenter suffumiget ipsum per spatiū vnius horę. deinde ingrediatur lectum: & inungat se vt dictum est: & ita deinceps qualibet die sollicitet super se aquam distillari in mane, vt prędictum est. In sero vero attendat stuffæ suffumigationi,& inunctioni, vt dictum est. C

Caueat etiam sibi omnino a stypticitate ventris. Et si incurreret ipsam, procuret sibi accipiendo vnam de suis pilulis ante cœnā aut saltem accipiendo. scrup.ij. huius pulueris. recip. hermodactilorum, foliculorū senę.aā.vnc.ij. tartari. vnc. j. salis indi. vnc.j. violarum. scrup.ij. Descriptio inunctionis. recip. olei de costo, olei de euforbio. aā. partes ęquales.

FINIS.

ANTONII GVAINERII De balneis Aquæ ciuitatis antiquissimę Commentariolus, quinq; continens capitula.

Capitulum primum. De notificatiōe balneorum & eorum munere.

Capitulum secundum. De balneorum extrinsecorum notificatione, atq; qualis sit tam extrinsecorum quàm intrinsecorū minera: quibus quoque in generali ægritudinibus conueniant.

Capitulum tertium. Quę sunt balneorum prę scriptorum proprietates: ac quibus particularibus ægritudinibus conueniant.

Capitulum quartum. Qualiter tam balneis, quàm cœno, quàm stuffa vti debeamus:& de modo fontis aquam bibendi.

Capitulum quintum. De modo succurrendi accidētibus q̄ ex his balneis accident, q̄n pfectiora sunt:& quantum sit ibi tempus immorādum.

De notificatione balneorum & eorum munere. Cap .1.

Via nōnulli Viri doctissimi balneorum quorundā in Italia existentium virtutes descripserunt propter mirabiles ipsorum effectus, adeo famosa habita sunt: vt a remotissimis etiā partibus ad ea, caterua languentium confluat. Sunt item alia de quibus tum propter guerras, tum propter euenientes tam frequenter pestes, apud modernos nulla scriptura reperitur. Et nisi superexcellentis virtutis essent, de eis amplius nulla mentio fieret. Hæc quæ dixi virtuosa balnea in marchionatu Montisferrati in nobilissimo olim aquęsanę comitatu insimulatio vnius ciuitatis, quæ ab ipsis aquis calidis nomen retinuit, sita sunt. Ea enim Aquis ciuitas illius antiquissimi comitatus caput est:& quia aquę illæ calidę innumerabilibus ęgritudinibus subueniebant, Aquæ sanæ antiquitus nominabātur. Et iterum aquæ sane comitatus dictus est. Fuit hęc quę dixi tam antiqua ciuitas a Syluio primo latinorū Rege cōdita: vt eius in annalib⁹ legi Aquæ.& tūc syluia dicta est. Post aduētū vero Christi, hi semp fidelissimi fuere christiani: sic vt hęresis in eis nūquàm reperta sit. Cuius causa beatus Syluester papa episcopalem sedem sibi cōdonauita quo deinceps syluestris dicta est. Verum totiēs hæc misella ciuitas euersa est: vt tam syluię quàm syluestrię nominibus abolitis antiquum solū Aquis nomē retinuit, quę octingētos iā ānos sub ditione supil-

 lustris

luſtris Alarami familię Marchionum fuit: inter-
polate tamen:vt in ipſorum Marchionum chro-
nicis ſępe legi:ſed eius vltima deſtructio Roberti
Regis tempore fuit. Tunc.n.propter partialitates
depopulata remãſit: & quę ibidem pulcherrima
palatia fuerãt,funditus euerſa:ſolum templorum
vęſtigijs derelictis:quę verę fabricę & ingentis a-
deo erant pulchritudinis: vt ciuitatem illam ma-
gnificam fuiſſe facile iudicares.attamen vim tan-
tam ſubuerſio illa habere non potuit: peſtes item
nec guerrę:quin ad ea balnea anno ſingulo ob ad
mirabiles ipſorũ virtutes, plurimi languẽtes con
uenirẽt:propter quod tuguria aliqua:tũc circun-
ędificata ſunt:& eius cauſa ciuitatis illius nomen
extingui non potuit. Tandem gentibus pręfati
Roberti Regis cum gentibus cuiuſdam Ioannis
montisferrati Marchionis viri in armis victorio-
ſiſsimi ſuper Keriẽſi territorio in gamenarię cam
po in bello conuenientibus,fuit Marchio ipſe vi-
ctor. vnde Roberto Rege tam a Ianua quàm alijs
ab oris Italię pulſo, antiquum Marchionale do-
miniũ hęc noſtra Aquis ciuitas reſumpſit: & ad-
habitandum illuc iuerunt plurimi, ita vt adolere
inceperit:& deo laudes in diem creſcunt: ac citra
annos quatuor tantum vbique balneorum illo-
rum fama excreuit:quę tot annis propter aſsigna
tas cauſas ſuffocata remanſerat: ꝗ aliqui illuſtres
viri magnifici quoq; nonnulli varijs oppreſsi lan
guoribus veniunt. Inter quos fuit Eſtenſis, Mar-
chio quoq; Mãtuę:quorum gratia cum meo illu-
ſtriſsimo domino domino Montisferrati Mar-
chione pręfatę ciuitatis dño naturali illuc acceſsi.
tũc .n. pluries diuerſis ægritudinibus infecti illic
aderant: dequorum conualeſcentia admiraban-
tur omnes: ſic vt effectus illos diuinitus potius
prouenire quàm naturaliter arbitrarentur. Quã
ob cauſam vt virtutes eorũ potius inueſtigarem
pluries ex aqua fontium balneorum ſublimatio-
ne facta fęces conſpexi: quarum vt quantitatis cõ
parationem faciam:tres partes ſalis continent. ni
tri vnam:aluminis parum:ſulfuris vero quo ad ap
parentiam: ipſum enim cum ſale an nitro cum
quo ſymboleitatem maiorem habet eſt commix
tum. Et licet apparenter de eo nihil ſit,tantus eſt
eius odor vt ſubiectum mineram illam ſulfure-
am totam iudicares, Vnde eius pauca quantitas
aliorum multam quantitatem vinceret in odo-
re. Ciues autem illi loquentes ſenſualiter nitro-
ſam mineram iſtam a prędominio eſſe aiunt: &
hoc ex nitro eſſe arguunt, quod in fontis balnei
parietibꝰ adhęret. Sed materiã illã cõſpexi in qua
ſalis portio notabilis erat plus tñ nitri eſt.quia vbi
cætera ſint paria quàm ſal nitrũ facilius ſublima-

D tur. Cum ergo fõs ille circum lapidibus inuolua-
tur, vapores ab aquis illis eleuati qui parietibus
adhęrẽt,pro maiori parte a nitro quàm a ſale reſo
luuntur. Nil itaq; mirum ſi nitri,quam ſalis quan
titas ſit maior: ſed in fecibus per ſublimationem
derelictis maior ſalis erat quantitas. At quantum
ad virtutes parum dę hac diuerſitate curarem,cũ
omnes nitri ſpecies conuerſi ſecundum magis &
minus,in virtute tamen ſalis ſatis propinquat: vt
philoſophi de virtutibus nitri tractantes inquiũt.
Sed his balneis non aliter quàm theriacæ magnæ
accidit:in qua corruptis componẽtium formis in
ea reſultat complexio quędã, per quam venenũ
omne necat. quod tamen ſimplex nullum per ſe
faceret. Sic ex ſale,nitro,alumine, & quę in aquis
iſtis reperiuntur:quędam fit cõmixtio,per quam
complexio vna reſultat: virtute cuius balnea illa
E ſic virtuoſa fiunt. Ad quod ſupercęleſtis etiam in
fluxus adiuuat:quo mediante ex virtute miſcibili
um in aquis, illic virtus ſic precioſa manet: quia
quantũcũq; ſalis nitri,aluminis, ac ſulfuris quoq;
minerę:quę in his balneis reperitur: põdus ſcires:
& cum quibus vis aquis ea commiſceres:in his ta
mẽ virtutem talem qualis ea eſt quę dictis in bal-
neis virtute ſupercęleſtium principaliter refluen
te reperitur:tribuere poſſes. Nũquàm fons adeo
intenſę eſt caliditatis, vt impoſita depilanda gal-
lina veluti ſunt pulli:ſues:& talia ſtatim depilanẽ:
nec quis ſine nocumento caliditatem illam pati
poſſet. Balnea vero polita ſatis:& ſub diuo poſita
ibi prope fontem ſituata ſunt: quibus per canale
quoddam fontis aqua cum libet defluit:& talem
in eis temperiem recipit:vt quis in ea trahere mo
ram deinceps ſine lęſione poſsit: ſunt & ibi pro-
F pe alia cooperta balnea, quę ab eodẽ fonte aquã
recipiunt polita valde: in quibus honeſte magis
tam viri quàm mulieres ſe balneant: iuxta quę ſu
datoria ſeu ſtuffa eſt perpolita ſatis:& ad hanc nõ
eſt vulgarium liber aditus. Clara eſt balneorum
aqua:& adeo peruia, vt denarius in fundo proie-
ctus,videri queat. Sed de mẽſe Maij eius color ad
aliqualẽ viriditatem mutatur:quod eſt quia tunc
de minera plus cũ aquis illis cõmiſcetur: propter
quod groſsioris ac maioris fiunt ponderis. Nam
quęlibet mineralis virtus a ſole ab alijſque ſtellis
virtutẽ recipit:quę illo mẽſe quã alijs in noſtrorũ
balneorũ minera multo fortior reperitur:nec eſt
de hoc mirandum. Nam vt inquit Ianuenſ. Simõ
auctoritate Plinij:in Macedonia eſt lacꝰ quidã in
quo circa canis ortũ nouẽnis diebus fit nitrũ:toti
demq; ceſſat ac rurſus innatat:& deinde ceſſat.
Et hęc eſt natura ſolis,quę tũc nitrũ gignit: vt in
quit. talis ergo virtꝰ vt experiẽtia docet in balneis
noſtris

A nostris de mense Maij quàm alijs in mensibus est fortior. Nimirum ergo si eo tépore prędicta balnea in colorem viridem cōmutantur: quia tūc in fluxum talem recipiunt:vt plus de minera quàm alijs in mensibus cū aqua misceatur:quia potētio ra tunc fiunt:vt ciues inquiūt: aqua illa gustui est grata satis:de qua ciues illi fercula multa cōficiūt: panem quoq;,& plurimi languentes ex ea bibūt: quia sitim extinguit & vētrem laxat:vt ex eis mihi quidam retulerunt. Et in hoc balneorum nostrorum,quę intra ciuitatem sita sunt notificatio finem recipit.

De balneorum extrinsecorum notificatione, atque qualis sit tam extrinsecorum quàm intrinsecorum minera:quibus quoque in generali ęgritudinibus conueniant. Cap. II.

FLuuius quidā Burinda nomine ab Aquis ciuitate,per passus fere quingētos in pręsen- B ti distat:super cuius vlteriori ripa est pratū quoddam, quod olim, vt antiqui quidam referunt, ad intra mœnia ciuitatis fuerat: & tantę tūc erat amplitudinis. Illa mirę pulchritudinis erāt balnea:& de prāti quoq; sunt: & propter inhabitationē,super ea tātum terra creuit:vt de eis vestigium nullum appareat: ibi sunt fontes aliquot calidissimi non artificio,sed sua spōte facti: quorum minera (vt diligenter examinaui) a balneis ciuitatis parū differt:plus tamen aluminis tenēt:in quorum cęno sal & alumen visibiliter apparet. de quibus ipse collegi:gustaui quoq;: id autem cœnum tactui est adeo suaue vt setam tangere iudicares: in quo virtus aquarum fontium viget aut multum. ex aquis autem illis nō minus quàm ex illis quę in ciuitate scaturiunt,posset panis confici:& alia item fercula. Est enim clara,limpida valde quę vt bal- C neantium experientia docet eiusdem est fere virtutis cum ea.ratione tamen aluminis plus stypticat. Ac ex omnibus his tam horum fontium, quā balneorum ciuitatis facile est proprietates inuestigare.nam tam ratiōe salis,quàm nitri, quàm aluminis calefaciunt & exiccant: & eorum stypticitate,plurimum membra confortant. Patet itaq; q in ęgritudinibus,in quib⁹ calefactio,exiccatio, & stypticatio fuerint necessaria,plurimum valēt.

Sed philosophātium pace de his balneis miraculum quoddam mihi a fidedignis enarratū describam: nec ea quę vltra burinda sunt perpolita plurimum erant & languentibus commoda: ad quę liber erat aditus nemini, quacunq; esset infectus ęgritudine prohibitus. Ciues autem ne leprosi,& similibus polluti maculis, sua intrarent balnea,phibebant. Quod Iesus crucifixus pati nō volens, quam tunc habebant virtutem, omnem subtraxit,caliditatē ibi solam derelinquens:& ex trinsecorū virtus adaucta est. vnde qui se in ciuitate balneabant nocumētum potius quàm iuuamentum facientes,querebantur. Sūt ciues,rei huius causam ignorantes,grandi admiratione commoti. Tandem quem tunc amicum dei habebāt episcopum consuluerunt. Is vt glorioso Iesu placuit,prohibitionem ingressus leprosorum ad balnea deperditionis tam mirificę virtutis fuisse causam arbitratus,totum populum secum in processione perduxit:dehinc vero deum deuote deprecatus est,vt eorum balneis restituere pristinā virtutem dignaretur:promittens eorum ingressum deinceps vetitum nemini. Fuit eius oratio exaudita: & quam habebant virtutem in hodiernum vsq; diē tenent. hoc enim ciuitati diuinitus concessum est.ne.s. nomen eius extingueretur: nisi.n.balnea ista tam virtuosa forēt, abolita iā essent: nec in ea amplius:vt vulgariū verbo vtar: gallus vel gallina cātaret. Non ergo ab re princeps philosophorū Arist. balnea naturalia sacerrima nominauit.propter enim mirabiles talium virtutes esse videntur sacra. Nec mirum si his in nostris balneis miraculum istud apparuit. nā in balneis Apponi in territorio Paduano vt inquit Cassiodorus vir nominatissimus: duo erant balnea pro viris vnum.aliud pro mulieribus deputatum. Et si mulier aliqua in balneum virorū intrasset,sufferre ea haud quaquā poterat: immo velut a bulliente oleo cōburebatur. hoc enim fecit deus gloriosus,vt vellet nos scire indignum esse, mulierē cum viro simul eodem balneo balneari. Narrat item q si raptum furto animal ibi, vt fit,depilandum portaretur, potius caro fuisset ab ossibus separata,quàm pilus minimus euelli potuisset. Patet igitur qualiter in quibusdam alijs balneis naturalibus miracula nō minus,quàm in nostris apparuerint.habetis itaq; quę & qualis sit balneorū nostrorum minera:quibus quoq; in generali ęgritudinibus conueniunt.

Quę sunt balneorum prędictorum proprietates,ac quibus particularibus ęgritudinibus conueniant. Cap. III.

VT balneorum istorum proprietates vobis facilius notę fiāt: quibusq; particularibus ęgritudinibus conueniant:quos vidi effectus referam. Illustrem Mantuanum Marchionem mensés. vij. podagricus dolor sine interpolatione molestauerat:& adeo crudeliter, vt coacti me dici,non solum domesticis stupefactiuis vsi sunt: sed interdum opij. drac.ij.cū camomellino oleo concutientes,pedem nō solum semel:sed pluries embrochauerunt.remittebatur dolor:sed in totū Nota.

potuit amoueri nunquàm. Miror cur ex embrochatione illa tam cõtinua pes vitam non perdiderit. Pręfatus dominus terna vice balneatus dolorem ex toto perdidit: vt tamẽ membrum vlterius confortaret: & omnem malam qualitatem si qua derelicta fuisset, amoueret, pluribus se item vicibus infrascriptum obseruans ordinem balneauit. nã sero tibias in cęno extrinseci balnei per medi am amplius horę partem, ad genu vsq; tenebat. Mane vero balnea ciuitatis intrabat. Isto itaq; obseruato regimine, infra dies. xx. dolor eum ex toto dereliquit: & isto tempore fuit vltra solitũ impinguatus. Estensis Marchio podagrico dolore sæpe detentus ex balneis ipsis proficuum grande suscepit. Quidam Casalensis ex dolore genu iã annis aliquot trãsactis, sine baculo ire haud

Nota. quaquàm poterat: magna item cum pœna: qui in ciuitatis balneo, mane intrans cum sero tibias in extrinseco cęno tenens, in die decima baculum deseruit: & dehinc sine pœna, quo voluit prolibito iuit. Parmensis quidam, propter casum equi super pedem, iam elapso vno anno claudicabat, pedem illum indignatum habebat: nec magno sine dolore incedere poterat. Et tam in cœno q̃ balneo pluries intrans, fuit sanitati restitutus &c.

Ibi quoq; quidã conciuis meus aderat qui propter quãdã chronicã ęgritudinem iam decem annis tibiarum dolore poterat perire: quę per sæpe etiam tumescebant. cum tam in cœno quàm balneo, inscriptum ordinem per. xij. solum dies obseruans, Papiam liber accessit. Armigerum itẽ, qui propter varias percusiões manus flectere nequibat post tertiam balneationẽ, liberũ motum manibus pro libito dabat. Erat & alius qui sub castro quodam, velut Stephanus lapidatus tam brachium, quàm manum paralyticum habebat, his consilio meo vsus, nucham embrochauit: & in octo diebus liber factus est. Est enim in vno balneorũ angulo in suprascriptum lapideũ quod dã, q̃ vbi embrochari opus est aqua fontis impellitur: q̃ postea ab eo guttatĩ descendit: & sic quod libet membrum facile embrochari potest. Alter antiquum tinnitum aurium patiẽs, super caput embrocham recepit. in totũ ille tinitus recessit.

Erat alter propter antiquũ catarrhi descẽsum, asthmaticus: & adeo ĩ anhelitu difficultat⁹, vt vix ire posset: is interdum balneũ ingressus est: & aliquando ceruicẽ embrochauit: quã doq; vero summo mane aquę fontis pintam vnã: & vltra bibebat: sed mane illo balneum nõ intrabat: qui in. xv. dierum spatio anhelium cum dei auxilio recuperauit: & curatus est. Calculosus alter de aqua illa copiose bibens, arenularum copiam ad extra

D mandauit. Quidam colicus ex aqua fontis clysteria cum oleo & benedicta aliquot vicibus recepit: quę muccosę materiæ quantitatem magnam eduxerũt: & statim bonus colicus liberatus est.

Alius defectu lapidis mingere non valens ad tertium vsque cœlum lamentabiles voces mittebat, qui de aqua illa copiose bibens die eadem lapidem ad extra per frusta mandauit. Alius a vulgaribus leprosus reputatus, per dies. xx. se quaq; die balneauit & mundus factus est. Quidam dominus Iaco. de insula Vir borianæ cardinalis &c. fere omnibus in membris ab artetico tenebatur: cuius causa suæ personæ impotens nec equitare, nec suis pedibus ambulare poterat: qui de nostrorum balneorum virtutibus audiens: illuc super lectica deportari se fecit: & ordinate se balneãs paucos infra dies sanitati restitutus Ianuam galiarditer accessit. Ego autem dum in Heriensi stu-

E dio legerem ad hec balnea nobilem quãdam mulierem mandaui: quę antiquũ vuluæ casum, adeo periculosum interdũ patiebatur, vt suffocari persæpe crederet: hæc semel in die ceruicem embrochabat: vice vero alia se balneans libera domũ rediit. Cuidam vero asclitic æ vt ea se solum balnearet iniunxi. Sed ciuis quidam qui balneorum illorum experientia didicerat: vt mane pintam vnam illius aquę biberet, consuluit: & die alia in vesperis solum balneum intraret. hęc sanitatis recuperandę cupida, tres interdum aquę pintas mane vna bibebat: & per dies. xl. hoc continuans. se interdum balneãdo. interdum vero aquàm bibendo, libera facta est. Alia: vt vulgarium mulierũ verbo vtar: propter antiquũ menstruorũ alborum fluxum nunquàm conceperat: & erat in-

F terdum materia illa adeo fętens vt ipsamet odio seipsam haberet: purgata, ad balnea hęc iuit: quę non iussu meo: sed sponte sua persępe de fontis aqua bibebat: & illis albis menstruis expurgatis cũ domi fuit, pręgnans facta, puellum enixa est.

De his nostris balneis miranda recensere possem: quorum partem ipse vidi: & partem a fide dignis accepi: quę si omnia describere vellem: tędio nimium legẽtes afficerem, qui hoc tempore verbis omissis ad actum practicum immediate deuenire cupiũt. Sed illorum aquę vsum balneorũ cõsiderate ex minera: his quoq; quos vidi effectibus euidenter concludi potest, ea frigidis ęgritudinibus conualere quàm maxime: vt est antiquus dolor capitis, paralysis, spasm⁹, tremor, tortura oris, lethargia, obliuio, congelatio, abundantia frigidi catarrhi, & vbere valent omnibus neruorũ frigidis ægritudinibus. valent item lacrymarũ exuberãtię, descensui aquę cum primo catarartę, sibilo aurium,

lo aurīū; oppilatiōibus a frigida humiditate prouenientibus. valent item defectui odoratus, mollificationi linguæ, defectui gustus, stupori, ac ipsorum cōgelationi, mollificationi gingiuarum, fluxui humiditatum ab ore, tussi, asthmati: & frigidis ęgritudinib⁹ stomachi: ictericię nigrę, cachexię, hydropi. valēt iliacis ac colicis, vermes necāt, matricum humiditates desiccant. Sciaticos vero, podagricos & chiragricos curant. Et aliter omnibus iuncturarum ęgritudinibus quę sunt ab humoribus frigidis subueniunt: scabiosos liberant, & leprosis cōferunt: ac omnibus cutis infectionibus valent. Hæc sunt, quibus particularibus ęgritudinibus, hęc nostra sacerrima balnea cōueniūt.

Qualiter tā balneis, quàm cœno, quàm stuffa, vti debeamus: & de modo fōtis aquam bibendi. Cap. IIII.

A Vperest balneorum nostrorum conuenientem vsum describere: qui ægritudinibus diuersitate variatur. Circa hoc igitur sunt infra scripti canones obseruādi: & primo nisi factis vniuersalibus euacuationibus in eis intrare nemo audeat. materias enim per corpus fluere faciunt: cuius causa accidentia periculosa facile in repletum corpus inducerent: vt est vertigo, scotomia, epilepsia, apoplexia, paralysis, spasm⁹, & talia & omnibus particularibus membris, ad quę materię illæ raptum habent: nocumenta grandia inducere quoq; possent. vnde ille dilectissimus pręceptor meus magister Philippus Mediolan. Ducalis physicus retulit mihi: cū ad hæc balnea sancti Philippi cum vno semel adesset: vir quidam valde repletum caput habens, alia sine prouisione, super ceruicē embrochationem recepit, ad cuius oculos tunc tanta materia destruxit, ꝙ eos perdidit. Summo ergo opere cauendum est, ne sine prouisione balnea quisquàm intret. Et vice prima nō ibidem diu moram faciat: deinde vero quinq; ad minus horis a prandio distantibus se quoq; balnet. Sane vbi ex his fuerit, qui resoluūtur facile per duas horas: vel circa serum vel ante īgressum balnei, vitellos duos ouorum recentium assumat: cōfectionem aliquam restauratiuam, vel aliquod tale: semper in balneo tanta sit mora, quantum eum ibi stare delectat: vel donec digitorū pulpæ in rugis contractę fuerint: cęteris tamen paribus longius mane, quàm sero balneis immorandum erit. Cunq; ab eis egreditur, lectū intret: & ne a frigido tangatur aere se pānis cooperiat: dehinc in lecto sudorem tolleret: & cum minuere tamē perceperit: abstergatur: se postea induat & per aerem aliquantulum distantem a balneo per morulam ambulet: successiue vero cibum boni chymi aut nutrimēti & facilis digestionis recipiat. ab immoderato tamen cibi & potus vsu: & ab alijs huiusmodi se custodiat: & a coitu quàm maxime.

Et quia secundum diuersitatem ęgritudinum diuersimode alijs balneis vtimur: qui verbi gratia, ægritudinem neruorum patiuntur: nō modo corpus totum balneari necesse est: sed persępe loca vbi nerui sensum & motum membris læsis dātes oriuntur, embrochant. secūdo interdum nucha: aliquando dorsi spondyles: & quandoq; mēbra cętera secundum exigentiā embrochātur: regulariter vero est super mēbrū illud embrochatio fiēda: a quo nerui qui membro lęso deseruiūt, oriuntur. Nonnulli quoq; in cooperto balneo se libentius balneant: quod non laudo. nam vapores ab eo eleuati: male tamen spirant: & in se reflexos balneātis caput plurimū replēt: ꝓpter quod B nōnunquàm accidentia pessima cōsequuntur, velut vertigo: scotomia: paralysis & c. Sed si pluuiæ vel aliquod tale interdum balneāti fuerint impedimento: coopertum tūc balneū intrare poterit.

At hi qui tibiarum dolore vexantur, seu inflatas habuerint, in extrinsecorū fontium cęno eas tenere perutile erit. Id enim dolorē tollit tumorem remouet, & stypticitate sua eas valde confortat: si vt deinceps humores descēdere nequeāt: de quo ipse mirabiles vidi effectus. Quod si ad vniuersales corporis humiditates desiccādas, totum balneare necessariū sit, mane ciuitatis balneū intret: sero vero cęnū. plurimi quoq; tibias suas super vno perforato lapide, qui super quodā fontis balneo situs est, stuffant. Sed eas in extrinseco cæno tenere, vtilius est. Accidit item sæpe vt marasmati, seu resolutioni parati, tibiarum inflatione, C seu dolore molestētur. Tale itaq; cęnum intrare, quàm balneum pręstat. Stuffare quoq; se volētes caute id faciant. Nā aer stuffę vaporibus aquę fontis repletus est: quare ad intra corpus maxime penetrat, & humores subtilians multo fortius quā balneum sudare facit. Et ideo in principio vitāda est quia in repleto corpore materias magis quàm balneum fluere facit, & impetuosius quidem: ita ꝙ malorum accidētium causa esse potest. Sed circa finem ea perutilior erit. Nā si quę materię grossæ ī corpore derelictę fuerint, facilius per stuffam quàm per balneum subtiliantur, & in sudore conuersæ etiam facilius euaporant. Rursus hic balneorum nostrorū aqua est ad bibēdū vtilis. Nam vt supra tetigi, quidam in balneo existentes de ea bibunt: quia sitim extinguit & vētrem laxat. Sed asthmatici, hydropici, calculosi, iliaci, colici, stomachici, & cōsimiles de ea secūdū dispositionē, vnam, duas aut plures illius aquę pintas, vtiliter interdum

interdum bibunt. Eius mensuram in iudicio astātis medici derelinquo: sed qui aquam illā mane biberit, ad sero vsq; balneū non intret: ne assumpta aqua quę a circunferentia ad centrum trahit, operationem impediat. Et sic habes tam balneandi, quàm in cæno standi, stuffandiq;, aquam quoque bibendi modum.

De modo succurrendi accidentibus, quæ ex his balneis accidūt; quādo perfectiora sunt: & quātū sit ibi tēpus immorādū, Cap. V.

DIuersa accidentia balneantibus nonnunq̄ accidūt: vt est tam ad oculos, quàm ad nares, aures, palatū, quàm alias ad partes capitis materiei defluxus. Et iterum balnea illa hepar calidum superincendunt: renes item: sitim aliquādo inducunt: & corpus nonnunquàm stypticāt. His omnibus quomodo succurrendum sit in præsenti exemplo per ordinem describetur: & quando item perfectiora sunt: & tandem quantum sit ibi tempus immorandū. Qui ergo cerebrū plurimas humiditates habēs, exiccare cupit super ceruicē, embrocā vt recipiat, necesse est. Ne itaq; ad oculos siue ad alia capitis mēbra materia defluat: quę plerunq; est visus deperditionis causa, & aliarum ægritudinum pessimarum, antequā ceruix embrocetur, tempora atq; frons ex oleo myrtino cum masticino mixta erunt perungenda. Vel facias sic. recip. ol ei myrti. olei masti. aā. drach. j. pulueris myrtillorum: cypres. bistor. masti. terræ sigil. ana. scrup. ij. ceræ parum: & fiat vnguētum. quo tempora atq; frons perungatur. Qui autē hepar calidum nimis habēt, eum ante ingressum balnei ex ceroto sandalino perungant. Vel facias sic. recip. vnguenti al. Gal. vnc. ij. camphorę: & hoc vbi magna affuerit flāma. drach. ij. sanda. ru. spodij ro. aā. vnc. s. incorporentur simul. parū aceti commiscendo: & hepati vnctio fiat. Istę pariter inunctiones renibus calidis conuenirent, ad quos semper aduertendū est. Vidi enim aliquos qui nullam aliam renibus prouisionem faciētes, intantum percalefacti sunt: vt ex vrinæ adustione, ardorem incurrerent. dehinc excoriationem: successiue vlcus: & mortem finaliter. Ad hoc igitur semper mētem habeas, Syrupi item aceto. drach. ij. vel de ribes, de succo acetosæ de acetositate citri: de lymonibus, de agresta, vel consimilis cum. drach. iij. aquę endi. exhibere in aurora multum confert: & isto modo, dum existūt in balneo ex potatione aquæ fontis plurimū securat, quam

E nisi hepar & renes calidos habentibus omnibus laudo. Verum cū zuccaro cando, pomis granatis, marenata vel aliqua huiusmodi confectione, seu cū aliquo ex tactis syrupis deludere sitim bonum est. Ab exitu tamen balnei non sic immediate quicquam frigidi actualiter, bibendum erit.

Corporis stypticitati cū clysteribus: ac cōmunibus suppositorijs succurēdum est. Et talia sero vel mane, antequàm quis balneum intret, fienda sunt. At quidē clysteria, & talia abomināres per parum, antequàm ea balnea intrent de aqua fontis, pintam dimidiam bibant, si non plus. Illa autem ventrem laxat. Alij ante cęnam vel cum dormitum eūt, pilulas de hiera simplici, alefanginas vel consimiles, in quibus nullum laboriosum solutiuum ingrediatur assumunt: & mane antequā sit balneandi hora, suam operationem perficiūt.

F Et hi tam sero quā mane balnea ingredi possunt. Alij mannam, cassiam, tamarindos, vel aliquod simile recipiunt. Nam laboriosa pharmaca vitanda sunt omnia: sed sint omnes, qui solutiuum recipiunt per os, moniti, ne balneum donec solutiuum operationem suam perfecerit ingrediātur.

Eligendum balnei tempus est mensis Maij. Tunc enim vt habitum est supra, balnea illa sunt in suo esse perfecto. Sunt de mense Septēbris conuenientia: non sic veluti in Maio virtuosa. Balneandi autem mora secūdum diuersitatem ęgritudinū variatur. vnde si quis humidus valde fuerit: & a tali humiditate ægritudo ipsa proueneric per mensem integrum balneare se potest. Quęcunq; tamē fuerit ægritudo dierum. xv. terminus minor erit. Non eni videtur in corpus minori tēpore suam virtutē imprimere.

G Postquàm balneatus domum redierit, per menses ad minus sex tam in cibo quàm in potu, quàm in alijs non naturalibus rebus eodem se debet regimine, quo in balneo, gubernare. Nam balnea ipsa qualitatem vnam in corpus derelinquunt, quę in eum per assignatum tempus agit continue. Et huiusmodi causa ab extraordinarijs cauēdum est. Habes itaque qualiter accidentibus, quę a balneo proueni re possunt, succurrendum sit ibi standum: ac qualiter balneatus domum reuersus, se habeat custodire: quę præsentis capituli intentionis fuerant.

Finis Tractatus de balneis Montisferrati.

Recepta

RECEPTA AQVAE BALnei de Porrecta, edita per egregium militem, ac legum doctorē, & magistrū artium, & medicinæ doctorem, dominum Turam de Castello, Bononiæ ciuem.

In nomine patris & filij & spiritussancti, Amen. Quas infirmitates curat aqua & balneum de Porrecta. Cap. I.

Nota.

AD infirmitates omnes & singulas curandas, quibus homines sępisime affligūtur, aqua de Porrecta mirabiliter valet & proficit, si debito modo sumatur, & diæta ordinata post ipsius assumptionē seruetur, ut experiētia ipsius aquę manifeste declarat, et antiquorū hominū in loco, vñ originē ipa aqua recipit, verax testimoniū adest. Tollit nāq; dicta aqua recepta debilitatē cerebri. Oculorū defectui subuenit. Auditum auriū mirabiliter recuperat. Fœtorem narium remouet. Dolentes caput liberat. Rheuma, catarrhum & humiditatē in lingua existentem, aut palato, cōsumit. Humores in lingua congregatos expellit. Raucitatē vocis clarificat. Strictum pectus & anhelum, granem, & difficilem aspirationem habentes liberat manifeste. Appetitum perditum recuperat. Spuētes sanguinem rectificat & sanat. Stomacho bene digerenti iuuamentum salubre præstat. Vermes in corpore existentes necat & interficit. Ranas & animalia venenosa casu per os intrantia, & in stomacho lōgo tempore nutrita occidit. Hepar & splenem oppilatum liberat. Colorē vigorosum adducit, croceum tollendo. Intestina fæce corrupta lauat, & humiditatem expellit. Ilium dolorē tollit, & eius causam remouet. Renum lassitudinem ac ipsorum dolorem curat, & rectificat. Arenulas in vesica aggregatas expellit. Mingere non valentibus sine dolore subuenit. Dolorem iūcturarum, & podagras non antiquatas tollit & expellit antiquatis iuuamentum pręstat. Tremori neruorū, & paralytico affert iuuamentum. Scabiem irradicatam, & antiquatam expellit subito. Saniem in corpore dispersam consumit & educit. Dicūt antiqui homines de Porrecta experti, φ hydropem non confirmatam seu antiquatam liberat: sed difficiliori modo: nam oportet φ prædicta aqua diebus. xxx. interpolatim assumatur cū prouida diæta. Confirmatam autem hydropem pręfata aqua

A per longum tempus sumpta sanat, & interficit. Equos etiam bulsos liberat, si per duos menses ipsius aquę potatio fiat. Mulieribus grauidis quę appetitū perdunt, proficit: nec partui nocumētum affert: sed iuuat & firmat: quod mirabile ab omnibus reputatur. Extenuatos & macros impīguat. Febrem tertianam seu quartanam aut antiquam efficaciter sanat.

In quo loco aqua & balneum de Porrecta est positum. Cap. II.

AQua de Porrecta recipit ortū de duobus montibus lastrosis & lapideis, positis in comitatu Bononiæ, longe ab ipsa ciuitate per milliaria. xxxiiij. Inter alpes Florētiæ, & Pistorij, versus meridiem: in medio quorum mōtium quidā riuulus satis amplus profluit. Ex vtroq; monte dicta aqua manat per duo canalia & aquęductus.

B Præfata aqua in duobus balneis in dicto loco positis recluditur, & continuo per ipsa balnea fluit, situatis in monte sinistro, versus partem magis orientalem, & in sinistro latere vnus ex riuis coloris est clari: pisciculi quasi rubei in ea manent: eius sapor parum sulfureus & salitus existit: temperate calida & quasi viscosa. Sumpta nullos dolores in ventre facit, aut tortiones noxias, modicum debilitat. Hęc aqua longe delata in vasis ligneis: solet aliquando in dictis infirmitatibus iuuamen afferre: sed tamen raro: quia tantę virtutis non est quantæ in loco originis assumpta: & faciliter perdit saporem suum originalem: citoq; corrumpitur.

Quo ordine aqua, & balneum de Porrecta est vtenda. Cap. III.

C ASsumenda est aqua de Porrecta, vt efficaciter prosit, & valeat ordine isto. Nam citra medium mensem Maij & in mensibus Iunij & Iulij & per totum mensem Augusti, si calor moderatus & temperatus, & vniforme tempus existat. Mense tamen Augusti salubrius cōfert sumpta. Est autem ad locum prædictum de Porrecta accedendum. Cum igitur ad locum prædictum aduenerit, subito aquam per potū non sumat: sed saltem per diem vnum in loco prædicto pausam faciat: quia nouum aerem intrat: & vt persona fatigata ex itinere fortificetur. Demū balneum prędictum & lapideum intret ante potationē dictæ aquę, & moram faciat in eo per horam, vel vsque quo summitates digitorum manuum incrispentur. Deinde exeat, & bene fricatus pauset. Hora vero prandij & cœnæ ea die leuiter comedat: die vero sequenti de mane in solis ortu accedat ad ipsius aquæ profluentis aquæ ductum. Et incipiat bibere aquam prędictam vsq; ad duos vel tres vrceos:

ceos:& statim post ipsum potum, paruum & moderatum faciat exercitium. Successiue alios duos vrceos aquę prædictę bibat:& post ipsum potum etiam ambulet. Et toties aquam per potum assumat paulatim & non impetuose:sed quodammodo ad delectationem, quoad vsq; ipsa aqua corpus egrediatur superius per os, aut per virgã, aut per partem posteriorem. Et tantum de præfata aqua bibat, ꝙ ipsam emittat per aliũ ex locis nominatis claram, & apertam: prout & sicut aquã ipsam ab aquæductu sumpta per os recepit & assumpsit, cuius aquæ emissæ claritatem cum vase vitreo inspicere potest. Aqua igitur clara emissa post spatium aliquantulum & pausam factam intret balneum:& ibidem moram faciat: vt superius est expressum. Ipsum enim balneum non debilitat:sed humores in toto corpore dispersos maturat, & disponit ad exitum. Fugiat balnea in tinis & vasis ligneis artificialiter per mulieres calefacta. Nam aqua præfata modicum alterata suam non præbet virtutem. Mora competēter facta in balneo prædicto, ipsum egrediatur, & pauset, in lecto vel in pannis iacendo, vt virtus fatigata aliqualiter recreetur. Deinde accedat ad aquæductum prædictum & aquam prædictam. Per potũ iterum assumat, donec emittat claram & lucidã, prout & sicut clara est assumpta de aquæductu. Non enim impetuose & in magna quantitate ac violenta ipsa aqua est assumēda, prout quasi omnes assumētes minus perite & inaduertēter faciunt: nam ipsa sine ordine præmisso cum impetu assumpta non ita leuat nec curat:quia nimis vno impetu assumpta in corpore nullam morã faciat, nec humores perfecte maturat, vel disponit.

De hora & modo comestionis tempore assumptionis aquæ de Porrecta.
Cap. IIII.

Aqua assumpta & balneo per ordinem antedictum, aliqualiter pauset in lecto vel in pannis:nullo modo dormiendo:quia pernitiosum existeret. Demum comedat prandium cibũ leuem, vt pullos paruulos vsq; ad vltimam decoctionem coctos & elixatos. Masticet bolum, nec rapiendo cibum assumat. quia ipsa aqua acutam famē adducit. Et in dicto prandio, & in alijs prandijs medium pullum tantummodo comedat, & nõ vltra. Et in brodio pullorum panem balneet, vt stomachus, faciliori modo digestionem faciat & compleat. Vinum sine immistione alicuius aquæ moderate assumat vice qualibet, qua potat comedendo, non vltra medium cyhatum vini

D assumat. Nam melius est vices in potando iterare, quam multum vna vice bibere. Post prãdium, vt dictum est, nullo modo dormiat:sed in solatijs stet cum socijs loquendo. Non tamen se fatiget corporaliter laborando:nullo modo die potationis aquæ cœnet:sed si hora cœnę stomachus digestionem fecerit, & nimium famelicus existeret, duos vitellos ouorum recentium albumine reiecto bibat, & assumat cum modica potatione vini & non lymphati. Et si oua abhorreat, faciat vipã in vino, & ipsam comedat. Demum lectũ intret, & dormiat, & nocte pauset. Die vero sequenti, aquam præfatam non bibat:sed tota die quiescat propter nimiam agitationem humorum die præcedenti factam. Ipsa vero die pausationis ante horam tertiarum & prãdium assumptum, & etiam in vesperis digestione completa intret ea die bis balneum antedictum: & in eo stet per horam, &

E vsque quo summitates digitorum manuum incrispentur:vt est præmissum. Et ea die pausationis prandeat:& etiam cœnet, pullos elixatos tantum comedendo & temperate:vt superius est expressum. Nec aquam præfatam eo die per os assumat vel bibat: sed balneo eo die vtatur bis: vt dictum est. Nam ipsum balneum humores in corpore existentes disponit ad exitum, & maturos reddit. Die vero sequenti de mane in ortu solis ad aquæductum accedat superius nominatum. Et aquam per os bibendo sumat, donec eam clarificet. Et comedat iuxta ordinem prænominatũ in die prima potationis. Et sic tribus diebus dictã aquam bibat & assumat: & interpolatim tamen, vt vna die bibat dictam aquã, & altera quiescat: ita ꝙ inter vnam diem potationis & alteram diē

F quietis interponat. Et si infirmitas illius qui ad aquam prædictam & balnea accesserit, nimis fuisset lõga & antiqua:tunc pluribus diebus esset pręfata aqua assumenda, videlicet diebus sex: interpolatim tamen & non successiue, diē vnam quietis interponendo inter vnam diem potationis & aliam, vna die quiescendo, & alia die aquæ potatione vtendo: die tamen quietis bis in die balneãdo vtatur, & alia die faciat, prout superius est expressum.

De obseruatione & diæta facienda post assumptionem aquæ de Porrecta.
Cap. V.

Debet qui aquam de Porrecta assumpsit, dũ a balneo recedit, & repatriat, die quolibet equitare modicum: aut pedes ambulare. Nec exinde cum recedit in itinerando se fatigare:sed

re:sed plane & moderate incedat. & prādium faciat hora tertiarum:nec differat: quia stomachus debilitatur nimiam moram faciendo,in assumēdo cibum,comedat bene masticando in prandio & cœna : vt est præmissum in proxima rubrica. Vinum quod in eius comestione assumit, sit album & non dulce,stomacho bibentis conforme, nullo modo aquam cum eo misceat. Et si vinum esset fumosum aut potēs, buccellam panis in cyatho teneat,quæ vaporis vim reprimat. Elapsis octo diebus vtatur vino consueto. Abstineat a dormitione diurna, saltem vsque ad octo dies. In meridie si famem patitur aut sitim, duos tantum vitellos ouorum recentium albumine reiecto,vel vipam bene balneatam & mollem comedat.Prandio assumpto moram faciat, antequam quiescat, vt cibus ad fundum stomachi descendat. Et dum itinerat,nullo modo faciat dormitionem.Cœnam faciet leuem,comedendo & bibendo,vt est præmissum.Cibo pullorum elixatorum vtatur: aliquando tamen elapsis quindecim diebus,vti potest carnibus castratis bene elixatis. Brodio pullorum vtatur, in quo panem in prandio & cęna mollificet,& stomachus facilius modo digerat. Omni die parum exercitij faciat, & cum delectatione.Manus lauet cum vino nō immiscēdo aquam. Abstineat ab omnibus cibarijs: nisi a prænominatis,vt pullis,& carnibus castratis bene coctis & elixatis,& non frictis,& assatis. Summe caueat a fructibus quibuscunque:nec nō ab aceto,& acutis, vt allijs, & cępis, caseo & pasta,caulibus,& herbis,& leguminibus,vuis,& ficubus,& agresta. Coitum fugiat tanquam rem pestiferam & mortem infallibiliter inferentem: saltem ab ipso abstineat vsque ad mensem,si persona sit robusta,& fortis complexionis:si debilis, longiori tempore abstineat.Diæta prænotata vtatur saltem per dies.xx. aut. xxx. Calidus pannis maneat.Moderate tamen a frigore & vento diligenter se custodiat.Prædicta aqua de Porrecta tribus annis elapsis a prima assumptione est reiteranda.Quæ potata, vt præmittitur, & reiterata, vitam sine anxietate longam præstat & salubrē. Illius gratia intercedat, qui benedictus est per omnia secula seculorum Amen.

FINIS.

QVAE IN VOLVMINE DE balneis de monte Catino continentur.

AD ILLVSTRISSIMVM Principem D. Borsium Ducem Mutinæ præfatio P. Candidi in libris Vgulini de Monte catino de Balneorum Italiæ proprietatibus & virtutibus.

CVM Libellum à Physico quodam editum tuæ dignitati missurus essem Illustriss. Princeps,qui nullo dicendi ornatu, nulla elegantia, sed mera duntaxat ruditate verborum aquarum mineralium quæ balnea appellantur, virtutes contineret: timui, ne minus gratiæ in conspectu tuo promererer, & scriptori ipsi fidem autoritatemq; demerem, si ea simplicitate qua editus fuerat, ad te mitterem. Statui itaque seruata autoris fide, nulla mutatione facta in his quæ docere nixus est, sola styli varietate quibusdam in locis addita,illum tuæ excellentiæ minus barbarum, rudemq; transmittere. Quamobrem, C *vt Vgulini de Monte catino (sic enim scriptor ille nominatur) non vt candidum opusculum, sed ab ea forma, qua prius editum fuerat, non omnino alienum, excellentiæ tuæ mitto, non interpretis, sed emendatoris functus officio. Tu vale, & me commendatum habeto, si mereor humanissime & dignissime Princeps.*

Vgulini

VGVLINI PHYSICI DE MONTE CATINO LIBER DE BALNEIS.

IAmpridem à pluribus scholaribus meis, & collegis adolescentibus, & in medicina non satis eruditis, hortatus sum, vt de aquarum mineralium naturis, quæ balnea appellantur, de quibus ipse vel experientia, vel doctorum relatione instructus essem, opusculum aliquod cōderem, cum præter cęteros ad horum inquisitionem insudassem: quibus vt placerem scribendi onus libens assumpsi. Et quoniam balneis naturalibus non semper vti licet, de artificialibus etiam verba faciã, & de vtrisq; separatim scribã.

Cur balnea calida sint.

Sit igitur vnusquisq; in audiēdo nō negligēs, & q̃ dixero, diligēter attēdat. Inueniēt quippe nondum expti medici in aquarum mineris effectus admirandos, qui merito supernaturales appellari queunt. ex quo à plurimis balnea sacra nominantur. Referam autem inferius locis suis, quę admiratiōe digna vel audiuerim, vel ipse videri, nō dubitās huiusmodi effect⁹ vltra mineræ vim, agere balnea à forma q̃ vt proprietas occulta illis attribuitur virtute cœlestium, vt puta in elementis terra scilicet & aqua. & terra maxime quod per interiora eius fluant aquæ, & per metalla discurrant, quod minime inconueniens haberi debet, quoniam si ad generationem metallorum cum proprietate concurrente vniuersali natura cum dispositione passorum, secundum diuersitatē regionum fit, sic quòd in aliquibus omnia reperiantur, in aliquibus vero minime vsque ad generationem margaritarum, in quibusdam maribus & lapidum maximarum virtutum, vt ab Alberto clare descriptum est. quis dubitare poterit, quin aquæ super tales mineras discurrentes, & illam sibi acquirentes naturam vltra illam agant à cœlestibus occulta forma. Quinimmo intelligāt medici non experti, quòd aquarum huiusmodi per mineram discurrentium aliquando deficiant virtutes, aliquando corrumpātur, & in aliquibus regionibus & locis iam fuerint balnea ad varios languores conferentia, quæ nunc penitus desolata sunt, vt nullum aquæ vestigium appareat, in aliquibus permodicum, sed ipsorum duntaxat formæ extent & figuræ. In aliquibus aquæ abundantia fluat sine vlla potentia aut virtute, de quibus in partibus nostris nonnulla sunt, quę vel mistura aquæ dulcis, vel quòd à mineris primis declinarunt, virtutem amiserunt. Econtra vero vbi nulla fuere balnea, nuper emerserunt minerarū virtutes recentium, super quas aquæ cursum direxerunt. Cæterum ante quam ad particularia descendam (quia omnium balneorum aquæ actualiter calidæ sunt) congruens videtur, illius caliditatis causam explicare. Non ignoro tamen esse balneum frigidissimum actualiter iuxta ciuitatem Pisarum ad tria milliaria, tantiq; rigoris, vt introeuntes per longum tempus tremore quatiātur, quod multæ mulieres steriles ingrediuntur, vt proli aptæ efficiantur. Cuius rei testis ipse sum quòd per annos quinq; supra viginti in Pisarum vrbe cōmoratus, tēpore magnifici domini mei Petri de Gambacurtis. cuius & filiorum nec non ciuium physicus fui, multas mulieres ex sterili-

E bus prolificas vi huius aquæ effectas cognoui. inter quas annumerare possum vxorē meam, quæ per viginti annos non conceperat. & post balnei huius ingressum sequenti anno prægnans effecta, masculum filium peperit. cuius causam inferius referabimus. Varias autem opiniones inter se habuere medici, propter quòd balnea calefaciunt & actualem habent caliditatem in se. Melissus philosophus inter cæteros credidit id euenire, quia aquæ motum habent, & super lapides ex quibus calx fit transeundo discurrunt. qui fortasse credidit caliditatem illam procedere ex lapidibus quamprimum ab aqua tangantur: sicut videmus, cum lapides illi in calcem mutati sunt. Quæ opinio ab Aristotele in libris de proprietatibus elementorum vt falsa reprobatur: quoniam huiusmodi lapides nunquam aquam calefacit,

F nisi cum sunt ad complementum igniti, & naturam fere igneam assumpserunt, & tunc per antiperistasim statim cū lapides sint igniti tāgūtur & mergūtur in aqua ob eius frigiditatem poros oppilantem, caliditas augetur, & impetu è lapide egressa, lapidem frāgit, & aquam calefaciēs cogit ebullire. Democritus vero aliter opinatus est. causam enim huius caliditatis esse voluit, propter radiorum solarium introitum vsque ad aquas illas, quarum caliditate aqua illa calesceret. Quam opinionem idem Aristoteles reprobat dicēs, si id verum foret aquas illas hyemis tempore minus calidas esse, quoniam tunc radij solares, ex obliquo terram intuentes, nullā vim calefaciendi habent: quod econtrario apparet, cum hyemali tempore aquæ puteorum & fontium, nec non aquarū omnium, quę originem è terrę visceribus ducunt, calescunt. maxime vero æstate frigescunt propter clausuram hyemis apertam, qua prius vapores cōtinebantur.

tinebantur, & aquam in visceribus terræ conclusam ebullire cogebant. Similem præterea Empedoclis opinionem fuisse memorant, quam Seneca libro naturalium quæstionum tertio reprobauit. Aristoteles autem causam veritatis adducit, aquas balneorum calescere, quòd aquæ minerales per mineram sulfuris transitum faciunt. & quoniam aqua & sulfur contrariæ sunt naturæ; cùm aqua humida sit, sulfur vero in quarto gradu calidum & siccum sit, & caliditas vltra qualitates omnes magis actiua, iccirco non solum aquam calefacit, sed etiam ebullire cogit, vt in bullicamine viterbiensi licet intueri, & ipse in vulterranis locis vidi. Hæc igitur opinio secundum Aristotelē approbatur, licet aliqui dicant, alumē & salnitrū sine sulfure, aquas etiam calidas efficere, quod inconueniens apparet, cum aqua omnibus istis sit frigidior, & sit in balneis exuberantia aquarū maxima. ex quibus dubitatio resultat, an ad calefaciendas balneorum aquas, necesse sit mineram sulfuris interesse, cum multi ad alembicum aquas balneorum experti manifeste alumen & salnitrum aut ferrum adesse videant, de sulfure autem nihil videant: quòd ipse expertus aquas ferreas & salsas alembicari faciens, mineras illas contēplatus sum cum sulfur nullum inesset. Cæterum puto quoniam sulfuris caliditas est ignea, & ob id multæ actiuitatis. qualitas eius cum modica corpulentia abunde potēs est calefacere aquam, & siquid modicum materiæ ipsius residet, alembicando consumitur, quod non euenit in balneis, quę sunt purè sulfurea, vel in quibus sulfur prædominatur. Fuere etiam aliorū philosophorum opiniones, qui causam actualis caliditatis inuestigantes, dixere, id ex vento procedere, qui terræ cauernas ingressus, vehemēti commotione & impetu aquas calefacit. quod ab Aristotele reprobatur in problematibus suis, cum dicit: Si id ex vento procederet, non continuum esse posse, cum ventus corrūpatur, vel saltem aliquo tempore aquas caliditate priuari necesse esse, cuius contrarium videmus; præterea vt intelligant medici virtutes huiusmodi aquarum esse diuinas, legant Aristotelē in problematib⁹ suis vbi scribit: Quæritur propter quid est, quòd balnea naturalia vocantur sacerrima, id est plusquam sacra: quod Galenus de simplici medicina annotauit, cum dicit, causam esse quia habēt virtutes terrę visceribus occultas, virtute quarum habent mineras propter quæ sic esse occulti, sacerrima dici possunt. & subdit, quòd in illis sunt virtutes stupendæ & elatæ. etiam totum declarat diuinus effect⁹ alchymiæ. Videmus enim, quòd ex ęre, sulfure & argento viuo & alijs mine-

A ris in aurum & argentum species transmutātur. Sed dicet quispiam: cur igitur medici non laudāt ægrotis balnea, nisi cum sunt de eorum cura desperati? Id autem euenit, quòd in medicis spem ponentes, cum deficere animaduerterint effectū, ad vltimum vertuntur remedium.

Excusatio vituperationis balneorum.

Vituperant etiam plerunque balnea & medicos infirmi, quod ex eorum vsu non cōualuerint: quinimmo infirmiores aliquādo effecti sint, quæ vituperatio inanis est & futilis. Id etiam euenit, quòd canones debitos nō obseruauerit, & quòd deterius adhuc est vitam inter choreas & conuiuia intemperate duxerint: Nulla etenim res sine ordine suo vtilis est, aut proficua: Itaque ordines tenendos ab his, qui balneis vtuntur, breuiter expediam. Primum igitur corpora purganda sunt.

B nam malis humoribus repletis non cōgruunt balnea, sed obsunt, cùm ex ipsis putrescāt humores, & corrumpantur. Etiam si longinquus sit ad balnea accessus, non statim post purgationem accedendum est, sed in quiete per duos dies ad minus commorandum erit, donec vires è pharmaco debilitatę, resumantur. Nec vlterius etiam pigritandum in mora, ne ex languore membrorū nouæ materiæ generentur. Tempora etiam commoda eligenda sunt potationi congrua. ea autem erunt in vere, aliquando etiam in autumno. Quanquā nonnulla balnea adeò intensè calida sint, & quædam adeo remissa, vt debeant tempora nonnunquam variari: de quibus cum loquemur, abundè declarabimus. hoc autem certū est, balneis nec in æstu vehementi, nec frigore intenso vtendum esse. Hora quoque ingressus eorum eligēda erit,

C cū nec stomachus repletus fuerit, aut inanis, sed digestio sit ferè completa: ne si prima digestio quasi facta non sit, augeat & impediat, testāte Galeno acutorum tertio. Sunt etiam nonnulli ita resolubiles, vt stomacho cholerico, vt necesse eis sic ante balnei ingressum cibū capere, ne ad lipothymiam pertransirēt. ij igitur per mediam horam ante ingressum cibo refocillandi sunt, maxime modici panis assati cum vino granatorum vel citoniorum. Sunt & aliqui malis moribus assueti adolescentes, qui non defectu stomachi, sed cōsuetudine summo mane bibere soliti, facile deficerēt, si inanes balneū ingrederentur. Seruādus est insuper ordo, vt añ ingressum supfluitatibus se naturalibus expurgent primæ aut secundæ digestiōis, & catarrhalibus per os & nares potissimū, qui huiusmodi passiōibus sunt obnoxij, si vti balneo & aquam super caput recipere expediat, vt in balneo Petrioli & sancti Philippi mos est. Quibus

bus obseruatis intrēt balnea exercitio præcedēte summo mane, & iuxta aquarum diuersitates immorabuntur, vt inferius declarabimus cum sigillatim de eorum loquemur naturis. Exeuntes autem & intrantes pannis cooperiantur, ne à frigore lædantur, & absterſis ab humiditate membris lectum ingrediantur, in quo sudantes dormiant parum. deinde pannis non multum calidis abster si iterum exurgant, & ante cibi horam vel in domo, vel sub diuo exercitētur moderate, demum cibos eos assumant, qui puri & optimi nutrimenti & facilis digestionis habeantur, non recedēdo à regula, quæ morbis eorum congruit, & cōsilio medicorum. deinde illo die nō vlterius dormiāt, ad id maxime insueti: qui autem assueti, modicum dormire sinantur. Cum autem tempus post comestionem fuerit adminus sex horarum, poterunt aliqua confectione & vna modica potione recreari, & post circa secundam horā ingredi balneum, sed minori spatio temporis quàm in mane commorari. & in egrediēdo ordinem præscriptū conseruare debeant. laudo insuper quòd medio balneorum vsu, aliquātulum vno mane purgentur, vel modicum casiæ assumendo, vel pilulas aliquas dispositioni eorum congruentes, quo die bono regimine vtantur & quiete, introitum balneorum post exponendo. Corporibus tamen sanis & bene temperatis non congruunt balnea, ne & illis complexiōes eorum perturbentur, nec etiam quacūq; corporis affectis passione balneis vti cōgruit si febricitauerint, nisi ex phthisi febris sit. talibus enim conueniunt aquæ dulcis balnea, vel in febribus putridis. hi nanq; tinam huiusmodi aquę, & in fine tunc ingredi queunt. etiam aduertendum est, balnea pestiferis temporibus esse nocua & euitāda. vel si pestis eorum locis propinqua esset, vel ipsi & locis pestiferis & infectis mouerentur.

De natura & virtute balneorum Montiscatini.

Nunc de balneis particulariter tractare intendens, patriæ meæ balneum prę omnibus exponā. est enim iuxta collem Montiscatini per milliare distans ab oppido aquæ salsæ abundantia: cuius opera cum oppidum populo refertum esset, molendina plurima in vsu aderāt, ibiq; familię multę incolebant. nunc autem vnicum duntaxat molēdinum visitur. Quo in loco tria sunt balnea, ex quibus primum antiquisſimum extra memoriā nunc incolentium, quod magnę virtutis fuisse dicitur. Remanet adhuc illius forma rotūda nullis circunsepta ædificijs, putei in modum concaua, maximj olim circuitus, vt ab aspectu apparet, ex lapide spongioso pumicis in morem fabricata, re-

D liquaq; balnea simili lapide constructa sunt, & in oppido plura ędificia pari modo. Huius balnei aqua modica est adhuc salsa dulci permista: in qua oriuntur herbæ paludis in modum, & in margine aquarum, vt plurimū tamariscus viret. ad hoc rustici vel in primis accedūt lauandi gratia, cum à doloribus iuncturarum vexantur, & præcipuē si sciatici dolores sint, vel in dorso, ingrediūturq; nullis regulis seruatis, ex cuius vsu iuuamen recipiunt non modicum. Nam effossa tellure mistō cum aqua luto & herbis illis admistis se lauāt, vel potius inquināt, illumq; optimum modum lotionis esse putant. Est & aliud balneum in duas partes diuisum, quarum vnam mulieres ingrediuntur, alteram viri, egregie ædificatum. Curat scabiosos & œdema, & dolores iuncturarum nō antiquatos aut magnos. Tertium est balneum tempore meo constructū, nō vt seruiret, quemadmodum cætera balnea solent, & appellant balneum nouū: in quo magna aquę copia inest per magnificos dominos Florentinos ordinatum, vt ex illa aqua salis haberent copiam. Cęterum quia in illo perfectionem non inuenerunt, quæ retro actis tēporibus affuerat: prætetea adeo modicæ quantitatis, vt impensis non sufficeret, ab incepto destitere. hæc balnea vere debilia sunt. bibunt autem aduenientes mense Iulio & messium tempore, nōnunquam Augusto mēse de huiusmodi aqua salsa, quemadmodum ex Porrectæ balneis fit. & vtilitatem non modicam nanciscuntur. nam soluit vētrem mirabilster, & vomitum prouocat, & renum oppilationes aperit, aliquando lapidem frāgit. necat & expellit vermes, per accidēs saltem excitat appetitum, bibunt eam summo mane per

F tres dies continuos, nec vnquam à potu desistūt, quousque per secessum emiserint. Accedunt autem homines & mulieres magno numero tempore isto, nullis vtētes regulis, & communiter rusticorum natio est, & Pistoriēsium artificum adsunt & Lucani & Pratenses, & nonnulli Florentini. Ex his memini aliquos esse qui aquæ barile vnum biberent. deinde clarissimam subito per inferiora emitterent. Exoritur autem dubitatio de caliditate salsarum aquarū, quoniam Aristoteles problematum particula .23. dicit salsedinem cum caliditate non permanere, vt apparet in aqua maris quæ est frigida, caliditas, vt enim scribit, est impedita salsedine. Sed ad hæc ipse respondit problemate penultimo. bene verum in aquis salsis, quæ procedūt de visceribus terrę, quarum locus est conclusus & irrespirabilis. nec potest illa caliditas tātū de salsedine remouere, quātum ex alia parte datur à terris taliter mineratis.

De virtutibus

De virtutibus balneorum villæ Corsenæ Lucani comitatus.

Corsena villa est in comitatu Lucano per sexdecim milliaria à ciuitate distans in introitu Carfagnanę sita, quę hospitalis maioris illi⁹ ciuitatis ꝓpria est. Nõ.n.licet domũ in ea ędificare nisi ad tẽpus hospitali emãcipetur. męnib⁹ caret. Verũ situ tutissima est. Apud hãc tria balnea sunt in quibus & ipse assueui. primariũ est quod Corsenę appellatur: qm̃ in villa ipsa minera effluit. Aqua est aluminosa, & quidã moderni dixere ꝙ salgemum in se continet, & ꝙ à prædominio sal illud minera sua est. Alij vero dixere huius aquam esse aluminosam sulfuream & nitrosam. Ego autem, ob effectus suos (eo ꝙ pluries affui) affirmo balneum ipsum esse aluminosum, & de salgemo ferè ęqualiter tenere, de sulfure vero parum. Est autem in principio introitus multum calidum actualiter sic, vt difficile primo toleretur incursu. est etiam calor, acutus & mordax, sed parum perdurans, nec in potentia tanti caloris est, quãti apparet in actu. Habet hoc balneum duas mansiones, quæ pariete diuiduntur. prima quidem quæ longius distat à fonte, nõ est sic acuti ardoris, sicut illa origini aquæ propinquior. Consilium igitur meum hoc est, vt ingredientes per tertiam partem temporis in mansione magis tẽperata resideant: deinde ĩ alijs duabus partibus temporis ĩ secunda mãsione morentur. Tempus vero moræ in potentibus, si toleratur per horam, abunde sufficit in mane: vespera autem, minus. Vidi iam in isto balneo in medio secundę mãsiõis, pullulã vnã aquę dulcis frigidã descẽdentẽ per columnã in medio perforatã, vel cõcauam, & exibat aqua per cannam æneã. & quia balneũ illud inducit maximã sitim (licet prosternat appetitum) qui aderãt in balneo bibebant ex illa aqua maximam quantitatem, nõ sine incommodo magno. ob id Frãciscus de Guinigijs, cui populus quasi semideo fidẽ tribuebat, prudens vir, & amator patrię, Pauli parens qui ciuitatis est dominus, columnã illã amoueri fecit. Aqua hui⁹ balnei est valde clara, in qua nec odor aliquis percipitur, nec sapor cum bibitur, & cum illa panẽ faciunt pinsando, & carnes decoquunt, & necessaria alia. Attamẽ cocta & bibita inducit sitĩ, & cibaria vicissim in ea macerata. Aqua hæc de isto balneo exit & ĩtrat aliud balneum mulierum, & propter decursum longius ab origine minoris efficaciæ est, primo cõfert hoc balneum doloribus iuncturarũ, & ęgrotatiõibus neruorũ maxime si sit à causa frigida. Summe autẽ prodest in doloribus neruosis, remanẽtibus propter casum, aut dislocationẽ, in iũcturis factũ, & prodest illis,

A quibus propter torturã dolores remãserunt, exiccat vlcera, & illa quę sunt difficilis cõsolidationis curat. Cõfert etiã plurimum mulieribus sterilib⁹ & concipere eas facit, quãdo sterilitatis causa propter humiditatẽ in matrice existẽtem prouenit, quoniã humiditates exiccat. & postremo cõfert ad omnes morbos in quibus exiccatio sit necessaria. Est etiam eo in loco stuffa, quam sudatorium vocãt. & est locus originis illius aquę. In eo est calor vehemens qui sudare cõpellit, & exiccat & in isto iuxta recessum quilibet intrat bis, aut semel; & fertur oẽs resoluere humiditates, quæ ex vsu balnei restiterunt. Ego vero testimonium afferre possum eorũ, quę vidi, dum essem ciuium Lucẽsium medicus, renuerã enim amplius Pisis cõmorari, ex quo Bernardus de Apiano vrbẽ illã vendidit Ioãni Galeatio Duci Mediolãi. Misi ad istud

Nota.

B balneum vnum ciuem qui vocabatur Ioãnes Testa, & passus fuerat dolores colicos, & tandem ad neruos materia mutata ex colica liberatus fuerat vt nonnunquã euenit. & vt Auicenna refert fen 16. 3. can. factus est mollis in vniuerso corpore præter quam in lingua. Accessit igitur meo consilio stãtibus ibi niuibus adhuc febricitãs aliquãtulum, vt immenso desiderio suo satisfacerem. Is itaq; in primo introitu me præsente, cœpit mouere digitos & manum, & antequam recederet fuit integre liberatus, & equester recessit ad vrbẽ profectus & saluus peruenit; cum tamen moram in balneo per dies quadraginta protraxisset. fui præterea cum Ioanne Galeatio Fauentiæ domino, & compatre meo, qui diutina podagra vexatus pollicem dextri pedis plicare non poterat qui ante recessum nostrum, rigore illo digiti, libera-

Nota.

C tus est. per id tempus Petrus Ioãnis aromatarius consilio meo vsus, se ex Florentia ad illud balneum deferri fecit. eum enim diligebam, & ciuis primarius erat, qui podagræ doloribus, & iuncturarum vulneribus, ex toto perditus, virtute membrorum motiua destituebatur. Qui præsente Ioanne Galeatio de quo supra retuli, & mecum intuente in secundo balnei introitu cum aliquo adminiculo ambulare cœpit, & subinde ad viginti dies Florẽtiã equitare potuit. Quę res admirationem nobis præbuit. steterat enim per plures menses immobilis hac ægrotatione præpeditus. Alia etiam exempla admiranda à pluribus audiuimus ex quo teneo istud balneũ ad infirmitates quibus cõgruit cæteris circunstãtibus esse præponendũ. Secundum balneum parum distat extra villę huius circuitum, & vocatur Balneum Rubeum ex parietum calore circunstantium. Minera huius ænea est modicæ aquę & caliditatis exiguę, sic vt

B. Rubeũ

eam calefacere opus sit, & postea ex ea caput embrocare. Aliqui ponũt caput sub ducia illa, & cõtinue sibi caput fricare faciũt. valet enim habẽtib⁹ caput humidum. Satis arbitror eã aquã aliàs vtilẽ fuisse, quæ nũc debilẽ virtutẽ habet, nã ingressos parum vtilitatis retulisse vidi. Tertium balneum de villa nũcupatur, quod à Corsena per vnum distat milliare in fine collis descẽdẽdo. est autẽ eius minera ferrea. locus & introitus & vsus huius balnei in modum putei est, in quo duę vel tres personæ simul stare non possunt, & ibi est origo aquæ valde tẽperata, sic vt in ea per lõgum tempus sine incõmodo morari liceat. Cõfert ad omnia membra nutritiua & malæ complexioni caliditati renum & hepatis, & prędicta mẽbra cõfortat & est debiliter agens, & meo iudicio est aquæ dulcis facta permistio. huiusmodi aqua descẽdit ĩ balneo proprio eximie ordinato. Sed vlterius in vsu non est. Nam eo in loco inclusa temperiem seruat. demum in balneo proprio sic temperiem amittit, vt sensu & actu frigescat omnino, ex quo liquet eam à propria natura defecisse. excitat comedendi appetitum, & sitim remouet.

B. de Villa

De balneis existentibus in comitatu Pisarum, nec non de natura & virtutibus eorum.

Sunt in comitatu Pisarũ balnea quę nunc Florẽtinorum rectè dici queũt, ex quo ciuitas illa in eorum cessit dominatum. De his cum per longũ tẽporis spatium in illa vrbe morã duxerim, optime instructus veritatẽ referre possum, & primo iuxta pedẽ mõtis sancti Iuliani qui altissimus est, & de quo Dãthes meminit, cũ de somno & morte comitis Vgulini loqueretur, & inter Pisas Lucãq; vrbes medius residet, balnea sunt, quę mõtis Pisani appellãtur. Mõs autẽ sancti Iuliani dicitur q in summitate ipsius ecclesia sita sit. Ea balnea quatuor numero sunt, & ĩ circuitu plures dom⁹, palatium etiã pulcherrimum quod Petrus de Gãbacurtis olim magnificus dominus meus, & qui balneis illis plurimum delectabatur, ędificari iussit cum quo sępenumero affui. Cęterum bellis inter Florẽtinos Pisanosq; emergentibus palatium illud penitus dirutum est. Sũt autẽ hęc balnea studiosissime ordinata, vt apparet sic vt certo teneam ea magnę fuisse efficaciæ. nunc vero nõ eo modo ornata sunt, nec ducias habẽt, sed pullas & subt⁹ veniẽtes. Primum balneum ex his vocatur Vet⁹, & est præ cęteris solẽnius. huius aqua ingreditur balneum aliud, in quo lauãt se mulieres, & ob id dominarum balneum appellatur. Sunt ergo vni⁹ mineræ, & sunt aluminosa & sulfurea, plus tamẽ habent aluminis & calida sunt competẽter, plus tamẽ caliditate actuali. Mulieres tempore domini Petri de Gambacurtis in eodẽ balneo fouebãtur. verum ipse assenibus intermedijs separari iussit. Profunt hęc balnea ad iũcturarum dolores si nõ admodũ antiquati sint, & dolores colicos vel stomachi à frigida causa procedẽtes tollunt. scabiẽm facile exiccãt. humiditates matricis & vlcera curãt. Debilis tñ virtutis habẽtur, quia in palustri loco sita sunt, & aliarũ aquarum pmistione fędãtur, quę impotabiles & cęnosę sunt. Est aliud balneum quod sanorum appellãt, & est eiusdẽ minerę, licet de qualibet minus teneat. huius vsus corporib⁹ sanis cõpetit, & hęc tria à nobis præscripta pulcherrima sunt. Quartum balneũ à pmissis aliquantum separatũ est. Interiacet illi via quę Pisas ducit, vbi palatium dñi Petri situm erat, appellaturq; balneũ Reginę, & est minerę ferreę cũ modico alumis. & qm dñs Petrus isto balneo vtebatur plurimum in quodã loco, vbi erãt pullulę calidiores: restrinxit istã aquã, & ingrediebatur quasi per sepulchri formã, nec plures duob⁹ eo in loco cõmorari poterãt. Circaq; eum locum caminum erigi fecerat separata parte, vt in exitu pãnis calidis abstergeretur, & amiciretur vestibus, ppter distantiã balnei à palatio suo. Cõfert mẽbris oĩbus nutritiuis & hydropicis. curat ictericos & ĩ summa est eiusdẽ naturę, qua balneum de villa in comitatu Lucano, & meo iudicio eodẽ efficaci⁹. auget maxime appetitũ. Ego D. Iacobum de Apiano ad hoc balneũ deduxi, & cum cęteris collegis meis huiusmodi effectus aperte vidimus. erãt vrinę eius multũ tinctę, & in egressus eius ad colorẽ debitum reducebãtur. Ferũt in hoc balneo hoĩes plurimum migere. Vsus autẽ eorum & tẽpus est de mẽse Maio vsq; ad medium Iulij. & est hoc balneum egregie cõstructũ, & ordinatum sicut alia ptacta. Distant à ciuitate p tria milliaria, & ab his ferè per tria milliaria prope mõtes illos, & prope ecclesiã fratrũ de Agnano. est balneũ illud frigidissimũ, de quo feci supius mẽtionẽ, in loco satis palustri, nec habet figurã balnei, nullis muris circunseptũ est, nec minerã habet vllã. Collega me⁹ physic⁹ isignis Ioãnes Gittolebrutia Pisan⁹ mecũ cõuenibat aquã istã, vt ex frigiditatis vehementia opinabamur esse marmoreã, cũ finitima sit mõtibus, ex quib⁹ marmora extrahũtur. nec est in vsu nisi mulierib⁹ dũtaxat sterilib⁹, quę ĩgrediẽtes rigẽt & tremũt plurimũ. Nõ sunt illi finitimę habitatiõs, sed multę villę nõ admodũ distãtes, Aedificãt ibidẽ capãnas, vel trabaccas erigunt, & pluribus dieb⁹ balneũ frequẽtãt. Et vt dixi, ppter vsum illius aquę multę steriles prolẽ cõceperunt, quorum è numero fuit vxor mea. Dicunt q illã aquã ingressis stringãtur & corrigãtur earum vẽtres, & deponunt

B. Vetus

B. dñarũ

B. Sanorum

B. Reginæ

& deponunt pluries vrinã in maxima quãtitate, & accedunt ad illud mense Iulio. Causam huius effectus nõ intelligimus, nisi per accidẽs per modũ antiperistaseos fortificãdo interius calorẽ naturalẽ, propter quod virtus expulsiua vigoretur ad expellẽdum per vias vrinæ humiditates existẽtes in matrice, vel fortasse vigorãdo matricẽ vniẽdo illas partes relaxatas à cẽtro. Nã causę sterilitatis aliquando esse possunt propter malã cõplexionem calidã matricis cuius fit illa frigiditas amotiua. Sic effectus illos mẽte versantes inuicẽ cõferebamus. & tamẽ vidim⁹ ex vsu illius aquę multos post ægrotãtes & etiã male finiẽtes. nec puto eius vsum ex cõsilio medicorum processisse, sed ex cõsuetudine quadã vana. & est aliud balneum in dicto comitatu Pisano valde solẽne, de quo prolixius loquar. nã dũ Pisis morã agerẽ, sępe numero illud adiui, & singulares vidi experiẽtias. postquã vero ea ciuitas ad Florẽtinorũ ditionẽ peruenit, famã apud Florẽtinos magnã indidi. Sic vt annis singulis subinde, & à ciuib⁹ illis & alijs plurimis ob ægrotatiões, ad quas cõfert, visitetur, cũ prius ignotũ esset. Distat hoc balneũ à ciuitate per sexdeci milliaria, & est in valle in plano, & loco domestico, & appellatur balneũ de aquis quod asserũt incolę ob id appellari, quia vet⁹ id villę nomẽ fuerit. Alij quia ibi magna aquarũ messet abũdãtia. alij ex copia aquę eius balnei ita nuncupatũ ferũt. & quia molẽdina adessent plurima. Hoc balneũ magnitudine fere duo exuperat, & introitus habet duos. huius aqua aliud intrat balneũ quod mulierũ esse dicitur. sed qm̃ tãtæ efficacię nõ est, cũ in trãsitu caliditas eius euanescat, factũ est primũ vtriq; sexui cõmune. Stant autẽ ob honestatẽ mulieres subtilibus & leuibus amictę vestimẽtis. & sicut plurimũ viri. Nonnunquã linteamina & sargias itermediũ apponunt locum, diuidẽtia. Cęterum puto si coopertum foret maiorem habiturum efficaciã, qm̃ caliditas, virtus & minera ĩ coopertura pariter vnitę maiorẽ cõtinerẽt efficaciã & effectus vtiliores producerẽt. Quod Florẽtini & in his & in alijs prouisuros se plerunq; dixere. Aqua hui⁹ balnei est clarissima, sic vt omnia quãtuis minuta in fundo discernantur. in quo arenulę grossiores & lucẽtes positęq; visuntur. Minera eius ferrea est. Alij dixerunt eã esse in parte ęneã, quod falsum eẽ puto, sed est cum hac aluminosa & est naturæ similis balnei de Auiniõe, quod est in comitatu Senarum, sed subtilioris substãtię, & ideo est minus actualiter calida, q̃ aqua illa. Pręterea cum fundata sit in grossiori substãtia, per cõsequẽs debet esse calidior, sed ista est valẽtioris operatiõis, illa vero tardioris. meo tamen iudicio nõ

B. de Aqs

A est proportio inter ambas. hãc enim vidi mirabiles effect⁹ producere. Cæterum aduertãt, qui hoc balneo vtuntur, q in aliquibus annis valde nocuum est. Rustici illius villę de hoc habẽt notitiã. nã in mense aprili efficitur turbidum quãdo inutile est, & eius aquã dicunt aliquãdo fieri citrinã. Huius causam inuestigare volẽtes ego & magnificus Ioãnes de quo supra, deinde doctor exim⁹ magister Nicola⁹ de Mãtua disputationes varias habuimus, quas omitto breuitatis causa. Vidi multos ĩ vsu balnei hydropicos & ictericos curatos. Confert maxĩe mẽbris oĩbus nutritiuis debilibus relaxatis, oẽm dyscrasiã nutritiuorum mẽbrorum calidã tollit. Multos vidi macilẽtos impinguari. nã fortificat hepatis attractionẽ vt validius mẽbrorũ nutrimẽta possit assumere. Renes valde mundificat. valet mulierib⁹ mẽstruis albis abũdãtibus, & B nõ nocet, vt vidi, iuncturis & neruis. vsus eius est potior de mẽse Iunio q̃ prius. Locus est melior in medio ipsius, quia ibi sunt multę pullulę reddẽtes aquã calidiorẽ. Nocet autẽ hoc balneum asthmaticis, & habẽtibus pect⁹ strictũ, & plerunq; interficit. Enarrabo duas insignes experiẽtias, quas vidi postq̃ discessi ẽ Pisis, vbi viderã q̃plurimas. Has autẽ nõ nomino, qm̃ Florẽtię ciuibus de Medicis de ipo ĩcognito dedit famã, & primo ad manus meas deuenit iuuenis quidã sciẽtificus & doctissimus Nicola dñi Verij de Medicis pessime in oĩbus dispositus nutritiuis. stomachum debilem habebat, & per indigestionẽ sæpenumero lienterias incurrebat. Hepar calidum, cuius virt⁹ attractiua debilis erat, & ob id corpore macilento, quod propter hęmorrhoidas affligebatur. Hũc iuuenẽ ex cõsilio meo cum primũ bello Pisano finis dat⁹ C fuit, et ciuitas illa Florẽtinis paruit, bene purgatũ ad hoc balneũ p̃misi magno desiderio euntẽ, cũ cõsilio meo inhęreret, & p̃cipue cũ bellis p̃pedit⁹ ad balneũ de villa ciuitatis Lucanæ prius accessisset, ex quo iuuamentum non modicum susceperat. Et memini medicum suum doctorem eximium, Baldum Florentinum de hoc controuersiam mecum habuisse semper, & consortes eius Ioannẽ Bicci de Medicis inter cæteros palã in ciuitate diuulgasse, nunquã illum viuum rediturũ, si ad illud balneũ accessisset. Accessit, & tãdẽ ex iuuamẽto p̃cepto me exaltauit plurimum multisq; annis cõtinuauit accessum. Posthęc cũ morã traherẽ cũ magnifico cõpatre & dño meo malatesta de Malatestis Pisaurięsi cũ salario aureorũ quingẽtorũ in anno, quẽ pessĩe dispositũ inuenerã in nutritiuis, sicut Nicolaum p̃dictũ, & tãto magis, q per annos quatuordecim fuerat à fluxu stomachico vexatus, sed modicũ in essentia principalis

tunc malæ dispositionis erat fluxus hepaticus op D
pilatiuus maiori ex parte & in totum non absol-
uebatur a fluxu etiam cerebrali, & corpore exte-
nuato hæmorrhoidas patiebatur, & ardoré vrinę
aliqualē sentiebat. renes calidissimos habet, & in
summa ex omnibus quos vidissem dispositū pes-
sime inueneră, erat enim podagricus. fui in collo
quio cū eodē, erat enim summa sciētia prędıtus.
vidimusq; plerūque simul Auicēnam in fen. xvj.
cap. de fluxu hepatico, & oīa accurate perlegēdo
errores à medicis suis factos ī prçteritū vidimus;
qui cum stipticantibus illum assidue curauerant
ad restringendum intendentes, ex quibus in dies
maior oppilatio secuta fuerat, & cōtinuæ augmē
tati fluxus. Cœpi itaque ab aperitiuis, quę statim
profuerūt. & postremo ex cōsilio meo, vt ad hoc
balneū accederet exhortatus est. Quod cū prçsen
fisset magnificus Frācıscus de Senis, qui tūc lege- E
bat in vrbe illa, & per annos sex salariū ab illo su-
sceperat, statim scripsit se huius balnei notitiā ha
buisse, cū ego & ipse in ciuitate Pisarum simul de
geremus, illudq; oīno sibi dissuasit. Voluit domi-
nus idē, vt literas eius viderē, sibiq; rescriberē. Ita
que opinionē eius ex ordine impugnaui. Tādem
dn̄us idem, & ego vna deprehēdimus, q̧ ignare
loquebatur. Nā, vt postea nouit domin⁹ Florētię
alio tempore per suas literas mihi missas, his, quę
prius dixerat, manifeste contradixit. Iuit ergo do
minus ipse cōsilio meo cū quo ire disposuerā. Ve
rum in itinere ex dysenteria lāguēs, cum recidis-
sem, substiti. & cū dominus Florētiam accessisset
magister Ioannes Baldus cum Raimundo domi-
ni Maximi de Albicis ad eum venientes maxime
eum dehortati sunt, causas adducēdo, quas idem F
facile dissoluit. iam enim hæ in studio suo mecū
discussæ fuerāt. erat autem eius dispositio ita ma-
la, vt amici eius Florentini mirarētur illum meo
consilio ad balnea illa accedere. Vicit tādem eius
sententia. iuit & mire cōualuit. quinimmo viam
optimā salutis ingressus est. attamen huic opinio
ni meæ filij & fratres contrarij fuere. Misi etiam
cum illo magistrum Michaelem Pistoriēsem me
dicum, cui centum & quinquaginta ducatos do-
no dedit, & ipsum summe dilexit. Habuit iuua-
mentū podagrę, & per accidēs in catarrho & flu-
xu cerebrali, quē verebatur ob vigorē mēbris ad-
ditū, ita vt deinde cū summa voluptate ad ea bal
nea sępius accesserit. Cuius si cōtrariū euenisset,
maximam cōtraxissem infamiam. Qua ex re effe
ctum est, vt Florētini ciues ea balnea liberius fre-
quentarint. Romandioli quoque & Marchiani
idē fecerūt. Ad hæc etiā consilio meo accessit Co
mitissa Arēgarda vxor Comitis Vrbini cū magni

fica domina Baptista vxore Galtutij filij domini
Malatestę, nec nō domina Paula eiusdem filia &
vxor domini Mātuani, & vicissim vxor domini
Imolēsis. Sic modico spatio tēporis adaucta est fa
ma balneorū ipsorū ob accessū dicti domini Ma
latestę ex consilio meo. Vltimū quē vidi ad has a-
quas pficiscētē, fuit dominus Malatesta Cęsariē-
sis effect⁹ hydropic⁹. iuit autē, ex cōsilio doctoris
eximij magistri Matthęi de Pisis pro me dati do-
mino Malatestę Pısauriēsi, cum quo etiā accessit
doctor egregi⁹ magister Iacob⁹ de Regio physic⁹
magnifici domini Pādulfi Iani & Placētij domi-
ni. Sed hic statim mortu⁹ est, & ad patriā suā dela
tus fuit mecū Florētię Idē magister Iacob⁹, & co
gnoui q̧ cum magistro Matthęo male cōcors fue
rat. Cęterū eorū iudicia silebo. Sed si domin⁹, de
quo retuli, asthmaticus fuerat & cōtinue febriēs,
vt certo noui & balnea omnibus febricitantibus
neganda sunt, & asthmaticis non solum nocent,
sed eos plerunque interimunt, & ex istis debet
omnino morbus extingui.

De natura & virtute balneorū comitatus Vulterræ.

Sequitur ex his loqui de aquis & balneis in Vul-
terrę comitatu existētibus. Nā eo in loco magna
mineraliū aquarū est abundātia. Sūt primo plura
balnea ab vrbe per sexdecim milliaria distātia, lo
cis tñ sterilibus. Ego ad illa cū hoīe mihi amicissi
mo olī accessi, Collutio stignano poeta Laurea-
tō & Florētinorū cācellario. hęc balnea à Florēti
nis egregie ornata sunt, & consilio egregij docto
ris magistri Christophori Georgij medici Florē-
tini, quē fratris loco diligo. cui cōmunitas illa in
hac re autoritatē dedit, cū illa eīxe cōmēdaret Balnea à morbo.
apud oēs. Vocātur autē balnea à morbo. & quia
locus syluester admodū est, & finitimę arces quę
dā nōnullorū nobiliū rapina viuētium, & recep-
tacula latronū & hominum pessimorum, qui ple
runq; ciues caperēt, & redimere eos pretio coge-
rēt, in tutū munimētis redactus est. Memini tēpo
rib⁹ meis quēdā de Castro Florētino, qui Mezeta
dicebatur ob podagrę morbū à quo vexabatur,
ad hęc balnea accessisse, captūq; à finitimis illis la
troībus se quatuor florenorū millibus redimere
voluisse, quod cū recusarent illi & octo millia ex
poscerēt, prçlegisse mortē ne filios pauperie op-
primeret, tantumque caput parieti impegisse, vt
obiret. Nō tñ locus adeo munitus est vt per mul-
tos dies hostiū īpetus sustinere posset, verū a subi-
tis īcursiōib⁹ satis tutus. Hoc ī loco plures habita
tiōes sunt & optīe ordinatę: & plura balnea meo
iudicio aluminosa à pdn̄o & sulfure, nā in parie-
tib⁹ circa locum exit tā magnā aluminis copia vi
situr, vt facile quātitas maxima capi posset. Vidē-
tur autem

rit autem mihi tria esse balnea inuicem se tangē tia. Illud in quo primo cadit aqua est ĩ ctualiter calidius,& confert multum doloribus à causa frigida iũcturarum prouenientibus, similiter & neruorũ,& siccat humiditates totius corporis, & cõuenit passiõibus matricis à causa frigida & humida,& nõ inducit magnam sitim, vt plura alia balnea faciunt,& caliditas illa satis tolerari potest vltra horã vnam. Vsus eius est in vere, & ibi descensus aquę qui supra caput recipi potest. & valet huiusmodi descensus ad desiccandum humiditates capitis catarrhalis. Extra mœnia est aliud balneũ temperatũ, ferreum, & tenet etiam de alumine, & est de natura balnei della Villa, quod est, vt dixi, in comitatu Lucano, & iudicio meo illo efficacius. Propè illa balnea ad duo milliaria in planitie montis iuxta quoddam oppidum, quod à longe apparet, & Castrum nouum appellatur, concauitates multæ visuntur, quas incolę Lucones nominant, quorum ebullitio mera cõspicitur in quibusdam. Ascendunt enim corpuscula aquæ cum rumore & impetu vsque ad superficiem; & fumi vapores immensos in aerem emittunt, feruntq; mirabile quoddam, nõnũquam duas aues aduolantes super hæc loca à vaporibus incensas cecidisse, & in Lacõibus istis cõbustas esse, Canes etiã & alia animalia in his proiecta decocta subito fuisse & cõbusta. Quorũ naturã nõ dubito esse sulfuream. Cõparant nõnulli huiusmodi ebullitionẽ caldario similẽ in quo pãni cum cinere coquũtur. His in locis ex varijs mineris magna aquarũ scatet abũdãtia & salis copia emanat, qđ Florẽtino populo & subditis eius vsum large suppeditat, sulfuris etiã, & aluminis vbertatem præstat.

De balneis comitatus Senarum.

Balnea, quæ ĩ comitatu Senarum esse referuntur, à me nunquam visa sunt. verum à viris doctissimis instructus, quorum è numero fuere magistri Marcus & Franciscus medici Senenses, cum quibus varijs in locis vnà conuersatus sum, abunde ipse possum scribere. Omnia præterea quæ à Gentili de his referũtur intellexi. principalia igitur balnea Petrioli præ omnibus habentur, quæ sulfurea admodũ sunt, cum substantia valde grossa, & calefaciunt multum, & exiccant, & humores attenuant & resoluunt. Valent doloribus in iuncturis existentibus, & passionibus neruorum frigidis. Sciaticis etiam multũ prosunt, & caput frigidum habentibus. supponitur enim caput vbi aqua exit ex ore leonis. cuius casus debet esse super partes anteriores, & subsequẽter ad posteriora cadat sine ictu aliquo. capitis nempe humiditates exiccat. & in hoc magnum affert iuuamen, vt

A per tres annos sequẽtes calefacere & exiccare creditur, & est balneum insignis famæ. Tempus autem vsus eius est de mẽse septembri & octobri & Martio & Aprili. Ego accessum ad id magis laudaui in mense Martio & Aprili, quoniam aliter, agentes temporibus frigoris & pluuiarum & niuium reuertuntur aliquãdo, quibus cum pori & meatus ob vsum balnei aperti sint, facile nocumẽtum incurrunt, & ab aere etiam alterato, siqua resolutio ob balnea per poros emanaret, oppilatis his retunditur & impeditur vt ego vidi nonnullos male finiuisse euntes illo tempore, quo vt plurimum ire cõsueuerant me inspectante etiam in mense decembri. Balneo huic proximum est balneum, quod Caldanelam vocant, dicuntq; virtutem eius esse ferream & mineram cum multum subtili substantia. Confert nutritiuis maxime relaxatis humiditates exiccãdo, & laxitatem remouendo, nec sensibiliter calefacit. Et est aliud balneum prope Petriolum, quod Macereti dicitur, istud de sulfure tenet. Aliud est balneũ quod Rapolani nominatur non longe à senarum vrbe, & habet de sulfure multum intenso, & ob id cutaneas exiccat materias, & scabiem grossam statim curat. Balneũ aliud est, quod dicitur de Auinione, & est in comitatu eodem Senarum. cuius virtus similis est virtuti balnei aquarũ comitatus Pisarũ, habet tamẽ substãtiã grossiorẽ, ideo tardius suũ imprimit effectum, & sicut dixi balneum de Aquis est isto, per multas quas vidi experientias, efficacius. Est & aliud balneũ quod sancti Philippi appellatur iuxta Rodicosanũ in ipso comitatu Senarũ, de quo Gẽtilis scribẽs suo prĩo tractatu dicit, q̃ est de natura balnei Petrioli, licet sit substãtię subtilioris, & ad oĩa illa cõfert, quib⁹ Petrioli balneũ cũ bono semp regimine & sic in futurũ. Addit etiã Gẽtilis ex clariore experiẽtia, quã fortasse habuit aliorũq; medicorũ relatione, q̃ minera eius sit nitrosa, & ideo multũ subtiliat & resoluit. & in summa effect⁹ ei⁹ sunt cõformes Petrioli balneo. Ego tñ annotaui sępenumero q̃ pl⁹ cõferat passionibus capitis frigidis & humidis & catarrhalib⁹ balneo Petrioli. Asserũt etiã aquã, quæ sup capita decidat, nõ esse tãtæ grauedinis, quãta sentitur in balneo Petrioli prędicto. putã t ẽt nõnulli in petrioli balneo aquã admistã esse quoniã effectus pteritis similes nõ sequãtur, & ob id balnei de Auinione succreuit fama. Nõ refert tñ Gẽtilis qualẽ fecerit de minera experiẽtiã, quę nulla alembico melior est. Memini dominum meum Malatestam de Malatestis per alembicum intelligere voluisse mineram balnei de Aquis, deprehenditq; multũ de alumine, parum vero de fer-

B. Caldanelæ.

B B. Maceren

B. Rapolanu.

B. de Auinione.

C

ro ineſſe,licet à prædominio ferreum eſſet, quod manifeſtiſsime viſu deprehenſum eſt.ſed ratione diſcutere opus eſt.nam licet corpulẽtia ferri eſſet minor,virtus tamẽ excellebat, quoniam ſi vtręq; partes librarentur : nulli dubium q̃ minores ferri partes maioris aluminis pondere excellerent . & in iſto etiã ſecundo tractatu, cum loquitur de balneo Petrioli,quod primo dixit ſulſureum , addidit per experientiam ſibi clarã intelligere, q̃ plus aluminis in ſe habeat q̃ ſulfuris. Et de hoc dixit non multum eſſe curandum,licet alij medici cõtrariũ opinati ſint, propter quæ ipſe fortaſſe hoc ambos tractatus non edidit. Sed meo iudicio debuit aquarum huiuſmodi habere experientiam & magis meliusq; tractatũ ampliare. & quod dicunt tempus acceſſus eſſe de menſibus ſeptembri & octobri à me ratione oppoſitum demonſtratũ eſt. & adſunt alia balnea multa ibidem, quæ ſancti Caſsiani appellãtur diuerſæ naturæ. Nam quędam ſunt ſulfurea maxime, & valent ad dolores iũcturarum frigidos & ſimilia. & alia ibi ſunt balnea temperata,quę paſsionibus hepatis & ſplenis accõmodata ſunt. & alia etiam balnea admodũ nota ibi viſuntur,de quibus cum omnibus in generali verba fecerim , ſingulariter de illis referre intendo. Eſt ergo iuxta oppidum quod ſanctus Caſsianus nuncupatur balneum vnũ quod della

B. della Terra.

Terra dicitur,à quo paſsiones matricis frigidę,& renum lapides & veſicę curãtur.prodeſt viciſsim fracturis iũcturarum.aſſerũtq; ſtantes in hoc balneo quamplurimum mingere arenulas & mucoſitates. diſtatq; id balneũ ab oppido per quatuor

B. della Caldagna

milliaria.Secũdum eſt balneum quod della Caldagna appellant & magni caloris , & ſiccum eſt. Curat ſcabiem humidam:verum ingrediẽtes parum in eo morari poſſunt.Competit ęgrotationibus humidis . Eſt tertium balneum quod ſanctæ

B. Sanctæ Mariæ.

Mariæ dicitur,& eſt ſimiliter valde calidũ & ſiccum.Curat ſtupidos,tremulos & patientes ſpaſmum de repletione, & valet cõtra catarrhum frigidũ.curat hydropicos, cum fit eorũ lapſus à cauſa frigida,& multum cõfert matrici humidæ.Dicunt incolæ,q̃ diſtat à balneo della terra per medium milliare.habet etiam cãnam ſeu dutiã , per quam exit aqua,quæ in capita delabitur patientium.Balneum & aliud eſt quod dicitur Caldanę,

B. Caldanæ.

& eſt calidum & ſiccum,& curat ſcabiem humidam & valet podagricis , & habet dutias effundẽtes aquam in balneo,in quo ſtant homines nudi. Eſt & aliud balneum quod dicitur Sicũtellæ,

B. della Sicarella.

ſiue della Sicarella,& eſt valde temperatum,quoniam illius minera eſt aluminoſa & ferrea, & valet ſupercalefactis , & multum confortat ſtoma-

D chum,ſplenem & hepar,& incitat appetitum,& eius aqua bibitur . exit autẽ ex duobus muris , ab vno quorũ exit calida , ex altero frigida , & valet ad matricem humidam. Aſſerunt & ibidem eſſe aliud balneum quod Grotæ nomĩatur, alij dicũt De boſrecto,nec eſt multum calidum . curat ſcabiem & lepram. Aliud balneum eſt,quod dicitur ſancti Georgij.plurimũ prodeſt vlcerib⁹ antiquatis.Eſt adhuc aliud balneum calidum, ſubtiliatiuum,& maxime prouocat ſudorẽ.omnia iſta balnea clariſsima ſunt,& eorum aqua bibitur, & de ipſo etiam clyſteria cõficiuntur. Aliud eſt ibi balneum,quod appellãt de luto,q̃ in ipſo magna eſt luti copia.In hoc vt plurimum ĩgrediuntur vlcera ſordida patientes, & quæ difficile conſolidantur,quibus neceſſe eſt per menſem vnum ad minus,aut duos in eo commorari . Acceſſus ad hæc

B. Grotæ vel de bosrecto.

B. Sancti Georgij.

E balnea ſancti Caſsiani eſt vt plurimum de menſe Martio, Aprili,& Maio & per totum ſeptembrẽ. Et hæc de Senenſibus balneis dicta ſunt.

Balnea Romandiolæ.

In Romãdiola ſunt balnea in loco,qui dicitur ſanta Maria de bagno.oppida autem & uillę illarum partium fuere ſub ditiõe Comitis Guidonis & Petri ac Ricardi nepotũ eius, qui mihi amiciſſimi fuere.verum comes Guido neutiq; mihi fuit amicus.nam cum Piſana ciuitas ad ditionem Mediolanenſis ducis perueniſſet,et ille locum tenentis officium teneret in ea : & ego ad curam vnius ciuis à Florẽtia ad illum euocatus eſſem,vocabatur autem ciuis ille Petrus de Vagia,me admodũ ſuſpectum habuit, q̃ a Piſanis & Florẽtinis æque diligebar,qui illum & dominium odio habebãt.

F Sed vt ad propoſitum reuertar,ab eodem ciue, quem poſtea languentem curaui in Piſauro , & à nepotibus prædicti Comitis de virtutibus horũ balneorũ plene informatus fui.peruenit deinde dominatus illorum oppidorum ad magnificum Compatrẽ meum Ioannẽ de Gambacurtis , qui datus fuit à Florẽtinis,quo tempore Piſas illis aſſignauit,& ab illo etiam veritatis notitiam percepi de balneorum ipſorum virtute & efficacia. Reperi autẽ quod paucis verbis dicunt medici quod de natura balnei Corſenæ ſint, quæ autem natura & minera ſit balnei Corſenæ ſuperius explicatum eſt. Gentilis in ſuo ſecundo opuſculo dicit quod balneum de turri ſanctæ Mariæ in Bagno ſuo iudicio & omnium aliorum qui illud experti ſunt, ſulfureæ eſt naturæ cum aliquali aluminis permiſtione.& idem aſſerunt illius balnei & oppidorum domini prioris.Ioãnes autem de Gambacurtis compater meus dicit ſimile.primi vero qui aſſerebant ſimile eſſe balneo Corſenæ in vir-

tute &

aute & minera, dicunt q non sit tantę caliditatis,
nec in potentia, nec in actu, & q mundificat ner-
uos, & mitigat dolores eorum & omnium iũctu
rarum superfluitates exiccat. etiam matricis. pro-
sternit tamen appetitum. Ego ex informatione
sumpta intelligo, q eo in loco tria balnea sunt,
quę diuersas habẽt mineras. Principale est, vt ćre
B. de Torri do balneũ de turri sulphureum & aluminosum
quod confert ad prætactas ægrotationes. Secun-
B. de Medio dum est balneũ quod vocãt de medio, & est plus
aluminosum quàm sulfureũ. Hęc scribo propter
quod dixi mineras esse distinctas, & asserunt id
esse valde temperatũ, & quod vocatur balneum
poltronum, cito curat scabiem. Tertiũ est quod
B. dominarum appellãt balneum dominarum, cuius minera est
ferrea & ænea, teniens etiam de alumine, & est so
lenne quod cõfert, vt aiunt, ad multas ęgrotatio-
nes, quemadmodum & balneum Porrectæ. Scio
hoc vnum q plurimum cõfert ad pasiones ma-
tricis, & plures accedũt ad illud steriles mulieres,
& ibi in balneo principali aquæ ab alto copio-
sus est descensus, sub quo capita ponunt, quemad
modum in balneo Petrioli & prodest plurimum
pasionibus frigidis & humidis catarrhalibus, &
ob id dominus Ioannes prædictus, & domina Io
anna vxor eius & commater mea, quorum ca-
pita catarrhosa sunt ex eius vsu iuuamen accipiũt
non modicũ illumq; ab alto descensum aquę a
balneo pricipali per eosdem quodam artificio or
dinatum esse memini.

Insignis tractatus de virtutibus aquarũ Porrectæ.

Hactenus de balneis præmissis abũde dictum
reor. nunc de aquis & balneis Porrectę copiosius
dicendum est, de quibus Bononienses medici so
lenniter magnoq; ordine disseruere, tot laudes il
lis ascribentes. quę si veræ sunt, sacerrimas illas a-
quas, quemadmodum Aristoteles balnea appella
uit, dicere posumus. Ac primum de earum origi
ne referam. Est autem huius aquę ortus è duobus
mõtibus lapideis & saxosis in comitatu Bononię
existentibus à ciuitate per trigintaquatuor millia
ria distantibus, vt aiunt, & Pistoriensium ac Flo-
rentinorum alpibus versus meridiẽ finitimis. fe-
runtq; in medio istorum montium esse riuũ quẽ
dam satis amplum. Manat autẽ huiusmodi aqua
per duo canalia ex vtroque monte. caditq; tandẽ
& colligitur in duobus balneis ibi existẽtibus per
dicta balnea fluens. Asseruntq; q in mõte sinistro
versus oriẽtem ex eius latere quo fluit, exeunt fu
mi & vapores clari ad rubedinem declinantes. Sa
por huius aquæ est parum sulfureus. Aliqui dicũt
aluminosus, quod ipse nõ affirmo, & salitus. eius
etiam caliditas satis temperata bibitur. Inducit

A tortiones aliquas corporis & dolores, & aliquan-
tulum debilitat. & quia multum ægrotantibus
confert, nõnunquam in ligneis vasis ad longin-
quas partes transportatur. & aliquando prodest,
non tamen eam seruat virtutem, quã in loco pro
prio continet, & est facilis corruptionis, & cito sa
porem suum perdit. Tam ingentes autem laudes
attribuũtur huic aquę, vt difficile sit eas posse cre
dere. & fortasse à Bononiensibus medicis tanto-
pere laudata est, q in eorum comitatu sit. Debet
autem assumi cum solẽni custodia & ordine, qui
ordo & tunc & ante & post seruãdus inferius scri
betur. Hæc aqua omnem cerebri debilitatem re-
mouet. & confert ad omnes infirmitates, incipiẽ
do à capite vsque ad pedes. & vt breuiter dicam,
ad omnia quæ ponuntur in tertio canone Auicẽ
nę, q quasi ad omnes ægrotationes ibidem anno
B tatas prodest. Curat ergo cerebrum, & subuenit
infirmitatibus oculorum. reparat auditum mire,
amouet fœtorem narium, tollit capitis dolorem,
consumit rheuma, purgat catarrhũ & humidita-
tes in lingua & palato existentes. consumit & ex
pellit humores in gula congregatos, vocem rau-
cam clarificat, cõtra pectoris stricturam valet, &
difficilem anhelitus respiratiõem remouet, deie-
ctionem appetitus recuperat, remouet sputũ san-
guinis. Stomacho debili, nõ bene digerẽti est ma
xime salubris. necat vermes in corpore existẽtes,
& iterficit (vt aiunt) ranas & animalia venenosa
à casu corpora nostra ingrediẽtia. etiam si fuerint
per longum tempus in corpore nutrita. curat op-
pilatiões hepatis & splenis & remouet dolorem
& colorem croceum: rubicundũ & viuificum in
ducendo. lauat intestina si à fæcibus sint corrup-
C ta. & in summa omnes immunditias potenter ex
pellit. tollit dolorem intestinorum, causam potẽ
ter amouendo. curat renum lassitudinem, remo-
uet & dolorem vesicæ. expellit arenulas cõgrega
tas. Impedimẽtũ sine dolore remouet in mingẽ-
do. Valet podagricis & omnibus non antiquatis
doloribus iũcturarum, & antiquatis etiam, vt di-
cunt, præstat iuuamentum, paralyticos sanat, &
neruorum tremori cõfert. scabiem chronicatam
& radicatã expellit statim, & saniem per corpus
dispersam educit, & testimonio incolarũ qui vi-
dere, liberat hydropicos, si talis infirmitas non an
tiquata sit & chronica. sed cũ difficiliori modo.
oportet enim vt interpollatim per triginta dies
ad minus penitus assumatur. & dicũt etiam q nõ
est verum q interficiat hydropicos, cõfirmatos,
quinimmo sanat eos per lõgum tempus assump-
ta. liberat equos bulsos si per duos mẽses potu il-
lius aquæ assuescant. Alij addunt mirabile, q mu

lieribus prægnantibus confert, si perdiderint appetitum, & non præstat illis nocumentum. Sed illum iuuat, illumq; firmat, quod inter admiranda poni potest. Curat extenuatos & macrefactos & eos impinguat, & quod amplius est, febrē tertianam remouere eam dicunt, & quartanam liberare si sit etiam antiquata. Quæ si vera sunt, diuina huiusmodi aqua habenda est. nec solū virtute cœlestiū, sed Dei nutu sita in hoc syluestri loco. Hæ nanque laudes à Bononiensibus medicis decantatæ, attenta fama studij multos ad hæc balnea videnda & experienda compulere. nam anno isto magnus quidam archiepiscopus cum ingenti comitiua & medicis suis accessit. voluitq; vltra suos habere magistrum Masium Laudensem virū bene expertum virtutis huius aquæ, & mihi amicissimum Bononiæ cōmorantem. Ego vero vt laudēs prætactas aliqua ex parte confirmem, casum mihi cognitum referam. Fui plerunq; in ciuitate Florentiæ, curæ assidens vnius ciuis, magni mercatoris, qui Barnabas de Allijs vocabatur. erantq; multi medici mecū in cura ex famosioribus vrbis illius. hic vt breuiter referam, excoriationem maximā patiebatur in vesica. Quærebat autem à nobis, an ex consilio nostro ad hoc balneum accederet, quod nos cōtinue dissuasimus, quoniā nitrositas huiusmodi excoriationi est inimica. Tandē cum nos separatim, deinde coniunctim cōsuluisset, intellecta desiderij sui vehementia (nā tractatum huius balnei vulgari sermone cōtinebat, pluresq; ex vsū huius aquæ conualuisse referebat) vt accederet annuimus, magistrum Leonardum de Bibiena Florētiæ cognitum in societate illius cōmittentes, qui languēti alias astiterat, & complexionem eius optime callebat, vt in vsū balnei procederet, tentaretq; euentum. postremo cum iuisset, tentassetq; balneū redijt non sine conualescētia, & per plures menses nō minus solito se male habuit. Denuo vero vexatus cum sit, hæc infirmitas prorsus incurabilis etiam sine iuuamento reuersus est, cum ad illud accessisset. Conati autem sumus inter nos medici causas conualescentię huiusmodi indagare. & qm̄ saniei quātitas, q̄ eijciebat, maxima erat videbatur nobis impossibile tātam saniē ab vlceribus posse procedere, propter quæ cōueniebamus esse ibi multum de phlegmate per viam cōgestionis, licet impropriè saniato, & totum tamen semper visa experientia, descendebat ad fundum. Et quia illud balneum multum renes mundificat, abstergebatur & vesica à phlegmate, propter quod illa minorata salsa facta & nitrosa materia, & cum minori pœna mingebat, & vlcera essent minora: pręsentia tamen

D istius nitrosæ materiæ continue vlcera illa magis ampliabat. Hanc causam iuuamento attribuimus, quoniam licet exiccatiuum sit, quia sulfureum & nitrosum, & vlcera omnia cum exiccantibus curari debeant, virtus huius exiccatiua mineræ sit in hoc casu potius nocua. Tertio iterū ad ipsa balnea redijt. Cæterum ignoro, quemadmodū sibi successerit. superuenit enim pestis, cuius causa fuga arrepta. Vlterius nec quid egerit ab ipso aut alio percūctari licuit.

De regulis circa vsum balneorum Porrectæ.

Explicatis iam tādem huius aquæ virtutibus, quas rite diuinas & mirabiles possumus dicere, de regulis modo & ordine in vsu huius aquæ necessarijs restat disserēdum, de quarum copia neutique admirari conueniet. & si multa in hoc capitulo & sequenti referantur, cum ad omnem infir-

E mitatem fere nostri corporis & malarum dispositionum respiciat hæc virtus. Primum qui salubriter hoc balneo vti voluerit, & huius aquæ potu, ad id accedere cōueniet de mensibus Maio, summo Iulio & Augusto. Congruum tamen magis esse ferunt in mense Augusto, præcedētes etiam menses non in congrui sunt. verum ad anni tempora respiciendum est, qualiter in frigore & calore temperata sunt. Ingredientes balneum non statim aquam assumere debebunt, verum in primis per diem vnam in loco maneāt quiescētes, quod merito fit propter noui aëris introitū, & q̄ ab accessu fatigati sunt, potissimum qui à longinquis partibus venerūt. Deinde balneum ingrediātur, in quo per horæ spatium moram trahant, & plus & minus, donec summitates digitorum omniū incrispentur. deinde exeant, & quiescant aliquan-

F tum. veniente autem hora prandij vel cœnæ leuiter comedant, & sequēti die in ortu solis ad aquę ductum accedant; & assumere incipiant ad duorum vel trium vasorum mensuram. deinde ambulent sedate, quo exercitio perfecto denuo ad solitam, vt dixi, mensuram aquam assumant: & iterum ambulent, iterato bibentes paulatim quoad in potu delectari incipiant, vsquequo præcedēte potu incipiat aquæ exitus apparere per poros vel per vrina, aut etiam per secessum. Nec debēt à potu huius aquę temperare, donec per aliquam istarum viarum euacuationē fieri deprehendant cum illa Claritate, qua aquam assumebāt. Quod in vase vitreo diligenter attendendum erit, comparata vtriusque claritate. Postmodū aliquali pręcedente quiete balneum ingrediantur, seruentq; moræ tempus superius explicatum. Hoc balneū debilitat, sed disponit & maturat, & humores expellit abundantes, vel peccantes in corpore vniuerso.

uerso. & quia huiusmodi aqua nōnunquam calefacta in tinis ad vsum præparatur à nonnullis: fugiat vnusquisque moneo hunc vsum, quoniā virtutem propriā amittit. Cum vero in balneo moram debitam egerint, exeant & quiescant in pannis vel lecto, vt si virtus fatigata fuerit, recreetur aliquantum. Hoc acto ad aquam redeant rursus, & illā sine impetu, & cum delectatione assumāt, &, vt superius dictum est, ordinem seruēt, & mēsuræ modū & claritatem etiam aduertant qua bibitur & emittitur. Putoq; eos vehemēter errare, qui illam cum impetu, & maiore quantitate quā expedit, exhauriant. quoniam prę ter ordinem assumpta nec sic lauat, nec curat, nec clara egreditur, quoniam tempore debito non residet in corpore, nec humores disponit, aut pfecte maturat.

Regimen dicti balnei.

Regimē autem post balneum & eius exitum & aquā assumptam, tale est à medicis annotatū, vt primo sine somno quiescant. deinde prādium assumant, & vtantur cibis facile digestiuis, cuiusmodi sūt carnes pullorum, fasianorum, perdicū & auium minutarū, in pratis vel in montibus habitantium, & quæ ad perfectionem decoctę sint, elixatæ potius quàm assatæ. Cibaria autem diligēter ab his masticanda sunt. Quoniam prima digestio fit in ore, et cibi bene cōtriti dentibus facilius à stomacho digeruntur, in quo maxime aduertēdum est, cum balneum famē inferat, ideo in quātitate non erit edēdum, & dimidium pulli assumpti aliunde sufficiet. Edant etiam panem brodio madefactum, quia facilius à stomacho digeritur. Bibant vinum moderate, sine aquę tamen admistione. nec inter comedendum bibētes excedant qualibet vice dimidium vini cyathum. vtilius est enim iterare potionem, quàm semel abūde sumere. post prandium nō dormiant, sed in colloquijs iocundis, & delectantibus, morentur cum sodalibus & solatijs sine fatigatiōe vlla corporis. Hic cęnandum est ab illis ea die qua balnei aquam biberint. Si vero in hora cœnæ digestione perfecta famescerent, duo vitella ouorum recētium assumere quibūt, albumine reiecto & vini modicum nō lymphati. Quibus autem oua tædium afferūt, panis modicum vino perfusum possunt edere. deinde hora sua lectum ingrediantur, dormiantq; & quiescant. Sequenti vero die aquam assumere nō debēt, sed quiescere, & naturę pacem dare ob plurimam agitationem humorum in præcedēte die factam. debēt autem quieti ante horam tertiarū, & priusq̄ prandium assumant, visitare balneum, & sic in vesperis iam prādij digestione completa, ita vt in illo die bis ingrediantur, & morentur in

A balneo iuxta ordinem præscriptum, donec digiti in summitatibus suis incrispentur. & ea die prandeant, & cœnam assumant cum temperantia tamen, vt præmisimus. Hac die balneo vtentur potu aquę eius post habito. nam ita humores pro sequenti die disponuntur, quo bibere conuenit, & maturos ad exitū præparat. sic interposito die ad aquę potum reuertentur in ortu solis. & cum ordine, tempore & modo procedēt interpositis diebus potionis & balnei, vt abunde dictū est. Aquā autem assumere opus est tribus interpollatim vicibus, diem vnam in medio ponendo. Et quoniā multi ad hæc balnea accedunt, quorum infirmitates lōgo tempore inueteratæ sunt, his magis cōtinuandū erit sex ad minus vicibus aquam bibendo, interposita semper die vna & sic in balnei introitu seruandus ordo. & in quiescendo, dormiē-

B do, edendo, & in cæteris à nobis explicatis regula non omittenda.

De regimine in recessu balnei seruando.

Et quoniam ordinē in mora circa balnea habenda retulimus, nunc quemadmodū in recessu se gerāt, explicabimus. Principio igitur qui equester recessurus erit, quotidie parū equitare debebit. si vero pedester, similiter parum ambulare debebit. & qui se portari faciunt alio modo, sine labore multo redirè in patriam debent. prandium autem non assumant, nisi tertiarum hora transierit, vlterius non differendo, ne stomachus ex mora debilitetur, & quęcunque assumere voluerint bona & vtilia in prandio & cœna diligenter masticare cōueniet. & per dies saltem octo à somno diurno abstineant. Vinum quo vtētur album sit, non dulce, & stomacho eorum conforme, quod

C nulla aqua misceatur. & quoniam vina aliquādo potentiora sunt & fumosa, parum panis infundatur, & per spatium temporis moretur in vino. nā fumositatem demit. Elapsis vero his octo diebus ad vinum redeant consuetum. Si in nonis famelici fuerint, duo vitella ouorum assumāt recentia, vel cum vino modicum panis madefacti. Post assumptum prādium per horam ad minus quiescēre debent, donec cibi ad stomachi fundum descēderint. & cum se exercitauerint aliquādo, sit exercitium valde lentum, sit eorum cęna valde leuis, vt superius dictum est, cum pullis elixatis & regimine supradicto. postea diebus ad minus quindecim elapsis, vesci eis licebit & carnibus castratinis, omnib⁹ tamen bene coctis & elixatis. & quoniam cibaria talia esse conuenit, vt facile digerantur, vtātur brodio pulli, pane intus madefacto, tā in prandio quàm in cęna. & in delectatione morētur, assidue abluāt manus vino, quoniam à ta-

ctu aquæ

ctu aquæ est maxime pręcauẽdum. Ideo à quibuscunque præterquã à dictis cibarijs in tactu est pręcauendum, & ab assatis etiam cibis abstinẽdum, & à fructibus omnibus & leguminibus. etiã acetum non gustent, & ab acutis abstineant, vt sunt radices, allia, cepæ & similia. Nocent prętera sic se habentibus caules, ficus, vuæ, agresta & cibaria ex pasta. Præ omnibus nihil est coitu nocentius, cui ad minus vsque ad mensem non est indulgendum, etiam si complexionem optimam & robustam habuerint. qui autem debiliores fuerint, lõgiori tempore castos esse cõueniet. & hæc omnia ad mensis spatium saltem obseruabunt. Muniant se pannis assidue, & cum calido tẽperato se à ventis & frigore tueantur. Quicunq; vero ad hæc balnea Porrectæ euntes, vtilitatẽ ex illis cõsequi affectãt, quotãnis aut saltẽ triẽnio elapso ad illa redeant, ordinẽq; præscriptũ obseruẽt. Eo nãque mo- E do & curã adipiscẽtur ægrotationum suarum, & vitam longæuam incolumemque deducent.

Balneum Asculanum.

Et vt ad alia vertamus stylum, dicũt esse in cõmitatu Asculi balneũ, quod est sulfureum, cuius tamẽ natura & proprietas multum nocet oculis. maxime debilibus, ad ipsos materiam mouendo. qua ex causa qui ad hæc balnea accessuri sũt, plus cęteris mundificati esse debebũt, & minus materiæ ad oculos afferre, & consilio vti, quo sciant se oculos tueri posse quam maxime, & cursui materię obuiare. Cõfert hoc balneũ vt aiunt, quemadmodum reliqua balnea sulfurea, scilicet mundificando neruos, & iuncturis vtilitatem afferendo. & confert contra tetanum, & omnẽ spasmum ex repletione prodeuntem. Curat scabiem & botor & vlcera mala, & est exiccatiuum. medetur etiã F spleni ingrossato. deijcit tamen appetitum. Conuenit habentibus matrices humidas exiccando. & eius vsus est de mẽse Maio, vt aliorum balneorum vsus est.

De balneis Paduanis.

Paduana ciuitas in comitatu suo habet plura balnea, quorũ omnium vnicam dicunt esse minerami. sunt enim omnia salsa & nitrosa, & vocãtur B. S. Helenæ balnea sanctæ Helenæ. prosunt habentibus capita & pectora repleta & stomachũ similiter humidum, & contra hydropisim humidã, scilicet ascliticam passionem, & generaliter contra humiditates omnes quascunque in corporis partes generatas. A mensis Maij principio vsque in finẽ septembris horum balneorum vsus est proficuus, obseruatis regulis superius explicatis.

De balneis Viterbiensibus.

Sequitur nũc de balneis Viterbiẽsibus loqui,

D qua in vrbe cum aliquãdo affuerim, eadem die à medicis illis informari diligenter curaui, intellexiq; magnum ibi esse balneorũ numerum, diuersitatemq; minerarum maximam, quæ varijs morbis & dispositionibus malis subueniãt. ferunt ibi esse balnea numero decẽ egregie fabricata, ex quibus præcipuum & optimum nominãt, quod della grota dicitur. cuius aqua est potabilis & clara B. de grotta & delectabilis in sapore, vt aiunt, nec dissimilis a quæ patriæ meæ Montiscatini, de qua præscripsi. Narrant medici illarũ partium vidisse se aliquos bibẽtes de dicta aqua vsque ad vnum barile. Eius mineram dicũt esse æneam, propter quod visum fortificare dicitur. est enim adeo lucida & trãsparens, vt merito visui conferre videatur. Congruẽtia splendoris & claritatis prodest habentibus catarrhactas & humiditates lippitudinosas, ad ocu- E los fluentes, quas omnes exiccat. & quibus oculorum pauci insunt spiritus, eos multiplicat sua claritate, quos effectus producit, cerebrum cõfortãdo quod in senib⁹ expedit. à cerebro enim virtus visiua, & visibiles spiritus oriuntur. fortificat etiã balneum istud appetitum & stomachi dyscrasiã remouet, digestionem procurat, & ob id ad illud maxime vadunt cõualescentes, quibus appetitus prostratus est. valet prægnantibus ob eãdem causam, cum corruptum habẽt appetitũ. debent autem mulieres huiusmodi aquã bibere in primis mensibus cum bono moderamine, & tute in eiusdem aqua madefactum panem edere possunt. Verum balneum nullo modo ingrediantur, quoniã possunt leuiter abortire. Aperit dictum balneũ oppilationes renum, & ad lapillos & arenulas cõfert expellendas, & ipsos mundificat ab humori- F bus viscosis & grossis potẽter subtiliãdo eos. & id confert non solum bibendo, sed balneando insuper. lapidem renum & vesicæ frangit & expellit. & vt tunc & posterius audiui, nonnulli pergrossos lapides (quos in vesica generatos longo tempore tulere cum doloribus & angustia) ex vsu huius aquæ frustatim proiecerũt. qua in virtute adhuc magis potẽs efficeretur, & maioris efficaciæ, si parum ante balnei introitum vel ingrediendo illud patiẽtes de aliquo electuario ad id congruẽte portionem assumerent, vt sunt Iustini vel Philãthropos electuaria, descripta in Nicolai antidotario. Curat dolores colicos & iliacos, siue sint vẽtosi, siue à materijs phlegmaticis processerint, & neruos & neruosa membra infrigidata etiam calefacit. vel si etiam contracta fuerint ob virtutem calidam confortantem. curat insuper paralysim & spasmum ex repletione prodeũtem, vt veridici & experti affirmãt. Secũdum balneum Vallis B. Va... dicitur

dicitur non longe supra primũ, & est mineræ sulfureæ communiter plus à mulieribus quàm à viris frequentatum, & ob id dominarum nuncupatur. Confert sterilibus ad cõcipiendum, nam matricem abstergit & mũdificat ab humiditatibus viscosis, menstrua prouocat, siqua retinentur. valet doloribus à frigida causa venientibus, & doloribus articulorũ, ac sciaticis, & omnibus quæ in istis membris resistunt à causa primitiua, & denique ad omnes morbos neruorum maxime frigidos. & quoniam huius balnei aqua multum calida est, diutius in eo fœminę quàm mares permanere possunt, quia sunt illis calidiores. & tamẽ fœminæ pariter in eo anxiãtur vt viri. hæc aqua magis feruet hyeme quàm ęstate. Tertium balneum cruciatorum appellatur. eius minera est sulfurea, & grosioris substantię quàm balneum secundũ: cuius signum est, quòd ab eo magis lapidificãtur transitus, quod nõ eueniret si esset substantiæ subtilis. est hoc balneum præcedente calidius, quòd eius calor in materia vel substãtia magis dẽsa fundatur. Confert passionibus catarrhalibus & præcipue frigidis & humidis. mundificat enim superfluitates cerebri, & omnia instrumenta sensuum sua proprietate. prodest nõ parum podagricis & in iunctũris passiones habẽtibus, & neruis & articulis. Musculos confortat & omnia ligamẽta, & phlegmaticas materias & mucosas ad ea mẽbra fluẽtes tollit. Ferunt nõnullos ex vsu huius aquæ gressum recuperasse, cũ prius ambulare non possent. Ego tñ vt psatus sum, maiores adhuc effectꝰ vidi in balneo Corsenæ. valet etiam mollificatis, quia humiditates cerebri exiccando neruos tanq̃ à cerebro prodeũtes firmat. & cum cerebrum sit veluti membrum mittẽs, omnia membra recipiẽtia cõfirmantur. Quartum balneum est quod appellant Aquæ bullicaminis temperatę caliditatis, sed habent magis in potentia exiccãdi, & est aluminosum. Eius proprietas est vt ferunt, supercalefactum emẽdare, & ob id scabiem optime curat, & morpheam. & valet patientibus impetiginem, & confert ad lepram & omnes morbos cutaneos expellit, & corrigit superfluitates humidas, ad hydropem disponentes. Quintum balneum de palatijs vocatur, & tenet de sulfure & alumine, plus tamẽ aluminosum quàm sulfureum. Cõfert habẽtibus scabiem, & omnem malam speciẽ scabiei. liberat enim nõnullos qui leprosi videbãtur ob speciem scabiei prauam. Sextum balneum de Boschetis vocatur, & est sulfureum, subtilioris tamen substantię, quã præcedẽs, calidum satis. valet vicissim ad excessiuã humiditatẽ neruorũ remouendã. valet mollificatis & mẽbris propter

Balneum Cruciatorum.

Aquæ Bullicaminis

B. de palatijs.

B. de Boschetis.

A repletionẽ contractis, vt manifeste extendantur. Patientibus sciaticam subuenit. confert ad colicũ & iliacũ dolorem, quantumcũque antiquati fuerint. & dicũt q̃ curat ossa fracta & dislocata reducit. Septimum balneum est quod sanctę Marię in silice appellant. hoc curat paralyticos maxime: quod est humiditatum in neruis cõtentorum pręcipue exiccatiuum. & vẽtositatem intestinorum resoluit. curat scabiem, cuius materia cholera sit adusta, & est aqua sulfurea, fœtens, multum leuis, & adeo suauis & mollis, ac si esset vnguẽtum. ex quo aliqui illud balneum suaue vocauerũt, vt audiui. Octauum balneum Prati dicitur. eius minera est sulfurea, & eius caliditas est mitis non magna, sedatiuum est dolorum in quacũque corporis parte fuerint sine vlla violentia. confert vel in primis ad dolores matricales, & omnibus matricis passionibus, vẽtositates intestinorũ & musculorum, & aliorũ membrorũ, & omniũ annihilat & resoluit. Alij dicunt q̃ curat hydropicos si sint

B in capitulo tympanitis. Nonũ vero balneum est Paganelli, quod ęreæ vel ęneæ minerę esse dicũt. Cuius aqua similis est aquę, quam sanctam appellant, quę euacuat per secessum, ob id fęces retẽtas potẽter expellit, siue purę sint, siue cum humoribus permistæ. Vnit stomachos macrefactos & villos ac virtutes stomachi fortificat & magis digestiuum. valet habẽtibus appetitus deiectionem, & corruptionem, & est hæc aqua multum diuretica per vrinã, cum vsu eius multę materiæ expurgãtur. prodest igitur renibus & purgat, & matricem abstergit, menstrua prouocãdo, & ob id pręgnantibus nocua, quod facile eas abortire faciat. Decimum & vltimũ balneum Asinellæ dicitur. huius aqua parum sulfurea, plurimũ vero ęnea est, & est subtilissima & transparẽs. purgat matri-

C ces mulierũ & mundificat illas à menstruis & disponit ac præparat ad conceptũ. aperit hęmorrhoidas, subuenit defectui stomachi à frigida causa procedẽti, similiter & hepati, & tantę subtilitatis in modũ substantiæ hepatis & splenis & aliorum membrorum oppilationes aperit, & in istis membris frigidos humores digerit.

B. S. Mariæ i silice

B. prati

B. paganelli.

Balneum Asinellæ

Sequitur Tractatus de balneis Puteolanis.

Post premissa ordo exigere videtur vt de Puteolanis balneis verba faciamus, vbi Baiarũ amœni secessus, & Romanorum quondam fuere delitiæ. de his ex fama notitiã habuimus, q̃ apud Puteolos, quasi fons quidam & origo balneorũ scateat, quæ inter cętera tenent principatum. Nunc autem cum Perusino ĩ studio lectiõi operam assidue adhiberem, à quodam doctissimo physico & doctore qui Mattheus de Asisio appellatur, opusculum

opusculum suscepi editū per quendam Matthęū de Plantimone medicum Salernitanum, in quo balneorum huiusmodi virtutes continentur. quę si veræ sunt, audeo dicere ad omnes infirmitates quæ euenire possent, eorum vsum maxime cōfer re. ferūtq; proprietatem cuiuslibet balnei, & morbos quos curet ibidē metrice esse descriptos. Admirari tamen compellor ꝙ opusculi huius conditor de mineris eorū nihil loquatur, nisi forte existimauit ex cognitiōe curarum ad ægrotationes, minerarū etiā naturas deprehendi posse. erudite, tñ de aliqb' aqs loqtur, quas aquas salsas appellat.

De sudatorij virtute.

Principio igitur retulit ibi vnū esse locū, quē sudatorium nominat, qui mirum in modū sudorem ꝓuocet, malosq; chymos è corpore ꝓ sudorem pellat & corpus præcipue alleuiet, & vlcera exiccet sub cute latētia, & aqua quæ calescit in calore sudatorij, languentes restaurat, & ilia sanat. E

Balneum Sulphureum.

Balneum primū vocant sulphureum cuius virtutes esse dicunt, ꝙ neruos mollificat, scabiem sanat, mulieres steriles fœtātes reddit, dolorem capitis remouet, aquosas oculorū lachrymas stringit, visumq; reddit acutū, contra vomitum valet, humores phlegmaticos optime dissoluit, febres cum frigore factas curat, præcedente tamen purgatiōe sufficiēti ad vsum illius balnei necessaria.

Balneum Aquæ Strumę.

Aliud est balneū, cuius Aqua Strumę dicitur. hoc pigritiā membrorū tollit, lęsis oculis præstat opem, prohibet à capite cursum phlegmatis & rheumatis cuiuscunque, prodest dentibus, cadentem vuam releuat. cōfert faucibus & brāchos patientibus & coryzas. valet tussi, & pectus lenit, F vocem restaurat, tollit stomachi fastidium, & excitat appetitum. Dicunt tamen quòd vsus eius corpus inflammat.

Balneum Aquæ bullæ.

Aliud balneum nomināt Aquam bullæ. valet capiti & est veluti quoddam antidotum. purgat matricem, confert spleni, & eximie purgat omnes hepatis partes.

Balneum Iuncariæ.

Aliud balneum vocant iuncarię. istud animū lætificat, & omnia per se venientia suspiria tollit. cōsumptis multum prodest, omnes exiccationis causas remouet. pectus debile forte reddit, visui confert, stomachum valde cōfortat, & febres omnes interpollatas annihilat, estq; inter cætera saluberrimum balneum.

Balneum Balneoli.

Aliud est balneū Balneoli foris scriptæ, & est D aquę dulcis, in qua nulla est potentia consumēdi, & ideo nocet hydropicis, nocumentū pulmonis aufert. valet contra tussim, stomachi debilitatem tollit, & hepar sanat, ex febribus exiccatos reducit, sanat cutaneos morbos.

Balneum de Petra.

Aliud est balneum quod vocatur de Petra. idà multis passiōibus caput liberat, auribus præstat auditum, abstergit oculos, & eorum scabiem curat. cordi quoq; & pectori medicinā præbet, renū lapidem frangit, arenam curat, vesicam aperit, & vrinæ difficultatem remouet.

Balneum collaturæ.

Aliud est balneū quod Collaturę dicitur. hoc virtute sua pulmoni quietē præstat, curat tussim à rheumate causatam. & dicunt quòd vsus continuus huius aquæ pręseruat à phthisi, vires stomachi reparat. roborat etiam appetitum, & cordis lætitiam inducit.

Balneum Subueni hominibus.

Aliud est balneum optimi nominis. nā appellatur subueni hominibus. huius aquam dicūt purgare pulmonem & omnes causas frigidas remouere, depurgat vocē, pectoris defectum tollit. cōfortat stomachum & excitat appetitū, oppilationes hepatis extirpat, ventrē lenit, curat podagras etiam antiquatas, & valet articulis, omneq; genus doloris remouet. & ob id sacratissimo nomine præscripta est.

Balneum sanctæ Anastasiæ.

Aliud est balneum sanctæ Anastasiæ, quod in firmos articulos ad veram sanitatem reducit, & vniuersas corporis virtutes augmentat.

Balneum Cantarelli.

Aliud est balneum quod dicitur Cantarelli, quod plagas nouas mire consolidat, etiā antiquis medetur. omnia cutis vlcera abstergit, visum clarificat, oppilat vias phlegmatis emittentes sanguinis fluxum, arteticis & podagricis maxime subuenit. & confert huius aqua ad febres, & ad frigus earum. Verum vsus eius aquæ lateri nocet.

Balneum Practæ.

Aliud est balneū Practę, quod corpus alleuiat à pinguedine propter humores generata. caput & spatulas multū confirmat. remouet vlcera omnia, & lippitudinem oculorum, & confert habentibus rheumatis descensum à capite.

Balneum Terpergulæ.

Aliud balneum Terpergulæ nominatur, curat totius corporis debilitatē, remouet pigritiā. Vsus huius aquę reddit cerebrū lętum & incolume & ab omni symptomate pręseruat. valet contra superfluū dolorē, & pedū alleuiat grauitatē.

Balneum

Balneum Arcus.

Aliud est balneũ quod Arcus dicitur, cuius aqua est satis dulcis. restaurat cõsumptos, & membra humectat arida in illis humidũ cõsumptũ reponendo, aiuntq; corpora vsque ad pedem arefacta non longo transacto tempore ab eo restaurari. stomachum cõfortat, nocet hydropicis, in splene vel hepate oppilatis.

Balneum Rainerij.

Aliud est balneũ quod Rainerij nuncupatur. curat pustulas, & putrida apostemata à salso phlegmate procedẽtia. Asserunt etiam q curat herpetem & serpiginem. lachrymas stringit, omnẽ malam scabiem exiccat, & vniuersam cutis infectionem quantumcunque malignam perfecte emundat. Verum si imperfecta fieret horum morborũ curatio, ægroti Chirioli balnea solent vti.

Balneum de Foris scripta.

Aliud est balneum quod de foris scripta nominatur, & non est balneoli de quo supra diximus. Istud capitis passiones, & singulariter hemicraneam, & dolorem supercilij remouet, nubem & caliginem oculorum tollit, sanguinemq; oculorũ & panniculum ibi generatum remouet, oppilationes aurium aperit, & illarum tinnitum curat & sanat.

Tractatus de aquarum salsarum natura & virtute.

Postquã superiorum balneorum virtutes breuiter declaratę sunt, restat de aquarum salsarum natura & virtute disserere, quę à medico illo Salernitano referũtur. Prima est igitur aqua balnei Salmaræ, alij Salmaris dici volunt, quæ mulierũ matrices ab omni humore superabundãte emundat & purgat, menstrua prouocat, nec vltra menstruales periodos fluere permittit, omnẽq; matricis infirmitatem antiquam euellit. steriles foetibus aptas reddit, si viro pariter & mulieri vsus eius fuerit communis.

Aqua balnei Culinæ.

Est & aqua alia balnei Culinę quæ sudorẽ prouocat, & neruis propter catarrhales materias à capite descẽdẽtes aggrauatis optime subuenit, oculis lumen deperditum restituit, etiã si fuerit ęgrotatio antiquata, & in dubio eius vestigia remouet. Mora tamẽ illius balnei longa esse nõ debet.

Aqua balnei Fritoli.

Aqua balnei Fritoli remouet podagrã. vel potius guttam & omne rheuma. Confortat caput, stomachum corroborat, hydropicos liberat, confert phlegmaticis, & ne in febrilem lapsum decidant ex virtute sua prohibet.

Aqua balnei Arculi.

Aqua balnei Arculi caput frigidum calefacit, A tollit rheuma, plus papauere somnum prouocat, vitium stomachi remouet, opthalmiam curat, cõfert hepatis calefactioni, & in summa non minus opem præstat quàm aqua Porrectæ.

Aqua balnei Pugilli.

Aqua balnei Pugilli vẽtrem solutum stringit, hydropicos attenuat, spleni iuuamẽtum præstat & curat infirmos febribus cum frigore accidentibus. demum consumpti & horridi ab isto balneo sani reuertuntur.

Aqua balnei sancti Georgij.

Aqua balnei sancti Geogij vrinam retentam expellit, lapidem frangit, & vt huius opusculi autor profitetur se præsente infirmus duos lapides per vrinam misit, cũ aqua foueretur. prodest etiã doloribus articulorum, & sciaticã indubie curat.

Aqua Cæsaris.

B Aqua Cęsaris, siue, vt alij dicunt, solis & lunæ quã Cæsares aliqui vsi sunt, omne genus guttę & doloris tollit, & ẽ iudicio multorũ solẽnis aqua, quæ etiam antiquã podagram & fistulam curat.

Aqua Fontis episcopi.

Aqua Fontis episcopi confert arteticis, & omne genus podagræ curat.

Aqua balnei Bretolæ.

Aqua balnei Bretolæ dolori capitis præstat opem, & pariter faucibus grossis & vocis raucedini. confert etiam doloribus hæpatis tunc factis & oculorum caligini. Quartanam febrem aufert, & ephimeram curat, & prohibet ne febres cõpositæ in corpore generentur. phlegmaticam curat, sed debet continuari multum vsus eius.

Aqua balnei Speluncæ.

Aqua balnei Speluncæ cuiuscũque guttæ symptomata perimit, tussim tollit. ex hac aqua etiam C rheumatis excluditur omne genus, fugat hydropisim, à stomacho phlegma tollit. fama est etiam quoscunque ex hac aqua bibentes vsque ad quinque vncias in die, à passionibus quibuscunque supra & ĩfra à phlegmate creatis liberari, certe omne genus serpiginis curat, & lepram.

Aqua balnei Gibborosi.

Aqua balnei Gibborosi ilia curat, dolorẽ matricis remouet, vetat fluxum mẽstruorum, etiam fluxum sanguinis fluẽtis à superioribus membris per virtutem suam prohibet, vrinam prouocat, & nulla est renibus ea melior medicina, siue adsit lapis, siue arena.

Aqua balnei Suttilarij.

Aqua balnei Suttilarij iuuat dentes mundificando gingiuas, vitium pulmonis curat. tussim à pectore remouet, prouocat appetitum, & cõfortat stomachi digestiuam, vitio splenis subuenit, ardorem

ardorem vesicæ sanat. curat phlegmaticam febrẽ lentam, remouet lentiginem turpemq; scabiem, & pannum faciei tollit. capillos lõgos facit & elatos. & totum corpus adiuuat. Expertum.

Aqua Petrioli.

Aqua Petrioli grossos macrefacit, à stomacho phlegma tollit. Iuncturas grossas subtiliat, extinguit choleram, ex tristib⁹ hilares facit, & omnia membra lætificat, eorumq; frigiditatem aufert: morpheam & genus omne serpiginis curat, & lepræ initium remouet.

De balneorum naturalium potentia & virtutibus tractatus finit.

Tractatus de balneis artificialibus sequitur.

Expedita huius primi tractatus pticula, in qua de naturalibus balneis ptractatũ ẽ, quorum effectus fama & experientia mihi nota sunt. restat ad secundam accedere, quonãmodo, videlicet Artificialia balnea, illisq; similia componẽda sunt. Hæc autem duorum modorum sunt. Quædã enim sunt in balneo, vel quę volueris loco suo virtutem solum igneam cõtinentia. Quæ est vna qualitas calida & sicca quocunq; alio circunscripto. aliquãdo est hęc iam dicta caliditas ignea in aere & parietibus fixa cum humido tamen actuali. Exemplum primi modi esset intrare locum, in quo sit talis ab igne caliditas derelicta, queãdmodum ex communi rusticorum vsu videmus fieri, qui ingrediuntur furnos, & faciunt eos calefieri: vel intrant primum pane decocto cum conueniẽti calore & mensura, in quibus non est nisi calIditas & siccitas absolute. & si dicatur q ibi sint vapores humidi ex lignis qui interius exitũ habuerũt. Respõdetur quoniam aer est amplus, & ignis in furno proprie est accensus & nõ subitus. Si qui exiuerunt vapores humidi, ignis potẽtia resoluti sunt. Horũ vsus est propter dolores sciaticos neruorum à causa frigida & humida & omnium iũcturarum efficaciter enim huiusmodi mẽbra calefaciunt, eorumq; humiditates exiccant propter quæ si aliqua præcedet materiarum digestio & euacuatio, consequenter iuuamentum assequuntur. nã recolo me cum alijs medicis visitasse magnificã matrem domini Pauli de Guinigijs Lucanæ vrbis domini, quę podagræ & sciaticę dolorib⁹ frigidis & humidis iuncturarum insuper vexabatur. Quæ balnea Corsenæ, & alia artificialia experta. posterius à se ipsa cœpit ingredi furnum quem lignis lauri, stœcados & similibus calefaciebat, & experta fatebatur plurimum vtilitatis suscepisse. Modus autẽ ingrediendi huiusmodi est, vt nudi, vel cum sola interula in furno super assidem sedeat, & ostium furni claudẽtes modicum

D spiraminis relinquãnt, vt lumen admittant, possintq; anhelare liberi⁹. Exẽplum secundi ex thermis dari potest, quorum vsus fuit ętate mea sicut antiquitus in vrbibus magnis has in proprijs habitationibus ita ædificãt, vt in his stare possint duæ personæ, vt in Lucana vrbe consuetum est. in quibus vir & vxor ingrediuntur, quarum vsus è partibus vltramontanis ad nos venit. Sunt enim hęc balnea aquæ dulcis, vel locus valde conclusus ab igne subtus posito calefactus, quorum caliditatẽ docti aliquando faciunt in temperie permanẽte. Verum alius est gradus caloris sanis corporibus, alius vero languentibus conueniens. In his vapores exeuntes ab ardentibus lignis in aerem in humidum trãsformantur, vel loci aerem saltem humectant. In his etiã sunt fomenta aquarum, vt intrantes sudorem & sordes possint abluere. & si a-

E qua balnei nimis calida fuerit, possint cum frigida illam temperare. Calor autem calefaciẽs dictã aquam cum suis illius subleuãdo vapores aerem humectat. & vicissim parietes & superiora. Ideoque expresse humiditas cernitur. & vaporum descensus guttatim à summo cadentium, vt in pluuia consueuit, quia non absoluuntur ab humido actuali. Hæc igitur thermarum loca intrãtes principio angustientur, quoniam locus sit intranspirabilis & clausus, in quo aer enim ingrossatus est ex permistione vaporum, qui ex sui spissitudine non facile per anhelitum attrahi possunt, nec tracti vicissim expelli, nec locus datur, per quẽ possit exhalare. ille enim thermarũ aer statim alteratur ad frigus propter quod oppilãdo noceret, sudoris exitum prohibẽdo: fiunt tamẽ in his vitreæ fenestræ, vel aliæ sufficientes ad luminandum aerem, aliter in obscuro nõ paterentur moram bal-

F nei necessariam. Sunt quoque loca contigue, vt cum exierint, possint sine nocumento vestiri. & qui lectos ingredi cupiant, habent facultatẽ quiescendi. In domibus autem secundum intrãtium expedientiam calefaciunt loca subtus ignem accendendo & aquam bullire faciendo in caldario cum decoctionibus opportunis appropriatorum seminum, vel herbarum, cuius bulliẽtis aquæ vapores p instrumenta ad id apta, thermarum aerẽ calefaciunt in illum rerum imprimendo virtutẽ: & aliquando nos infusis his vaporem recipere cogimus, vel in toto corpore, vel particularibus mẽbris. & locum balnei totũ tenet. & aliquando per modum alium procedunt medici scilicet embrocando, proprie tamen magis loquendo de artificialibus balneis sermo noster esse debet. Sicuti de tina aqua plena, & alijs artificialiter factis. vt expedit, materijs, illarũ materiarũ aquã ad ignẽ assi

due in caldario tenẽdo.& si aqua exposita in tina prius calorem amiserit, possit ad suam reduci temperiem.& hi generales habẽtur modi balneorum artificialium, quæ medici componunt.

De balneo aquæ puræ.

Merito igitur à balneo incipiẽdum reor, quo sæpe vtimur, videlicet aquę purę in tina intromissæ, cuius sit ferè caliditas temperata, & sit tina in suis dimensionibus omnibus proportionata. lõgitudinis primo talis, q̃ extensi possint intus veluti in balneis naturalibus decubare sedẽtes. lata etiã, vt conuenit, & altitudinis talis q̃ vsque ad mentum ascendat aqua. & quia cõmunis balnei vsus est talis, q̃ non intrent corpora febrientium: sint medici diligentes & experti, & vltra febrium naturam omnes circunstantias requisitas attendant priusquam balnei vsum alicui cõsulãt: sunt enim febrium omnium genera tria, ephemera scilicet, putrida, & hectica. Cum autem intrant balneum ephemera febrientes. attendant cõsultores, quòd ephemera naturę ratiõe declinet vt Auicẽna prima quarti refert. Non intrent balneum qui febricitant nisi cum iam consumitur. Aduertant secundo, ne corpus putredini sit paratum. mouebit enim tunc balneum humores sic ex oppilatione producta balneatio tunc ęgritudinem putridam generabit. Nec ingrediantur, qui ex satietate patiuntur nauseatiua. his autem nõ existentibus, & quibus balnei ĩtroitus prohibetur de introitu tute consuli potest. rarificat enim cutẽ spiritus. tunc cõtemperat & fortificat, fumos expellit caliginosos. & cum hoc tamen concitat materiam humoralem, cum nõ sit parata, vt in his in quibus putrescere est cõtingens, nec enim pari balneo oppilantur, sed potius oppilati aperiuntur, tum propter calidum, cuius est aperire natura, tum propter interitum clarificãtis spiritus, qui viam facit ad exitum vaporum extraneorum moram cum tædio non prolonget.

Qualiter balneum febricitantibus conueniat.

Videndum est vlterius qualiter & quomodo possit balneum febricitantibus conuenire, propter quòd est maxime aduertẽdum ne cum febre non sit apostematis compilatio. tunc enim maximi periculi est balneare: excitat enĩ materias balneum, & ad locum debilem apostematum adducit. ex quo postmodum febris gradus augetur. & subinde periculum erit maius, & ideo Auicenna prima quarti nec potus aquę frigidę, nec balneũ inquit in his febribus concedatur. Quod si forte conferat citra extraneum & dolorum mitigatio-

A nem &c.& Galenus de ingenio sanitatis ait: Augentur phlegmones propter balneum, quoniam humores calidi effunduntur, vasorum etiam tunicę extendantur, & tertio regiminis acutorum: ponitur maxime balneum cõferre febribus adurẽtibus in quibus aliquod apostema calidum nõ consistat. In putrida vero simplici non conuenit balneum, nisi ĩ declinatiõe iam digesta materia, tunc enim poros aperiẽdo materiam illam euacuat. per cutim enim fit euacuatio, & nõ modica. & in tali tempore Galenus. xi. Therapeuticę concedit febricitantes esse balneãdos, & in arefactis, & cum transpirauerit corpus moderare balneum non paucam vtilitatem afferre: quoniam & fumosas superfluitates, & omnes euacuat materias lacernosas. Quibus sic se habẽtibus erit balneum in declinatione dictarum febrium laudabile, quoniã superfluitates subtiles euacuat, in principijs vero minime, quoniam rigores prouocat, dissoluit humores, oppilatiões multiplicat, superfluitatesq́; per corpus dispergit, nec tutum quin apostema in aliquo mẽbrorum principalium inducat. quanuis enim humores euacuet, febris dyscrasiam augmentat, & si quæratur in quibus magis conuenit declinãtibus febribus cholericis, an phlegmaticis, dicẽdum est, q̃ in cholericis, vt puta tertianis. cuius ratio est, q̃ vltra effectum prædictum adhuc membra alterat exiccata & per choleram calefacta. In phlegmaticis vero, licet cõueniat vt declinant, membra tamen plus quàm primo essent, infrigidat & humectat. In hecticis autem febribus & extenuatis de cõuenientia balnei nõ videntur medici dubitare. est enim in cura intentio vna, quæ est corpus calidum, siccum infrigidare & humectare, vt quarto clare dicitur, præparatq́; balneum nutrimẽtum per corpus vniuersum, vt in propria membrorum substantia reponatur humidum exiccatum, vel saltem membra iam sicca, nouo humido irrorentur. nec sic timetur fluxus ad aliqua membra materiæ, quoniam ista sunt corpora exiccata. nec etiam cura suo rite contrario perficitur. frigido scilicet & humido cum reliquis iuuamentis. Aduertat tamen medicus vnusquisq́;, ne cum hectica sit febris putrida complicata. & si sit, consideret q̃ illa sit fere declinans cum conditionibus alijs requisitis. & vidi in hoc multos errantes medicos, qui vel putridam non considerant, vel de ipsa, vt melius dicam, nõ aduertunt. & alios vidi, quorum è numero & ipse fui in iuuentute mea, qui in latice febrientibus discurrendo & examinando per signa, visitabam vnum quem hecticum iudicabam, & erat in febre latente phlegmatica, nec mirum. habet enĩ in multis

B

C

multis hęc febris cum hectica cõuenientiam manifestam, sicut propter lentum motum materiæ semper appareant vniformiter febricitantes cum alijs signis quasi febrium hecticarum. & si queratur quomodo potest balneum hecticis conferre quod euacuet, & in hectica febre sint euacuantia omnia nocitiua, sicut probatur aphorismorum particula quarta, dicẽdum est q balneum est multiplex, & q hoc balneum non euacuat, nec resoluit, sed potius vt intelligenti apparet, replet, infrigidat & humectat. Quid autem ad Philippum medicum sit dicẽdum, qui absolute balneum negabat in cura febrium hecticarum, dico q forte sibi ex vsu talis balnei male successit, in primo vsu vel secundo fortasse ex indebito modo administrandi, vt superius dictum est, quia erat putrida complicata, vel non hectica, sed erat febris quasi hecticæ ęquipollens, quæ videns apparuit, sibi talem autoritatem ponendam. vel fortasse quia ratione aliqua cõcitatus, vt dicat si balneum hoc cõfert, vel quia calidum iuuat, vel quia frigidũ. sed nõ primum, quia caliditas dyscrasiam augmẽtat, neque secundũ, quia frigidum sua frigiditate percutit membra, & oppilationẽ causat putredinis inductiuam. & per cõsequens nec tepidum cum sit remollitiuum, & medium quodlibet sapiat naturam extremorum. Ad quod argumẽtum respõdetur, q quia calidum conuenit poros aperiendo vt inde intret humidum refocillans reponens, & subueniens, siccitati, & quia nutrimentum trahit vt diximus, licet fortasse dyscrasiet, hoc tamẽ plꝰ illa sunt conferentia illo permisso vel nullo nocumento. & similiter conuenit quia frigidum. nam in casu nostro nec semper frigidum membra percutit, nõ semper calorem mortificat, immo si cõsiderent alterando dyscrasiam potius aggregat, confirmat & conuenit, vt est etiam temperatum temperies enim nõ dyscrasiat, immo calorem naturalem cõfortat, cum sit temperamento propinquus. Et si habeat, vt dicit, extremorum naturã, habet illa omnia incõplete, nec habet illam operationem omnino, sed potius temperatã. & etiã, vltimo aduertendum est, & non parum, quòd in vsu balneorum multum consuetudo consideranda est, & etiam desiderium intrare volentium & appetitum. In his enim cõsuetis, & qui auidi sunt ad vsum totius concedere possumus ingressum balneorum. Græci enim & Arabes liberius vidẽtur balneis delectari. primum magis adiuuãtur, cum debite illis vtantur. & si etiam conuenient vsus sit minusq; læduntur. Ex quibus omnibus satis colligi potest tot conditiones balneorum ad vsum nostrum requisitas esse, nedum declinanti

D bus febribus, sed etiam post febrium cessationem ob nostram incontinentiam, vt vitium commune in gula & luxuria, & in declinato modo viuẽdi. quæ omnia corpus ad multiplicationem & putrefactionem cõcitant, vt in cura putridarum fructum modicum inueniamus. & ideo in hoc vnusquisque medicus debet esse cautus. Dubitari tamẽ potest, cum de balneis artificialibus loqui cœperimus, an istud de quo iã dictum est, balneum aquæ purę artificiale dici debeat, cum sit aquæ cuius virtus & copulatio naturalis est. Ad quod respondendum est, quod artificiale sit minime dubitandum. Nam primo ab igne aqua est calefacta ad temperiem, quæ mente, ordine & mensura fit & instrumento artificialiter ordinato. Tenet autem locum balnei alia tina, non tamen ad illum finem ordinata, quemadmodum tina vindemia-
E rum, in qua confecto vino ordine suo & ratione debita relinquunt materiam quæ remansit, cortices. s. vuarũ & pressurę residuum, & debito tempore in ea intrantes quasi sepeliuntur, cum sit in summo calefacta materia, hi maxime qui podagras, vel sciaticam, vel quoscũque dolores iuncturarum à frigida & humida causa productos patiũtur. confert autem quia calefacit, & potẽter exiccat. est enim ibi potentialis & actualis caliditas vigorosa. Cuius signum est quòd mouetur vaporũ calidorum effumatio multa. Sed dubitatur quomodo possit, hoc conferre, cum sit vinum neruis contrarium sententia medicorum omnium, vt Aristoteles in problematibus affirmans dicit. inducit enim vinum ad apoplexiam, epilepsiam, tremorem & similes passiones. Quod verum cõ-
F fitemur in vino per totum & intus assumpto, & maxime in quantitate excessiua: licet enim calidum sit, acetosatur ĩ stomacho, & corrumpitur, & a natura digeri & regulari nõ potest. De lacte similiter acetoso cõtingit & nil vere neruis deterius est aceto. quia frigidum est, & habet acuitatẽ neruos mordentem, & consequenter loca neruosa, & facilius vino melius sui subtilitate defert ad neruos paratas materias tanquam ad loca debilia apta illis recipere quod p vsum ab extra prouẽnire non potest. pręterea hoc vinum dici nõ potest, Sed materia in qua virtus & potentia remãsit mediante ebullitione, & confortat resoluens, calefaciens desiccans. Memini nanque vidisse multos rusticos, qui propter has & similes passiones se in fimo sepelire faciunt, sicut equi sepeliuntur, cum dolores intestinos incurrũt. & hoc illis est ex naturę proprietate bestiale medicamen. nam rustici parum à bestiarum immanitate differunt, non moribus tantum, sed vitæ natura.

De balneis artificialibus principaliter.

Artificialia antem magis proprie balnea, in quibus virtutes etiam esse oporteat minerarũ (habita superius balneorum naturalium notitia satis clara) vnusquisque intelligens medicus sciet arte construere. Cum simplicibus aliquando mineris, & aliquando cum compositis, vt expedire cognouerit. aliquandoque similiter si voluerit quod ad corpus respexerit vniuersum, siue ad particularia membra disiũctim. si ergo exempli gratia voluerit sulfureum Balneum tantum, vel aluminosum, vel ferreum, & sic vltra, habet istas materias facere in sufficienti ebullitione in aquã apponere, & illa in tinam intromittere, & si voluerit illud plurium minerarum proprietatem tenere, plures apponet mineras, vtputa quòd sit sulfureum cum alumine, vel ferreum cum sulfure, vel quocunque voluerit modo, & illa adæquare, vel quòd vnum alteri dominetur secundum diuersas intentiones in curis habendas. & similiter si voluerit, vt pertineant toto corpori, sicut scabiei, vel doloribus vniuersaliter omnium iũcturarum. Adhuc cum videbit vnum membrum tantum intẽdere, vel capiti, vel catarrho de phlegmate catarrhoso ab alto sulfureo, sicut artificialiter iam constructo, faciat quòd cadat sicut aqua sancti Philippi, vel balnei Petrioli. Sic pro posse ordinet pro stomacho, sic pro renibus sic contemperatis, sic cum alijs procedere est leuissimũ per antescripta. Similiter cum intentio aliquã do sit necessaria ad plura membra coniũctim, et ad ægritudines sæpe contrarias, sicut erit in patiẽte neruorum frigiditatem. Cum calida sæpe hepatis magna dyscrasia, cum diligenti æstimatione sua proportio administrabitur, & mensura, relinquendo istarum virtutum diuersarum sagaci naturæ diuisionem & opus, quæ vnicuique membro pro remouenda mala dispositione, vel alio accidente transmittit, vt in tractatu meo quem cõtra magistrum Sanctũ de Pisauro de theriaca conscripsi, aspere declaraui in duobus modis principaliter datis, secundũ quos stupefaciet noua theriaca, vbi ipse Gentilem voluit impugnare.

De balneis artificialibus vsitatis.

Nunc loquemur de balneis artificialibus quæ in vsu sunt, & quæ nostro magis congruunt proposito, vtputa quæ fiunt ex decoctionibus herbarum, radicum, seminum, & similium. non enim semper mineræ haberi possunt, & in his prę-

A terea firmiorem spem apponimus. Loquar igitur de omnibus ad omnia particularia membra, & omnium illorum membrorum materias tam calidas, quàm frigidas, humidas vel siccas mentem adhibendo. & primum à capite videtur inchoandum, & ad eius ægritudines, & ad frigidas malas dispositiões eius vniuersalia semper prępo ponendo, quæ superius declarata sunt. Balneum per modum embrochæ descendentis ab alto contra frigiditatem capitis, est talium completa decoctio ex parte, vel in toto infrascriptorum, quæ sunt saluia, maiorana, pęonia, betonica, satureia, pulegium, serpyllus, chamæmilla, fœniculus, calamenthum, siler montanum, carpobalsamum, lignum aloes, xylobalsamum, folia lauri, laudannm, stœcados, thus, melegete, squilla, nux muscata, cubebe, & quæ simili virtute

B pollent. Contra vero capitis caliditatem, sunt hyoscyamus, papauer album, lactuca, viola, mandragora, folia salicum, vuarum pampini, & mentastrum. Ad pectus autem, & similiter ad pnlmonem calefacienda, sunt, marrubium, hyssopus, ireos, cyminum, enula campana, radix althææ, cinnamomum, scylla, vua passa, lignum balsami, mirrha, capillus Veneris, liquiritia, & lilium. Infrigidantia vero sunt iuiubæ, sebesten, amygdalæ, semen papaueris, violæ, & moræ. Ea vero simplicia quæ cor calefaciunt, sunt melissa, buglossa, borago, gariophyllus, cardamomum, enula campana, rosmarini, muscatæ, lignum aloes, crocus, & os de corde cerui. Infrigidantia vero sunt, violæ, rosæ, camphora, sandali, & similia. Sthomachum vero calefa-

C ciunt in balneis, vel qualitercunque sunt istę simplices medicinæ, mentha, marrubium, saluia, raphanus, cyminum, anisum, masticke, gariophyllus, galanga, cinnamomum, gingiber, macis, scylla, & his similia. Ea vero quæ infrigidant sunt, rosa, viola, portulaca, melones, citruli, cucurbita, mala granata, pira, cotonea, & agresta ordine suo procedendo. Hepar calefacientia sunt cinnamomum, squinanthum, spica, assarum, absynthium, eupatorium, fumus terræ, radices quinque, scilicet fœniculi, petrosilij, apij, brusci, & asparagi, capillus Veneris, semen fœniculi, anisum, ammeos, & carui. Infrigidantia vero simplicia sunt, endiuia, portulaca, viola, & semen illorum, sandalus, hordeum, solatrum, semina communia frigida, & acetum. & cum foret necessarium regiones splenis calefacere suasq; oppilationes aperire, balneum, vel fomentationes fiant cum his quę aperiunt, & cale-

faciunt simplicibus, videlicet cappares, & tamariscus, & scolopendria, aristolochia, cortices radicum genistæ, borago, buglossa. Ista duo vltima pone, quia clarificant sanguinem. nasturcium, calamenthum, armoniacum, ruta, epithymum, thymum, amygdalę, aqua ferrea, semen sen. carui, ameos, scylla, acetum scylliticum, & quinq; radices superius nominatæ. Cum autem expediet infrigidare, simplicia sunt, lactuca, endiuia, & semina sua. Semina sunt cucumeris, cucurbitæ, melonum, peponum, & acetum. Renes vero cum fuerit expediens calefacere & ab oppilationibus aperire, in quibus communiter vtimur balneo propter dolores ex renibus prodeuntes, vel propter lapidem: ex simplicibus sunt staphisagria, saxifragia, milium solis, petroselinum macedonicum, eruca, semen rutæ, cichorea, radices quinque, spica nardi, spica celtica, squinanthum, parietaria, cresines, iuniperus, daucus & similia. Ea vero quæ infrigidant, sunt nenufar, portulaca, endiuia, & semina sua, papauer album & quinque semina frigida nominata, virga pastoris atque plantago. Aduertant tamen medici, quòd inter alia, in quibus ipsi in balneis fatigantur, embrochationibus & fomentationibus sunt, stimula mulierum in matricalibus passionibus. statim enim ipsæ cum medicis narrant, vt plurimum passiones sentire matricis. Ea autem quæ humiditates matricis exiccant, & quæ matrices calefaciunt, sunt, artemisia, ruta, cyminum, saluia, rubea tinctorum, iuniperus, pulegium, mentastrum, calamenthum, serapinum, lupinum, opopanacum, & hæc omnia calefaciunt, exiccant & aperiunt, & omnia conueniunt in calefaciendo & aperiendo renes. Si vero necesse fuerit matricem infrigidare, quod raro euenit, recurrẽdum est ad medicinas renes infrigidantes. Sed ad iuncturas cum balneis calefaciendas, simplicia calida quæ illis congruunt, sunt, Hypericum, scylla, ammoniacum, castoreum, styrax liquida, euphorbium, myrrha, absynthium, stercus aranearum, origanum, calamenthum, serapinum, sinapi, grana pini, vel etiam gumma pini, ruta, cortices radicum capparis, & artetica. Infrigidantia vero sunt, solatrum, lactuca, endiuia, myrtus, mucilago psyllij, acetum, opium, bolus armenus & his similia. Ad scabiem vero quę est passio totius corporis in decoctione ponuntur, fumus terræ, lapatium & alumen. De balneo autem artificiali quod plus est in vsu in doloribus colicis & aliorum intestinorum restat, loqui: quod fit ex rebus carminantibus, quia illi dolores, vt plurimum sunt ventosi. Quæ autem calefaciunt resoluunt ventositatem in balneo vel fomentationibus, sunt, chamæmilla, melilotum, anethũ, ruta, calamenthum, anisum, fœniculum, cyminum, carui, ameos & similia, à quibus maxime sedantur dolores. Et hæc de balneis abunde dicta sunt.

Finis libri Vgolini de Montecatino physici, de balneis artificialibus.

MENGHI BLANCHELLI Fauentini, de Balneis Tractatus.

Vm magnos, mirabilesq; balneorum effectus considerarē: quib' a philosopho sacerrima dicta sunt, vidererque Italiam quàm plurimis thermis ornatam esse, immo ex omni genere thermarum superabūdare: non parum miratus sum medicos latinos tā breuiter, dimputeque de balneis scripsisse, eo maximeq; balnea, vltima medicorū refugia sunt. nam cum ęgritudines suis medicaminibus curare nequeant, mox de balneis consultatio fit, vt ęgros ad balnea pro vltimo remedio mittāt. Quam ob B rem de balneis perfectam notitiā tradere necessarium esse videtur, vt & medici recte cōsulere valeant, & ęgroti optatum finem consequi possint. Forsitan dices, nouissime temporibus nostris iā de balneis satis competenter tractatū esse ab eo, qui per omnia Italię balnea discurrit. Recte quidem dixisti, discurrit: quia de ijs satis leuiter enuntiauit, vt infra patebit. Propterea ingenium nostrum mouit ad sufficienter, ordinateq; scribendum, quę de ijs necessaria sunt, superflua resecādo. Vt autem hęc a nobis recte fieri possint, proponemus diuidendo singula, quę tractāda sunt, vt omnia, quæ necessaria sunt manifeste appareant. dehinc circa vnumquodq; dubitando veritatē inuestigabimus, iuxta regulam philosophi primo topicorum. Dubitantes ad vtramq; partē in C singulis speculabimur verum, & falsum: & tertio metaphysicę. Quærentes veritatem sine dubitatione similes sunt, quo ire oportet, ignorantibus. Diuidemus igitur hoc opusculum in tres tractatus. In prīo tractabitur de balneis simplicibus, in secundo tractabitur de balneis compositis naturalibus: in tertio de balneis compositis artificialibus, & etiam de stuphis, quę artificialia, & improprie balnea dicta sunt. Primus tractatus diuidetur in sex capitula. In primo capi. dicemus, q̄d est balneū cōiter sumptū, & proprie sumptum, simul distinguēdo balnea in spēs. in. 2. cap. tractabitur de balneo simplici aq̄ frigidæ: in. 3. cap. tractabitur de balneo simplici aq̄ calidæ: in. 4. ca. tractabitur de balneo olei. in. 5. de balneo vini, & i. 6. ca. de balneo lactis. Scds tractatus in quo agitur de balneis cōpositis naturalib. diuidetur ēt in sex capitula, in. 1. capit. tractabitur de oībus mineris, in. 2. ca. distinguemus mineras in tria gña balneorum. s. in balneū ducię, in balneū corporaturę, & in balneum potabile: in. 3. cap. tractabitur de regimine cōuenienti circa vnūquodq; balneū, in. 4. c. tractabitur de correctione accidentiū balneorū, in. 5. cap. tractabitur de verificatiōe cuiuslibet mineræ balnei, in. 6. cap. de oībus balneis Italiæ tangēdo prius breuiter, q̄ ab alijs dicūtur, deinde vētilādo dicta eorū. Tertius tractatus diuidet' ēt in sex capitula. in. 1. cap. tractabitur de balneo artificiali ducię, in. 2. cap. de balneo artificiali corporaturæ, in. 3. ca. de balneo artificiali potabili, in. 4. cap. de prima stupha, quæ est frigida, & humida, in. 5. cap. de scdā stupha, quę est calida, et humida, in. 6. cap. de tertia stupha, quæ est calida, & sicca: addemusq; vltimo duas difficultates pro duobus erroribus remouendis.

In hoc primo tractatu tractatur de Balneis simplicibus, & diuiditur in sex capitula.

Capitulum primum.

N hoc igitur, prīo ca. primi tractatus dicendū est, quid est balneū cōiter sūptum, & p̄prie sumptū. Cū aūt à balneo cōiter sumpto incipiendum sit: hoc à Conciliatore diffinitum est differentia. 128. cum inquit. Balneum, est corpus subtile, vel liquidum corpori circunferētialiter occurrens ipsius immutatiuum. dicitur autē balneum à gręco balaneion, à ballo quod est immitto, & per abscisionem secūdi a, & ei diphthōgum retento e, dictū est balneon, o, in, v, mutata fit balneum. Diuiditur autem balneum cōiter sumptum in balneum aereum, quod dicitur sudatorium, & balneum liquidum, quod diciur lauacrum. Circa diffinitionem cadit difficultas, quia hæc diffinitio non videtur cōpetere cuilibet balneo, qm̄ balneum potabile nō est corpori circunferētialiter occurrēs, sed intrinsece occurrēs. Scdo quia videtur cōpetere alteri à diffinito, qm̄ competitur cuilibet aeri æstiuo, & hyemali, & cuilibet aquæ, & fluuij, & maris, & paludis: quorum nullum est balneum, vt patet. Et q̄ cōpetat illis patet, quia quodlibet horum est corpus subtile, vel liquidum corpori circunferentialiter occurrēs ipsius immutatiuū. Quare respondeo. Ad primum communiter dicitur q̄ in diffinitione illa accipitur occurrens, vt dicit aptitudinem, et sic cōpetit balneo potabili: quia illud est aptum circunferentialiter occurrere corpori, & esse illius immutatiuum, vel aliter, & melius dicitur, quòd itelligitur quòd corpori circunferentialiter occurrens, ipsius est immutatiuum, & hoc est verum. Ad secundum dicitur

cõmuniter q diffinitio restringenda est: quia ali-
ter cõpeteret illis, quę nõ sunt balnea. Dicatur igi
tur q intelligitur sic: balneum est corpus subtile
vel liquidum in loco à natura, vel arte cõstituto
contentũ: quod corpori circũferentialiter occur-
rens ipsius immutatiuum est, & sic non cõpetit il
lis, Vel aliter dicitur, q loquendo cõmuniter de
balneis, non est inconueniens illa dici balnea. &
cum balneum diuidatur in balneum subtile ae-
reum, quod dicitur sudatoriũ, & in balneũ liqui-
dum, quod dicitur lauacrum, & ꝓprie dicatur de
ipso liquido, improprie vero de subtili aereo: nũc
de balneo liquido dicendum est, vltimo vero de
subtili. s. aereo. Balneum vero proprie sumptum
sic definitur, q est corpus liquidum in fabrica cõ
tentũ: cuius liquor moderate sumi potest secũdũ
cõplexiones petentis illud ad sui vtilitatẽ, maxi-
me vero ad sanitatem mirabiliter recuperãdam.
Declaro diffinitionẽ: dicitur corpus liquidũ, vt
separetur ab aere: dicitur in fabrica contentũ, vel
facta à natura, vel ab arte ad differentiã aquarũ q
nõ deputãtur ad balnea: dicitur cuius liquor mo-
derate sumi potest scdm cõplexionem petentis il
lud, quia aliter sumi debet ab ijs qui sunt comple
xionis calidæ, & aliter qui sunt cõplexionis frigi-
dæ: natura qui sunt calidæ cõplexionis vtũtur pri
mo in extremitatibus, & non in medio, & cũ mi
nori mora vtuntur: qui vero frigidæ cõplexionis
sunt, vtũtur in medio, & cum maiori mora: & si-
militer in potãdo moderate sumi potest. s. magis
calidũ, & minus calidum: & scdm maiorem quã
titatẽ, et minorẽ, dicitur ad eius vtilitatẽ, quia pp
vtilitatem nostrã inuẽta sunt balnea: & additur,
maxime vero ad sanitatẽ mirabiliter recupandã
quia balnea sacerima dicta sunt à philosopho. 24.
problematũ non pp aliud, nisi pp effectus mirabi
les, quos faciunt: qui sunt supra cõem modũ ope-
rãdi medicinarũ: & ppea vt plurimum ad balnea
mittuntur: quibus medicinæ non cõferunt, vt ser
uetur dictum Hippo. prima particula aphorismo
rum. Ad vltimas ægritudines vltimæ curationes
ad perfectionẽ sunt potentes: quare non sunt ten
tanda balnea ꝓ modica re. Collecta aũt est diffi-
nitio. hæc pro magna parte ex diffinitione Auic.
2. sen primi. cum inquit. Quidam ornate loquen-
tium dixit, q ex balneis melius est cuius fabrica
est antiqua, & aer amplior, & eius aqua modera-
ri potest scdm complexionem ingredientis: addi
tur autẽ à nobis maxime finis balnei. Diuiditur
aũt balneum proprie sumptum, quia aliud sim-
plex, aliud compositum: simplex est quod fit ex
re liquida simplici, & est quicuplex: quia aliud fit
ex aqua dulci frigida, aliud ex aqua dulci calida,

D aliud ex oleo, aliud ex vino, & aliud ex lacte. Cõ
positũ vero dicitur quod fit ex re liqda cum ad-
mixtione alterius rei: & est duplex: quia aliud est
balneum naturale: quod dicitur therma apud an
tiquos: & aliud est artificiale. Balneum naturale
est quod fit ex aqua quæ tenet naturaliter de ali-
qua minera: et tot sunt balnea naturalia, quot sũt
minerę: sunt autem minerę decem, vel circa: quia
aut sunt ex sulfure, aut alumine, aut nitro, aut sa-
le, aut gypso, aut cinere, aut calce, aut ferro, aut
ære, aut marchasita: quæ quadruplex est: quia alia
ex auro, alia ex argento, alia ex ferro, alia ex ære:
& notanter dixi decem vel circa: quia si marchasi
tam ponis pro vna sunt decẽ, si vero pro duabus
sunt. s. auro, & argento sunt. xj. Balneum artificia
le est quod fit ex decoctione herbarum, vel ra-
dicum, vel frondium in aqua, vel huiusmodi: de
E quibus omnibus dicendum est. Circa diffinitio-
nem asignatã de balneo proprie dicto cadit dif-
ficultas primo quia diffinitio nõ videtur compe-
tere omnibus balneis mineralibus, quæ tum sunt
proprie balnea, tum quia aquæ minerales balneo
rum non possunt moderari secundum comple-
xionem ingredientis balneum, quoniam nõ pos
sunt fieri magis calidã, vel minus calida, tum qa
aliqua balnea mineralia sunt ita calida, quòd cor
pora nostra non possunt pati aquas illas, sicut di-
citur de quibusdã balneis Viterbij, igitur illa nõ
possunt moderari secundum complexionem pe
tentis balneum. Secundo quia non videtur sumi
hæc diffinitio ex dictis Auicen. in secũda sen pri-
mi. canonis. s. ex capitulo illo. Quidam ornate lo
quentium dixit: quoniam Auic. ibi solum loqui-
tur de balneis artificialibus aquæ dulcis, ideo di-
F xit: ex balneo melius est cuius aqua est dulcis, &
addit, vt balneator mensuret ignem suũ scdm cõ
plexionem eius, qui ipsum ingredi voluerit. Rñ-
deo. Ad primũ cum dicitur q diffinitio nõ vide-
tur cõpetere omnibus balneis mineralib. q sunt
ꝓprie balnea: negatur hoc: & ad primã probatio-
nem, cũ dicitur quia non pñt moderari scdm cõ-
plexionẽ petẽtis illud, quia nõ pñt fieri magis ca
lida, vel minus calida: dicitur q aliud est dicere
posse moderari, & aliud posse moderate sumi: pri
mũ non põt fieri, vt probas, sed scdm põtest fieri,
quia secundum diuersas partes balnei potest mo
derate sumi, & similiter de balneo potabili dici-
tur, q põt moderate sumi, quia scdm paruum, vel
multũ. Ad scdam ꝓbatiõem cũ dicitur, q aliqua
balnea sunt ita calida, q nemo põt pati caliditatẽ
illorũ dicitur, q illa nõ sunt, dicẽda balnea ꝓprie
qa balneũ dicitur à balneãdo, quare si in eo nõ põt
qs balneari nõ mereť dici balneũ, sed potius dẽnt
dici

dici aquæ sulfureæ, quia deputata sunt balnea, vt balneetur in eis. Ad secundũ dicitur, q̃ diffinitio data de balneo proprie dicto colligitur ex dictis Auicénę, quia si balnea artificialia sunt in fabrica contenta, & mensurari possunt secũdũ cõplexionem ingredientium: similiter balnea omnia proprie dicta in fabrica contenta sunt, & aliquo modo moderate sumi possunt secũdum cõplexionem petentis illud, modo quo dictum est.

Balneum aquæ dulcis dupliciter administrari potest, aut cum aqua frigida, aut cum aqua calida, & prius de balneo aquæ frigidæ dicẽdum est, de quo Galenus dixit .xj. therapeuticę. Si quis fuerit iuuenis bene carnosus, & constitutio anni calida, & sicca sit. si in piscinam natatoriam frigidã imiseris non nocebitur secundum tale tempus. Hoc idem confirmat Auicenna tertia fen primi capitu. de ablutione cum aqua frigida; dicit enim sic, hoc quidem conueniens non est nisi cuius regimen conseruetur, & cuius ętas, virtus, figura, & tempus conuenientia sunt, nec puer est, nec senex. Dubitatur vtrum balneum aquæ frigidæ conueniens sit iuuenibus carnosis in tempore calido pro conseruatione sanitatis: pueris vero, & senibus non. Contra primam partem arguitur q̃ non conuenit iuuenibus fortibus, & in tempore calido, quia secundũ Hippocra. quinta particula Aphorismorũ. Frigidum spasmos, tetanos, nigrores, & rigores febrium facit. Item frigidum est inimicum neruis, ossibus, dentibus, cerebro, spinali medullæ, calidum vero vtile; & amicum. Confirmatur quia vsus aquę calidæ in ęstatẽ confert iuuenibus, scilicet balneari in ea, ergo vsus aquæ frigidæ nocet illis, tenet consequentia, quia contrariorum contrarij sunt effectus. Contra secundã partem arguitur, q̃ balneari in aquis frigidis in ęstate confert pueris: quia pueri magis se balneãt in aquis frigidis fluminum, quã iuuenes: quoniã sępius natant in eis, & tamen non nocẽtur ab eis, ergo balneari in aquis frigidis in ęstate conuenit etiam pueris pro conseruatione sanitatis. Respõdeo. Ad primum dicitur q̃ Galenus in commento illorum Aphorismorũ declarat quomodo intelligi debeat, q̃ frigidum spasmos faciat, & inimicum sit neruis: & dicit nimium frigidum nocet neruis, & ossibus & spasmos facit, quare intelligitur q̃ balneum aquæ frigidę cõueniens iuuenibus non sit nimis frigidum, & propterea addit & in ęstate, & moderato vsu, ad confirmationem, negatur illa cõsequentia, balneum aquæ calidæ iuuat, ergo balneum aquæ frigidæ nocet, & ad probationẽ, quia cõtrariorum effectus debent esse contrarij: cõceditur q̃ effectus per se sunt cõ- A trarij, qui sunt infrigidare, & calefacere, sed cum hoc stat, q̃ vtrũq; conferat secundũ diuersas intentiones, & moderato vsu: quia calidum cõfert inquantum aperit, & aufert oppilationes, frigidũ vero secundũ aliam intentionẽ confert. s. inquantum inspissat cutim, & mẽbra dura reddit. Ad secundũ dixit quidam modernus, q̃ balneum aquę frigidæ etiam confert pueris robustis. s. qui sunt supra decimũ annum, & hoc vult argumentũ factum sumptũ ab experientia: quia tales pueri magis balneãtur in aquis frigidis, quã iuuenes, vt argutum est, & ad Auicennã dicitur, q̃ intelligit q̃ balneari in aquis frigidis continuo vsu nocet pueris, sed interpolate balneari non nocet eis. Contra hunc arguitur primo, ratiõe, quia tẽpore augmenti membra puerorũ indigẽt mollificatione, & extensione, igitur eo tẽpore nocet inspissare, B & indurare membra: quod facit aqua frigida quare, & c. secũdo arguitur q̃ non est ad mentẽ Galeni, nec Auicennę, quia Galenus dicit iuuenibus carnosis confert, sed pueri in illa ętate, non sunt iuuenes, nec carnosi, quare & c. Et Auicenna dicit post exercitium in aqua frigida subito natet, vt ipsius membra dura fiant, postea perseueret in ea secundũ mensuram suæ lenitatis: nota verbũ, & perseueret in ea, quia qui balneatur ĩ ea debet, perseuerare secundũ Auicennam, ergo glosa de pueris non est ad mentem Auicẽnæ. Nos igitur aliter dicimus negando q̃ pueri se balneent in aquis frigidis in ęstate, immo in calidis se balneãt: quia pueri sunt à quatuor annis vsq; ad quatuordecim quia illa ętas est cum puritate, quoniã nõ spermatizãt vsq; ad decimũquartũ, & ætas illa dicitur ab Auicẽna, ętas concussionis, quia nũquã C se firmant, immo nec puberes debent se balneare in aquis frigidis: qui sunt, à decimoquarto, vsq; dum mittũt barbã, quia in ętate hac sunt lasciui, & molles, sed ętas fortitudinis est à barba vsq; dũ crescunt, & isti dicuntur iuuenes, quibus nõ nocebit balneari in aquis frigidis, non tamen nimiũ frigidis, & in tẽpore ęstatis, & moderato vsu. Circa dicta cadit difficultas, vtrum balneũ aquæ frigidæ possit aliter conferre quã dictũ sit? Respondetur q̃ sic, quia Auicẽna 22. fen. 3. dicit, q̃ effusio aquæ frigidę super iuncturas confert doloribus iuncturarum, & experientia comprobatũ est esse verum, & non tantum semel effundere aquã supra, sed pluries si dolores redirent.

De balneo vero aquæ calidæ multę proprietates assignãtur ab auctoribus, prima proprietas est q̃ mundificat corpus à superfluitatibus extrinsecis, scilicet puluere, & sudore: & quandoq; etiam à superfluitatibus intrinsecis, trahendo superflui-

tates ad extra prouocando sudorem, & propter hoc ponitur hæc conclusio ꝙ balneũ aquæ calidę conuenit pro cõseruatione sanitatis omnibus corporibus. Sanis tam temperatis, quã culpate sanis, & etiam infantibus, sed diuersimode: quia infantibus, & temperatis conuenit solum pro extrinsecis superfluitatibus mundificandis: culpate vero sanis non tantũ pro extrinsecis superfluitatibus, sed etiam pro intrinsecis: ratio conclusionis ex se patet. Secunda proprietas huius balnei aq̃ calidæ est infrigidare, & humectare: ratio est, quia aqua naturaliter frigida est, & humida, licet per accidens calida sit, & ratione illius caliditatis aperit poros, & sic penetrat ad interiora, & cum postea redeat ad naturam suam frigidam, ideo tandẽ infrigidat, & propter hoc ponitur hæc conclusio, quod balneum aquæ calidæ conuenit in declinatione febrium putridarũ, & in hecticis, & in ephemeris, nisi ex oppilatione fiant: ratio est, quia in declinatione febrium conuenit remouere malã complexionem calidam, & siccã, quare opponit ĩfrigidare, & humectare. Tertia proprietas balnei aquæ calidæ est impinguare corpora macra, & aliquãdo macrefacere pinguia secundũ diuersum modum administrandi, quia quando administratur post primam digestionem trahit nutrimentum ad membra, & impinguare facit, quando vero administratur hora famis, exsiccat corpora, & macrefacit illa, & propter hoc ponitur hæc conclusio. Quod balneum aquę calidæ conuenit pro impinguandis corporibus macris. s. administrando illud post primam digestionẽ: & conuenit pro demacrandis pinguibus. s. administrando illud hora famis. dubitatur vtrum balneum aquæ calidæ conuenienter administratum conueniat pro conseruatione sanitatis omnibus corporibus pro mundificandis superfluitatibus, & magis cõueniat culpate sanis, quam temperatis & pueris. Contra primam partem arguitur: quia nõ omnia corpora sana habent superfluitates; igitur nõ cõuenit mundificare in omnibus corporibus sanis: patet consequẽtia, antecedens probatur, quia corpora temperata non habent superfluitates, cũ superfluitates proueniant ex defectu alicuius virtutis non potentis resoluere illas. Contra secũdam partem arguitur. Quod non magis conuenit balneum culpate sanis, quã temperatis, & quã infantibus: quia si hoc esset, maxime esset, quia conueniret balneum eis non solum pro mundificandis superfluitatibus extrinsecis, sed etiam intrinsecis, scilicet prouocando sudorem. contra, quia in talibus corporibus culpate sanis sunt multæ superfluitates paratę ad fluxum, & ad putrefactionem,

D quæ ex facili causa fluunt, & putrescunt, igitur ex balneo facile fluent, & putrescent. Contra quęsitum vniuersaliter arguitur, quia ex inconsuetis facile patimur, sicut ex consuetis difficile patimur, sed balneũ est inconsuetũ hoc tempore, igitur ex eo facile patiemur, quare nõ est faciendum, Confirmatur, quia Auicẽna in capitulo, Quidã ornate loquentium, dicit ꝙ in balneo cum multis eius iuuamentis adsunt nocumenta, quia facit descendere superfluitates ad membra debilia, laxat corpus, & impedit neruos, sed quod facit hæc nocumenta, non conuenit in conseruatione sanitatis, quare &c. Respõdeo ad primũ argumentũ, ꝙ nõ omnia corpora sana habeant superfluitates, quia corpora temperata non habent: dico superfluitates humorales, & ideo talia corpora non indigẽt balneo pro mundificãdis superfluitatibus intrin- **E** secis, sed solum pro extrinsecis. Ad secundũ cum arguitur, ꝙ balneum non magis cõuenit culpate sanis, propterea quia habent superfluitates paratas ad fluxum, & ad putrefactionem: negatur ꝙ habeant tales superfluitates ex facili causa paratas ad fluxum, & ad putrefactionem: quia superfluitates, tertię digestionis, quæ extrahuntur per sudorem non sunt paratę ad putrefactionem, nec alię superfluitates humorales, quę sunt in eis sunt paratæ ex facili iam putrescere: quare negatur, ꝙ ex balneo temperato prouocante sudorem, tales humiditates sint aptæ putrescere. Ad tertiũ, Conciliator propter hoc argumentum dicit, balneũ esse ei suspectum, & dicit raro vidisse ex eis effectum laudabilem, quia humana natura nunc est magis delicata, quàm fuerit prius: qm̃ antiquitus erant contẽti glandibus, & castaneis, vt dicit Ga- **F** lenus sc̃do alimentorum: & ideo antiqui audaciores erant in balneo, attenta cõsuetudine, & amore. Non satisfacit nobis hæc causa assignata, quia natura humana non est modo magis delicata, q̃ fuerit tẽpore, quo fiebant balnea: quia tempore Galeni, qui fuit tempore Antonini Pij, natura humana erat magis delicata, quã nunc: quia Roma erat in triumpho: ad argumẽtum igitur aliter respondetur negando quòd à quibuscunq; inconsuetis magis patiamur, sed ex laboribus insuetis sic: balneum autem est res delectabilis: & non laboriosa, quare ex eo nõ patimur. Ad cõfirmationem cũ dicitur ex auctoritatẽ Auicẽnę, ꝙ cum iuuamentis balnei sunt etiã multa nocumenta: dicitur, ꝙ intẽdit ꝙ balneũ debite administratũ facit iuuamẽta, ꝙ si idebite administretur, facit nocumenta, & non aliud intendit, quare &c. Dubitatur secundo, vtrum balneũ aquæ calidæ debitẽ administratũ, cõueniat in declinatiõe febrium

putridarum,

putridarum,& in hecticis,& in ephemeris nõ ex
oppilatione.Contra arguitur primo argumento
conciliatoris.Quod incitat humores ad putrefa-
ctionem non conuenit febricitantibus, sed bal-
neum aquæ calidæ, incitat humores ad putrefa-
ctionem:quia calidum,& humidum sunt princi-
pia putrefactionis, igitur balneum aquæ calidæ
non conuenit febricitantibus:& propter hoc ar-
gumẽtum balneum fuit ei suspectum,scilicet ad-
ministrare febricitãtibus.Secũdo,arguitur argu-
mento Gentilis. Quandocunque plures condi-
tiones requiruntur ad aliquid recte operandum,
quas difficile est obseruare, & non obseruãdo fit
nocumentum:melius est non facere illud,quàm
facere, sed balneum aquæ calidæ est huiusmodi,
quia obseruare qualitatem, idest caliditatem de-
bitam balnei est difficile, & obseruare quanta
mora sit conueniens in balneo est etiam difficile,
& sine ijs recte obseruatis fit nocumentum,igi-
tur melius est non facere balneum febricitanti-
bus,quã facere: propter hoc argumentum Gen-
tilis habuit balneum suspectum. Tertio arguitur.
Si balneum aquæ calidæ conueniret febricitanti-
bus,&c. maxime esset propter infrigidare,& hu
mectare: sed propter hoc non conuenit: primo
quia balneum aquæ calidæ calefacit,& non infri-
gidat:secundo, quia nõ conuenit in phlegmaticis
secundum Galenũ,quia est facta infrigidatio,&
humectatio stomachi magis quã cõueniat:& si in
ephemeris ex oppilatione non conuenit, igitur
nec in putridis conuenit:tenet consequẽtia, quia
omnes putridæ coniunctę sunt cum oppilatio-
ne:cõfirmatur,quia Galenus administrat balneũ
tm̃ in cholericis,& synochis:ĩ phlegmaticis vero,
& quartanis minime.respondeo,ad primũ nega-
tur minor.s.ꝙ balneum aquæ calidæ multũ tem-
peratũ incitet humores ad putrefactionem:& ad
probationẽ quia calidũ,et humidũ sunt principia
putrefactionis:dicitur, ꝙ nõ omne calidũ,& hu-
midum est principiũ putrefactionis:quia per cali
dum,& humidũ etiam naturaliter viuimus: sed
solum calidũ prẹter naturã,& humidũ derelictũ
à calore naturali,& occupatũ ab extraneo calore
sunt principia putrefactionis: sed in balneo non
est calidum ꝑternaturale,nec humidũ putrescibi
le:quare,&c.Ad secũdũ,negatur primo maior.s.
ꝙ quãdo sunt plures conditiones requisitę ad ali-
quid recte operandũ,quæ sunt difficiles obserua-
ri,melius est nõ facere illud,quã facere:quia tunc
non esset tentandũ acquirere magnas virtutes:ad
quas acquirẽdas difficiles cõditiones requirũtur:
quod tamẽ est falsum:negatur etiã minor.s.ꝙ sit
nimis difficile obseruare tẽperatam caliditatẽ bal

A nei, & moram debitam:quia tẽperatę caliditatis
tactus est iudex, & mora balnei debet esse circa
mediam horam, si nõ patitur angustiam aliquã,
nec inflammationem: quare hæc satis mensurari
possunt. Ad tertium conceditur, ꝙ sit balneum
propter infrigidare,& humectare membra nimis
calefacta & exsiccata à febre,& cũ dicitur quòd
balneum calidum non infrigidat,sed calefacit:di
citur, ꝙ aqua balnei per accidens calefacit, quia
per accidens calida, & per se infrigidat,quia per
se frigida est:& licet à principio calefaciat,vt pos
sit penetrare intra,tamen in processu infrigidat,
quia redit ad naturam suam frigidã, & cum di-
citur,ꝙ secundum Galenum, balneum,in phleg
maticis non cõuenit, quia habent stomachũ ni-
mis frigidum,dicitur, quòd indicatione sumpta
à febre conuenit in omnibus febribus,si vero nõ
B conuenit illis est propter aliud,scilicet ꝓpter fri-
giditatẽ,& humiditatẽ stomachi: quare vidẽdũ ẽ
quid sit maioris importantiæ, & illud obserua-
re, & cũ dicitur si in ephemeris ex oppilatione
non conuenit,ergo nec in putridis conuenit:ne-
gatur consequentia,quia si oppilatio est causa fe-
bris non conuenit in ephemeris: in putridis autẽ
licet oppilatio semper sit coniuncta cum putri-
da,non tamen est causa putridæ: & quando oppi
latio est causa febris est fortis oppilatio, sed quã-
do est coniuncta febri, & non causa eius non est
fortis oppilatio: ideo potest conuenire balneum
in putrida, & nõ in illa ephemera cuius causa est
oppilatio. Ad confirmationem, cum dicitur ꝙ
Galenus,prohibet balneum in phlegmaticis, &
quartanis: dicitur, ꝙ non administrat balneum
in eis,quia vniuersaliter non conuenit illis,scili-
C cet quando in illis est magna discrasia stomachi
ad frigidũ, & humidum: posset tamen aliquan-
do conuenire in talibus febribus,scilicet quando
nõ esset facta discrasia stomachi ad frigidum,&
humidum. Dubitatur tertio vtrum balneum a-
quæ calidæ conueniat pro impinguandis corpo-
ribus macris si administretur post primam dige-
stionem,& conueniat pro demacrandis pingui-
bus, si exhibeatur tempore famis, & cum mora
longa in balneo. Contra primam partem argui-
tur: quia si balneum administratur immediate
post primam digestionẽ stomachi,cum restet ad-
huc perficienda secunda digestio,scilicet hepatis
per quam fit sanguis: quæ requirit tres horas, &
restet adhuc digestio, tertia venarum, per quàm
fiunt humiditates secundæ aptæ immediate nu-
trire corpus: quæ requirit alias tres horas, igitur
trahetur chylus ad membra non cõuersus in san-
guinem, nec in humiditates secundas: sed chy-

lus sic dispositus non est aptus nutrire, nec restaurare corpus. igitur per balneum sic administratū non nutrietur corpus, ne dum ꝙ impinguetur. Confirmatur, quia si tale balneum impinguatiuum, faciendum esset post primam digestionē. s. stomachi· sed illa requirit decem horas secūdum Galenū, igitur nō posset fieri de mane patet: quia cibus assumptus in cęna est digestus in mane nō solū secundū primam digestionem, sed secundū secūdam. patet sumendo dies æquales noctibus: non posset etiam fieri de sero balneum, quia stando post prandium per decem horas pro digestione stomachi, esset hora cęnæ, sic enim est consuetudo cęnandi: quare nec añ prandium, nec post potest administrari balneum ĩpinguatiuū. Contra secundam partem de balneo marefactiuo arguitur: quia dictum est, ꝙ illud debet administrari hora famis, & cum multa mora: cōtra: quia in corpore famelico mēbra trahunt à venis, & venæ ab hepate, & hepar a stomacho: sed tēpore famis nisi succuratur stomacho, repletur stomachus putridis humoribus, vt dicit Auicēna. Tolerare famem stomachum putridis replet humoribus: igitur trahētur humores putridi ad hepar, & ad venas, sed in corpore inflammato faciunt febrē, igitur qui volet macrefacere corpus inducet febrem: quod est inconueniens. Confirmatur, quia si hora famis debet stare in balneo, & ibi diu morari, inflammabitur corpus: sed inflammatio reperiens corpus non mundum a malis humoribus ex quo pingue est, agēs in tales malos humores neccessario putrefaciet eos: quare disponit corpus magis ad perditionem, ꝗ ad macrefactionem. tertio restat vna difficultas ex litera Auicēnę secunda fen. primi capit. Quidam ornate loquentium: quia Auicēna dicit: & est cū ipsum ingrediūtur illico post saturitatem, & impinguat, propterea ꝙ materiam trahit ad exteriora corporis, verumtamen oppilationes facit, propterea ꝙ nutrimentum trahit ad membra nō coctum: & subdit. & est cum in fine primę digestionis, & antequàm adsit vacuitas ingreditur, & confert, & impinguat mediocriter: hęc Auicēna. Difficultas est si primum dictum est de mente Auicēnæ aut non: si non, vt dicunt aliqui, quia falsum est, quare non improbat illud Auicēna? si vero est de mente eius, an posit saluari? Respondendo Ad primum dicitur ꝙ argumentum concluderet, si prius compleretur digestio stomachi, antequàm fieret digestio hepatis, & venarum: sed nō est ita, sed cum aliquid digestū est in stomacho trāsmittitur ad hepar, & successiue digeritur ĩ stomacho & hepate, & ferè simul. Ad confirmationem dicitur ꝙ si cęnat vigesimaquarta, decima hora finita est digestio stomachi, & tunc potest fieri balneum: & si prima hora noctis cęnaret, vndecima hora posset facere balneum, & sic de alijs. De balneo vero faciendo post prādium, dico secundum Galenum ꝙ de mane facienda est refectio leuis, quæ requirat tantum octo horas pro omnibus digestionibus scilicet quinq; pro digestione stomachi, & tres ꝑ digestione hepatis, & venarum. quare post quinq; horas a refectione potest facere balneum: secūdum vero modum prandendi nostrū, non potest fieri balneum de sero. Ad secundum de balneo macrefactiuo. Cum dicitur ꝙ tempore famis membra trahunt à venis, & venæ ab hepate, & hepar a stomacho: conceditur: sed nō ꝙ si reperiunt nutrimentum in stomacho, trahūt illud ad hepar, & venas pro restauratione mēbrorum: si vero non reperiunt nutrimentum, sed malos humores, non trahunt illos: quia non faciunt pro restauratione membrorum, et hoc ex virtute discretiua: quę facit ꝙ trahitur solum quod trahēdum est: quare stante inflammatione per balneū: cum non trahatur aliquid ad membra, desiccantur, & macresit corpus. Ad confirmationem dicitur ꝙ stante inflammatione in tali corpore, nō est neccesse humores putrefieri in eo, quāuis aliqui mali humores sint in tali corpe: quia in corporibus pinguibus magis abūdat humor phlegmaticus, & hic nō facile putrescit, sed difficulter. Ad tertiam scilicet ad difficultatem motam ex textu Auicēnæ dicit quidam modernus. Miror ꝙ cōciliator non tetigerit hāc difficultatem: ego autem existimo ꝙ illud primum dictum sit magis secundum mentem aliorum quàm Auicēnæ. quare autem nō reprehendat, forte est, quia est error satis euidēs ex se. Aliqui vero dicunt ꝙ illud primum dictum est de mēte Auicēnę, & notanter dicit in primo dicto simpliciter impinguat: quia magis impinguat balneum post saturitatem, quā post primam digestionem: quoniam post primam digestionem mediocriter impinguat: sed post saturitatem dicit simpliciter impinguat: & saluāt hoc sic: quia dicunt ꝙ tunc trahitur ad membra nutrimētum partim coctum, & partim non coctum: illud quod est coctum, facit ad impinguationem, quod vero non est coctum, facit ad oppilationes. Ego autem laudo magis balneum post digestionem stomachi pro impinguatione, quàm balneū post saturitatem: tu autem considera.

De balneo olei tepidi.

Nota ꝙ Auenzoar inquit ꝙ intrare balneū olei tepidi sanat ab omnibus doloribus, totius corpis deo dante. Et Auicēna secūda primi

mi capitulo vigesimo dicit. Semicupium ingredi plenum tali, quale est oleum, cōfert lassitudinem habentibus, & febres patiētibus longas frigidas, & eis qui cum febribus dolores habent neruorū, & iuncturarum: & habentibus spasmum: & habē tibus cuzem, & vrinæ retentionē: hæc Auicēna. Insumma confert doloribus neruorum, & iuncturarum: & cōsequenter membro spasmato vel ex punctura nerui, vel ex vulnere confert & doloribus iuncturarum, & consequenter podagricis mirabiliter confert: sed si materia calida fuerit, oleum rosatum magis confert, dicit Auicēna. Cōfert & in colica ex ventositate, maxime facta ex retentione fecum: quia mollificat feces, & partim resoluit vētositates. Confert & in dolore renum ex lapide, quia mollificando vias, facit ad exitum lapidis. Confert etiam ad dolorem virgę ex lapide retento in virga, qui non potest emitti: quoniā mittendo virgam in balneum olei mollificando vias facit ad exitum lapidis. Dubitatur vtrum balneum ex oleo tepido cōferat omnibus doloribus corporis, maxime autem prænominatis. Contra arguitur, quia secūdum Auicēnam quarta primi capitulo penultimo dolor tripliciter curari potest, scilicet aut remouendo causam scilicet cum euacuantibus, aut cū anodynis scilicet temperātibus complexionem membri, aut cum stupefacientibus scilicet obtundentibus sensum membri: sed balneum olei nullo istorum modorum potest curare dolorem membri, ergo &c. probatur minor, primo ꝙ non euacuet causam doloris patet, quia oleum non est solutiuum: secundo ꝙ non curet quia anodynū. probatur, quia anodyna sunt temperata in complexione: sed oleum est calidum declinans ad humidum secundum Auicēnam. ꝙ si lauetur erit tēperatum in humiditate, & siccitate, & minus calidū: hæc Auicēna. Tertio non curat stupefaciendo, quia non est stupefactiuum, ergo nullo modo curat: cōfirmatur, quia si curaret dolores, maxime esset quia anodynū. sed contra. quia anodyna sunt multum temperata, sed medicinæ temperatę nō conferunt nisi in membris propinquis, in remotis vero non, vt dicit Auicenna quarta primi capi. primo, ergo non cōferet ad dolores in membris remotis. secundo arguitur ad idem, quia secundum diuersas complexiones corporum, & membrorum diuersa remedia sunt adhibēda secundum Galenum in libro de experimentis: & ideo reprehendit illum, qui cū vna medicina vult curare omnes morbos: igitur idem remedium, vt balneum olei nō conuenit ad omnes dolores omnium membrorum, & maxime diuersorum valde in complexionem: A confirmatur, quia balneum olei vel est sufficiens remedium in curando omnes dolores aut non: si non, habeo intētum: si sic ergo frustra ponuntur alia remedia: patet consequentia, quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. Respondendo, Ad primum dicitur ꝙ balneum olei confert quia anodynū, vnde anodyna sunt valde tēperata in complexione: quia nō transeunt primū gradum caliditatis: & cum tu arguis ꝙ nō est anodynum, quia calidum est declinans ad humiditatem: non valet, quia dicit Auicēna ꝙ oleum est calidum temperatum: ꝙ si lauetur erit in humiditate, & siccitate temperatum, & minus calidum: ad confirmationem concedo ꝙ oleum curat dolores quia anodynum: & cum tu arguis cōtra quia anodyna sunt tēperata: sed temperatę medicinæ non conferunt nisi in mēbris propinquis, & non B remotis, dicitur ꝙ loquitur de medicinis assumēdis per os: quia si sint temperatę nō cōferunt nisi membris propinquis: sed balneum olei est extrinsecus approximatum, & satis propinquum omnibus membris, quare, &c. Ad secundum cum arguitur ꝙ secūdum diuersas complexiones membrorum, diuersa remedia sunt adhibenda: igitur hoc remedium non confert ad omnia membra: negatur cōsequentia, quia licet secundum diuersas complexiones diuersa remedia conueniant: quia sunt remedia propria: aliqua tamen sunt remedia communia, quæ cōferunt omnibus: & hęc dicuntur communia, quia omnibus membris cōferunt, vt anodyna, quia æquāt cōplexiones mēbrorum: & ideo ad membra calida, & frigida cōueniunt ad confirmationem, cum dicitur aut bal C neum olei est sufficiens remedium, aut non. dico ꝙ licet sit sufficiens remedium nō valet, ergo frustra ponuntur alia propter duo: primo quia si vnū remedium non possit haberi, ꝙ aliud habeatur: secundo quia secūdum Auicēnam concurrit certa proportio inter medicamen, & illud cui administratur, cuius causę nō comprehēduntur: quare si hoc nō haberet proportionē cum illo, ꝙ possit aliud administrari: & notanter dixi, dato ꝙ sit sufficiens, quia licet balneum olei sit aptum conferre omnibus doloribus: stat tamen ꝙ non sit sufficiens pro omnibus doloribus. Circa dicta cadit difficultas vtrum balneum olei cōueniens sit pro curatione dolorum gallicorum. Respōdendo, vi detur quod sic: quia dolores gallici sunt in musculis, qui neruosi sunt, & ligāt vnam iuncturam cū alia: sed hoc balneum confert in doloribus neruorum, & iuncturarum, ergo rationabile est ꝙ conferat in doloribus iūcturarum, musculorum. quare experimentandum est audacter in illis: maxime

me quia Auenzoar dixit q sanat ab omnibus doloribus totius corporis, q si non sanat potes vti pro doloribus vnguēto facto cum argento viuo. notanter dixi pro doloribus: quia pro bullis non consulo vt vngas cum vnguēto de argento viuo quia pellit materiā ad īteriora: sed pro doloribus tute facere potes: & hoc est vnum ex illis. Recip. thuris, masticis ana vnc. i. rasæ pini, & cerusę ana vnc. ij. lytargirij, aluminis rochæ, myrrhæ, argenti viui ana vnc. s. incorpora cum succo arantij, & oleo communi, & si non cōfert, adde opij, croci, casiæ ligneæ ana gra. iij.

De balneo vini tepidi.

Sciendum q vinum differentias aliquas recipit ex terra, & aliquas ex ętate: ex terra quidem, quoniam vina ex mōte potentiora sunt, & meliora, quàm ex planicie: & etiam diuersificantur quæ ex montibus sunt secundum diuersitatē terrę, ex ętatibus vero diuersificātur, quia nouū calidum, & humidum est: vetus vero calidum, & siccū. In conseruatione sanitatis non reperio balneum vini venire in vsum apud auctores: in quibusdam tamē dispositionibus pręter naturā iudicatur salubre, sicut in passionibus neruorum, & iuncturarum: nam quāuis interius sumptum lędat neruos, & iūcturas ex effumatione ad caput, quia facit descēdere catarrhū ad iuncturas: tamē exterius applicitum confert, quia iuncturas laxas confortat, resoluendo humiditatem in illis existētem, & maxime nigrum, quia magis stypticum, & magis confortatiuum. Quidam tamen curiosi administrant magis vinum album: quia nigrum defędat cutim: & ideo addunt vino albo aliqua styptica bullita ī eo, sicut rosas, & gallas cypressi, & huiusmodi. Dubitatur vtrum balneum ex vino calido conueniat in dispositionibus neruorū, & iuncturarum, in regimine vero sanitatis minime. Contra primam partem arguitur, quia Auicēna capitulo de doloribus iuncturarum dicit: & minorētur balneationes eorum, quia liquefaciūt humores, & fluere faciūt ad iuncturas & subdit, sed effusio aquę frigidę super iuncturas mirabiliter confert: igitur balneum ex vino non cōuenit propter duo, primo quia est aptū liquefacere humores, qui facile ad iuncturas fluunt: secūdo quia si aqua frigida cōfert, vinum calidi neceessario nocet. Item si vsus vini calidi conferret in passionibus neruorum, & iuncturarum, maxime esset in declinatione, quando conuenit resolutio: sed tunc non cōuenit: quod probo, quia Auicēna in capitulo de cura iuncturarum dicit, oportet vt isti nō resoluātur absq; lenificatione: immo oportet vt leniantur, & resoluantur simul: sed vinum

D tantum resoluit, & nō lenit, igitur non conuenit. secundo arguitur contra secundam partem, & arguitur q balneum istud cōuenit infantibus in regimine sanitatis propter duo: primo quia pueris in exitu ex vtero materno relaxantur membra, sed membris relaxatis confert vinum: quare &c. secundo quia pueri veniunt ex loco calido ad aerem frigidum: quem timent, & propterea plorāt: igitur conuenit quod calefacit eos, & inspissat cutem, huiusmodi est vinum: quare conuenit balneum ex vino. Respondeo pro via communi, dicitur, q balneum vini cōuenit in dispositionibus neruorum & iuncturarum relaxatarum, ad argumenta cōtra respondetur: ad primum cum arguitur per Auicennam, q debēt minorari balneationes: & q effusio aquę frigidę cōfert in doloribus iuncturarum, dicitur q loquitur in principio dolorum q aqua frigida cōfert, & balneationes nocent, sed in declinatione, quoniam remanēt iuncturę debilitatę, & relaxatę ex concursu humiditatum, tunc balneum vini cōfert: cuius signum, quia vinacię calidę tempore vindemiarum conferunt eis: quare & vinum, quod habet eandem vim. Ad aliud cum arguitur, si cōferret balneum vini, maxime esset in declinatione quādo conuenit resolutio: conceditur. Et cum tu arguis q nō conuenit, quia Auicennā in capitulo de cura iuncturarum dicit. Oportet vt non resoluantur sine lenificatione, immo oportet vt leniantur, & resoluantur simul: dicitur q loquitur Auicenna quando materia cōuersa est in lapideitatem: quia oportet tunc simul lenificare, & resoluere, & tūc non conuenit balneū vini, sed balneum vini conuenit in iuncturis relaxatis. Ad secundum principale respondetur ad argumenta, quamuis aliqui velint sustinere partem illam, & dicitur q in regimine sanitatis non conuenit balneum vini: ad argumentū contra respondetur: ad primam probationem, quando tu arguis q conuenit infantibus, quia habent membra relaxata ex vehementi motu: negatur: sed habent ipsa debilitata ex resolutione spirituum, & ideo vinum magis resolueret: quare non conuenit. Ad aliam probationem cum dicis, q cum pueri veniant ex loco calido ad aerem frigidū, ideo timent illum, & plorant, quare quod calefacit conuenit: concedo: ergo vinum conuenit, negatur cōsequentia, quia caliditas vini inflammaret: sed sufficit balneum ex aqua calida, quod calefacit, & non inflammat. Circa dicta cadit difficultas vtrum in regimine sanitatis conueniat addere aliquid vini cū illa aqua cum qua lauantur infantes. Respondeo dicitur q hoc non apparet inconueniens, immo vtile quia faceret

ad

ad confortationem,& non resolueret,nec euaporaret, nec exsiccaret:& notáter dixi aliquid vini, quia intelligo, ꝙ modicum quid addatur, ita ꝙ sit dominium aquæ: quare sufficit addere quartam partem vini.

De balneo lactis.

PRo quo sciédum est,ꝙ lac componitur ex tribus substantijs scilicet sero,butyro,& caseo:serum calidæ complexionis est secundú Mesué,licet Galenus dicat,ꝙ est sine manifesta calefactione,& infrigidatione: butyrum vero tendit ad ęqualitatem:& caseus frigidus est:quare lac cópositum ex ijs est frigidum, & humidum: quia ratione caseitatis prędominátis lac frigidum est. Item lac sumit differentias, & diuersitates ex diuersitate complexionum animalium, & ex diuersitate ętatum: ex diuersitate quidem complexionum,quoniã muliebre melius est alijs:& quorum prægnities proxima est prægnitiei mulieris: bonum est lac, vt vaccinum, cuius pręgnities est nouem mensium:& cuius pręgnities velocior est prægnitie mulieris:adhuc melius est,vt ouinum, & caprinum,quorú prægnities est quatuor mensium:quorum vero prægnities prolixior est prægnitie mulieris non ita bonum est,vt lac asininú, & equinum, quorum prægnities se extédit ad decem menses: ex diuersitate vero ętatum lac diuersitates sumit:quia iuuenum melius lac est, quàm senum: & cognosce bonum lac, quia si effundatur super vngué, vel speculum firmatur: ꝙ si fluit liquidum est,& aquosum.& etiam secúdum formam habet diuersitatem, quia si est lenis carnis, aut duræ,pinguis, aut extenuatę,diuersificat lac; & dicunt ꝙ lac camelinum est melius lac, quáuis in eo sit salsedo quędam, quia diligunt acetosum & caseitas est pura in eo:vaccinum plurimi butyri est:& ouinum plurimæ caseitatis,& butyrositatis: & in lacte equino, & asinino est pauca caseitas.Recipit etiam diuersitates secundum tempora anni. Confert autem lac tam interius sumptum, quam exterius per viam balnei, maxime in tribus casibus:primo corporibus extenuatis simpliciter sumptis ex quacúq; causa sint:dicitur simpliciter sumptis, quia non coniunctis cum febre: & ideo confert patiétibus hecticã senectutis,quæ sunt corpora extenuata sine febre: & similiter cófert quibuscúq; alijs corporibus extenuatis,Secúdo cófert patientibus febrem hecticam scilicet nó cóiunctam cum putrida.Tertio cófert phthisicis extenuatis patientibus hecticam febrem: & hos tres casus tetigit Hippocrates quinta particula aphorismorum in illo aphorismo,lac dare caput dolentibus malum; quia in fine Aphorismi di-

A cit quibus conferat, & tangit hos tres casus ordine retrogrado huic qué diximus:quia primo dicit. Cóuenit vero phthisicis.i.vlceratis in pulmone: extenuatis non valde febrientibus .i.patientibus hecticam: dicit secúdo & conuenit in febribus lógis scilicet in hecticis febribus nullo signorum prædictorum pręsente: dicit tertio & extra rationé tabefactis.i.extenuatis sine febre, qui dicútur pati hecticã senectutis. Dubitatur vtrum balneum lactis cóferat in tribus casibus vt dictú est. scilicet corporibus extenuatis sine febre, & in febribus hecticis:& ĩ corporibus extenuatis patiétibus hecticam febrem. Cótra,arguitur primo ꝙ non conueniat corporibus extenuatis sine febre,qualia sunt corpora,quę patiuntur hecticam senectutis: quia corporibus frigidis non cóuenit

B balneum frigidum,sed calidum:quia omnis cura fit per contrarium:sed corpora extenuata sunt frigida,& sicca,& balneum lactis est frigidum: igitur talibus corporibus non conuenit balneum lactis.Secúdo arguitur ꝙ non conferat in febribus hecticis: quia si cóferret in eis,pari ratione conferret in putridis,scilicet remouendo malam complexionem calidam, & siccam: sed nó confert in putridis per Hippocratem. igitur nó cófert hecticis febribus.Tertio arguitur ꝙ non conferat extenuatis patiétibus hecticam; quia si seorsum,& diuisim nó cófert partibus:ergo nec composito.Respódeo. Ad primum dicit̃ ꝙ quia lac est multum humidum,& parum frigidum, & corpora extenuata valde magis peccant siccitate, quàm frigiditate:ideo balneum lactis confert eis non obstáte frigiditate eius. Ad secundum dicitur ꝙ nó est

C par ratio,ꝙ balneum conferat febri hecticę,& putridæ:quia in putrida facit oppilationem: & propterea nocet,quia auget febrem: sed oppilatio nihil facit cótra hecticam:quare. Ad tertium patet, quia si confert partibus diuisim, & etiam coniunctim cófert. Circa dicta cadit duplex difficultas. Prima difficultas est,quare Hippocrates dixit lac solum cóferre in tribus casibus dictis, cum etiam in multis alijs conferat.Nam Auicenna dicit lac cófert tussi,sputo sanguinis, & vlceribus pulmonis:confert etiam squinantiæ gargarizando:confert etiam ophthalmię,si mulgetur sup oculú, & sic de multis alijs. Secúda difficultas an sicut lac nocet interius, ita exterius noceat. & videtur ꝙ sic:quia quibus confert interius sumptum,ita exterius confert, ergo videtur similiter cómunicare in nocumento sicut in conferentia. Respódeo Ad primam difficultatem dicitur, ꝙ Hippocrates tangit solum iuuamenta lactis in corporibus: non autem in partibus corporis; Auicenna vero

tangit

tangit in omnibus; quare. Ad secundam dicitur ꝙ nõ quibuscunq; nocet interius, nocet exterius, quia interius assumptum dixit nocere in septem casibus, vt patet ex illo Aphorismo quintę particulæ, lac dare caput dolentibus malum, malum vero febricitantibus: & ijs, quibus hypochõdria suspensa rugiunt, & siticulosis: & in ijs, in quibus fellei secessus, & in acutis febribus, & quibus sanguinis multa egestio facta est. sed ĩ omnibus istis nõ nocet exterius administratum: quia in felleis secessibus non nocet balneum lactis· quare &c. Sed videtur ꝙ etiam lac per interius sumptũ non nocet felleis secessibus, quia Alexander hyatros in dysenterijs, in quibus sunt fellei secessus, nõ solum administrat clystere lactis, sed etiam administrat sumere lac per os tanquàm optimum remedium. Dicitur ꝙ lac nocet in felleis secessibus, quia conuertitur in cholericã & Alexãder administrat ipsum alteratum, vt nõ cõuertatur in cholericam: nam admiscet quartam partem aquæ, & facit tantum bullire, vt consumetur quarta pars: quare simpliciter datum nocet, sic vero contemperatum confert quare &c.

SECVNDVS TRACTATVS.

IN hoc secũdo tractatu determinatur de balneis compositis naturalibus, & diuiditur in sex capitula: in primo capitulo tractatur de mineris: in secũdo capitulo de distinctione balneorũ mineraliũ: in tertio capitulo de regimine circa balnea: ĩ quarto de correctiõe accidentiũ balnei: in quĩto de verificatiõe cuiuslibet mineræ balnei: in sexto de singulis balneis mineralibus Italiæ. & quia balnea mineralia operãtur secũdũ virtutes minerarũ, ideo prius de mineris dicendũ est. & quia sulfur prerogatiuam habet super alias mineras, quia omnes aquæ minerales, quæ ex visceribus terræ nascuntur pro tanto calidæ sunt, quia trãseũt super sulfur, vt inquit philosophus in de proprietatibus elementorum, ideo incipiemus à sulfure prenotando ꝙ non omnes aquæ minerales calidæ sulfureæ sunt, quia plus requiritur vt sint sulfureæ, scilicet vt aliqua pars substantiæ sulfuris misceatur cum ea, & de mineris modo dicendum est secundum ꝙ operantur in totum corpus. Sulfuris igitur natura calida, & sicca est vsque ad quartum gradum, quare prima operatio eius est calefacere, & exsiccare. Secũda vero operatio eius est subtiliare, aperire, & resoluere. Aluminis vero natura calida, & sicca est vsque ad tertium gradum; quare prima operatio eius est calefacere, & exsic-

D care, secunda vero est prohibere fluxum omnem sanguinis, & cursum superfluitatum, & sui stypticitate confortare mẽbra. Salis autem natura calida, & sicca est vsque ad secundũ gradum, quãuis sint plures eius species, scilicet quatuor, sal panis, & hic duplex est, scilicet mineralis, & marinus: sal gemma, qui vt gemma splendet, sal indus, sal napticus, qui naptæ odorem habet, quare prima operatio eius est calefacere, & exsiccare, secunda vero operatio est liquefacere, incidere, & subtiliare humores grossos, & viscosos, & resoluere, et preseruare à putrefactione. Nitri vero natura calida, & sicca est vsque ad tertium, & dicitur ꝙ est ex speciebus baurach, quãuis opationes alias habeat à baurach, quare prima operatio est calefacere, & exsiccare, secunda vero est abstergere, & mundificare, incidere humores grossos, & viscosos, subtiliare, & resoluere. Cinis est puluis ex adustione lignorum factus ad differẽtiam calcis, qui ex adustione lapidum fit. Cineris natura calida

E est, & sicca vsq; ad secundũ, quare prima eius operatio est calefacere, & exsiccare, secũda vero operatio est abstergere, & cõstringere. Calx vero species cineris est, sed ex adustione lapidũ factus est, cuius natura calida, & sicca est vsq; ad quartum; quare prima operatio eius est calefacere, & exsiccare, secunda vero operatio est vrere & corrodere. Gypsi natura frigida, & sicca est vsq; ad secundum, & est species lapidis multum lotus, qui congelatur ex congelatione terræ, ex quo contrito fabricantur domus, sicut ex calce, quare prima operatio est infrigidare, & exsiccare, secũda vero operatio est conglutinare, stypticare, & confortare. Ferri natura frigida, & sicca est vsque ad tertium secundũ Platearium, quod notanter dixi, quia secundũ nos est frigidum vsq; ad secundũ, & siccũ vsque ad tertiũ, sed in dubio discutietur hoc, prima eius operatio est infrigidare, & exsiccare, secũ

F da vero operatio est sua stypticitate cõfortare mẽbra. Aeris natura calida est, & sicca vsque ad tertium, quia prima operatio eius est calefacere, & exsiccare, secũda vero opatio est abstergere, subtiliare, & resoluere. Marchasitę natura calida est in secũdo, sicca in tertio, & est quatuor specierum, quia alia aurea, alia argẽtea, alia ærea, & alia ferrea, & oẽs species similantur substantiæ, cui comparantur in colore, & reperitur in virtute sua, & quia de ferrea, & ęrea dictum est, nunc de aurea, & argentea dicendum est, operationes tamẽ marchasitæ prius ponemus, quare prima eius operatio est calefacere, & exsiccare, secũda est maturare, & resoluere; & abstergere est eius vis fortis, quia abstergit mirabiliter oculum, & confortat ipsum,

ipsum, & adusta est melior non adusta, & cum rasa pini resoluit apostemata dura, & propterea Persi dixerunt lapidē luminis propter iuuamentum, quod confert visui. Argenti vero natura frigida est & sicca, quare operatio eius prima, est infrigidare, & exsiccare, confert etiam tremori cordis ex iam calida. Auri natura est æqualis, & subtilis substantiæ, ideo nec calida, nec frigida, confortatiua vero est, maxime cordis, quia cōfert dolori cordis, & tremori ipsius. Dubitatur circa mineras, primo circa sulfur, quia dictum est ꝙ est calidum, & siccum vsq; ad quartum. & consequenter prima operatio est calefacere, & exsiccare. cōtra arguitur quia sicut calidi est calefacere, & cōsequenter aperire: sic sicci est exsiccare, & consequenter constringere, igitur simul effectus contrarios faciet. Secundo arguitur contra alumen, quia dictum est, ꝙ est calidum, & siccum vsq; ad tertium: contra arguitur argumento Ioannitij, ꝙ tenet illud esse frigidum, & siccum: quia quod ꝓhibet putrefactionem est frigidum, & siccum, patet quia frigidum, & siccum sunt opposita principijs putrefactionis: sed alumen prohibet putrefactionem, patet si ponatur in vino nouo, quod soleret putrefieri prohibet ipsum putrefieri. Tertio arguitur contra salem, quia dictum est, ꝙ sal est calidus, & siccus vsq; ad secundum. Cōtra arguitur, quia salsedo secundum Mesuem fit ex partibus terreis adustis, & amaris, & ex partib. aqueis sine sapore, quæ sunt equales: sed istæ duæ partes sunt ex contrarijs qualitatibus. s. ex valde calido, & valde frigido, sed in mixto hæc refrangūntur: igitur sal erit temperatus. Item Arist. 23. particula. problematum dicit, ꝙ non stat salsedo cum caliditate, sicut apparet de aqua maris, quæ est frigida: quia caliditas est impeditiua salsedinis: quare. Quarto arguitur contra nitrum, quia dictum est ꝙ natura sua est calida, & sicca vsq; ad tertium. et ꝙ est ex speciebus baurach, quamuis operationes alias habeat, a baurach: contra quia hoc implicat ꝙ sit ex spēbus baurach, & tamen alias operationes hēat a baurach. Quinto contra cinerē, & calcem arguitur quia dictū est, ꝙ natura cineris est calida, & sicca vsq; ad secundum. & natura calcis est calida, & sicca vsq; ad quartum. quia cinis fit ex adustiōe lignorum, sicut calx fit ex adustione lapidum. Contra arguitur quia ignis factus ex lign is est ita calidus in summo, sicut qualiscūque alius ignis: igitur cinis eius est ita calida, & sicca, sicut cinis cuiuscunque alterius ignis, ergo calx non est calidior, & siccior cinere. Sexto contra gypsum arguitur quia dictū est ꝙ natura eius est frigida, & sicca vsq; ad secūdum. contra quia

A gypsum est species lapidis geniti ex cōgelatione terræ: sed terra hēt siccitatē in summo: quia vnūquodq; elemētum limitat sibi vnam qualitatem in summo per philosophū secundo de gñatione, & terra limitat sibi siccitatē in summo, igitur gypsum non erit minus siccum, ꝙ terra. Septimo arguitur contra ferrum quia dictum est secundum Platearium, ꝙ est frigidum, & siccum vsq; ad tertium. Cōtra arguitur quia quæ sunt frigida in tertio ex se nocēt sensibiliter stomacho. igitur aquæ mere ferreæ nocerent stomacho: consequens cōtra Auicen. secunda. sen primi capi. Quidam ornate loquentium, quia dicit, ꝙ aquæ ferreæ stomachum iuuant, & splenem, quare. Octauo arguitur contra æs, quia dictum est, ꝙ est calidum & siccum vsq; ad tertium. Contra arguitur quia quæ dissoluuntur à calido congelantur à frigido per Aue. quinto colliget cap. 9. sed æs dissoluitur

B à calido. s. ab igne: igitur congelatur à frigido, & sic, igitur æs est frigidū. Nono arguitur contra marchasitam, quia dictum est, ꝙ est calida in secundo. & sicca in tertio. Contra arguitur quia dicit Rabi Moyses. 21. particula suorum aphorismorum. ꝙ si super marchasitā ignitam aspergatur acetum, cuius vaporem recipiat apostema durum, subito dissoluitur eius durities, vt videatur miraculum: sed quod dissoluit duritiem partim humidum est, quia mollificatiuum: & partim calidum, quia resolutiuum, ergo marchasita est calida, & humida. Decimo arguitur contra aurū, & argentum, quia si aurum, & argentū sunt species marchasitæ, sed marchasita est calida, & sicca, vt dictum est, igitur aurum, & argentum sunt calida, & sicca: quare &c. Respondeo ad primum

C de sulfure, cum tu arguis, ꝙ si sulfur calefacit, & desiccat, igitur aperit, & constringit quæ sunt cōtraria, dicitur ꝙ aperire, & constringere nō sunt contraria, nisi referantur ad idem, sed si referantur ad diuersa non sunt contraria, vt hic. Pro quo nota ꝙ duplex est cōstrictio, siue oppilatio. s. coarctatoria, & attenuatoria: prima fit quādo humor existit in venis, & obturat vias illas, alla est cōstrictio, & oppilatio coarctatoria: secūda vero cōstrictio, & oppilatio fit quādo substantia venæ condensatur, & constringitur per aliquod stypticū, non tamen intra venam est aliquid: illud ergo qd est calidum aperit coarctatorie, illud vero quod est siccum non constringit coarctatorie, sed attenuatorie, quia cōdensatur substantia venæ, quare non contrariantur. Ad secūdum de alumine, secundum Gale. alumen est calidū: ratio est, quia si esset frigidum tunc aqua ferrea, & aluminosa noceret mirabiliter stomacho contra experientiam,

tiam, quare alumen calidum: ad argumetum cõtra negatur q; omne quod resistit putrefactiõi sit frigidum, & siccum: immo siccum resistit putrefactioni siue associetur calido, siue frigido, bene verum est, q; illud quod est frigidum, & siccum magis resistit putrefactioni, q̃ illud quod est calidum, & siccum. Ad tertium de sale. Cum arguitur, cum componatur ex partibus æqualibus calidis, & frigidis, humidis, & siccis, igitur est temperatus: conceditur q; ad generationem eius concurrit calidum adustum, & frigidum aqueum, sed quia calidum concurrens est densius: ideo in complexione eius vincit caliditas, & siccitas: ad aliud dictum philosophi in problematibus, dicit ipse q; illud dictum non est verum de aquis, quæ veniunt de visceribus terræ, quia non potest illa caliditas tantum de salsedine remouere, quãtum datur à mineris. Ad quartũ de nitro cum tu arguis, q; videtur implicatio dicere, q; est ex speciebus baurach, & tñ habet alias operationes à baurach: dicitur, q; non est implicatio, quia ęquiuocatur de baurach: quoniam accipit primo baurach communiter, vt est genus ad nitrum: deinde accipit baurach, vt est species distincta contra nitrũ. Vide in Serapione distincte hoc, ne hic sim nimis prolixus. Ad quintũ contra cinerem, & calcẽ, si cinis fit ex lignis adustis, & calx fit ex lapidibus adustis, cum ignis vtriusq; sit calidus in summo, igitur cinis vnius est calida, & sicca, sicut alterius: negatur consequentia: quia materia magis densa magis retinet caliditatem, & siccitatem, q̃ minus densa. Ad sextũ cum arguitur si gypsum fit ex congelatione terrę, & terra est sicca in summo: ergo gypsum non est minus siccũ, q̃ terra: dicitur q; ęquiuocatur de terra: quia terra, quæ est elementum est bene sicca in summo, sed gypsum non fit ex tali terra, sed ex terra, quæ est potius terreum, q̃ terra. Ad septimũ de ferro. cum tu arguis, q; si esset frigidum in tertio, tunc aquæ ferreæ nocerent stomacho: hoc argumentum est nostrum, & volo q; concludat contra Platearium, & tũc si arguitur pro eo, q; si ferrum est frigidum, vt duo, et cum alumen sit calidum, vt tria, ergo aquæ ferreæ, & aluminosæ non sunt temperatæ, sed calidæ: conceditur: & quamuis sint calidæ in primo infrigidãt hepar discrasiatum, quod est calidum in secundo quia à temperamento recedit ad minus per vnum gradum. Ad octauum de ære cũ arguitur quæ dissoluuntur à calido, congelantur à frigido, sed æs dissoluitur à calido, ergo æs congelatur à frigido: conceditur consequentia, & consequens: & cum tu infers, igitur ęs est frigidũ: negatur consequentia. Pro quo nota secundum

D Auer. quinto colliget, q; quæ sunt congelata à calore, calor, & siccitas dominatur super ea, sed nõ quæcunq; sunt congelata à frigido, frigus dominatur super ea, sed aliquando frigus, & aliquãdo calor, quia si talia cõgelata à frigido inspissentur à calido cum dominio partium terrestriũ sunt frigida, & sicca vt ferrum: si vero cum dominio partiũ adustarum sunt calida, & sicca vt æs. Ad nonũ de marchasita, cũ arguitur q; si super marchasitam ignitam aspergatur acetum, vapor dissoluit durstiem apostematis, ita vt videatur miraculum: sed quod dissoluit sic duritiẽ partim est humidum, & partim calidum, igitur marchasita est calida, & humida, negatur cõsequentia, quia marchasita non est quæ dissoluit, sed vapor aceti, qui partim est calidus, & partim humidus. Ad decimum de auro, & argento: cũ arguitur si sunt spe-

E cies marchasitæ aurum, & argentum, & marchasita sit calida, & sicca, igitur aurum, & argentum sunt calida, & sicca: dicitur negando, q; istæ sint species marchasitæ proprie loquẽdo, nec marchasita genus ẽ: sed quia marchasita est quatuor modis, ideo videntur quasi species, sed non sunt: & cum marchasita sit istis quatuor modis, in quib. vincit caliditas, & siccitas: ideo marchasita dicitur calida, & sicca, & quia magis vincit siccitas in ijs: ideo magis sicca, q̃ calida est.

Post determinationem de mineris consequenter distinguendum est de aquis mineralibus, quæ dicuntur balnea naturalia, quia aliquæ sunt magis aptæ ad duciandum caput, & aliquæ magis aptæ ad balneandum corpus, & aliquæ magis aptæ ad potandum: & ideo balnea naturalia sunt in triplici genere. s. balnea duciæ, balnea corporaturæ,

F & balnea potabilia. Ad potandum quidem aquę salsæ, & nitrosæ aptæ sunt: ad balneandum vero corpus aquæ ferreæ, & aluminosæ aptę sunt: natura ferrum, & alumen reddunt aquas quasi temperatas in actiuis: ad duciandum vero caput conuenientes sunt aquę sulfureę, aluminosę, nitrosę, salsæ, æreæ, cineritiæ: gypseæ etiam conueniunt partim ex seipsis, vt in catharris calidis, & capitibus calidis: partim cum alijs ad contemperandnm caliditatem aliarum: & similiter cum aquis pro corporatura potest esse gypsum ad contemperandũ alias. Ponantur igitur conclusiones declarantes istam materiam. Prima conclusio sit ista. Aquæ sulfureæ, aluminosæ, nitrosæ, salsæ, æreæ, & cineritiæ conuenienter administratæ sunt aptæ conferre in duciãdo caput: probatur conclusio, quia istæ aquæ sunt aptæ permutare malam cõplexionem humidam cerebri: & partim sunt aptæ resoluere partem materiæ, igitur sunt aptæ cõferre in

duciando

duciando caput: & notanter dicitur conuenienter A administratæ, propter tria: primo quia præsupponunt debitam purgationem corporis, & capitis, secundo quia præsupponunt ꝙ eligatur ducia cõueniens, quia aliqua est fortis, aliqua est debilis, et aliqua mediocris. Fortis est quæ tenet de sulfure, siue sale, siue cum alia minera mixto: quia sulfur est calidum, & siccum vsq; ad quartum. & istę duciæ non conueniunt nisi in catarrhis frigidis, & cerebro frigido: exemplum de ducia sulfuris tantum, sicut sunt plurima balnea Viterbij, de quibus postea dicetur. Exemplum de ducia sulfuris mixta cum alumine, vt balneum Petrioli. Aliquę vero duciæ sunt mediocris. s. quæ carent sulfure, & tenent de alumine, vel nitro, vel ære, quia istæ sunt calidę, & siccæ vsq; ad tertium. & istæ cõueniunt in catarrhis frigidis, & calidis, vincente tñ humiditate. Exemplum de aluminosis, & nitrosis, vt balneum sancti Philippi. Exemplum de balneis nitrosis, & cineritijs, vt balnea Paduana sanctæ Helenæ, & multa alia, de qbus infra dicetur. Aliquæ vero duciæ sunt debiles. s. quæ tenent de sale, vel cinere, quia istæ sunt calidæ, & siccæ solũ vsq; ad secundum. Exemplum, vt balneum Paduanum, quod dicitur balneum domus nouę, cuius minera est cinis, vt infra patebit. tertio dicitur conuenienter administratę, quia præsupponunt, ꝙ seruetur debitum regimen. s. in duciando caput, & in regimine vitę, & hic multa includũtur, vt infra declarabitur. Secũda conclusio. Aquæ ferreæ, & aluminosæ conuenienter administratę sunt aptę conferre in balneãdo corpus: probatur conclusio, quia huiusmodi aquę sunt quasi temperatæ in actiuis, ideo contemperant complexionem corporis si distemperatam inueniant, & cũ hoc confortant membra sua siccitate, vt balneũ de villa in comitatu Lucano: & balneũ de aquis in comitatu Pisano: & balneum de Auinione in comitatu Senẽsi. Tertia conclusio. Aquæ salsæ, vel nitrosæ tam per se, q̃ cum alijs conuenienter administratæ sunt aptæ conferre pro potatione: probatur, quia huiusmodi aquę potatę soluũt vẽtrem, & mundificant membra naturalia, & confortant ea: & notanter dicebatur tã per se, q̃ cum alijs, quia hęc balnea potabilia reperiũtur in quadruplici differentia: aliqua enim tenẽt solum de sale, vt balneum sancti Christofori in comitatu Fauẽtino, distans ꝑ quatuor milliaria versus mõtem: & balnea montis catini. Aliqua vero tenent de sale, & alumine, sicut balneum Aquarij in comitatu Regino: & hęc magis cõfortãt membra, q̃ ꝓcedentia. Alia vero tenent de sale, alumine, & ferro, sicut balneum Borrę prope mõtem varcũ ad duo milliaria: & balneum Calderianũ prope Veronam ad decimum miliare: & hęc magis cõfortant, q̃ pręcedẽtia, & refrigerant hepar. Alia tenent de sale, alumine, & sulfure, vt aqua Porectæ: & hæc magis mundificant, & magis aperiũt, quia sulfur facit ipsa magis penetrare: sed cauenda est, vbi hepar generet humores adustos. Dubitatur circa dictas conclusiones, & prĩo circa primam. Vtrum ducia ex aquis mineralibus conuenienter administrata conferat in dispositione catarrhi? Contra arguitur, quia vel ducia conuenit capiti stante aliqua materia catarrhali in capite, vel nulla stante: sed nec primo modo, nec secundo modo conuenit, ergo nullo modo conuenit: patet consequẽtia cum maiori: minor probatur, & primo pro prima parte. quia ex calidis subtiliãtibus materiam fit fluxus materiæ ad inferiora, sed B ducia est ex aqua calida subtiliante materiam: igitur per eã fit fluxus materiæ ad inferiora: sed hoc non cõuenit, quare ducia non conuenit. Secũdo probatur minor pro secunda parte, quia si conuenit ducia stante mala complexione humida sine materia. s. ꝓ ꝓmutando illam malam complexionem humidam. cõtra quia talis mala complexio humida aut iungitur cum caliditate cerebri, aut cum frigiditate, aut cum temperata complexiõe, si cum caliditate, & cum ducia sit calida, & in habentibus symbolum facilior sit transitus: igitur prius distemperabitur in complexione calida, q̃ permutetur in humida: si vero mala complexio humida iungitur cum frigiditate cerebri, & cum calidum sit actiuius in agendo, q̃ siccum in exsiccando, igitur prius permutabitur complexio frigida, q̃ humida: si vero iungitur cum complexio- C ne temperata in actiuis, prius distemperabitur ad calidum, q̃ cõplexio humida permutetur ad siccum, cum calidum sit actiuius ad agendum, q̃ siccũ. Secundo principaliter arguitur sic. Non potest per se curari aliqua mala cõplexio nisi prius sciatur quãtum distat à summo gradu illius complexiõis, quia cognitio alicuius gradus scitur per appropinquationem ad summum, sed nemo potest scire quantum aliqua mala complexio cerebri humida distat à summo gradu complexionis humidæ, igitur non potest curari talis mala complexio humida. patet consequentia cum maiori: minor probatur, quia quacunq; mala complexio signata aliqua in duplo minus distat, aliqua in triplo minus, & sic in infinitum: igitur difficillimum est hoc inuestigare. s. quãtum distat. Tertio arguitur sic. Non semper conueniens est applicare duciam parti anteriori capitis. s. proræ, quia aliquando conuenit applicare parti posteriori, vt ꝓbabo:

babo:igitur non semper recte administratur ducia secundum communem vsum eius: patet consequentia:antecedēs probatur, quia catarrhus aliquando descendit ad nucam, & consequenter ad neruos,& iuncturas:igitur distemperantia est aliquando in parte posteriori:sed vbi est distemperātia, ibi debet applicari ducia: igitur ducia aliquando debet applicari in parte posteriori. Respōdeo.

Ad primum cum dicitur, aut ducia conuenit capiti stante materia catarrhali in capite, vel nulla materia stāte in capite:dicitur ꝙ vtroq; modo cōfert,& stante aliqua materia,& nulla materia stāte:declaro primam partem.s.stante aliqua materia:pro quo nota,ꝙ si multa materia sit in capite, nō conuenit ducia,quia agitaret materiā,& cum non possit illam resoluere, & flueret deorsum: si vero est pauca,aut est in fluxu,aut non:si est in fluxu,non conuenit ducia:si vero nō est in fluxu cōuenit,quia potest illam resoluere: quare qui petit duciam, dēt esse purgatus ī capite,ita vt nō remaneat materia,aut pauca valde,quæ possit resolui.

Ad secundā partem, cum queritur aut mala cōplexio humida cōiungitur cum caliditate,aut cū frigiditate,aut cum temperata:dicitur ꝙ pōt omnibus coniungi,& cum arguitur si cōiungitur caliditati,& cum ducia sit calida, & in habentibus symbolum facilior sit transitus:igitur prius distēperabitur in caliditate,ꝙ̄ humida permutetur: negatur consequentia,quia cum illa complexio calida sit naturalis,& illa humida sit præternaturalis, natura iuuat in conseruando illam naturalem,& in permutando illam præternaturalem:quare ad probationem, cum dicitur in habentibus symbolum facilior est trāsitus:dicitur ꝙ verum est cæteris paribus:sed cætera nō sunt paria hic, quia natura adiuuat vnam partem,& alteram nō: immo alteri nocet.similiter dicitur si iungatur frigiditati,ꝙ prius permutabitur humida, ꝙ̄ frigida distēperetur propter illud idē quia natura adiuuat naturalem:Similiter dicitur si iungatur illa complexio humida cum temperata. Ad secundum principale:cum dicitur,non potest perfecte curari mala complexio humida nisi sciatur quantum distat à summo, siue à summo gradu: trāseat:& cum dicitur hoc non potest sciri: negatur. Pro quo nota ꝙ Auic.prima tertij dicit,ꝙ naturalis complexio cerebri est humida:& aliqua est naturaliter humida in primo gradu,aliqua vero in secūdo gradu: & cum transit ad tertium gradum est præternaturalis:& ista tertij gradus habet latitudinem maximam: cum vero transit ad quartum, pernecat: quia quartus gradus est summus gradus: quē natura non tolerat. Ecce ꝙ cognoscitur quātum di-

Nota

D stat à summo gradu:& adhuc melius, quia complexio humida in tertio gradu potest esse in principio illius latitudinis,vel in medio,vel in fine:& hæc cognoscuntur secūdum maiorem, vel minorem læsionem,& ex maiori abundantia catarrhi, vel minori: quare &c. Et si dicitur, cum ad vnam duciam vadant quasi infiniti:quorum aliqui grauiter catarrhizant,& aliqui leuiter:nō videtur cōueniens:quia vna,& eadem medicina non est cōueniens omnibus:dicitur, ꝙ si diuersitas illorum sit in catarrhis:quia vnus patiatur catarrhum frigidum,& alius calidum,aut nō conuenit eadem ducia,aut eadem aliter administranda:quia in frigidis catarrhis cum primis cānellis duciari debet, & in calidis cū vltimis. Item in frigidis catarrhis maiorem moram facere debet sub ducia: in calidis minorem. Ad tertium cum dicitur, ꝙ non

E semper conueniens est duciare in parte anteriori: sed aliquando in posteriori,cum descendat aliqñ catarrhus ad partes illas. De hoc sunt opiniōes. Quidam dicunt, ꝙ materia transiens ad nucam non vadit ad iuncturas, quia oppilat orificia neruorum,sed si debet ire ad iuncturas, debet transire per venas,per quas vadit nutrimentum ad neruos,& ad iuncturas:& ideo potius per anteriorē, & ita remedia sunt applicanda parti anteriori: & hoc videtur expresse velle Auic.prima tertij,cap. cum materiam euacuare volumus, in fine capitu li vbi omnia resolutiua applicat parti anteriori,et non posteriori. Alij aliter sentiunt, vt Mūdinus propter dictum Auicē.in de anatomia cerebri,ꝙ in medio vltimi ventriculi est foramen,per quod applicantur omnes nerui cerebro: & propter hoc

F factum est principaliter hoc foramen,licet aliquę superfluitates per hoc expurgētur,maxime ī senibus: & propterea in eis fiunt podagræ, & dolores iuncturarum:quare ducia etiā applicanda est pup pi:tu considera. Dubitatur circa secundam conclusiōem. Vtrum balnea ex aquis mineralibus, quibus balneatur corpus,conuenienter administrata,sint apta cōferre corpori? Cōtra arguitur, quia huiusmodi aquæ tenent de minera ferri, & aluminis:sed cum alumen sit magis calidū,quàm ferrum sit frigidum,quia est calidum ad tertium gradum:& ferrum est frigidum ad secundum:igitur huiusmodi aquæ non sunt temperatæ in actiuis,immo tendunt versus calidum:& si sic,igitur corporibus calidis,vt cholericis,& sanguineis nō conueniēt, patet consequentia, quia calefacient illos. Secūdo arguitur sic:Huiusmodi aquę sunt distemperatæ in qualitatibus passiuis: patet quia vtraq; minera & ferri,& aluminis est sicca vsq; ad tertium,sed qualitates passiuæ etiam agunt in corpus

pus:igitur exsiccabunt illud,& si sic,igitur nó cóferent eis. Tertio arguitur sic,Auic.in illo capi.secundæ fen primi quod incipit, Quidam ornate loquentium dicit,æreę vero aquæ,& ferreę,& salsæ cóferunt ęgritudinibus,quæ fiunt ex frigiditate,& húiditate:ex quo videtur innuere ferrum esse calidum,& siccum. Item dicit. Ferreę vero stomachum iuuant,& splenem:& per hoc ét videtur innuere ferrú esse calidum, quia frigidum non iuuat stomachú,nec splené. Quarto arguitur sic.Auic.in eodé cap.loquens de alumine dicit. In aquis vero aluminosis balneari confert spūto sanguinis,& egressioni sanguinis ab ano,& à méstruis:ex quibus dictis videtur innuere virtuté aluminis esse in restringédo potius, q̃ in alia re,sed aquæ,quæ restringunt sunt aptę facere oppilationem corporibus, igitur nó sunt aptæ conferre.rñdeo. Ad primú Platearius dixit ꝓpter hoc argm̃,ꝙ ferrum est frigidum, & siccum vsq; ad tertiú,& sic facta mixtione ex ferro,et alumine tales aquę redduntur téperatæ in actiuis,et sic conferunt oibus corporibus.contra istú arguimus,quia si ferrú esset frigidum vsq; ad tertiú túc aquæ mere ferreę nocerent stomacho cótra Auicen.dicenté, Aquę ferreę stomachum iuuát,& splenem,& patet cósequentia,quia frigidú in tertio gradu sensibiliter nocet.Aliter ergo dicimus,ꝙ ferrú est solum frigidú vsq; ad scd'm,& cum tu infers,ergo hmói aq̃ non erunt temperatę in actiuis,imo calidę erút vsq; ad primú gradum. cóceditur totú.& postea cú tu infers.igitur corporib. calidis.s.cholericis,& sanguineis nocebút: negatur cósequentia. Pro quo nota,ꝙ hepar cholerici,& sanguinei qñ sunt in sua dispóe naturali vergunt versus calidú respectu medij gñis.s. carnis, & sic ad minus sunt calida in prio gradu, ꝙ si aliqualiter sint distéperata versus calidú,erút ad minus calida vsq; ad scdm.quare tales aq̃ respectu illorum distéperatorum erút frigidę,& sic infrigidabunt illa:respectu vero illorú in sua dispóne naturali existentiú erunt ęqualia in gradu,& consequenter téperata,quare nullo mó nocebunt eis.

Ad scdm cú arguitur ꝙ oés illę minerę sunt siccę vsq; ad tertium,igitur exsiccabunt corpora,& cósequenter oppilabunt:quare nó cóferent. dicitur cócedendo,ꝙ oppilabunt oppilatióe attenuatoria,q̃ est cóndensatio substátiæ mébri,sed hęc est cóforatio mébri,sed nó oppilabunt oppilatione coarctatoria,q̃ est prohibitio transitus humorú ꝑ vias venarú.quare. Ad tertiú cum arguitur ex textu Auic.ꝙ ferrú videtur esse calidú, negatur,qa cum dicit. Aereę,ferreę,& salsę cóferút ęgritudinibus quę fiunt ex frigiditate,ponit duas calidas,

A s.ęs,& sal,& vná frigidá.s.ferrú,quare totú aggregatum est calidú,ió dicitur cóferre ęgritudinib.q̃ fiunt ex frigiditate. Et cú dicit. Ferreę aq̃ stomachum iuuant,& splené:dicit hoc róne siccitatis, qa ferrum róne siccitatis cófortat stomachum,& splené,& alia mébra,quare. Ad quartú cum arguitur ex tex.Aui.ꝙ alumé est constrictiuú, quia cófert fluxui sanguinis:cócedo.& cum dicis, sed q̃ cóstringunt oppilant:dictum est ꝙ oppilát oppilatione attenuatoria,q̃ est condésatio subæ mébri,sed nó oppilát coarctatorie, quę est ꝓhibitio transitus humoris ꝑ vias venarú:prima oppilatio cófortat,sed scd'a nocet, quare &c. Dubitatur tertio circa tertiá cóclu. Vtrum aq̃ minerales potabiles cóuenienter administratę,sint aptę cóferre corpibus: Contra sal arguitur prio quia minera principalis huius balnei est sal,vel nitrum, vel B baurach,sed Serapio cap.de baurach,& nitro dicit:baurach,& nitrú malum est stomacho, corrodens ipsum,& in cap.de sale dicit,sal malus é stomacho:igit̃ aq̃ minerales tenentes de sale,vel nitro nocét stomacho,patet cósequétia, quia aqua balnei sapit naturá minerę:quare. Ité q̃ro de sale, an euacuet electiue humores,an solú abstergédo leniat naturá. Et arguitur primo ꝙ euacuat electiue,quia scd'm Mesué cap.de sale.oís sal solutione educit humores grossos,& viscosos, ergo electiue educit. Ité eodem cap.dicit. Sal liquefaciédo euacuat,sed q̃ liq̃faciédo,vel dissoluendo euacuant,ꝑ virtuté attractiuá euacuant,& cósequenter electiue:quare &c. In cótrariú arguitur, quia scd'm Aui.scd'o cañ.oé abstersiuum lenit naturá, sed aqua salsa é abstersiua,igitur lenit naturá, sed lenitiuú euacuat solum id cui occurrit,& nó ele-C ctiue:quare &c. Ité q̃ euacuant electiue, ꝑ virtuté attractiuá attingunt humoré,& nó corpaliter: sed aqua salsa corpaliter attigit, ergo nó electiue euacuat. Scd'o arguitur contra alumé, quia hoc aliqñ additur minerę salis:quia scd'm Aui.alumé cóstringit fluxú sanguís,igitur cóstringit fluxum & si sic,igitur erit ípediméto fluxui,& cósequenter ípediet aq̃ salsá faciété fluxú. Tertio arguitur cótra ferrú,quia hoc aliqñ additur minerę salis, qa scd'm Aui.vinú in quo extinguitur ferrum retinet solutioné antiq̃,& dysenteriá,et cófert mollificatióe ani,& insensibilitati vrinę,et fluxui ménstruorú,igitur à fortiori ferrú retinet solutioné: quare ípediméto erit aq̃ salsæ in euacuádo. Quarto arguitur cótra sulfur,qa hoc aliqñ additur minerę salis,qa Aui.dicit scd'a fen primi ca.quidá ornate loquentiú. Qd' aq̃ sulfureæ neruos múdificát,& superfluitates ad iúncturas fluétes resoluút,& stomachú laxát,et desideriú deijciút, igit̃ sulfur

nocet stomacho in aquis potabilibus: quare non conuenit in eis. rndeo. Ad primū dicitur, ꝙ supra patet differētia inter baurach, nitrum, & sal: ió transeo ad argm̄, cum dicitur ꝙ ista nocent stomacho, ergo nō conferunt hmōi aquæ corporib. dicitur cōiter, ꝙ hæc q̄tum ad partē subtilē mordicant, & sic nocent stomacho, q̄tū vero ad partē grossam stypticant, & cōfortant, & sic nō nocēt.

Non satisfacit hoc nobis, quia aut pars subtilis vincit, aut grossa: si subtilis, nocet: si grossa vincit: igitur non debet Aui. simpliciter dicere, Sal malus est stomacho, sicut dicit. Nos aliter dicimus, ꝙ aliud est loqui de substantia salis in se, & aliud de aqua, in qua est sal, quia loquēdo de substantia salis in se, si in multa q̄titate exlubeatur mordicat & nocet stomacho: & si in pauca q̄titate nō: si vero loquamur de aqua, in qua est sal, secus est, quia aqua contēperat acuitatē salis: & ēt aqua in multa q̄titate est respectu salis, qui paucus est, quare nō nocet aqua salsa stomacho. Ad aliud quæsitum: an sal euacuet electiue: an solū abstergendo, & leniendo: De hoc sunt opiniones sicut tetigimus in q̄one nostra de aqua Porrectæ: tu vide ibi. Nūc tm̄ dicamus opinionem nostrā. Et dicimus, ꝙ licet sal hēat virtutem electiuā determinati humoris, tñ plurimum qđ euacuat aqua est illud cui obuiat pp paucitatem salis: argumenta in contrariū facile soluuntur &c. Ad scd'm contra alumē, dicitur ꝙ si alumē cōstrīgeret sic coarctatorie claudendo vias venarū, & oppilādo illas, īpediret fluxū aquę: sed alumen nō claudit vias, sed cōdensat substantiā mēbri sui stypticitate, & cōfortat illud quare facit oppilationē attenuatoriam tm̄, & sic claudit fluxū sanguinis, quia orificia venarū cōdēsat, quare &c. Ad tertiū contra ferrū, dico duo, primo ꝙ nō est īpedimento aquæ salsæ, secundo ꝙ adiuuat eā ad euacuandū, quia hēbet virtutem solutiuā, nā Auic. dicit. In scoria ferri est virtus solutiua debilior, q̄ in scoria æris, & vide ex experientia, quia aqua balnei villæ, quæ tenet solū de minera ferri, & aluminis potatur, & soluit vētrē, nō rōne aluminis, ergo rōne ferri. Vide hoc ample in cōsilio nostro, quod fecimus de balneo villæ. Ad auctoritatē Auic. cū dicit, ꝙ vinū, in quo extinguitur ferrum retinet solutionē antiquā, & dysenteriā, dicitur, ꝙ in vinū transit solum virtus styptica ferri: sed in aq̄, quæ habet mineram ferri trāsit non solū virtus styptica ferri, sed apitiua, & solutiua. Ad quartū de sulfure, cū dicit Auic. ꝙ sulfur laxat stomachū, & deijcit desiderium: dicitur, ꝙ loquitur de aquis sulfureis per viā balneationis corporis ꝙ nocent stomacho si sint aq̄ mere sulfureæ: & similiter ad intra sumptæ nocerēt,

D nisi aliud misceretur secum, quod prohiberet illud nocumentū, sicut fit in aqua Porrectæ, quia cum sulfure miscetur alumen, quod mirabiliter confortat stomachum: quare &c.

Ostensis in gn̄ali aquis mineralibus, q̄ faciunt pro ducia, & ijs, quę faciunt ꝑ balneando corpus: & ijs, quæ faciunt ꝑ potando: restat modo dicere debitum regimen in duciando, sic ēt debitū regimen non balneando corpus: & ēt debitum regimen in potādo: primo igitur de regimine balnei ducię dicendum. Quantum ad debitū regimen duciandi caput dicimus, ꝙ hoc regimen concernit tria regimina specialia, primū regimē est precedens duciā: secundum regimen est cōiunctum cum ducia, tertium regimē est cōsequens duciā.

Regimen præcedens duciā est circa tria. s. circa debitā præparationem corporis nō febriētis. s. cū

E debita purgatione, ꝑ quo nota, ꝙ non sufficit sp semel purgare corpus, & caput, quia corpora cacochyma, id est repleta malis humoribus indigēt pluribus purgationibus: qm̄ nisi cerebrum sit bene purgatum, non confert ducia: quare totiēs purgandum est caput, donec paucissima materia remaneat in capite: & notāter dixi corporis non febrientis, quia febrientes nō debent præsumere petere balneum. Secundo circa electionē ducię cōuenietis: ꝑ quo nota (& dictum est superius) ꝙ ducię sunt in triplici differentia. s. fortes, mediocres, & debiles, duciæ fortes non cōueniunt nisi in catarrhis frigidis cōstāte virtute: ꝙ si virtus esset debilis: mediocris magis cōueniret: mediocres vero cōueniunt in catarrhis frigidis, & calidis vincēte tñ humiditate: debiles vero solū cōueniunt in catarrhis calidis vincente humiditate, & debili vir-

F tute existente: dixi vincēte humiditate, quia si cerebrum magis dyscrasiaretur ad calidū, q̄ ad humidū, non cōueniret ducia: quia tūc ducia magis noceret caliditati cerebri, q̄ cōferret humiditati: quare in electiōe duciæ cōuenientis oportet hēre respectum simul ad humorē peccātē, & ad virtutem. s. si humor sit frigidus, vel calidus: & si virtus sit fortis, vel debilis. Tertio circa debitum tempus petendi balneū: ꝑ quo nota, ꝙ duo sunt tempora pro petendis balneis: vnū est in vere, scilicet in fine veris, scilicet de mēse Maij: & in autumno cipio, scilicet in principio Septembris temporibus seruantibus suas qualitates: quod notanter dico; quia talia tempora debent esse multum temperata, nec calida, nec frigida: si tempora seruēt suas qualitates: quod si non seruarent: quia ver esset nimis frigidum, tunc oportet de mense Iunij petere duciam, et si tempus esset nimis calidum accelerare, scilicet in fine Aprilis: similiter circa autumnum

autumnum dicendum est, si iudicaretur futurum nimis frigidū, petē balneū in medietate Augusti, & si nimis calidū futurum iudicares, pete balneū in fine Septembris, quod tñ nunq̄ vidi. Sed'm vero regimen coniunctū cum ducia etiā est circa tria: primo circa horā petendi duciam, ꝓ quo nota, ꝗ hora electa de mane est circa vnā horam post ortū solis expurgatis prius superfluitatibus, & per ventrē, & per vrinā, & ꝑ screatum, dixi notanter hora electa est circa vnam horā post ortū solis, quia tunc vapores super terrā existētes resoluti sunt, sed ista hora electa non potest q̄nq̄ mandari executioni: & hoc est cū plures, & plures petunt balnea, quia oportet q̄nq; in ortu solis duciare, sed ista ē cura coacta, et de sero hora electa est ad minus per octo horas post prādium, & si esset per nouē horas melius esset, quia sic cōpleta esset digō stomachi, sed aliq̄n non possunt seruare tm̄ ordinem. Scd̄o circa moram standi sub ducia, ꝓ quo nota, ꝗ cōiter ponitur mora ista vnius horæ: sed quotiescunq; sentiretur angustia, vel magna inflāmatio, tunc recede à ducia: quia corpora non semp sunt disposita eodē modo, vt possint ęqualiter tolerare, quia, vt inquit philosophus, nō est eadē sanitas mane, & vespere, & cōiter dicitur, ꝗ in sero non tm̄ stent sub ducia, sed aliqualiter minus. s. per duas tertias vnius horæ, tñ q̄n non sentiret defectum aliquem potest stare vsq; ad horā vnam. Tertio circa modū exsiccationis capitis, pro quo nota, ꝗ debet exsiccare caput cum pannis non multum calidis ne inflāmetur cerebrum, non tñ exsiccet cum frigidis, quia frigida nocent cerebro. Tertium vero regimen consequens duciā etiam est circa tria: primo caue re ab ijs, quæ nocent capiti. s. ab aere frigido, & vēto, & aqua, non tñ laudo stare sub sole, quare vltra corporaturā ordinariam capitis, laudo ꝗ portet pileum. Secundo facere aliquod exercitium añ horā prandij, & similiter ante horā cœnę quia illud facit ad resolutionē superfluitatum pro conseruatione sanitatis. Contingit tamen q̄nq;, ꝗ post duciā petunt balneum corporaturæ, & tunc non est tp̄s ad faciēdum exercitium, imo cum in balneo stent per horā, & post balneationē necesse est ire domum, & intrare lectū per horam aliā, vt videant si sudant, an non: sed de hoc in regimine balnei balneantis corpus dicemus. Tertio capiat hora debita prandium cū cibis in qualitate, & quantitate conuenietibus: ꝓ quo nota, ꝗ qui petunt balnea, debēt sobrie. i. parce viuere, & magis in sero, q̄ in mane: quia catarrhus magis viget in nocte, q̄ in die, quare magis laudātur oua in sero, q̄ carnes: debent ēt qualificate viuere. i. cum cibis in qualitate cōuenientibus, quia non vētosis, nec putrescibilibus: quare caueat ab ijs fructibus, s. cerasis, persicis, peponibus, ficubus, & vuis: prunis tamen potest vti, is si duri ventris sit, granatis, arācijs, limonibus, & amygdalis vti pōt, & ēt yti potest isalatucijs ex lactuca, cichorea, & boragine siue coctis, siue crudis: à lacte caueat, & à caseo, nisi parum capiat, & post cibum. Dubitatur circa regimen duciæ dictum: vtrum cōueniēs sit? Contra arguitur, & primo cōtra regimē pręcedens duciā, quod cōsistit in tribus. s. in debita purgatione capitis: in debita electiōe duciæ, & in debito tēpore petere duciā. Contra debitum tempus petendi balneum arguitur, et quęro quod est magis tp̄s conueniēs pro ducia, aut tempus veris, aut tempus autumni, & videtur ex vna parte, ꝗ sit magis tempus autumni, quia aquæ duciarum eo tempore sunt meliores, & potentiores, q̄n ex æstate pręcedente resolutę sunt humiditates extraneæ, quare sunt aquæ duciarum magis depuratæ, ex altera parte arguitur ꝗ tempus magis cōueniens pro ducia est tempus veris: ꝓpterea, quia ex ducia aperiuntur porositates capitis, & cōmissuræ, per quas facile penetrat frigus, & nocet cerebro: sed q̄n ducia fit in autumno est magis aptum frigus penetrare, & nocere cerebro, q̄ in vere, patet quia tunc iter versus hyemem, sed in vere iter versus æstatem, quare &c. Contra regimen conjunctum cum ducia arguitur, quod cōsistit in petere duciam vna hora post ortum solis, & sub ducia morā facere per horam, & exsiccare paulatim cum pānis calidis. Contra morā vnius horæ arguitur quia sicut in ægritudinibus lōgis est dāda medicina fortis debilis: fortis q dē, vt euacuet materiā crassā: debilis vero, quia in pauca q̄titate, sic in catarrho longi tp̄is danda est ducia fortis debilis, fortis quidē, vt possit ꝑmutare cōplexionē humidā, et resoluere catarrhū grossum, debilis vero vt parua mora stet sub ducia: quare nō per horam stādum est sub ducia. Contra regimē subsequēs duciā arguitur, q d' est custodire caput à frigore, & exercitium facere ante cibum, & debita hora capere cibum conuenientē in qualitate, & q̄titate: & minus in sero comedere, q̄ in mane. Cōtra vltimū dictum arguitur, ꝗ plus comedēdum est in sero. s. in cęna, q̄ in mane in prādio, quia eo tp̄e plus comedendum est, quo melius potest digeri cibus. sed in sero hoc probatur, quia duo sunt quæ magis iuuant ad digestionem in cœnā, quàm in prandio: primum est tempus longius à cœna vsque ad prādium, quod est sexdecim horarum secundum Galen, quia. x. horæ sunt pro digestione stomachi, & tres horæ pro digestiōe hepatis

patis,& aliæ tres ꝑ digestione venarum, quæ faciunt.xvj.horas:in quibus complentur oẽs digestiones. Scd̃m est somnus,qui reuocat calorẽ ad intra,& hic facit ad digõnem,sed in die expanditur extra,& sic nõ confert ad digõnem. In contrariũ arguitur,quia qñ ęgritudo magis infestat, minus comedendũ est ne grauetur natura: sed catarrhus,qui ẽ ægritudo magis molestat de nocte, q̃ de die,pp dñium lunæ in nocte, quæ est mater humiditatũ,& iõ mouet illas: Sol vero dñatur in die,qui exsiccatiuus est humiditatũ:quare minus comedendũ est in nocte,q̃ in die, quare &c. Rñdeo. Ad primũ qđ quęrit,quod tp̃s est magis cõueniens ꝑ ducia,aut tp̃s autũni,aut veris, dicitur primo ꝙ si q̃ratur qñ melior est aqua duciæ: non est dubiũ, ꝙ melior est in autũno pp cãm dictã, quia pręcessit ęstas,in qua resoluuntur extraneæ humiditates,& si quęratur quis magis patitur in cerebro ex ducia facta:aut q duciatur in vere, aut qui duciatur in autũno, nulli dubium, ꝙ magis patitur qui duciatur in autũno,quia vadit versus hyemẽ. Dicitur secũdo ꝙ oportet cõsiderare ad duo.s.ad humorem peccantẽ si calidus sit vel frigidus, & ad virtutẽ capitis si fortis,vel debilis primo mõ si humor frigidus peccat,melius est in autũno,si calidus in vere, scd̃o mõ si virtus debilis in vere,si fortis in autũno:et si virtus sit debilis,et humor frigidus attende ad id quod plus peccat.

Ad scd̃m quod facit similitudinẽ de catarrho, qui diu durauit ad febrem,quæ diu durauit, ꝙ sicut in processu febris cõuenit medicina fortis debilis,sic in catarrho illo cõuenit ducia fortis debilis:fortis quidem ex aqua potenti:sed debilis quia parũ morari sub ducia,& non ꝑ horã cõtra dicta, dicitur ꝙ similitudo nõ tenet:quia pro febre possumus semp euacuare parũ pro vice,& sępe: quia tp̃s euacuandi semper est in ptãte nostra: sed in catarrho tp̃s duciandi nõ sp̃ est in ptãte nostra, quia certo tp̃e possumus duciare,& certo tp̃e nõ, quia tp̃e multũ calido, & multũ frigido nõ possumus duciare: quare similitudo nõ currit ęqualiter. Posset ẽt concedi similitudo,& totũ qđ cõcluditur.s. ꝙ non sp̃ conuenit duciare per horã,nec est contra regulam datã,quia intelligitur in pluribus.

Ad tertiũ quod quęrit,qñ cõuenit sobrius, siue parcius comedere an in cœna,an in prãdio? dicitur ꝙ in cœna pp rõnem dictã,quia catarrhus magis infestat de nocte,q̃ de die. Ad argm̃ cõtra dicitur,ꝙ cęteris paribus melior fit digestio in nocte,q̃ in die pp illa duo.s.pp somnũ, qui in nocte reuocat calorẽ ad intra,& pp maius spatium, qđ est à cœna ad prandiũ,& notanter dixi cęteris paribus,quia pñt esse impedimẽta de nocte,pp quæ

E nõ fieret melior digestio,vt in casu catarrhi, quia humiditates catarrhales descendunt magis in nocte,q̃ in die,& istæ sunt ipedimẽto digõni si multus cibus sumeretur,quia natura nõ posset vacare digestioni,& curationi catarrhi. Consequenter de regimine balnei balneãtis corpus dicendũ est, quod dicitur balneũ corporaturę:et circa tale balneũ similiter triplex regimẽ est sicut circa duciã s.primũ antecedẽs:scd̃m coniunctum cũ balneo, & tertiũ subsequẽs. Primũ regimen añs est circa tria,primo circa purgationẽ corporis, quia nõ debet quis præsumere petere balneũ,nisi prius purget corpus,qñ mali humores ex balneo facile inflãmãtur,& putrescunt. Scd̃o circa electionem balnei,quia electio balnei corporaturæ partim fit ad alterandũ mẽbra corporis,& partim ad cõfortandũ ea,tria aũt mẽbra principaliter alterantur,

F & cõfortãtur.s.stomachus,hepar,& renes:& matrix,renes vero intelliguntur simul cũ hepate,vñ scd̃m plurimum stomachus frigidus alteratur ad calidum,et hepar calidum alteratur ad frigidũ,et matrix frigida alteratur ad calidũ. Ecõtra ẽt alterari possunt scd̃m necessitatẽ, quia balneũ tẽperatum est,ideo oẽm malam dyscrasiã alterare põt:confortãtur ẽt mẽbra supradicta stypticitate balnei,ferrũ.n.& alumen sua siccitate cõfortant mẽbra. Tertio circa tp̃s petendi balneũ,tp̃ibus n.ferè tẽperatis petuntur balnea:quia sicut purgationes in tp̃ibus temperatis fiunt quia sub cane, & ante canẽ molestæ sunt pharmaciæ, sic balnea in tp̃ibus tẽperatis suscipienda sunt,& in distẽperatis fugiẽda sunt:quare in vere et in autũno sunt petẽda balnea &c. Scd̃m regimẽ est cõiunctum cũ balneo,& hoc circa tria est, primo circa horã

G petendi balneũ,& de mane, & de sero, & sicuti dictũ est de hora petẽdi duciã sic,dicẽdũ ẽ de hora petendi balneũ corporaturę.s.de mane post ortũ solis per horã,vel circa,& de sero per octo horas post prãdium,vel circa.scd̃o circa horã ꝑmanendi in balneo,& est per horã,sicut in ducia dictum est:tertio circa debitã exsiccatiõem corpis, & circundare sibi vestimenta bona,ne lædatur à frigore. Tertiũ regimen est cõsequẽs balneum, & hoc ẽt circa tria est,primo ad supplendũ defectui balnei,quia cũ balneũ suo calore multas humiditates ad intra corpus subtiliauerit, quas non potuit resoluere iõ necesse est iuuare ad resolutionẽ earum. quare opus est illum intrare lectum q̃ citius potest,vt sudet:et sic resoluẽtur tales humiditates subtiliatę, & standum est in lecto ad minus per horam. Secũdo circa exercitium leue,qđ tentandum est post sudorem. & notanter dixi leue:quia post multũ sudorem,nõ est cõueniens exercitium.

exercitium. Tertio circa horã debitam capiendi
cibũ in qualitate, et quantitate conuenientẽ: dico
in qualitate cõuenientem, quia debet esse boni nu
trimenti, & facilis digõnis: dixi & q̃titate. s. quam
digerere possit: quare caueat à fructibus vẽtosis,
& facile corruptibilibus, sicut diximus ẽt ĩ ducia:
sed in hoc casu cęna non debet esse parcior pran-
dio &c. Dubitatur circa regimen balnei corpo-
raturæ: vtrum regimen dictum sit conueniens?
Primo cõtra regimen præcedẽs arguitur, quod
consistit circa tria. s. circa purgationem corporis,
circa electionem balnei, & circa tempus petendi
balneum. Contra vltimum dictũ arguitur, & q̃
ro quo tẽpore est melius petere balneum pro cor
poratura, an in vere, an in autũno? ex vna parte vi
detur ꝙ in autũno, quia aquæ balnei in autumno
sunt meliores propter ęstatem pręcedẽtẽ, q̃ resol
uit humiditates extraneas. Ex alia parte videtur
ꝙ in vere melius est, quia petitur tale balneũ ma-
xime propter alterare, & cõfortare stomachum,
& hepar, vt possit resistere caliditati ęstatis: à qua
maxime dyscrasiari solẽt & si sic. igitur ĩ vere cõ
uenit petere balneum, quia sic poterit resistere ca
liditati ęstatis: quare &c. Scdo contra regimẽ cõ
iunctum arguitur: quod cõsistit circa tria. s. circa
tps intrandi balneum: & circa moram permanen
di in balneo: & circa exsiccatiõem corporis. Cõ
tra primum dictum arguitur: quia dictum est, ꝙ
hora conueniens est post ortum solis per horã: &
post prandium per octo horas: contra quia simus
in mense Septembris quando incipiunt dies esse
ęquales noctibus, tunc si ĩtrabit balneum post or
tum solis p horã: igitur. 13. hora: & si vna hora sta-
bit in balneo, & alia hora in lecto ad sudandum,
igitur. 15. hora erit finis sudoris, & tunc exsurget,
& per mediã horam stabit anteq̃ prandeat: & sic
16. hora erit pransus: si modo post prandium p o-
cto horas intrabit balneum de sero: igitur. 24. ho-
ra intrabit balneum: hoc aũt non est conueniens:
quia transiret. 2. hora noctis anteq̃ cænaret: igi-
tur regimen datum nõ est conuenienter assigna-
tũ, quia debet taliter assignari, vt possint fieri bal
neationes de die. Contra tertium regimẽ subse
quens arguitur: quod consistit circa tria. s. circa ꝓ
uocationem sudoris: & circa leue exercitium: &
circa horã accipiendi cibum in qualitate, & quan
titate conuenienti: contra primum arguitur: s. cõ
tra prouocationem sudoris: & arguitur ꝙ non cõ
uenit ꝓuocare sudorẽ: quia in balneo fit sufficiẽs
prouocatio sudoris: igitur post balneũ non cõue-
nit iterum prouocare sudorem, probatur conse-
quentia à simili: quia cum per exercitium fiat suf-
ficiens resolutio superfluitatũ, iõ post exercitium

A nõ est conueniens ꝓuocatio superfluitatũ: ergo si
militer ẽt de balneo dicendum est. Respondeo.
Ad primum cũ quęritur quod est melius tps petẽ
di balneum pro corporatura, aut ver, aut autum-
nus? Dicitur ꝙ scdm diuersos respectus vnũ põt
dici melius, q̃ aliud, et ecõtra quia si consideretur
ad efficaciam, & virtutẽ aquæ, cũ sit maior in au
tũno, tunc melius est petere balneum: si vero con
sideretur ad malã cõplexionem eius, qui petit bal
neum, forte melius est in vere: quia si sit hepatis
inflãmati, pp quam inflãmatiõem petit balneũ,
forte melius est in vere petere balneũ, vt possit re
sistere inflãmatiõi æstatis futuræ. Simpliciter tñ
loquẽdo credo, ꝙ sit melius in vere, tũ quia aqua
eo tpe sufficiens est remouere malã cõplexionem
mẽbrorum. s. tpibus seruantibus qualitates debi-
tas; tũ quia qñ est necessitas rectificationis mẽbro
B rum q̃to citius, tanto melius, ne ẽt in deterius la-
batur pp ęstatem, quare &c. Ad secundũ de ho
ra intrãdi balneũ est duplex modus rñdẽdi, vnus
est scdm modum diętandi Gal. q vult ꝙ in mane
fit facienda refectio, & nõ prãdiũ, & illa refectio
in. 8. horis est digesta oĩbus digestiõib. & in quin-
que horis est digesta digõne stomachi, tunc serua
to ordine dicto de mane: tunc post prandiũ per. 5.
horas debet intrare balneũ. s. 21. hora, & sic oĩa be
ne transeunt. Alter modus rñdendi est secun-
dum nostrum modũ diætãdi: qui dicit, ꝙ regimẽ
datum est cõueniens, qñ fit balneatio in vere, qa
post medietatẽ mensis Maij incipit balneatio: qñ
meridies est. 16. horę cum dimidio: & continue
crescit dies: quare oritur sol circa. 9. horam, & se-
cundum regimẽ datũ oĩa cõmode fieri pñt, &c.
Volẽdo mõ adaptare ad mẽsem Septẽbris opor
C tet alterare regimẽ in trib. primo vt post ortũ so-
lis p mediã horã intret balneũ, & stet p horam in
balneo, & in lecto sudet p horã: & sic. 14. cũ dimi
dia erit finis sudoris: &. 15. prandeat: scdo oportet
vt aliqualiter leuius prãdeat, vt possit post. 6. ho-
ras intrare balneũ: tertio oportet, vt stet minus in
balneo de sero, & minus in lecto ad sudandũ. s. p
duas tertias horæ, vt possit. 23. cęnare &c. Ad ter
tiũ cũ arguitur, ꝙ nõ cõuenit sudare post balneũ,
quia sudauit in balneo sufficiẽter, negatur qa bal
neũ multas materias subtiliauit: quas nõ euacua-
uit p sudorẽ, & iõ necesse est sudare post balneũ,
vt resoluantur tales materiæ subtiliatæ, & ꝓbatio
quam facit per simile de exercitio nõ valet, quia
debitum exercitium sufficienter resoluit supflui-
tates: iõ post exercitiũ debitũ nõ est sudandũ &c.
Consequẽter de regimine balnei potabilis dicẽ
dum est: in quo cõsimiliter triplex est regimẽ. s. an
cedens balneum, regimen cõiunctũ cum balneo,

& regimẽ cõsequens balneũ:primũ regimen añ-
cedens balneũ est circa tria primo circa purgatio
nem corpis si conuenit:qđ notanter dico, quia si
est repletio corpis, vel catarrhus conuenit purga-
tio añ potationem aquę:si vero non sunt ista, non
conuenit purgatio. Secũdo circa electionẽ aq̃ po
tabilis:quia est in triplici differẽtia: aliqua.n.solũ
est mundificatiua membrorũ naturaliũ, & matri
cis:& parũ cõfortatiua, vt aqua mere salsa: aliqua
vero mundificat dicta mẽbra, & multũ cõfortat,
vt illa, quæ cum sale habet alumẽ: & si hęc sulfur
haberet, esset potẽtior in aperiendo vias, vt aqua
Porrectæ:aliqua vero mũdificat, & confortat mẽ
bra, & cum hoc refrigerat hepar, vt illa, quæ cum
alumine, & sale habet ferrum. Tertio circa tp̃s
petendi balneum pro potatione: quia tale tp̃s est
duplex.s.electum, & coactum:tẽpus electum est
tp̃s temperamentum tendẽs ad calidum, sicut de
mense Iunij, & circa medietatẽ Augusti: tp̃s vero
coactum est, cum necessitas vrget ex aliquo acci-
dẽti:quia cum hmõi aqua succurritur doloribus
stomachi, & doloribus intestinorũ, & doloribus
renalibus, & doloribus matricis. Secundũ regi-
men coniunctũ cum aqua potabili est circa tria:
primo circa horã potationis.i.qua hora potari de
bet, & cõiter incipit potatio in ortu solis:secundo
circa quantitatem aquę potandę, & quantitas de
bet esse tanta, vt moueat ventrẽ conuenienter.s.
non minus q̃ quater, & non plus, q̃ septies: qua-
re cõuenit exhibere duo onophora.i.duos flasco-
nes.s.in duabus horis. ꝙ si non mouerit, non ca
piat plus aquæ pro tunc. tertio circa qualitatẽ aq̃,
quia debet potari calida quãtũ potest, quia sic me
lius operatur. Tertium regimen consequens po
tationem aquæ consistit circa tria: primo custodi
re se à frigore, & vẽto, quia qui bibit aquã habet
poros latos, & ꝑpea læderetur à frigore:secundo
expectare quatuor horas post potationem ante-
q̃ capiat cibũ, & in illo tp̃e medio videat, si aqua
moueat, aut non:si nõ mouet aliquid, aut parum
per duas horas fac clystere ex aqua illa, & duabus
vncijs zuccari rubei, & sale:si autem mouet suffi-
cienter, nihil facias, sed serua clystere ad alteram
diẽ de mane:tertio circa regimen vitæ, quia quar
ta hora post potationẽ conuenit accipere refectio
nem leuẽ ex ferculo bullito, vel aliquid simile, si-
ne carnibus tñ:& ratio est, quia cum aqua pro par
te remaneat intra venas discurrens per totum, de
bet accipi aliquid quod confortet virtutẽ, & non
sit impedimento aquæ si velit operari:nec grauet
virtutem, vt possit eã regulare, & inde ad.vj. ho
ras capiat cœnam, & comedat ferculum, & carnẽ
rationabiliter: & in toto tẽpore potatiõis caueat

D maxime à duobus.s.à somno diurno, & ab aqua
frigida simplici, maxime autem in aqua Porre-
ctæ cauetur ab ijs duobus:quia somnus, & tactus
aquæ frigidæ mirabiliter nocet, & si vis intellige
re causam, vide tractatum nostrum de aqua Por-
rectę:in alijs autem aquis non tantum nocẽt hęc.
sed obseruare illa melius est, q̃ non obseruare.
Dubitatur circa regimen balnei potabilis: vtrũ
conueniens sit? Primo arguitur contra regimẽ
antecedens potationem, quod cõsistit circa tria:
primo circa purgationẽ corporis si conuenit:secũ
do circa electionem aquæ potabilis:tertio circa tẽ
pus conueniens pro potatione. Cõtra purgatio
nem arguitur, quia aquæ salsę sufficienter mundi
ficant stomachum, & intestina, & etiã venas, er-
go satisfaciunt pro plenitudine, quæ est in venis:
& pro catarrho, arguitur ꝙ non conuenit prius
E purgare catarrhum:quia dixit Gentilis in suo tra
ctatu de balneis, ꝙ aqua Porrectę confert catar-
rhosis, & guttosis præsupposito bono regimine,
igitur aquæ salsæ purgant catarrhum:quare non
conuenit prius purgare catarrhum. Secundo
arguitur contra regimen coniunctum, quod con
sistit circa tria:primo circa horam potãdi.s.in or-
tu solis:secundo circa q̃titatẽ conuenientẽ.s.duo
onophora, vel circa:tertio circa qualitatem.s.ca-
lidam bibere quantum potest. Cõtra primum
arguitur ꝙ non est conueniens potare eam in or-
tu solis, quia solutiua cõmuniter dantur de nocte
s.ꝑ duas horas ante ortũ solis, & de hoc est aucto-
ritas Auic. decima tertij, ca. de cura pleuresis, vbi
dicit. Et soluantur in nocte, sed aquæ salsæ sunt
solutiuæ, igitur conuenit eas exhibere in nocte.s.
F per duas horas ante ortum solis. Tertio argui-
tur contra regimẽ subsequens potationem aquæ
qđ cõsistit circa tria, primo circa custodiã à frigo
re, secundo circa expectationẽ quatuor horarum
anteq̃ capiat cibũ, vt videatur qualis sit operatio
eius, tertio circa debitũ regimẽ vitę, qđ est in dan
do prius refectionẽ leuẽ, & post.vj. horas, cœnam
pinguẽ. Cõtra regimen vitę arguitur, ꝓbãdo, ꝙ
nõ cõuenit prius refectio leuis, et postea cęna pin
guis:quia quicũq; purgantur cũ solutiuo post sex
horas cape debent bonũ cibum.s.restauratiuũ, &
non solũ refectionem, sed aquę salsę purgãt exsol
uẽdo, igitur post.vj. horas à solutione cape dẽnt
cibũ bonum restauratiuum, nõ ergo refectionẽ.
Et adde ꝙ consuetudo est post solutionem, vt
bene prandeant, igitur non debent transire cum
leui refectione. Respondeo. Ad primum cũ
arguitur quòd non debet purgari corpus stante
plenitudine venarũ, quia aqua salsa euacuat etiã
plenitudinem à venis:dicitur ꝙ aliqua est plenitu
do

do parua, & aliqua magna:pro parua aqua salsa
est sufficiens euacuare illam, sed magnam nõ: im
mo potius agitat illam materiã, quæ est apta flue-
re ad aliquod mẽbrum, quare in plenitudine ma
gna, conuenit purgare corpus. Ad illud de ca-
tarrho dicitur ꝙ ĩ catarrho totaliter fluxo ad ner
uos, & ad iuncturas confert aqua Porectæ: & de
hoc fecimus experiẽtiam in capitaneo Plateę Flo
rentinę, qui catarrhus erat, & fuerat factus tantus
defluxus materiæ ad iuncturas, ita vt moueri nõ
posset, cui dedimus aquam Porectæ, & in triduo
sanatus est. sed in catarrho fluente, aut apto flue-
re noceret aqua Porectæ. propterea ꝙ mouet ma-
terias, & non euacuat eas: cuius rei vidimus expe
rientiam in Ioanne Bonromeo ciue Florentino,
qui cum esset catarrhosus, & multum confideret
in aqua Porectæ, sumpsit eam sine purgatione
præcedente, & totus mollificatus est: qui tãdem
curatus est à nobis cum alijs medicis: quare aqua
salsa in catarrho totaliter fluxo conuenire potest,
sed in catarrho fluẽte, vel apto fluere minime cõ-
uenit. Ad secundum cum arguitur ꝙ non con
uenit potare aquã in ortu solis, sed ante per duas
horas ex textu Auicennæ. Et soluantur in nocte:
dicitur ꝙ Gentilis declarans illud dictum dicit et
solutiua dẽtur in nocte, quia in nocte calor natu-
ralis rẽtrahitur ad intra, quo retracto citius actuã
tur solutiua, ex hoc colligitur ꝙ illa solutiua, sup
quę dormire conuenit danda sunt in nocte, sed il
la sup quæ non conuenit dormire non est necesse
dare in nocte: sed sup solutiua debilia non est dor
miendum secundum Auic. quarta primi. capit. 5.
modo solutiua salsa sunt debilia: patet ex Mesue
cap. de sale, igitur super talia non est necesse dor-
mire: & cõsequẽter nõ est necesse exhibere de no
cte. Ad tertium cum arguitur contra regimen
vitæ, ꝙ non est conueniens facere refectionem in
mane post quatuor horas à potatione, sed magis
conuenit accipere cibum bonum. s. restauratiuũ,
sicut fit accipiendo medicinas alias: dicitur ꝙ in
solutiuis, q̃ totaliter euacuant materias extra cor-
pus, & exeunt extra cum illis post. vj. horas ab ac-
ceptione illarum dandus est cibus restauratiuus,
& non refectio: sed in solutiuis, quæ pro parte eua
cuãt materias, & pro parte remanent ad intra ve-
nas pro digestione, & euacuatione humorum, se
cus est, quia non opponit cibum totum restaura-
tiuum exhibere post sex horas, ne natura graue-
tur à tãto cibo, vt possit regulare dictam aquam,
quę remanet in venis: sed magis cõuenit refectio
nem exhibere, vt partim satisfaciamus virtuti, &
ne grauetur à multo cibo, & postea ĩ cęna restau
rare magis virtutem: & hoc est regimẽ, quod no-
A bis videtur agendum circa tales aquas.

De correctione accidentium à Balneis.

Consequenter de correctione accidẽtium cu-
iuslibet balnei dicendum est. Sunt autem sex acci
dentia cõia balneo duciæ, & balneo corporaturæ
. s. inflãmatio, sitis, dolor capitis, instantia vigilia-
rum, stypticitas vẽtris, & prostratio appetitus: du
cia vero habet vnũ accidens propriũ defluxũ ca-
tarrhi, & balneũ corporaturæ hẽt aliud accidẽs ꝓ
prium supfluum sudorem: & sic octo sunt accidẽ
tia horum, balnei vero potabilis quatuor sunt ac-
cidentia. s. vomitus, & nõ retentio aquæ ebibitæ,
nulla euacuatio per aquam retentam, superfluus
somnus, & q̃nq; supflua vigilia, & ardor vrinæ, &
sic quinq; accidentia dici pñt. Contra inflamma
tionẽ, quæ venit ex caliditate, & siccitate, & q̃nq;
B coniungitur febris cum ea, & q̃nq, non: remedia
sunt ista: primo abstinendum est à ducia per tres
dies: secundo vtendum est cibis frigidis, & humi
dis, vt lactuca, endiuia, portulaca, cucurbita: absti
nendum est à carnibus, & vino potenti: vtẽdum
est vino paucifero lymphato cum aqua hordei,
vel vtendum est aqua zuccarata cum vino grana
torum secundum ꝙ inflãmatio est maior, vel mi
nor: tertio capiat vnc. j. casiæ, vel in dactilo, vel di
stemperatam cum decoctione recenti, & cordia-
li, & si non sufficit, capiat syrup. de endiuia cũ ace
toso simplici añ. drac. vj. cum aqua endiuiæ, lupu
lorum, & buglossę añ. vnc. j. quibusdam diebus,
& post capiat pulpæ cassiæ vnc. j. diamãnæ. dra. j.
& distempera cum decoctione recenti, & cordia
li, vltimo faciat epithema ad hepar cum aqua en
diuiæ, lupulorum, & absinthij. ana. vnc. iiij. aceti
C vnc. ij. &c. Contra sitim, si mendosa est, sufficit
gargarizare aquam hordei, vel aq̃ coctã cum zuc
caro, vel cum iuleb, & tenere in ore zuccarũ can
di, vel vnũ cerasum, diamarinatũ. si vero non est
mẽdosa da aq̃ hordei, vel coctam cũ zuccaro ad
bibẽdũ, vel cũ iuleb, vel cum vino granatorum:
& si non sufficit da vnc. j. cassiæ, vel in dactilo, vel
distẽperatam cũ decoctione recenti, & cordiali,
& si nõ sufficit da syru. de endiuia cũ acetoso sim
plici, & cũ aqua endiuię, & lupulorum, & postea
medicinã supradictam, & fac epithema ad hepar
supradictũ. Cõtra dolorẽ capitis da aliquid, qđ
reprimat vapores eleuatos à stomacho, vt corian
dros cõfectos, vel diacitonitẽ, vel mala granata. s.
post cibũ: scdo fac repercussiuũ ad frõtẽ. s. oxyro-
dinũ cũ aqua rof. & oleo rof. añ. vnc. ij. aceti. vnc.
j. & intinge petias, & pone ad frontẽ, & si nõ suffi
cit applica duas vẽtosas ad spatulas sine scarifica-
tione, maxime si non ostendunt sanguinem, &

ſi non ſufficit,da duas pilulas de aloe loto confe-
ctas cum modico maſticis: & vltimo ſi non ceſ-
ſat cape vnc.j. theriacæ nouæ ad minus quatuor
menſium,& diſtempera cum oleo roſato, & em
plaſtra locum dolentem, & ſi non habes theria-
cam quatuor mẽſium,loco eius pone trochiſcos
ſtellæ. Contra inſtãtiam vigiliarum da frigida,
& humida,maxime in ſero,vt lactucam, portula
cam,& huiuſmodi:& ſi non ſufficit,da ſemen pa
pauerís albi diſtẽperatum cum iure pulli, vel da
vnc.j.ſ.iuleb de papauere quando vadit dormitũ
cum pari quãtitate aquæ coctæ: & ſi non ſufficit,
cape theriacam nouam quatuor menſiũ ad quã-
titatem auellanæ,& inunge palatum quando va
dit dormitum, vel da vnam pilulam trochiſcorũ
ſtellæ. Cõtra ſtypticitatem ventris, vtatur cibis
mollificatiuis,capiat ferculum ex caulibus male
coctis, vel ex ſpinachijs: vel bulliat in iure pulli
quinq;,vel ſex pruna:vel in ſero ſuper inſalaticiũ
coctum pone drach.j.ſenę pulueriʒatę, & como-
dat, vel capiat,vnc.ſ.caſsiæ ante cęnam: vel faciat
clyſtere, vel ex herbis,vel ex decoctiõe capitis ca
ſtrati. Contra proſtrationem appetitus, da ante
cibum per horam mellis ro.co.vnc.j.vel vnc.j.ſy
rupi de menta:intinge panem, & carnes in aceto
paſſulato:Item vtatur ante cibum arantijs, & li-
monibus:& ſi nõ ſufficit da decoctionem abſyn-
thij bullitam cum paſtulis, & poſtea cum melle
roſa.col.& da in aurora:hæc eſt mirabilis:& ſi nõ
ſufficit da duas pilulas aloes loti cũ modico ma-
ſticis. Contra catarrhum applica duas ventoſas
ad ſpatulas,& ſi non multum rubent,non ſcarifi
ces. Si vadit ad pectus vtatur ſauonia, & electua
rio de mucilaginibus. Item bibat aquam zucca-
ratam loco vini,& adde modicum vini granato-
rum. Item abſtineat à carnibus. Item in ſero cũ
vadit dormitum da ad quantitatem auellanæ de
iſto electuario,& inungat palatum:Recip.zuc.ro
ſa.vnc.j.theriacæ drac.j.miſce,& vtatur modo di
cto: & ſi videtur multa materia fluere,da tres pi-
lulas,poſt cęnam,de ſine quibus. Contra ſuper-
fluum ſudorem,ſuperſedeat à balneo, & vtatur
aqua cocta cum zuccaro,& adde modicum vini
granatorum: vtatur ſtypticis, vt pedibus caſtrati
& porci,& vituli,vtatur ferculo de milio,vel pa-
nico cocto cum lacte,Item lac coctum bonũ eſt,
non dormiat ſuper culcitram,non inungat cor-
pus,quia periculum eſſet. Cõtra accidentia bal-
nei potabilis, primo contra vomitum aquæ.
Scias ꝙ ſi prima die quãdo incipit potare aquam
habet vomitum,hoc non nocebit,quia mundifi-
cabit ſtomachum à multis malis humoribus, qui
bus replebatur,ſed tu paulatine procedas in dan-

D do illam aquam.ſ.parum pro vice, & rarius: ꝙ ſi
retinebit quantitatem,quæ poſsit mouere tranſ-
actis quatuor horis ab inceptione,bene erit. ſi au
tem nihil retinet,aut parum quid,quod nõ poſſit
mouere, fac clyſtere poſt quatuor horas ex dicta
aqua cũ vnc.ij.zuccari rubei, & modico ſale, &
poſt operationem clyſteris da refectionem .ſ.tan
tum ferculum,& bibat ſemel,aut bis vinum lym
phatum cum aqua paſſularum:ſequenti mane ite
rum bibat, & credo ꝙ retinebit,& bene operabi
tur,quia ſic plurimi conſueuerunt facere,& poſt
ea ſequere alternis diebus dare aquam. Quod ſi
in ſecũda die euomuerit,ſicut in prima,abſtineat
à potu illius in toto,quia ſic videtur, ꝙ non eſt ei
proportionata. Contra ſecundum accidens;
quod eſt ſi retinet aquã in debita quantitate, qua
mouere deberet,& non moueat,expecta per ho-
E ram,vel plus, & ſi non mouet fac clyſtere ex di-
cta aqua,vt ſupra, & quarta hora poſt potatiõem
aquæ faciat refectionem ſuam,& debita hora ca-
piat cænam,& ſequenti mane iterum bibat, & ſi
bene eijcit eam,proſequatur alternis diebus: ſi ve
ro non eijciat,faciat clyſtere,vt prius,& non am-
plius capiat. Contra tertium accidens.ſ. ſomnũ
profundum remedia ſunt,primo excita clamãdo
fortiter,& ſi nõ ſufficit fac fumum ad nares cum
capillis combuſtis, Item fac ligationes doloroſas
ad membra inferiora,applicentur ventoſæ in ſpa
tulis ſine ſcarificatione,Item fac odorare rutam,
vel caſtoreum,vltimo da quinque grana caſtorei
cũ oxymelle, hoc vltimum Gal.cõmendat. Cõ
tra vigilias ſuperfluas dictum eſt ſupra. Contra
ardorem vrinæ decoctio ex malua,violis,ſemine
F papaueris albi,& paſſulis,& liquiritia raſa.ps hu-
iuſmodi data cum vnc.j.ſyrupi de papauere con-
fert. Item decoctio caudæ ęquinæ cum paſſulis,
& liquiritia eſt mirabilis. Item electuariũ hoc.
Recip.ſem.papaueris,ſem.cõmunium añ. vnc.
ſ.ſem.alchechengi,ſem.iuſquiami añ.drac.ij.zuc
cari quantum ſufficit. Item da duas pilulas ex
trochiſcis alchechẽgi ante cænam per horã, quia
mirabiles ſunt. Item da vnc.iij.aquæ bacellorũ
cum vnc.j.zuccari,& eſt ſecretum amici noſtri.
Item vltimo da vnc.j.caſsiæ cum aquis prouocã-
tibus vrinam,& abſtineat ab omnibus rebus cali
dis.ſ.pipere,ſpeciebus.cinnamomo,ab agrumini
bus,cępis,allijs,item ab omnibus rebus ſalitis, &
à nimio motu,& ab ira,& coitu &c. Dubitatur
circa accidentia,& arguitur primo ꝙ illa ſex acci
dentia communia balnei duciæ,& balnei corpo-
raturæ non conueniunt balneo corporaturæ, &
arguitur primo de ſtypticitate ventris,& proſtra
tione appetitus,quia balneum corporaturæ ratio
ne

ne ferri alterat hepar ad frigidum,& confortat ipsum:sed hepar alteratum ad frigidum minus exsiccat feces,q̃ quando est calidum,igitur tale balneum facit corpus minus stypticum,quare &c. Similiter tale balneum permutat malam complexionem stomachi ad tẽperamentum ratione aluminis,& ferri,& confortat ipsum,igitur rõne balnei non fit prostratio appetitus,patet consequentia,quia non esset stomachus confortatus,& reductus ad temperamentum. Secundo arguitur de alijs quatuor accidentibus, quæ dependent ex primo ꝙ non conueniunt balneo corporaturæ.s. inflammatio,sitis,dolor capitis,& instantia vigiliarum,quia omnia dependent ab inflammatione,sed balneum corporaturæ pricipaliter petitur propter remouere inflammationem hepatis,igitur inflammatio non dependet ab illo balneo,& B consequenter nec alia accidentia,quę dependent ab inflammatione. Tertio arguitur contra accidentia duciæ.s.ꝙ nõ faciat catarrhũ,quia ducia petitur,vt remoueatur catarrhus,igitur nõ facit.

Item arguitur contra accidẽs proprium balnei corporaturæ:s.contra superfluum sudorem,quia sudor superfluus fit propter superfluam apertionem,sed balneum corporaturæ magis stringit,q̃ aperiat,probatur quia mineræ principales balnei corporaturæ sunt ferrum,& alumen,sed patet ꝙ vtraq; magis stringit,q̃ aperiat,quare &c. Quarto arguitur contra ardorem vrinæ,de balneo potabili,quia per aquam potabilẽ maxime euacuatur illud,cui obuiat,sed magis obuiat choleræ,vt patet in operatione eius,sed euacuatio choleræ tollit ardorem vrinæ,ergo ex aqua potabili nõ fit C ardor vrinę. Respondeo. Ad primum de stypticitate vẽtris dicitur,ꝙ duplex est iam lubricitas ventris.s.multiplicatio choleræ,quæ transmittitur ad ĩtestina,& lubricitas stomachi,& duæ causæ oppositæ sunt causæ stypticitatis.s. minoratio choleræ,& confortatio stomachi. Hæc colligũtur à Galeno in secunda particula aphorismorũ, in commento illius aphorismi. Quibuscunque iuuenibus ventres humidi,in senectute exsiccantur,& econtra. modo per balneũ minoratur cholera,& confortatur stomachus,quare per balneũ fit stypticitas. Ad illud de prostratione appetitus,dicitur ꝙ balneum per se facit contrariũ,quoniam rectificat stomachum,& confortat illũ,per accidens tamen potest contingere prostratio appetitus,aut ex materia fluente à capite ad stomachum ratione vaporum balnei ascendentiũ ad caput,aut ratione inordinati regiminis. Ad secũdum de inflammatione, cum arguitur ꝙ balneũ corporaturæ petitur propter remouere inflãma-

A tionem,conceditur,si autem non consequitur illud cito,est propter non seruare debitum regimẽ in balneando,quia aut intrauit in locum magis calidum,aut maiorem moram fecit in balneo.

Ad tertium de catarrho,conceditur ꝙ ducia ordinatur per se ad remouendum catarrhum, si autem mouet,hoc est per accidens, quia non seruat regimen conueniens,aut quia non fuit bene purgatus in capite,aut nõ custodiuit caput à frigore, vel vẽto,vel Sole. Ad illud de supfluo sudore,negatur ꝙ sudor superfluus fiat semper propter supfluam apertionem,immo corpora repleta ex leui apertione multum sudant. Item negatur ꝙ ferrum,& alumen magis stringant,q̃ aperiant, immo pariter vtrunq; faciunt non contrariando sibi, quia stringunt attenuatorie, & aperiunt coar B ctatorie. Ad quartum de ardore vrinę,dicitur ꝙ ardor vrinæ accidit in potatione aquę,propterea,quia aqua potata aliquãdo reperit plus de cholera,q̃ possit euacuare per secessum, & illa sic agitata trãsmittitur à natura per vrinam, & sic facit ardorẽ,p accidens ergo est,& non p se quare &c.

In hoc quinto capitulo de verificatione minerarum dicendum est,cum autem triplex sit modus cognoscendi mineras.s.per alembicationem aquæ,per quam fit sequestratio partiũ terrestriũ residẽtium in fundo vasis,quæ sensibus apparẽt, & per effectus ipsarum minerarum, quos auctores describunt, & per accidentia earum sensibus cognita,quæ signa dicuntur,sed vt clarius habeatur talis verificatio tres conclusiones ponemus.

Prima conclusio sit ista. Quòd verificatio minerarum per alembicationem efficacior est,q̃ ali C ter,probatur cõclusio, quia per alembicationem fit melius sequestratio partium terrestrium,q̃ aliter.ergo per alembicationem efficacior est verificatio,q̃ aliter.patet consequentia,quia per sequestrationem partium terrestrium fit residentia illarum in vase,quę sensibus compræhẽduntur,probatur antecedens,quia quãdo fit suauis sequestratio,partes terrestres magis resident,q̃ qñ fit fortis sequestratio,sed per alembicatiõem fit suauis sequestratio,quia cum per calidum fiat sequestratio partium primo de generatione,per alembicationem fit suauis calefactio, quare suauis sequestratio: quare &c. Secunda conclusio. Licet ita sit,vt dictum,tamen per effectus minerarum fit etiam efficax verificatio illarum, probatur cõclusio,quia vnũquodq; per effectus proprios etiã efficaciter cognoscitur,licet magis p causam,sed quęlibet minera habet effectus proprios, p quos distinguitur ab alia,igitur p effectus proprios efficaciter cognoscitur,& consequenter per illos fit

efficax

efficax verificatio, patet consequentia cum maiori, & minor probatur, quia Auic. secunda fen primi ponit effectus proprios minerarum in aquis, nam de sulfure dicit. Aquę sulfureæ curant ęgritudines neruorum, & iuncturarum, secundo curant vlcerationes cutis, tertio curant superfluitates catarrhales descendentes ad iuncturas, splené & hepar. aluminosę vero aquæ conferunt egressioni sanguinis ex omni loco, scđo conferút membris nutritiuis confortando, tertio conferunt sudori multo, & superfluo. Aereæ vero aquæ cóferunt ori humido, oculis humidis, & humiditatibus auris, scđo acuút visum mirabiliter: tertio vlcera maligna consolidant. Ferreæ vero aq̃ stomachum iuuant, & splenem, & magis hepar infrigidando, secundo aperiunt oppilationes membrorum naturalium: tertio conferunt matricibus maxime calidis. Nitrosæ vero, & salsæ capitibus conferunt, & catarrhis, secúdo pectori auxilium præbét, & asthmati cóferunt, tertio stomacho humido conferunt. De cinere, calce, & gypso tacet effectus, quia solum desiccádo, condensando, & confortando effectus faciunt, quare &c. Tertia conclusio. Ex signis sumptis ex accidétibus minerarum fit etiam verificatio illarum· probaẽ cóclusio, quia sicut scribiẽ in procemio de anima.

Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum q̃ quid est. & licet loquatur de accidétibus ꝓprijs, tamé omnia accidentia aliqualiter conferunt ad cognoscédum substantiam rei, sed mineræ habent accidentia, quæ omnibus sensibus percipiuntur, aut pluribus, vt declarabo: igitur ex istis poterunt aliqualiter cognosci, & consequenter distingui, declaro minorem, prius notato vno. Nota tamen, q̃ magis visu, odoratu, & gustu discernuntur mineræ, q̃ alijs sensibus, tamé aliquando tactus, & auditus aliquando conferút ad id. Sulfur cum visu sic discernitur, quia ad citrinum colorem tendit, & si proijcitur in ignem statim videtur inflammari, in odoratu apparet odor sulfuris, & sic in gustu sapor sulfuris aliqualiter fœtidus: tactu sulfur lene est. Alumen vero visu ad luciditatem tendit, gustu vero percipitur stypticitas, & sapor acris: tactu durum est valde, & odore acre. Sal, et nitrum, visui sal perlucidus est, salgemma autem multum, nitrum vero inter hos medium in luciditate tenet: gustui salsedo percipitur, & odor salsus, tactu nitrum durius est sale: auditu vero, quando sal in ignem proijcitur crepitat, & non nitrum, neq; salgéma. Similiter ferreæ, & æreæ sensu comprehenduntur: visu quidem æs facit aquam aliqualiter vergi ad citrinum: ferrum autem aut parum, aut nihil mu-

E tat, tactu vero ferrum durius est ære: gustu vero ferrum stypticitatem dat, & æs similiter. Cineritiæ vero aquæ gustui amaritudinem dant, visui vero albedinem, tactui grossitiem pręstant.

Gypseę vero visui albediné donant, gustui vero stypticitatem. Ex calce aquę visui albedinem dant, gustui acuitatem, odoratui stypticitatem.

Dubitatur vtrum sit triplex modus verificandi mineras. s. per alembicatióem, q est efficacior, & per effectus, qui est efficax, & p signa, quæ aliqualem efficaciam dant. Contra primum arguitur, quia quod fortius sequestrat partes terrestres magis verificat mineras: patet, quia partes sequestratę magis apprehenduntur sensu, sed decoctio fortius sequestrat partes terrestres, q̃ alembicatio, qa cú calidi sit segregare ętherogenea: quod est fortius calidum magis segregat: sed dococtio est fortior, q̃ alembicatio, ergo decoctio magis sequestrat, & consequenter magis verificat. Secúdo contra effectus minerarum arguitur, quia sal, &
F nitrum sunt diuersæ mineræ, & tamen eosdé effectus habent, vt ponit Auic. igitur mineræ non distinguuntur per effectus. Tertio contra signa sumpta ex accidentibus arguitur, quia stat q̃ alicubi sit odor sulfuris, & tñ non sit ibi sulfur, neq; fuit: probatur, quia fulgure percutiente in aliqua domo remanet ibi odor sulfuris, & tamen ibi nó est sulfur, neq; fuit, quare. Respondeo. Ad primú negatur maior. s. quod fortius sequestrat partes terrestres magis verificat, quia fortiter sequestrando nó magis residét partes terrestres in fundo vasis, ímo leuis calefactio, qualis fit per alembicationem, facit partes terrestres magis residere
G in fundo vasis: quare melius comprehenditur sensibus. Ad secundum contra effectus dicitur q̃ sal, & nitrum conueniunt in genere proximo. s. in baurach, ideo posuit effectus similes, in quibus effectibus differunt secundum magis, & minus, quia nitrum cum sit calidum vsq; ad tertium efficacius agit illos effectus, q̃ sal, qui est calidus vsq; ad secundum. Ad tertium contra accidentia, dicitur q̃ argumentum concludit verum, q̃ alicubi est odor sulfuris, vbi non est sulfur, neq; fuit vt pateẽ de odore sulfuris relicto à fulgure, & propter hoc dicitur, q̃ non est stádum in vno signo tantú. Non satisfacit nobis hęc responsio, quia odor sulfuris est proprius ipsi sulfuri, igitur nihil potest dare talem odorem nisi sulfur, patet consequentia, antecedens patet, quia vnaquæq; res simplex odorifera habet suum proprium odoré: quare sulfur habet proprium odorem. Nos aliter dicimus, q̃ si fulgur reliquit ibi odorem sulfuris, in sua compositione, vel est sulfur, vel cum fulgur

sit

sit factum per adustionem, ignis concurrens ad talẽ adustionem participat de sulfure: quare ibi, vel formaliter, vel virtualiter ẽ sulfur: quare &c.

De Balneo de Aquis, quod est in ciuitate Aquensi, quod, vel quæ distat ab Alexandria dela Paia per.16.milliaria.

IN hoc sexto, & vltimo cap. huius secundi tractatus specialiter narrabimus balnea Italię, & ordine quodam, & primo narrabimus breuiter dicta aliorum, deinde vẽtilabimus illa: & incipiemus à ciuitatibus propinquis alpibus Lombardiæ, in quibus sunt balnea. Incipiemus igitur à ciuitate Aquẽsi, quę est prope Montem ferratum, & distat ab Alexãdria dela Paia per.16.milliaria: in hac sunt duo balnea super Plateam constituta ex eodem fonte orientia per semi iactum lapidis. est autem primum Balneum magnum lapidibus circuncirca muratum: secundum vero exiens ab hoc, dominarum dicitur: super fontem vero arcus lapideus constitutus est, vt homines, & bestiæ libere transire possint. Dicemus ergo prius quid de ijs sentiat Sauonarola: de qualitatibus aquæ primo dicit, ꝙ singulis diebus Veneris mundãtur ista balnea, postea exit aqua clara limpidissima per duos dies: dehinc fit viridis, & per duos primos dies est tantæ caliditatis, vt tolerari non possit: post illos vero duos dies intrant balneum, & bene tolerant: & addit ꝙ dicunt, ꝙ nullus mineræ odor sentitur, & si gustatur odor fœtidus sentitur, velut ouorum corruptorum, neq; tamen consuetudo est potandi illam, hæc de qualitatibus aquæ. De minera vero huius aquæ dicit Sauonarola. Quidam ex medicis illius patriæ dicunt illam esse sulfuream, aluminosam, & nitrosam ex effectibus, quos vident: quia dicũt illam conferre passionibus iuncturarum, & doloribus articulorum, & in passionibus aliorum membrorum, vt capitis, & stomachi, sed maxime hepati nocere: & de fœtore illo malo dicunt, ꝙ acquiritur ex transitu per loca fœtida: postremo dicunt, ꝙ virtutes horum balneorum non percipiũtur, nisi post tempus duorum mensium. Sauonarola vero dicit. De minera huius aquæ notitiam non habeo, tamen ex dictis iudico eam participare alumine à prędominio, cum aquæ aluminosæ in sapore remissę sentiam sulfureę visu, & odore percipiũtur: salsę vero saltem gustu, & nullum talium in hac aqua sentitur. Nos vero dicimus, ꝙ si consideretur hęc aqua quantum ad effectus, cum maxime conferat in egritudinibus iũcturarum, & neruorum, quod est proprium sulA furis, ꝙ magis participat sulfure: cũ etiam conferat in mẽbris naturalib. excepto hepate, q̃a nocet ei: videtur ꝑticipare alumine: sed ex accidentibus cõmunibus si consideretur: cum ex tactu magna percipiatur caliditas, ita vt à principio tolerari nõ possit: non est dubitandum, ꝙ illa prouenit ex sulfure: cum sulfur sit calidum vsq; ad quartum gradum: & nulla alia minera sit tantæ caliditatis nisi calx non extincta: sed cum extinguitur non est tãtæ caliditatis: quare aqua illa ita calida non potest prouenire nisi ex sulfure. Quod vero non appareat aliquod accidens ex accidentibus aliorum sensuum. s. visus, gustus, & odoratus: dicimus ꝙ ꝓuenit ex re aliqua impediente: quę talem dat odorem fœtidum, & gustum fœtidum: & existimamus, ꝙ non possit esse aliud, nisi quia transit sup aliquam aquã corruptã, & fœtidam, quę dat illũ B odorem, & saporẽ: non tamen miscetur illa aqua cum ista taliter, vt substantiam eius mutet. Quare autem post duos dies permutet colorem suum in viridem: dicimus, ꝙ eadem est causa ꝙ perdat tantam caliditatem, infra duos dies, & ꝙ infra duos dies mutet colorem, & hoc existimamus esse, quia infra duos dies aliqua pars subtilis sulfuris resoluta est, ideo postea est minus calida, sic ẽt post cum sit substantia grossior, videtur mutasse colorem. Et si diceres: cum hic nullum signum aluminis appareat, quare dicis eam participare alumine? Dicitur, quòd non caret omnino signis aluminis, quia tanta luciditas aquę significat alumen, propter ergo luciditatem aquę, & ꝓpter conferentiam ad stomachum frigidũ, iudico participare de alumine: de sale vero ꝑticipare absurdum est, cum in gustu nõ appareat salsedo. C Tertio dicimus remittendo verificationem mineræ ad alembicationem commodè faciendam.

De balneo Calderiano Veronensi.

BAlneum Calderianum à Verona Lombardiæ Ciuitate per.x.milliaria distans, sic nominatum est à loco, vbi est: estq; hoc balneũ nostro tempore repertũ: de quo plenã informationẽ habuimus à famosissimo magistro Bartholomęo secundo de Montagnana. In qualitatibus suis aqua huius balnei clara, & frigida est omni malo odore carẽs. In mineris vero triplici gñe minerę ꝑticipat. s. ferro, alumine, & sale: Quòd autẽ sale participet manifestũ est, quia hęc aqua soluit ventrem, sicut aqua Porrectæ: Quod autem ferro, & alumine participet, clarũ est, quia mirabiliter confortat membra nutritiua, & matricẽ: quidam tamen dixerunt ꝙ aliqualiter participat de sulfure: sed huius signum non video nec odoratu, neq; visu: & ꝙ magis est, verificatione facta per alembicationem

catione nihil de sulfure apparet, sed bene de alijs tribus mineris. In effectibus vero hęc aqua commode potata, & calida confert in omni mala dispositione membrorum naturaliũ, & matricis ẽt tam calida, q̃ frigida. & ratio est, quia ratione ferri, & aluminis hæc aqua reducitur quasi ad temperamentum, ideo omnibus mẽbris supradictis dyscrasiatis confert, & mundificando dicta membra, & aperiendo oppilationes, & pmutando malam complexionem illorum, & cõfortando illa. specialiter vero laudatᷣ q curat fluxus hepaticos, & stomachicos: & multotiens steriles fœcundas reddit, & debilitati renum maxime subuenit.

Quidam vero dixerunt, q magis confert in malis dispositionibus calidis, q̃ frigidis, quia dicunt ferrum prædominari alijs mineris: quid autẽ de hoc sit, experientia ostendet. Et propterea circa dicta moueo dubium hoc. Si hæc aqua sanat
E fluxus hepaticos, & cum aliquis fluxus hepaticus proueniat à frigiditate. s. qui fit merito debilitatis virtutis digestiuæ hepatis: & aliquis fluxus hepaticus proueniat à caliditate. s. qui fit ex apertiõe venarum: modo si hæc aqua curat omnes fluxus hepaticos, oportet dicere q sit temperata, & q ferrum non dominatur alumini: si vero magis curat qui fiunt à caliditate, oportebit cõcedere ferrum dominari alumini. si vero curat magis qui fiunt à frigiditate, oportebit concedere alumen dominari ferro: quare oportet considerare super hæc, & secundum effectus iudicare.

De septem Balneis Paduanis dicendum est, de quibus referemus quæ scripta sunt à Sauonarola. & primo de balneis Ebani,

F BAlneum Ebani est balneum à ciuitate Paduana distãs per. vj. milliaria in confinibus ruris dicti Ebanum, & est ad pedes cuiusdam mõticuli, à quo plures fontes defluunt constituentes plura balnea. In qualitatibus aqua huiꝰ balnei est clara, nõ excessiue calida, & salsa, ab omni vnctuositate, & citrinitate purgata. In mineris vero tenet de sale, vel nitro, & de alumine magis, et de cinere, nec à sulfure absoluitur. In effectibus vero, si fiat ducia ex hac aqua confert catarrho frigido, & humido calefaciendo, & exsiccando, & confortando cum virtute aluminis, & salis, vel nitri: quoniam inquit princeps, Nitrosæ, & salsę capitibus, & pectori auxilium præbent. Et etiã ex ea parte, qua sapit naturam sulfuris, & cineris. tinnitui, & sibilationi antiquis confert: & dolori capitis antiquo: confert etiam humiditati pectoris, confert & stomacho humido, & hydropisimi, & inflationem habentibus: nam aquę salsę, & ni-
D trosę extenuant. splenem tumefactum secũdum Principem confert & vlceribus corrosiuis, & ambulatiuis, cancrænæ, & erpesthiomeno. Impetiginem, & serpiginem mirabiliter mundat. confert doloribus articulorum, & podagræ: quæ ex frigiditate, & humiditate procedũt. Hęc aqua ventrem soluit cum sit salsa. s. si potatur, & humores viscosos educit, si in conuenienti dosi potata fuerit. s. à libra vna vsq; ad tres: & quia conturbat stomachum vomitum inducẽs, laudo magis eam in clysteribus: & quoniam plurimum de alumine participat, iuuat ad fluxum mestruorum alborum cõstringendo: & ad matricem multis humiditatibus relaxatam, & sic disponit ad concipiendum, vt Cermisoni experiẽtia cõprobatum est.

De Balneo Sancti Petri.

BAlneum Sancti Petri distat ab Ebano per
E milliare, vocatum sic à rure nomine sãcti Petri, in quo loco sunt thermæ aluminosæ, & salsæ multũ, quæ sua salsedine, & a luminositate videntur conferre ijs ęgritudinibus, de quibus scriptum est in ijs, quæ de Ebano: & potiores esse videntur, verum harum aquarũ situs magna in parte à vallibus occupatur.

De Balneo domus nouæ.

BAlneum domus nouæ dicitur, quia in loco est, vbi domus nouę constructæ sunt, distãs à priori balneo versus meridiem descendẽdo ad medium milliare: huius balnei auctor fuit Ioannes de Dondis Patauus, & magnus philosophus: apud quem locum parũper distans est parua lacuna thermarum, ex cuius aqua salẽ cõficiebat, quoniam est multum salsa, & priori salsior est. Minera huius balnei secũdum aliquos est calx, vt ex
F alembicatione experti sunt: sed cum aqua illa sit magis parata ad salem, verisimilius est iudicare illam magis participare de cinere, q̃ de calce: vnde in cachexia, hydrope, & paralysi cõmẽdatur: & illa aqua Ebani solutiua, magis catarrho conferens est, & cæteris, vt dictũ est de balneo Ebani. Huius autem balnei situs velut siluestrior, est vallibus vallatus: in quo loco magna fit aquarum frigidarum, & calidarum collectio, velut stagnãtes aquæ sint non boni odoris, quibus non parum læditur aer.

De balneo montis Grotti.

BAlneum montis Grotti dicitur, quia prope montem illum est. Est. n. mons ille ad occidentem à veteribus nominatus ęgrotus, quoniam ęgrotantes petentes balneum ad illum locum amœnum proximũ se transferebant: & erat ad illud nõ paruus cõfluxus ęgrorum, cum sit potentius cęteris balneis Patauinis, quia plus de sul-

fure participat, vt visus, & odoratus ostẽdunt, q̃-
obrem famosius fuit, cum sulfur in calefaciẽdo,
& exsiccando aquam principatum obtinere dica
tur, vt Arist. placuit. Quare reprehendẽdi sunt,
qui statim ægrotos ad balnea potentia mittunt, à
facilioribus.n. semper inchoandum est. Minera
vero huius balnei sulfurea scribitur, & alumino-
sa magis, plus cæteris Patauinis balneis sulfure p-
ticipans. Et Sauonarola hic magnam digresio-
nem facit, quam sub breuitate comprehẽdemus.
dicit ꝙ hic prope parua lacuna reperitur nomina
ta balnea equorum: quia equi hic se balneantes
ex varijs ægritudinibus curabãtur, minera huius
lacunæ est sulfur, non tamẽ à cineribus balneum
totaliter absoluitur: quibus iudicatur virtutes cõ-
positas esse, q̃uis Ioãnes de Dondis aliam habue
rit opinionem. Inquit.n. in quodam tractatu de
aquis thermarum Paduanarum, qualis sit aqua-
rum natura, & cuius mineræ sint ex ꝑdictis trahi
tur, & per certissimas experientias demõstrari po
test, cum ex ijs aquis conficiatur sal: & quibus per
cipitur ꝙ aquæ thermarum Paduanarum alumi-
nosę sunt, & salsæ, & gypseę, & à cinereitate non
absolutæ: sed ĩ nulla sui parte sulfure participare:
& sic ꝙ non sint sulfureæ conatus est probare, vt
scriptum est. Nos autẽ dicimus eas sulfure par
ticipare, sed in parua parte respectu aliarum mi-
nerarum, q̃m in assidua decoctione in salis opere
euanescunt sulfureæ partes, & resoluuntur, & nõ
apparet vnctuosum aliquod propter paucitatem
ipsius, & idem de colore, & odore dicitur: cuius
contrarium dicebat, quia resolutis partibus subti
libus in substantiam frigidam, & siccam conuer-
titur: quam gypsum dicimus, hæc omnia proba-
bilia sunt demonstratione logica currẽtia, sed ex
perientia omnium harum discordiarũ magistra
est. Quod aũt dicit, ꝙ ante decoctionẽ nullus per
cipitur sapor, pace sua dicam ꝙ expertus sum con
trarium cum multis alijs, qui mecũ gustarunt.
De ijs satis. hæc Sauonarola, & addit: Hoc bal-
neum calidum est, & siccũ: & cæteris Patauinis
calidius, & siccius est. De effectibus est exsicca-
tiuum conferẽs neruis: quia sulfureæ mundificãt
neruos, & in paralysi multum operatur, & spas-
mo, catarrho mirabiliter confert. s. frigido, & hu
mido, licet etiam calido, & humido secundũ ali-
quos, sed hoc est dubiũ apud me, cum omnis im-
moderata dyscrasia deijciat actum proprie virtu
tis, epilepticis confert ex frigida, & humida cau-
sa, similiter surditati, & tinnitui, & capitis dolori
antiquo. s. ex frigida, & humida cã, asthmaticis cõ
fert, & pectus ab humiditatibus liberat. Dubiũ
occurrit, cum sulfus calefaciat stomachum frigi-
A dum, & humidum desiccet, quare dicit Auicen.
Sulfureæ aquæ stomachum laxant, & desideriũ
deijciunt. R̃ndet credo ꝙ hoc dicat quando toti
corpori applicatur, quia sic humores eliquatos
ad stomachum descendere facit, & sic relaxat sto
machum, & appetitum deijcit. Colicę antiquę,
& vuluæ duriciei confert, vt dicit princeps, sunt
tñ ventris constipatiuę, & est locus speculationis
propter assignatam causam de mollificatione sto
machi: à bothor, & vlceribus malis mundificat,
& morphea, & albaras, & passionibus iunctura-
rum confert, & est locus speculationis. Ad hæc
respõdetur per conclusiones. Prima conclusio.
In debilitate iuncturarum compositione graci-
lium sulfurea nocent, patet quia nimis desiccant.
Secunda conclusio. In debilitate iuncturarum
non vetusta cum robustitate compositionis stãte
B peccato in frigiditate, & humiditate, sulfurea bal
nea conferũt, si vero esset compositio calida, vel
sicca, non. Tertia conclusio. In debilitate ve-
tusta iuncturarum cum à calore naturali depau-
peratæ sunt, non conuenit balneum sulfureum si
ue cũ robustitate, siue cum gracilitate. Quarta
conclusio. In corporibus plethoricis stante robu
stitate, suspecta sunt balnea sulfurea, quoniam li-
quefaciunt humores, & descẽdere faciũt. Quin
ta conclusio. In præseruatione iuncturarum stã
te gracilitate, & pauco calore naturali suspecta
sunt balnea sulfurea. Sexta conclusio. Chole
rici naturales, & adusti ab eorũ vsu abstinẽdi sũt.

De Balneo Sancti Bartholomæi.

HOc balneum dicitur Sancti Bartholomęi:
quia olim templum sancti Bartholomæi
fuit ibi coniunctum cũ hospitali pro pauperibus.
C nunc autem locus inhabitatus est distans à ciuita
te per. xij. milliaria: & est velut piscina magna cũ
lapidibus ornata, vt cętera balnea Patauina cuius
fundus luteus est ita, vt balneantes non possent se
substinere sine baculis: hæc aqua tẽpore hyemis,
& veris est notabiliter remissa in calore, & ꝓpter
ea eligunt visitare illam à medio Augusti vsq; ad
medium Septembris: ego autẽ existimo melius es
se de mense Iunij, & Iulij. s. si tempora seruẽt qua
litates suas. Minera huius est sulfurea, & alumi-
nosa, vt quidam asserunt: verum lucus ille vide-
tur vt pix liquida, arbitror de alumine plus tene-
re, & parua quãtitate sulfuris, quia parum calida
sunt, quia humiditas obtũdit caliditatem, & sic-
citatem. De effectibus: vtilis est ad duricies, &
nodositates iuncturarũ, ex quo morbo aliqui ma
le habentes curati sunt: hoc balneum est medio-
criter calefactiuum, & parum exsiccatiuũ, cũ mi-
rabiliter duricies mollificet in quacũq; parte cor-
poris

poris sint:sunt.n.talia,quæ neq; vehementer cale faciunt,neq; vehementer exsiccāt,vt semen lini, confert etiam doloribus iuncturarum,.& podagræ,confert vlceribus,& scabiosis: maxime autē confert omnibus duriciebus iuncturarum mollificando,& resoluendo,tempus autem conueniēs pro vsu est tēpus sancti Bartholomæi.s.vigesima quarta die Augusti.

De balneis Sanctæ Helenæ.

BAlnea Sanctæ Helenæ septem milliaribus distant à ciuitate super móticulo quodam vallibus circundato, super quo monticulo olim ecclesia sanctæ Helenæ erat,nunc autem muri extant. Fons est in superiori parte mótis,à quo descendit aqua per cānalem magnum terra montis coopertum,ad pedes eius balnea sic producens.

Minera huius aquæ est aluminosa,cinerea,& nitrosa,salsedine parum participans:nec absoluitur à sulfure,licet quidam à prędominio sulfureā scribant:ego autem non sic existimo,quia neq; visus neq; odor,neq; gustus illud manifestat,& neque mineræ sulfuris super intensiorem caliditatem se fundant:quoniā actu calidiora sunt salsa ipsis sulfureis,salsa.n.per adustionem fiunt,quare non videtur in caliditate multum discrepare à caliditate Ebani. Adde q; locus fōtis huius ignoratur, quia origo potest esse longinquior,& ꝓpinquior ex qua varietate caliditas variatur,& certe opinor illam alumine participare: quare non multū differt ab illo de Ebano. De effectibus eius parum plus calefactiuum,& exsiccatiuum, & resolutiuum eo de Ebano, confert in ægritudinibus capitis,& neruis humiditate repletis, & spasmo, cæterisq; ægritudinibus ex frigiditate,& humiditate pendentibus,& membra contracta,& indurata mollit,& extendit.cōfert serpigini, albaras, & scabiei:cōfert pectori lęso ex frigiditate, & humiditate,prohibet fluxum humiditatis ad iūcturas,& eas confortat:& plus iuncturis confert cæteris balneis Patauinis:stomacho humido subuēnit, & hydropi, & venam habentibus ciuilem. Nos vero non admittimus q; calidiores sint aquæ salsæ,q̄ sulfureæ,tū quia sal ponitur calidus vsquè ad secundum,sulfur vero vsq; ad quartum, tum etiam quia omnes aquæ habent caliditatē actualem à sulfure secundum philosophum. Nota vlterius,q; ista balnea Patauina sunt tantum vtilia ad tria in genere.s.ad duciandum caput ꝓ catarrhis resoluendis,aut pro doloribus iuncturarū remouendis stādo in balneo, aut pro duriciebus mollificandis:& nullum istorum est potabile, neque aptum ad confortationem stomachi,& hepatis,vt balnea corporaturæ.

D *De balneo mōtis Orthoni.*

IVxta pedes mōtis Orthoni ex piscina magna vallibus,& lacunosis stagnis circundata. Dictus est autē mons Orthonus à viro strenuo Patauo huius nominis. à Meridie, & Oriēte detecta est,à Septentrione vero ab ipso monte defensa,et multo tempore locus inhabitatus fuit, nunc autē patauí ob deuotionem virginis matris, quā olim apparuisse cuidam ciui in hoc loco ferunt, tēplū; & monasterium magnum in hoc loco construxerunt,dedicatum obseruantiæ sancti Augustini,q̄ obrem locus factus est habitabilis, & domesticus. Huius minera aliquid sulfuris, & salis, & aluminis sapit, & est piscina lutuosa, virtutibus compositis dotata. De effectibus eius dicendū sicut de balneis sancti Bartholomęi,quia dolores antiquos ex causa frigida, & humida tollit, duri-

E cies articulosas resoluit,spleni, & hydropi resoluendo,& mollificando succurrit.Et hęc de septē balneis Patauinis dixisse sat sit, abbreuiādo dicta Sauonarolæ,nihil tamen prætermittendo, quod ad rem pertineat.

De balneo Carpensi.s.Brandula.

CArpum terra Lōbardiæ est, à quo per.xx. milliaria est distans castrum dictum Brandula,apud quod per distantiam vnius milliaris repertum est balneum vnum tempore Sauonarolæ quod Brādula dicitur à castello illo : ideo de qualitatibus aquæ,& mineris,& effectibus dicemus secundum illū,deinde ventillabimus dicta eius. Inquit Sauonarola. Inuentum est primo hoc balneum à bestijs circa illud pascētibus, maxime bobus,qui de illa aqua potantes magna cum voluptate ad illam potandam se conuertebāt, vnde

F accidit,cum in anno.M.cccclxviij.boues illius loci infirmarētur sic,vt sanguinē mingerent,quotquot ex illā aqua potarunt in paucis diebus sanati sunt:quod videntes pastores existimarūt aquam illam ægritudinibus renum,& vesicæ debere cōferre,propter quod aliqui qui pasionibus renū, & vesicæ molestabantur,de hoc experientiam fecerunt,& sanati sunt,propter quod pastores nunciarūt officialibus castelli,& officiales de hoc scripserunt dominis Carpensibus,quibus rebus bene examinatis,dominus Galasius vnus de dominis Carpensibus se contulit Ferrariam,vt hoc mihi nunciaret, quoniam intellexerat mē scribere de omnibus balneis totius Italiæ,fecitq; asportari de aqua illa,& plenam de illa informationem dedit,& proptērea partim, vt cōplacerē illi, ptim vt satisfacerem vtilitati publicæ capitulum de illo feci. De qualitatibus aquæ dicit,q; est clara, frigida, omni malo sapore priuata. De mineris dicit,

dicit, vt ex pluribus habere potuit, aliquid sulfuris tenet, licet parum, quoniam cęnosum eius sup ignem positum odorē sulfuris reddit remissum: estq; aluminosum magis, & pauco sale pticipans, & in ijs omnibus remisse valde: propter quod redditur styptica, & sine mordicatione exsiccatiua, vnde non eleuatur in gradu caliditatis, & fortasse peruenit ad finem primi, vel principium secundi, sed in siccitate intēditur vsq; in finē secūdi vel pricipiū tertij. De effectibus vero dicit, plurimū valet vlceribus renum, & vesicæ: nam plures ex vlcere colli vesicæ sanatos intelleximus: & dilatationi panniculi renum confert. f. firmādo sanguinem, vt in bobus in dies videmus, & in hominibus experimur: & eorum debilitati succurrit, maxime à causa frigida, & humida prouenienti, confert etiam matricibus frigidis, & humidis sedēdo in ea calida, & humiditates albas tollit, & corri- B git, & mulieres steriles fecūdas reddit: stomacho humido subuenit, quādo potatur calida, sicut aqua Porrectæ, podagræ, & cæteris articulorū doloribus à causa frigida, & humida veniētibus succurrit: & si ducia ex ea fiat, humiditates capitis exsiccat: catarrhum sistit humiditates oculorū tollit, lacrymas compescit. et in catarrhatis tollēdis mirabiliter operatur ante earum confirmationē: & cum hanc aquā calefieri oporteat, in omni parte temporis administrari poterit: hæc ille. Nos vero dicimus confirmando quod dicit de qualitatibus aquæ: similiter quod dicit de mineris: de effectibus vero, maxime vltimis, non ita cito consentire oportet: sed paulatim secundum ꝙ tentātibus experientia monstrabit, quoniam in alijs aquis consimilis minerę non tot mirāda apparēt.

Dicimus etiam ꝙ non est rationabile, ꝙ ista a- C qua reddatur calida solum in fine primi gradus, vel in principio secundi. vt ipse dicit, cum alumē sit principalis eius minera: quod est calidū, & siccum vsq; ad tertium gradum: & sal sit calidus, & siccus vsq; ad secundum. quare si æquè dominentur istæ duæ minerę, redderetur ad minus caliditas eius vsq; ad secundum, sed cum alumen prædñetur necessario reddetur calida vsq; ad finem secūdi, vel principium tertij, sicut de siccitate dicit. Dicimus tertio ꝙ ista aqua potata confert in ęgritudinibus dictis, quia soluendo ventrem competenter mundificat membra naturalia, & confortat illa, sed in hepate calido, & renibus calidis suspecta est.

De Balneo de Aquario de Regio.

Balneum de Aquario est distans à Regio ciuitate Lombardiæ versus montes per quindecim milliaria: & cum hoc balneum de nouo repertum sit. f. tempore Sauonarolæ, ideo prius breuiter dicemus quid ille dicit de qualitatibus aq̄, & de mineris, & de effectibus eius: postea ventilabimus dicta eius. De qualitatibus aquæ dicit ꝙ aqua lympida est, & clara, & frigida scaturiēs, odore suauis, & sulfureo carens, quem nonnulli odorem camphorę iudicarunt, sicq; minerā camphoræ tenere, quod nō creditur, cū effectus camphoræ non teneat, cum camphora sit gumma arboris, & non minera. De mineris vero dicit, ꝙ participat de alumine, & sale. De effectibus vero dicit, ꝙ est prouocatiua, aperitiua, confortatiua stomachi, & dyscrasiæ frigidæ remotiua: valetq; in omnibus membrorum passionibus, vt aqua de Porrecta: & addit ꝙ est famis, & somni inductiua, sicut illa: ideo in ijs duobus accidētibus seruandi sunt canones illi de Porrecta. f. de Diæta subtili, & somno diurno. f. fugiēdo: & addit ꝙ quidam, qui experti sunt vtrumq; balneum, magis laudant hoc balneum, q̄ illud de Porrecta, nō tamen valet ad hydropicos. Nos vero circa qualitates dicimus ꝙ scaturiat clara, et frigida, verum est: sed ꝙ sit odore suauis, falsum ē, quia sine odore est: & ꝙ sapiat quasi odorem camphoræ falsissimum est, cum camphora habeat odorē vehemētem, acutum, & hæc sine odore sit: nisi dicatur ꝙ tunc non erat, sicut nūc. Credo ꝙ potest aliqualiter variari, sed non tantum stantibus eisdem mineris. De mineris verum dicitur ꝙ participat alumine, & sale, quoniam cōprobatur ex effectibus, quia & vētris solutiua est ratione salis, & cōfortatiua membrorum naturaliū ratione aluminis. Adde, ꝙ verificata est minera per alembicationem. De effectibus vero verum dicit, ꝙ valet in malis dispositioībus frigidis, & humidis membrorum naturalium, & matricis, & ꝙ confert in illis sicut aqua Porrectæ: sed ꝙ cōferat magis ad has passiones, q̄ aqua Porrectæ, falsum est: & ratio est, quia aqua Porrectæ vltra mineram salis, & aluminis habet etiam mineram sulfuris, ratione cuius aqua magis penetrat ad mēbra, quia sulfur subtiliat aquas, & aqua magis subtilis magis penetrat ad membra, sed quæ magis penetrat vehementius, & efficacius agit, igitur aqua Porrectæ efficacius operatur: & propterea si in mala dispositione frigida, et humida matricis sit exhibita aqua Aquarij, et non fecerit fructum quē sperabas, consulo tibi, vt recurras ad aquam Porrectæ, quoniam magis efficax est, & cōsequēter est apta magis conferre: & sicut de dispositione matricis dixi, similiter dico de dispositionibus omnium aliorum membrorum: quare ad Porrectam vltimo recurrere debes. Et hæc de balneis Lombardiæ.

Lombardiæ. Quare accedamus modo ad balnea Flāminiæ.i.Romandiolæ.

De balneo Porrectæ Bononiensi.

BAlneum de Porrecta est in comitatu Bononiensi, distās à ciuitate per.xl.milliaria versus montes.s.prope alpes Pistorienses:de quo balneo quædam scripta sunt extra rationem, vt declarabo,& quædam secundum rationem. Dominus Thura de Castello,qui dedit primo operam Logicæ,& Philosophiæ:& postea permutatus est ad leges,doctor legū factus virtutes huius balnei scripsit in loco ꝓprio balnei:& in summa dicit ꝙ valet ad omnes ægritudines à capite vsque ad pedes,cui non est credendum, quia extra rationem loquitur,quoniam Gal.inquit. Non est præsumendum cum vna medicina posse curare omnes ęgritudines. Gentilis vero de Fulgineo singularis doctor scribit de hoc balneo quæ secundum rationem sunt: ideo referemus dicta eius in qualitatibus,& mineris,& effectibus: deinde ventillabimus illa dicta:& propterea mirandum est de Vgolino de Monte Catino:& de Sauonarola, q referunt dicta illa, quæ extra rationem sunt,non impugnando ea. De qualitatibus igitur huius aquæ dicit,ꝙ scaturit clara, & calida, sed odore grauis est,& sapore,quia cum odore sulfuris est, & sapore similiter. De mineris vero dicit, ꝙ est aluminosa inter cætera,& nitrositate participat: quia potata mirabiliter soluit de toto corpe, nec caret sulfure,vt odor eius manifestat. De effectibus vero eius dicit:& confert matricibus repletis mundificando, & propter hoc confert multū ad impregnationem,& multæ quasi steriles,impraegnatæ sunt præsupposito bono regimine.cōfert etiam in nimia egressione sanguinis per hęmorrhoidas, & superfluo fluxui mestruorū alborum,& rubeorum:valet oppilationibus hepatis, & splenis,licet hydropicos confirmatos maxime lædat:lædit etiam habentes humores adustos propter nitrositatem:valet & calculosis,& doloribus iliorum: & confert in doloribus neruorum à causa frigida,& guttosis,& catarrhosis pręsupposito bono regimine. Nos vero dicimus,ꝙ illud,qđ dictum est de qualitatibus verū fuit tēpore suo immo & nostro tempore vsq; ad M.cccxc. vel circa sed postea nō est odore grauis, neq; sapore, et hoc iudico esse propter mineram sulfuris, quę diminuta est. De mineris vero cōfirmamus idē, s.ꝙ participat triplici genere mineræ.s.sale, sine nitro,& alumine,& sulfure,sed diminuta est valde minera sulfuris, vt dictū est. De effectibus vero dicimus idem,sed alio ordine:dicimus ergò primo ꝙ ratione nitri confert passionibus mem-

D brorum naturalium, & matricis mundificando illa. & consequenter aperiendo oppilationes illorum membrorum. & doloribus iliorum confert.dicimus secundo ꝙ ratiōe aluminis confert egressiōi sanguinis per hęmorrhoidas,et per mēstrua:& non est forte absq; ratione ꝙ conferat fluxui hepatico,ꝙ fit ex apertione orificiorum venārum,quoniam alumen constringit illa.addoq; ꝙ stomacho debili maxime confert.dicimus tertio ꝙ ratiōe nitri,aluminis,& sulfuris permutat malam complexionem frigidam, & humidā membrorum naturalium,& matricis, & ideo steriles impregnari facit:& ista sunt iuuamenta per se.dicimus quarto ꝙ confert etiam doloribus neruorum,& guttosis,& catarrhosis.s.remota causa antecedente .s.esto ꝙ non sit materia apta fluere à capite,quia tunc non conferret illis,ideo nō prin

E cipaliter confert. Circa dicta moueo vnum dubium,quia videtur implicatio,ꝙ conferat calculosis,& tamen in membris,in quibus fit combustio,noceat,quia calculus fit ex materia adusta. Respondetur vt in tractatu nostra de aqua Porrectæ diximus,ꝙ licet stante dyscrasia calida hepatis,& renum,per quā fit humor adustus, noceat aqua Porrectę,tamen cessante dyscrasia calida,et remanente lapillo per adustionem genito,hęc aqua confert.s.euacuando,quare &c. De modo autem potandi istam aquam,& de regimine seruando dictum est supra in balneo potabili.

De balneo Sancti Christophori Fauentino.

BAlneum Sancti Christophori in comitatu Fauentino est, distans à Fauētia ciuitate in Flāminia,& patria nostra ꝑ quatuor milliaria versus montem,& denominatur sancti Christopho

F ri, propter ecclesiam Sancti Christophori, quæ prope est, & est in valle inter duos montes.

Repertum est autem hoc balneum tempore Astorgij de Māfredis domini Fauentiæ à bestijs pascentibus ibi, & potantibus de illa aqua, quia cum aliquæ infirmæ essent,& potando de illa aqua sanatæ fuerint. hoc videntes patroni mirati sunt,& gustando de illa aqua,quam salsam percipiebant,dixerunt certe aqua balnei est,& nunciauerunt domino Astorgio,qui de consilio medicorum fecit ibi fieri puteū, vt aqua simul melius colligi posset.& semper in mense Maij mundari déret puteus, vt aqua collecta ibi melius rectificaretur pro potatione. In qualitatibus suis hæc aqua clara exit,& frigida,gustui salsa,omni modo odore carens. In mineris solum sale participat sicut illa de Mōte Catino,& iō potatur ista aqua sicut aqua Porrectæ,& calefacta prius. De effectibus aquæ,hęc aqua mūdificat stomachum, he

par,

par, renes,& matricem,& aperit oppilationes illorum membrorum:& confert ad imprægnationē mundificādo matricē: calculosis et̄ confert aperiendo vias renum:& vētositates resoluit:iō cōfert dolori colico,& iliaco:& cōfortat illa mēbra dicta. Modus autē acceptionis istius aquę est, sicut aquę Porrectæ:potatur.n.ista aqua calida quātum fieri pōt:& incipiendum est in ortu solis potando in duabus horis duo onophora.i.duos flascones:& post finitā potationem expectatur per quatuor horas,vt possit facere operationē suam, & tūc capere refectionē leuem ex ferculo,vel aliquo simili:& bibat vinum pauciferum sine aqua, vel si velit lymphatum,cum aqua passulata lymphet:& post sex horas à refectione capiat cœnam rationabilē.i.ferculum cum carnibus pullæ,temperate tamen comedendo de carnibus: sequenti die faciat clystere de mane cum dicta aqua, addēdo vnc.ij.zuccari rubei,& vitellum vnū oui,& modicum salis:& in prandio comedat ferculum, & carnes:& similiter in cœna faciat:& sequenti die de mane iterum bibat aquam,& potius aliqd plus vsq; ad quartā acceptiōem:& sic alternis diebus bibat vsq; ad septē vices. Caueat à frigore,& vento:non dormiat in die:& in regimine vitę caueat à fructibus,& à rebus duræ digōnis: sic.n.faciendo plurimum conferet ad membra dicta.

De balneo Sancti Marini.

BAlneum S.Marini positum īter Cesenam, & Ariminum ,ppe Castellum S. Marini ad duo milliaria in valle:& distat à Cesena per.xviij. milliaria,& p.viij.ab Arimino versus montes.

Minera eius est sal,ferrum,& alumen.pp salem potatur aqua ista,sicut aqua Porrectę,& soluit vētrem:pp alumen,& ferrum cōfortat mēbra naturalia:& cōfert stomacho,& hepati mirabiliter:similiter matrici,et renibus:& melius est vti illo in tpe magis declinante ad calidum,q̄ ad frigidum, & solum potatur ista aqua,quia exit de minera, & non facit balneum:licet regimen in ea potāda sit,vt in superiori.

De balneo Meldulæ.

AQua Meldulæ distās à Forliuio p.v.milliaria versus mōtes in valle,ppe flumē Arōci,& distat à Bertinorio p.iij.milliaria p latus versus Cesenā versus mōtes. Oritur in nocte S.Laurentij singulo anno,et durat p.xv.dies,postea euanescit vsq; ad alium annum:ad quā cōcurrit multitudo gentium,& potant illam:& dicunt mirabiles effectus,& dicitur aqua S.Laurentij.

In nocte S.Laurentij incipit aqua exire,& durat,per.xv.dies,& postea firmatur:& sic incipit se

A quenti anno in nocte sancti Laurentij:& multitudo gentium currit ad potandum de ea.

De balneo Sanctæ Mariæ in Bagno.

Est aliud balneum in Flāminia,quod dicitur S.Maria in Bagno,quod est ,ppinquum alpibus per.x.milliaria,& situatum inter Fauētiam, & Forliuium:imo sunt ibi tria Balnea: primū dicitur balneum de Turri,qd' est ad duciandum ea put:secundum balneum dicitur balneum de Medio,qd' est ,p balneandis scabiosis: tertium balneū dicitur Dn̄arum,quia spāliter cōfert matricibus, & de ijs referemus primo quid alij dicant,deinde ventilabimus dicta eorū. Gentilis de balneo de Turri diuersimodè loquitur in diuersis tractatib. de minera eius:nā in vno tractatu dicit,q̄ est virtutis quasi similis illi de Corsena,sed est suauius,

B & non ita calidum,& in eodem tractatu loquēs de balneo Corsenæ,dicit: balneum Corsenæ est aluminosum,licet aliqui dicāt q̄ eius minera est salgemma,& est actu multum calidum:& in alio tractatu dicit. Sulfurea balnea iudicio meo,& oīum qui experti sunt balnea de Turri de sancta Maria in bagno,& apparet mihi q̄ sint mixta cū alumine. Vgolinus,& Sauonarola approbant hoc secundum dictum:& de alijs duobus balneis eodem mō loquuntur de mineris,& de effectib.

Balneum de Medio est multum aluminosum, & parum sulfureum. Balneum Dn̄arum est ferreum,aluminosum,& aeneū:& hæc de mineris.

De effectibus balnei de Turri dicunt q̄ confert ægritudinibus neruorum,& iuncturarum,et neruis spasmatis ex percussione,vel alio modo:secū-

C dum balneum mūdat superficiem à scabie: curat vlcera,& bothor,& morpheam,& albaras: tertium balneum Dominarum subtiliat splenē grossum,& excitat stomachi appetitum, superfluitates matricis exsiccat:& propter hoc valet ad concipiendum,præsupposito bono regimine. Nos vero dicimus primo de qualitatibus aquæ, quòd aqua istorum balneorum exit clara,& calida: de mineris vero balnei de Turri omissis, quæ fuere prius dicta,dicimus,quòd principaliter tenet de alumine,& participat parum de sulfure,& huic omnia signa attestātur,quia vix percipitur odor sulfuris,& aqua non multum calida est,imo suauis,& non vehementer operatur,sed suauiter:& magis cōfortat membra,q̄ resoluat humiditates.

Similiter balnei de Medio minera est alumē,& sulfur:& plus participat de sulfure, quàm primū Balneum vero Dominarum participat ferro,& alumine,& dant signum aliquod de sulfure,quia in cōmissuris parietum venit aliquādo subito flā-

ma,& statim extinguitur. De effectibus vero confirmo illud idem.s.ꝙ ducia sit apta cōferre dispositionibus catarrhalibus, in quibus materiæ fluunt aliquãdo ad neruos,& ad iuncturas,& ad oēs alias ptes corpis: addimus tñ,ꝙ cognito ꝙ ducia est debilis,ꝙ hæc ducia est apta ita conferre catarrhis participantibus caliditate, sicut catarrhis frigidis,quoniam pro catarrhis frigidis cōueniūt tantū duciæ fortiores.s.magis sulfureæ. Et aliud signū est ꝙ hæc ducia est debilis,quia ad hæc balnea itur in fine mensis Iunij,quādo incipiunt magni calores,& per totum etiam mensem Iulij fit ducia,quando sunt intensi calores,quo tempore non itur ad ducias sulfureas,quia non possent sustineri. De balneo medio,quãtum ad effectus, sentimus illud idem. De balneo vero Dominarum dicimus,ꝙ valet ad membra nutritiua,& ad matricem,sicut balneum de Villa in comitatu Lucano.s.in permutando malam complexionem membrorum nutritiuorum,& in confortãdo illa,& maxime ad matricem confert,quia plurimum confert ad concipiendum. Et hæc de balneis Flamminçe,quia hæc famosiora sunt. Accedamus igitur nunc ad balnea Thusciæ incipiēdo ab vna extremitate.i.à balneis Lucæ.

De balneo Corsenæ Lucensi.

DE balneis Thusciæ dicendum est,& incipiemus à balneis Lucæ,& prius dicemus de balneo Corsenæ, postea de balneo Villæ.

Balneum Corsenæ à loco sic nominatum est in comitatu Lucano,distans à ciuitate per.xvj. milliaria,& super certum collē in introitu Carfagnanæ,& est duplex.s.principale, quod dicitur Balneum Corsenæ,& aliud balneum Rubeū. De principali balneo Corsenæ dicit Gentilis in vno suo tractatu,ꝙ est aluminosum, & aliqui dicunt ꝙ tenet de salgēma, in alio vero tractatu dicit ꝙ hoc balneum tenet de alumine,& de nitro,& sulfure,& hoc affirmant verius esse Vgolinus,& Sauonarola. Aliud vero balneum nominatur Rubeum,quia parietes balnei rubedine participant, & hoc ppea,quia æreum est. De effectibus vero principalis balnei Corsenæ dicit Gentilis, ꝙ confert ægritudinibus iuncturarū,& vulneribus, & doloribus neruorum pp casum,vel percussionē, & dislocationibus iuncturarū,& fracturis ossiū, & cōsolidat vulnera antiqua,& exsiccat vlcera, quæ sunt difficilis cōsolidatiōis,& exsiccat humiditates matricis,vnde cōfert ad cōcipiēdū. Vgolinus de Monte Catino confirmat hæc,& recitat tres casus magnos.vnus mollificatus erat,alter erat podagricus,& similiter tertius,et omnes curati sunt illo vidente. Scd'm balneum Rubeum di-

E cit Gētilis, calefacit,& exsiccat,caput abluendo.

Vgolinus vero dicit,ꝙ illa aqua parum habet caliditatis,pp quod oportet eā calefacere,& postea embrochare caput,& aliqui tenent caput sub ducia illa,& valent habentibus caput humidum, credo,ꝙ in præterito tempore fuerit bona, nunc autē debiliter agit,& de ipsa paruū fructū, et modicum videmus:hęc ille. Nos vero dicimus de qualitatibus balnei principalis.s. de Corsena, ꝙ aqua eius exit clara,& multū calida,nullo sapore vel odore infecta,vt dicit Gētilis,cuius signum, quia de illa aqua bibunt,& coquunt carnes cum illa:& hæc aqua vadit ī balneū principale per quēdā conductum,siue viā strictā per.iij.pedes,& lōgam per.xl.pedes,vel circa,qđ notanter dico pp id,qđ addam. De mineris vero cōfirmo idem,ꝙ est aluminosa,sulfurea,& nitrosa,& ꝙ nō minus
F sulfure participat,ꝙ̃ alumine, pp eius magnā caliditatē,quia vix pōt à principio tolerari.imo noui medicum quendā,qui intrauit balneū,& pp velle tolerare inflãmatus est taliter, vt caderet in febres,pp quod suspēdit à balneo. De minera Rubei balnei similiter qđ est dictum .s.ꝙ est ęrea illa aqua,& cū sit valde debilis in virtute,parum tenet de ęre,& non multū. De effectibus vero balnei principalis confirmo dicta, quia mirabilis est ad malas dispōnes iuncturarum, & neruorū,& dislocationes,& fracturas,quia multas experientias vidi de hoc balneo,sed addo vnum, quia cū difficile sit tolerare illud intrādo cum toto corpore,si quis pateretur in pede,vel in crure consulo, vt intret tñ in illū conductū aq̃,& erit tutius, & ęquè efficax:& dicā experientiā,quā feci. Quidam adolescēs.xiij.annorum,vel circa ibat in pū-
G cta vnius pedis,& non poterat firmare se sup calcaneum in terra,purgaui illū,& pręcepi,vt staret in ductu aq̃,& in paucis diebus sanatus est. Addo vnum aliud,qđ petentes illud balneum Corsenę dicunt.s.ꝙ ibi est ducia facta de nouo de aqua balnei Corsenæ,quæ est multū efficax ad dispositiones catarrhales,& ēt ad duciandum iuncturas,ꝙuis isti nihil dicāt. Dicūt ēt,ꝙ à sinistris descēdēdo,vbi est balneum Rubeum,sunt multæ duciæ,licet non multæ efficaciæ.

De balneo Villæ Lucensi.

BAlneum de Villa ꝓpinquū est balneo Corsenæ per vnum milliare,quia descendendo de monte versus Lucam in planitiem,ibi est Balneum Villæ:quare distat à Luca p.xv.milliaria.

De hoc balneo Gētilis pauca loquitur,& similiter alij. Gentilis dicit,ꝙ est ferreum temperatum,in quo quis potest stare longo tēpore absq; læsione,& cōfert mēbris nutritiuis, & incitat famem,

mem,& minuit sitim:hæc ille. Vgolinus vero addit,quod ět confert malæ cōplexioni calidę hepatis,& renum,& addit,quod vsus huius balnei est ad modum vnius putei,in quo vix pñt stare duę personæ. Sauonarola vadit captus cū dictis Vgolini,quod est ad modum vnius putei:& addit,& est in agēdo debilis,velut esset aqua dulcis,& nō est in vsu hominum. Nos vero de hoc balneo cōsiliū fecimus siue tractatum pp mirabiles eius virtutes & opationes,quas vidimus,in quo mineras eius & virtutes declarauimus.quare Sauonarola valde deceptus est,cum dicit,quod sit debilis virtutis,et non sit in vsu,quoniam mirabilis virtutis est, & magis in vsu,quam aliud balneū Thuscię.& licet prius esset ad formā putei, nunc reductum est ad optimam formā,& spaciosam. De qualitatibus ergo eius dicimus,quod exit clara,& calida oī malo odore,& sapore priuata. De mineris vero dicimus, quod tenet de ferro,& alumīe,& quod teneat de ijs duabus mineris patet per verificationē,quę fit per alēbicationem,patet ět ex effectibus,quia valet in dyscrasia frigida,& calida mēbrorum naturalium, quoniam stomacho frigido mirabiliter confert,& etiā hepati calido.hoc autē non posset esse,nisi cū ferro iungeretur alumē,quia ferrū ponitur frigidū, & siccū vsq; ad tertium à Plateario,quamuis nos dicamus,quod est frigidum solum vsq; ad scd'm,& siccū vsq; ad tertium,& ratio,quæ nos mouet est,quia tūc aqua solū ferrea noceret stomacho sano, quoniam frigidum in tertio gradu nocet sensibiliter, contra Auic.dicentē. Ferrum stomachum iuuat,et splenē,& de alumine manifestum est, quod est calidum,& siccum vsq; ad tertiū.quare appropīquat tēperamento. De effectibus vero,& opationib. in vniuersali dicimus,quod cōfert oībus mēbris naturalibus,& ět matrici,primo mūdificādo ea, & apiendo vias,& remouēdo oppilationes,itē permutādo malā complexionē illorum tā calidā, quam frigidā,item confortādo illa sua stypticitate, & spāliter in malis dispōnibus matricis mirabilis ē, & multum valet,vt steriles fœcūdæ fiāt.itē valet in firmādo fluxum sanguinis supfluum matricis, & de hoc vidimus expientiam,& istud est pprium aluminis,vt inquit Auic.itē fluxum stomachicū curat duciādo stomachum cū ea aqua, quia fortior est duciatio,quam balneatio,itē in quacunq; dyscrasia hepatis,& renum mirabilis est· & non est balneū in thuscia qd' magis cōferat mēbris nutritiuis,& matrici,quam istud:& nullum est,qd' sit magis frequentatum,bis in anno.s.in mēse Maij, & in mēse Septēbris. De potatione vero aq; huius balnei nemo loquitur,nisi nos,& vidētes primo experiētiā,quod fere oēs,qui petunt illud balneum

A bibunt de illa aqua,& soluit ventrē, & mundificat mēbra naturalia,inuenimus rōnem quare soluat ventrē,cum nō teneat de sale,& dicimus, quod cum Serapio dicat,quod scoria æris magis soluit vētrem, quam scoria ferri,igitur scoria ferri ē solutiua, & cōsequēter ferrum,sed debiliter soluit, & ppea ista aqua soluit hñtes ventres lubricos,sed difficulter soluit habētes ventres duros,iō illos oportet iuuare cum sale,& zuccaro. Et quia ad plenū diximus in tractatu nostro de mō potandi, & de mō balneandi,et de regimine seruādo,iō hic hęc pauca sufficiāt.quod si vis amplius,recurre ad ipsum. & est balneum hoc nunc amplum reformatum, & coopertum testudine,& non puteus est.

De balneis Pisanis.

B Alnea Pisana,quædā sunt iuxta pedē montis S.Iuliani,qui distat à Pisis p tria milliaria versus Lucā,quædam vero distāt à Pisis p.16. milliaria versus Florentiā. Prima balnea sunt quatuor balnea olim multum famosa, nunc vero parum:iō de ijs nihil dixit Gentilis:de ijs ergo dicendum scd'm Vgoli.de Mōte Catino,qui diu moratus est Pisis:iō bene nouit illa. Primum balneum dicitur balneum Vetus,qd' erat solēne,cuius minera est alumen,& sulfur,& magis participat de alumine,quam de sulfure. Scd'm balneum dicitur Balneum Dñarum, quia ibi stabant mulieres,& aqua huius balnei exit à primo. quare eiusdē mineræ sunt,minus tñ calida est,quam illa. De effectibus vero istorū duorum balneorum dicit,quod valēt ad dolores iuncturarum,si nō fuerint multum inueterati,valent ět ad dolores colicos, & sciaticos à cā frigida,valent ět ad exsiccādum humiditates matricis,& ad vlcera,sunt ět aliqualiter debilia, quia sunt in loco paludoso, & fit alia rum aquarum pmixtio cum illis. Tertium Balneum dicitur balneum Sanorum , qd' est eiusdē mineræ cum illis.sed quia parū tenet de mineris illis:iō non est potens ad illa cōferre, tñ pro sanis valet cōfortando,& hęc tria balnea erāt multum pulchra. Quartum balneum separatū ab ijs aliqualiter,quia via media est p quam itur Pisas, dicitur balneum Reginę,cuius minera est ferrū cū modico aluminis.hoc cōfert oībus mēbris nutritiuis,sicut balneum de Villa,sed hoc efficacius ē illo.hęc Vgolinus,& addit. Iuxta ista balnea p tria milliaria,& etiā prope mōtes illos est balneū quoddam frigidissimum prope locum fratrum, qui dicuntur de Agnano. hoc nullā mineram manifestam habet,sed propter tantam frigiditatem , quam habet cum sit prope Montes Marmoreos,iudicaui aquam illam participare de minera marmoris:& videtur hęc aqua cōferre mulieribus,

C

lieribus: quia multæ steriles ex vsu huius balnei factæ sunt ꝓlificæ, & dñt, ꝙ cũ stant in illa aqua constringuntur ventres earum, & corrugantur, & sępe vrinant, quare iudico, ꝙ per viam antipe ristasis calor naturalis retractus ad intra fortifica tur, & sic fortificatus expellit multas humiditates per vias illas: aut forte, quia solum matricibus calidis confert permutando complexionem illa rum, & propterea prolificæ fiunt: & eo maxime quia aliquibus mulieribus nocet. s. habẽtibus ma trices frigidas, nam mortuæ sunt aliquæ: & vsus huius balnei non est ex consilio medici, sed ex ꝓ prio capite: hæc ille. Nos vero dicimus primo ꝙ illa tria prima balneã, quæ valebãt in dispõni bus catarrhalibus. s. in duciando caput, nunc pro pter guerras destructa sunt nec ãplius i vsu sunt, dicimus secundo ꝙ quartum balneum. s. reginę, quod conferebat membris nutritiuis, & matrici: adhuc in vsu est: & visitatur pro illis membris cõ fortandis, sicut prius: non tamen credimus, ꝙ in pręsentiarum sit maioris efficacię, q̃ balneum de Villa, immo nec ęqualis efficaciæ, quia balneum de Villa est in magna reputatione: & de hoc nihil dicitur.

De balneo de Aquis Pisano.

Balneum de Aquis Pisanum distat à ciuitate Pisana per. xvj. milliaria, & eũdo versus Florentiam est ad partem dextram. Gentilis de hoc balneo scribit, ꝙ tenet de ferro, & de alumine subtili: vnde confert multum membris nutritiuis lapsis, & etiam supercalefactis, & hepati, & spleni: vnde confert hydropicis lapsis, & ictericis antiquatis. & mundificat renes: hæc Gentilis.

Vgolinus vero confirmat dicta Gẽtilis de mineris, & de effectibus, & addit, immo etiam confortat matrices, & confert illis, quæ habent menstrua alba: & non nocet iuncturis, nec neruis: addit etiam tria, primo cõplexionem huius balnei ad balneum de Auinione, & dicit, ꝙ habet naturam balnei de Auinione, sed aqua illa est fundata in substantia grossiori: & ꝓpterea calidior est, & velocioris operationis, ista vero tardioris operationis: attamen iudicio meo non est proportio inter ambas: quia vidi hanc mirabiliores effectus producere. Secundo addit cognitionem huius aquæ, quando debet nocere, dicens. Rustici huius villæ habent notitiã claram qñ debet nocere, quia dicunt, ꝙ si de mense Martij, vel Aprilis efficiatur turbida, vel citrina, signũ est ꝙ nocebit, sed huius causam alias inuestigabimus. Tertio addit vsum huius balnei, qui est potius de mense Iunij, q̃ ante: & locus melior est in medio illius, vbi multæ bullæ sunt reddentes aquã calidiorem: & dicit illam aquã nocere asthmaticis. Quarto addit aliquas experientias, quas vidit, prima fuit in Nicola dñi Veri de medicis, qui pessime disposi tus erat in membris nutritiuis, & maxime in stomacho, & bene curatus fuit. Secunda fuit in dño Malatesta dño Pisauriẽsi, qui patiebatur fluxum hepaticũ oppilatiuum: & bene curatus fuit, & sic de alijs. Nos verò de qualitatibus aquæ huius balnei dicimus, ꝙ est clara, limpida, et calida, omni malo odore carens: de mineris vero confirmamus quod dictum est per alios. s. qđ tenet de minera ferri, & aluminis: & forte etiã participat de minera gypsi, quia fundus balnei totus gypseus est. De effectibus vero balnei dicimus duo, primo dicimus, ꝙ non apparent ita mirabiles effectus sicut scribũt auctores, quia misimus ad hoc balneum patientem fluxum hepaticum oppilatiuum, & nilul contulit, nec etiam curat stomachicos debiles, imo nocet stomachis sanis, cuius signum, quia omnes intrantes balneum aut portãt cerotum ad stomachum, aut vnctionẽ faciũt ad stomachũ, ne lædantur ab aqua, huius rei causam existimo esse, quia balneantes dicunt se sentire in balneo bullas aliquas aq̃ frigidæ, & has existimo taliter debilitare aquam balnei, vt noceat stomacho, nec ẽt tantũ confortat hepar, sed bene infrigidat magis, dicimus secundo ꝙ effectus huius balnei, qui in præsentiarũ apparẽt, sunt ad succurrendum ijs effectibus, qui proueniũt ex inflammatione hepatis, et renũ: ideo cõfert scabiei, & omnibus vlceribus crurium, et morpheę, & albaras, & calculosis, & arenosis confert, & in summa remouet malã cõplexionem calidã hepatis, & renũ, & matricis ẽt, & cum noceat stomacho, forsan minera aluminis deficit, & non solũ bullæ aquæ frigidę perceptę in balneo sunt causa huius nocumenti.

De balneo de Morbo Volaterrano.

Balneum de Morbo in comitatu Volaterrano distat à Vulterris per. xvj. milliaria, in quo loco factũ est Castellum muris muratum, vt possint balneãtes ibi tute ꝑmanere. Vgolinus de Monte Catino inquit, ꝙ in hoc loco sunt plura balnea, q̃ iudicio suo sunt aluminosa à prædominio, & sulfurea, imo habent tantum de aluminis, quia balneũ illud paruũ, vnde exit aqua iplẽs alia balnea in parietibus maxime iuxta locũ exitus, ponit tm̃ de substantia aluminis, ꝙ de muris illis maxima quantitas posset capi, & videtur mihi, quòd sint tria balnea se tangentia. Illud, in quod primo cadit aqua est actualiter calidum, & confert doloribus iuncturarũ, similiter & neruorũ à cã frigida, exsiccat n humiditates totius corporis,

poris,& confert ad passiones matricis à causa frigida,& humida,& non inducit sitim,sicut multa alia balnea faciunt:& potest illa caliditas sustineri plusquam hora vna:& tempus vsus eius est in vere. Aliud balneum, vnde super caput potest recipi descensus aquæ,valet ad exsiccandū humiditates capitis catarrhales. Extra circuitū murorum est aliud balneum ferreum satis tēperatum,quod etiam tenet de alumine:& est de natura balnei de Villa,quod est in comitatu Lucano,& istud iudicio meo est illo efficacius:hæc ille. Hic dupliciter peccat, primo quia dicit hic esse tria balnea se tangētia, & nō narrat nisi duo .s.balneum duciç,& illud in quod primo cadit aqua duciæ. Secundo peccat,quia dicit φ sunt aluminosa à prædominio,immo φ habēt tantum de alumine:quoniam balneum,quod tacuit, qđ dicitur Casens coctus habet plus de sulfure, q̄ de **B** alumine,cuius signum, quia aqua eius ita calida est,vt vix tolerari posit. Pro clariori igitur intellectu huius balnei oportet duo præmittere,primo permutationem factam in ijs balneis, quoniam Florentini videntes diminutā quātitatem aquæ duciç,& cōsequenter debiles effectus eius, fecerūt cauari in loco duciæ i anno M.cccclxxx. vt inuenirent pullam eius,& augerēt aquam, ex qua cauatione adaucta est aqua duciæ, sed alia duo balnea exsiccata sunt penitus.s.balneum,qđ erat sub scala,quod conserebat doloribus iuncturarum,& neruorum,& balneū Casei cocti,qđ videntes fecerunt murum inter duciam, & aliā balnea:& redijt balneum Casei cocti,sed balneū scalæ nō redijt:sed loco eius factum est balneum ex aqua cadente ex ducia, quod confert doloribus iuncturarum,&neruorum similiter:& factū **C** est ex altero latere,duciæ.s. Secūdo oportet præmittere,φ cum aqua duciæ multiplicata esset,& faceret satis bonos effectus,tamen in hoc deficiebat,φ in tempore pluuiarum aqua fiebat turbida,quod iudicatum est prouenire ex aqua descēdente a monte ad muros Castelli.quare consultum est fieri pauimentum inter montem, & muros Castelli,quo facto rectificata est aqua. Ijs præmissis dicimus,φ primum balneū, quod est intra Castellū est ducia,quæ est aluminosa à prædominio,& parum sulfurea,propter quod valet magis in catarrhis calidis,q̄ frigidis,et habētibus capita debilia. Secundum balneum est illud, in quod descēdit aqua duciæ,quod est eiusdem minera cum ducia,& confert doloribus iuncturarum,& neruorum à causa parum frigida,vel calida. Tertium balneum est Caseus coctus:& hoc à prædominio tenet de sulfure,& à subdominio

A de alumine,cuius signum,quia aqua eius ita calida est,vt vix tolerari posit,hæc aqua confert doloribus iuncturarum,& neruorum à causa frigida valde:curat etiam fistulas,vt vidimus,propter quod quidam dicunt,φ tenet de marchasita. Ad intra Castellum est etiam quædā aqua scaturiens prope Portam, quæ vadit ad Castellum Nouum,quæ tenet de sale:ideo soluit ventrem, sed est fœtidi odoris,quod iudicatur esse propter transitum super rem fœtidam:& ideo paruipenditur. Extra Castellum est balneū de Plano ad iactum lapidis,cuius minera est ferrū,& alumen hoc confert mirabiliter omnibus membris nutritiuis,φquando complexionem illorum,& cōfortando illa,& similiter matricibus mirabiliter cōfert,ita vt steriles fœcundas faciat:& est æqualis virtutis cum balneo de Villa. Repertus est quidam balneolus per directum Fossati ad quartam partem milliaris,participans ære, & marchasita argenti:ideo potata soluit ventrem, & mirabiliter confortat membra nutritiua,& matricē ita, vt ea restaurare videatur.

De balneo Montis Catini.

Balneum Mōtis Catini ab Vgolino de mōte Catino iure patriæ valde magnificatur. Inquit ille. Tria sunt ibi balnea,primū antiquissimum,de quo nulla memoria habetur: apparet enim solum concauitas magna rotunda sine muris,cuius aqua salsa est mixta cum aqua dulci, & ibi oriuntur herbæ quasi in palude:& circūcirca oriuntur tamarisci:ad hoc balneum accedunt rustici pro doloribus iuncturarum,& pro sciatica, & non solum balneant se,sed emplastrant membra dolorosa cum luto,& herbis illis, & dicunt hoc plus conferre,q̄ balneum. Secundum balneum est solenne ordinatum,et diuisum in duas partes:in vna stāt viri,in altera mulieres:& tenet de eadem minera:& valet multum scabiosis, & ad dolores iuncturarum,& ad vndimiam. Tertium balneum dicitur Nouum suo tempore cōstitutum à dominis Florentinis, nō vt seruirent pro balneo,sed magis,vt abundātiam salis haberent:& quia maior erat expensa,q̄ redditus, destiterunt à ꝓposito:hęc autem aqua clara est, et salsa:& potata soluit ventrē,sicut aqua Porrectæ,& mūdificat stomachum,& qn̄q; prouocat vomitū & aperit oppilationes hepatis,& renum,& aliqn̄ frangit lapidē,& interficit vermes, & bibunt eā summo mane tribus diebus cōtinuis,nec desistūt à potu,donec deijciunt claram:& sine regula bibunt:& est magnus cōcursus virorum,& mulierum:& potant de mense Iulij,& tēpore messiū, hæc ille. Nos vero dicimus,φ sola aqua vltimi

Balnei est quæ potatur ad modũ aquę Porrectæ, quia salsa,& clara sine aliquo malo odore:& diuisa est hæc aqua in duas partes.s.in partem inferiorem,& superiorem: pars inferior dicitur Bagno del Tetutio,& ista aqua est magis salsa, ideo magis soluit vẽtrem,& magis calefacit, pars vero superior dicitur el Bagnolo,& ista nõ est ista salsa, & q̃uis mundificet stomachum,hepar, & renes, non tamen ita calefacit, sicut illa del Tetutio, & ideo respectu illius refrigerare dicitur. quare petentes istam aquam capiunt primo de illa del Tetutio, deinde vltimo capiũt de illa del Baguolo.

Regula vero in potando istam aquã est illa,quę data est à nobis in aqua Porrectæ.s.alternis diebus potare, & in altera die facere clystere de illa aqua,addito ad minus conuenieñter de sale: & in die potationis post finitam potationem ad quatuor horas,capere refectionem ex ferculo tãtum sine carnibus, vel aliquid leue,& in sero.s. in cœna restaurare virtutem:in die vero non potatiõis ratiõabiliter comedere mane,& sero.caueat maxime à somno diurno,& ab aqua cruda non lymphãdo vinum cũ ea, sed cũ aqua cocta passulata.

De balneo Sancti Michaelis de Formicis.

BAlneum sancti Michaelis de Formicis, vel de Lacõibus ẽ in comitatu Vulturę in medio inter Castellum de pomis rancijs, & Balneum de morbo:& est inter duos montes altissimos, quorum vnus est versus balneũ de morbo, in cuius summitate est ecclesia sancti Michaelis, in cuius festo multitudo formicarum volat in dictam ecclesiam. Alter mons est versus pomum arancium,qui mons dicitur Sertole, & ex vno latere istius montis sunt multę domus,sed non versus Balneum. Inter hos duos mõtes magnos est quidam collis, in fine cuius est hoc balneum quadratum per sex passus,& est munitum,& ex omni parte cum gradibus descendẽtibus in balneũ: i cuius medio de sub terra exit aqua calida, & clara constituens Balneum:et ab omni latere balnei descẽdit riuulus aquæ:& balneum coopertũ est, & domuncula ibi prope est ad vsum Balnei antiqua. Minera huius balnei est sulfur, & alumen, sic retulit vir doctus,et exptus frater Marcus Carmelitanus,sed ex effectibus hæc monstratur,quoniam dixit.ꝙ mirabiliter confert ad passiones iũcturarum,& neruorum.s.morãdo in balneo, immo plus dixit ꝙ ad genua ingrossata remedium est, nam dixit vidisse plurimos sanatos esse.quare iudicamus, quòd à prædominio sulfureum sit. & à subdñio aluminosum, & propterea volui facere mentionẽ de ipso post Balneũ de morbo.

E *De balneo Florentino.s.de Aqua Borra.*

BAlneum Aquæ Borræ oritur in comitatu Florentino versus partem superioris Arni prope Castrum dictum mõte Varco ad tria milliaria versus Arnum,& mons Varcus distat à Florentia per.xxiiij.milliaria.hæc aqua colligitur in loco murato ad modum putei, & de hac aqua à nullo auctore in scriptis mentio facta est,cum tñ de ea viderimus magnos effectus,ideo rationabiliter de ea memoria facienda est. De qualitate eius primo dicamus.hæc aqua oritur clara,& frigida,& salsa,de sub terra veniẽs omni malo odore priuata. De mineris vero dicimus, ꝙ tenet de sale,ferro,& alumine,& de hoc facta est verificatio per alembicationem.verificatur etiam ex effectibus,ꝙ teneat de sale. patet, quia potata soluit F ventrem,sicut aqua Porrectæ,non tamen ita potenter,ꝙ teneat de ferro, patet, quia mirabiliter refrigerat hepar,& renes. ꝙ vero teneat de alumine etiam patet,quia stomachum permutat ad calidum confortando ipsum. De effectibus vero eius dicimus,ꝙ hæc aqua potata mundificat stomachum,hepar,& renes,& matricem, & aperit oppilationes illorum membrorum, & permutat malam complexionẽ illorum membrorũ, & calidam,& frigidam,q̃uis magis conferat malæ complexioni calidæ illorum membrorum, & inter omnes aquas potabiles videtur leuior, quia effectus suos facit sine alteratione sensibili corpis: & videtur hæc aqua similis aquæ Calderianæ Veronẽsi,de qua scriptum est supra,quia tenet similiter de ijs tribus mineris,sicut illa. Et si diceres, si tenet de illis tribus mineris,sicut aqua Calderia G na,quare ergo non curat fluxus hepaticos, & stomachi, sicut illa? Respondetur,quòd est similis illi in participatione illarum trium minerarum, quòd autem non curet fluxus hepaticos, & stomachi, sicut illa: hoc potest esse, quia hæc habet mineram ferri minus potentem, quàm illa, vel habet illas aliter proportionatas adinuicem, quàm illa, & forte in dies habebit ita potentes, vel ita proportionatas, cum mineræ in quibusdam minuantur, & in quibusdam crescant, & à fructibus eorum cognoscemus illa. Vsus vero huius aquæ est de mense Iunij, quia magis conuenit in tempore magis calido, quàm frigido,& etiam à medio Augusti per totum Septembrem. Regimen vero in potu seruandum debet esse, sicut regimen aquæ Porrectæ, quia aqua Porrectę cum sit fortissima inter aquas potabiles,dat regimen omnibus alijs aquis potabilibus.

De

De balneis Senensibus, & primo de balneo Petrioli.

DE balneis Senensibus tractatus referemus primo quæ à Gentili dicuntur, deinde ab Vgolino: postea ventilabimus dicta eorũ. Forte dices, quare prætermittis Sauonarolã? dicimus q; prætermittimus, quia nihil de ijs dicit, nisi qđ alij referunt, & etiam, quia ita cõfuse loquitur de ijs, vt nihil boni extrahi possit. Dicemus ergo primo de balneo Petrioli, quia apud antiquos hoc famosius erat. Balneum Petrioli à ciuitate Senensi distat per .xv. milliaria versus meridiem. De hoc balneo dixit Gentilis in suo primo tractatu. Balnea Petrioli de comitatu Senarũ habent multum de sulfure in substantia grossa, & sunt fortia in exsiccando, & calefaciendo. Et in secundo tractatu dicit. Sulfurea balnea sunt balnea Petrioli in comitatu Senarum, habent etiam de aluminoso multum, valent scabiosis, guttosis: & catarrhosis, & defectuosis in neruis, & habentibus caput frigidum, & humidũ: hæc ille. Vgolinus vero videtur concordare cum primo tractatu Gentilis, dicens: Balnea Petrioli, quæ sunt multum sulfurea, & cum substantia multũ grossa, multum calefaciunt, & exsiccant, & subtiliãt humores, & resoluunt eos in habentibus dolorẽ iuncturarum, & in passionibus neruorum frigidis: valet etiam sciaticis, & habentibus caput multum frigidum: & calefacit per tres annos caput, & exsiccat: hæc ille. Nos vero dicimus de qualitatibus huius aquæ, q; est clara, calida, & odorẽ sulfuris plurimum reddens. De minera vero dicimus primo q; tenet de sulfure, & alumine, vt dicit Gentilis in secũdo tractatu: & in primo tractatu dicit idẽ implicite, quia dicit, q; habet multum de sulfureo in substantia grossa: sed cum omnis substantia sulfuris sit subtilis, vt dicit Serapio: ideo cum dicat in substãtia grossa, ideo dat intelligere, q; habet societatem cum aliquo, quod facit substantiam grossam: & illud est alumen, quia non potest esse rõnabiliter aliud. De effectibus vero dicimus primo q; perdidit multũ hoc balneum in effectibus quos solebat facere pp admixtionẽ alicuius aquæ frigidæ, cuius signũ, quia pauci Senenses petũt illud balneũ, & cã defectus huius balnei est cõmixtio aquarũ dulciũ cum eo, vt dictum est. Dicimus secundo q; nõ obstãte hoc, cõfert ẽt aliqualiter in passionibus dictis exsiccãdo humiditates, & calefaciẽdo, & cõfortãdo mẽbra: confert ẽt aliqualiter neruis, & iuncturis resoluendo humiditates earum, & cõfortãdo illas.

De balneo Caldanellæ.

BAlneum Caldanellæ prope Petriolum ad milliare describitur à Gentili, & Vgolino.

A ideo prius recitabimus dicta illorum, deinde ventilabimus ea. Gẽtilis idem præcise dicit de hoc balneo in primo, & in secundo tractatu: nam dicit. Balneum vocatum Caldanellæ, quod est prope Petriolum ad milliare, habet de virtute ferrea cum substantia subtili: ideo confert laxitati nutritiuę exsiccãdo, & aggregando, & non manifeste calefaciendo, vel infrigidando: hæc ille. Vgolinus vero dicit. Balneũ vero huic propinquũ est balneum, quod vocant Caldanellæ, & dicunt q; virtus sit ferrea, & aluminosa cum multa substantia subtili, & valet mẽbris nutritiuis relaxatis humiditates exsiccãdo, & laxitatẽ remouendo, qđ vnit membra, & aggregat: & est temperatum, q; non manifeste infrigidat, nec sensibiliter calefacit. Nos vero dicimus de qualitatibus aquę, q; est clara, & calida, omni malo odore carens. De

B mineris vero cõfirmamus quod Vgolinus dicit, s. q; ista aqua tenet de minera ferri, & aluminis, et hoc idem implicite dicit Gentilis, cum dicit, q; non manifeste calefacit, nec infrigidat, quoniam si solum teneret de ferro manifeste infrigidaret, cum ferrum sit frigidum ad minus vsq; ad secundum gradum: quare per illud dictum dat intelligere, q; habet societatem alterius minerę calidæ, quæ temperat ferrum, sicut est alumen. Sed tũc oritur dubium, quia si hæc aqua Caldanellæ participaret alumine, tunc hæc aqua non esset cum substantia subtili, cuius cõtrarium dicit Gentilis & Vgolinus, quia alumen facit substantiã grossã ipsius aquæ. respondeo. Dicitur q; illud dictum cum substantia subtili est, verũ solũ comparatiue loquendo, quasi dicat est cum substantia subtili respectu aquæ Petrioli: quia cum illa teneat multum de alumine, est multum grossa: hæc vero cũ

C parũ teneat de alumine est parũ grossa, & iõ dicitur subtilis substãtię respectiue. De effectib. vero balnei cõfirmo primo dicta ab eis, scđo ex hoc qđ dicũt, q; istud balneũ magis valet in exsiccãdo humiditates mẽbrorũ nutritiuorũ, q̃ in calefaciẽdo, vel infrigidãdo, elicio, q; istud balneũ est valde debile in actiuis, ita vt nõ possit pmutare malã cõplexionem calidam hepatis, nec frigidã stomachi. Ex quo infero, q; nõ est petendũ hoc balneũ nisi pp malã qualitatẽ de nouo acquisitã, vel ex ducia, vel ex alia causa: & nõ propter malas dispositiones antiquas membrorum naturalium.

De balneo Macereti.

BAlneum Macereti pp Petriolũ ad .v. milliaria, vt scribitur à Gentili in primo tractatu, habet de sulfureo non tñ multum, & acuto, et in scđo tractã. dicit: hẽt minus de sulfureo acuto, hẽt tñ eãdẽ virtutẽ cũ Petriolo. Vgolinus dicit,

Balneum prope Petriolum, quod dicitur Maceret habet de sulfure, non tamen multum acuto, & curat scabiosos. Nos vero dicimus, ꝙ hęc aqua in qualitatibus est longe clarior aqua Petrioli: de mineris vero cum habeat eandem virtutem cum Petriolo tenet de sulfure, & alumine, & minus de sulfure, quia non ita acuto. De effectibus vero, cum sit eiusdẽ virtutis cum Petriolo cõfert scabiosis, & in doloribus iuncturarum, & in passiõibus frigidis, & humidis membrorũ, vt balneum Petrioli, sed non est ęque potẽs: & propterea hoc balneo, vt plurimum vtuntur scabiosi, & non duciando caput.

De balneo Rapolani.

BAlneũ Rapolani, quod est iuxta Senas ad x. milliaria, vel circa, vt scribit Gentilis in suo primo tractatu habet de sulfure multũ intenso, & multum exsiccat materias cutaneas, & valet ad scabiẽ grossam: & dicit. Ego plures scabiosos purgatos vniuersaliter misi ad hoc balneum, & statim curati sunt: & in secundo tractatu nihil dicit de hoc balneo. Vgolinus vero dicit. Aliud est balneum, quod dicitur Rapolani, et dicunt, ꝙ est iuxta Senas: & habet istud de sulfure multum intenso, propter quod mirabiliter exsiccat materias cutaneas, & habentes grossam scabiẽ statim curat. Nos vero confirmamus omnia de mineris, & effectibus: & notauimus hoc verbum, qđ dicunt, ꝙ habet de sulfure multum intenso, ideo valet ad scabies grossas, & ꝓpterea nos addimus ꝙ valet ad eas ægritudines, ad quas aquæ sulfureę valent. Et Auicẽ. secunda sen primi ca. Quidam ornate loquentium, dicit, ꝙ sulfureæ aquæ neruos mundificant, & dolores distensionis, & spasmi sedant, & corporis superficiem mundificant à bothor, et vlcerib. malis antiquis, et signis violaceis, & à panno, et morphea, et albaras, & resoluunt superfluitates ad iuncturas, ad splenẽ, & hepar descẽdẽtes: & multũ duricici cõferunt, sed stomachum laxant, et desiderium deijciunt, hæc Auic. Quare ad omnia ista, aqua huius balnei est apta conferre.

De balneo Sancti Philippi.

BAlneum Sancti Philippi in comitatu Senẽsi distat a ciuitate per. xxviij. milliaria. De hoc balneo Gentilis vario modo scribit, quoniã in primo tractatu dicit. Balneum Sancti Philippi de comitatu Senarum prope Radicosanum est in virtute balnei Petrioli, sed ẽ subtilioris substantiæ, ideo valde confert frigiditati neruorum capitis, podagricis, et sciaticis de materia frigida præcedente conueniẽti regimine cum bona euacuatione: et post seruato debito regimine. In secundo vero tractatu dicit. Nitrosa vero balnea sunt nominata balnea sancti Philippi de comitatu Senarum prope Radicosanum: et sunt talis effectus, quoniam subtiliãt, et resoluunt humores grossos, et proprie in membris neruosis, et iũcturis, et laxitatem membrorum tollunt: et propter hoc conferunt frigiditati capitis, et neruorum, et podagricis, et sciaticis de materia frigida, et præcedente bona euacuatione, et regimine cõueniẽti ante, et post: valent etiam ad resoluendum apostemata dura antiqua cum scabiositate. Ad illa balnea itur de mense Septembris, et Octobris vsq; ad medium Nouembris, nec debent esse tũc magnæ pluuiæ, aut venti, quia indisponunt corpora cuncta incrudãdo materias grossas frigidas, et cum hoc, pluuiæ remittunt virtutẽ balnei: hæc ille. Vgolinus vero dicit. Balneum sancti Philippi iuxta Radicosanum inuenio de virtute, et minera, quam Gentilis in vno suo tractatu dixit, ꝙ est de natura balnei Petrioli licet sit substantiæ subtilioris, et ad illa omnia confert, quibus confert Petriolus cum bono regimine semper, et in futurum similiter. Postmodum vero, quia Gentilis fortasse clariorem experientiam habuit, dicit, ꝙ iudicio suo, et aliorum etiam medicorum qui de hoc experientiam fecerunt, ꝙ minera eius sit nitrosa: et ideo multum subtiliat, et resoluit: et in sũma effectus eius sunt quales sũt effectus balnei Petrioli: vnum tamen notaui pluries, ꝙ plus valet passionibus capitalibus frigidis, et humidis et catarrhis, q̃ valeat balneum Petrioli: et dicunt, ꝙ aqua, quę cadit super capita ipsorum non est tãtę grauedinis, quãta grauedo sentitur in balneo Petrioli: et dicũt alij, ꝙ in aqua Petrioli sit alia aqua permixta: et propterea de illo balneo non videntur effectus, quales in pręteritis videbantur, propter quod hoc balneum est hodie plus famosum. In illo etiam secundo tractatu cum loquitur de balneo Petrioli, quod prius dixit sulfureũ, etiam dicit quòd per experiẽtiam claram plus tenet de alumine, q̃ de sulfure: et dicit de hoc non ẽ multum curandum, licet alij medici sint contrarium opinati: propter quod fortasse ambos istos tractatus composuit: sed parcat mihi reuerentia sua: debebat enim istas aquas, et experientias habuisse magis: et melius ampliare, et dicunt tẽpus esse de mense Septembris, et Octobris, cuius oppositum superius declaraui. Nos vero dicimus de qualitatibus istius aquæ, ꝙ est clara, et calida, omni malo odore carens. De mineris vero dicimus tria, primo ꝙ ista aqua à prędominio nitrosa est: et propterea dicitur hoc balneum nitrosum à Gẽtili in secundo tractatu: secundu dicimus

mus

mus, quod ista aqua a sub dominio tenet de sulfure, & propterea dicta est esse eiusdem virtutis, & mineræ cum Petriolo, vt in primo tractatu dixit Gentilis, tum quia sulfur est minera principalis Petrioli: tum quia addit: & est in substantia subtilior, quare necesse fuit dare ei societatē cum alio, quam cū alumine, quia non fuisset in substantia subtiliori: & ideo implicite innuit nitrum, quod facit substantiam subtiliorem: tertio dicimus, quod cum ista aqua sit minoris caliditatis, quam aqua Petrioli, necessario habet aliquid aliud secum admixtū, quod remittit eius caliditatem respectu Petrioli, cum sulfur, & nitrum non sint minus calida, quam sulfur, & alumen, quia nitrum est calidum vsque ad tertium sicut alumen, hoc autem, quod temperat istam aquam est gypsum, quia hæc aqua transit continue per gypsum, immo si alembicatur semper subsidet pars gypsi: quare tenet etiam de gypso. De effectibus vero dicimus duo in generali: primo quod confert in dispositionibus frigidis, & humidis, sicut aqua Petrioli: secundo dicimus, quod propter contēperantiam, quam habet à gypso, quod cōfert etiam in catarrhis calidis, sicut & frigidis: & propterea illud balneum extensiue, & intensiue efficacius est, quam balneum Petrioli, extensiue quidē, quia cōfert in catarrhis calidis, & frigidis, & illud solum confert in frigidis, intensiue vero, quia cum aqua Sancti Philippi nō habeat mixtionem cum aqua frigida, sicut illa Petrioli, ideo intēsiue efficacior est. Addo vnum de isto balneo, quod visum est à quatuor annis citra, nūc sumus in M.cccccxiiij. Dicunt petentes duciam illam, quod quando sunt sub ducia firmatur aliquando aqua per mediam horam, deinde redit: & hoc accidit pluries in die, quod arguit oppilationem fieri in cōductu aquæ anteque exeat extra, et hoc multū nocet istis, qui duciātur: et in dies portēdit peius, nisi subueniatur.

De balneo Auinione.

Balneum Auinione distat à ciuitate Senensi .xx. milliaribus. De hoc balneo inquit Gentilis in primo tractatu. Balneum Auinione in comitatu Senarū est in virtute balnei aquarum de Pisis, sed est substantiæ grossioris, & ideo tarde imprimit, & in secūdo tractatu idem dicit. Vgolinus idem dicit, & addit vnum. s. Et balneum de Pisis est isto efficacius, vt per multas experientias vidi. Nos vero dicimus de qualitatibus aquę, quod aqua huius balnei est clara, limpida, & calida, omni malo odore carens. De mineris vero dicimus tria, prīo dicimus, quod minerę principales huius aquæ sunt ferrum & alumen, & propterea dixit Gētilis, est in virtute balnei aquarū, quia ferrum, & alumen sunt mineræ principales

A illius balnei: dicimus secundo quod hęc aqua participat etiā de sulfure, ratio huius est, quia ista aqua in balneo proprio est tātę caliditatis, vt tollerari non possit, hoc autem non potest esse, nisi ratiōe sulfuris, quare participat de sulfure, dicimus tertio quod cum ista aqua ponatur grossioris substātiæ, quam aqua balnei aquarum de Pisis, necesse est, vt alumen obtineat supra ferrum, quia alumen facit aquæ substantiam grossam, in balneo vero aquarum econtra est, quia ferrum obtinet supra alumē, & ratio quare alumen reddit substantiam aquæ grossiorem est, quia magis miscetur cum aqua quam ferrum. De effectibus vero dicimus duo, primo quod in dyscrasijs calidis membrorū naturaliū, & matricis balneum aquarum de Pisis efficacius est isto: secundo dicimus quod in dyscrasijs frigidis membrorum naturalium, & matricis hoc efficacius est, quam balneū Pisarum, patet quia hoc non debilitat stomachum, sicut illud de Pisis, & hoc nō refrigerat hepar, sicut illud de Pisis. Ex ijs patet, quod Sauonarola deceptus est in declarādo, quōd

B hoc balneum est simile in virtute illa balneo de Pisis, quia dicit quod est simile balneo reginæ, cum loquatur Gentilis de balneo aquarum Pisarum: sed peius est, quia dicit, mineræ eius sunt ferrum, alumen, & æs quod non cōuenit balneo reginæ, nec balneo aquarum, & in effectibus dicit, catarrho calido prodest: & hoc fecit errare amicū nostrum, qui misit vnum nobilem ad hoc balneum Auiniōis, & duciaret caput, quod amplius nō est factum, & plurimum nocuit.

De balneo Aquæ Borlæ.

Consequenter de aqua Borla dicemus, quę nascitur prope Petriolum in quodam mō

C ticulo. De qualitatibus eius dicimus, quod est aqua clara, calida, & salsa, omni malo odore carens. De mineris vero dicimus, quod tenet de nitro, siue sale, quod demōstrat sapor eius, & effectus, quia facile soluit ventrem. De effectibus vero dicimus, quod hæc aqua potata soluit ventrē, sicut aqua Porrectæ, & cōfert mēbris nutritiuis, & matrici ī mūdificando, & oppilationes remouēdo, sicut aqua Mōtis Catini facit, quam solo sale pticipat, & confert ēt renibus aperiēdo vias, & mūdificādo ipsos & doloribus colicis cōfert, & iliacis resoluēdo vētositates, & breuiter confert ad oīa, ad quę cōfert aqua Montis Catini. Amplius sedendo in dicta aqua confert doloribus iuncturarum, & doloribus sciæ, & huiusmodi.

De balneis Sancti Cassiani, in comitatu Senarum, siue de balneis Vrbis veteris.

Vrbs vetus non minus dotata est balneis, quam alia ciuitas Italię, & mecum considerans, quare

quare Vrbs vetus dicitur, non possum aliud existimare, nisi, quia antiquissima est, & ideo antiq; qui eam ędificarunt, sapientissimi fuere in eligendo locum, vbi & bonitas aeris esset, & multa remedia essent contra ægritudines accidentes. ab hac ciuitate distat Castrum vnum nomine Sãcti Cassiani per.vj.milliaria, apud quod ꝑ medium milliare sunt nouem balnea ita per ordinem constituta, vt à primo ad vltimum non sit maior distantia, quàm medij milliaris: de quibus primo dicemus quid ab alijs dicitur, deinde ventilabimus dicta eorum. Gentilis in vtroq; tractatu dicit idem.s.balnea Sancti Cassiani de comitatu Senarum sunt diuersa, quædam sunt multum sulfurea multum iuuatiua ad dolores frigidos iũcturarum, & quędam sunt temperata magis, quibus vtimur in passionibus hepatis, & splenis: & ista balnea sunt ibi nota, hæc Gentilis. Vgolinus dicit præcise idem. Sauonarola vero magis ample dicit de istis. Nam dicit, Hæc ciuitas habet Castrum vnum nomine sancti Cassiani, apud qđ ad distantiam medij milliaris existũt balnea, quorum omnium minera, vt describitur est aluminosa à prædominio ferro participans, & sunt numero.ix. Primum balneum de Terra nominatũ est, quod valet in passionibus frigidis matricis, & in passionibus renum, vnde stantes in eo mingere facit, & sic renes à lapide, & ab arenulis mũdificat, & similiter vesicam. Sed mirãdum est quomodo prouocat, cum sit styptica. Forte dicitur, quia constringit vias ventris sua stypticitate, ideo materiæ calefactæ ad intra venas virtutem stimulantes, & quęrentes exitum, cum non possint exire per ventrem, virtus conatur expellere eas per vias vrinæ. Secundum balneum dicitur Caldaia, quod primo calidius est multum, immo valde calidum, ita vt in eo homines longam morã sustinere non possint, quare existimandum minus de ferro participare: habet proprietatem specialẽ in mundificando cutim, & specialiter à scabie valde humida, quoniam est vehemẽter exsiccatiuũ, & valet in omnibus ægritudinibus frigidis, & humidis. Tertiũ balneum dicitur S.Mariæ, & hoc valde calidum, & siccum est: hoc confert paralyticis, tremulis, stupidis, spasmatis spasmo repletionis, catarrhosis, & humidis, & hydropisi ex causa frigida, & podagrę, & arteticæ ex causa frigida.

Quartum balneum dicitur balneum de Caldagna: est quidem calidum valde, & siccum: quare multo participat alumine: & multo plusq̃ ferro: ducias habet in balneum cadentes, quas homines diu sufferre non possunt: confert catarrho frigido, & humido: & podagricis præstat iuuamen

D tum. Quintum balneum dicitur dela Figoncella, aut della Figatella: hoc balneum est in caliditate temperatum, & sic alumine, & ferro participans: confert stomacho calefacto, & non calefacto, sic appetitum acuendo, hepati, & spleni mirabiliter subuenit: propter quod fortasse ab hepate nomẽ accepit: & matricis humiditatem tollit: & exit aqua hæc de duobus muris, ita vt vna calida sit, & reliqua frigida. Sextum balneum dicitur Grottæ, cuius proprietas est ad remouendum scabiem malam vlcerosam, & lepram. Septimum balneum dicitur sancti Georgij: & est calidum, & siccum: sed amplius siccũ, cui vnica laus excellens datur.s.q; vulnera, & vlcera antiqua cõsolidet. Octauum balneum dicitur Porus calidum, subtiliatiuum, & sudoris prouocatiuum.

Nonum balneum dicitur de Luto, cuius pro-
E prietates sunt ad vlcera sordida difficilis consolidationis sananda: & ad crurium grossitiem tollẽdam: & ad neruos cõtractos, in quibus stare oportet vltra mensem cum dimidio: & omnium balneorum aqua clarissima est, & bibitur: & ex eadẽ clysteria fiunt: & ad hæc pergunt homines de mẽse Martij vsq; ad medium Septembris, temporib. moderatis existentibus: hæc ille. Nos vero dicimus duo: primo quid sentiendum sit de istis balneis secundum istos: secundo quid videatur nobis. Quantum ad primum dicimus q; Gentilis & Vgolinus loquentes sub breuitate distinguũt hæc balnea in duas partes, quia quædam balnea sunt sulfurea, quæ valent ad dolores iuncturarũ: & quædam sunt temperata: & per hæc dat intelligere, q; hæc temperate participãt alumine, & ferro, quæ valent ad membra nutritiua. Et si dice-
F res, q; non valent solum ad hæc duo, quia valẽt & ad catarrhos, & ad vlcera maligna. Dicitur q; si valent doloribus iuncturarum, valẽt etiam ad causas dolorum illorum, sed catarrhus est causa illorum dolorum, vt plurimum: & etiam vlcerũ: ideo valent etiam ad catarrhos. Ex ijs patet q; Sauonarola deficit in mineris, quia non solum alumen, & ferrum est minera istorum: sed etiam sulfur. Quantum vero ad secundum quid videatur nobis dicitur, q; vt habeatur notitia distincta de mineris cuiuslibet balnei, & de effectibus, necessarium est distĩguere ista balnea in quatuor partes, & forte in quinq;: quia aliqua sunt balnea pro corporatura.s.quæ confortãt membra nutritiua, quorum minera est alumen, & ferrum, sicut primũ balneum de Terra, & quintum, quod dicitur Figõcella: & in ijs duobus hæc reperitur differentia, quia in primo dominatur alumen super ferrum: ideo magis cõfert in passionibus frigidis:

&

& in quinto dominatur ferrũ super alumen, quæ magis confert in passionibus calidis. Aliqua vero balnea sunt pro doloribus iuncturarum, sicut secũdum balneum, quod dicitur Caldaia, et tertium balneum, quod dicitur sanctæ Mariæ, qđ efficacius est, quorum minera maxime sulfur est quia vel solum sulfur, vel à prædominio. Aliqua vero balnea sunt pro ducia, sicut quartũ balneum, quod dicitur Caldagno, cuius minera nõ solum est alumen, & ferrum, sed etiam sulfur: oportet.n. in ducia ꝙ sit aliqua minera, quæ sit subtiliatiua, qualiter nõ est neq; ferrum, neq; alumẽ ideo sulfur additur. Aliqua vero balnea sunt pro scabie, & pro vlceribus, & pro vulneribus cõsolidandis, & pro vlceribus sordidis, & pro deficcandis cruribus grossis, & huiusmodi, sicut sunt sextum balneum de Grotta, & septimum balneũ sancti Georgij, & nonum balneum de Luto, quorum minera principalis est sulfur siue solum, siue ipso multum prædominante alumini, et ferro, et vltimum potentius est. Restat octauum balneum, quod dicitur Poius, quod est subtiliatiuũ, & prouocatiuum sudoris, et istud ex vna parte videtur conuenire cum balneo corporaturæ, quia confert membris nutritiuis, ex alia parte videtur differre ab eo, quoniam est subtiliatiuum, qualiter non est minera illius balnei corporaturæ.

Dicamus ergo ꝙ minera huius balnei principalis est subtiliatiua, vt nitrũ, quę minera additur super alumen, & ferrum: siue ergo ponas cũ balneo corporaturæ, siue seorsum non refert, dummodo addas illam mineram subtiliatiuam, & id diximus, ꝙ ista balnea sunt distinguenda in quatuor partes, vel forte in quinq;. Sed nota vnũ, ꝙ rustici istius loci petunt illud balneum pro curandis febribus, quod est contra rationem, cum contingit eos quandoq; curari, & hoc est quãdo corpora non sunt multum repleta. Et ex ijs maxime quatuor sunt in vsu.s. balneum de Figũcella pro corporatura, & balneum Caldagna ꝓ ducia capitis, & balneum de Luto pro vlceribus, & vulneribus, & balneum sanctæ Mariæ pro doloribus iuncturarum.

De balneis Viterbiensibus in vniuersali.

De balneis Viterbiensibus dicẽdum est, de quibus diuersi diuersa scribunt, & secundum mineras, & secundum effectus, tamen primo referemus sub breuitate dicta eorum, deinde ventilabimus illa. Et quamuis dicta balnea sint decem, tamen Gentilis tangit solum vnum punctum circa illa, & in speciali tangit aliud pũctum circa primum Balneum, quod dicitur de Grotta.

In primo, & secundo tractatu dicit. Balnea A Viterbiensia sunt sulfurea multum: & hoc est illud, quod in vniuersali dicit. Et balneũ, quod est ibi de Grotta singulariter mundificat renes, hoc est, aliud punctum, quod in speciali dicit, & addit aliquod dictum aliorum dicens: Quidã tamen dicũt, ꝙ ista balnea de Viterbio, quæ sunt prope Bullicanum sunt ænea, ferrea, & salsa, quę conferunt doloribus iuncturarum, & podagræ, & fracturæ ossium, & laxitati membrorum à frigiditate, et humiditate, & asthmati, & renibus, & conferunt vlceribus malis, & multum etiã iuuant stomachum, & splenem, quia sunt ferrea, & valde valent ad confortandum omnia membra naturalia, vt hepar, & renes, & intestina, & habẽtes debiles pulmones, & ad ista Balnea potest iri in quocunq; tempore anni præsupposita regula, vt supra. Et hoc dictum non potest verificari de B balneis prope Bullicanum: quia quartũ balneum est Bullicanum, cuius minera secundum omnes est alumen, & tertium balneũ, quod dicitur Cruciatorum est sulfureum secundũ omnes, et quintum Balneum, quod dicitur de Busetis etiam est sulfureum secundum omnes: quare hoc dictũ verificatur magis de primo balneo Grottæ, qđ est æneum, ferreum, et nitrosum, tamẽ in effectibus deficit, qui in narrando effectus illius Balnei relinquit primum effectum.s. conferre catarrhatis, quare nunc specialiter de omnibus tractabimus.

De primo Balneo Viterbiensi.s. de Grotta.

Balneum de Grotta per milliare distans est à ciuitate. In qualitatibus suis ista aqua secundum Vgolinum est multum clara, et delectabilis in sapore, et potabilis est, quã bibunt hoc balneum visitantes. & sunt quidam, qui bibunt C de ista aqua vsq; ad barile sine nocumento. De mineris huius aquę, dicunt mineram esse ęneam per quam fortificat visum, & valet habẽtibus catarrhatas, & ad alias humiditates ad oculos currẽtes, & propter suam luciditatem magnam habet conformitatem cum spiritu visibili: & propterea confortat illum, fortificat appetitum, & malam dyscrasiam stomachi frigidam remouet: & procurat digestionem, & conualescentibus, & prægnantibus, sed non intrent balneum prægnãtes, nec bibant istam aquam, nisi in primis mẽsibus. confert & hæc aqua ad oppilationes renum, mũdificat eas ab arenulis, & ab humoribus viscosis, & lapidem frangit in renibus, & vesica, & ad hũc effectum magis operaretur, si ante introitum balnei caperet Iustini, vel lytontripõ. drach. ij. curat dolores colicos, siue iliacos, siue à ventositate sint, siue ab humoribus grossis, & viscosis, cõfert neruis, & membris neruosis confractis, & curat paralysim,

paralysim,& spasmum de repletiōe factum, hæc Vgolinus. Sauonarola in qualitatibus aquę dicit,ꝙ color ad auri colorem tēdit, propter quod opinantur vim auri tenere. In mineris vero dicit,ꝙ in sapore percipitur gustus ęris,propter qđ minera eius non expoliatur ab eo: et hęc aqua cū bibitur solutiua est.quare à sale,vel oitro non ab soluitur:ponitur etiā à prædominio ferrea, cum habeat contemperare ambas mineras calidas.s.ęs & nitrū:& est hæc aqua exsiccatiua,calefactiua,sitim faciens,& resolutiua.s.superfluitatū consumptiua:& est tamen subtiliatiua,quia cum ponitur in vasis bñ obturatis euanescit. In effectibus vero addit super illos quinque effectus duos,primo ad mēbra pectoris,quia valet asthmaticis, & pulmonem habentibus debilem subuenit: secundo ad vlcera,& apostemata confert: & alios p̄dictos effectus facit:hæc Sauonarola. Nos vero dicimus ꝙ in qualitatibus non multum differunt, quia vterq; dicit,ꝙ est multum clara. ꝙ autē vergat ad auri colorem possibile est:sed hoc relinquo iudicandum ab ijs,qui vident eam, dicimus secundo de mineris,ꝙ hęc aqua participat tribus mineris, vt dixit Sauonarola.s.ære,nitro,& ferro, sicut ꝓbabimus ex effectibus:nec Vgolinus diceret contrarium. Quod autem dixit dicunt minerā eius esse æneam,hoc dictum est quātum ad principalem eius effectum qui est circa oculos, quoniā vt inquit Auic.secunda fen primi cap. Quidam ornate loquentium. Aereæ aquæ conferunt ori, vuulę,oculo laxo,& humiditatibus auris:et in capitu.de ære dicit Auic. Membra oculorum.æs acuit visum. De nitro patet nō solum quia soluit ventrem,sed quia Auic.vbi supra dicit, Nitrosæ vero aquæ capitibus,& pectori auxiliū præbent,quæ materias recipere solent,sed quia oitrū est malum stomacho,& corrumpit ipsum, vt dicit Auic.cap.de nitro.ideo necesse fuit addere ferrum,quia videmus aquam istam confortare stomachum:& de ferro dicit Auicē. Ferrum stomachum iuuat,& splenem:dicimus tertio de effectibus, ꝙ Sauonarola magis amplectitur effectus,q̄ Vgolinus:& cū illo tenemus,quia illi omnes sequuntur ex mineris.

De secundo Balneo Viterbii, quod dicitur Balneum Vallis.

BAlneum Vallis est secūdum Balneum, qđ est prope primum. Aqua istius est valde calida:& propterea magis est in vsu mulieribus, q̄ viris,quoniam viri paruin tolerare possunt eā: ideo dicitur balneum dominarum. De minera eius dicit Vgolinus,ꝙ est sulfurea: & propterea aqua est valde calida,& magis calida ē in hyeme,q̄ in ęstate. De effectibus dicit, valet ad matrices frigidas,& humidas, quia abstergit ab illis humiditates,& mēstrua prouocat:ideo multum valet ad concipiendum:valet etiam in omnibus doloribus à causa frigida siue membrorum naturalium,siue matricis,siue intestinorum: valet & in doloribus articulorum,& sciaticis,& neruis, & ad omnes morbos neruorum. Sauonarola inquit. Balneum Vallis,quod alio nomine dominarum dicitur, quoniam cum calidissimum sit male toleratur à viris,& à mulieribus melius: & cum sit calidior in hyeme,q̄ in ęstate: arbitratur causam huius caliditatis intensioris esse per antiperistasim, quia aqua, quæ colligitur in certo botino à frigiditate hyemis fortificatur in calore per antiperistasim. De mineris vero discordat à præcedente : nam dicit. Cū balnea Bulicani ab omnibus scribantur ferro, alumine, & ære participare,hinc est cum sit vehementer calidum,in minera magis participat alumine q̄ ferro,& ęre.quare calidum dicendum est ad primū quarti,& siccum:verum à nonnullis sulfurea esse putantur,quos persuadet tanta caliditas: verū vt supra de balneo sanctæ Helenę dicebatur,feruor aquæ non est efficax signum ad concludendum aquam esse sulfuream. In effectibus vero parum differt, cum sit calefactiuum, exsiccatiuum,& resolutiuum:membris nutritiuis confert patientibus à causa frigida,& humida:cōfert stomacho frigido,& humido, aperit oppilationes hepatis,& splenis:sed qui vexantur à caliditate, caueāt:membris expulsionis confert,matricibus frigidis disponendo ad conceptionem,mundificando,& confortando,& prouocando menstrua:membris iuncturarum confert,& dolorib. earum à causa frigida. Nos vero dicimus,ꝙ cū omnes isti effectus, qui apparent.s. vehementer calefacere,exsiccare, resoluere, & aperire: & sic conferre membris frigidis, & humidis sint effectus sulfuris,igitur frustra est ponere aliam mineram.confirmatur quia non apparēt effectus aliarum minerarum; quoniam proprium aluminis est firmare sanguinem ab omni loco. quare etiā à matrice,sed hæc aqua facit contrarium,quia aperit. Item proprium æris est acuere visum, & consolidare vlcera maligna,quod non fit ex hac: item proprium ferri est stomachū iuuare, & splenem siue frigidum,siue calidum, & magis calidum:sed hoc non iuuat stomachum calidum.

Adde errorem eius,cum alumen,& æs sint calida solum vsq; ad tertium dixit aquam hanc esse calidam vsq; ad principium quarti, & si ferrum esset ibi contemperaretur magis aqua, vt bene

tolerari

tolerari posset. Item si ratio Sauonarolæ valeret, omnes istæ aquæ essent eiusdem mineræ, quod tamen non concedit.

De Tertio balneo, quod dicitur Cruciatorū.

BAlneum Cruciatorum est tertium balneū de quo inquit Vgolinus, q eius aqua ē grossioris substantiæ, q̃ præcedens: eius minera est sulfur, cuius aqua calidior est præcedente, quia fundata in substātia grossiori. effectus eius sunt, quia valet ad pasiones catarrhales, maxime frigidas, & humidas: mūdificat superfluitates cerebri & mundificat omnia instrumenta sensuū, ad quę habet non modicam proprietatem: valet ad omnes pasiones iuncturarum: musculos, & ligamēta confortat: & podagricis iuuamentum notabile præstat, ita vt ex vsu huiusmodi balnei, qui nō poterant ambulare ambulent: & addit, ego autē vidi longe maiores effectus in balneo Corsenæ: hæc ille. Sanonarola idem pręcise dicit de qualitate aquæ, q ē calidior actu, & magis grosse substantiæ, cuius minera est sulfurea, vt asserunt, noque tamen à ferrea, & ærea minus absoluitur, & valet ad catarrhos frigidos, & ad pasiones iūcturarum, & dicit, q in hoc balneo sunt duciæ: hæc ille. Nos vero dicimus, q cum concordent in qualitate aquæ, quia calidior est actu, q̃ præcedēs & fundata in substantia grosiori: & in effectibus quia valet ad catarrhos frigidos, & ad pasiones frigidas iuncturarū: mirū est, q nō concordēt in mineris: vñ cum isti effectus sint effectus sulfuris, nō pōt negari sulfur in minera eius, sed cum ista aqua sit fundata in substantia grosiori, oportet etiā addere aliud pro minera, quod ingrosset aq̃: istud non potest esse ferrum, tū quia remitteret caliditatem eius, tum quia non apparet aliquis effectus ferri: nec æs potest esse, quia tūc acueret visum, & consolidaret vlcera hæc aqua: igitur alumen est quod auxilium prestat in catarrhis firmādo, licet à prædominio sulfur sit minera: & si nō credis, verifica mineram cum alembicatione.

De Quarto balneo, quod dicitur Bulicani.

BAlneum Bullicani tēperatæ caliditatis est inquit Vgolinus, & habet magnam potentiam in exsiccando: eius minera est alumē, cuius oppositum dicunt: effectus vero sunt, quia confert membris nutritiuis supercalefactis: quare hepati supercalefacto confert, & habentibus humores adustos, & cholericos: & visceribus mirabiliter confert: curat scabiem, morpheam, impetiginem, & lepram: & omnes morbos cutaneos expellit: & dispositos ad lepram curat. Sauonarola inquit. Quartum balneum Bullicani p mil liare distat à Viterbio per riuulos Bullicani exiēs A est temperatæ caliditatis: & in hoc concordant, cuius minera est aluminosa, & ferrea: effectus sūt exsiccare, & non calefacere: confert hepati super calefacto, & in ægritudinibus venientibus ex humoribus cholericis, & adustis: & morbos cutaneos cōsumit: curat scabiem vlcerosām: & leprosis confert: humiditates ad lepram præparātes delet. Electio est tempore æstatis: & hæc aqua eodem die nunc ad colorem auri, nūc aurichalchi, nūc stagno mutatur: mirabile visu: speculare causam. Nos dicimus, q si hęc aqua contemperet caliditatem hepatis, nō potest habere solum alumen pro minera: immo habet etiam ferrum, qđ contemperat alumen: & consequenter hæc aqua confortat stomachum, & hepar, quia temperata est, & litera Vgolini est discorrecta. Quod autē mutetur ad varios colores, hoc est, aut quia transit super diuersas res dantes illos colores, aut diuersas res habet admixtas. B

De Quinto balneo de Busettis.

QVintum Balneum vocatur Balneum de Busettis, & secūdum Vgolinum, hoc est sulfureum, valet in neruis, & iuncturis, curat humiditates neruorum: confert mollificatis membris, & contractis, & patientibus sciaticam, curat ossa fracta, & dislocata, valet & in doloribus ventris colicis, & iliacis, hæc ille. Sauonarola vero differt in minera ab Vgolino: nam dicit. Minera huius scribitur sulfurea à prædominio, licet ferro participet, & assimilatur in virtutibus Balneo Cruciatorum. In effectibus habet proprietatem mirabilem circa hos duos effectus, quia ossa dislocata reducit, & ossa fracta cōsolidat: est tamen subtilis aqua, & subtilioris substantiæ, q̃ præcedentes, valet etiam in passionib. C neruorum, & iuncturarum, sciaticæ confert, valet etiam in doloribus intestinorū colico, & iliaco ex causa frigida, & humida venientibus, quin immo incurabiles reputatos liberat. Nos vero dicimus, cum isti sint concordes in qualitatibus aquæ, & in effectibus, mirum est q non concordent in mineris. Nos autem ex effectibus concludimus mineras, & primo cū hæc aqua valeat in passionibus neruorum, & iuncturarum, & in doloribus intestinorum à causa frigida, qui sunt effectus sulfuris: ideo sulfur pro vna parte est hic minera, & ex alia parte cum hæc aqua conferat in dislocationibus, & fracturis ossium, quæ non possunt reduci in sulfur, neq; in ferrum tāquam in causam, sed potius in alumen, vt patet de Balneo Corsenę, quod confert ad ista ratione aluminis, igitur pro alia parte mineræ est alumen, est igitur aqua sulfurea, & aluminosa: & si nō credis, verifica

verifica per alembicationem.

De Sexto balneo de Palatijs.

SExtum balneum vocatur Balneum de Palatijs. in hoc concordes sunt Vgolinus, & Sauonarola tam in mineris, q̃ in effectibus: dicunt, ꝙ tenet de alumine, & sulfure: & plus de alumine, & valet ad mundificandũ cutim ab omni scabie quantumcũq; mala, immo & leprosos à principio curat. Sauonarola addit vnum. Quòd arbitratur id contingere, quoniam à forma specifica hepar respiciat. Nos vero dicimus, ꝙ si curat dispositos ad lepram, & cum lepra proueniat ex adustione humorum in hepate, necesse est ibi esse mineram frigidam, vt ferrum, & eo maxime ꝙ in balneo Bullicani dictum est, ꝙ curat dispositos ad lepram, & scabiem vlcerosam: & minera posita ibi est alumen, & ferrum: quare similiter minera huius est alumen, & ferrum.

De Septimo balneo Sanctæ Mariæ.

SEptimum Balneum, est Balneum S. Mariæ: sed'm Vgoli. minera eius est sulfur. Effectus eius sunt primo, quia curat paralyticos mirabiliter exsiccando humiditates in neruis: curat colicam, & iliacam, & scabiem vlcerosam. Sauonarola. Balneum sanctæ Mariæ in fœlice est sulfureum, & ferreum, & suaue balneum dicitur.

Tres virtutes dant, prima est, quia paralysi, & neruorum passioni mirabiliter subuenit, secundo doloribus intestinorum, & colico, & iliaco, & eorum ventositatibus, tertio arteticis, & podagricis subuenit ex materia phlegmatica. Nos dicimus, ꝙ cum aqua huius balnei sit suauis tactui: & propterea dicatur balneum Suaue, ratio dictat ꝙ cũ sulfure sit aliquid, quod contẽperet acuitatem, & caliditatẽ eius, & consequenter ferrum, ex alia parte cum omnes effectus assignati, s. de conferre passionibus neruorum, & conferre doloribus ex ventositatibus, & conferre scabiei, & podagricis proueniãt à solo sulfure, ideo si vis tenere, ꝙ solũ sulfur sit minera: dic causam quare aqua illa tactui suauis sit: & si vis ponere ꝑ parte ferrum, dic aliquem effectum ferri.

De Octauo balneo, scilicet Prati.

OCtauum balneum dicitur Balneum Prati: & de hoc concordes sunt Vgolinus, & Sauonarola in mineris, & in effectibus, & etiam in qualitate aquæ. nã dicunt ꝙ aqua non est multi caloris, et videtur satis mitis, et in minera dicũt ꝙ est sulfurea non multum: & effectus eius sunt, ꝙ mirabiliter curat dolores matricis, & etiam antiquatos, de quibus Aui. dicit, ꝙ mulieres, vt plurimum cõmoriuntur cum eis, & etiam curat oẽs dolores intestinorũ à ventositate ꝓuenientes, &

D dicunt, ꝙ curat hydropicos tympaniticos à principio. Nos propter tantam concordiam rationabiliter factam, confirmamus omnia.

De Nono balneo Paganelli.

NOnum balneum est Paganelli, de quo dicit Vgolinus. Hæc aqua similis est illi, quam vocant Sanctam, huius minera est ęrea.

Effectus eius, primo circa membra nutritiua, confortat stomachum, & fortificat digestiuam, & appetitum prostratum, & corruptum remouet. Circa membra expulsionis, per intestina mouet secessum, et humores: quia potatur hęc aqua, & sic soluit ventrem. Circa renes, mundificat ipsos, & prouocat vrinam, & matricem abstergit menstrua prouocando: & propter hoc est prægnantibus nociua. Sauonarola primo idẽ dicit, postea se mutat. primo dicit, ꝙ aqua huius

E balnei est clara, non multæ caliditatis, quæ bibitur, & in eius potu duos effectus producit. s. stomachum, & membra nutritiua confortare modo dicto: & membris expulsionis non mediocriter conferre. s. modo dicto. Secundo addit, vt tactum est, multorum opinio est, ꝙ omnia Balnea Bullicani aluminosa, & ferrea sint. considerans ergo aquæ claritatem, & quia solutiua sit, & prouocatiua, arbitror illam nitro, vel sale, & alumine participare magis, q̃ ære, & si æs sit solutiuum: nam si ænea foret à prædominio, tũc aqua tenderet ad colorem citrinum: & quia confortat etiam iuncturas, vnde nonnulli ex podagra liberati sunt, ideo etiam alumine participat. quare. Nos vero dicimus, ꝙ considerando effectum solutionis, ꝙ necesse est hic ponere nitrum, vel salem: quia æs secundum Aui. solum soluit aquã

F citrinã, quando bibitur cum melle: & potio eius, s. aurum. j. s. extrahit aquositatem sine nocumento, & æreæ aquæ non soluunt, & cum aqua hæc confortet stomachum mirabiliter, oportet ponere ferrum, & cum conferat iuncturis, oportet ponere alumen, minera ergo huius balnei secundum effectus est nitrum, ferrum, & alumen.

De Decimo balneo, quod dicitur Asinellæ.

DEcimum balneum dicitur Asinellæ, & in hoc balneo conueniunt in omnibus Vgolinus, & Sauonarola. In qualitatibus dicunt, ꝙ est clara, subtilissima, trãslucens. In mineris dicunt, ꝙ est ænea, & sulfurea, sed ænea à prædominio, pauco sulfure participans. In effectibus dicunt, ꝙ confert stomacho frigido, hepati, & spleni, & dicunt, ꝙ est ita subtilis, quòd penetrando aperit oppilationes illorum membrorum, & hydropisi subuenit, & antiquis doloribus illorum membrorum, matrices purgat, menstrua prouocat,

cat,& disponit ad conceptum,& aperit venas hę morrhoidales:addit Vgolinus humores frigidos in illis membris existentes digerit,& Sauonarola loco istius dicit, Apostemata antiqua illorum membrorum maturat,& aperit:hæc ille. Nos vero dicimus,ꝙ considerando ad effectus nō videmus effectus æris:quia conferre stomacho,hepati,& spleni non prouenit ex ęre,sed ex ferro:& aperire oppilationes, & prouocare menstrua nō venit ex ære,quod potius stringit: sed ex sulfure. quare minera huius est sulfur,& ferrum: sed verificatio minerarum facienda est per alembicationem: & in hoc non erit error: & hæc de balneis Viterbij.

De balneo de Esculo.

DE balneo Esculi breuiter scribemus quę dicuntur ab alijs,postea ventilabimus dicta eorum. In minera cōueniunt,quia dicunt sulfur esse mineram eius,in qua differūt secundum magis,& minus,nam Gentilis dicit. Balneum de Esculo est multum sulfureum,Vgolinus vero dicit. Dicunt,ꝙ i comitatu Esculi est balneum, quod est sulfureum,& Sauonarola innuit, ꝙ est parum sulfureum,quia dicit. Eius aqua parum calida,& minera sulfurea,multa parte aquosa participans. In effectibus vero conueniunt,& quibus nocent,& quibus conferunt, quare oēs vno ore dicunt,ꝙ nocet habentibus debiles oculos, & conferunt neruis debilitatis:& valent ad omnia,ad quę balnea sulfurea valēt, dicit Sauonarola,sed Vgolinus specificat valet ad neruos,& iuncturas mundificandas, valet contra tetanum, & spasmum de repletione:curat bothor,scabiem,et vlcera mala,quia exsiccatiuum,curat grossitiem splenis,& valet habentibus matrices humidas exsiccando:& Sauonarola addit, Et est debilis in suis virtutibus:& vsus eius est in tempore Maij. Nos vero dicimus,ꝙ si aqua est parum calida,debilis virtutis est:si vero multum calida,fortis virtutis est:& si mediocriter calida medio modo se habet in operando,& stat,quòd tempore Gentilis aqua illius fuerit multum calida,& tēpore Sauonarolæ parum calida,quia mineræ in dies minuuntur,& consumuntur. quare &c. In alijs conuenio cum illis.

De balneis in Terra laboris,scilicet Neapolitanis de Agnano dictis.

PRimum balneū Sudatorij dici potest, quia ante ipsum est sudatorium.i. locus testudine confectus,in quem ingredientes statim sudāt, huius balnei minera ex effectibus comprehenditur dicit Sauonarola,percipitur.n.sulfureū, quia scabiem curat,&doloribus iliorum subuenit:hęc

A ille. Nos dicimus,quòd si balneum purgatum esset,siue mundificatum à superfluitatibus, cōferret ad omnes ægritudines,ad quas aquę sulfureæ conferunt,& nō solum ad scabiem,& vlcera, sed etiam ad dolores iuncturarum,& alia huiusmodi.sed quia locus balnei plenus est ranis, & colubribus,& multis alijs superfluitatibus, magis lacus,ꝗ balneum videtur:ideo ad paucas ægritudines conferens est.

De secundo balneo,quod dicitur Sulfureū.

SEcūdum balneum Sulfureum dicitur, valet dolori capitis antiquo, compescit lacrymas oculorum,& visum acuit:valet doloribus stomachi ex causa frigida:& cōfert vomitui: steriles ad conceptionem præparat quando sunt ex cā frigida, & humida: scabiem curat,& dicunt curare febres,& rigores earum quod non credo: hæc ille. B Nos dicimus,ꝙ nomē balnei portat secum mineram principalem,quæ sulfur est:sed cum ex effectibus sit iudicandum de mineris,& aliqui effectus narrati sunt,qui non sunt sulfuris.s. firmare lacrymas,& acuere visum, ergo cū sulfure est alia minera,& illa videtur esse æris, quia acuere visum, & firmare lacrymas proueniunt ex ære, quare.

De tertio balneo de Bulla.

TErtium balneum nominatur Bulla, dicit Sauonarola simpliciter effectus absq; specificatione mineræ:dicit. Membra capitis:valet in passionibus capitis:& lumen oculorum acuit.

Membra nutrimenti:confert hepati, & spleni.

Membra expulsionis:purgat matricem: hæc ille.

Nos dicimus ex effectibus ꝙ minera eius participat sulfure,& ære,sicut præcedens, quia ratio C ne sulfuris confert in passionibus capitis: confert membris expulsionis,vt matrici,&resoluit superfluitates descendentes ad hepar,& splenem,& ratione æris confert visui.

De quarto balneo Astrane nominato.

QVartum balneum Astrane nominatum, de quo dicit Sauonarola. Ducia eius catarrho subuenit.brāchio, & coryzæ: & passis oculis hæc aqua præstat opem: Membra nutrimenti:stomachi fastidium tollit, & appetitum prouocat. Membra pectoris: pulmonem recreat à tussi fatigatum,pectus lenit, raucedinē vocis expellit:hæc ille. Nos dicimus ex effectibus,ꝙ hæc aqua tenet de nitro,quia nitrosæ aquę capitibus,& pectori auxilium præbent,quæ materias recipere solent,& conferunt stomacho humido:& si cum hoc vis ponere ferrū, vel alumē, non displicet.

De

D *De quinto balneo à Iuncare dicto.*

QVintum balneum à Iuncare dictum iuxta litus maris positum est. Sauonarola transit ad effectus sine minera.

Membra nutrimenti: cōfortat stomachum,& hepar. Membra pectoris:pectus confortat:animum lętificat,et gaudia in eo inducit:suspiria tollit:& facit alacres in muliere viros. Membra expulsionis:confortat renes: & coitum excitat, de quibus dicitur, Efficiunt Veneris renes ad prœlia fortes. Nos dicimus,ꝙ ex effectibus minera est nitrum,& ferrum:& forte etiam participat de auro,vel de marchasita auri.

De sexto balneo Fontis.

DE sexto balneo,quod est Fons paruus, sed viribus amplus apud litus maris: dicit Sauonarola,de quo scribitur:de quocunq; morbo, & de quocūq; dolore,siue grauitate quauis,aqua tali liberaberis. Membra capitis:confert oculorum obscuritati,& caligini,& catarrhactæ: cōfortat caput,& catarrho subuenit. Membra nutrimenti:cōfortat stomachum, & eius digestiuam.

Membra expulsionis:renes cōsumptos reficit; & multa operatur auditu miranda:& ideo Neapolitani hoc præ cæteris diligūt,de quo scribitur.

Vt patiens illic se credat esse Deum: est enim aqua suauis,tepida, & corpori multum grata.

Nos miramur,ꝙ nihil dicat de minera. Nos autē dicimus,ꝙ tenet de alumine, ære,& ferro.

De septimo balneo Tripta.

SEptimum balneum dicitur Tripta, iuxta litus maris existens,non est aqua calida,& est dulcis ad potandum. Membra nutrimenti:debilitatem stomachi tollit potata,& hepatis: sed nocet hydropicis. Membra pectoris:pulmonem lęsum sanat,& tussim mitigat, ac tollit. Membra expulsionis:calefacta,& bibita ventrem lenit: ariditatem membrorum ex febre venientem tollit: & aufert cutis infectionem:hæc ille. Nos miramur,ꝙ ex effectibus nō dicat aliquid de minera.

Nos autem dicimus,ꝙ omnes isti effectus possūt resolui in solum nitrum.quare nitrum est minera huius balnei.

De octauo balneo,quod Petra dicitur.

OCtauum balneū,quod dicitur Petra,quoniam frāgit Petram. Membra capitis,omnes passiones capitis expellit, surditati subuenit, caligini oculorum,& catarrhactæ. Membra pectoris:cōfortat pectus,et cor: aperit vias vrinæ sic vt expellat arenulas,& lapidem in eis genitū frāgit,cum calida potata fuerit. Nos dicimus, ꝙ isti effectus similiter reducuntur in nitrum tanq̃ in caussam:quare nitrum est minera eius,

De nono balneo,quod Colatura dicitur.

NOnum balneum Colatura dicitur. Mēbra pectoris,cor lętificat,pulmonem à tussi liberat,& præseruat à tussi si sæpe potata fuerit, quæ descensu catarrhi facta est. Membra nutrimenti,stomachum confortat, & digestiuā eius,& appetitum. Nos dicimus,ꝙ ista aqua tenet de nitro,& forte etiam de ferro.

De decimo balneo,quod dicitur Lauacrum.

DEcimum balneum Lauacrum dicitur. Membra pectoris, pulmonem purgat. Membra nutrimenti:confert spleni,& duriciei eius,& hepati subuenit. Nos dicimus,ꝙ minera eius est nitrum,& ferrum: & si vis magis certificari de minera,fac alembicatiōem,& erit efficacior verificatio,& hæc de balneis Italiæ dicta sufficiāt.

De Aqua maris.

E DE aqua maris addimus, vt morē geramus Aui.qui in cap.de balneis,vltimo dicit de aqua maris:& primo ponemus verba eius. Marinæ aq̄ caput eius,qui in eis balneatur,replent, idcirco qui in eis balneātur,caput in ipsis ponere nō debent,& in eis tempore post tempus, eorum calefiunt complexiones,& proprie matrix,& vesica,& colon,& ideo fiunt malæ,& graues,hæc Auic. Vnde Auic.ponit duo nocumēta ex balneatione facta in aqua maris,primum nocumentum est ad membra capitis:secundum nocumentum ad membra expulsionis,s.ad matricem,& vesicā & cum dicit tempore post tempus,intendit continuando balneationem per plures dies. Sauonarola addit duo iuuamenta:primum est ad vlcera,quia balneari in ea confert scabiei,& pruritui, s.exsiccando. secundum iuuamentum est ad mē-
F bra iuncturarum,quia iuncturas laxas confortat, & earum humiditatem exsiccat,& ideo multi podagrici vtuntur ea. Addo vnum tantum, quod melius esset pro podagricis contemperare eam cum lixiuio &c.

Tertius tractatus de balneis artificialibus.

IN hoc tertio tractatu de balneis artificialibus primo dicendum est.diximus primo quia hic etiam addemus de balneis non proprijs, quæ sudatoria dicuntur. Dicuntur autem balnea artificialia,quia per artem facta.s.à nobis per ebullitionem rerum in aqua. Hæc autem balnea artificialia ad hoc inuēta sunt,vt cum deficit nobis copia balnei naturalis,illo vti possimus, quoniam in virtutibus,& operationibus æquiparantur illi: quare cum balneum naturale sit inuentum ad permutandum malam complexionem simplicem, & etiam materialem:artificialia idem facere putamus,

tamus, quoniam ars imitatur naturam vt dicitur secundo Physicorum. Remotio autem malæ complexionis sola alteratione fit, remotio vero materiæ euacuatione perficitur, per balnea naturalia, & artificialia. aliquando fit sola permutatio complexionis, aliquando vero fit euacuatio materię, quoniam balnea materias subtiliant, quas aliquando resoluunt, & aliquando per sudorem emittunt. Non præsumat tamen quis petere balneum, nisi prius bene purgatus fuerit.

Huiusmodi autem balnea artificialia dupliciter distingui possunt, scilicet aut ratione materiæ bulliendæ in aqua, aut ratione finis, primo modo sunt duplicia, quia quæ bulliuntur aut sunt ex terrę nascẽtibus, aut sunt ex mineris. secundo vero modo ratione finis sunt triplicia, quia alia sunt ad dutiandum caput, alia vero ad balneandum corpus, & alia ad potandum: & quia finis est cuius gratia alia fiunt, ideo distinctio ex fine principalior est, & eo maxime quia diuersa genera rerũ simul bulliri possunt, & ad eundem finem, & ideo iste tractatus continet primo tria capita primum erit de ducia artificiali: secundum vero de balneo corporaturæ: tertium de balneo potabili. Addemus tria alia capita de balneo ꝓprie dicto, scilicet aereo: & primum erit de aere frigido, & humido, secundum erit de aere calido, & humido: tertium erit de aere calido, & sicco.

Dutia artificialis maxime fit ex rebus calidis, & siccis. s. bullitis ĩ aqua respicientibus caput, & ex siccantibus ipsum, & cõfortantibus, quia hæc maxime faciunt ad permutandũ malam complexionem humidã cerebri. hæc autem sunt in duplici genere, quędam enim sunt ex terrę nascentibus, scilicet herbis, & arboribus, quędam sunt ex mineris. ex terrę vero nascentibus herbis hę maxime conueniunt pro capite. saluia, stęcados, maiorana, serpillus, pulegium, calamentum, siler montanus, acorus, origanum, fęniculus, anisum, rosmarinus, rutha, anethum, & chamæmilla: & si vis hęc aliqualiter cõtẽperare adde rosas, myrtũ, violas, & nenufar. ex arboribus vero maxime cõueniunt laurus, & cypressus. Ex mineris vero maxime conueniunt sulphur, & alumen. Et Sauonarola addit, huic loco satisfactum esse puto, si tantum modo ea connumerauero, ex quibus balneum componi debet. Nos vero dicimus, ꝙ quamdiu circa generalia insistimus nõ descendẽdo ad specialia, minime scire dicimur, quia scire rem in vniuersali est ignorare secundum philosophum primo posteriorum. Quare oportet ad specialia descendere, & scire quantitatem herbarum, & minerarum bulliendarum, & quanto tẽpore bulliri debent. Quantum vero ad mensuram quantitatis herbarum bulliendarum dicimus, ꝙ illud, quod est minus notum cognosci debet per magis notum, sed cum dutia artificialis sit nobis minus nota, q̃ balneum anodynum ꝓ corporatura, quia istud sępe fieri contingit, ideo per quantitatem rerum bulliendarum in hoc balneo corporaturę mensurabimus quantitatem rerum bulliendarum pro dutia, sed pro vno barili aquæ in balneo corporaturę sufficit bullire octo, vel decem manipulos rerum anodynarum, igitur pro dutia sufficiẽt totidem. Quantum vero ad tempus bullitionis dicimus, ꝙ tam diu bulliri debẽt, donec bene coctę sint, hoc autem erit tempus vnius horę, vel circa, quãtum ad herbas. si vero radices, & coculę aliquę sint, requirunt maius tempus, quare da mediã horam & plus. Quantũ vero ad mensuram quãtitatis minerarum, dicimus ꝙ cum vnaquęq; minera habeat signum ꝓpriũ à sensu cognitum, vt dictum est supra in cap. verificationis minerarum: nam sulphur odore cognoscitur, & alumen gustu acri: ideo pro vno barili aquæ, tantum sulfuris bulliri debet, vt illa aqua parem odorem sulfuris habeat cum aqua sulphurea naturali, & similiter tm̃ aluminis bulliri debet, vt illius aquæ gustus acris videatur: existimamus vero vnam libram sulphuris, & similiter vnam libram aluminis, vel parum plus sufficere.

Quanto vero tempore bulliri debeant, existimamus ꝙ per duas horas ad minus, & ad plus per tres horas, vt bene incorporari possint cum dicta aqua. Dubitatur circa hoc. Vtrum dutia artificialis sic mensurata, & conuenienter administrata sit apta conferre dispositioni catarrhali. Primo arguitur contra fundamentum datum, vbi dictum est, ꝙ balneum artificiale ponitur loco balnei naturalis tempore necessitatis, quando indigemus illo, & nõ possumus habere illud, quia artificiale est simile naturali in operatiõibus, & virtutibus. contra hoc arguitur, quia scd'm philosophum. 24. particula problematum, balnea dicta sunt sacerrima, ꝓpter mirabiles effectus eorum, ad quos medicinę attingere non possunt, sed balneum artificiale est sicut medicina facta ab arte: ergo balneum artificiale non potest attingere ad effectus balnei naturalis, & si sic, igitur non est simile illi in operationibus, & virtutibus. secundo arguitur contra mensuram datam, quia balneum magis efficax non debet mensurari secundum minus efficax, quia mensura, & mensuratum debent esse æqualia: sed balneum dutiæ est magis efficax, quàm balneum

anodynum corporaturæ, patet, quia ducia curat malam dispositionē: balneum vero anodynū solum mitigat dolorē renalem, vel colicū, vel matricis, & non curat illum: igitur ducia non debet mensurari sc'd'm balneum anodynum corporaturę. Rn̄deo. Ad primū dicitur q̄ ducia artificialis dicitur similis ducię naturali in operationib. & virtutib. quia confert similibus ęgritudinibus sc'd'm spēm: non tñ ita efficax est: iō in ęgritudini bus fortibus, s. fixis, & antiquatis nō valet: sed in nouis dispositionibus sic. quare ad formam argumenti: cū dicis balneū naturale facit mirabiles effectus, ad quos non attingit balneum artificiale, igitur artificiale non est simile illi in operationibus: negatur consequentia: sed bene sequitur q̄ non est omnino simile illi, quia nō est ita efficax.

Ad secūdum cū arguitur, q̄ balneum magis efficax non debet mensurari sc'd'm mensuram minus efficacis, dicitur q̄ inquantum magis efficax verum est: pro quo nota q̄ balneū dicitur magis efficax ex rebus, ex quibus fit, & ideo non cōparatur balneum magis efficax ad minus efficax sc'd'm substantiam rerum, ex quibus fit, sed cōparatur solum sc'd'm quantitatem talium rerum in ordine ad effectum. i. q̄ tanta debet esse quātitas talium rerum ad producendum effectum suum, quanta est quantitas rerum balnei anodyni ad ꝓducēdum suum effectum: & in hoc est æqualitas, & similitudo. quare. Circa hoc cadit difficultas, si herbæ dictæ ꝓ ducia bullirent in aquis mineralibus, vtrum ducia esset potentior, & efficacior, q̄ naturalis. Et ex vna parte videtur q̄ sic, quia talis ducia primo habet virtutem mineræ, & vltra hoc habet aliquam virtutem ex herbis: igitur potentior, & efficacior est. Ex altera parte vr̄, q̄ ducia naturalis potētior sit, quia in ducia naturali semp alia, & alia aqua mineralis cōtinuat duciā. quare ducia semper est æquè potens: sed in artificiali ducia eadē aqua continuat duciā, quæ semp perdit de virtute: igitur naturalis potentior, & efficacior est. Rn̄detur, q̄ naturalis est potētior pp vltimam rōnem. ad rationem primam dicitur q̄ cætera non sunt paria: ideo non valet, quia plus ꝓportionabiliter perdit aqua in continuādo duciā q̄ acquirat ex virtutibus herbarum: quare &c.

Balneum artificiale corporaturę eodē modo fit ex herbis bullitis, & mineris, sicut ducia artificialis: aliqualiter tamē diuersificatur à ducia in hoc, quia in ducia omnes herbæ simul bulliūt, in hoc autem nō, vt patebit, ꝓ quo nota q̄ balneum corporaturæ dicitur, quia aliud est anodynum: aliud vero imutatiuum alicuius malę dispositionis corporis. Simpliciter anodynū fit ex floribus chamęmillę, mellilоto, anetho, & fœnugręco. s. ana. m. ij. quæ debent bullire parum. s. per tertiā partē horæ: & hoc cōfert ad oēs dolores corporis. s. mitigā do illos. s. ad dolorē stomachi, ad dolorem colicū & iliacū, & ad dolorem renalē, & ad dolorē matricis. Quicunq; n. patitur aliquem ex ijs doloribus, & intrauerit in hoc balneū anodynum, quiescet à dolore, & ꝓ tunc non molestabitur. Balneum vero artificiale imutatiuum alicuius malæ dispōnis corporis partim fit ex herbis bullitis respicientibus diuersas partes corporis, partim ex mineris: ex herbis quidē respiciētibus stomachū, vt absynthio, menta, & calamento, & hmōi, ex herbis vero respicientibus hepar, vt ex rosis, cicorea, endiuia, & hepatica, & hmōi: ex herbis vero respiciētibus splenem, vt thamarisco, corticibus citri: & scolopendria: ex herbis vero respiciētibus renes, vt rosis, solatro, & alchechengi, ex herbis vero respicientibus matricem, vt artemisia, betonica, valeriana, pulegio, & santuregia. ex herbis vero respiciētibus iuncturas, vt rosis, chamæmilla, ruta artetica, & cōchulis cypsi. Ex mineris vero bullitis fit ꝓ corporatura ex alumine, & ferro, sed nota q̄ licet alumen sufficiēter bullire possit, vt det virtutem aquæ, tñ ferrum nō sic bullire potest, vt det virtutem pp sui duriciem, qm̄ per bullituram nihil substantię ab eo separatur, & virtus insequitur substātiā vt accidens ꝓprium eius, sed magis ignitum ferrū, & in aqua pluries extinctū virtutem aquæ dare potest. Hoc colligitur ex dicto Serapionis cap. de ferro, vbi dicit. Aqua in qua extinguitur ferrum candens, aut vinum confert fluxui intestinorum, & fluxui, q̄ fitā stomacho, quoniam corroborat stomachum relaxatū, & debilitatum: & confert duriciei splenis. De quantitate vero herbarum bulliendarum, & minerarum satis dictum est in capitulo præcedenti: & similiter de quantitate temporis secundū quā bullire debent. Dubitatur circa hoc. Vtrum balneum corporaturæ tam anodynum, q̄ immutatiuum dispositionis malæ corporis cōueniēter administratū, sit aptum conferre corpori. Cōtra arguitur primo cōtra anodynū, quia sc'd'm Auic. quarta primi. c. j. oportet vt virtus medicinę sit secundū mensuram, q̄ ęgritudini sit opposita, sed virtus balnei anodyni non est sc'd'm mēsuram, q̄ sit opposita ęgritudini, quia est tēperatę cōplexionis, & illa virtus est calefactiua secundū primum gradum: virtus vero ęgritudinis est circa tertium gradum, quia est sensibiliter lædens operationes. quare non est opposita ægritudini. Secundo cōtra balneum artificiale immutatiuū malæ disposi tiōis corporis arguitur, quia vel in illo balneo fit ebullitio

ebullitio herbarum vnius gñis solius pro imutatione vnius solius malæ dispositionis vnius membri:aut fit ebullitio diuersarum herbarum diuersorum generum ꝓ immutatione diuersarum dispositionum diuersorum membrorum,puta pro stomacho,& hepate simul. Si dicitur primũ:cõtra,quia Gal.xj.therap.dicit, ꝙ nihil est adeo iuuatiuum,quin sit alicuius nocitiuũ. quare quod iuuabit stomachum calefaciendo, nocet hepati, quod indiget infrigidari.si dicitur secundum,sequitur ꝙ illa aqua in quã facta est bullitio herbarum calidarum,& frigidarum reducetur ad temperamentum.patet cõsequentia, quia mixtio est miscibilium alteratorum vnio per philosophum in fine primi de generatione:sed virtus aquæ temperatæ non est secundum mensurã,quę ægritudini sit opposita:igitur nullam illarum dispositionum poterit immutare. Tertio arguitur contra balneum de mineris bullitis,quia dictũ est ꝙ ferrum non dat virtutem aquæ bulliendo:sed potius igniendo ipsum,& extinguendo in aqua:cõtra primam partẽ arguitur, quia aquæ tam frigidæ,q̃ calidæ transeuntes super mineram ferri capiũt virtutem. de frigidis, patet in aqua borra:de calidis patet in balneo Villæ,ergo à fortiori aquę in quibus bullitum fuerit ferrum, virtutem ferri capient. Contra secundam partem arguitur. Quod facta extinctione ferri igniti in aqua nihil transit de substantia ferri, quia per alembicationem nihil ferri apparet:igitur nihil transit de substantia ferri:patet consequẽtia,quia illa est vera verificatio ad cognoscẽdum de qua minera tenet aqua. Rñdeo Ad primum cõtra balneum anodynum:cum dicitur secundum Aui. Quod oportet vt virtus medicinæ sit scdm̃ mensuram, quę ægritudini sit opposita:dicitur ꝙ loquitur de medicinis curatiuis,quæ permutant complexionem membri,& non de medicinis mitigantibus quale est balneum anodynum. Ad secundum factum contra balneum artificiale ex herbis:cum dicitur aut fit bullitio herbarum vnius generis tãtum:aut plurium generum,s.calidarum,& frigidarum,de hoc sunt opiniones:vna dicit, ꝙ debẽt bullire tãtum herbæ vnius generis propter rationem dictam,quia si bullirent herbæ diuersorum generum fieret reductio ad temperamentum, & sic non esset secundum mensuram, quæ ægritudini sit opposita:& ad rationem cum dicitur secundum Gal. ꝙ nihil est adeo iuuatiuũ,ꝙ nõ sit alicuius nocitiuum,dicitur ꝙ loquitur tantum de medicinis permutantibus cõplexionem,& nõ de tẽperatis:& tunc quando tales medicinæ permutãtes cõplexionem mẽbri administrantur, oportet

A prouidere alteri membro,cui nocere possent cũ confortantibus illud,& alterantibus. Scd'a opinio dicit,ꝙ possunt bullire simul herbæ diuersorum generum,& non tantum vnius generis, & tunc ad argumentum cum dicitur,ꝙ si istę bullierint simul,tunc refrangentur,& venient ad temperamentum:quare non erit tunc aqua secũdum mensuram,quę ęgritudini sit opposita, & sic nõ poterit permutare:dicitur ꝙ quando fit aqua temperata ex rebus contrarijs habẽtibus proprietates occultas,fit temperata solum in qualitatibus manifestis,quæ refractæ sunt,sed non in ꝓprietatib. occultis fit refractio:& secundum illas sunt secũdum mensuram,quę ęgritudini sit opposita,& secundum illas permutant,sicut patet de aqua balnei de Villa,in qua est ferrum,& alumen:& licet aqua sit refracta,tñ permutat cõplexionem frigi-
B dam stomachi ad calidum,& cõplexionem calidam hepatis ad frigidum. Et si dicitur,qũo põt permutare,si est temperata? Dicitur ꝙ in qualitatibus manifestis est temperata,sed in ꝓprietatibus occultis non est temperata:imo habet virtutes oppositas:& et quia temperatum permutat frigidum ad calidum,& calidum ad frigidũ. Ad tertium de balneo,in quo minerę bullitę sint, cũ dicitur,ꝙ aquæ transeuntes super mineram ferri siue frigidę,siue calidę capiunt virtutem ferri, à fortiori quę bulliunt cum ferro capiũt virtutem eius,dicitur ꝙ non capiunt virtutem ferri nisi aliquid resecetur ex substãtia ferri, quod misceatur cum eis:& cum per ebullitionem nihil resecetur ex ferro,iõ talis aqua non capiet virtutem ferri. Ad aliud cõtra secundã partem, cum arguitur, ꝙ ex ferro ignito nihil resecatur de substantia fer-
C ri,patet quia per alẽbicationem nihil apparet, negatur ꝙ nihil resecetur:& cum dicis nihil apparet per alembicationem:dicitur ꝙ in pauca quantitate nihil potest apparere ex alembicatione, sed in multa sic, &c.quare &c.

Cũ balneum artificiale potabile balneo naturali potabili in virtute,& operationibus assimilari debeat:nõ potest magis assimilari, q̃ ꝙ ex eadem re secundum speciem conficiatur: ideo sicut balneũ naturale potabile fit ex aqua de minera salis participãte,ita artificiale fieri debet ex aqua participante sale:hoc aũt fiet per ebullitionẽ salis in dicta aqua:sed qũo fieri debeat,nota, Quod quantitas salis ponenda tripliciter,mensurari põt,primo ex signis sumptis accidentibus sensu ꝑceptis: sal autem maxime gustu percipitur. quare si sumpta certa quantitate aquæ, in qua certa salis portio bullierit:si æqualẽ saporẽ salis habuerit cũ pari quãtitate aq̃ balnei naturalis:dicemus rectè mẽ

 suratam

suratam esse à signo, nisi aliud impediat. Secũdo ex effectibus mensurari potest, quia si æqualis quantitas huius aquæ artificialis sic soluerit ventrem, sicut æqualis quantitas balnei naturalis: tũc proportionatur ei in virtute per talem effectum. Tertio ex alembicatione: si æqualis quantitas salis remanet post alembicationem balnei artificialis in fundo vasis illi, quæ remanebit ex æquali quantitate balnei naturalis, efficaciter aquam rectificatã esse dicemus. Ad actum ergo practicũ accedentes: si in duobus onophoris, s. flasconibus vna vncia salis ponatur ad bulliendum, & videri mus si æqualem saporem salis habeat cum aqua balnei naturalis, tunc rectè mensuratam esse dicemus: si vero minorem saporem salis habuerit, addemus de sale donec equemus saporẽ: si vero maiorem saporem habuerit, minuemus de sale, & cũ apparebit æqualis sapor, verificabimus per alembicationem si æqualis residentia salis correspondeat cum illa de balneo naturali. Et addemus vnum ad maiorem cautelam, s. cum quis bibit illam aquã artificialẽ salitam, ponat aliquid de zuccaro supra aquam, ne noceat mẽbris calidis, & ex anguibus, vt collo vesicæ &c. & imprimis tentatiue, pcedere oportet, quia ars nõ attingit ad opus naturæ præcise: sed imitatur eam &c. Dubitatur vtrũ balneum artificiale potabile sic mensuratum, & conueniẽter administratum, sit aptum conferre corporibus sanis. Contra arguitur primo contra mensuram sumptã ex sapore, & alembicatione, quia sal mineralis est potentior in virtutibus, & operationibus, q̃ sal marinus, quo cõiter vtimur. igitur equalis quantitas salis mineralis maiorẽ salsedinem in aqua minerali facit, q̃ æqualis quantitas salis nostri: ex quo sequitur q si mensurabimus penes salsedinem, maior quãtitas salis de sale nostro ponetur in aqua, vt aqua equalẽ saporẽ salis habeat: & cõsequenter in alembicatiõe plus salis residebit in aqua artificiali, q̃ in naturali: & sic signum sumptũ ex accidenti opponitur signo sumpto ex alẽbicatione &c. Secundò arguitur cõtra signũ dictum ad cautelam, q cum quis bibat aquã salsam, bonũ est ponere aliquid de zuccaro supra, pter caliditatẽ salis. contra sal non est magis calidus, quàm frigidus: igitur non oportet ponere zuccarũ supra, patet consequentia: antecedens pbatur, quia Mesue dicit q salsedo fit ex partibus terreis adustis, & amaris: & ex partibus aqueis sine sapore: q̃ si sint equales, salsus sapor perficitur, dñantibus autem terreis, ad amaritudinẽ pronior est: aqueis vero dñantibus in salsedinem remissiorem: igitur cum partes salis partim sit materia adusta, & partim aqua frigida, sed

D ista duo cõtraria refranguntur in mixtione eius: igitur est tẽperatus, nec frigidus, neč calidus &c. Respondeo. Ad primũ dicitur q si vis rectã mensurã salis sumere ex sapore, oportet de equali specie salis ponere ad bulliendũ in aqua artificiali, sicut est in naturali: & iõ nõ oportet bullire salem marinũ, sed salem mineralem: & sic signum sumptũ ab accidenti nõ opponetur signo sumpto ex alẽbicatiõe: si autem bulliatur de sale marino nõ erit rectum iudiciũ: sed appropinquabit ad illud.

Ad secundum argm̃ conceditur q concurrit calidum adustum, & frigidum aqueũ ad generationem salis: quia partes terreę adustę mixtę cum aqua frigida in equali quantitate: sed quia calidũ concurrens est densius: ideo in complexione eius vincit caliditas, & siccitas. quare calidum, & siccum est vsq; ad secundum gradum &c.

E

De stuphis.

NVnc restat de stuphis determinare, quæ balnea aerea dicta sunt, & improprie balnea dicuntur: & tria in primis videnda sunt antequam de proprietatibus illarum tractemus. primum est quõ diuersimode loquuti sunt auctores de eis. Secundum est quot sunt istę stuphæ in genere, siue quot sunt ista balnea aerea in genere. Tertium est quõ calefiant. Quantum ad primum, sciendũ q Gentilis tractat solum de stupha calida, & sicca, quę resolutiua est: de stupha autẽ calida, & humida nihil dicit: & cã potest esse, qa cum tractauerit de balneo aquę dulcis calidæ facto in tina, quod habet consimilẽ effectum cum stupha calida, & humida: ideo tacet de illa: dat tamen intelligere illam per similes effectus. Vgolinus vero nõ solùm de stupha calida, & sicca tra

F ctat, quæ imẽdiate calefit ab igne, & talis stupha est furnus calidus: sed & de calida, & humida tractat, quæ partim fit ex vaporibus lignorum, quæ igniuntur pro calefactione stuphæ, & partim ex vaporibus aquæ calidę. Sauonarola autem non solum de calida, & humida, & de calida, & sicca tractat: sed etiam de sicca ignea, vt est furnus: sed appellat calidam, & siccã non resolutiuã sicut alij dicunt, sed temperatã valde, s. eam qua vtuntur Alemani in hyeme, vt defendant se à frigore, cuius calor est minor, quàm calor temperatus. sic dicit ipse, quia aliter non posset bene euentari cor, & conseruari in sanitate in tali stupha, sed siccam igneam appellat resolutiuam, quam alij calidam, & siccam dicunt, & de effectibus suæ stuphæ calidæ, & siccę dicit, quòd illa offendit caput, & oculos passibiles reddit: lædit membra pectoris: digestiuam debilitat, &

iuncturas

iuncturas laxat. Nos vero ventilando ista dicta, dicimus primo quod Sauonarola non recte appellat calidam, & siccam illam Alemanorum non resolutiuam, quia secundum philosophum secundo Topicorum Loquendum est, vt plures, & sapiendum vt pauciores: sed plures auctores, immo omnes appellant calidam, & siccam resolutiuam. quare male loquitur: dicimus secundo quod implicat contradictionem in dictis suis, quia loquendo de stupha calida, & sicca suo modo dicit, eius calor est minor, quam temperatus, vt cor bene possit euentari, & in sanitate conseruari: & postea in effectibus dicit: cum tale balneum aereum sit calefactiuum, & exsiccatiuum offendit caput, quia omnis caliditas euaporationem facit ad caput, oculos passibiles reddit, & pectus: & debilitat stomachum, & iuncturas laxat: modo si per talem stupham conseruatur in sanitate, vt ipse dicit: igitur non lædit ista membra: sed an lædat, vel non, infra dicemus. Quantum ad secundum, s. quot sint stuphę in genere, siue balnea aerea, ad hoc communiter dicitur quod sunt tres, quia sunt tres casæ balnei differentes in genere, & quælibet casa est stupha: quare tres sunt stuphæ in genere: quomodo autem differant, dicunt quod prima stupha est frigida, & humida, secunda est calida, & humida, tertia vero est calida, & sicca. Et nota quod prima dicitur frigida non simpliciter loquendo, sed comparatiue, s. respectu secundæ, quia est minus calida, quàm secunda. simpliciter tamen loquendo est calida, quia non esset stupha si non esset calida, quia stupha dicitur æstum faciens. i. calorem. sed secunda casa simpliciter dicitur calida, & non dicitur calida respectu tertię, immo respectu eius esset frigida cum sit minus calida, & hę tres stuphę satisfaciunt Auic. & Halyabbati: Galenus tamen quarto therapeuticæ ponit quartam casam, & hoc potest esse, quia diuidit tertiam stupham in magis resolutiuam, & minus resolutiuam: & sic minus resolutiua potest dici tertia casa, & magis resolutiua quarta casa, hæc tamen quarta casa non differt genere à tertia casa, quia ambæ sunt calidæ, & siccæ, & consequenter resolutiuę: sed differunt secundum magis, & minus. Quantum ad tertium quomodo istæ stuphæ calefiant, dicimus quod licet sint plures modi calefiendi, tamen modus magis communis omnibus est, vt calefiant per furnellum factum sub stupha, s. sub vna quarta parte stuphæ: & hic furnellus in circuitu suo sit arcuatim factus, ita quod inter arcum, & arcum cadat vacuitas, super quam tegulæ leues ponantur, & non coniunctim, vt aliqualiter foramina remaneant, & super tegulas giotoli fluuiorum ponantur, quia cum incenduntur dicti retinent calorem: sed in stupha humida ex vna medietate furnelli remaneant vacuitates inter arcus, & super illas ponatur duo caldaria plena aqua, & sic ex illa aqua calefacta partim calefit stupha, & partim ex igne. Et prima stupha ex colligantia, quam habet cum secunda stupha facile calefieri potest per paruum foramen, & magis calefiet stupha si muros duplatos haberet, ita quod extrinsecus esset grossus, & intrinsecus distans à grosso per palmum esset subtilis: alij dicunt quod etiam magis calefieret quando murus stuphæ esset crustatus cum tabulis: & de hoc satis.

De prima igitur stupha, siue de primo balneo aereo prius dicendum est: & tria tangemus, & primo cum prima stupha sit simpliciter calida, & humida, quomodo respectu secundæ dicitur frigida, & humida: secundo in quo gradu caliditatis sit, tertio si sit conueniens pro conseruatione sanitatis. Quantum ad primum quomodo prima stupha dicatur frigida, & humida respectu secundę, non est parua difficultas, quia licet sit frigida respectu secundę quoniam secunda est magis calida: tamen non videtur quod sit humida respectu secundę, cum secunda sit magis humida ex vapore aquę calidę. ad hoc tamen est duplex modus respondendi: vnus dicit quod licet prima stupha non sit frigida, & humida diuisim respectu secundę, tamen coniunctim est frigida, & humida respectu illius, quia non est ita calida, & humida, sicut illa immo minus calida, & humida. Alter modus dicit quod prima casa est frigida, & humida diuisim respectu secundę: quod sit frigida respectu illius patet, quia non est ita calida, sicut secunda. quod sit humida respectu illius probatur, quia non est ita sicca virtualiter, sicut secunda, quoniam secunda casa est magis sicca virtualiter, quam prima, quia magis resoluit humiditates corporis, & consequenter magis exsiccat virtualiter, licet formaliter sit magis humida ex plurimo vapore aquæ. Quantum ad secundum in quo gradu caliditatis sit prima stupha, & alię similiter. Dicemus præsupposita doctrina de gradibus quæ dicit quod calidum in primo gradu non percipitur: calidum vero in secundo gradu percipitur, sed non nocet sensibiliter: & calidum in tertio gradu percipitur, & nocet sensibiliter: & calidum in quarto gradu nocet ita, vt necet. hoc præsupposito dicimus primam stupham, siue primam casam balnei esse calidam in primo gradu, et secundam stupham, siue secundam casam esse calidam in. ij. gradu, & tertiam stupham, siue casam esse calidam in tertio gradu, & nota quod isti gradus habent latitudinem quandam, & non stant in indiuisibili, ex quo patet cum nos Italici faciamus tantum duas stuphas, secundam stupham facimus re-

ſolutiuam:& ita confundimus ordinem dictum.
Quantum ad tertium an prima ſtupha, vel ei ꝓ-
portionalis conueniat pro conſeruatione ſanita-
tis maxime in regione frigida, & tẽpore hyemis:
dicimus ꝙ ſic, cuius ratio eſt, quia ille aer calidus,
qui ſatisfacit ꝓ debita euentatione cordis, et cum
hoc facit ad reprimendum frigiditatẽ mortifica-
tiuam caloris, eſt cõueniens ꝓ conſeruatione ſani
tatis: ſed aer primę ſtuphę eſt hmõi, quia cum ſit
calor eius minor, q̃ temperatus, ſufficit pro refri-
gerio cordis: & cũ hoc prohibet mortificationem
frigoris, igitur talis aer eſt cõueniens pro conſer-
uatione ſanitatis. Dubitatur circa dicta, vtrũ pri
ma ſtupha, vel proportionalis ei cõuenienter ad-
miniſtrata ſit conueniens pro conſeruatione ſani
tatis, maxime in regione frigida, & in hyeme.
Contra arguitur primo, quia omnis caliditas fa
cit euaporationem ad caput ſecundum Auic. ſe-
cunda fen primi, ſed euaporatio lædit caput: igi-
tur prima ſtupha, quæ eſt calida euaporat ad ca
put, & lædit illud, & conſequenter nõ conuenit
pro conſeruatione ſanitatis. Secundo arguitur
ſic. Cõſeruatio ſanitatis fit per ſimilia ſecundo te
chni: ſed idem aer non poteſt eſſe ſimilis diuerſis
complexionibus: igitur aer primæ ſtuphæ nõ po-
teſt conuenire pro conſeruatione ſanitatis diuer-
ſarum complexionũ. Tertio arguitur ꝙ aer pri-
mæ ſtuphæ non eſt tantum calidus in primo gra-
du caliditatis, qui ſi ſic, non ꝑciperetur eius calidi
tas per te, & ſi non percipitur non poteſt iudicari
eſſe calidus, nec frigidus. Quarto quęro ſi iſta
ſtupha prima ſeparata ab alijs poſſet aliter cale-
fieri, quàm dictum ſit ſupra. Reſpõdeo. Ad pri
mũ negatur minor vniuerſaliter ſumpta. ſ. ꝙ om
nis euaporatio lædat caput, quia omnis cibus ho-
ra digeſtionis euaporat ad caput, & tamẽ nõ om-
nis cibus lædit caput: ſi vero dicitur loquor de ca-
liditate extrinſeca ꝙ illa facit euaporationem læ-
dentem caput. negatur ſimiliter vniuerſaliter in-
telligendo: ſed ſuperfluẽs caliditas bene facit eua
porationem lædentem caput &c. Ad ſecundum
cum arguitur ꝙ conſeruatio ſanitatis fit per ſimi-
lia: ſed idem aer non poteſt eſſe ſimilis diuerſis cõ
plexionibus. quare &c. dicitur ꝙ conſeruatio fit
per ſimilia in virtute, ſiue in effectũ, nõ autem in
gradu, & formaliter. quare calor temperatus eſt
ſimilis in virtute, & in effectu omnibus corpori-
bus. Ad tertium cũ arguitur ꝙ ſi aer primæ ſtu-
phæ eſt calidus in primo gradu caliditatis, tũc nõ
ꝑciperetur talis caliditas per te dicitur ꝙ caliditas
primi gradus nõ ꝑcipitur, vel vix percipitur: ſi nõ
percipitur, cognoſcitur priuatiue. ſ. ꝑ carentiã for
mæ eius: ſi vero vix percipitur, aliqualiter percipi

E tur, & illud ſufficit, vt cognoſcatur. Ad quartũ
quõ prima ſtupha calefieri poſſit aliter, q̃ dictum
eſt: dicitur ꝙ Alemani, ſiue Teutonici ſic calefa-
ciunt ſtuphas, quĩ in vna parte parietis ſtuphę ex
tra tñ ſtupham faciunt caminũ, & ſub camino fa
ciunt furnellum tẽdentẽ vſq; ad terrã altitudinis
vnius brachij, & latitudinis vnius brachij cum di
midio, & rũpũt murũ ſtuphæ, qui eſt ſub furnel
lo, & murãt illud cũ pentolinis vergẽtib. ora ver
ſus ſtuphã, & fundos verſus furnellũ, & ſic cum
igne accenſo intus in furnello mirabiliter calefa-
ciunt ſtupham.
De ſcd'a ſtupha, quæ calida, et humida eſt, ſiue
de balneo aereo calido, & humido dicẽdum eſt,
quod ſcd'a caſa balnei dicitur: & primo dicemus
quę tanguntur ab alijs poſtea vẽtilabimus. Quã
tũ ad primũ Gentil. nihil dicit de iſta ſecũda ſtu
F pha. Vgolinus dicit. Thermarũ ergo locus eſt
quidẽ valde recluſus ab igne calefactus: nõ tñ ab-
ſoluitur ab aliquo humido actuali, tum ꝑ euapo
rationem ab ardentib. lignis factã, tum ẽt ex eua-
poratione aquarũ calidarum, & quæ in iſtis Ther
mis calefiunt de ſubtus Thermis accẽdẽdo ignẽ,
& faciendo bullire aq̃ in caldario, ex cuius euapo
ratione aer calefit, & humectatur. Sauonarola
vero multũ ſe dilatat: & breuiter reducẽdo dicta
ſua, tangit quatuor: & primo qualis debet eſſe fa
brica ſtuphæ: & quantum ad materiã dicit. Si la
pidea eſt, melior eſt vetuſta, q̃ noua: quia ex cęmẽ
to aer alteratur: ſi vero ex lignis fiat, melior eſt: &
ſi ex vtriſq; ſit. ſ. ex lapidea velata aſſeribus melior
eſt: quantũ vero ad formam debet eſſe ampla lata
vt poſſit bñ euentari, quia aer conculcatus para-
tus eſt putrefactiõi: & debet hẽre feneſtras amplas
G vt poſſit bene euentari, & maxime verſus Septen
trionẽ: & hæc fabrica diuiſa eſt in tres caſas, vt di
ximus prius. Scd'o tangit præparationem aquæ
bulliendæ pro ſtupha dicens. Hæc aqua debet
eſſe clara boni odoris, & ſaporis: ſed eius caliditas
variatur ſcd'm varias intentiones, quas hẽmus de
balneo, quia ſi intẽdimus cõſeruare ſanitatẽ, mi-
nus calida debet eſſe: ſi vero intẽdimus reſolutio-
nẽ, & exſiccatiõem, magis calida dẽt eſſe: nec dẽt
calefieri aqua in vaſis æneis nõ ſtagnatis, quia hęc
faciunt incurrere elephantiã, cancrum, dolorem
hepatis, & ſplenis, maxime vero comedẽtes, & bi
bentes res quæ in eis ſunt. Tertio declarat qua
lis debet eſſe adminiſtratio circa corpora, & intẽ
dit ꝙ oportet corpus eſſe ieiunũ, & habuiſſe bñfi
ciũ ventris, & morã in balneo facere vſq; ad tole-
rantiã, & leuitatẽ: & in ęſtate melius eſt de mane
viſitare ſtupham, quia aer minus calidus eſt tũc:
in hyeme vero de ſero, quia tunc minus frigidus
eſt,

eſt,& in exitu balnei ita regulari debet, vt non ſubito ad aerem frigidum trãſeat, ſed paulatim: nec comedere debet, nec bibere, niſi membrorum calefactio quieſcat: & caueat illo die à frigore.

Quarto ponit effectus, & dicit, quia mouet catarrhos ad oculos, & ad iuncturas propter vapores calidos aſcendentes ad caput: vrinam prouocat, & debilitat renes, & febricitantibus confert prima caſa, & ſecunda: quoniam hectici reducendi ſunt de ſecunda ad primam. hæc ille &c. Nos vero ventilando dicta Sauonarolæ dicimus ꝙ dupliciter peccat, primo quia licet bene tangat præparationem fabricæ, & præparationem aquæ calidæ: tamen peccat cũ addit ꝙ caliditas huius balnei variatur ſecundum varias intentiones, quas habemus, vel in conſeruando ſanitatem, vel in reſoluendo, quia balneum calidum, & humidum non debet adminiſtrari niſi in conſeruatione ſanitatis, & non in reſoluendo, quia reſoluere pertinet ad tertiam ſtupham calidam, & ſiccam. quare abutitur iſta ſecunda. Secundo peccat, quia licet conuenientem adminiſtrationem balnei tangat: tamen in effectibus peccat, quia dicit ꝙ mouet catarrhos, & debilitat renes. ꝙ ſi ſic eſſet ſecunda ſtupha non conueniret pro conſeruatione ſanitatis contra omnes auctores. Vlterius dicimus ꝙ hæc ſecunda ſtupha calida, & humida cõuenienter adminiſtrata conuenit pro conſeruatione ſanitatis: ſed vt conuenienter adminiſtretur, requiruntur quatuor: primum eſt, ꝙ aer balnei non ſit nimis calidus, quia non debet tranſire ſecundum gradum caliditatis, qui toleratur faciliter ſine nocumento. Secundo qui intrat balneum ſi ſit catarrhoſus, ſit prius bene purgatus. Tertio ꝙ cõtrahat debitam moram in balneo, & non maiorem, q̃ conueniat, & ideo non expectet anguſtari in eo. Quarto obſeruet poſt exitum à balneo debitum regimen, quia cauere debet à frigore, & à coitu: & circa cibum, & potum moderatus ſit: & etiam circa accidentia animi. ijs obſeruatis, & conuenienter adminiſtratis, patet ꝙ hæc ſecunda ſtupha conueniens eſt pro conſeruatione ſanitatis. ſ. pro purgandis quibuſdam ſuperfluitatibus tertiæ digeſtionis. Dubitatur vtrũ ſecunda ſtupha calida, & humida conuenienter adminiſtrata, ſit conueniens pro conſeruatione ſanitatis. Et videtur ꝙ non, primo quia omnis caliditas in reſoluendo multum calorẽ innatum infrigidat, & exſiccat: ſed quod facit ſic, non conuenit pro conſeruatione ſanitatis: igitur ſtupha calida non conuenit ꝓ conſeruatione ſanitatis. Itẽ calor naturalis ex frigore cõfortatur, quia vnitur iuxta illud, Ventres vere, & hyeme calidiſſimi

A ſunt natura: igitur calor naturalis ex calore cõtriſtatur, quia debilitatur: patet cõſequentia quia ex contrarijs contrarij proueniunt effectus. Secundo principaliter arguitur, ꝙ pro conſeruatione ſanitatis non cõuenit ſudare, quia non conuenit ſudare per exercitium, quod eſt conſeruatiuum ſanitatis: ergo nec per balneũ conſeruatiuum ſanitatis conuenit ſudare: patet cõſequentia à ſimili: antecedens eſt Auer. dicentis ꝙ exercitium debet fieri vſq; ad ſudorem excluſiue. Item ꝑ ſudorem fit reſolutio, et exſiccatio ſuperfluitatum; vt patet in tertia ſtupha: ſed in ſecunda ſtupha nõ conuenit reſolutio, & exſiccatio ſuperfluitatum; igitur per eã non cõuenit ſudare. Tertio arguitur contra ex effectibus, quia videmus ſtantes in ſtuphã hac habere oculos ſcarlatinos: ſed non fit hoc niſi ex catarrho deſcẽdẽte: igitur ſtupha mo-

B uet catarrhum. Itẽ videmus multos petere ſtupham hanc ꝑꝑ exſiccare, & reſoluere humiditates in iuncturis: ſed hoc nõ fit pro conſeruatione ſanitatis, ſed pro curatiõe ægritudinis: igitur &c. Reſpondeo. Ad primum cũ dicitur, ꝙ omnis caliditas in reſoluendo multũ calorem, naturalem infrigidat, & exſiccat: intendit ꝙ caliditas, quę facit hoc, eſt ſolum caliditas ſuperfluens: quare negatur conſequentia, cũ infertur, ergo ſtupha calida nõ conuenit pro conſeruatione ſanitatis, quia talis ſtupha non habet caliditatẽ ſuperfluentem. Ad aliud negatur conſequentia. Si calor naturalis ex frigore cõfortatur. igitur ex calore contriſtatur ad rationẽ, quia ex cõtrarijs fiunt effectus cõtrarij: dicitur ꝙ effectus primi, & per ſe contrariorũ ſunt cõtrarij, ſ. infrigidare, & calefacere.

C Ad ſcd'm principale negatur conſeqũẽtia. Si nõ conuenit ſudare per exercitiũ ergo nõ cõuenit ſudare per balneũ: quia alia eſt rõ quare non conuenit ſudare in exercitio. ſ. ꝑꝑ multam defatigationem præcedentẽ ſudorem: & ꝑpea non conuenit ſudare, ſed in balneo non præceſſit defatigatio. quare conuenit ſudare. Ad aliud cũ dicitur ꝑ ſudorem fit reſolutio ſuperfluitatũ: ſed reſolutio nõ conuenit in ſecunda ſtupha: igitur in ſcd'a ſtupha nõ cõuenit ſudor: negatur cõſeqnentia, quia nõ ꝑ oẽm ſudorem fit reſolutio ſuperfluitatũ, quia aliquis ſudor fit ex caliditate ſuꝑflua, vt in tertia ſtupha, & per illum fit reſolutio, & exſiccatio humiditatum defluxarũ ad membra, vt ad iuncturas, vel alia membra: Alius vero ſudor eſt qui ex caliditate parum excedente tẽperamentum fit, vt in ſecunda ſtupha: & per talẽ ſudorẽ fit ſolũ euacuatio ſuperfluitatũ tertiæ digeſtionis: & per iſtũ ſudorẽ non fit reſolutio, & exſiccatio. quare. Ad tertium principale cũ arguitur ex effectib. qa ſtã-

tes i hac secūda stupha hñt oculos scarlatinos: igitur hæc stupha mouet catarrhos: dicitur q̃ si conuenienter administretur hæc stupha non mouet catarrhos, quia non debet esse nimis calida, & ēt si est catarrhosus, debet eē prius purgatus, nec nimis morari debet in stupha. quare si mouet catarrhum, hoc est, quia non est conuenienter administrata. Ad aliud cum dicitur q̃ aliqui petūt hāc stupham pro resoluendis humiditatibus iuncturarum, dicitur q̃ non conuenienter administratur, & ideo quando pro ijs administratur confundunt stuphas, & implicant tertiam stupham cum secunda, & non recte faciunt. quare &c.

De stufa, quæ calida, & sicca est, seu de balneo aereo calido, et sicco.

DE tertia stufa, quæ calida, & sicca est, siue de balneo aereo calido, & sicco restat vltimo dicere, & primo tangemus dicta aliorum: secundo ventilabimus dicta illorum. Quantum ad primum Gentilis inquit. Nota q̃ hoc nomen balneum cadit etiam super sudatorio propter fumum calefacientem, aut alio simili artificio absq; infusione aquæ, siue balneatione, & per hoc sudatorium fit calefactio, resolutio, & exsiccatio secundum virtutem balneorum naturaliū, & artificialium, & huiusmodi balneum conferre potest multis passionibus nominatis. s. iuncturarum, vbi virtus consentiat bono regimine attento cum purgationibus, & alijs opportunis. Vgolinus vero inquit. Balnea aerea artificialia sunt duorum modorum, quædam enim sunt calida, & sicca, & quædam sunt calida, & humida: balneum calidum, & siccum est locus, vbi caliditas ab igne derelicta est, sicut est furnus supercalefactus, qui hodie in cōmuni vsu rusticorū est, vel pane prius cocto, vel aliter supcalefacto, & hoc confert ad dolores sciaticos, & ad dolores neruorum, & iuncturarum factos à causa frigida, & humida, efficaciter enim ex hoc mēbra calefiunt, & exsiccantur mirabiliter, & narrat experiētiam quam vidit in magnifica matre domini Pauli de Guinasijs, domini Lucani, quę propter podagras & sciaticam, & dolores iuncturarum ex consilio medicorum visitauerat balneum Corsenæ, & tādem ex seipsa tentauit intrare in furnum prius calefactum cum lauro, & stœcados, & similibus, ex quo percepit magnum iuuamentum. modus vero fuit iste, cum sola camisia intrauit in furnum claudendo hostium furni, & relinquendo aliqđ spiraculum pro aliquo introitu luminis, & vt posset libere anhelare. Sauonarola vero dicit. Balneum siccum igneum est illud, cuius parietes ignis immediate attingit, sicut furnus calefactus

E ab igne, & quamuis hoc in sanitatis conseruatione minime attingat, tamen in eius recuperationē multi laudant, quia vbi fortis resolutio, & exsiccatio quęritur in toto corpore ex mala dispositione frigida, & humida infecto, vt in ascyte, & tympanite, in qua licet ventositas dominetur, tamen non absoluitur ab aquositate, hoc maxime cōferre videtur. quare hydropicus in furno locari pōt capite exterius situato: & si extrema sint humida aut tumida, cum eo aere resoluūtur. q̃ si fortis resolutio quæritur, & exsiccatio, cum eo compleri poterit, vbi conueniēter applicetur. hanc autem conuenientem applicationem medicis relinquo, & ijs qui de accidētibus notitiam habebunt, quorum opus prudentia duci debet: & hæc panca de igneo volo intelligentibus sufficere: hæc ille.

F Nos vero circa dicta duo faciemus: primo ponemus conuenientiam eorum, & differentiam, & causam diuersitatis in administratione huius stuphæ: secundo ventilabimus dicta eorum. Quantum ad primum, cōueniunt in duobus: primo in modo calefaciendi furnum. s. cum igne, & non cum aqua: secundo conueniunt in effectibus in generali. s. in resoluendis humiditatibus, siue superfluitatibus corporis: differunt etiam in duobus: primo in effectibus in spāli, quia Vgolinus dicit in doloribus sciaticis, & in doloribus iuncturarum Sauonarola vero dicit: conferunt ascytico, & tympanitico: scđo differūt in modo administrandi stupham, siue furnum, quia Vgolinus ponit totum corpus cum capite in furno: Sauonarola vero ponit solum corpus in furno, & caput extra. Causa diuersitatis in administrando furnū ꝓuenit ex eo, q̃ potest furnus calefieri magis, vel

G minus, quoniam hæc tertia stupha potest diuidi in duas casas, & vt dictum est supra de mente Galeni, s. secundum magis calefaciendo, vel minus: si enim non sit multum calida potest poni totum corpus cum capite intus: si vero sit multum calida corpus intus ponendum est, & caput extra.

Quantum ad secundum: primo dicimus q̃ licet recte facta sit concordantia inter eos, quia vbi maior resolutio, & exsiccatio quæritur, vt in tympanite sufficit ponere corpus intus, caput vero extra: & vbi minor resolutio quæritur, vt in doloribus, potest poni totum corpus cum capite intra, ipso tamen prius bene purgato: tamen licet concedam tympaniticum debere poni in furno modo dicto pro resolutione facienda humiditatis, & ventositatis: tamen de ascytico ponendo dubito q̃ non succedat: quia Gentilis in consilio, quod facit de cura hydropici, præcipit tympaniticum sepeliri in arena sub sole in æstate capite cooperto à sole:

à sole:& dicit ipsum curatum esse, sed asciticum minime curari posse hac via. quare similiter dubito de ascite an possit curari in furno: dicimus secundo ꝙ antequam tentetur ista stupha sicca, scilicet furnus, prius tentanda est stupha cum lapidibus ignitis aspersis cum maluatico, & inuolutis in pãno lineo, & positis prope membrum patiẽs ex vtroq; latere in lecto, quia hæc tutior est, quia hæc per sudorem extrahit humiditatem, & mirabiliter resoluit, & exsiccat: & si hæc non satisfacit vade postea ad stupham siccam: & si stupha nõ satisfacit, vade postea ad balneum Corsenę, & tene membrum læsum in conductu aquæ, per quem trãsit in balneum, & fac opponatur cursui aquę, quia de hoc experientiam magnam vidimus in vno, qui non poterat firmare calcaneum in terra & ibat super punctam pedis: & ibi in paucis diebus liberatus fuit. Dubitatur vtrum tertia stupha .s. calida, & sicca conuenienter administrata conueniens sit pro resolutione malarum humiditatum corporis. Contra arguitur primo quia talis stupha non est conueniẽs pro resolutione malarum humiditatum cerebri: ergo non est conueniens pro resolutione quarumcũq; malarum humiditatum corporis: patet consequentia, antecedens probatur per Auic. quarta primi, cap. j. dicentem: super membra principalia cum fortibus medicinis non est faciendum aliquid, in quo sit ambigendum: sed hæc est fortis medicina. quare &c. & per idem patet ꝙ non conuenit pro resolutione humiditatum tympanitici, quia cum sit necessaria fortis stupha .s. quæ sit fortis exsiccationis, tunc si totum corpus ponatur in stupha, super hepar quod est membrum principale ponetur fortis exsiccatio, quæ non cõuenit secundum Auic. Secundo ad idem arguitur sic, secundum Auic. quarta primi capitulo primo: Medicinæ, à quibus cauere debemus sunt tres .s. resoluentes, vehementer infrigidantes, & contrarias habẽtes qualitates: sed stupha sicca est in numero resoluẽtium, immo resoluentium fortium: igitur ab hac abstinere debemus. Tertio sic, quia si stupha cõueniret pro resolutione malarum humiditatum corporis in aliquo membro existentium, & cum in quolibet membro sit etiam humiditas naturalis, æqualiter exsiccabitur humiditas naturalis, sicut præternaturalis, cum stupha sit naturaliter agens, in quodcunq; indifferenter agit, quod ei occurrit: hoc autem est inconueniens: quare &c.

Respondeo. Ad primum, quod fundatur super dictum Auic. .s. super membra principalia nõ est faciendum aliquid in quo sit ambigendum: posset responderi secundum glosam Gentilis ibi di-

A centis, ꝙ Auic. intelligit regulariter operãdo nõ est faciendum hoc: sed coacte potest fieri aliquid forte super membrum principale. Non satisfacit nobis hæc responsio, quia stupha non videtur nobis conueniens esse pro resolutione humiditatum cerebri, quia debilis non sufficeret, & fortis nimis inflammaret. Nos igitur aliter dicimus.

Quòd licet stupha sit conueniens pro resolutione aliquarum humiditatum corporis, non tamẽ est conueniens pro resolutione quarumcunq; humiditatum, quia non illarum, quæ sunt in membris principalibus: & si dices: igitur non conuenit stupha pro resolutione humiditatum tympanitici, quia illę sunt humiditates membri principalis .s. hepatis: dicitur ꝙ non sunt in membro principali, sed extra: quare conuenit stupha pro illis resoluendis: & circa hoc etiam caute procedere debe-

B mus, ne lædatur hepar .s. faciendo aliquam defensionem ad ipsum, ne inflammetur. Ad secundum principale, cum dicitur tres sunt medicinæ, à quibus cauere debemus .s. à resoluentibus, à vehementer infrigidantibus, & à contrarias qualitates habentibus: dixit Gentilis ꝙ intelligit regulariter operando, quia istæ tales medicinæ nõ sunt sine nocumento sensibili, tamen vrgente necessitate, cura coacta cum eis operari debemus.

Ad tertium cum arguitur ꝙ stupha ita resoluet humiditatem naturalem, sicut pręternaturalem: dicitur ꝙ quantum ex parte sui, verum est, sed quantum est ex parte virtutis defendentis humiditates naturales, non fiet hoc: & hæc de balneis dicta sufficiant. Mouebimus tamen duas difficultates circa dicta, vt errores alicuius remoueamus.

C Dubitatur ergo primo vtrum in anno bisextili omnia balnea sint nociua, et maxime balneum Porrectæ. & primo arguitur quòd sic, quia quandocunq; Saturnus regnat debilitantur multũ corpora nostra: quibus debilitatis balnea nocent, sed in anno bisextili regnat Saturnus, vt probabo: igitur in anno bisextili multum debilitantur corpora nostra, & consequenter balnea nociua sunt. patet consequentia cum maiori, minor probatur, quia in anno bisextili apparent magni effectus Saturni: igitur Saturnus in illo ãno regnat: patet cõsequentia: antecedens probatur, quia in anno bisextili plantæ magis steriles sunt in fructibus: itẽ pecora magis sterilia sunt in fœtibus: & mulieres magis steriles sunt, & sæpe abortiunt: & hoc est qa qualitates Saturni .s. frigiditas, & siccitas sunt inimicæ principijs vitæ, quæ sunt calidum, & humidum. Secundo arguitur. Saturnus mouetur magis de quarto in quartum, igitur magis regnat

in anno bisextili:patet consequentia, antecedens probatur,quia cum humores in qualitatibus suis sint similes planetis,vt patet,quia cholera similis est Marti in caliditate,& siccitate,& phlegma simile est Lunæ in frigiditate,et humiditate:& melancholia Saturno in frigiditate, & siccitate: & sanguis Ioui in caliditate,& humiditate:verisimile,& rationabile est q sint similes eis in motibus: sed cũ melancholia moueatur de quarto in quartum igitur,& Saturnus,cui melancholia est similis,mouebitur de quarto in quartum . quare &c.

In contrarium arguitur,quia quandocunque aliquis Planeta regnat eo tempore habet aliquã dignitatem,per quam magis potens est in influxu suo:sed in anno bisextili Saturnus non habet aliquam dignitatem magis,q̃ in alio tempore:igitur Saturnus non regnat in anno bisextili : patet consequentia cum maiori:minor probatur, quia quinq; sunt dignitates Planetarum.s.domus,exaltatio,triplicitas,terminus,& facies : sed nullã istarum dignitatum habet de quarto in quartum: de domo patet quia in triginta annis stat quinq; annis continuis in domibus suis.s.in Capricorno: & Aquario,non ergo de quarto in quartum : de exaltatione etiam patet,quia in.xxx.annis stat solum per duos annos cum dimidio in exaltatione sua.s.in Libra:de triplicitate etiam patet quia est de triplicitate prima,& tertia,sed inter primam, & tertiam mediat secunda triplicitas, quæ durat per duos annos cum dimidio:igitur non mouetur de vna triplicitate in aliam de quarto in quartum:de termino etiam patet, quia in quolibet signo habet terminum suũ per sex gradus, vel circa:& in quolibet signo stat per duos annos cum dimidio:igitur transit ab vno termino ad aliũm per duos annos cum dimidio:non ergo de quarto in quartum,patet etiam de facie,quia de septimo in septimum transit de facie in faciem,vel circa:non ergo de quarto in quartum,quare. Item si regnaret Saturnus de quarto in quartum: & cõsequenter pro eodem tempore multum debilitaret corpora nostra, propter quod nociua essent balnea : sequeretur q magis nociuæ essent pharmaciæ,& magis nociua esset phlebotomia : patet consequẽtia,quia hæc magis sunt suspecta in corpore debili,quia magis debilitant: cõsequens falsum,quia de pharmacia dixit Hippo. Sub cane, & ante canem molestæ sunt pharmaciæ : & nihil dixit de anno bisextili, & de phlebotomia dixit Auic.prima quarti. Consilium quidem meum in phlebotomia est,vt dimittatur quantũ est possibile:& si non est possibile,melior est multiplicatio numeri,quàm multiplicatio quantitatis,quare auctores omnes diminuti essent,de hoc tẽpore non faciendo mentionem. Secundo arguitur sic Saturnus non mouetur de quarto in quartum igitur non regnat in anno bisextili:patet cõsequẽtia,quia ex opposito consequentis,sequitur oppositum antecedentis:antecedẽs probatur, quia duplex est motus Saturni.s.totalis,per quem transit totum zodiacum:& hũc motum complet in triginta annis:& alius motus est partialis,per quem transit vnum signum:& hoc facit in duobus annis cum dimidio,& patet q secundum totalem motum non mouetur de quarto in quartum,sed de.xxx.annis in.xxx.annos nec secundum partialẽ motũ mouetur de quarto anno in quartũ ãnũ, sed à duobus annis cum dimidio in duos annos, quare &c. Item si Saturnus moueretur de quarto in quartum hoc esset vt dicunt,quia est similis humori melãcholico,qui mouetur de quarto in quartum,& econtra:sed Saturnus non est similis humori melancholico,nec humor melancholicus illi:igitur Saturnus nõ mouetur de quarto in quartum,patet consequẽtia cum maiori, minor probatur,quia secundum Mesuẽ in de consolatione medicinarum:vnumquodq; duplici virtute dotatum est.s.elementari,& cœlesti:per elemẽtarem habet complexionem,per quam operatur, & per quam est similis causæ,& effectui, per cœlestem vero habet formam specificam, per quam operatur,& per eam nõ est similis nec causæ, nec effectui,immo humor melancholicus per formã specificam mouetur de quarto in quartum,& nõ per complexionem : sed per formam specificam, per quam mouetur sic de quarto in quartum: nõ est similis alicui,quare &c. Quare respondendo ad dubium dicimus q falsum est annum bisextilem esse nociuum pro balneis: sed est fantasia non fundata in ratione. Ad argumenta igitur contra hoc respondetur. Ad primum negatur minor.s.quòd in anno bisextili regnet Saturnus: & ad probationem negatur q effectus Saturni magis appareant in illo anno:& ad probationẽ,quia in anno bisextili fiunt steriles plantæ, & pecora & mulieres,istud primo negatur:deinde concesso q esset hoc,non sunt effectus Saturni,quia effectus apparentes in anno bisextili,& sic continue per ordinem præcedentes debent reduci in causam facientem bisextum : & hic est motus Solis, qui de quarto in quartum facit additionẽ vnius diei.& q motus Solis sit causa nõ solum illorum effectuum sed etiam aliorum secundum philosophum secundo de generatione dicentem. Motus Solis in circulo obliquo est causa generatiõis, & corruptionis horum inferiorum. Ad secundum

dum negatur similiter q Saturnus moueatur de quarto in quartum,& ad probationem cum dici tur,humor melancholico est similis Saturno,& humor melācholicus mouetur de quarto in quar tum.igitur rōnabile est,q Saturnus moueatur de quarto in quartum:añs est falsum ꝓ parte.s. q̄n di citur q humor melācholicus est similis Saturno, quia humor melancholicus habet à virtute coele sti formam specificam,per quam mouetur sic,& per illam formam specificam nō est simile alicui, sed per complexionem,quam habet à virtute ele mentari est simile.quare &c.& etiam cōcesso q humor melācholicus esset similis Saturno largo modo.s.quantum ad effectum, quia sicut Saturnus facit aerem frigidum,& siccū, sic humor melancholicus est frigidus,& siccus:non valet consequentia cum infertur igitur rationale est vt Saturnus moueatur consimili motu ipsi humori, quia causa nō debet recipere ordinem sui motus ab effectu.quare:& si quęreres quare ille ānus dicitur bisextilis:dicitur q cum Sol singulo āno faciat cursum suum à primo puncto arietis vsq; ad primum punctum arietis in.ccclxv.diebus,& sex horis,& in quarto anno per additionem illarum sex horarum quater factam fiat vna dies magis in illo anno,quàm in tribus annis præteritis:& ista dies posita est ab antiquis in vigesima quinta die Februarij:& cum Februarius prius haberet viginti octo dies, vigesima quarta dicitur sexto Calendas Martij:&.xxv.dicitur.v.Calen.Martij: &.xxvj.dicitur quarto Cal.Martij,&.27.dicit̃ ter tio Calendas Martij:& vigesima octaua dicitur secundo Calendas Martij:nunc in anno bisextili cum Februarius habeat viginti nouem dies,& illa dies addita ponatur in vigesima quinta die illa dies.xxv.dicitur sexto Calendas Martij:& similiter.xxiiij.dicitur sexto Calendas Martij, quare dicitur bis sexto Calendas:ideo bisextus dicitur &c.

Dubitatur secundo vtrum balnea aliquando morbosa esse,aliquando salutifera proueniat solum à qualitatibus manifestis,an aliquādo à qualitate occulta.& similiter de aere. Et primo arguitur q proueniat aliquando à qualitate occulta,quia differentia,quæ est inter effectus productos à qualitatibus manifestis,& qualitatibus occultis,est:quia quæ fiūt à qualitatibus manifestis, fiunt in tempore sensibili:quæ vero fiunt à qualitatibus occultis,fiunt subito:sed multæ ægritudines fiunt subito:ergo illę fiunt à qualitate occulta. Secundo principaliter arguitur quia stante tẽ perantia qualitatum manifestarum aliquādo fiūt ægritudines mortiferæ,& venenosę:sed hoc non

A potest fieri à qualitatibus manifestis,sed occultis. ergo non omnes ęgritudines fiunt à qualitatibus manifestis,patet consequētia cum minori,& maior patuit in principio anni, M.D.xiij.quādo fuit creatus Papa Leo,quia de mense Martij,& Aprilis fuerunt ægritudines mortiferæ Florentiæ,ex quibus quamplurimi mortui sunt,& tamen qualitates manifestæ erant temperatæ.quare &c.

In contrarium arguitur q omnes ęgritudines fiunt à qualitatibus manifestis,quia omnes ægritudines possunt reduci in qualitates manifestas, tanquam in causas suas: igitur frustra est ponere qualitates occultas:patet consequentia,& antecedens est de mente Hippo.tertia particula aphorismorum,vbi concludit omnes ægritudines fieri ex qualitatibus manifestis per lōgum discursum: quia tripliciter fiunt ægritudines, vno modo ra-

B tione temporis seruantis suas qualitates, vel non seruantis,sed augmētantis qualitatem:Alio modo ratione ventorum regnantium:& hoc dupliciter,quia vel ratione vnius simplicis venti regnātis,vt Boreæ,vel Austri,aut ratione duplicis venti.s.vnius regnantis in hyeme,& alterius contrarij in vere,vel econtra,aut ratione vnius regnantis in æstate,& alterius contrarij in autumno, vel econtra. Tertio modo fiunt diuersæ ægritudines, secundum diuersitatem complexionum, ætatum, & diætarum. quare. Secundo principaliter arguitur sic,febres pestilētiales,quę magis videntur fieri à qualitatibus occultis, fiunt à qualitatibus manifestis,vt ꝓbabo:igitur à fortiori aliæ fiunt à qualitatibus manifestis,patet consequentia,antecedens probatur,quia febres pestilētiales fiunt à putrefactione aeris, sed putrefactio

C est corruptio in vnoquoq; humido proprie,& secundum naturam caliditatis ab aliena caliditate secundum philosophum quarto metheororum, igitur à qualitate manifesta fiunt inducente putrefactionem.quare. Respondeo. Ad hoc sunt opiniones probabiles ad vtranq; partem,propter ea defendemus vtranq; partem,postea ponemus propriam. Tenendo cum puris medicis dicimus q omnes ægritudines fiunt à qualitate manifesta,ad argumenta contra istam viam respondetur. Ad primum cum arguitur de differentia,quæ est inter ægritudines, quæ veniūt à quali tate manifesta,& à qualitate occulta, quia a qualitate manifesta fiunt in tẽpore sensibili,& à qualitate occulta fiūt subito:negatur hoc, sed quæ veniunt subito,veniūt ĩ corporibus maxime dispositis: quæ vero venit in tempore sensibili,venit in corporibus non maxime dispositis. Ad secundum cum arguitur q stante temperantia qualitatum aliquando

aliquando veniunt ægritudines mortiferæ,cõceditur,& cum dicitur, sed eæ non possunt fieri nisi à qualitate occulta,negatur.vnde tripliciter cõtingere potest ꝙ stante temperantia qualitatum fiant ægritudines mortiferæ:primo ratione ventorum portãtium infectionem aliquam,sicut accidit tempore guerræ ex multa occisione corporum,putrefactio potest portari à vento ad lõginquas partes. Secũdo modo ratione alicuius infecti venientis ex loco putrefacto. Tertio modo ratione magnæ distemperantię qualitatum factæ in tempore præcedenti,puta in hyeme, tunc in vere temperato fiunt ægritudines mortiferæ, vel econtra: quare isto tertio modo fiunt. Tenendo vero viam aliam.s.medicorum,qui Astrologiam degustarunt,respondetur ad argumenta contra ipsam. Ad primum, quando dicitur ꝙ omnes ægritudines possunt reduci in qualitates **E** primas tanquam in causam manifestam,negatur & ad probationem,cum tu adducis Hippocratẽ, dicitur ꝙ loquitur de ægritudinibus, quæ fiunt, vt in pluribus:aliquãdo tamẽ possunt fieri à qualitate occulta:& si diceres,ostẽde vnam, quæ possit fieri à qualitate occulta,dicitur ꝙ in siccis temporibus aliquando fiunt ægritudines pestiferę,& patet ꝙ tales nõ fiunt à putrefactione aeris, quia stante siccitate non fit putrefactio, cum putrefactio fiat ratione humiditatis superfluæ.quare&c.

Ad secundum cum dicitur ꝙ febres pestilentiales fiunt à putrefactiõe aeris,dicitur ꝙ aliquæ fiũt à putrefactione aeris:& aliquæ à qualitate occulta,quæ fiunt à putrefactione aeris, veniunt à qualitate manifesta:sed aliæ non &c. Nos vero cũ secunda via tenemus,& maxime ꝓpter has duas rationes.prima est,quia quandoque videmus in **F** bestijs pestilentiam esse quando non est in hominibus:& hoc est manifestum,tunc si pestilentia esset solum ex putrefactione aeris,tũc quæro an æqualis sit putrefactio aeris in vtraq; pestilẽtia, an maior in illa bestiarum an minor. Si equalis tũc quando esset pestilentia in bestijs, esset etiam in hominibus,& econtra,quod est falsum.si maior in illa bestiarum,tunc quando esset pestilentia in bestijs, eẽt etiam in hominibus,quod est falsum: si minor,tunc quando esset pestilentia in hominibus esset etiam in bestijs,quod est falsum. quare patet ꝙ per putrefactionem solam aeris nõ possumus saluare has duas pestilentias esse in diuersis temporibus:& cum tamen sint in diuersis temporibus:igitur aliud oportet ponere,ex quo pestilentia fit,& illud non est nisi qualitas occulta, vt dicunt astronomi.quare aliquando ægritudines fiunt à qualitate occulta. Secunda ratio sumi**D**tur ex dicto Auerrois sexto colliget capitulo primo. Nam dicit,& hæc ars aliquando deficit à fine suo propter præparationes materiales, quæ sunt in indiuiduis,quas non cognoscimus, quia non est impossibile,vt sint duo homines vnius, & eiusdem temperatæ complexionis, qui æqualiter vtantur vno regimine,& tamen vnus peruenit ad bonum finem, alius vero non, quia in eo multiplicantur mali humores,qui mortem inducũt, scilicet propter proprietatem illam occultã. hæc Auerrois. Modo arguo sic:si ab influxu supercœlesti causata est quædã proprietas occulta in vnoquoque animali saluans ipsum vsq; ad certum tempus,& non plus:igitur non potest negari quin à cœlo possit dari proprietas occulta,quæ saluet,& quę perimat:& ideo dicunt Astronomi ꝙ quando fit coniunctio Martis,& Saturni in signo humano:tunc talis coniunctio significat pestem,& non nisi quia influit qualitatem occultã pestiferam &c. Et hæc de ijs dicta sufficiant ad laudem Dei,& gloriosæ virginis matris &c. Calendis Ianuarij, M. D. xiij. à me Mengho Blãchello physico Fauẽtino editum est hoc opusculum de Balneis.

FINIS.

MENGHI BLANCHELLI Physici ad dominos Lucenses consilium de Balneo Villæ.

Vm ex vestro Balneo Villæ Magnifici domini Lucenses mirabiles effectus cõsequi videãtur,tam in balneãdo corporaturam,q̃ in potando dictam aquam:nec ab auctoribus medicinæ de potu aquæ quid scriptum sit,& de modo balneationis parũ: existimaui me dominatióibus vestris rem gratissimam facturum,si potum aquę in causam resoluamus,modumq; rectæ administratiõis tam potandi,quàm balneandi,aperiamus: quamobrem hoc consilium vestris dominationibus dedicaui: quod iudicaui non parum profuturum medicis consulentibus,& multo magis ægrotis balnea petẽtibus,vt recta incedẽtes via,pericula vitare possint. Accipite igitur hoc munusculũ grato animo,quod imprimendum curetis,vt pluribus cõmunicare possitis,quia bonum quanto communius,tãto melius est:existimo enim idem de hoc

balneo

balneo contingere, quod & de balneo Porrectæ contigit, cum enim vsus talis balnei valde suspectus esset, edito consilio à nobis de illo, & impressio, seruatoq; ordinis illius, cuius potatio difficilis erat, facta est facilis: & nullum amplius inconueniens de illo auditum est: sic de hoc, & multo magis, cum non sit tanti timoris. Curate igitur, vt omnibus communicare possitis: Nil aliud, bene valete.

Balneum de Villa in comitatu Lucano, teste Gentili Fulgineo in duobus suis consilijs est ferreum temperatum, in quo quis potest stare lógo tempore sine læsione, & confert membris nutritiuis, & auget famem, licet minuat sitim: hęc ille.

Moderni vero ijs dictis de minera nihil addūt, de effectibus vero specificant. Iuuat ad malam complexionem calidam hepatis, & renum: & predicta membra cōfortat, & debiliter agit: hęc illi.

Cum autem ij de minera, & de effectibus dimi nute dixerint: de potatiōe quoq; nihil dicant, nec de modo balneationis: ideo de ijs quatuor necessarium est sufficientibus determinare. Quantum ad primum, s. de minera dicimus q; dupliciter sumi potest iudicium de minera, s. ab experiētia, & ratione, experientia vero sumitur ex eo qđ apparet in ductu aquæ, vel in alembicatione eius: ratio vero sumitur ex ijs, quæ super minera significat, s. ex sapore, odore, colore, & operationibus: maxime vero ex sapore, & operationibus, quoniam operationes demonstrant virtutes primas, & secundas ipsius mineræ, & tertias si habent. ex experientia vero, quæ est per alembicationem patet q; hęc aqua tenet de minera ferri, & aluminis: ratio etiam, quę sumitur ex sapore, & operationibus testatur illud idem: de sapore satis patet, quia habet saporem ferrugineum cū stypticitate, sed ex operationibus magis demonstratur hoc idem, quę insequuntur complexionem eius: nam ferrū ponitur frigidę, & siccę complexionis ab Auerroi quinto colliget capitulo nono, vbi docet cognoscere complexiones medicinarum per generales differentias corporum mixtorum, quę sunt septem, s. congelatio, & dissolutio: inspissatio, & humectatio: viscositas, & facilitas: subtilitas, & grossities, mollificatio, & duricies: combustibilitas, & non combustibilitas: oppilatio, & apertio, vnde quędam congelantur à calido, & quędā à frigido: & quę congelantur à frigido, quędam inspissantur à calido, & quędam non: & quę dissoluuntur, quędam dissoluuntur à calido, & quædā à frigido: & quę humectantur, quędam humectantur à calido, & quędam à frigido: sed quę congelatę sunt à calore, calor, & siccitas super eas domi

A natur: sed quę sunt cōgelatę à frigido si imprimis essent inspissatę à calido, & ista spissitudo esset propinqua spissitudini, quę fit à natura aerea, vel aquea, sicut ē spissitudo butyri, hęc necessario sūt calida, & humida: & idem est de oleis, & gūmis, & similibus: sed quę sunt congelatę à frigido, & natura terrestris sup eas dominatur, si calor prius inspissauerit, necesse est frigidas, & siccas esse, sicut ossa, cornua, pāniculi, & similia: & quę sunt cōgelata à frigido, nec inspissata à calido naturaliter, hęc frigida, & humida necesse est esse, vt argētum viuum: & res quę sunt inspissatę à calore, & coagulatę à frigore, sunt propinquę ęqualitati, sicut cathymia: & res, q̄ dissoluuntur à calore, sem per coagulātur à frigore: q; si neq; inspissatę sunt, iudicamus frigidas, & humidas: sed si sunt inspissatę à calore cum dominio partium terrestrium,

B iudicamus eas frigidas esse, & siccas, sicut ferrum & multa metalla: & si cum hac spissitudine do minentur partes aereę, iudicamus humidas declinantes ad caliditatem, sicut est pinguedo intestinorum: hęc Auerrois. Verum non sufficit intelligere ferrū esse frigidę, & siccę complexionis: sed opus est graduare complexionem eius, scilicet in quo gradu sit frigiditatis, & siccitatis. Platearius inquit in suo de simplicibus: Quòd ferrum est frigidum, & siccū in tertio gradu: neque alium auctorem reperio graduare ipsum: q; ferrū sit frigidę complexionis patet, quia aqua ferrea confert alterando in dyscrasijs calidis hepatis, & renum: q; etiam sit siccę complexionis patet, quia sui stypticitate confortat membra: & in fluxibus iuuat aqua ferrea, vt inquit Serapio: sed nō credo q; sit frigiditatis, vt tria, quia tunc aquę mere fer-

C reę nocerent stomacho, quoniam dyscrasiarent stomachum ad frigidum, cū frigiditas tertij gradus sensibiliter noceat: & non tantum confortaret sui siccitate, quia minus agit siccitas, quàm frigiditas. quare iudico q; ferrum sit frigidum in secundo gradu, & siccum in tertio: & sic aqua mere ferrea non nocebit stomacho sensibiliter, quoniam frigidum in secundo gradu non nocet sensibiliter. Quantum ergo ad primas qualitates, cum aqua huius balnei conferat hepati, & renibus calidis infrigidando, & confortet omnia mē bra nutritiua coadunando partes ex sua siccitate, iudico aquam huius balnei tenere minerā ferri.

Quantum etiam ad secūdas operationes, quia aperit, & laxat aliqualiter vētrem, licet debiliter, iudico tenere de minera ferri, quoniam licet ferrum congeletur à frigido, inspissatur tamen à calido cum dominio partium terrestrium, vt iquit Auerrois: sunt ergo aliquę partes subtiles in eo, ratione

tione calidi inspissantis,quę sunt aperitiuę oppilationum,sicut etiam patet in electuarijs ferratis,quę aperiunt oppilationes:imo & illæ partes subtiles aliqualiter laxant ventrē,vt patet experientia,pbo etiam illud auctoritate Serapionis cap.de ferro:nam inquit,tubel.i.batitura ferri,siue squamma minus laxatiua est,q̄ squāma æris: sed de hoc etiam tangetur infra. Quòd autem aqua huius balnei teneat de alumine probo experientia, & ratione:experientia quidem,quia in alembicatione apparet aliquid de alumine:ex ratione etiā demonstratur,quia cum alumen gradnetur ab auctoribus calidæ,& siccæ cōplexionis in tertio gradu,nisi esset aqua hæc aluminosa, non conferret dyscrasię frigidæ,cuius oppositum videtur manifeste:vnde ex ijs duabus mineris,quarum vna frigida est,& altera calida,redditur aqua temperata:& sic tantum confert dyscrasiæ frigidæ stomachi,quantum dyscrasiæ calidæ hepatis,& renum: & dyscrasiæ matricis confert, siue calida sit dyscrasia,siue frigida. Contra nos forte dices: si nō esset ferrum frigidum in tertio,hæc aqua in actiuis non redderetur temperata:cōsequens falsum, quia tunc non conferret simul stomacho frigido & hepati calido.probatur consequentia, quia si alumen est calidum in tertio gradu, & ferrum sit solum frigidum in secundo,aqua ista esset simpliciter calida in primo.quare non conferret omni dyscrasię calidę. Respondeo. potest dici dupliciter:vno modo negando consequētiam,s.cum infertur q non redderetur temperata in actiuis, primo quia stat multam mineram ferri esse, & paruam mineram aluminis esse, propter quod aqua non redditur calida secundum totalem gradum eius propter diminutam quantitatem mineræ, secundo quia stat ferrum esse frigidum in secundo gradu, s.in fine mansionis secundi gradus:& alumen esse calidum in principio mansionis tertij gradus:quare insensibiliter differunt:& ppter ea redderetur quasi temperata. Alio modo potest responderi concedendo cōsequentiam,s. q aqua balnei non redderetur temperata in actiuis:imo est calida in primo gradu:& cum tu arguis cōsequēs esse falsum,quia tunc non conferret simul stomacho frigido,& hepati calido: negatur consequentia:pro quo aduerte q licet aliquis stomachus dicatur temperatus,& aliquis calidus,& aliquis frigidus respectu proprij generis:tamē respectu medij generis.s.carnis,quilibet stomachus est frigidus:similiter hepar licet respectu proprij generis aliquod sit temperatū,& aliquod sit frigidum,& aliquod sit calidum: tamē respectu medij generis quodlibet hepar est calidum ad minus ergo hepar est calidum in primo gradu:et tunc dicitur q aqua huius balnei cōfert hepati dyscrasiato ad calidum,& similiter renibus supcalefactis,quia hepar in tali dispositiōe est calidum supra primum gradum:& quod est calidum in primo, est frigidum respectu calidi in secundo. quare &c. Et si ista non satisfaciunt tibi,dicas ferrum esse frigidū & siccum in tertio gradu,& cum alumen sit calidum,& siccum in tertio gradu,redderetur aqua tēperata in actiuis:sed respōde ad rationem nostrā contra hoc,quia sequeretur q aquæ mere ferreæ nocerent stomacho,quia frigidum in tertio gradu sensibiliter nocet,& hæc de mineris huius balnei sufficiant. Quantum vero ad secundum,s. de effectibus huius balnei dicamus q cum aqua hæc propter qualitates minerarum refractas redatur temperata in actiuis,confert dyscrasiæ calidę,& frigidę membrorum naturalium,s.stomachi,hepatis,& renum,& etiam matricis,& ppter siccitatem minerarum redditur confortatiua horum membrorum adunando,& vniendo partes eorum,& istę sunt operationes primę, quę sunt merito qualitatum:confert etiam quantum ad secundas operationes,quia aperit oppilationes subtiliando humores grossos ratione aliquarum partium subtilium existentium in ferro,quod inspissatum est à calido,cum dominio tamen partium terrestrium:& confortat membra ratione stypticitatis. Confert etiam quantum ad operationē insequentem formam specificam,quæ est laxatio ventris,nam ferrum aliqualiter est laxatiuum,siue solutiuum:vide à Serapione capi.de ferro: vbi dicit,tubel ferri.i.battitura,siue squāma ferri minus laxatiua est,q̄ squamma æris:si est minus laxatiua,igitur aliqualiter laxatiua est:& ppterea ista aqua potata soluit ventrem,sed debiliter,& ideo in ijs,q faciles solutionis sunt,soluit eos,sed in ijs qui duri ventris sunt,non soluit eos.quare quando potatur,oportet adiuuare eius solutionem,vt infra dicetur:& hæc de effectibus balnei sufficiāt.

Quantum vero ad tertium,s.ad potationē huius aquæ tangemus decem puncta.Primum punctum est circa potationem,vtrum sit conueniens potare dictam aquam. & pro prima intentione.

Respondetur q conueniens est potare dictam aquam,s.pro intentione purgationis corporis, quia est laxatiua,siue solutiua,& partim pro infrigidatione hepatis,& renum,& membrorum supercalefactorum. Contra primum arguet quis, quia aquę,quę communiter potantur pro purgatione corporis,tenēt mineram salis,vt aqua Porrectę,& aqua Montis Catini,sed ista nō tenet mineram salis:igitur non est conueniens potare eā.

Respondetur

Reſpondetur ꝙ licet aquæ communiter potabiles, quæ bene ſoluunt ventrem, communiter teneant de minera ſalis: tamen quæ tenent de minera ferri etiam ſoluunt ventrem, ſed debiliter, vt dictum eſt ſupra in minera. Et ſi dices, quem hu morem ſoluit aqua ferrea? Dicitur ꝙ illum cui obuiat, & eſt facile ſolubilis, ſiue cholera, ſiue phlegma ſit. ex quo patet ꝙ male dicunt, qui dicunt ꝙ aqua ferrea ſoluit vẽtrem ratione ſuę grauitatis, quia ſic aqua plumbea, & cęnoſa ſolueret: quod eſt falſum: & patet conſequentia, quia tales aquæ etiam multum grauant: eſt etiam contra Meſuẽ in de cõſolatione medicinarum, ꝙ poſuit tantum quatuor genera ſolutiuorum, ſ. ratiõe lenitionis, vt caſſia, & manna: & ratione compreſſionis, vt myrabolani: & ratione lambificationis, vt pſilium: & ratione exſolutionis, ſiue laxatiõis, vt ſcãmonea, & reubarbarum. quare nõ ponitur ſolutiuum ratione grauationis. Secundum punctum eſt, vtrum prius potanda ſit iſta aqua, aut prius balneandum ſit corpus. Et videtur ꝙ prius ſit potãda, quia purgatio corporis debet pręcedere alterationem confortatiuam: patet per Auicẽ. quarta ſen primi capi. 2. In contrarium arguitur quia nemo debet petere balneum, niſi prius purgatus ſit, vt ſcribunt omnes auctores: igitur licet vti balneatione balnei ante potationem eius. Rñdeo. dicitur communiter ꝙ licet ante potatiõem balneandi poſſint vti balneatione, cum ſint purgati, tamẽ conueniẽtius eſt per aliquot dies prius potare dictam aquã: ratio eſt quia per balneationem intelligimus alterationem membrorum, ſiue rectificationem eorum, & confortationem, & per potationem intelligimus purgationẽ: ſed magis canonicũ eſt prius purgare corpus, ꝙ̃ alterare & confortare. quare. Nos vero dicimus ꝙ p potationem poſſumus intẽdere duo, ſ. purgationẽ, aut rectificationem membrorum. ſi intelligimus primum, cõuenientius eſt prius potare, ꝙ̃ balneare: ſi vero intelligimus ſecundum, cõuenientius eſt poſtremo potare, quia membra ſunt aliqualiter inflammata per balneationem. quare aliqualiter infrigidare hepar, & renes conuenit in poſtremis. Tertium punctum eſt, vtrum conueniens ſit iuuare debilem ſolutionem huius aquæ. Et videtur ꝙ ſic, quia non aliter faciendum eſt de iſta aqua debiliter ſoluente, ꝙ̃ de alio ſolutiuo debili: ſed aliud ſolutiuum debile ex præcepto auctorũ iuuari debet: igitur iſta aqua iuuari debet. Reſpõdetur, ꝙ iſta aqua iuuari debet in ſolutiõe ſua, maxime in ijs, qui duri ventris ſunt, & ſi dicitur, cũ quibus iuuari debet. Dicitur primo cum motu, iuxta illud Hippoc. quarta aphoriſ. Cum vo-

A lueris magis ducere elleborum, magis moue corpus: cum vero ſiſtere, ſomnum fac, & noli mouere. Secũdo debet iuuari cum zuccaro, & quãto minus coctum eſt, melius eſt, & ideo zuccarũ rubeum magis adiuuat ſolutionem, ꝙ̃ aliud zuccarum duarum coctarum, vel trium: & debet poni vnũ cochlear zuccari, p vna tacia aquæ: tertio poteſt iuuari cum modico ſale: ſed iſtud eſt ſuſpectum in ijs, qui habent hepar inflammatum, vel renes calidos, vel qui patiuntur ardorẽ vrinæ, tamen in ijs ſi nõ ſit multa inflammatio, nec ardor vrinæ poteſt miſceri ſal cum zuccaro, & totum hoc conſiſtit in extimatiua medici. Quartum punctum eſt circa quantitatem continuam aquę i. quantum in die oportet potare de dicta aqua. Reſpõdetur ꝙ ad minus duo onophora: ratio eſt, quia in tali quantitate rationabile eſt ꝙ moueat
B ventrem: ꝙ ſi non moueat, faciat clyſtere de dicta aqua cum zuccaro rubeo, & ſale: deinde moretur per quatuor horas, & poſtea capiat ferculum tantum bullitum in brodio pullæ. Ad plus vero capiat tria, vel quatuor onophora ſecundum tenorem virtutis, quia in tali quãtitate rationabile eſt vt ſufficiẽter purget. Et aduerte vnum, ꝙ ſi aqua iſta non purgat exhibita in debita quantitate, ſcilicet duorum onophororum, melius eſt, vt non ſe impediat cum illa, quia proportio non cadit inter ipſam, & accipientem, qualis debet cadere in mouendo eum. Quintum punctum eſt circa quantitatem diſcretam. ſ. quotiens debet ſumi. Rñdetur ꝙ de iſta aqua totiẽs debet dari, quotiẽs de alijs aquis potabilib. quare ad minus tribus vicibus ſumi debet, ſ. ſi ſoluat: & ad plus ſeptẽ vicibus: & debet aliqualiter augmentari quantitas vſ
C que ad quatuor vices: & in primis duobus diebus exhibere continuatim: ratio horũ eſt: quia ſic melius videtur ſoluere, & ſufficienter: deinde poſt duos primos dies interpolatim exhibere vno die ſic, & altero non: et in die, quo non accipit aquã, debet fieri ex dicta aqua clyſtere, & zuccaro rubeo, & ſale, vel ex capitis caſtrati decoctione, & zuccaro rubeo, et ſale, et ſi vis ponere vitellũ oui, ponas, quia de hoc non facio magnam vim. Sextum pũctum eſt circa qualitatem. i. caliditatem aquæ potandæ. ſ. quantum calida potari debet. Reſpondetur ꝙ debet potari calida, vt exit à balneo, & ſi etiam aliqualiter calidior potaretur, dũ modo non coquat os, neq; guttur, melius eſſet: ratio eſt quia medicinæ calidæ citius actuantur à calore naturali, & conſequenter citius mouent ventrem, non ergo frigida, neq; tepida potetur, ſed calidior. Septimum punctum eſt, ſi potãdo cõueniens eſt ſe balneare in die illa. Reſpondetur

ꝙ

q non, ratio est, quia balneatio noceret potationi factæ, quando balneatio trahit à centro ad circũferentiam, mouendo p sudorem: potatio vero trahit à circunferentia ad centrum, mouendo p vrinã, & secessum: quare balneatio esset impedimento potationi. Forte quis diceret, q licet balneatio de mane post potationem factam de mane sit impedimento, tñ balneatio facta de sero ante cœnã per duas horas, non erit impedimento aquę, quia tum finita est operatio eius. Dicitur q nec de sero conuenit balneatio in die potationis pp duo: primo quia nõ est finita operatio aquæ, qm̃ de nocte multum vrinatur: secũdo quia cũ fecerit leuẽ refectionem post quatuor horas à potatione finita, si cibus non esset digestus in stomacho, noceret balneũ, et si esset digestus, inflammaret: quare in die potationis non laudo balneationẽ: sed in alia die forte sic, facto prius clysteri. Octauum punctum est, si balneatio conuenit in altera die sequente potatione. & videtur q non, quia balneatio trahit ad circunferentiam, & potatio trahit ad centrum. igitur vna impedit aliam. Respondetur q põt fieri balneatio in altera die, dũmodo virtus toleret, quia non dicitur impediri operatio potationis nisi in tempore, in quo fit sua operatio, quare finita operatione non dicitur impediri: sed in die sequenti est finita operatio illius prioris potationis. s. per secessum, & per vrinã, licet aliquid de aqua remaneat in venis ad digerẽdos illos humores: quare &c. Nonum punctum est circa tempus potationis. s. quo tempore debet potari talis aqua. Respondetur q duplex est tempus potationis electũ. s. vniuersale, & particulare, loquendo de tempore vniuersali, potanda est in vere, & in autumno temporibus seruantibus suas qualitates: & communiter potatur à principio maij vsq; per totum mensem iunij: ratio primi est, quia in tempore veris, & autumni laudantur purgationes iuxta illud Hipp. quarta Aphor. sub cane, & ante canem molestæ sunt pharmacię: ratio secũdi est, quia melius est, vt tempus aliqualiter declinet ad calidum, q̃ ad frigidũ, quia magis adiuuat aquã: & notãter dixi tempus electũ, quia in quocunq; tempore potest dari, vrgente necessitate: & tum est tempus coactum. Decimum punctum est de regimine vitæ tempore potationis. Respondeo, dicitur q tale regimẽ debet seruari, quale seruatur in aqua Porrectę, vt diximus in quæstione nostra de aqua Porrectæ, & in alijs aquis potabilibus. quod regimen est, vt finita potatione stet per quatuor horas, deinde capiat ferculum tñ, & bibat modicũ vini paucifери, aut aliud vinum lymphatum, cũ aqua decoctio-

D nis passularum, deinde post sex horas capiat cœnam, & comedat de carnibus, & de ferculo tẽperate, & bibat magis vinum rubeum, q̃ albũ, quia magis confortat stomachum, & minus percutit cerebrum: in die vero, quo nõ potat, faciat clysterе ex dicta aqua cum vnc. ij. zucari rubei, & modico sale. deinde capiat prandium satis bona hora, vel velit balneare se, vel non, & comedat ferculum cum carnibus, in cœna similiter capiat ferculum, & carnes, & caueat ab omnibus fructibus, & caseo, & caueat comedere de pane, qui nõ est intinctus nec in brodio, nec in vino, quia est durę digestionis stomachis debilibus, & nocet sic potãtibus. caueat etiam dormire in die ab ortu solis vsque ad occasum, saltem in die potationis: caueat etiam à potatione dictæ aquæ tempore alicuius purgatiõis naturalis. & ideo mẽstruis superueniẽ-
E tib9 abstineat mulier à potatione, & hęmorrhoidibus fluentibus, abstineat quilibet à potatione, nisi intenderet restringere illam purgationẽ naturalem per potationem aquæ: caueat etiam ab ira, & tristitia, quia impediunt operationẽ aquæ.

Quantum etiam ad quartum. s. ad balneationem similiter tangemus decem puncta. Primum punctum est circa præparationem corporis, quæ fiti purgatione corporis, quia nemo præsumere debet se balneare nisi purgatus fuerit, & ratio est, quia cum mali humores fuerint in corpore non purgati, ex balneo facile inflammãtur, & putrescunt, quare cadunt in febres. necesse est igitur purgare eos, qui petunt balnea, ex quo infertur q error maior est mittere febricitantes ad balneum, quia humores præparati ad putredinem inflammãtur, & sic augent febrem. Se-
F cundum punctum est circa præparationem aliarum rerum, quę necessaria sunt volentibus se balneare: dico quę necessaria sunt pro accidentibus, quæ occurrere possunt. Pro quo aduerte q petentibus balneum accidit quãdoq; stypticitas vẽtris magna, cui prouidere oportet aut cum clystęri ex aqua balnei, & zucaro rubeo, & sale, aut cum decoctiõe capitis castrati: quare oportet portare instrumentum pro clysteri, & zucarum rubeum, aut saltem portare cassiam fistulam vt possit ante cœnam aliquid de ipsa capere: aut portare pilulas ex aloe, mastiche, & tragacanto confectas, de quibus capiat aliquam ante cœnam stante stypticitate ventris. Accidit & quandoque sitis, pro qua prouidere oportet. quare portet secum iuleb violatum, vt casu quo contingat sitis, medium cyatũ aquę putei, vel fontis capere possit cum modico iuleb. Accidit & quandoque catarrhus, siue ex mutatione aeris, siue ex fumositatibus,

patibus, & vaporibus balnei. quare conueniens est prouidere: portet igitur secum ad minus vnã dosim pilularum pro catarrho. Recip. pilularum astaieret, pilularum sine quibus ana. drach. s. & reformentur quinque pilulæ cum aqua fœniculi, & capiat in sero quando vadit dormitum tempore necessitatis, vel capiat de alijs pilulis consimilibus istis. Accidit etiam quandoque debilitas aliqua propter tãtum alterare corpus in balneo, maxime debilibus, propter quod oportet prouidere. quare portet secum confectiones aliquas pro confortatione corporis, siue trageam, siue coriãdros confectos, siue manus Christi perlatum, de quibus ante introitum balnei capiat modicũ, vel post exitum. Accidit etiam aliquando, licet raro, febris, quę si accideret, abstineat à balneo, et capiat vnc. j. cassiæ tractæ, & stet per duos dies ad minus post cessationem febris antequam se balneet. Tertium punctum est de hora balneationis, & dicitur quod duplex est hora balneatiõis, s. vniuersalis, & particularis. vniuersalis est, scilicet in quo tempore fieri debet balneatio: & statutum est ab auctoribus quòd in temporibus temperatis, scilicet vere, & autumno: & ratio est, quia in ijs temporibus magis potest tolerari balneum, & magis conferens est: hora vero particularis est circa ortum solis vsque ad tres horas: & in sero circa vigesimam vsque ad vigesimam tertiam.

Quartum punctum est quod est melius tempus pro balneatione. an tempus veris, an tempus autumni? Dicitur quod illud est melius tempus, in quo aquæ sunt meliores, & cum in autumno sint meliores, quia pręcessit ęstas exsiccatiua: ideo illa est melior balneatio, & melior est potatio: secus est productia, quia licet aquæ sint meliores pro ductia in autũno, tñ pro dispositione capitis peius est, quoniam per duciam fit caput apertum, & adueniente frigore multum patitur caput. quare &c. Quintum punctum est circa quãtitatem mansionis in balneo: & dicitur quod in mane plus morari debet in balneo, quàm in sero: & in mane ad minus per horam, in sero vero minus. Sed aduerte quod quãdocunque ex balneo percipitur molestia aliqua, siue inflammatio sit, siue aliud, debet exire balneum, quia corpora nõ sunt semper in eadem dispositione tolerandi balneum, quoniam non est eadem sanitas mane, & vespere, vt dixit philosophus. Sextum punctum est circa qualitatem, vel modum mansionis in balneo, nam cum in appenditijs non sit tãta caliditas, & in medio sit maior caliditas, oportet inprimis gradatim procedere, quia natura subitas mutationes non patitur,

A quare à principio stet in appenditijs, & paulatim procedat versus medium, secundum quod virtus tolerat. Aduertat etiam ad fumositates balnei & caueat stare in parte illa, ad quam fumositates declinant, quia replent caput, & capitis dolorem faciunt. Aduertat etiam vt stet in balneo vsque ad os stomachi, & non secundum totum pectus, quia constringeret pectus. Septimum punctũ est circa prouisiõem de exitu balnei, quia balneatus postquam exsiccatus fuerit, debet intrare lectum ad minus per mediam horam, & si eo tempore sudat, patientiam habeat, non tamen multum se cooperiat: postea vero se exsiccet: si vero non sudat stet quietus, postea exurgat leuiter deambulando vsque ad horam prandij, & cum sit calidus, caueat à ventis. Octauum punctum est, vtrum conueniat ipsum dormire quando in-

B trauit lectum post exitum balnei. Dicitur quod de mane potest dormire, de sero vero minime: & ratio est, quia hora matutina magis conueniens est somno, quàm vespertina. Nonum punctum est, quotiens balneandus est. i. quot diebus. Et respondetur, quod auctores communiter recipiũtur viginti quinque diebus facere balneationem: & ratio est, quia verisimile est in hoc tempore balneũ fecisse impressionem sufficientem. Decimum punctum est de regimine vitę in tempore balneationis: & dicitur quod debet esse regimen conueniẽs in sex rebus non naturalibus: primo in aere, caueat igitur à vento, & ab aere nocturno: caueat etiam stare sub sole capite discooperto. De cibo vero, & potu mensuret quantitatem cibi sibi conuenientem, & caueat à repletione nimia: qualitatem quoque cibi conuenienter obseruet, scili-

C cet vt sumat res boni nutrimenti, & facilis digestionis. quare abstineat à fructibus, quæ faciunt sanguinem aquosum, & cito putrescibilem: caueat etiam à carnibus duræ digestionis, vt sunt porcinæ, & bouinæ, sed comedat carnes pullorum, vel castratorum, vel vitulorum, vel similium: caueat etiam à caseo, quia duræ digestionis est. Tertio obseruet horam comedendi, de mane cito circa decimam tertiam, vel decimam quartam horam, in sero vero circa vigesimam secundam, vel vigesimam tertiam. comedat ergo de mane ferculum cum carnibus temperate, & in sero minus de carnibus comedat: & si vellet oua in sero, non esset malum: in die vero nigra comedat mane, & sero oua, & de mane ferculum cum ouis, in sero vero cum lacte amygdalarum. quòd si posset habere pisces petrosi fluminis, comedat de illis. de fructibus vero, aran

tiæ, & granata, & pruna conceduntur eis: vinum vero sit rubeum non ponticum, idest non bruscum, nec dulce, & sit sufficienter lymphatum, non cum aqua balnei, sed cum alia. De motu vero, & quiete dicitur, quòd bonum est vt exercitium ante cibum faciat, sed non sudet, nec saltet, siue tripudiet, sed quiescat. De somno, & vigilia dicitur, quòd dormiat in nocte, & caueat à vigilijs noctis: in die vero non est conueniens dormire, maxime post prandium.

De inanitione, & retentione dicitur, quòd prouideat singulo die habere beneficium ventris, & si non habeat, faciat clysterem, vel aliter

D prouideat. De accidentibus animi: caueat à tristitia, & propter hoc continue stant in ludis, qui in balneis sunt. sed cum cauendum sit ab ira, sit ludus gratia solatij, & cõsequenter ludus sit de paucis denarijs, & non de multis: & hæc de regimine vitę sufficiant ad gloriam dei, et gloriosæ virginis.

Finis de Balneo Villa.

IN LIBROS IOANNIS ET IACOBI DE DONDIS PATAVINORVM PRAEFATIO.

Vum ijs,quę de aquarum medicinis,typis nostris hactenus erãt impressa, adijcere vellemus ingeniosum,sed latẽtem annos prope iam ducẽtos IOANNIS DE DONDIS Patauini librum, in quo de Patauinis thermisPatauinus homo docte admodũ ac subtiliter disputauit:libuit prius admonere lectorẽ, DONDOS qui hodie de HOROLOGIO dicuntur, iam inde à proauorum nostrorum tẽporibus Patauij fuisse nobiles:& ex ijs insignes philosophos ac medicos,pdijsse: atq; inter eos Iacobum, qui rationem conficiendi salis ex calidis APONI aquis primus excogitauit, & ea de re librum edidit, ac postea etiã de fluxu ac refluxu maris diligenter scripsit, tantoq; studio ac profectu vniuersa quæ ad medicinam pertinent legit, atq; intellexit, vt de ijs rebus præclarũ opus emiserit: in quo morborũ propę infinita remedia summis laboribus collecta ita exposuit, vt omnium consensu AGGREGATORIS nomẽ sit consecutus. Ex quo genitus est Ioannes hic, qui de his quæ in Patauinis thermis mirabilia visuntur, deq; eorum causis, atq; ipsarum aquarum medicinis adeo diligẽter et erudite disseruit, vt difficile sit ad ea q̃ ille excogitauit ac memorię pdidit, melius quicq; addere. amauit hunc FRANCISCVS PETRARCHA poeta insignis, & moriens honesto legato beneuolentiam in illum suam testatus est. Ad hæc non alienum à nostra in Patauinã ciuitatem obseruantia existimauimus hoc loco ponere quæcunque in laudem harum aquarum à veteribus, vel poetis, vel scriptoribus memoriæ tradita legimus. Primum igitur Suetonius in Tiberio ita scribit.

Mox quum Illyricum petens iuxta Patauium adijsset Geryonis oraculum sorte tracta, qua monebatur vt de consultationibus in APONI *fontẽ talos aureos iaceret: euenit vt summum numerum iacti abeo ostenderent, hodieq; sub aqua visuntur hi tali.*

Ex quibus verbis apparet in agro Patauino ita fuisse Geryonis oraculum vt in Græcia Amphiarai & Trophonij, ac vero simile videri potest, conditũ fuisse id oraculum ab Hercule ac nobilissimis illis argiuis, qui cum eo in expeditionem aduersus Geryonem profecti, mox eodem ipso duce in patriam reuertentes ad hęc loca peruenerunt: vbi iam longę peregrinationis labore defessi, ac uix tandem salubribus istis calentium aquarum miraculis recreati, in Græciam sibi redeundum non putarunt. allexit homines iucunda collium amœnitas, & subiectorum collibus aruorum fertilitas cepit. Itaque mansuram sibi sedem Hercule concedente delegerunt. ipsi a generis nobilitate Euganei nuncupati nomen genti dedere. fontem vero ipsum in quo et morborum sine ullo dolore medicinam, & iucundã laborum requiem inuenerant, sua lin

gua ΑΠΟΝΟΝ à doloris, & laboris priuatione nuncuparunt. Hercules, uel conscientia facti sui commotus, uel coelestibus prodigijs actus, ut Geryonis, quem abductis armentis interemerat, manes placaret, monumentum illi, & oraculi aditum instituit, ubi, & augur esset, & sortes ducerentur. cuius rei fidem uel unus Lucanus potest facere, qui proelium Pompei & Caesaris eo ipso die quo in Thessalia commissum est, ab augure in Euganeo colle ad APONVM sedente praedictum canit. eius uersus ex septimo Pharsaliae hi sunt.

Euganeo (si vera fides memorantibus) augur
Colle sedens, APONVS *terris vbi fumifer exit*,
Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui,
Venit summa dies, geritur res maxima, Dixit,
Impia concurrunt Pompei & Caesaris arma.

Sed illud quoque non mediocriter adiuuat coniecturam, quod usque ad Honorij Imp. tempora in ipso APONI fonte regiae quaedam hastae uisebantur, quas illuc iactas ab Hercule credebant. ac sulcus eiusdem aratro factus ostendebatur ab incolis, quem imitati illi, & ad aedificandum, & ad calcem faciendam lapides fodere didicerunt, & sane nunc quoque toto illo tractu ad millia passuum xij, & amplius lapides ad utranque rem idonei fodiuntur, quales in reliquo Patauino agro nusquam inuenies. ut appareat locis illis subesse ignes quibus excocti lapides in calcem gypseum nescio quid in se habentem facile transeant, & nutrimentum perpetuis caloribus praebeant. vnde physicis ansa disputandi nouo modo de thermarum caloribus offertur. Siquidem Claudianus quoque colles illos coctam silicem nominat, cum ait,

Luxuriat viridi gramine cocta silex

Et rursus silicem dicit liquido feruore liquescere, quod nihil aliud est quàm in calcem conuerti. De sulco autem Herculeo versus illius hi sunt.

Praeterea grandes effosso marmore sulci
Saucia longinquo limite saxa secant.
Herculei (sic fama refert) monstratur aratri
Semita, nec casus vomeris egit opus.

Claudianus autem vates egregius, cui Arcadius, & Honorius Impp. senatu petente statuam testimonij gratia in foro Traiani erigi collocarique iusserunt, fontem APONI pulcherrimis uersibus ita alloquitur.

FOns Antenoreæ vitam qui porrigis vrbi:
Fataq́ vicinis noxia pellis aquis.
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
Cum tibi phœbeus carmina dictet honos,
Et sit nulla manus, cuius non pollice ducta
Testentur memores prospera vota notæ:
Nonne reus musis pariter, nymphisq́ tenebor,
Si tacitus soli prætereare mihi?
Indictum quid enim fas est à vate relinqui,
Hunc qui tot populi peruolat ora locum?
Alto colle minor, paruis erectior aruis
Conspicuo cliuus molliter orbe tumet.
Ardentis fœcundus aquæ, quacunq cauernas
Perforat, offensus truditur igne latex.
Spirat putre solum. conclusáq́ subter, anhelo
Pumice rimosas perforat vnda vias.
Humida flammarum regio, Vulcania terræ
Vbera: sulfureæ feruida regna plagæ.
Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant
Pascua: luxuriat gramine cocta silex.
Et cum sic liquido cautes feruore liquescant:
Contemptis audax ignibus herba viret.
Præterea grandes effosso marmore sulci
Saucia longinquo limite saxa secant,
Herculei (Sic fama refert) monstratur aratri
Semita, nec casus vomeris egit opus.
In medio, pelagi latè flagrantis imago
Cœrulus immenso panditur ore lacus,
Ingenti fusus spacio: sed maior in altum
Intrat: & arcanæ rupis inane subit,
Densus nube sua: tactuq́ immitis, & haustu,
Sed vitreis idem lucidus vsq́ vadis.
Consuluit natura sibi: ne mersa lateret
Admisitq́ oculos, quo vetat ire calor.
Turbidus impulsu venti cum spargitur aer,
Glaucaq́ fumiferæ terga serenat aquæ:

Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,
Tunc veteres hastæ regia dona micant.
Quas inter nigræ tenebris obscurus arenæ
Discolor abruptum flumen hiatus agit.
Apparent intus latebræ: quas gurges opacus
Implet: & abstrusos ducit in antra sinus.
Tum montis secreta patent: qui flexus in arcum
Aequora pendenti margine summa ligat.
Viua coronatos adstringit scæna vapores
Et leuis exili cortice terra natat:
Calcantumq; oneri nunquam cessura virorum
Sustentat trepidum fida ruina pedem.
Facta manu credas: sic leuis circuit oras
Ambitus: & tenuis, perpetuusq; riget.
Hæretne stagna loco plenas æquantia ripas,
Præscriptumq; timent exiluisse modum.
Quod superat, fluuius deuexa rupe volutus
Egerit: & campi dorsa recurua petit.
Deuehit exceptum natiuo spira meatu:
In patulas plumbi labitur inde vias.
Nullo cum strepitu, madidisq; infecta fauillis
Despumat niueum fistula cana salem.
Multifidas dispergit opes: artemq; secutus
Qua iussere manus, mobile torquet iter.
Et iunctos rapido pontes subtermeat æstu,
Afflatosq; vago temperat igne tholos:
Acrior interius rauci cum murmure saxi
Spumeus eliso pellitur amne vapor,
Hinc nigras repetunt fessi sudore lacunas:
Frigora queis longè blanda dedere mora.

* * *

Salue pæoniæ largitor nobilis vnda,
Dardanij salue gloria magna soli
Publica morborum requies: commune medentum
Auxilium: præsens numen: inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,

Et nostro phlegeton deuius orbe calet.
Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis:
Accensusq; fluit, quod manifestat odor.
Siue pares flammis vndas in lance rependens,
Arbiter in fœdus mons elementa vocat.
Ne cedant superata sibi: sed legibus aquis,
Alterius vires possit vtrunq; pati.
Quicquid erit causæ: quocunq; emitteris ortu;
Non sine consilio currere certa fides.
Quis casum meritis adscribere talibus audet?
Quis negat auctores hæc statuisse Deos?
Ille pater rerum qui sæcula diuidit astris,
Inter prima poli te quoq; sacra dedit.
Et fragilem nostri miseratus corporis vsum,
Tellurem medicas fundere iussit aquas.
Par carumq; colos exoratura seueras
Flumina laxatis emicuere iugis,
Fœlices proprium qui te meruere coloni,
Fas quibus est APONON *iuris habere sui.*
Non illis terrena lues, corrupta nec austri
Flamina, nec sæuo Sirius igne nocet.
Sed quamuis Lachsies fatalia stamina damnet,
Inde sibi fato prosperiora petunt.
Quod si forte malus membris exuberat humor,
Languida vel nimio viscera felle rubent,
Non venas resecant: nec vulnere vulnera sanant:
Pocula nec tristi gramine mixta bibunt.
Amissum lymphis reparant impune vigorem
Pacaturq; ægro luxuriante dolor.

Sed longè maximam his thermis auctoritatem vel vna illa Theodorici Regis epistola potest afferre: qui deposita Ostrogothicæ gentis vnde oriundus erat feritate, Germaniæ Vnghariæ, Ilyrico, & maximæ Galliarum parti atq; Italiæ magna aliquandiu per imperij sui initia cum clementiæ tum æquitatis laude imperauit. Is quum Rauennam Imperij sui sedem constituisset, atq; ibi totos propemodum quadraginta annos consedisset, Patauium vrbem bellicis incursionibus propè deletam restaurauit: & ad regiam maiestatem pertinere existimauit vt ædificia ad thermas APONI vetustate collapsa, regijs impensis instaurarentur. & fons ipse ac vicina fonti loca in pristinam faciem redi

gerentur. Eius ad Aloysium Architectum ea de re epistolam hic apponen-
dam curauimus: propterea quod digna visa est, quæ non inter varias solum
Casiodori, sed hic quoque in gratiam studiosorum legeretur: & hinc om-
nes intelligerent ad scribendum de his aquis erudita hominum in-
genia, vel hac una epistola potuisse excitari, quam qui stu-
diose inspexerit facile intelliget Casiodorum eam,
quam præmisimus Claudiani elegiam non incu-
riose legisse, ac longe maximam huius ip-
sius epistolę partem ex sententijs inde
ductis texuisse: & non inepta
quamuis paulo difficilio-
re paraphrasi tran-
stulisse.

THEODORICVS OSTROGOTHORVM REX

ALOYSIO ARCHITECTO, S.

I audita veterum miracula ad laudem nostræ clementiæ volumus continere (quoniam augmenta regalis gloriæ sunt, quum sub nobis nulla decrescunt) quo studio conuenit reparari, quod etiam nostris oculis frequenter constat offerri? Delectat enim saluiferi APONI *meminisse potentiam, vt intelligas quo desiderio cupiamus reficere, quod de memoria nostra nescit exire. cæruleũ fontem vidimus in formam dolij cõcauis hiatibus æstuantem, & fornaces anhelantium aquarũ circunducto tereti labio, naturæ probabili dispositione coronatas. quæ licet more calidarum nebulosos vapores exhalent, hanc tamen iucundam perspicuitatem aspectibus humanis aperiunt, vt quiuis hominum illã gratiam desideret contingere, & quum non ignoret ardere. Ore plenissimo, in sphæræ similitudinem, supra terminos suos aquarum dorsa turgescunt, Unde latex tanta quiete defluit, tanta quasi stabilitate decurrit, vt eũ non putes crescere, nisi quia inde aliquid rauco murmure sentis exire. Ueniũt aquæ per algentes meatus tali feruore successæ, vt post recurua spacia, quæ arte facta sunt longiora, in tepores sint maxime rediture. O magistri mirandum semper ingenium, qui naturæ furẽtis ardores ita ad vtilitatem humani corporis temperarit, vt quod in origine dare poterat mortem, doctissime moderatum, & delectationem tribueret, & salutem. Iuuat videre secretum, latices vapores igneos exhalantes, amicum vndis indesinenter ardorem, & calorem venire decursu riui, vnde naturaliter solebat extingui. Merito dicunt Philosophi elementa sibi mutuis complexibus illigari, et mirabili confœderatione coniungi, quæ inter se contrariä intelliguntur varietate pugnare. Ecce madentem substantiam vapores producere constat ignitos, quæ mox vt ad thermarum ædificia decora peruenerit, illic à cautibus vnda descendens, & äera sua qualitate succendit, & tactu fit habilis, quum recepta fuerit in lauacris. vnde non tantũ deliciosa voluptas acquiritur, quantũ blãda medicina confertur, scilicet sine tormento cura, sine horrore remedia, sanitas inempta, balnea contra diuersos dolores corporis attributa. quæ ideo* ΑΠΟΝΟΝ *græca lingua, benefica nominauit antiquitas, vt causam tanti remedij æger cognosceret, cum de tali nomine dubium non haberet. sed inter alia loci ipsius bona, illud quoque stupendum esse dicimus, quod vna fluentorum natura diuersis ministerijs videtur accõmoda. nam protinus saxo suscipiente collisa inhalat primæ cellulæ sudatoriam qualitatẽ, deinde in solium mitigata descendẽs, minaci ardore deposito suaui temperatione mollescit. mox in vicinum producta, cum aliqua dilatione torpuerit, multo blãdius intepescit, postremo ipso quoq; tepore derelicto, in piscinam Neronianam frigida tantum efficitur, quantum prius ferbuisse sentitur. nõ immerito auctoris*
* *sui participãs nomen collega est cum viriditate gemmarum. vt ipso quoq; vitrei elemẽti colore perspicua quasdam trementes vndas quieta cõmoueat. sed vt ipsum quoq; lauacrum mundius redderetur, stupenda quadam continentiæ disciplina, in vndam, qua viri recreantur, si mulier descendat, incenditur. propterea quod ipsis altera exhibitio decora collata est, scilicet ne ardentium aquarum fœcundissimus locus crederetur non habuisse, vnde plurima largiretur, si vterq; sexus*

vno

vno munere communiter vteretur. hac perennitas aquarum intelligendi præstat indicium, per igneas terræ venas occultis meatibus, influentem interius in auras erumpere excocti fontis irriguam puritatem. nam si naturæ fuisset illud incendium, sine interitu substantiæ non fuisset amissum. sed aqua materia sensibilis, sicut peregrinum contraxit ignem, sic iterum natiuum facile repetit algorem. præstat & aliud adiutorij genus vis illa medicabilis. nam iuxta caput fontis scintillosi, quendam sibi meatum prouida natura formauit. hinc desuper sella composita, quæ humanis necessitatibus in absidis speciem perforatur, ægros suscipit interno humore defluentes. Ubi dum fessi nimio languore consederint, vaporis illius delectatione recreati, & lassa viscera reficiunt & humores noxia infusione laxatos, vitali aviditate constringunt. vt quasi aliquo desiderabili cibo refecti, valentiores queant protinus inueniri. Sic medicabili substantiæ venit à sulfure, quod calet. à salsedine quod deficcat. Talia posteris non tradere, hoc est grauiter in longam ætatem peccare. quapropter antiqua illic ædificiorum soliditas innouetur. Ut siue in thermis, siue in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui. Uirgulta quoq;, noxia importunitate nascentia euulsis cespitibus auferantur. ne radicum quidam capilli paulatim turgentes, fabricarum visceribus inserantur, & parietes more vipereo prolem sibi fœcunditate contraria nutriant, vnde se compago casura disrumpat. Palatium quoq; longa senectute quassatum, reparatione assidua corrobora. Spatium, quod inter ædem publicam & caput igniti fontis interiacet, syluestri asperitate depurga. rideat florenti germine facies decora camporum, quæ etiam ardentis aquæ fertilitate lætatur, miroq; modo dum proxime salem generat sterilem, nutriat pariter & virores. sed non his tantum beneficijs. Antenorea terra fœcunda est: infert et alia, quæ multo grandius obstupescas. Corda illa (vt ita dixerim) montium in vicem secretarij negocia contentiosa distinguunt. nam si quis forte pecus furatum pilis natiuis solito more spoliare præsumpserit, vndis ardentibus frequenter immersum, necesse est, vt antea decoquat, quàm emundare præualeat. O vere secretarium iure reuerendum. quando in his aquis non solum sensum, sed etiam verum constat esse iudicium. &, quod humana nequit altercatione dissolui, fontium datum est æquitate definiri. Loquitur illic tacita natura, dum iudicat, & sententiam quodam modo dicit, quæ perfidiam negantis excludit. Sed quis ista conseruare negligat, quamuis plurima tenacitate sordescat? Siquidem ornat regnum, qđ fuerit singulariter toto orbe nominatum, & ideo pecunia, quæ tibi data est, si opus non potexit implere susceptum, quantum adhuc expendendum esse credideris, missis nobis breuibus, indicabis. Quia non grauamur expendere, vt tanta videamur ruris amœna custodire. Uale.

Secretarium iudicem intelligit a secernendis iudicandisq; reb⁹ quę in cōtrouersiam veniunt.

IOANNIS DE DONDIS PATAVINI

De fontibus calidis agri Patauini consideratio, Ad magistrum Iacobum Vicentinum.

Vanquam vir egregie & amice præcipue, eo semper in te animo fui, vt quequid facultatis i me esset, si quid modo esse aliquando contigisset, id totum ad voluntatem tuam conferre atq; accommodare desiderarem: tamen id præstare nondum potui, ac ne tentaui quidem. Neque tamen est, quòd putes me obliuisci aut posse, aut, si possim, velle veteris illius nostræ sodalitatis & suauissimæ consuetudinis: quam studiorū similitudo tum cōciliauit, cum ad easdem artes ac facultates pariter contenderemus, ac plærunq; eodem etiam magistro vteremur: totamq; disciplinæ scholasticę militiam atq; adeo etiam vigiliarū labores vnà perferremus. Huc accedit quod amicitiæ honestissimis de causis initæ, tam constans ratio ac stabilis fides fuit: vt quamuis peracto studiorum curriculo tua te patria à nobis distraxerit, amicitiam tamē nostram nulla locorum interualla potuerint dissoluere. Quam ob rem vix credas, quàm molestum mihi fuerit, quod tā diu distulerim id aggredi quod à me superiore anno petieras, & vt facerem binis literis atq; illis quidē eruditis & amabilibus persuaseras. sed mehercle ea in re, neq; negligentia, neq; vlla laboris fuga in causa fuit, quo minus diligenter quod petieras considerarem, & materiam cognitione dignissimam scriptis mandarem. Sed volentem me atq; animo destinantem id tunc primū pręstare cum aliquid ocij contigisset, impedimēta hinc atq; inde occurrentia retraxerunt: quæ mentem lōge alijs curis implicitam molestis occupationibus obruerunt. Primum enim meorum morte atq; alijs quasi turbinibus me sæuientis fortunę procella vexauit. deinde vero quum Magnifici ac præpotētis Dñi Dñi Galeacij Vicecomitis Mediolani & comitis virtutum filius præclaræ indolis in difficilem ac grauem morbum incidisset, integrum annum in Papiensi Vrbe illi astidere sum coactus. Agnoscis causam dilati officij, et quæ tua humanitas est, qui dilectionis in me affectus, etiam libenter ignoscis. Nunc .n. quum primum licet ad id quod inuitus ac coactus distuli, volens ac lubens redeo. & in ea re quę non modicę considerationis indiget, quantum mihi lux cœlestis affulserit, & diuina bonitas aspirauerit, mentem cogitationemq; intendā: magis equidem vt voluntati tuę morem geram, & qua parte possim mortalibus me vtilem exhibeam, quā quod magnum aliquid mihi sumam, aut sperem me tam arduæ rei exquirendæ atq; inueniēdę parem fore. cum & ego sciam, & tu optime noris magna ingenia hāc materiam vel præterijsse, vel leuissime attigisse. Quo magis confido satis tibi fore, si quantum vires meę tulerint, ea breuiter ac dilucide explicare tentauero, ad quæ cognoscēda ingenij nostri mediocritas potuit puenire.

Hęc oratorum more tecum locuti vt excusationis nostrę & præfationis ratio videbatur postulare, totum de calidis agri patauini aquis tractatum sermone Philosophis ac dialecticis vsitato explicabimus, vt omnibus ad intelligen- B dum & dispu tādum de his rebus latiorem ac expeditiorem viam prębeamus.

Etieras amice si memini, vt circa materiam fontiū calidarum aquarum, quę Thermę vocantur, illarum præcipue quæ sub oculis fere quotidie nobis sunt apud montes Euganeos territorij Patauini diligentiam meę considerationis apponerem: & feruoris earum aliorumq; plurium mirabilium apparentium circa ipsas pro ingenij mei captu naturales causas inuestigarem, scriptisq; mandarem. Quod vt faciam tuis petitionibus obtemperans, hoc procedam ordine.

Primo proponam miranda quædam accidentia quę in dictis aquis apparent, quorum ego C expertus pluries testis sum. Addam & alia quædam quæ specialiter de fonte APONI apud Cassiodorum scripta sunt: quæ tamen ego nec testificor nec affirmo, quia eorum nihil experientia didici.

Secundo causas feruoris aquarum calidarum fontium generaliter recitabo. quas alij hactenus tradiderunt addictis eorū sententijs, atq; dictis in ea forma quam in libris eorū perquirens inueni.

Tertio causam illam dicti feruoris super qua plurimū cōueniunt auctores veteres & moderni, pbabilibus, vt mihi apparet, instantijs īpugnabo.

Quarto magis probabilem, ac verisimiliorem causam præfati feruoris iuxta naturalia principia tradita ab Aristotele & alijs declarabo.

Quinto difficultates occurrentes contra dictā causam & instantias dubium facientes adducam.

Sexto illis difficultatibus seu dubijs satisfaciā & instantijs respondebo.

Septimo

Septimo omnium aliorum accidentiũ mirabilium apparentium circa aquas calidorum fontiũ specialiter patauinorum propositorum prius naturales causas assignabo.

Et tandem octauo ex prædictis naturam eliciam & proprietates aquarum dictorum fontiũ declarabo, in quibus dispositionibus et passionibus humanis vsus prædictarum aquarum sit vtilis,& conueniens,& in quibus sit potius nociuus. Sicq; in octo dictis capitulis huiusmodi inquisitio concludetur.

Caput Primum in quo proponuntur accidentia mirabilia, quæ apparent in fontibus calidis Patauinis.

Apud Euganeos colles agri Patauini sunt fontes plurimi calentiũ aquarum, seu thermarum,& in diuersis partibus, qui tamen in hoc communicant omnes, q̃ sunt in vallibus prope radices dictorũ collium. præter duos eorum, quorũ vnus qui dicit̃ fons APONI, est in sũmitate parui colliculi: Alter vero qui dicitur fons. S. Helenæ est circa medium alterius parui collis. sunt ꝓdictorũ fontium aquæ vt in pluribus tanti feruoris, q̃ eis impositæ aues illico deplumãtur,& sues & similia animalia depilantur.& coquuntur ab eis oua, rapæ & similia, non minus bene, q̃ solent ab aquis feruentibus & calefactis ad ignem.

Oriuntur aquę huiusmodi ascendentes de profundo terrę, superius scaturiendo de venis & foraminibus terræ, cum ebullitione & ampullis ascendentibus de fundo ad superficiem, cum sonitu ad modum ollæ ebullientis ad ignem.

Huiusmodi scaturigines bullientium aquarũ nullo anni tpe deficiunt. prout multi siccantur fontes frigidarum aquarum tempore magnę siccitatis æstiuæ. Immo, quod mirabilius est, nunq̃ videntur sensibiliter minui emanationes earum.

Non depręhenditur in his aquis feruoris & ebullitionis manifesta remissio: propter superaduenientes aquas frigidas pluuiarum, post cessationem earum, neque etiam notabile emanationis augmentum.

Alicubi propè fontem aquæ feruentis, fons aquę frigidæ reperitur, quæ tamen nec boni nec delectabilis gustus est.

Sunt pręfatę aquę feruidæ clarę valde & limpidę in proprijs fontibus cum de terra scaturiũt, in quibus non percipit visus nec corpuscula, nec rei grossæ alicuius mistionem, magis q̃ in claris aquis fontium frigidorum.

Habent huiusmodi aquæ odorem non gratũ, qui maxime percipitur in vaporę earum vsque

D ad multam distantiam,& apparet ille odor sapere aliqualiter odorem sulfuris. cum tamen nullum sulfuris vestigium reperiatur in eis, facto de hoc omni examine diligenti.

Non percipitur ad gustum in his aquis sapor aliquis excessiuus, nec dum adhuc calent, nec postquam calorem amiserint, pręter partiã & imperceptibilem fere salsedinem. sed illa per decoctionem aquæ redditur manifesta. potum tamen ipsarum multũ abhorrent animalia omnia, adeo vt nisi necessitate cogente compelli nequeant ad bibendum.

In riuis & canalibus, per quos defluunt huiusmodi aquę deriuatę à fontibus ę quibus est ortus earum, residet quædam cœnosa limositas, viscosa, adhærens fundis & lateribus canalium.& si canales illi fuerint de non solida & dura materia, vt

E puta de terra cruda, aut ligno & simili re, stat illa limositas mollis vt lutum, declinans vel plurimũ ad cinereum vel subrubeum colorẽ. Si vero fuerint de dura & solida materia, puta de lapide, aut metallo, induratur illa limositas,& fit lapis in nõ longo temporis spatio. Qui lapis primo parum durus est ad modum calcis aut gypsi, demum exsiccatur amplius & fit durior, crescitq; continue & ingrossatur de die in diem. fitq; huiusmodi lapis in dictis riuis seu canalibus tanto durior quanto solidior est canalis materia, per quam fuerit aquæ decursus, nec fit nisi quandiu seruat decurrens aqua feruorem: tepescente enim ea, aut infrigidata non fit lapis.

Dum extra locum suæ originis huiusmodi aquę calidæ colliguntur, puta in concauitate aliqua aut piscina, vel balneo, aut vase seu loco alio,

F in quo per tempus quiescant, residet ad fundum sedimen limosum, lubricum valde, non cinericiũ vel rubeum, prout dictum est in currẽte in riuis, sed viride, herbaceum. et tale sedimen aliquando separatur à fundo, diuisum in partes: & eleuatur ascendendo ad aquæ superficiem, quasi supernatans.& aliquando postquam steterit in superficie supernatans, per se rursus descendit ad fundũ, & relinquitur aqua clara,& fit hoc fere quotidie.

Accidit in Balneis harum aquarum, aquas per se ipsas nullo extrinsecus mouente aut miscente seu imponente aliquid, turbidari: & de claritate sua solita ac limpiditate conuerti subito in albedinem similem sero lactis,& tunc dicunt vulgares multum virtuosas esse aquas balneorum passionibus quibus conueniunt, post hęc autem per se ipsas reuerti ad pristinam claritatem.

Ortus & scaturigo harum aquarum in proprijs fontibus qui fit, vt pręmissum est cum ebullitione

litione ampullis & sonitu, aliquãdo per aliquod temporis spacium intermittitur. & quiescit ebullitio, & cessant ampullæ ascendere, deinde reuertitur, & quanto longior fuerit intermissio, tanto reuertitur cũ ĩpetu, maiori ebullitione & sonitu.

Ascendentes aquę per foramina & meatus ex quibus emergunt, aliquãdo secum trahunt vstã terram ad modum cineris. quę colligitur in circuitu foraminum: et qđ mirabilius est, aliquando uisa sunt cum aquæ impetu & ascensu emergere frustula nigra, & ad modum carbonum, qui vere videntur esse carbones materiati in aqua.

In pluribus huiusmodi fontium si obstruatur meatus, vnde oriẽs aqua à fonte defluit, puta circumstruendo aggerem vt retineatur aqua in cõcauitate fontis, statim eleuatur & crescit fons, vsque quo superet quãdoq; aggerem & superfluat: & rursus adaucta aggeris quãtitate. quandoque etiam eleuatur aqua & crescit, sed hoc fit vsq; ad certam eleuationem, vltra quam eleuari non potest, & hoc quidem in quibusdam fontibus plus, & in quibusdam minus. Cum vero peruentũ fuerit ad terminum eleuationis possibilis, cessat ebullitio fontis, & ascẽsus ampullarum, & minuitur aquę feruor: reddito autem aquę meatu, & resideñte aqua, statim reuertitur ebullitio & ampullarũ ascẽsus, atque feruor pristinus aquę.

Quamuis aquæ huiusmodi in suis fontibus vbi scaturiũt, vt prẽmissum est, ferueant. si tamẽ de eis vt sunt feruentes, accipiatur aliqua quantitas in lebete vno & in alio consimili lebete, ęqualis quantitas accipiatur de aqua frigida fontis, aut fluminis, & pariter ambo lebetes ad eundem aut æqualem ignem apponantur, vt pariter bulliant frigida. s. & calida: citius aut non minus cito spumabit & bulliet ampullando aqua frigidi fontis, aut fluminis, q̃ aqua calidi quæ ante feruebat. & hoc sæpe expertum est.

In fontibus his præsertim in fonte APONI, qui valde feruidus est, affirmatur parua animalia quędam ad modum vermium nasci, & viuere atque natare absq; læsione etiam in parte vbi aqua maxime feruet. ego tamẽ cum prẽmissorum omnium testis sim, testificor me huiusmodi animalia uiua vidisse natantia, sed ab alijs pluribus audiuisse qui viuũt, & asseruisse videre quotidie. & forte vidi. sed memoria non teneo. Memini tamen vidisse me talium animalium aliqua mortua, quæ dicebantur esse illius generis, satis extra formam aliorum vermium. erant nanq; annulosa, lata in medio, & tendentia ad acutum versus vtranq; extremitatem ad formam fusi, longa nõ amplius latitudine duorũ pollicũ. Huius autem

A rei testis idoneus est Petrus Aponensis in suo Cõciliatore, & adhuc magis authenticus testis est Augușt. in lib. xxj. de Ciuitate Dei, scribens animalia quædam in igne viuere, & quosdam vermes in aqua ferventi fontium calidorum, & non solum in aqua illa feruenti stare absq; lęsione, sed extra aquam illam viuere nõ posse. Et hęc est series literę eius. esse animalia profecto corruptibilia atq; mortalia quę tamen in medijs ignibus viuunt, nonnullũ etiam genus vermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impune contractat, illos autem nõ solum sine vlla sui læsione ibi esse, sed extra esse non posse. hæc Augustinus. apud Cassiodorũ secũdo variarũ epistolarũ legitur, vbi facit de fonte APONI specialiter mentionem, hanc mirabilem proprietatem illis aquis inesse, videlicet, q̃

B temperatę ad vsum masculorum in quibus mares vtiliter & delectabiliter balneantur, fęminas adurunt ac lædunt, propter quod factum esse ait q̃ fęminæ habeant apud dictum fontem sibi balneum deputatum alterius tẽperiei, ab eo q̃ est virorum, in quo vtiliter & salubriter balneantur. hæc autem ait Cassiodorus voluisse naturam fontis, vt fœminæ in balneo non communicarent cũ viris. & ne ardentium aquarum fęcundissimus locus crederetur non habuisse, vnde plura largiretur, siuterq; sexus vno munere cõmuniter vteretur.

Apud eundem eodem loco aliud mirabilius legitur de hoc fonte, videlicet q̃ cum à feruore aquę eius, aues & animalia immissa facile deplumentur atq; depilentur vt supra scriptum est, & ad hoc opus habitantes in vicinitate illius fontis vtantur aquis eius deplumantes cum eis pullos,

C et depilantes sues & alia huiusmodi. si tamen aliquis animal furto arreptum cum illis aquis voluerit depilare vel deplumare, non poterit, etiã si in ea parte vbi vehemẽtius feruet, immergat. potius enim vt ait, carnes eius, decoquẽtur q̃ pili remoueantur aut plumæ, ita vt per huiusmodi miraculum discernatur, quando quis tale aliquod animal sit furatus.

Cap. II. de causa caliditatis generaliter aquarum fontium, quæ Thermæ dicuntur, iuxta sententias aliorum.

Propositis miraculis his quæ in aquis calidorum fontium Patauinorum apparent atq; scribuntur, sequitur iuxta propositum ordinem quęrere causam caloris eorũ, & vniuersaliter omnium fontium calidorum, qui Thermæ vocãtur. Hoc enim est primum quod occurrit mirabile in talibus aquis. & qđ primum vidẽtes atq; tangentes

tes obstupescere facit. & ad causæ perquisitionẽ prouocat, quoniã admiratio principium est philosophãdi apud Arist. primo Metaphysi. facit. n. admiratio meditari. & meditatio in verã & propriam causam plerunq; perducit: ꝓpterea ꝙ meditatio, veritatis existit clauis, vt scribitur apud Ptolemæum in principio Almagesti. Ita & ego à principio videns has aquas & considerans præscripta accidentia quę apparent in eis, quæ videntur extra naturam aliarum aquarum, & aliorum fontium, non mediocriter admiratus sum, & non occurentibus causis illorum quæ apparent, quę plenè satisfacerent: longo tempore in multis dubitaui. sed iam docentibus annis didici. & experiẽtia longa collegi, nihil non esse mirabile, verũq; esse dictum Aristotelis primo de partibus animaliũ, scribentis, ꝙ in vnoquoq; naturali inest aliquid mirabile, immo vero mirabilia multa. sic profectò frater est, inter mirabilia nati & positi sumus & vndequaq; circundati, adeo vt ad quodcunq; primum oculos vertimus, id mirabile sit & mirabilibus plenum, si parumper profundimus intuitum. sed plurimarum rerum ęque mirabilium familiaritas, & quotidianus vsus & copia, admirationem aut tollit aut minuit. propter hoc ergo nõ sicut antea miror. sed oĩa mirabilia cernens & cogitans, mihimet imperaui de nullo valde mirari. sed omissis his, ad propositum tuæ petitionis veniens, agere incipiam de causa caloris aquarũ fontium calidorum in genere, adducendo primitus dicta & sententias aliorum quas in eorum libris reperi perquirendo.

Primo ergo in libro de proprietatib. elementorum qui ascribitur Arist. sed dubium est an ille & plures alij qui ei ascribuntur fuerint eius, propter diuersum valde stylum eorum à stylo Arist. in libris qui absq; dubio sunt eiusdem, quicquid autem de hoc sit, in dicto libro recitatur Mileum philosophum voluisse causam caliditatis Thermarum esse ventum inclusum in concauitatibus terræ, in quibus colliguntur aquæ fontium, qui ventus est calidus, & conuertitur eius caliditas super aquas illas, & calefacit eas, vnde egrediuntur calidæ. Hæc opinio ibidem redarguitur tanquã manifesti erroris: quoniam oporteret ventum illum calidum egredi simul cum egressione aquę. & sic corrumperetur & deficeret. sed nos inuenimus aquam semper egredi calidam. Item eodem libro recitatur ꝙ Thesmophilus philosophus voluit causam huius caliditatis Thermarum esse ꝙ terra in locis illis est mollis & rara, nõ coniunctarum partium. Quare penetrat in eam caliditas solis, & ab ea calefiunt aquæ, quæ sunt in concauitatibus in ventre terræ. Hæc similiter opinio reprehenditur in eo loco: quia ad eam sequuntur, ꝙ tépore æstiuo quando fortior est virtus calefactiua radiorum solis super terram multo amplior esset dictarum aquarum caliditas q̃ tempore hyemis, quãdo est debilis virtus calefactiua solis in terra. Immo apud terram tũc frigiditas dominatur. et nos videmus ꝙ huiusmodi aquæ Thermarũ non sunt minus calidæ hyeme q̃ æstate, sed forte magis. Adhuc eodem loco recitatur ꝙ Democritus voluit causam huiusmodi esse ꝙ in concauitatibus terræ, in quibus colliguntur aquæ, in aliquibus locis sunt montes calcis viuę, super quos transeuntes aquæ calefiunt, quoniam calx calefit ex transitu aquæ super ipsam. & calefacit aquam prout apparet exterius. Hæc etiam opinio redarguitur ibidem: quoniam calx non calefit ab aqua nisi sit assata in igne & remanserit in ea ignea caliditas, quæ calefacit aquam. sed manifestum est ꝙ ad calcem quæ est in ventre terræ non peruenit ignis. Post has opiniones recitatas & reprobatas, additur eodẽ loco pro vera sententia ꝙ causa propria caliditatis Thermarũ est cursus illarũ aquarum super mineras sulfuris, à quibus calefiunt. probatur autem hoc primo per signũ sumptum ab odore atque sapore harum aquarum. quia videntur habere odorem, atq; saporem sulfuris. Deinde probatur per naturam sulfuris. quoniam ipsum est calidæ valde & igneæ naturæ. quod declaratur ex duobus signis. primo si extinguatur flãma cãdelę, remanente tamẽ in illo lychnio. et super ipsum lychniũ puluerizetur sulfur, statim reaccenditur flamma. secundo si misceatur sulfur cum quodam bitumine, quod vocatur naphtha, conficitur ex eis res quæ facillime comburitur & inflammatur. Quare propter igneam naturã sulfuris, & facilem eius conuersionem ad ignem, apparet ꝙ aquę currẽtes super mineras eius, possint calefieri. & hæc quæ sequitur, est series literæ in forma. Dicam tertio in illo, sermonẽ conuenientem ad demonstrandum quod rectum est. quod est, quia dicam rationem necessario cõcludentẽ, quę est hæc, ꝙ aqua currit super mineras sulfuris, & ideo calefit propter illud: et signum eius rei est ꝙ odor sulfuris inuenitur in illa aqua, & quãdoque etiam sapor eius. & quando extinguitur candela & remanet ĩ lychnio aliquid ex igne, & pulverizatur super ipsum puluis sulfuris accenditur. Et quandoq; efficitur lutum cũ naphtha & sulfure. & fit ex eo lychnium quod facile accẽditur & comburitur. hæc ex lib. de proprietatibus elemẽtorũ. in libro vero problema. particula. xxiiij. problemate. xviij. videntur Aristot. verba prædictæ

etę sententiæ concordare.quærens enim Aristo. propter quid omnes aquæ naturaliter calidę sunt salsę,sic respondet.Aut quia multę per terram colantur sulfuream, vel nitrosam, ostēdit autē odor ipsarum.adustorum enim omnium cinis amarus est,& sulfur redolet,propter quod & vritur sicut fulmen.Multa enim calida sunt assignatione fulminum.& videtur q hoc loco intelligat Aristo. per fulmen non impressionem quę fit in aere,sed bitumē aliquod inflammabile,sicut naphtha,vel aliud illi simile.In secundo autem Metheor. tractatu primo ad finē loquens de hac materia Aris. videtur aliam causam innuere caliditatis aquarū naturaliter calidarū.Postquā enim illo libro,atq; tractatu determinauerat Arist.de salsedine aquę maris.& concluserat causam eius.quasi complendo doctrinā, breuiter reddit causam salsedinis aquarum fontium,ac fluminum salsorum. & videntur verba eius sonare,q aquę omnes fontium ac fluminum,quę salsæ sunt, fuerunt prius calidæ & traxerunt salsedinem ex locis adustis, per quæ fuit earum transitus,vnde calefactę fuerunt, quæ loca sunt ad modum cineris & calcis.Tales enim aquę sic calefactę quamuis caliditatem perdāt & fiant frigidæ,reseruant tamē in se ipsis admistionem adustarum rerum,per quas fuit earum transitus,quæ reddunt eas salsas. & quandoq; aliorū saporum vt amaras,stypticas,acetosas,iuxta modum partium admistarum eis.series autem literæ in translatione græca hæc est. Quæcunq; autem salsa rheumata fluuiorum aut fōtium plurima calida aliquādo fuisse oportet putare,Deinde principium quidem ignis,extinctum fuisse, Terrā vero per quam penetrant adhuc remanere existentem velut calcem & cinerem.sunt autem in multis locis & fontes,& amnium fluenta omnimodos habentia sapores, quorum omnium causam ponere oportet inexistentem aut ingenitam virtutem ignis. exusta enim terra secundum magis & minus,omnimodas accipit formas, & colorū & saporū.quippe,quæ aluminis & calcis & aliorum taliū, Sit plena virtutibus:per quas penetrātes aquæ quæ erant dulces,permutantur. Et hæc est litera Aristo.in græca translatione.quia tamē in Arabica videtur ab hac in aliquo dissonare,ad ducam & literam translationis illius in hoc passu.q sic habetur. Et dico q omnis aqua in fluminibus & emanatiōibus salsis est calida,& q ęstus ignis & ipsius inflammatio non est vehementer cum illis aquis,sed virtus terræ,per quam currunt illæ aquæ,est virtus super eas.& est quæ ingrossat eas.& congelat ipsas,& facit eas gypsum. & dico iterum,q flumina & emanationes multę

D inueniuntur diuersarum qualitatum.In sapore et coloribus.& causa i illo est.quia caliditas quæ est in illa terra,agit in ea,quia terra quando assimilatur rei adustæ ex calore ignis,est diuersarum qualitatum, sicut materiæ diuersitatis, est sicut diuersa substātia adustionis eius. & facit gypsum. & congelatur sicut cinis & alumē & quæ sunt sibi similia.Hęc litera arabica habet aliquam diuersitatem à gręca præmissa.Sed in eo quod facit ad propositum, conueniunt. In vtraq; enim innuitur q aquæ salsæ fluminum & fontium sunt primo calefactæ propter transitum earum per loca ignita vel igne vsta.quæ sunt admodum calcis & cineris.Tantum reperi dictum ab Arist.de causa caliditatis aquarum Thermarum & non plus.

Vitruuius vero lib.viij. de Architectura loquens de calidis aquis naturaliter, causam dans E quare aliquæ earum calidæ fiunt & bonum seruant saporem sic scribit.Hęc autem à natura perficiuntur his rationibus. cum in imo per alumen aut bitumen seu sulfur ignis excitatur,ardore percandefacit terram,quæ est supra. se ea autē seruidum emittit in superiora loca vaporem. & ita si qui in his locis qui sunt supra fontes dulcis aquæ nascuntur offensi eo vapore,efferuescunt inter venas & ita profluunt in corrupto sapore.

Sed Seneca lib.iij.naturalium quæstionū duas recitat sententias de causa rei huius,primam attribuit Empedocli. alteram recitat absque auctore,& ista est series liter eius,quare quędam aquę caleant,quædam etiam feruent in tantum vt non possint esse vsui, nisi aut in apto euanuerint. aut mistura frigidæ intepuerint,plures causæ redduntur.Empedocles existimat ignibus quos multis F locis terra opertos tegit,aquam calescere.si subiecti sunt solo,per quod aquis transitus est.facere solemus Dracones & Milliaria & complures formas,in quibus tenui ære fistulas struimus,per decliue circundatas,vt sæpe eundem ignem ambiēs aqua per tantum fluat spacium,quantum efficiēdo calori sat est,frigida itaq; intrat,effluit calida. Idē sub terra Empedocles existimat fieri, quē nō falli credebant.In quibus balnearia sine igne calefiunt,spiritus in illa feruens loco æstuanti infunditur.hic per imos lapsus, non aliter q igne subdito,parietes & vasa balnei calefacit, omnis denique frigida transitu mutatur in calidā,nec trahit saporē euaporatio,quia clausa prelabitur.quidam existimant per loca sulfure plena vel introeuntes aquas calorem beneficio materiæ p quam fluunt,trahere,quod ipso odore gustuq; testātur. reddunt enim qualitatem eius qua caluerint materię.quod ne accidere mireris,viuę calci aquam superinfunde

superinfunde & feruebit: hęc Seneca.

Vides in his verbis Senecę duas tangi sententias causa thermarum. quarum prima quæ ascribitur Empedocli, videtur cõuenire cum opinione Mihlei recitata in libro de proprietatibus elementorum. Secunda vero conuenit cum Aristotele in eodem libro sibi ascripto & in libro problematum. Plinius vero secundus agens de fontibus & diuersitatibus eorum & mirabilibus eorundem libro. ij. naturalis historiæ: & iterato libro. xxxj. eiusdem historię naturalis, quærens de eorum virtutibus & proprietatibus nihil omnino de causa à qua procedat caliditas fontium calidorum locutus est: fugiens, vt puto, difficultatem rei tanquam non bene clarus in ea. libro tamen. xxxv. eiusdem historiæ cap. xv. loquens de sulfure & eius natura videtur eidem attribuere & eius virtuti igneæ calefactionem calentium aquarum. Ait enim ita: Sentitur vis eius & in aquis feruentibus. neque alia res facilius accenditur, quo appa ret ignium vim magnam etiam ei inesse. fulmina quoq; & fulgura odorem sulfuris habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est.

Albertus etiam Theutonicus de ordine prædicatorum magnus naturalium perquisitor in suis naturalibus libris vt secũdo metheororum, tractatu tertio, & iterum expressius in libro, de proprieta. elemẽto. sentit, post aliquas premissas opiniones atque reprobatas, causam caliditatis thermarum esse transitum illarum aquarum per sulfureas mineras. Et hæc sunt verba eius: Dicamus ergo veraciter q aqua illa currit super mineras sulfuris incensas. et ideo egreditur calida. probat hæc odor sulfuris qui semper ibi sentitur. Et huic causæ etiam generaliter adhæserunt hactenus expositores super libris metheor. Arist. scribentes & disputantes fere omnes veteres, & moderni, & Petrus Aponẽsis in glosis super libro problematum Aristotelis, quare in summa colligendo quæ præmissa sunt apparet, q causa illa caliditatis dictarum aquarum, super qua plures & magni viri conueniunt, est transitus earum super mineras sulfuris. Quæ causa si cui placet, & sufficiens videtur eam sequatur, et quibus potest rationibus muniat & defendat.

Capitulum. III. Ad Impugnandum causam prædictam in qua auctores & expositores maxime conuenerunt.

Q Vanq̃ mea possit forte apparere pręsumptio, à tantorum tanq; eximiorum virorum discrepare sentẽtia, & non simpliciter stare dictis & auctoritatibus eorundẽ: quia tamen iniustum est vni prę alijs credere sine demonstratione vt ait Gale. primo de alimentis. Et adhuc iniustius est dictis alterius adhærere, quando validior ratio dictat oppositum. & quoniam omnis est apponere quod deficit. vt scribit Aristot. primo Ethicorum. Ideo licere mihi, iudico à quorumcunq; sentẽtijs dissentire ratione ducente. Et à quolibet rationabiliter excusari. si rationes adduxero quæ me dubitare faciunt de causa quæ alijs placuerit. Et compellunt opinari aliam causam probabiliter esse veram. Nam vt ait Auicẽna. 4. canone sen. prima. Omnis contradictor in primis cum est super veritate, excusatus est. Adducam igitur primo ea quæ de causa prædicta me faciunt dubitare.

Si enim transitus siue cursus aquarum super mineras sulfuris esset propria & vera causa caliditatis earum: sequeretur, omnes aquas thermarum esse sulfureas. propterea q aquæ omnes fontium atque fluminum sunt de natura locorum & minerarum, per quę & quas transeunt, trahentes secum partes terrarum & minerarum, vt ait Aristote. secundo metheoro. & Seneca tertio naturalium quæstionum. Sed hoc falsum esse manifestum est. Sunt enim thermarum seu calẽtium aquarum alię sulfureę, alię nitrosæ, aliæ aluminosæ, alię salsuginosæ, alię bituminosæ, aliæ ferreæ, alię æreæ & huiusmodi vt testatur Sene. loco prędicto. Et Pli. ij. lib. nat. historię Et. xxxj. libro cap. ij. Et sensibiliter cernitur in campania iuxta Puteolos non multum distanter à ciuitate Neapoli prout referunt qui fuerũt. sunt enim ibidem fontes calidi plurimi & diuersi fere omnium prædictarum naturarum. Huic rationi fortassis aliquis responderet concedendo conclusionẽ, videlicet q omnes aquæ thermarum sunt sulfureæ, idest q omnes sapiunt naturam sulfuris, si super eius mineram est earum transitus. sed aliquæ sunt quæ solum habent naturam sulfuris, quia non transeunt per aliam mineram. et hæ proprie dicuntur sulfureę. aliæ vero quamuis teneant naturam sulfuris, quia tamen transeunt etiam per alias aliquas mineras, quarum seruant naturam, principaliter appellantur ab illa minera, & dicuntur vel nitrosæ, vel aluminosæ, vel salsæ, vel alterius mineræ, cuius maxime naturam seruant. Contra hæc, oppositum huius manifeste videmus in fontibus calidis Patauinis, in quibus nullum reperitur sulfuris vestigium aliquo ingenio præter odorem qui solus videtur illud indicare vt præmissum est cap. primo. Sed proculdubio odor ille non est sulfuris vt dicetur inferius. Testificatur autem

autem hoc Plinius libro trigesimo primo nat.histo.capitulo sexto: vbi cum dixisset, quòd non est credendum omnes calidas aquas esse medicatas idest habere virtutes minerales medicatiuas, puta sulfureas, ferratas, aluminosas, & huiusmodi. sic enim exponit id vocabulum. subiungit sic,
» argumentum est quoniam nihil eorum in Pa-
» tauinis fontibus, ne odoris quidem differen-
» tia aliqua deprehenditur. Testificatur & hoc Vitruuius de Architectura libro octauo, asserens aliquos calidos fontes inueniri, absque aliquo
» prauo sapore: scribit enim ita. sunt autem non-
» nulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua sapo
» re optimo, quæ in potione ita suauis est, vti
» nec Fontanalis à Camenis, nec Martia saliens desideretur. Probatur etiam, quoniam si admixtionem haberet sulfuris, declinaret earum color aliquid ad colorem sulfuris, videlicet ad citrinum, & ad turbiditatem, prout cernitur in aquis quę manifeste sulfureę sunt, sed nihil horum est in aquis fontium Patauinorum, cum sint clarę, limpidę, & absq; colore, vt propositũ est prius.

Adhæc, si causa caliditatis thermarum esset cursus earum per mineras sulfuris, oporteret vt magis calidæ aquæ, magis essent sulfureæ, & contra magis sulfureæ, essent magis calidæ, quoniam magis sulfureæ sunt propter maiorem sulfuris participationem: & propterea quòd & diutius, & longius spacium fluxerint per sulfuris mineras. Quia si fluxus ille esset causa caloris, magis sulfureæ, quæ plus haberent sulfuris propter longiorem fluxum, & moram per ipsum, essent calidiores, & contra. sed hoc falsum esse manifestum est, in aquis fontium qui sunt in territorio Senensi, in loco qui dicitur Petriolum. Illæ nanque aquæ prout referunt qui viderunt sunt vehementer sulfureæ visu, gustu & odore. sunt enim ad modum puluerizati sulfuris cum aqua mixti, tamen sunt multo remissioris coloris, quàm aquæ fontium Patauinorum, quæ vt sæpe diximus, nullam, aut valdę modicam tenent sulfuris rationem. Rursus si illa esset propria causa, oporteret, vt omnes fontes sulfurei essent calidi, quoniam non sunt aquæ sulfureæ nisi participatione sulfuris, quam trahunt ex decursu, & transitu per mineras eius. sed hoc esse falsum manifeste apparet in Apennino Italiæ monte inter Bononiam, & Florentiam nõ longè à loco qui dicitur Valles. ibi enim est fons aquæ bituminosæ habentis certissimum odorem atque saporem sulfuris. & quæ multo & manifesto sulfure participat, adeo quòd ap A proximando eidem accensam candelam, statim accenditur fons, & ardet. illius tamen fontis aqua non est calida. Præterea si sulfuris mineræ aquas transeuntes super se calefacerent, aut calefacerent eas per caliditatem sulfuris potentialem: quæ est virtus, & potentia calefactiua eius, qua ponitur inter calidas medicinas in potentia, vt medici loquuntur, sicut arsenicum, vitriolum, nitrum, & huiusmodi. aut calefacerent eas per calorem actualem, actualiter accensæ, & ignitæ mineræ, seu ardentis sulfuris, prout exponit magister Albertus. Primum esse non potest, quoniam nec sulfur, nec aliqua alia calida medicina, quę dicitur talis in potentia calefactiua, actualiter aliquid approximatum sibi calefacit, nisi prius deducatur de potentia ad actum, prout volunt Galen. tertio de complexionibus, B & tertio de simplici medicina, & Auicenna primo prima, & primo secund. & alij auctores plurimi, & hoc sensus manifestat. Nisi enim sulfur, aut aliud de prędictis calidis in potentia fiat calidum actu, nunquam calefaciet rem sibi approximatam, sit quantæcunque velit quantitatis. Secundum verò si dicatur quòd calefiant aquę ab accensis, & ignitis mineris, actualiter quæremus vnde ignescant, aut accendantur, & constat quòd non ab alio quàm ab actuali, & igneo calore. ab illo ergo actuali, & igneo calore possunt aquæ calefieri, quamuis non currant per mineras sulfureas, nec mineræ illæ incendantur. quare non erit causa illius caliditatis aquarum transitus per mineras sulfuris incensas, immo causę erunt calores illi actuales ignei.

C Prętereа incredibile est aquas frigidas currentes per mineras sulfuris accensas continuare, & tam diu illas non extinguere, & iam dudum nõ extinxisse. videmus enim in his quę apparent extra accensum sulfur extingui ab aqua super proiecta, & non tantum à frigida, sed etiam à feruenti.

Diceret forte aliquis aquas calefieri à mineris sulfuris, etiam si non ignescãt actu manifesto, sed ex solo decursu aquarum super eas non accensas, sed seruantes in se calorem actualem occultum, qui propter cursum aquę super eas manifestatur & calefacit aquas, sicut manifeste videmus calcem viuam, aspersam super se aquam frigidam calefacere, & hoc videtur innuere Seneca in verbis superius adductis. quando enim dixerat aquas calefieri à decursu earum per loca sulfure plena, subdit, quod ne accidere mireris viuæ «
calci aquam superinfunde, & feruebit. Contra «
hoc, primo nõ videmus aquam frigidam aliquo

modo calefieri superasperſam ſulfuri ſic extra. Demum non eſt ſimile de ſulfure, & calce viua. propterea quòd calx facta eſt per viam aſſationis in fornace à forti calido aſſatiuo igneo, de quo partes ſeruantur aliquandiu in profundo calcis, quæ ſuperaſperſam aquam calefaciunt, ſulſur autem, & minera eius non retinent tales partes, quia ſulfur non eſt factum per viam aſſationis, vt calx. Diceretur forte ad primum, quòd in ſulfure ſint aliquæ tales partes igneæ in ſua minera quæ ſuperfluentem aquam calefaciant, ſed in eo quod communiter habetur extra mineram, vt in apothecis quia extinctum eſt, non ſunt illæ partes igneæ, & ideo aqua ſuperaſperſa ei non calefit, ſicut nec calefit aqua ſuperaſperſa extinctæ calci. Cōtra hoc, viuo ſulfuri nō extincto, immo tali penitus quale foditur de minera ſuperaſperſa aqua non calefit, vt certificat experientia, & quod plus eſt, ei, quod adhuc eſt in minera vnde foditur ſulfur, aqua aſperſa non plus calefit quam ſi ſuper terram, aut lapides funderetur, vt audio ab his qui foderunt. Alioquin enim quando plueret ſuper apertas mineras in locis vnde ſulfur foditur, calefieret aqua pluuialis cadens ſuper eas, quod conſtat falſum eſſe.

Forte diceret aliquis mineras illas ſulfureas accenſas eſſe, & inflammatas, ſeu ardentes actualiter, ſuper quas decurrentes aquæ caleſcunt, & eſſe accenſas ab actuali igneo calore. Et cum dicitur ab illo actuali calore poſſe aquas calefieri, etiam ſi ipſę aquæ non currant ſuper incenſas mineras, diceretur quòd non eſt ille actualis calor tantæ virtutis, quòd poſſit aquas calefacere, quamuis poſſit mineras accendere, propterea ꝙ paruus igniculus ſufficit ad inflammandum, & accendendum multum ſulfuris, propter magnā ipſius aptitudinem ad accenſionem: puta vna parua ignis ſcintilla, ſicut experimentum exterius docet: quæ tamen nullo modo ſufficeret calefacere etiam modicam aquam, ſed confeſtim extingueretur ab ea. Et cum dicitur quòd incredibile eſt aquas currentes ſuperaccenſas mineras continuo, & tam longo tempore non extinguere, vel etiam diu non extinxiſſe illarum minerarum incendiū, per quas currunt. Reſpondetur bene extingui ab aqua partes illas mineræ, quas immediate currendo attingit, ſed remotæ partes ſtant accenſæ, & ipſę calefaciunt extinctas, & eis mediantibus calefaciūt aquas. & huius rei ſimilitudinem videmus exterius. ſi enim inter accenſos, & ignitos carbones ſteterit canalis lapideus, vel ferreus, vel de alio metallo qui ab

D ignitis carbonibus incendatur, & per ipſum ita ignitum fecerit quis decurrere aquam frigidam, abſque dubio ab illa aqua extinguentur intrinſecæ partes canalis, per quas labitur aqua. Non tamen oportebit extingui extrinſecas partes canalis, nec accenſos carbones circunſtantes, à quibus calefiet aqua fluens per canalem, mediantibus partibus canalis extinctis. Similiter ſi lebeti ſuperpoſito igni, & accenſo atque ignito, frigida infundatur aqua, quanquam ipſa extinguet ignitum lebetem, quantum ad partes concauas eius, quibus obuiat: non extinguit tamen ignem accenſum ſub lebete, nec forte partes cōuexas lebetis, adeo quòd calefiet aqua, & ferueбit igne manente. ſic ergo imaginari poſſibile eſt, de aqua tranſeunte per accenſas ſulfuris mineras infra terram.

E Contra hæc dicta, primum dictum eſt, ad placitum abſque ratione, immo etiam contra rationem. ſi enim concedetur in profundo terræ eſſe paruum ignem ſufficientem accendere mineram ſulfuream, qui quidem ignis non eſt ſulfureus, quare non pariter concedendum eſt poſſe eſſe magnum ignem, vel tantum quantus ſufficiat calefacere aquas thermarum, qui non ſit accenſus in ſulfure. Magis enim incredibile videtur paruæ quantitatis igneum calorem reperiri in medio partium frigidarum terræ, quàm magnum. qui magis queat ſe ab illa frigiditate defendere. à tali igitur igneo calore poterunt aquæ calefieri, quamuis ſuper accenſas mineras ſulfuris aliter non decurrant. & hoc magis oſtenditur in his quæ ſequentur. Ad hæc ſi alicubi in terræ profundo

F mineræ ſulfuris accendantur, & inflammentur, videtur neceſſarium eſſe in directo ipſarum, vel in proximo, de terra fumos ſulfureos, atque ignes, ſeu flammas erumpere. propterea quòd neque in ſulfure, neque in alia aliqua quantacunque inflammabili materia poteſt inflammatio, ſeu accenſio procedere, & durare niſi expurgentur, & exhalent fumi, qui neceſſario fiunt, & multiplicantur ex qualibet inflammata materia, & plus ex ſulfure quam ex alijs. Ex ideo in loco conſtructo, & clauſo non habente viam, nec foramina ſiue poros, vnde poſſit eſſe ſpiraculum, & exitus fumorum, confeſtim deficit accenſio, ſeu inflammatio in quacunq; fuerit materia. quod expertus teſtificor, & in ſulfure accenſo, & in candelis, funali, & carbonibus. ſuffocatus enim ignis à fumis extinguitur, niſi forte ſua multitudine

tudine atque violentia locum frangant, in quo
concluduntur, & fibi viam faciant erumpendi
prout in multis cernimus, fed manifeftifsime, in
inftrumẽto illo diabolico quod BOMBARDA
vocatur, in quo pofito accenfibili quodã puluere
ex fulfure, carbone, & nitro mixtis atque clau-
fo, demumque accenfo, confeftim multiplicati
fpiritus, & fumi tanta erumpunt violentia cum
fonitu terribili ad inftar tonitrui, vt omnem vin
cant, & frangant refiftentiam. qui fumi nifi
fic frangerent locum, & viam fibi ipfis facerent
expirandi, accenfum ignem proculdubio fuf-
focarent atque extinguerent. Neceffarium eft
igitur, fi in terræ profundo alicubi incenfa fit mi-
nera fulfurea, aut ex illis locis exhalare fumos,
& ignes, prout olim fuiffe legimus in Vulcano
feu Aethna monte Siciliæ, & in Vefeuo Italiæ,
atque in montibus Aeoliæ infulæ, & pluribus a-
lijs locis, & hodie etiam eft in aliqua parte Sici-
liæ, & in Apenini alpibus inter Florentiam, &
Bononiam, & in parte quadam agri Placentini.
propter ardentes enim in profundo mineras ful-
fureas in dictis locis eruperunt, & erumpunt
huiufmodi ignes, vt etiam teftatur auctor libri
de proprietatibus elemẽtorum: aut neceffarium
eft incenfionem mineræ deficere in breui, fi non
habeat viam feu fpiraculum exhalandi: aut fibi
violenter viam facere aperta terra, prout alicubi
in terrę motibus factum eft. Quia ergo non femp
in locis calidorum fontium, aut propinquitate
ipforum conftat tales ignes ac fumos de terra pro
dire, & fi forte alicubi fint, in pluribus tamẽ op-
pofitum eft, & præfertim in noftris fontibus Pa-
tauinis, in quorum vicinitate vfque ad fpacium
nonaginta milium paffuum circunquaque nul-
lus talis fumus, aut ignis manifefte erumpit: Ideo
non eft opinabile ardentes mineras fulfuris effe
in locis, vnde huiufmodi aquæ procedunt, & per
confequens non apparet, illam effe veram, & p-
priam caufam feruoris eorum. Forte dicet ali-
quis quòd cum his aquis calidis per vias eafdem
per quas aquæ fcaturiunt, exhalant fumi fulfurei:
nam huiufmodi fontes apertisfime multum fu-
mant. Hoc nihil eft ad propofitum, quoniam il
li non funt fumi fulfurei, fed vapores bullientis
aquę, qui aquei funt, non ignei, & ideo made-
faciunt res circunftantes quibus adhærent, nec ni
grefaciunt, prout facere fulfureos oporteret fu-
mos. Similiter fecundum dictum prius non vi-
detur effe fufficiens, efto enim quòd aqua crefcẽs
per fulfureas mineras accenfas non extinguat ni-
fi partes illas, quas attingit, & aliæ relinquantur
A accenfæ à quibus aqua calefiat: non poterit ta-
men continuari aquæ calefactio vniformis, nifi
in partibus illis accenfis, & calefacientibus, confi
milis, & vniformis continuetur accenfio. Nam
diminuto, aut deficiente earum incendio, necef
fe eft diminui, ac deficere aquæ calefactionem,
prout in prædictis exemplis. Deficiente, aut di
minuto igne carbonum circunftantium canali,
vel fuprapofito lebeti, manifeftum eft, oportere
deficere, aut minui calefactionem aquæ curren-
tis per canalem, aut contentæ in lebete. Nunc
autẽ in partibus illis accenfis, quas aqua tranfiens
non attingit, non poteft incendium nifi paruo
fpacio perdurare. quoniam vel minera fimiliter
tota accenfa erit, ita vt omnis eius pars ardeat, &
tunc oporteret quod breui fpacio incenfio tota de-
B ficeret, & per confequens aquæ calefactio. Nam
quo modo fulfur aptisfima eft materia occafio-
ne incendij, ita cum inflammatum, & accenfum
eft, facillime, & velociter refoluitur eius humi-
dum, et relinquitur eius terreum incineratum,
quod non eft amplius materia incendij, ficut ma-
nifefte videmus exterius. Vel in partibus mini-
mis fuccesfiue de parte ad partem procedit accen
fio, fecundum continuitatem earum refolutio-
nis, feu confumptis, & incineratis prioribus, &
deficiente per confequens in eis incendio, & trã
feunte ad alias, quemadmodum videmus fieri in
candela, & lignis, & alijs, in quibus non fimpli
citer, fed fuccesfiue procedit incendium, & fi
ita fit, tunc impos fibile erit calefactionem aquæ
effe aliquanto tempore æqualiter, & vno modo,
vt de facto videmus. Nam fi incipiat accenfio
C mineræ à partibus proximioribus tranfitui aquę,
& procedat ad remotiores, aqua continuo mi-
nus ac minus calefiet, vtpote ab incendio conti-
nuo facta remotior: & fi adhuc extenderetur mi
nera fine fine, veniret cito accenfio ad tam remo
tas partes, vt non poffet ab eis aqua calefieri. fi
verò contra incipiat accenfio à partibus remotio-
ribus, & procedat ad proximos verfus curfum a-
quæ, continuo magis, ac magis calefiet aqua, ac-
cedente incendio, donec peruenerit accenfio
ad illas partes, quas aqua attingit, & extinguit;
& tunc deficiente incendio mineræ, deficeret a-
quæ calefactio: Nifi forte quis diceret aquam cur
fum fuum mutare, & continuo commutare in-
cendium mineræ. fed hoc eft dictum omnino
ad placitum, & abfque aliqua ratione, immo
verò contrarium rationi: quoniam de natu-
ra aquę plus eft fugere incendium quàm fequi,
& huius ac prædictorum confequentium falfitas

euidentissime apparet in thermis Patauinis, quæ illum locum originis habẽt, & illum feruoris modum absq; differentia perceptibili, vt primo capitulo diximus, quem à magnis ante tẽporum spacijs habuerunt, & præsertim fons APONI qui eo stat loco, & illius est quantitatis, & illius feruoris, cuius fuisse per octingẽtos annos ante hæc tẽpora scripsit Cassiodorus: & ꝙ multo plus est ante annos mille trecentos, vt scribit Lucanus, videlicet tempore ciuilis conflictus Cæsaris, & magni Põpei in Thessalia. Forte contra hanc instantiã diceret aliquis, continuari accensionem in minera per continuam sulfuris regenerationem, quia licet continuo per accensionem deficiat in partibus accensis, continuo tamen regeneratur virtute naturali, quæ est in loco mineræ, & ita videtur sentire Albertus in tractatu de proprietatibus elementorum, & hanc esse causam, quia continuentur ignes, q longis temporibus de terra erumpũt in multis partibus orbis terræ. Præterea si forte diceretur, ꝙ non procedit incendium mineræ de parte ad partem mutando locum, sed stat eodem loco, et attrahit ad se partes sulfuris distantes, & ita continuatur incendium in æquidistantia cursus aquę. sic enim videmus in lãpade lycnium accensum attrahere oleum ad se, & continuari per illud flammam lampadis in eodem loco. Contra hæc dicta, cum primo dicitur regenerari continuo sulfur in minera, aut hæc regeneratio fit præcise in loco, vbi partes mineræ actualiter sunt accensæ, aut in alijs locis, puta in quibus iam cessauerit prius accẽsio, aut in partibus in quibus non est sulfur intra mineram, vel eius circuitum, in quibus tamen non fuit accensio. Primũ horum nullo modo dari potest, ꝙ enim in eadem præcise parte in qua ardet sulfur, & resoluitur, & cõsumitur, similiter sulfur generetur, penitus impossibile est: quoniam tunc simul in eadem pręcise parte esset, sulfuris generatio, atq; eiusdem corruptio. Secundo verò concesso, non minus procedit ratio quàm prius, quoniam vt supra dictum est, tunc procedet accensio in minera per cõtinuitatem partium de minus remotis à loco transitus aquę, ad magis remotas: vel ecõuerso, & sequeretur ex hoc differentia in calefactione aquæ, vel defectus, vt dictũ est prius. Et cum dicitur secundo, attrahi sulfur ad locum incendij de partibus remotis, non habet locum, ꝑpterea quòd in minera sulfur non est liquidum, & fluidum sicut oleũ in lampade, sed est durum, & solidum, & quasi lapideum, sicut apparet ad sensum. quare non potest currere ad locum accensum, sed potius ignis D seu flamma accensæ partis, quę maxime mobilis est, procedet ad partes sulfuris non accensas, sicut videmus in paleis, cannis paludum, sarmentis, & alijs huiusmodi, quæ accenduntur. Quòd autẽ in lampade non procedat ignis, seu flamma accẽdendo continuatas partes olei, sed stet ignis in lycnio tantum, & ad se oleum attrahat, accidit propterea quòd igniculus paruus est, nec potest totum oleum vincere, & occupare, sed illud tantummodo accẽdit quod est in lycnio, quia vincit illud. qn̄ autem ignis esset potens oleum occupare, quia magnus, aut quia oleum esset paucum non valens resistere igniculo, procederet in toto eo inflammatio per continuas partes, prout apparet in lampade, quando oleum ferè deficit, quia facit subito magnam flammam, & finitur.

Forte diceret aliquis contra hanc instantiam, E quòd sulfur in minera quamuis sit durum, & solidum lapidi simile, à caliditate tamen ardentium partium eliquatur, & soluitur, & fit fluidum, vt possit currere ad locũ incendij. Contra hoc, primo contrarium huius rei apparet in sulfure, & alijs similibus accensibilibus exterius accensis. quando enim accenditur vnum frustum sulfuris ab vna eius extremitate, videmus procedere accensionem paulatim, & continuãter secundum consequentiam partium, donec totum successiuè accendat, & consumatur. neque fit prius eliquatio, quàm accensio. nec procedit aliquantum sulfur ad incendium, sed potius procedit accensio ad partes non accensas, quamuis accensæ eliquentur. & similiter videmus manifeste in alijs solidis accensibilibus eliquabilibus puta cera, pice, sepo, resina, & similibus, prout accensę ostendunt F candelę. Pręterea concesso etiã quòd caliditas accensarum partium liquefaceret non accensas, & quòd liquefactę mouerẽtur ad locum incendij, & ibi accenderentur, non procederet talis eliquefactio, nisi vsque ad certam, & paruam distantiam à loco incendij, & quoties facta esset in circuitu incendij ad tantum spacium eliquefactio, cessaret deinceps, & per consequens deficeret incendium, & aquæ calefactio, prout antea dicebatur. Hæc, & alia huiusmodi plura, (sed ista ad pręsens sufficiant) dubium me faciunt in assertione causę illius, super qua tã multi viri eximij conuenerũt. Nec etiam signum illud, & quo dictę causę principaliter fidem sumunt, odór videlicet, & sapor sulfuris qui in aquis thermarũ deprehenditur, videtur cãm illam sufficiẽter arguere. primo quidẽ, quia non in oĩbus aquis thermarũ generaliter reperitur hoc signũ, prout

supra

supra dictum est. Et patet in nostris fontibus pa- tauinis facto diligenti examine. & huius rei Plinius testis est atq; Vitruuius vt supra dictum est. Ad hæc quamuis per id signum sufficienter indicaretur aquas, quæ, illo odore atque sapore affectæ sunt, aliquid in se habere sulfureum. & per consequens opinabile sit eas vel moram, vel transitum habuisse per loca sulfurea, à quibus illã traxerint affectionem, non tamen oporteret ab illis traxisse calorem. quoniam possent odorem, & saporem habere sulfuris, & sulfur in se cõtinere, & tamen carere actuali calore. Item si aquæ calefactæ ad ignem & bullienti immittatur sulfur, non est dubium, quòd odorem habebit sulfuris atque saporem. Et tamen manifestus error esset, si quis ex signo illo vellet concludere aquam illam calefactam esse à transitu suo per sulfurea loca. Et rursus, si, propterea quòd habeant aquę thermarum odorem, & saporem sulfuris sufficienter argueretur, causam caloris earum esse transitum per loca sulfurea, eadem ratione quia haberent quædam earum saporem & odorem vel salis vel aluminis, vel nitri, vel alterius mineræ, & ex eo verisimiliter existimandum esset dictas aquas habuisse vel moram vel transitum in dictis mineris: sufficienter argueretur illas aquas calidas esse propter earum transitum per tales mineras. quod tñ hactenus nemo dixit. Quòd etiam sulfur sit res accensibilis & valde parata in flammari & in ignem conuerti per se solum & cum naphtha mixtum: nõ videtur probare aquã transeuntem per ipsum, ab eo calefieri, nisi forte concederemus currentem super ipsam aquam inflammare eum et accendere. Sed hoc est cõtra naturam aquæ. & iam supra remouimus.

Capitulum quartum in assignatione probabilioris causæ caliditatis thermarum, iuxta naturalia Aristotelis fundamenta.

QVoniam igitur transitus aquarum thermarum super sulfureas mineras propter ea quæ præmissa sunt non videtur esse propria & satisfaciens causa caliditatis earum: cõpellor ego aliam causam probabiliorem opinari. Nec tamen promiserim perfecte demonstrare, hanc esse certam & propriam illius causam. cum sit arduum de his, quæ coniectura percipienda sunt, aliquid certi promittere vt recte scribit Seneca quinto libro natur. quæst. tamen quoniam de ijs quæ sensui manifesta non sunt, putamus sufficienter demonstrasse, si ad possibi-

A le reduxerimus, vt scribit Aristoteles primo Meteororum, sufficiat mihi in hoc, causam aliquam afferre probabilem. quæ mihi multo videtur probabilior quàm præmissa. eam ergo accipiat is cui placet. cui autem non placet, aliam ipse magis probabilem inuestiget, quoniam cuilibet est libera inquirendi facultas & opinandi, dummodo opinionem suam fulciat ratione.

Præmittam autem declarationem aliquarum propositionum, quæ ex dictis maiorum & præsertim Aristotel. assumuntur. Prima est, aquæ thermarum seu calidorum fontium sunt calidæ per accidens & non per naturam: probatur hoc primo, quoniam huiusmodi aquæ & si non sint puræ aquæ simplices, hoc est purum elementum, sunt tamen proximę naturæ elementi; in eis enim multum prædominium habet aqua. B Quare cum omne mixtum insequatur naturam prædominantis elementi, vt vult Aristotel. primo Cœli & Mundi. erit talium aquarum natura frigida, quæ est natura elementi aquæ. Igitur si sint calidæ, accidentaliter calidæ sunt, cum sit earum propria natura frigiditas. confirmatur hoc, quoniã huiusmodi aquæ extractę de fonte & derelictę proprię naturę, absque aliquo alterante, frigescunt. nec per se ipsas ad calorem absque agente extrinseco reuertũtur. quare non inest eis caliditas per naturam, sed ex accidenti sunt aquæ calefactæ ad suum ignem. quamuis citius refrigescant, quę ad ignem hunc nostrum calefactę sunt, q̃ aquæ ipsæ thermarum, cuius rei causam in sequentibus assignabo. Hanc propositionem & rationem posuit Vitruuius octauo de architectura scribens ita. Non enim calidæ aquæ C vlla est proprietas. sed frigida aqua cum incidit percurrens in ardentem locum, efferuescit, et per calefacta egreditur per venas extra terram. ideo diutius non potest permanere. sed breui spatio fit frigida. nanq; si naturaliter esset calida, nõ remitteretur calor eius. Contra hanc propositionem dicet aliquis, aquas thermarum vulgo vocari calidas naturaliter, & fontes illos calidos per naturam, & balneę quæ ex eis fiunt, dicũtur naturales. propterea ꝙ pluribus harum aquarum inest virtus calefactiua, qua multum conferũt in frigidis passionibus neruorum, vt in alijs, puta in salsis, sulfureis nitrosis: ergo sunt calidæ per naturã. Ad primum dicẽdũ ꝙ aquę thermarũ appellãtur vulgo calidę naturaliter quia sic nascunt & oriũtur in fontibus ad differẽtiã aquarũ calefactarũ artificialiter ad ignẽ, ope, scilicet & artificio humano, prout naturale cõtra distinguit ad artificiale. Nos autẽ hic intelligimus eas calidas accñtaliter

& frigidas naturaliter prout naturale est quod ab intrinseco principio est: & accidentale quod est ab extrinseco. & ita non repugnant. Ad secundum, dicẽdum quòd propositio loquitur de qualitate actuali, quę est feruor, qui in aquis thermarum apparet ad tactum. Instantia autem arguit de qualitate potentiali, quæ debetur talibus aquis ex admixtione partium mineralinm, per quam calefacerent in effectu corpus humanum, etiam frigidæ existentes ad tactum, prout apparet in aqua marina. stat ergo quòd naturalis earũ qualitas actualis sit frigiditas, & cum hac eis insit virtus calefactiua per partes minerales admixtas.

Secunda propositio quę necessario sequitur ex prædicta, est quòd aquæ thermarum sunt in ventre terræ, vnde procedunt ab aliquo agente calefactiuo actualiter calefactę. patet. quamuis enim non sint per naturam calidæ, sunt tamen calidæ actualiter. necessarium est calefactas esse ab aliquo extrinsecus alterante. Tertia propositio est. Infra terræ superficiem in cõcauitatibus eius pluribus in locis actuales calores ignei continentur.

Hanc propositionem veterum scriptorum dicta testantur & confirmat eam ratio naturalis.

Primo enim Aristoteles ostendit se eam voluisse in libro Metheo. multis locis. In secundo enim
» eius agẽs de causa ventorum sic scribit. existit au-
» tem in terra multus ignis & multa caliditas. &
» sol non solum supernatans terræ humidum tra-
» hit. sed & terram ipsam deficcat calefaciens &c.
» Et eodem loco infra. Cum enim pluerit, terra de
» siccata ab eo quod in ipsa est calido, & ab eo,
» quod desuper exhalat &c. Adhuc eodem libro agens de causa terręmotus vult igneos spiritus terrę visceribus inclusos esse causam præcipuam terręmotus, sic enim ait. Existit enim terra per se
» quidem sicca: propter imbres autem habens in se
» ipsa humiditatem multam, vt & à sole, & ab eo,
» qui in ipsa est igne calefacta: multus quidem ex-
» tra, multus autem intra spiritus fiat. Et hic ali-
» quando quidem continuus extra fluit omnis, ali-
» quando autẽ intra omnis, aliquando autem etiã
» partitur &c. Tertio etiam eiusdem ad finem siue in principio quasi, iuxta diuersam inceptionem quarti libri, loquens generaliter de causa vniuersalium quę infra terram generantur. Cum conclusisset duas exhalationes quæ eleuantur de terra ad regionem aeris esse causas impressionnm plurimarum, quę apparent in alto, vult duas consimiles exhalationes remanentes intra terram causas esse earum quæ generantur in terra. quarum altera est causa ignea. Et ait sic. Quæcun-
» que autem in ipsa terra eadem in terræ partibus

D occlusa sol efficiat dicendum. facit enim duas differentias corporum. propterea ꝙ duplex natura est. & hic quidem queadmodum & in alto, duæ quidem exhalationes, altera quidem vaporosa, altera autem fumosa, vt diximus, est. duæ autem etiam species eorum quæ in terra fiunt, alia enim fossibilia, alia autem metallica, sicca quidẽ exhalatio est, quę ignita facit fossibilia omnia puta lapidum genera illiquabilia & sandaracham ochrã minium & sulfur &c. Sic igitur certissime Aris. voluit infra terrę superficiem esse actuales calores igneos. quos siue ignes vocaueris, siue calidam & siccam exhalationẽ, siue calidos spiritus idem est. voluit & sic Vitruuius. viij. de Archite. «
sic scribens: vaporem aũt & humores & nebulas «
ex terra nasci, hoc videtur efficere ratio, ꝙ cau- «
sa idest terra habet in se calores feruidos & spiri- «
tus inanes. Et etiam infra: Est enim terra vti reli- «
E quæ res ex quatuor principijs composita. & pri- «
mum est ipsa terrena, habet ꝙ ex humore aquæ «
fontes. item calores vnde sulfur, alumen, & bitumen, nascitur. Seneca etiam libro secundo naturalium quæstionum, idem sentit. Cum enim dixisset aerem terræ proximum esse calidnm, tam propter calidos vapores resolutos à terra. quàm propter solares radios reflexos à terra. addit etiam tertiam huius rei causam ignes videlicet, qui sunt sub terra sic inquiens: Adijce nunc «
ignes non manufactos tãtum & certos, sed oper- «
tos terris. quorum aliqui erumpunt, innumerabi- «
les in abscõdito flagrãt. tertio etiam libro vult in «
fra terram esse vias & concauitates in quibus contineantur calidi spiritus ignei, quemadmodnm in nostro corpore sunt arteriæ, in quibus vitales
F spiritus continentur. Dixit enim sic: placet natu-
ra regi terram. & quidem ad nostrorum cor- «
porum exemplar, in quibus & venæ sunt, & arte «
riæ illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In «
terra quoque sunt alia itinera, per quę aqua, alia «
per quæ spiritus currit, adeoque ad similitudi- «
nem illam humanorum corporum natura for- «
mauit, vt maiores quoque nostri aquarum ap- «
pellauerint iter venas. Sentit hoc similiter Empedocles prout idem Seneca scribit. iij. naturalium quæstionum, vbi recitat opinionem eius in causa caloris thermarum, prout supra notatum est. Sentit hoc etiam Albertus in nat. suis. Et frequenter dicit in libro Metheororum. Et in libro Mineralium. sed probatur naturale euidentissima ratione quæ accipitur ab effectu, sicut infra terram inueniuntur, & continuo generantur, atque multiplicantur plurima, quorum generatio, atque multiplicatio absque actuali calore

lore igneo esse non potest. Igitur infra ipsam terram actuales calores igneos esse necesse est. quoniam necessaria est, si generatio nunquam fit absque præsentia generantis. sed veritas antecedentis apparet in multis. omnes enim fatentur sales à calore generari a dustiuo. quoniam salem faciunt partes adustæ terrestres, amaræ, quibus aquæ insipidæ sunt admixtæ. Igitur alumen, atramenta, sulfur, naphtha, siue petroleum, auripigmentum & alia huiusmodi plura fieri absque actuali igneo calore non possunt. similiter lapides illi præsertim qui ex vnctuoso & viscoso luto aslati à calore forti fiunt, vt scribit Auicen. in primo capitulo ex his tribus capitulis qui scribuntur post quartum librum Metheororũ translatiõis arabicę & » incipit. Terra pura lapis nõfit. Et iterum, metalla » quorum generationem tradunt maiores fieri ex » vaporosa exhalatione eleuata virtute ignei calo» ris, & propulsa in arctos meatus & venas terrę, & » eisdem in locis ab eodem calore digesta, cuius abs» que dubio eleuationem, propulsionem atque di» gestionem facere non posset, nisi inclusus esset in » fra terram calor igneus actualis: quamuis forte il» lorum vaporum digestorum inspissatio & con» uersio in soliditatem metalli perficiatur à frigido » terreno circunstante. Præterea irrefragabile argumentum manifestans hoc, esse actuales calores igneos infra terrá. hoc est quòd e terra tales calores & spiritus multis in locis atque multoties eruperunt factis hiatibus, & aperta terra tempore terræ motus, ex quibus fumi exhalauerunt calidi valde &, vsti, & aliquando cum magna cinerum quantitate, vt Seneca refert, & testantur historiæ. qui etiam calores & fumi erumpentes aliquando per loca terræ, in quibus materię inflammabiles continentur, & aptæ incendio inflãmari ex violentia collisionis & motus, illas materias accenderunt. vnde flammæ multis deinde temporibus processerunt, prout in Aethna Siciliæ fuit olim, & in multis alijs locis, & hodie etiam in aliquibus partibus esse constat. His tribus propositionibus declaratis, satis plane colligitur causa caliditatis aquarum thermarum. quia enim nõ sunt dictę aquæ calidæ per naturam, vt dicit propositio prima: sed sunt calefactæ per accidens ab aliquo extra eas actuali calefaciente calore vt dictũ est in propositiõe secũda: et nõ solũ intra terrã, sed etiã intra sphærã aq̃ huiusmodi cõtinentur ignei calores & spiritus actuales, vt dicit propositio tertia: possibile est atque probabile & valde credibile, & ita ego opinor aquas illas à dictis caloribus seu spiritibus calefieri, & nihil opus eẽ eas currere per sulfuris mineras. aut in eis aliqualiter imo-

A rati. Nam appropinquatis decenter cum conditionibus requisitis calefactibili & calefaciente, nil requiritur aliud ad hoc, vt hoc quidem calefaciat, id vero calefiat. Dicamus ergo quòd quoties contingat in ventribus seu concauitatibus & cauernis terræ, in quibus aquæ colliguntur ad fontes faciendos prout dicunt auctores, siue in illis colligantur generatæ ex vaporibus eleuatis & condensatis frigiditate terræ, vt sentit Aristote. primo Metheororum, siue venientes ab oceano mari transcolatæ per occultos terræ meatus vt voluit Albertus: siue ex pluuijs super terram cadentibus distillatę per poros vt quibusdam alijs visum est. siue omnibus his modis & alijs forte (ad propositum enim non pertinet hoc discutere) quoties dico contingat in illis concauitatibus seu receptaculis, in quibus aquæ collectę sunt vel B in vicinitate esse calores vel spiritus prædictos inclusos & constipatos, & per hoc vnitos & vigorosiores in agendo, possunt & debent illas aquas calefacere. præsertim si supra eas reflectantur vniti ad modum flammę ignis in furno reuerberãtis.

Ad hunc intellectum plane trahitur & saluatur dictum Milei adductum prius ex libro de proprieta. Elemento. Conuenit enim penitus cum dicta causa si per uentos calidos inclusos concauitatibus terrę, intelligamus & exponamus spiritus igneos & calores actuales quos diximus. Item dictum Thesmophili eodem loco recitatum, si per radios solis penetrantes per raram & mollem terram ad profundum eius intelligamus actuales calores & spiritus infra terram à solis aliarumq; stellarum radijs atque virtutibus generatos, vt declarabitur post. Dictum item Empedoclis positum C à Senec. iij. naturalium quæstionnm si per ignes, quos dicit terram multis locis apertos habere actuales calores prædictos, seu igneos spiritus exponamus. Preterea dictum Aristotel. secundo Metheororum, quod superius adduximus, si per ignem à quo dicit aquas salsas fontium ac fluminum fuisse prius calidas, sed extingui postea eius principiũ, nos exponamus, & itelligamus igneos spiritus infra terram existentes, quos actuales diximus esse calores.

Capitulum quintum in dubijs atq; difficultatibus incidentibus circa dicta, et instantias quæ prædictæ causæ videntur occurrere.

Est autem bonum ad maiorem prædictorũ euidentiam atque firmamentum, vt difficultates incidentes, & repugnantes dictis instantijs adducamus. Dubitabit ergo primo forte aliquis circa calores illos actuales, q̃ dicti sunt in ter

ræ concauitatibus contineri, quid videlicet intelligamus per tales calores, vtrum qualitatem solã, quæ est vna primarum quatuor qualitatum inhęrentem parietibus illarum cõcauitatum terrę, an calidum aliquod corpus in illis concauitatibus cõtentum, & si sic, vtrum tale corpus calidũ sit vnũ simplicium elementorum puta ignis, vel aer, an sit mixtum ex pluribus vel ex omnibus elemẽtis.

Item dubitabit aliquis, quæ causa tales calores generet intra terram, cum ibi naturaliter nõ sint, propterea ꝙ naturalis locus caloris est sursum. Et iterum cum natura calidi sit ascendere, quid est quod detinet illos calores infra, & prohibet ne ascendant superius. Adhuc dubium est, qualiter intra sphęram terræ, quæ est per naturam frigidũ elementum, quod cum sit simplex, & omogeneæ rationis quælibet pars eius & eiusdẽ naturę, s. frigidę, & siccæ, quomodo possint huiusmodi calores permanere, ꝙ non subito corrumpãtur, & extinguãtur à terræ frigido circunstante. Et confirmat hoc, quoniam in sphęra aquæ non continentur alicubi aliqui tales actuales calores, nec apparet ratio, quare magis contineantur in terra quàm in aqua. cum vtraq; sit ex natura sua calori contraria. Et iterum in sphęra ignis non continentur aliqua actualia frigora, vt omnes concedũt, ergo neq; in sphęra terræ contineri debẽt aliq̃ actuales calores, cũ ita se habeat ignis ad actualia frigora, sicut terra ad calores actuales. Rursus dubitari potest de prædictis terræ concauitatibus seu vacuitatibus illis, ĩ quibus calores illos dictum est contineri, & aquas. videtur enim natura terræ huiusmodi concauitatibus repugnare: ꝑpterea ꝙ partes terrę cum sint omnes vnius naturæ, vtpote partes simplicis elementi, omnes graues esse oportet, tendentes naturaliter ad cẽtrum. debent ergo vna supra aliam concidere sine medio applicatæ altera alteri. et præmentes alteram alteram versus centrum, quousque superficies exterior totius terræ adæquetur in æquidistantia à centro mundi, quod est centrum vniuersę grauitatis. Per rationem enim istam Aristoteles secũdo cœli, & mundi demõstrat sphęricã esse aquã. Et confirmatur hoc, quoniam ita esse videmus in omnibus, quæ sibi ipsis dimissa, solent tendere ad formam sphęricã, vt in guttis aquæ dum sunt in aere, non figuratę figura extrinseci continentis. et in argento viuo atq; metallis alijs liquatis. partes enim eorum veniunt versus centrum, tendentes absque cõcauitate aliqua, globum solidũ sphæricum faciẽtes. Pręterea non sunt in aliorum triũ elementorum sphæris huiusmodi concauitates, sed sunt eorum partes cohęrentes per totum. ad

D hęc huiusmodi concauitates terræ, vel sunt in ea per naturam à prima mundi creatiõe, vel sunt factæ postea, & fiunt intus aliquando per tempora. Primum non videtur, quoniam est cõtra naturam simpliciscorporis elementalis, quod debet esse omogeneum, vt aliquid includatur in eo, qđ sit diuersæ rationis, quod esset necessario si concauitates illæ essent in terra per naturam. cum.n. vacuæ esse nequeant, aere essent plenę, & non terra, quoniam tunc esset terra continua sine concauitatibus, ergo alioq terra. & sic erit terra eterogenea per naturam, quod est repugnans naturæ elementi. Si vero dicatur secundum, dubium oritur à quo factæ sint, & fiant tales concauitates, & per quem modum, & quare. Pręterea ꝙ actuales calores inclusi terræ concauitatibus non sint propria causa, & sufficiens caliditatis thermarum

E argueret forte aliquis per rationem illam, per quã impugnatur opinio Milei, libro de proprietate elementorum, vt recitatum est prius: quæ ratio est, ꝙ si venti calidi interclusi terrę visceribus calefacerent aquas thermarum, oporteret calefactionem illam deficere, quãdo ventus ille, & eodem modo calores, qui dicti sunt, exirent cum aqua p uias illas, per quas aqua scaturit de fontibus, & tãto citius, & celerius q̃ aqua, quanto sunt subtiliores ea, & adhuc magis. quoniã de natura eorũ est sursum ascendere, quod est cõtra naturam aquę. egrederentur ergo calores prius q̃ aquæ, & remanerent aq̃ sine caloribus, & per consequens absque calefaciente. Item æstiuo saltem tempore constat profunda terræ absque talibus caloribus esse, quia manifestæ frigiditatis sunt cauernæ sub terra, & aquæ profundæ sunt frigidæ valde, vt puteales tãtoq; frigidiores, quãto profundiores. qua

F re illo saltem tempore aquæ thermarum à subterraneis pręfatis caloribus non calescunt. Et iterũ si tales actuales calores contenti infra terrã aquas calefacerẽt: oporteret omnes aquas de terra emergere calidas, vtpote de locis calidis venientes. omnes enim generantur, aut aggregantur in concauis terræ vt vult Aristo. si ergo in illis actuales calores sint, calefient ab eis aquę. nec apparet ratio quare magis ĩ aliqua cõcauitate sit calor, q̃ in alia.

Capitulum. VI. Ad satisfaciendum prædictis difficultatibus & de dubijs, ac instantijs respondendum.

PRo satisfactione ad hæc & similia dubia primo notandum est iuxta philosophorũ sententias in quibus pstantiores cõueniũt, et Aris. pcipue dicit lib. methe. quòd virtutes cęlestes puta solis

solis aliarumq; stellarum ad hæc inferiora, quæ sunt infra lunæ globum in parte quæ elementaris vocatur seu sphęra actiuorum & passiuorum, agendo perueniunt, permutando ea continuo; et calefaciendo præsertim radijs eius & motu innumerabiles & occultas alias in eis influentias agunt tam in simplicibus & elementarijs corporibus, quàm in mixtis. virtutes ergo illæ radiorum incidentes super terram penetrant in eam & profundantur vsque ad aliquod spatium. et ipsam calefaciũt. atque aquam superficialibus eius partibus in mixtam, eleuantes ex eis duas faciunt exhalationes, vnam videlicet humidam vaporosam, aqueã, aliam vero siccam fumosam, igneã. Quarum exhalationum pars ascendit de terræ superficie ad aeris regionem. pars vero non egreditur terræ superficiem, sed remanet infra terram. ex parte vaporosa humida quæ ascendit ad aeris regionem fiunt pluuiæ, niues, grandines, rores, pruinæ & huiusmodi. ex fumosa vero sicca fiunt venti, tonitrua, fulgura, & plurimæ ignitę apparitiones, quę in alto cernuntur. Ex vaporosa autem parte eius exhalationis quæ remanet infra terram in cauernis videlicet, & meatibus plurimis qui sunt in ea, fiunt aquæ, eleuata ea ad summitates concauitatum & infrigidata à frigore terræ, ex quibus aquis procedunt fontes & flumina vt Aristoteli visum est. fiunt etiam ex eadem exhalatione cum aliqua admixtione exhalationis fumosæ in certis locis, in quibus vigent virtutes cœlestes metallificę, diuersæ species metallorũ. ex fumosa vero quando retenta & conclusa fuerit in aliqua parte solida, vnde non habeat expeditam exitus viam. motu violento & agitatione eius ad exitum, fiunt terręmotus & mugitus, & aliquando hiatus & voragines fracta terra & expirante exhalatione. Ex ea etiam cum admixtione vaporosę exhalationis retenta in terræ meatibus & locis in quibus vigent virtutes generatiuę quorundam mineralium calidorum, fiunt multæ ac variæ talium mineralium species, iuxta diuersitatem commixtionis exhalationum, & locorum in quibus virtutes diuersę sunt ex diuersitate cœlestis aspectus. Considerandum pręterea, quòd quia ea quę continentur infra lunam videlicet in sphęra elementari, et sunt elementa & elementata siue mixta ex eis, omnia subiacent astrorum virtutibus, & superioribus lationibus. Ducuntur enim, reguntur, & gubernantur ab eis vt ait Aristot. primo metheororum. Ex quibus elementa quoniam imperfectiora & primæ proximiora materię ordinantur ad mixta tanquam ad perfectiora. & horum illa etiam quæ minus per-

A fecta sunt ordinantur ad magis perfecta, puta inanimata ad animata, & illa ad animalia. et tandem omnia ad hominem, vt ait Aristote. primo politicorum. Est enim hominis perfectior nobilior ac temperatior complexio, & per consequẽs mixtio omnibus alijs vt Galen. primo de complex. Et Auicẽ. primo primę testantur. hinc est φ virtute cœli, & astrorum, elementa ad mixtionem veniunt. Et quoniam vera mixtio non est nisi miscibilia inuicem alterentur, nec alterantur in uicem elementa nisi agentia & patientia suis qualitatibus, quæ sunt eorum virtutes, & sunt velut instrumenta cœlestium. actio autem & passio non fit nisi quando agentia & patientia sunt sufficienter & debite approximata. hinc est φ circa terræ superficiem maxime vbi est discooperta ab aqua, in quo loco velut in communi confinio cõ

B currunt tria elementa sensibiliter, videlicet terra, aqua, & aer, potissime multiplicatur mixtorum generatio. conducto etiam ad locum illum quarto elemento videlicet igne, virtute stellarum aut generato ex alijs elemẽtis, calore solarium radiorum. hæc omnia trahuntur ab Aristotele & pro maiori parte ex lib. de Generat. & Corrup. Igitur propterea quod locus mixtionis præcipuus est circa terræ superficiem, vbi magis elementa concurrunt, & virtus est potentior radiorum solis, aliarumq; stellarum incidentium super terræ superficiem atq; reflexorum ab ea, ideo fit vt hoc in loco plurima sit multitudo mixtorum. In tñ φ etiã illa quæ elementa vocantur non sint pura, sed mixta. neque enim ignis quem videmus, & qui apud nos est purus ignis, vt ait etiam Aristote. primo metheororum. nec aer, nec aquę terrę proxi-

C mę puræ sunt, nec terra quam cernimus & prope nos est, in qua tam manifestę apparent diuersitates vbicunq; fodiatur. fere ergo hæc omnia mixta sunt, & si elementorum nominibus appellentur. hoc fit, quia mixta imperfecta valde proxima sunt naturis elementorum à quibus nominantur, propterea quòd in eis valde dominãtur. superficialis itaque terra, non est purum elementum, sed est mixtum vsque ad aliquod saltem profunditatis spacium: nec tantum quæ ex ea terra vocatur, mixta est. sed etiam mixta plurima in se continet, proprijs nominibus nuncupata. et differentibus variata naturis, non solum quo ad qualitates primas, sed etiam quo ad duritiem, & mollitiẽ, & colores, & sapores aliasq; huiusmodi qualitates, ac etiam quo ad virtutes plurimas, & proprietates occultas, prout sensibiliter experimur. cuius tam grandis diuersitatis causas esse rationabile est, proportiones diuersas miscibiliũ, gradus

gradus diuersos mixtionum, diuersitates et locorum seu situum terræ, in quibus uigēt diuersæ virtutes propter diuersitatem influentiarum cœli, & aspectuum astrorum. Nec mirari debet aliquis esse infra terram tam grandem mixtorū varietatem, cum consideratur quanta diuersitas sit in vegetabilibus, quæ in superficie terræ sunt, & in animalibus, in quibus non solū differētię magnæ sunt pp diuersitatē specierum, sed etiam in spē eadem pro diuersitate locorū. His prænotatis ad proposita dubia respondeamus. Ad primū dicamus ꝙ per actuales calores inclusos terræ cōcauitatibus intelligendi sunt principaliter calidi spiritus. qui sunt exhalationes calidę gñatę, & eleuatę virtute caloris radiorū solis, & stellarum, vt diximus, & pręcipue fumosæ exhalationes q̄ sunt igneæ naturæ. Possumus autem etiam ex consequenti cum his intelligere actualem caliditatem ab his spiritibus factam in parietibus concauitatum dictarum, & inhærentem eis. quoniam etiā illa adiuuat in calefaciendo aquas, quemadmodum per caliditatem clibani assantis panem, intelligimus principaliter calidum spiritum inclusum clibano, & ex consequenti caliditatem laterum clibani. & cōstat ꝙ spiritus illi seu exhalationes sunt corpora subtilia, & leuia, mixta ex omnibus vel pluribus elementis quanuis imperfecta, & multū propinqua naturę elementi. Illa enim quæ calida est, & sicca, fumosa multum est vicina naturæ ignis, propterea ꝙ in eius mixtione multus est ignis comparatione aliorum, ideo nomināt eam auctores ignem. vt in præmissis apparet. consuetudo enim est, vt fumi flammæ atque carbones accensi qui sunt apud nos nominentur cōmuniter ignis, cum tamen in veritate quodlibet eorum sit mixtum, non elementum. Ad aliud, quæ causa hos calores infra terram fecerit, aut faciat, apparet ex dictis. quoniam caliditas cœlestiū radiorum, & præcipue solarium calefaciendo, & penetrando ad terrę profunda, generat quotidie hos calores, quamuis plus in vna parte, quàm in alia, & plus aliquo tempore quā alio. Ad aliud, quid infra terram detineat hos calores. Dicendum ꝙ absque dubio cum dicti calores seu spiritus habeant expeditas vias, & manifestos meatus per quos liber eis exitus pateat, aut superstātes terræ pori sint rari, & aperti, continue de terra prodeunt ascendentes naturaliter ad aeris regionē, sed stante causa generatiua eorum, vt prius, continuo alij in locum exhalantium generātur, vbi nō sint in concauitatibus constricti, & quodammodo obsessi non habentes exitum. propterea ꝙ latera, & summitates earum densæ sunt, & solidæ,

E puta lapideę, & argilosæ, idest dè tenaci, & compacta terra, non habētes meatus, in huiusmodi cōcauitatibus conclusi detinentur contra suam naturam, non habentes viam. propter quod quādoque vniti, & per hæc vigorati in calescunt magis, & vehementius calefaciūt quæ proximiora sunt. qui nonnunquam subtiliati, & rarificati, & pp hoc multiplicati, vltra id quod in dictis concauitatibus capi potest, frangunt magna violentia latera concauitatum, & moti magno impetu per terræ meatus faciunt terrę motus. aliquando vero erumpentes ad aerē extra, aperta terra per vim collisionis inflammantur: prout fit suo modo in nubibus, quando fulgura causantur, & tonitrua, & ita inflammati quandoque accendunt terras illas siue loca per quæ erumpunt. si forte coaccensibilis materia, puta sulfurea, aut similis sit ibidē,
F vbi ardentes ignes postea possunt multo tempore perdurare. Ad aliud, dicendum ꝙ dictos calores actuales īfra terram vbi est pura, & simplex elementum, videlicet in profundo versus centrū non credimus contineri, imo rationabiliter putamus (prout arguebatur) ꝙ si ibidem ponerētur, cōfestim extinguerētur à multo, & intenso frigido terræ circunstantis, sed eos esse, generari, & contineri dicimus in parte illa terræ superficiali, quæ non est pura, nec simplex terra, sed mixta, & plurimis plena mixtis. Huiusmodi nanque superficialis terra quamuis frigida sit à prædominio & sicca, propter quod terra vocatur, calefit tamen à cœli radijs, vt diximus prius, ita vt in ea generentur calores prædicti, & in concauitatibus eius cōseruentur eadem virtute cęlesti, nec extinguūtur à frigiditate circunstantis terræ, sed possibile est,
F vt vigorentur aliqñ ab ea per antiparistasin. contrarium enim circunstās vigorat contrarium, vt videtur Arist. quando non est tantæ potentiæ, vt ipsum vincat, sicut manifestum est in aqua superaspersa carbonibus fabri, quoniam vigorosiorem reddit ignem. Quod vero dicitur non esse tales calores intra sphęram aquæ, non est contrariū dictis. Indubitabile enim est in sphęra aquæ virtute cœlestium radiorum generari calores. & eleuari inde exhalationes, magis tamen vaporosas, humidas, q̄ fumosas, propterea ꝙ aqua est humida, sed non retinētur tales calores infra aquam sicut retinentur infra terram. exhalant enim de aqua faciliter ascendentes libere, propterea ꝙ ipsa est mollis, facilè penetrabilis. cuius cōtrarium est in terra, quæ solida est, & compacta, & ꝙ ita sit in aqua, manifestat olla bulliēs ad ignem, in qua videmus calores aereos in ea generatos per calorem ignis ascendere in ampullas ad superficiē, & exha

lare

lare. Id etiam quod dicitur frigora non contineri in sphęra ignis, forte non est penitus cócedendú. sunt enim in sphera aeris frigora sempiterna.in medio eius interstitio, vt volunt auctores, cum tamen natura aeris sit calida,quáuis non tantum vt ignis,sed quæ sit illorum frigorú causa non est perquirendú hic. Concesso tamen non procedit ratio.propterea quod manifesta causa est generás calores in terra,scilicet radij solis,& stellarú, sed non apparet,quæ sit talis causa generás frigora in sphęra ignis,sed quia nunc dictum est calores illos actuales non contineri in terrę profundo versus centrum eius,vbi terra pura est,& simplex elementum,sed tantú versus superficiem. Quæreret aliquis ad quantam profunditatem infra terræ superficiem esse posit. Ad quod dicimus,hoc per certitudinem terminari non posse. quoniam nesciri potest nisi existimatiue,quátum virtus radiorum calefactiue profundetur infra terrę superficiem. Opinabile est tamen nó multum esse spacium ad quod posit virtus illa pertingere, & cú apud Alfragranú aliosq; Cosmometras semidiameter sphęrę terrę, si tvltra tria millia milliaria, Latitudinis, & vltra videatur si vsq; ad pfunditatem.xxx.millιú passuú radiorú solis,& stellarú calefactio perueniret.quod tamé spaciú est minus quam vna de centum partibus semidiametri terræ,quæ est à superficie eius ad centum. Ergo pars illa terræ superficialis, quam notabiliter radiorum calefactio penetrat,& in qua per consequens calores illi generátur est permodum vnius corticis cooperientis,& continentis intra se residuum sphæræ terrestris,quæ est purum,& simplex elementum. quanquam talis cortex sit ex necessitate maioris spissitudinis in aliqua parte terreni ambitus quam in alia. propterea quod maior est virtus radiorum solis,& sex aliorum planetarum in plaga terræ supposita torridę zonę,quá non egrediútur, & ideo directius illá irradiant. quia fortius profundantur,quam in alijs partibus terreni ambitus extra tropicos.quas quamuis irradient, incedunt tamé radij obliq; super eas,& ideo in eis debilius operantur. Oportet igitur,vt cortex ille sit spissior in parte subiecta torridę zonę,quàm alibi. In partibus vero,quæ sunt versus polos sit tenuior,& táto tenuior,quanto partes illæ fuerint à dicta parte remotiores,& viciniores alterutri polorum.

Ad difficultatem de concauitatibus,& ventribus terrę,dicendú, quod proculdubio sunt innumerabiles infra terræ superficiem. Hoc enim magni testificantur auctores,& sensibilis experiétia multoties docuit,cadéte in aliquibus locis superficie terræ in profundum,vt aliquando integræ vrbes

A hoc modo similiter sint absorptę,cadentes in cócauitates quæ sub eis erant,vt ait Seneca. & quandoq; eruperunt de terra subito magnæ aquarum copiæ,quas oportebat prius infra terram in magnis concauitatibus contineri. sed huiusmodi cócauitates non sunt multum in profundo, quáuis aliquæ magis, aliquæ minus. sunt enim omnes intra corticem illum superficialis terræ, quem solis radij penetrant,aliarumq; stellarum sua calefactiua virtute.In profundo veró,vbi terra pura est & simplex elementum,propter adductam rationem,putandum est,non esse concauitates huiusmodi,sed esse solidam,et compactam terram vnitis,& coniunctis partibus absq; medio.In superficiali enim illo cortice cótinétur multa, puta aer, aquæ,ignes,quæ omnia mixta sunt.plures ité mi

B nerarum species, valde diuersæ naturæ, & in ea fiunt concauitates tum propter calorem radiorú solis,& stellarum facientem exhalare de humiditatibus,quę continentur infra terram,& de subtilioribus terrę partibus.quare in locis vnde illę exhalant, relinquuntur vacuitates paruæ primitus, deinde maiores,tum etiam propter calidas exhalationes retentas in dictis concauitatibus,& constrictas,quę petentes exitum,illas cócauitates ampliant,& augmentant eleuantes terram in tumorem.tam magnæ enim violentię sunt huiusmodi exhalationes in mouédo.cum constrictę exitum petunt,vt nó modo posint pręsentes vacuitates augere,sed vt opinati sunt aliqui philosophorum ab eis generati sint montes,eleuata terra eisdem concauitatibus,& ob hoc,vt plurimum sunt mótes cauernosi,& concauitates atq; vacuitates ma-

C ximę reperiuntur in eis. Ab eisdem etiam volút aliquando generatas fuisse subito insulas in mari emergentes,vbi ante fuerat tantum mare,& hoc facta cauerna in terra quæ sub mari est,& eleuata ea sursum à spiritu quousq; superemineant mari.

Non sunt ergo in profunda,& pura seu elemétari terra concauitates prędictę,vt recte obijciebatur,sed in superficiali, quę eterogenea est,nec in ea sunt à prima natura,sed factę per tempora succédentia,& quotidie fiút à causis quę dictę sunt.

Quin etiam si forte instet aliquis, quod si permodú datum concauitates in terra fierent à cœlesti, videlicet, calore faciente exhalare partes aquæ, & terrę subtilioris de cortice illo qui dictus est:oporteret sic exhalantem ac resolutam terram deficere,& minui quotidie,& concauitates augeri numero,& magnitudine.donec aut tota superficialis illa terra resoluta esset,& perueniret actio radiorum ad puram terram,in qua dictum est non esse concauitates,aut eleuata superficie extrinseca

ea dicti corticis fieri totam superficialem terram in modum vnius concauitatis interceptis spiritibus,& exhalationibus inter superficiem illam, & puram terram. Dicendum q̧ quia terra illa superficialis, in qua huiusmodi concauitates sunt, est valde difformis in partibus suis, videlicet alicubi solida, compacta, inepta resolutioni: alicubi rara, mollis, apta valde euaporationi. hinc fit q̧ resolutis, seu euaporatis vaporabilibus, remanēt non vaporabiles,& in locum resolutorum relinquuntur vacuitates:& si vacuitates quotidie fiāt, augentur numero,& quantitate, in parte vna terræ, in alia deficiunt, aut concidentibus lateribus earum, aut repletis eis.& si terra in vna parte per euaporationem consumatur,& minuatur, in alia generatur de nouo,& augetur, & ita cōseruatur tota eius moles in vna quasi quantitate. sic enim quæcunque continentur in sphæra passiuorum, semper generantur in aliqua parte, & corrumpūtur in alia, vt vult Aristot. primo metheororum, & secūdo de generatione,& corruptiōe. Sed ad id quod dicitur non esse in aliorum elementorū sphæris tales concauitates, dicendum q̧ non habent elementa alia soliditatem in qua possint cōcauitates fieri,& remanere sicut in terra. q̄q̄ enim fiat ex aqua quotidie,& ex aere resolutio per viā exhalationis, non remanent tamen concauitates in locis resolutarum partium: quoniam confluūt confestim inuicē partes residuæ,& vniuntur ꝓpter earum liquiditatem,& fluxibilitatem, vt cernitur in aquis euaporantibus ad ignem, aut solē.

Ad instantiam contra Milcum q̧ nō calefcant aquæ à spiritu,& vento calido quia exiret cum aqua &c. dici potest vno modo, q̧ aliquid egreditur de illis spiritibus cum aqua simul p eosdē meatus, non tñ euacuantur concauitates ab eis, nec relinquuntur aquę sine calefaciēte, immo assistūt continue calores aquis,& eas indesinenter calefaciunt. quia quamuis continue extra spirēt p meatus illos, continue tamen, & cōfluunt aliunde de alijs concauitatibus, & generantur continue, & multiplicantur non deficiente causa eorum generatiua atque multiplicatiua. Nam quemadmodū aquæ continue egredientes de concauitatibus dictis non deficiunt regeneratæ continue, vel reaggregatæ aliunde confluentes, ita etiam de spiritibus existimandum est.& si de spiritibus illis calidis plus forte exeat q̄ de aquis quia mobiliores,& leuiores sunt, plus etiam continue multiplicātur, & confluūt propter causam quæ dicta est. nec putandum est spiritus illos exire inde solos remanētibus aquis, propterea q̧ calefactę aquę,& ebulliētes in concauitatibus miscentur cum spiritibus,

E & eleuantur ad hostia meatuum, vnde extra defluunt simul cum spiritibus. nec resident tantum in fundo, prout imaginari videtur instantia.: Alio modo potest dici q̧ aquę calefactę p̄nt de cōcauitatibus exire per ꝓprios meatus, per quos tamen spiritus calidi non expirant, & modum huius imaginari possumus tripliciter. Primo enim imaginari possumus aquas contineri in aliqua concauitate,& spiritus calidos in alia, vel in alijs pluribus concauitatibus circunstantibus concauitati illi, in qua aquę continentur, aut suppositis eidem mediantibus solidis parietibus tenuibus de solida,& cōiuncta terra, aut de lapide, quibus mediantibus parietibus calefactis à spiritibus potest calefactio aquarum,& earum ebullitio fieri: non commixtis spiritibus cum aquis nec aliquo modo corporaliter intrantibus in concauitatē aqua-

F rum.& tali modo potest aqua calida per ꝓprios meatus suę concauitatis scaturire, reseruatis spiritibus in suis concauitatibus, nō habentibus communionem cum illis meatibus. Et huius rei sensibile exemplum est. q̧ imaginemur vnum furnum solidum,& conclusum, diuisum in duas cōcauitates mediante solido pariete,& in vna parte seu concauitate eius conclusus sit igneus calor: in alia vero aliquid aquę: habeatq̧ illa concauitas in qua aqua fuerit, aliquod foramē ab extra, p quod ascendens possit exire. manifestum est q̧ à calore illo contento in parte furni aqua proxima calefiet,& calefacta,& bulliens tandem ascendet ad foramen, vnde possit emanare, non tamen inde exeuntibus caloribus in alia furni parte contētis.

Aliter imaginari possumus spiritus calidos quos diximus calefacere aquas, comprehendi in

F ipsis eisdem concauitatibus, in quibus aquę continentur, sed substare aquas spiritibus in fundis cōcauitatum, esse autē meatus illos per quos effluūt aquę, in partibus illis concauitatum, quæ sunt infra superficiem aquarum. tunc enim calefactę aquæ poterunt per dictos meatus effluere, nec tamen spiritus per illos meatus egrediuntur prohibentibus aquis. Possumus tertio imaginari meatus esse in partibus cōcauitatum quę sunt supra aquarum superficiem, sed calefactam aquam à prędictis caloribus,& bullientem eleuari virtute vaporum generatorum in ea,& cum eleuata ꝓuenerit ad meatus ingredi meatus,& obstruere eos, ita vt spiritus prohibeantur ab exitu, & hēat exitum aqua propulsa,& quodāmodo compressa,& coacta à spiritibus. Et huius rei euidens experientia apparet in vase vndequaq; perfecte clauso, habente vnum tantum strictum foramē in superiori parte cum fistula reflexa, in quo vase posita

ta aliquanta aqua, puta semipleno, aut minus, & approximato ei igne, vt calefiat aqua, & bulliat, expirat per foramen, & fistulam vapor cum violẽtia exsufflando admodum follis: sed si contingat bullientem aquam eleuari vsque ad foramen, incipit aqua egredi, vbi prius egrediebatur vapor, nec cessat egredi aqua, nisi amoueatur ab igne, & deferuescat ebullitio, donec totaliter egressa sit aqua. & si per modum aliquẽ restauraretur aqua, nec deficeret in vase, & sic bulliente, & eleuata, continuo continuaretur aquæ exitus sine fine.

Ad id verò quod dicitur esse æstiuo tempore in profundo terræ frigora. Dicendum q̃ in ꝓfunda terra quę pura est, & simplex, hoc est in illa q̃ est sub cortice quem prædiximus, est frigus omni tempore, tam hyeme, q̃ æstate. quoniam in ea parte terra seruat naturam suam elementarem, scilicet frigiditatem, & siccitatem. sed in cortice illo exteriori impurę terræ, sunt alicubi concauitates cum calidis spiritibus etiam æstiuo tempore calefacientibus aquas per modum quem dedimus. q̃uis in parte aliqua dicti corticis sint eodem tempore frigora, sed illa sunt parum profunda, proxima videlicet extrinsecæ superficiei ad spaciũ duorum vel trium passuum incipientia, prout manifestum est in cellarijs, et testudinibus ad conseruãdũ vina, & alia huiusmodi, factis. frigiditas enim terrę, & aquæ, intercepta poris terrę in ea parte fugiens contrarium puta calorem aeris, & radiorũ solis, eo tempore vnitur, & vigoratur in parte illa per antiparistasin. prout eadẽ in parte, hyemis tempore caliditas terræ porositatibus intercepta fuga exterioris frigoris propter eandem causam vigoratur, quam ob rem reperiuntur loca prædicta cellariorum, & testudinum calida manifeste: talis enim seu caliditas, seu frigiditas facta in illis partibus fuga contrarij, non multo spacio profundatur. Ita q̃ non peruenit ad diminuendum, vel corrumpendũ spiritus calidos caleficiẽtes aquas, nec etiam refrigerandum eas procedentes de terra ad superficiem eius, quando sunt aquæ fortiter fumantes. Immo possibile est q̃ transeuntes aquę per illa loca quando directus, & breuis est transitus simul cum parte spirituum igneorum à quibus calefiunt, fiãt feruidiores, vigorata caliditate earum ab occursu contrarij: quemadmodum vigoratur caliditas cõsimilium spirituum in nube, dum infrigidatur, & densatur in aquam. Non est ergo concedendum id quod dicebatur profunda terræ ęstiuo tempore esse tanto frigidiora, quanto profundiora. sunt enim frigora illa superficialia, & infra ea calores latent in multis locis. Nec tamen negandum est posse alicubi esse concauita-

A tes cum calidis spiritibus proximas superficiei extrinsecæ terræ, adeo dico proximas, q̃ æstiuo tempore totum sit calidum, quod intercipitur inter summitates earum, & exteriorem aerem: plus tamen est hoc in ꝓfundis, vt diximus. Ad id quod vltimo dictum est, oportere omnes aquas fontiũ de terra emergere calidas, dici potest vno modo prout concedit Alber. Aquas omnes fontiũ infra terram calefieri à caloribus, seu spiritibus qui dicti sunt, & virtute illorum calorum eleuatæ ad orificia illarum cõcauitatum scaturire, quasdam tamen plus, quasdam minus calefieri, prout cõtingit eas esse in concauitatibus suis magis, vel minus proximas locis, in quibus spiritus ignei continentur, & prout contingit spiritus illos esse maioris, aut minoris quantitatis, ac magis, vel minus intensi caloris, à quibus aquæ dictæ calefiunt. Hu

B iusmodi tamen aquæ non omnes egrediuntur ad exitum calidæ, sed plurimæ frigidæ, quoniam frigescunt penetrando per frigidam terram, aut lapides, currendo per talia loca aliquãdo multo spacio, antequam de terra prodeant, & maxime si cursus earum sit oblique, non directè procedens ad exitum. sunt enim huiusmodi aquæ valde aptæ infrigidari: tum quia frigidæ per naturam, ad quam rem de facili reuertuntur: tum etiam quia raræ sunt, tum propterea q̃ factæ sunt nuper ex vapore, sicut vult Aristot. tum etiam quia calefactę, vt dictum est, ab igneis spiritibus, & aquæ calefactæ citissime à frigido penetrantur. Alio modo potest dici, omnes aquas in concauis terræ calefieri à dictis spiritibus. propterea quòd nõ in omni parte sint, aliquas tamen calefieri, quasdam magis, quasdam minus secundum diuersita-

C tem locorum, & calorum, & aquarum quantitatem, sed plura oportere cõcurrere ad hoc q̃ aquæ ab illis spiritibus calefiant in tantum q̃ ebullientes atque feruentes de terra procedant. Oportet enim primo calores esse plurimos, & vnitos atq; conclusos, vt in calefaciendo reddantur fortes, & vigorosi, tenentes quodammodo locum vnius ignis magni, vel ardentis fornacis. Ad hoc autem, vt huiusmodi sint, opus est eos concludi in cauernis solidorum laterum, vnde exhalare non possint. nam vbi contineantur in concauis terræ porosæ, & raræ, aut habentis liberos, & apertos meatus expirandi, absq; dubio calores sunt remissi, non vniti, nec cõfortati per reflexionem parietum, prout in solidis accidit. nec sunt sufficientes, aquas ad ebullitionem vsq; calefacere. Immo possunt alicubi adeo remissi esse, vt nec aquas possint tepefacere, sed sint causa, vt vigoretur aquæ frigiditas per antiparistasin, vt placet Aristot. in grandinis

dinis generatione. Oportet etiam aquas illas quæ
debent à talibus caloribus sufficienter calefieri, es-
se decenter propinquas eisdem, vel contentas in
eadem concauitate, vel propinqua, tenui quodã
& solido pariete mediante, aut rectè suprapositã
concauitati caloris, vt modo quodam dispositio
sit, sicut vas in quo sit aqua, sub quo sit ignis. Itẽ
oportet huiusmodi aquas esse non longo spacio
remotas ab orificio fontis vnde scaturiũt, ne pro
longitudine viæ, & distantia à loco feruoris de-
feruescant. opus est etiam, vt transitus aquæ ad o-
rificium, per quod emanat ex terra sit directus, vt
rectior, & breuior sit processus. Propter hoc er-
go ꝙ in paucis locis hæc omnia concurrunt, ideo
contingit in paucis locis orbis terræ fontes cali-
dos inueniri, cõparatione fontium frigidorum:
& quia loca in quibus calores seu spiritus prædi-
cti magis vigent, sunt loca apta generationi illo-
rum mineralium, quæ calida sunt, & à calido ge-
nerantur propter virtutes calefactiuas cœlestes,
& in talibus locis influentes. & propterea ꝙ fu-
mosæ exhalationes, quę pro maiori parte sunt ma
teriæ illorum mineralium, ibidem principaliter
inueniuntur. ideoq; accidit plurimum in locis di
ctarum minerarum, vel in propinquitate earum
reperiri calidos fontes, puta in quibus sunt salium
mineræ, vel aluminũ, vel auripigmenti, sulfuris,
naphthæ, seu petrolei, & similium, ac etiam me-
tallorum. Non quidem propterea ꝙ illa minera-
lia, vel transitus aquarum per ea, sint causæ calidi
tatis earum, prout plures (quẽadmodum premi-
simus) voluerunt: sed propterea ꝙ illorum mine-
ralium generatio, & thermarum calefactio ab ea
dem causa procedunt, quæ est actualis calor, seu
spiritus igneus cum influxu calefactiuo cœlesti.

Capitulum septimum ad assignandum naturales cau-
sas apparentium in Patauinis aquis, quæ
proposita sunt in capite primo.

NVnc ad reddendum naturales causas alio
rum apparentium in Patauinis speciali-
ter fontibus calentibus veniamus. Primo enim
quod plures eorum oriantur in vallibus, & ad pe
des montium, causa est, quæ generaliter in ortu
fontium assignatur. plurimi enim oriũtur ex mõ
tibus, vel apud radices eorum, vel in lateribus in-
fra summitates eorum: & nulli, aut pauci, nascun
tur in planis locis valde remotis à montibus. in-
tra montes enim, vt prius diximus sunt pro maio
ri parte cauernæ, seu concauitates, in quibus aquę
generantur, & colliguntur ad fontes producen-
dos. quæ aquæ descendentes per meatus veniunt
D ad radices mõtium vel ad latera, vbi reperiunt exi
tus viam. Sed ꝙ aliquis horum fontiũ sit in sum
mitate colliculi, s. fons APONI, causa mihi ali
quando visa est, ꝙ illum colliculum fons ipse pro
duxerit per tpis processum, ꝙ aquæ sedimẽ luto
sum prius in fundo fontis, atq; lateribus, & ripis
lapide factũ sit, demũ superaddito cõtinuo simi-
li luto, & lapide facto de tempore in tẽpus creue-
rit lapis in altitudinem quæ cernitur. & reuera
obseruãti locum, & bene subtiliter consideranti
apparet, ꝙ in quocunq; loco aqua illa steterit fer-
uens, & per quem transitum habuerit, si residen-
tia eius adhæserit rei solidæ lapideæ, lapis fit, & au
getur continue. Siue tñ collis ille factus sit ex
aquæ sedimine, siue non, ascensus aquæ ad sum-
mitatem eius, vel ad medium alterius, vt in fonte
sanctæ Helenæ causa putanda est, aut vis feruoris
E spirituum igneorum calefacientium aquas, & in
eis generantium vapores multos ascendentes, &
secum eleuantes aquas, prout in olla bulliente vi
demus, aut grauitas aquæ habentis originem ag-
gregationis suæ in loco altiori, puta in montibus
qui proximi sunt: qua grauitate aqua compressa
cogitur per subterraneos canales conclusos proce
dere, & si viam egrediendi nisi superius non inue
nerit, ascendere vsq; ad tantam altitudinẽ, quan-
ta est altitudo loci aggregationis primæ: sicus ma
nifeste videmus ĩ aquęductibus artificialibus, qui
bus fit vt aquæ per depressa loca conductæ eleuẽ-
tur cum impetu salientes. Quod vero aquæ præ
dictæ ferueant, vt deplumẽt aues, & depilẽt &c.
Causam iam dedimus eis, & alijs thermis cõmu
nem superius. At ꝙ oriãtur hæ aquæ, & oriãtur
cum ebullitione ascendentibus ampullis de fun-
F do ad superficiem cum sonitu simili aquæ bulliẽ-
tis ad ignem, causam esse putandum est, ꝙ in eis
ab illis igneis spiritibus, qui eas calefaciũt, generã-
tur vapores plurimi, q eas eleuant, & ipsi conti-
nentur in ampullis ascendentes propter leuitatẽ,
vsq; quo veniant ad aquæ superficiem, & exhalẽt
apertis ampullis cum sonitu, vt cernitur in aquis
ad ignem bullientibus. Potest etiam fieri, vt cum
talibus vaporibus sit etiam aliquid de illis igneis
spiritibus exeuntibus cum aqua de cõcauitatibus
vt dictum est antecedẽti capitulo, qui etiam ascẽ-
dũt in ampullis ad aquæ superficiem similiter ex
halantes. Quod autem ęstate non deficiant ha
rum aquarum scaturigines, & omni tempore fe-
rè vno modo procedãt, causam debemus rationa
biliter opinari priuationem illarum causarum, ꝓ
pter quas difficiunt quandoque aquæ, & quãdo-
que minuuntur, & quandoq; augentur in fonti-
bus: quoniam cessantibus causis auferentibus, aut
diuersi-

diuersificantibus processum aquarũ, vel relinquitur, vt earum processus, & emanatio semper sit vniformis. Nunc aũt causa, propter quam deficit emanatio in aliquibus locis, in quibus solebãt oriri aquæ, est aliquãdo defectus collectiõis, & aggregationis aquarum in concauis subterraneis, à quibus aquæ fontibus ministrãtur. cum enim deficit noua aggregatio in principio vnde procedit aqua ad orificiũ fontis euacuato toto, quod prius collectum erat, necessarium est aquam in meatibus venientibus ad fontem, & similiter in ipso fonte deficere. Aliquando verò est huius defectus causa, nõ defectus aggregationis, & collectionis aquarum in concauis terrę, sed impedimentum, seu clausura viæ, per quam aqua à concauitate suę aggregationis, procedit ad fontem, quanuis aqua in ipsa concauitate sufficienter abundet. aliquando est inuentio noui meatus, per quem ad aliũ, locum extra terram habilius, & expeditius aqua procedit, vnde egrediens facit noui fontis originem siccato priori. Aliquando etiam sine noui meatus inuentione, idem facit ampliatio alicuius aut aliquorum solitorum meatuum, ita vt per illum, vel illos plus solito aquæ decurrãt. fit etiam vt deficiat in aliquo solito meatu fluxus, & deficiente fluxu, siccetur fons, qui abinde pendebat. Est enim contingens ab vna concauitate valde multos ortum habere meatus. His causis maximè possunt fontes soliti aliquando siccari: minui verò eorum emanationes possunt proportionabilibus causis, quando sunt non auferẽtes aquas totaliter, sed minorantes, puta diminutione aggregationis aquæ in concauitate, aut obstructione meatus, aut inuentione noui meatus, non totam aquam defluẽtem capientis, sed partem eius: aut dilatatio alicuius præexistentis meatus aliquam quantitatem aquæ plus solito differẽtis. & ex his oppositis causis possunt quandoq; fontium emanationes augeri. Dicamus ergo ꝙ defectus aquarum in fontibus, & diminutio procedentes à dictis dispositionibus meatuum, æqualiter possunt omnibus fontibus accidere, à quibuscunq; concauitatibus procedant, & quocunque modo aquæ in dictis concauitatibus colligantur. & hæc non minus hyeme quam æstate, vel alio anni tempore. possunt enim quorumcunq; fontium meatus aliquando obstrui cõcidentibus lateribus, vel aliquo luto ducto ab aqua claudente meatum, vel alio modo, & constringi sine perfecta clausione, alij etiam de nouo fieri, & inueniri, aut per terræmotus, aut per spiritus facientes concauitates nouas in terra, vt supra diximus. sed defectus, aut diminutio aquarum in fontibus prouenientes à de-

A fectu, vel diminutione aggregationis earum in concauis à quibus aquæ fontibus ministrantur, non cõtingunt ęqualiter omnibus fontibus, nec omnibus temporibus anni. Nam quibus aduenuint aquæ à concauitatibus superficialibus valde proximis terrę cuti, hi faciliter minuuntur ęstatis præsertim tempore, & aliquãdo siccantur omnino. propterea ꝙ in illis concauitatibus fit aquarum collectio pro maiori parte ex impressiõibus aqueis cadentibus super terram, & distillantibus per poros ad ipsas concauitates. quare æstatis tempore quando maxime est vigor radiorum solis, quicquid ferè humoris in illis superficialibus maxime terræ partibus continetur, exhalat in tenuẽ vaporem. qui non est materia nebulæ, nisi exilis, vnde minuuntur pluuię, & alię impressiones aqueę, & aliquãdo deficiũt multis diebus. Exhau-

B stis ergo concauitatibus, nec sibi restitutis aquis ab extra vnde solẽt, necessarium est ꝙ in eis aquæ deficiant, aut sensibiliter minuantur, & per consequens, vel nihil, vel modicum de fontibus scaturiat. Quibus verò fontibus aquę procedunt à concauitatibus profundioribus, in quibus colliguntur pręcipue ex vaporibus eleuatis tam ab externis caloribus radiorum solis, & stellarum atq; motibus earum, quàm ab internis interclusis terrę visceribus, prout in antecedẽtibus dictum est, qui vapores retenti infra terram infrigidati, condensati, & in aquam conuersi, guttatim stillant, & colliguntur in concauis prout Aristote. visum est, Aut ex oceano, & abo mari penetrantes per terram, & occultos meatus eius, vt Albertus opinatus est (q̃q̃ reuera opinio illa non faciles difficultates includat) tales fontes velut quodam ma-

C gis naturali modo, & habentes magis constans principium, non ita deficiunt æstiuo tempore, neque notabiliter minuũtur ex defectu aquarum in concauis. propterea ꝙ aggregatio illarum aquarũ in concauis ferè vnum habet modum, æstate, & hyeme, alijsq; anni temporibus, non multum sentiẽs priuationem, aut multitudinem pluuiarum, aliarumq; aquosarum impressionum. quia illę parum in terrę superficiem profundantur. De talium autem fontium numero sunt illi, ex quibus ortum habent flumina naturalia, nunq̃ deficiẽtia aliquo anni tempore, quemadmodum ex superficialibus ortum habent torrentes, qui æstate deficiunt tempore siccitatis. De illorum etiam numero sunt fontes calidi, siue thermę. quoniam eorũ aquæ aggregationem habent in locis calorum, à quibus calefiũt: aut trãsitum faciunt per illa loca calorum, vt superius monstratum est, qui calores quãuis illo terræ cortice eterogeneo quem supradiximus

prædiximus contineantur, sunt tamē plus in profundo ipsius, quàm in superficie cōclusi, propter superficialis partis raritatem, ideo stante ferè secundum vnum modum aggregatione aquarum in concauis illis profundis, nec variata notabiliter iuxta varietatem exterioris aeris, per tempora anni vnus ferè modus est fluxus, & emanationis earum. Ad hoc etiam & ad multitudinem quantitatis emanationis earum, potest facere caliditas illa locorum grādis, in quibus aggregantur aquæ, vel per quæ transeunt. quoniam manens secundum vnam dispositionem magnā eleuat euaporationem de circunstantibus partibus, & ad se, resoluendo attrahit de remotis, quoniam talis est natura caloris. Illa verò euaporatio fit continuo aquæ materia quæ in concauis aggregatur, & cōtinuatim per meatus deriuatur ad fontes, nisi forte permutatio, vel impedimentum aliquod contineat in via, puta obstructio vel strictura, vel noui, & insoliti meatus inuentio. quod factum esse aliquando, & fieri per tempora manifeste deprehenditur apud fontes Pataunos, in aliquibus locis subtiliter aduertenti: alicubi enim cernuntur cōcaua in quibus ostēditur alias ortum fuisse fontis, qui nunc defecit, & alio translatus est, & alicubi fodiendo de nouo inueniuntur calidarū aquarum nouæ scaturagines, ad quas verisimile est aquas de antiquis solitas fontibus deriuari, & ita illos minui, & aliquando siccari.

Quòd verò feruor dictorum fontium per pluuiarum aduentum non notabiliter temperetur, dicendum causam esse ꝙ quamuis absque dubio pluuialis aqua, præsertim cum pluuia grandis est, illa dico aqua, quæ actualiter cadit in concauum fontis, & cum feruenti miscetur, feruorem eius quę extra terrā collecta est, de necessitate remittat, & temperet. quia tamen continuo noua feruens per meatum subterraneū extra propellitur, & illa tēperata adauct a fonte per riuum recedit, & succedit feruens, hinc est ꝙ cessante pluuia, cōfestim apparet in fonte solitus feruor.

Et quòd alicubi sit fons frigidæ aquæ proximus fontibus aquæ feruentis, Duplex modus causæ dari potest. Primus est ꝙ aggregationes aquarum à quibus fontes illi, calidus scilicet, & frigidus ortum habent, sunt in locis valde à se distantibus infra terram. quanquam orificia vnde de terra scaturiūt, sint propinqua, potest enim frigida aqua de frigida terræ regione procedere, & calida de calida per diuersos valde, & longinquos ac inter se distantes meatus: qui tamen procedētes versus terræ superficiem, continuo vnus versus alium procedant, sibi inuicem appropinquando donec de terra in locis proximis prodeant.

Alter modus est ꝙ aquę fontis frigidi principiū, & aggregatio sit in locis calidis, & sit aqua in principio, & aggregatione illa feruēs, sed processus eius ad orificiū fontis sit per strictos meatus, tortuosos, & longos, per quos pigre valde, & tarde procedens tepefiat primo, dein frigescat, priusquam de terra prodeat. & hoc affirmatur eo ꝙ aquę talium frigidorum fontium si alicubi sint proximę caliditati, quamuis careant calore, non tamen carent alijs qualitatibus aquarum fontium calidorum, sed sunt similes illis in colore, & sapore, quas fugiunt animalia ad potū, sicut illas, quáuis amiserint feruorem, & infrigidatę sint longitudine transitus: sunt tamē eiusdem originis, & naturæ cum calidis.

At ꝙ tales aquę feruentes non appareant minus claræ, & limpidę, quam aquę frigidorum fontium dulcium ac puteorum, & fluminum: causa non est quia sint tam purę, & propinquę simplicitati elemēti, vti illę, immo sine dubio grossiores sint illis, & maiorem in se habeant terrestrium, atque mineralium partium mixtionem, prout certissimis experientijs cognoscere facile est. sed hoc est, quia visus decipitur in deprehēsione illarum partium mixtarum cum aquositate, tum propter paruitatem illorum corpusculorum mixtorum, quę visum effugiunt, tum propter ipsorum luminositatem. sunt enim illa corpuscula salis, & aluminis, vt postea ostendetur. quorum vterq; multum habet a luminis, & albedinis, quia illustrantur a lumine aeris, & visum non terminant. adiuuāt etiam ad hoc perspicuum vapores cum aqua mixti, calidi in minutissimis ampullis, quas visus non discernit, qui aquam, & ea quæ cum ea mixta sunt, reddit magis perspicuam. & ideo postquam infrigidatur aqua huiusmodi, & moram contrahit vt exhalent dicti vapores, & spiritus, ad visum redditur minus clara.

Odoris aūt ingrati qui percipitur in vaporibus potissime dictarum aquarum putandum est causam esse infectionem illius vaporis, à materiebus mineralibus, quæ sunt in aquis, & aquarum etiam partes aliquę subtiliores euaporantur. in talibus enim mineralibus agēs caliditas ignea, quæ aquas calefacit, generat i eis tales odores, & ꝙ de igneis spiritibus, & fumis aquas calefacientibus, cum eis procedit, & vaporibus admiscetur, adiuuat ad reddendum odorem eius ingratum, & ad faciendum eundem declinare ad odorem sulfuris, etiam si ibi nihil sit de sulfuris substantia. videntur enim ignei illi spiritus, qui sunt exhalationes calidæ, & siccæ, vt supra ostensum est habere

talem

talem odorem, vt apparet manifeste in fulminibus, & in exhalationibus quæ de terra fiunt aliquando cum aperitur: quod fortasſis Aristote. intellexit in decima particula problematum, vt capitulo secundo recitatum est prius, quando dixit quòd aquæ calidæ sulfure fętent sicut fulmen. & Plinius vigesimonono natura. historia. cum dicit, quòd sentitur vis sulfuris in aquis feruentibus, & quòd fulmina, & fulgura odorem sulfuris habent.

Quòd verò salsedo in huiusmodi aquis antequam decoquãtur occulta sit gustui, & per decoctionem fiat continue manifestior, causa est, quòd in ea parua quantitas salsæ materiæ continetur, seu amaræ, quæ est causa salsedinis, comparatione aquositatis insipidæ, antequam per decoctionem aquosæ, plurimę partes insipidę resoluantur, sed per decoctionem resoluuntur partes insipidæ subtiliores aqueæ proportionabiliter plusquam amaræ terreæ. & illæ quæ de amaris remanent cum aquositate, per decoctionem amplius amarescunt, quia augetur continue earum proportio ad aquosas, & amariores factæ reddunt saporem suum magis continue manifestum. Animalia verò bruta abhorrent potum harum aquarum etiam antequam per decoctioné percipiatur manifeste sapor earum ad hominis gustum, Aut quia eis certior gustus est saltem in percipiendo aquæ qualitatem, quæ eis naturalis & magis assuetus est potus, quàm homini, Aut quia præter sensum occulto quodam naturæ regũtur instinctu, propter quem multa etiam alia ea fugere videmus quæ ad cibum, ac potum pertinent, quę tamen nullius horribilis videntur esse saporis, immo delectabilis alijs, & hoc faciunt non tam sensu, quàm occulta natura docente.

Sed luti siue limosi sediminis adhærentis lateribus ac fundis canalium, per quos aquarum huiusmodi fluxus est, causa proculdubio est terrestris materia, grossa, & grauis, quæ continetur in eis: cuius aqueæ, & grossæ partes, defluente aqua, applicatæ lateribus, & fundis canalium, per quos aqua decurrit, adhærent eisdem, viscositate quadam sui, & additis continuo alijs ad alias, adunãtur in modũ limositatis, & luti, & quiddã simile huius etiam in alijs grossis aquis apparet. sunt autem tales partes grossæ gypseæ seu de minerali natura aluminis, vt post declarabitur, quia declinat lutum ad illum cinereum coloré vt plurimum, quamuis in canalibus aliquibus declinet ad subcitrinum propter aquæ feruorem. conuertitur verò lutum tale in lapidem si cana-

A lis substantia sit solida lapidea, vel metallica, propterea quòd caliditas ab aquæ feruore creata in talibus materiebus, & substantijs solidis, & siccis redditur assatiua, & lutum per assationem lapidescit, & quanto durior fuerit canalis substantia, quia magis assatiua redditur, ob hanc eius caliditatem citius lapidescit id lutum, & lapidem conficit duriorem.

In mollibus autem canalibus seu vasis de molli materia siue substãtia, quia eorum caliditas humida non est assatiua, manet lutũ non lapide factũ defectu agentis lapide facientis, & propter candẽ rationem in locis, vel canalibus in quibus manet aqua, vel per quos transit, & fluit, postquam tepefacta est, non lapidescit. limosi etiam sediminis lubrici quod residet ad fundum, quãdo in cõcauitatibus & in balneis huiusmodi a-B quæ quiescunt atque tepescunt, præfatæ partes grossæ terrestres quæ in aquis talibus continentur verisimiliter causa sunt. Cum enim quiescit aqua sua grauitate partes illæ descendunt pigre, & valde paulatim in multo tempore, & quod est de aqua, minus graue stat superius, pigre, & tarde, ꝓꝑ talium suarum partium paruitaté, atq; aquę subsistentis grossitié, & viscositatem, quã nõ sine difficultate ac tempore potest diuidere. Partes ergo illæ collectæ, & aggregatæ in fundo aquæ faciunt limositatem illam quæ dicta est, quæ non est cinericij coloris, vel subcineritij, sicut illud lutum quod fit in riuis, per quos habet aqua decursum, vt supra dictum est, sed est coloris viridis herbacei, propterea quòd aqua ꝓpter quietem, & partes præsertim illę grossæ accipiũt aliquod putrefactionis vestigium, calore extra-C neo circunstante ac continente, prout in alijs aquis stantibus, & præsertim grossis communiter videmus accidere, vt in fossis, piscinis, & paludibus, in quibus & in aquę superficie, et in fundo potissime caloris tempore per putrefactioné huiusmodi viriditas, & ad modum herbę limositas adunatur.

Ascensus verò eius de fundo ad aquę superficiem, & descensus eius ad fundum causa est, ꝙ procedente in ea putrefactione, fit velut ebullitio quædam seu spumatio, multis aere spiritibus in ampullas transeuntibus, prout cernimus communiter in liquoribus, cum putrescunt. qui vapores in ampullis ipsis inclusi petentes aquæ superficiem leuitate sua, vt exhalent ad aerem, vti de natura sua est, nec potẽtes viscositatem limositatis rumpere, illam secũ trahunt in frustis ad aquæ superficiem, ad quod multũ adiuuat diuti-

ni aeris caliditas,& radiorum solis attrahens spiritus illos sursum. propter quod maxime de die fit talis ascensus. cum autem sic ascenderit dicta limositas ad aquæ superficiem,ibi que morā traxerit,exhalant de spiritibus ad aerem,& solis,& aeris calore resoluitur plurimi eorum,quia rursus limositas grauitate sua ab illis eleuantibus se spiritibus derelicta,descendit ad fundum in nocte præcipue,& post solis occasum,aeris,& solis cessante attractiuo calore.

Turbidationis autem aduenientis,aliquando sponte huiusmodi aquis,nulla manifesta exteriori causa præcedente, oportet causam esse, vel ista terram in meatibus, per quos aquę fit defluxus ad fontem,in illis enim meatibus opinandum est esse,& adunari lutum,ex aquis transeūtibus per eos,prout apparet exterius in riuis per quos deriuantur à fontibus.quod lutum pōt per tpis spacium ad tantam quantitatem adunari, vt viam aquæ claudat,& oppilet, retenta autem aqua,& adaucta in loco aggregationis suę,et exuperantibus spiritibus,& vaporibus propellentibus eam ad exitum:potest cum magno impetu, & violentia veniens oppilationem viæ aperire, & cum magno motu, & multa aquæ abundantia lutum illud secum ducere ad exteriorem terram,vnde aqua cum illo luto mixta,alba reddatur,& turbida.Hoc tali modo fieri posse, opinari facit illud quod videmus fieri in vrinis humanis.quibusdam enim quibus vrinæ claræ esse cōsueuerunt admodum vrinæ sani,subito, & sponte turbidę minguntur apertis oppilationibus venarum,& viarum vrinæ, & eductis cum multa vrina materiebus oppilationum: quibus purgatis,& quodammodo expeditis vijs, vrinæ ad claritatem solitam reuertuntur. & si tali causa fiat dicta aquæ turbidatio,non est absque ratione dictum quòd balneæ ea hora maioris debeant esse virtutis,propterea quòd multa pars virtutis earum,est in huiusmodi luto.

Potest etiam esse huius accidentis causa extra terram,propter putrefactionis modum accidentē huiusmodi aquis à calido extrinseco continente. facit enim putrefactio in aquis alijsq; liquoribus, ebullitionem,& generat in eis ventositates remouētes ab eis propriam claritatem, donec stat ebullitio,sicut videmus in vinis dum tendunt ad reuolutionem in vappam. & in multis alijs liquoribus, & plerunque exhalatis illis ventositatibus redditur eisdem claritas. sic etiā videmus aliquando fieri in paludibus, & aquis stantibus fouearum, quod parimodo fieri in a-

D quis thermarum stantibus,non est penitus à ratione remotum.

Intermissionis emanationis, & ascensionis ampullarum atque sonitus,& reuersionis earum cum impetu maiori post intermissionem, causa potest esse modus ebullitionis aquæ in cōcauitate suæ primæ aggregatiōis,vbi à calore feruescit.quia feruescens aliquando eleuatur vaporibus propellētibus,& spumantibus sursum,aliquando descendit emissa aquæ parte, & vaporibus,& ita in vna sui parte eleuatur, in alia non, sed modo in vna,modo in alia,sicut videmus in lebete cum bullit aqua.sic ergo habens hūc modum motus,non cōtinuatim vniformis in principio,ex consequenti habet illum etiam in meatibus,& in fonte, vbi iam apparet.potest etiā huius rei aliquando causa esse aliqua oppilatio,

E & clausura viarum non fortis,facta à luto in aliqua parte,per quam aquæ trāsitus non est liber. sed oportet cum aliquanto impetu propelli lutum id,vt via aperiatur.qua aperta,& propulsato luto procedit aqua,& cessat per spacium impetus,iterum claudit lutum viam,deinde impetus propter retentionem iterato reuertitur, & aperit,& post remittitur īpetus,vt prius, & clauditur via, vt prius:& ita res cum intermissione procedit. Cinis ille qui colligitur circa orificium fontis vnde aqua scaturit,proculdubio est vsta,& asflata terra,tracta cū aqua de locis,in quibus vigent calores aquam calefacientes,vt prędiximus. Adurunt enim hi calidi, & ignei spiritus partes circumiacentes locis,in quibus continentur,& asflant terras,consumentes,& exsiccantes humiditates vnientes inuicem partes terræ.

F quare conuertuntur ad formam cineris,quę partes tractæ cum aqua,dum ascendit in fonte in ipso orificio seu circa ipsum, dum deficit propulsio, resident,& adunantur ibidem.

Frusta vero illa quæ cum aqua similiter trahuntur,& egrediuntur, & videntur esse carbones:non sunt veri carbones ex lignorum vstiōe: quia nō est verisimile in illis terræ pfundis à quibus aq̄ veniunt, & vbi calores illi ignei continētur,qui aquas calefaciūt,aliqua esse ligna.q̧ si essent, possent forte ab alijs ignibus exsiccari,& assari, & quodammodo vri ita, vt conuerterentur in similitudinem carbonum.puto tamen q̧ non possent in illis profundis ardere,& flammā emittere propter conclusionem loci,& priuationem expirationis,vt dicebatur supra capitulo tertio. sunt ergo frustula illa vt opinor de tenaci terra argillosa compacta valde nigri coloris. talis enim

enim terra reperitur multis in locis, in quam terram quamuis calores illi ignei egerint, & ipsam assauerint, non tamen in tantum totam humiditatem eius exsiccauerunt, vt conuerterent in puluerem, sed prope lapidem nigrum fecerunt. Aqua demum in qua steterunt illa frustula, macerauit ea, vnde facile frangibilia facta sunt ad modum laterum male coctorum, & in aqua maceratorum. causa vero quare clauso fontis meatu, vna qua à fonte decurrit, & aggere facto circa concauum fontis, aqua eleuatur & crescit in fonte, manifesta est, quoniam surgēte aqua per subterraneos meatus, ad fontis concauum, & non habente viam, qua inde defluat, necesse est, vt augeatur eius quantitas in concauo, & per consequens eleuetur. sed quòd talis eleuatio non fiat nisi ad aliquantum spacium, & nō plus, id fit secundum vigorem virtutis propellē- E tis aquam sursum. tantum enim potest eleuari, & ascendere aqua, quantum virtus illa potest ꝑpellere, & non plus. si enim virtus propellēs fuerit grauitas aquæ habentis collectionem, & originem in loco altiori, & transitum per meatus clausos, ad tantum potest aqua eleuari in fonte, quanta fuerit altitudo aquæ in origine sua, & nihil plus, vt manifestum est in artificiatis. & si fuerit virtus ascensiua vaporum, & spirituum inclusorum in aqua, ꝑpellens eam, manifestum est, ꝙ quantus fuerit illius virtutis vigor, tāta erit, vel esse poterit aquæ eleuatio, & non vltra. propter quod cum peruenerit aquæ eleuatio ad terminū illum vltra quem propulsiua virtus, quæcunque illa fuerit, nō possit eam propellere, nisi aqua habuerit decursum, cessat necessario eius ascensus, & per consequēs ortus ampullarum, et sonitus: F sed aperto aggere, & reddito meatu, vt euacuetur aqua de fonte, & minuatur eius altitudo, redeunt ortus aquæ, & ampullarū, & sonitus, quia quantum euacuatur aquæ per riuum, tantūdem in fonte de sub terra succedit.

Sed quare hæ aquæ prout oriuntur feruentes positæ in lebete ad ignem, non citius bulliant, & spument quàm aquæ fontis frigidi atque fluminis, cęteris paribus, nulla alia causa est, quàm maior grossities substantiæ ipsarum. propter quam cum difficultate patiuntur, & spiritus aereus nō tam cito generatur in eis, qui est causa spumationis, & ebullitionis. nam subtilis substantia facilius alteratur quàm grossa apud Galenum. primo de febribus, & celerius penetrat in eam virtus cuiuscunque agentis, prout manifeste experimur quotidie in alijs liquoribus. vnde apud Hip D pocratem facilius calefieri, & facilius infrigidari signum est leuitatis, & per consequens subtilitatis, & bonitatis aquæ. propter magnā ergo grossitiem suam hæ aquæ quamuis iam feruidæ ponantur ad ignem, multum tardant spumare, & in vaporem, & spiritum conuerti, ita vt frigidæ citius propter suam subtilitatem calefiant prius, deinde bulliant, & spument, & sicut citius calefiunt, & spumāt quàm illæ tam calidæ: ita si post quam bulliunt, simul ab igne remoueātur, refrigescunt citius, immo quod plus est citius refrigescunt bullientes frigidæ, quam illæ thermarum calorem suum dimittant extractæ de fonte.

Quòd animalia in aquis huiusmodi quædā nascantur, viuant, & natēt absque nocumento, non vidi ego hactenus, sed tam multis de visu affirmātibus fidedignis, & tam magnis auctoribus per scripta testantibus credere oportet. & si reuera sic est, quanquam Aristote. contrarium videatur dicenti secundo de generatione animalium, quòd non videtur consistens animal aliquod in ignitis, quemadmodum in humidis, & siccis. Et si reuera talia animalia siue vermes fiant in dictis aquis, & sine nocumento, & læsione patiantur earum feruorem, putandum est illa generari ex viscositate, & vnctuositate limi adhærentis ripis fontium, & canalium, apud aquæ superficiē. in quo limo aliquis modus putrefactionis fit, & in quem digestiua solis caliditas, & viuificatiua agit, & conuertit in animal. hoc enim modo ex consimilibus materiebus innumerabilia huiusmodi animalia generantur æstiuo tempore, in ripis fossarum, & in paludibus, & ī talibus viscositatibus adhærentibus arundinibus, & papyris quę sunt ad modū sputi ex putredine facti, quā solis caliditas viuificat, & cōuertit in animal. hoc enim facile est sensibiliter deprehendere diligenter attendenti. Hæc ergo animalia seu vermes huiusmodi in calore illo aq̄ geniti, & ex illa materia quodammodo calore illi cognata non patiuntur, nec læduntur ab eius feruore, prout alia extrinseca, et non assueta paterentur, ad quod ēt adiuuat soliditas corticum eorum, qui valde cōpacti sunt, & indurati à feruore aquæ. & quoniā locus ille generationis eorum est, & suæ naturæ conformis, ideo rationabile est ea extra non posse durare, nec hoc minus credibile est quàm ꝙ salamandra non patiatur ab igne, vt testatur Aug. & publice est à posterioribus scriptum. Nec quàm quòd animalia aliqua uiuant in glacie, & non conuertantur ad modum glaciei adhuc viuentia, & tamen hoc frequenter est visum, cum

sit frigiditas magis contraria vitæ, & animæ, & operationibus eius quàm caliditas. Sed quod animalia aliqua viuant, & generentur in profundo solidorum saxorum, à fidedigno repertum est verum esse nostris diebus in Vngharia, vbi fodiendo solidum saxum ad faciendam cellã in qua reponerẽtur vasa vinaria, vt mos gentis est, reperta est in profundo illius solidi saxi concauitas quędam parua, nullum penitus habẽs spiraculum, & in concauitate illa vermis iacebat viuus.

Quod autẽ scripsit Cassiodorus de aquis specialiter fontis APONI quòd temperaturam earum factam pro viris, in qua balnearentur vti liter: fœminæ tolerare nõ possent: ideo diuulgatum, & creditum antiquitus puto, quia temporibus illis nostræ matronæ, & virgines Patauinæ summa pudicitiæ, & verecundiæ gloria præstantes erant. idq; per totam Italiam ita notum fuit, vt Valerius Martialis poeta, qui floruit sub Imperio Domitiani, ideo dixerit

" Fontes APONI rudes puellis,

hoc est intactos, & non aditos ab illis, quia propter honestatem, & verecundiam non ingrederentur in ea balnea: & non propter feruorem, qui eis possit nocere, in quibus viri balnearentur. cum tamen in alijs locis, & vrbibus nõ esset ista verecundia, & honestas, sed mulieres promiscue cum viris lauarentur: quod patet de Romanis apud poetas. & tanta fuit fama pudicitię nostrarum matronarum, vt Martialis supradictus, cum vellet fœminã pudicissimam dicere, Patauinã dixerit, notissimo illo versu, SIS PATAVINA LICET. Ego aũt frequenter vidi sine aliqua læsione in virorum balneis, fœminas balneari. et, quod proh dolor, multo impudẽtius est, vidi etiam simul aliquando mares, & fœminas in eodem balneo: est tamen proculdubio verum q̃ magis feruentem aquam, & calidiorem temperaturã possunt tolerare mares, quàm fœminæ, non solum aquę fontis APONI, & aliarum thermarum, sed etiam dulcium balneorũ: propter soliditatem maiorem carnium, & cutiũ virorum quàm fœminarum.

Sed quod vlterius scribit quòd furtiua animalia ab illius fontis feruentibus aquis non depilẽtur, nec deplumentur aues, quas quis furatus fuerit, nescio an verum sit ad præsens, sed inexpertus dubito, an vnquã omnino fuerit, propterea quòd multa mẽdacia in talibus rebus dici solẽt, & aliquando audita tantum ab alijs, non cõperta scribuntur. si tamen aut verum est, aut vnquã fuit, notabile miraculum est. Cuius natura-

D lis ratio aliqua reddi non potest, sed ad occultam proprietatem (quæ dos diuina est seu cœlestis non pendens ex elementis, aut eorum qualitatibus) reducere oportet, quemadmodum & multa alia quæ scribuntur, & quæ certissime experimur quotidie. ꝓculdubio enim plurimę rebus insunt proprietates, quarum nobis causa latens est, nec ex traditis naturæ principijs sufficiẽter assignari potest.

Capitulum octauum, in quo ostenditur natura harũ aquarum, qua videlicet minerali virtute participent, et in quibus per consequens passionibus humani corporis proficuus sit usus earũ, et quemadmodũ in morbis adhiberi debeant.

E QValis sit harum aquarum natura, & cuius maxime mineræ virtute participẽt, partim ex præhabitis intelligi põt, partim vero manifestius ꝑ certissimas experientias demõstrandũ est. quas ex opere, & industria cõficiẽdi salis ex his aquis (qđ quõdã bonæ memorię PATER MEVS IACOBVS excogitauit Primus ac subtili ordinauit ingenio) q̃libet animaduertẽs curiosius, intelligere poterit. In illo nãq; opere vasa sunt duplicis cõditiõis, & formæ: sunt enim eorũ plurima fictilia testacea, & facta de cocta terra, quę sunt rotũdæ figuræ, formata in modum ollarũ. aliqua verò sunt saxea plana, et valde lata, ad modum arcarũ excauata, ita vt circũquaque habeant eminentias in modum orarum ad altitudinem medij palmi. Huiusmodi omnia vasa sunt in lacuna fontis aquę feruẽtis disposita,
F ita quòd in aqua manentia circundantur ab ea vndique, & stat similiter aqua sub eis. in dicta autem lacuna fontis aqua feruens est ad altitudinem brachij vel minus: in qua sunt plurima loca scaturiginis, & ortus bullientis aquæ, ita vt ꝑ hæc stet aqua feruens per totam lacunam renouata continue per nouas scaturigines, & defluens à lacuna per canales ingeniose ordinatos, vt ꝑ hæc maneat aqua in lacuna semper feruens, & vnius altitudinis.

In prædictis aũt vasis aquæ decoquuntur ad faciendũ salem. & in fictilibus quidẽ ponitur de ipsa aqua fontis prout est in fonte, & prout scaturiẽs de subterraneis cauernis in fonte colligitur, vsq; ad mediũ capacitatis eorũ. & ipsa sic semiplena natant in lacuna fontis, & per feruorẽ aquę fontis q̃ continue oriens cõtinue renouat feruorem, aqua quæ intra vasa cõtinetur, decoquitur,

&

& ex ea euaporatur plurimum subtilioris eius aquei, & proportionabiliter modicum eius quod ei de minerali terreo admixtum est, propter qđ continue magis atque magis augetur aquę remanentis in vasis salsedo. Cumque peruenerit ex huiusmodi decoctione salsedo ad aliquem certum gradum, qui ad gustum deprehenditur ab experto operis, & incipiunt in superficie aquæ ita decoctæ apparere quasi quidam flores, ad modum paruarum guttarum, qui indicant principium coagulationis eius in salem. tunc aquæ illæ de testaceis illis vasis, transferuntur in vasa saxea, quæ sunt in ipsa vt diximus lacuna firmata, & immobilia: ponunturq; in eis ad altitudinem vnius pollicis, vel paulo plus. ibiq; per vlteriorẽ decoctionem coagulantur, & granescunt in salem, qui idoneis ad id opus instrumentis colligitur, & reponitur cãdidissimus, & purissimus in cophinis. In huiusmodi vasis quæ dicta sunt tam in testaceis q̃ saxeis, in fundis eorum, & lateribus per tẽpus aggregatur quædam lapidea duricies, alba cum luciditate quadam ad modũ gypsi. immò verè, & absque dubio gypsum est, nullum penitus perceptibilem habens saporem præter quandam stypticitatem. Illud tamen quod aggregatur in vasis saxeis in superficie sua superiori, de qua sal collectus est, sapit aliquid salsedinis aliquando, propter id quod de sale adhæsit eidẽ. Ex hac forma, & modo confectionis salis ex aquis huiusmodi, idest ex pdictis quæ in illo toto opere animũ intendens quilibet intuebitur euidenter eas aquas ex tribus differẽtibus substãtijs esse commixtas, quæ ab inuicem in dicta salis confectione sensibiliter sequestrantur. Primo nanque in eorum mixtione est aqueitas insipida, plurima. cuius insipiditate, ac multitudine fit vt nec salsedo, nec alter aliquis certus sapor ante decoctionem sentiatur in eis. Deinde est in ea commixtione substãtia terrestris insipida, vel styptica, aluminosa, seu gypsea, quę subsidet ĩ vasis, & lapidescit in eis. Est etiam alia quasi media inter prædictas substantias salsa, quę, vt dictũ est, granescit, & coagulatur in salem, per decoctionem, & aqua illa sic salsum exprimit saporẽ, multo aqueo insipido resoluto. Inter prædictas autem substantias salsa media est, modo substantiæ, grauitate, quantitate, situ, atque natura, siue complexione.

Modo substantiæ primum, quoniam non est tam grossa terrestris, vti illa gypsea, quæ lapidescit in fundis vasorum, nec tam subtilis, vt aquea quæ resoluitur in vaporẽ. Grauitate, quia non

A est tam grauis, vt gypsea, & grauior tamen est q̃ aquea. Quantitate quoniam non est tanta, vt aquea ad magnam proportionem, nam ex mille aquæ libris vix salis vna conficitur, est tamen amplioris quantitatis, quàm gypsea, quia sexagies, & vltra, plus de sale colligitur, quã totum sit id gypsum, quod in fundis & lateribus vasorum co tpe concrescit. Situ, quia medium tenet. aqueitas enim sursum in vaporem resoluitur, gypseitas in fundo residet, & sal supra id gypseum lapidefactũ, diminuta multũ, & euaporata aqueitate, granescit. Cõplexio autem eius media est, modo quodam participans compositione aliarũ duarum. est nanque aqueæ substantiæ actualis complexio, accidentalis (quanquam aduenticia) calida, & si naturaliter frigida sit, vt supra probatum est. Gypseitatis autem cõplexio frigida est

B & sicca proculdubio: & Salsedinis complexio, calida, et sicca. particeps est ergo cum aqueitate caloris, & cum gypseitate siccitatis. ex quo planè, & absque hæsitatione aliqua colligitur natura siue cumplexio harum aquarum. Actualis enim complexio atque natura calida est, & humida, sed humida natura, calida accidente sicut aliarũ calefactarum aquarum. virtualis verò quæ pendet ex natura mineræ, vehementer est sicca, tam propter salem, quàm etiam propter gypsum. calida verò propterea quòd sal maioris est quantitatis atque intensioris caloris, quàm quãtitas gypsi sit, atq; frigiditas. Sed quod plures dixerunt has aquas habere naturam sulfuris, non apparet rationabiliter esse verum, & experientia non sufficienter ostendit. calefactio enim earum nõ est ex sulfuris minera, vt supra reprobatum est, nec

C per hoc sufficiẽter probari potest, eas in se sulfur continere. odor etiam ille qui facit aliquos opinari sulfur, non ex sulfure est, sed vel ex calidis igneis spiritibus cum aqua mixtis, vel ex aliqua adustione partium terrestrium, & salsarum. Euidens autem argumentum cõtrarij est, quòd in aquis huiusmodi nec calor est sulfuris, nec aliquid apparet natans vnctuosum in superficie, quod ex necessitate appareret, si sulfureum aliquid esset in eis: sulfur enim leue, & vnctuosum est, vnde materia est, q̃ igni facile accẽditur. & calore dissolutum in aqua supernatat ad modum pinguedinis, prout experientia nos docet, & ita apparet in sulfureis aquis, ex quarum superficie pinguedo colligitur, quæ si accendatur, ardet. Præterea in opere confectionis salis ex his aquis, quod diximus, non ostenditur alicubi sulfuris vestigium, & tamen conueniens esset. si cõ

tineretur in eis ab alijs tribus substantijs quas diximus sequestrata, prout illę alia ab alia separantur. quod si in aliqua illarum trium substantiarum reseruaretur admixtum, potissime remaneret in sale, cum quo conuenit in natura, sed hoc non esse, clarum facit experiētia: quoniam in eo sale nec sapor sulfuris sentitur, nec odor, etiam si proijciatur in ignē, nec ardet, sed stridet sicut reliqui faciunt sales, put rectè scripsit IACOBVS PATER MEVS in tractatu quē de salis huius confectione composuit. Nō arbitror ergo has aquas aliquod habere sulfureum corpulētum, & si forte ignei aliqui spiritus cum eis scaturiāt, qui de natura sint sulfurei, dantes odoris eius phātasiā quandam, vt premissum est, hi confestim ab aquis exhalant. Cū ergo ostēderimus qualis sit dictarū aquarū natura, et quarum minerarum proprietate participent: plane iam possumus intelligere, quibus maxime debeant passionibus conuenire. quoniam ex eo quòd earum virtus & exsiccatiua, & calefactiua est, magis tamen exsiccatiua videtur, propterea quòd sal, & gypsum exsiccandi vim habent: minus vero calefactiua, propterea quòd gypseitas frigida ē, & aqueitas, quāuis ex accidente calefiat, est tamen ipsa in se frigida per naturam, quæ non solum amittit actualē calorem, & ad naturalem frigiditatem reuertitur, sed contenta in poris infrigidat, vt vult Auicen. primo secū. ideo vtilis debet esse harum aquarum vsus in passionibus æque frigidis, siue imateriales sint, siue cum materia phlegmatica.

Quibus passiōibus & morbis calidę fontiū Patauinorū aquę medeant.

Cerebri SVNT ergo rōnabiliter cōferētes passiōibus cerebri videlicet humidis, & frigidis, puta lethargo, obliuiōi, multitudini catarrhi fridi, et huiusmodi passiōibus eius à dictis pcedentibus causis

Neruorum ITEM, passiōibus neruorū à consimilib' causis vti paralysi, tremori, torturæ, spasmo humido, tetano, stupori, torpori, cōgelatiōi & silibus.

Oculorum ITEM passionibus organorū sensuū, quando proueniunt à dominio humiditatis, & frigiditatis, psertim si est cum abūdantia materię humidę. conferūt ergo humiditatibus oculorū, & exuberantię lacrymarum frigidarum, descensui aquę, & principio catarrhactę, mollificationi, & relaxationi, oculorū debilitati, & tenebrositati visus à pdictis causis depēdētibus, et huiusmodi.

Auriū CONferunt similiter frigidis, & humidis auriū passionibus, vt repletionibus, & oppilationi D bus earum à materia phlegmatica, et defectui ac debilitati auditus ab illa cā, tinitui atq; sibilo, vētositatibus, & dolorib' à dicta cā, et huiusmodi.

VAlent etiam passionibus narium à causa dicta puta oppilationibus à phlegmatica materia, multitudini coryzæ frigidæ, debilitati, & defectui odoratus, & huiusmodi. *Nariū*

LINguæ etiā mollificationi, & tumori à dñio frigidarum humiditatū, & defectui gustus. atq; difficultati locutionis, & exuberantiæ saliuæ. *Linguæ*

DENtium etiam doloribus, stupori, & congelationi ipsorū à dominio humiditatum frigidarum, & cōmotioni ac mobilitati eorum ab eadē causa, laxitati, & mollificationi gingiuarū, & fluxui frigidarū humiditatū ad ipsas, fauciū, gutturis, & vuę tumoribus, et defluxui phlegmaticarū materierū ad loca illa, brāchis, & huiusmodi. *Dentiū & faucium*

E PROsunt ēt cannæ pulmonis, seu tracheæ arteriæ, pulmonis atq; pectoris passionibus, humidis, & frigidis, pncipaliter factis à catarrhi defluxib' veluti raucedini vocis, tussi, coarctationi anhelitus ex abundantia humiditatum in pectore, & pulmone, & huiusmodi passionibus. *Pulmonis & vocis*

CORdis defectui ab humido, & frigido, cardiacę, pusillanimitati, pulsationi etiam irrigationi à dicta causa, et ventositatibus. *Cordis*

MAmmillarū relaxationi, seu mollificationi, & augumento ipsarum superfluo, exuberantiæ nimiæ lactis, & ipsius subtilitati, & aquositati, *Mamillarum*

STomachi relaxationi, & debilitati eius, defectui appetitus, atque digestionis, lubricitati, & defectui contentiuæ, quando fuerit à frigido, & humido præcipue propter multitudinem phlegmatis in eo, & huiusmodi. *Stōachi*

F HEpatis atq; splenis passionibus etiam conueniunt à frigido causatis & humido, veluti oppilationibus dictorum mēbrorum à causa dicta, & mollificationibus atq; debilitatibus eorū. *Hepatis & Splenis*

PRincipio hydropisis seu cachexiæ, & hydropisi etiā ascitis, maxime quādo est à causa frigida. *Hydropisi*

NEC minus felli cōueniūt: quādo à tali cā patit' veluti oppilatione phlegmatica, & similibus *Fellis*

PROsunt intestinorū passionibus, q ab huiusmodi proueniunt causis, vt debilitati relaxationi siue mollificationi ipsorū. lubricitati seu fluxui materierū humidarum, vt diarrheæ, & lienteriæ doloribus eorū frigidis, & ventositatibus. *Intestinorum*

RElaxationi etiam ani, & descensui intestini rhagadijs, & pcipue humidis, et hęmorrhoidib'. *Ani*

REnum passionibus, & vesicæ atque viarum vrinę, à frigido, & humido, & phlegmaticis materiebus pendētibus, valde sunt vtiles veluti *Renū et vesicæ*

oppilationibus

oppilationibus,& doloribus & debilitati corũ, & defectui continendi vrinam seu fluxui superfluo, & inuoluntario à causis quæ dictæ sunt.

Mēbrorum genitaliū. AFFERunt etiã singulare remedium memoris genitalibus tam virorum,q̃ mulierum, quando in frigidata cũ humiditate deficiunt. Nam mollificationẽ virgę,& erectionẽ debilẽ confortãt, potentiã augẽt coitus, quãdo diminuta fuerit à causis antedictis, spermatis fluidi nimis,& aquosi digestionem confortant, virgæ ac testiculorum vlcera consolidant. augmentum testiculorum superfluũ minuũt, & oschei laxitatem. atq; ramici aquosi prosunt. matrices humiditate,& frigiditate defectas exsiccant,& fortificant. egredientes, seu descendentes confirmant. conceptũ adiuuant, & ad ipsum præparant potissime quando causa impediens fuerit humiditatum superfluitas.& fluxum humiditatum ad ipsas matrices superfluum minuunt.

Iuncturarum. DOLORIBVS iuncturarum cum causa fuerit frigida, & maximè phlegmatica materia multũ conferunt, & magis post principium, laxas iuncturas aggregant, & confortãt,& motus voluntarios reddunt fortiores.

Musculorũ. MVSCVLORVM doloribus,& lassitudinibus, præsertim cũ fuerint à frigiditatis, & humiditatum dominio, mire conueniunt:

Manuũ et pedũ. EXTREMITATVM tremoribus manuum, scilicet, & pedum phlegmaticis,& elephantiæ seu magnificationi earum, attenuando prosunt.

Totius corporis Crassiciei CRASSICIEI superfluæ totius habitudinis, siue ex carnis fuerit augmento siue pinguedinis remedio sunt, si conuenienti modo, & tempore sit vsus earum.

Cutis PASSIONIBVS cutis, vt pustulis, scabiei, prurituí, crustis, & vlceribus in cute, & similibus præsentaneam. & certissimam medelam afferunt, dummodo conueniẽter quis illis vtatur.

Verum quia nihil tam vtile est, tamque proficuum, quo si quis minus apte ac conuenienter vtatur, non idem possit esse noxium, superest vt conuenientem vsum harum aquarum aduersus ante dictos morbos vltimo describamus. Est igitur triplex aduersus ægritudines vsus earũ, videlicet, interius per potum,& exterius per fomẽtum balneum, vel embrocham, et rursus per modum stuphæ seu suffimenti, solum sine aqua approximando vaporem.

De potu ET quamuis potus ipsarum paucis sit in vsu, tamen nonnullis præfatarum passionum admodum vtiliter exhibetur, quoniam inest his aquis vis quædam laxandi, lauandi, atque abstergen-

A di ratione salsedinis propter quam potæ viscera lauant, & humiditates de superficiebus stomachi maxime,& intestinorũ abstergũt, & soluũt, grossitiem hepatis & splenis extenuant, & ipsorum ac renum etiã oppilationes aperiunt: quanquam grossities illa gypsea, quæ continetur in eis, si moram in vijs faceret, posset esse nociua. sed salsa quæ præualet, non permittit.

De modo potus EST autem modus in potando has aquas hic seruandus, vt bibantur ieiuno stomacho, calidæ, non tepidę, tam quidem calidę quàm commodè bibi possunt, dum ipso calore non lædant.& accipiatur ex eis parua primo quantitas ab eo, qui ipsarum potui assuetus non est, deinde paulatim procedatur adaugendo quantitatem, prout procedit tolerantia ex assuefactione.

De modo stuphæ. STVPHAE autem. ipsius seu vaporis vsus absque aquæ applicatione, quod fit vt cella conclusa construatur supra riuum fluentis aquæ fumidæ ac feruidæ, in qua feruentis illius aquæ, & defluentis vapor recipiatur, ad modum ferè qui est in stuphis communibus artificialiter calefactis, vtilis est multum. in illis præsertim passionibus in quibus quæritur exsiccatio subtilis materiæ, & resolutio præcipue per sudorẽ. facit enim vaporis illius calefactio manentem in eo, si tolerare potuerit, exuberanter sudare. propter quod subtiles humiditates euaporabiles,& quæ per sudorem possunt exhauriri, vehementer resoluit, Facitq; id multo fortius,& facilius, quàm balneum. quare in resoluendo hydropicorũ aquositatem, & in neruorum passionibus à talibus aquosis perfumationibus singulare præstat auxilium, & in extenuãdis pinguiubs multũ auxiliatur, si ieiuni aut famelici sudauerint in eodem.

Quæ seruanda sint ad balnea accedentibus.

Siue autem interius per potum, siue exterius per balneum, & contactum aquæ seu per stupham, & vaporem solum, prædictis aquis vtendum sit, vniuersaliter conuenit corpora prius euacuare purgando, & euacuando superabundantem humorem, si cacochyma sint, aut plures humores si forte plures fuerint abundantes, aut minuendo de venis sanguinẽ, si forte fuerit dominium in eis plethoræ, vt euacuata plenitudine, & æquatis humoribus, securi simus, ne propter calefactionem factam ab aquis, vel vaporibus prædictis, fiat fluxus ad membra debilia, & augeantur per illum præexistentes passiones, aut de nouo aliæ generentur. factis autem eua-

unctionibus, & inanito potius corpore quàm repleto, adhibeatur vsus dictarum aquarum stomacho non occupato cibo, sed parum ante horam assumptionis noui cibi. & sit mora seu in balneo, seu in stupha vsque quo delectat, & bene tolerabilis est. Cum verò cœperit tædere, & incipiat virtus resolui atque laxari, exeũdum est è balneo, vel stupha, & linteis siccato corpore in loco temperati aeris iaceat balneatus, vel stuphatus in lecto coopertus mediocriter pãnis, donec paulatim anhelitus atque pulsus ad motum solitum atque ordinem reuertatur, & accidentali remoto calore, naturalis calor ad suam temperiem sit iam reductus. tunc verò si quam passionem patiatur, ex his quæ vnctionibus eget, vel vnguentis, fiant illa prius, deinde cibum sumet. & seruata in cibo, & potu reliquisque rebus quinque non naturalibus debita regiminis forma, iterato ad vsum aquæ, ante sequentem cibi captionem præmisso ordine reuertatur.

De embrocha. Sunt autem aliqui, qui vtuntur casu harum aquarum super caput per modum embrochę ponentes, cum sunt in balneo, caput sub loco vnde aqua cadit in balneum, quod alicubi fieri potest, & est absque dubio iuuatiuum frigidis, & humidis cerebri, & partium capitis passionibus, de quibus superius est scriptum. propterea quòd aqua calidior potest tolerari, & ipsa sic de alto cadente virtus ipsius magis penetrat in ꝓfundũ.

De luto Sunt etiam qui vtuntur cœno seu luto quod residet ab huiusmodi aquis in ipsis fontibus, & locis scaturiginis earum, apponendo illud super membra, & tenẽdo illa sic lutata in sole, donec

D lutum exsiccetur, & vehementer adiuuat resolutionem, & exsiccationẽ subcutaneorum morborum. propterea quòd in illo luto multa virtus exsiccationis existit, ex gypso, & sale.

De balneatiõe capitis. Sunt & qui cũ balneantur, capita frequenter in aqua summergunt aperientes in ea oculos, qđ mirum in modum iuuat in exsiccãdis instrumẽtis sensuum, & potissimum oculis præhumidis.

Hæc nos de thermis patriæ nostræ diu multũque meditati in morem formamque philosophicæ disputationis redegimus, & scriptis qualibuscunque libenter mandauimus: vt hoc tantum dei, & naturæ beneficium ab antiquis laudatum, & in magno precio habitum, quale, quantumque esset, nostra etiam cura, & laboribus ciuitati nostræ manifestius fieret, & gratius,
E Tum vero quã latissime diuulgatum nõ solum nostris, sed etiam externis prodesset. simulq; etiã ciuium nostrorum ingenia excitarentur, vt & causas tam mirandæ rei diligenter exquirerent, et ægrotantibus salubria remedia ostenderent. & sanè speramus non defuturos, qui de his rebus post nos, & ad honorem patriæ, & hominum salutem tuendam, vitamq; prorogandam diligenter disputent. quibus nos materiam disputandi ostendere, nõ præripere voluimus, vt & ipsi pro virili sua parte, & patrię nostræ honori, & ægrorum saluti cõsulant.

TRACTATVS DE CAVSA SALSEDINIS AQUARUM, & modo conficiendi salis ex eis, ex consideratione IACOBI DE DONDIS.

Contra æmulos & inuidos detractores operis potius diuina gratia impetrati, q̃ humano ingenio excogitati de modo conficiendi salis ex aquis ex fontibus calidis agri Patauini nuper a me inuento, coactus sum hunc tractatum facere, in quatuor diuisum capitula.

Cap. Primum. De diuersis substantijs aquarũ.

Secundum Aristotelẽ primo Metheororum vnumquodque elementum in vnaquaque existit potentia. in aqua ergo quæ est, aut potabilis, aut aliquo infecta sapore, erit diuersas notare substantias, vt ex secunda primi Auicennæ notari potest. In potabili vero fluuiorũ. s. vel fontium, vel aliter quocunque modo, duæ substantię deno B tantur, aquea scilicet subtilis, & terrestris grossa. quod manifeste apparet ĩ decoctiõe ipsius aquę. adhæret enim vasi semper aliquid terreum, & etiam residet in fundo. quod manifestius apparet in vase dicto Cucuma. in quo pp continuũ vsum decoctionis aquę, in eo adhęret parietibus & fundo substãtia aquæ terrea, lapidea, & ideo Auic. ij. Primi. decoctio aquæ purificat eã, faciẽs eius spissum descẽdere. infectæ vero aquæ aliquo sapore, vt amarę, acidę, austerę, & salsę, vel alterius saporis. qđ euenit eis pp alicuius extranei admistionẽ, habebũt adhuc plures diuersas substantias. verbi gratia. aqua salsa (quia de ipsa est mẽtio) habet substãtias prius dictas duas, quæ sunt ĩ potabili aqua, aqueã. s. & terrestrẽ, & vltra hoc tertiã salsuginosam, quæ est media inter aqueã & terrestrẽ, quod pôt manifeste notari. Sed. n. inquantũ participat cũ terrestri, videtur lapideũ quoddã. Sed inquantũ participat cũ aqua faciliter ab humido in aerẽ dissoluitur. Sunt ẽt aliquæ aquæ salsæ & vltra hoc calidę naturaliter secũdũ dictũ Arist. 2. Metheor. Quęcũq;. n. salsa rheumata fluuiorũ, aut fontiũ, plurimũ quidẽ, calida aliqñ fuisse putare oportet. In quibus aquis possunt quatuor notari substãtię, videlicet tres pdictę. s. aquea, terrestris, & salsa, & quarta aliqualiter sulfurea, quã acquisiuit aqua calida ex transitu eius per venas sulfureas calidas, vt apparet. 24. problematum Aristo.

Cap. 2. A quo causetur salsedo in aqua, et quot modis.

Salsedo in aqua principaliter generaĩ pp alicuius admistionem salis, aut alicuius adusti. propter admistionẽ salis, fit aqua salsa, cũ transiẽs per mineras salis, liquefaciẽdo ducit secũ de substantia salis multũ, vt in Charintia & Burgũdia, atq; Lõbardia circa Parmã & Placẽtiã. fit ẽt aqua salsa pp admistionẽ alicuius partis adustæ secundũ sñiam Arist. 2. Metheor. & Auic. Pria primi di centis, oĩs salsuginis cã est, vt aquosę humiditati terreę partes adustę misceãtur. Quod adustũ erit aut extrinsecus adueniens, sicut fit lixiuiũ salsum A admistiõe cineris cũ aqua, & hoc modo faciũt Alchimistę sal Alcali ex aqua cineris Alcali. & similiter aqua infusionis calcis pp adustionẽ eius, fit salsa. Aut erit tale adustũ in ipso humido causatũ sicut sunt superfluitates animaliũ salsæ pp multã coctionẽ calidi naturalis, sicut stercora & superfluitates grossæ, primæ digestionis salsæ. & iterũ vrina, superfluũ secundæ digestionis, magis salsa pp ampliorem cõcoctionem. ex ipsa enim faciũt alchimistæ sal. sed sudor superfluũ tertiæ digestionis adhuc plus habet salsedinis, quia alijs superfluitatibus magis est adustus. Simili vero cã, vt ex dictis Arist. 2. Metheor. elici pôt, fit salsedo in aqua maris. ex multa enim adurente caliditate Solis in meridionalibus maxime partibus eleuatur aquæ subtilis exhalatio & vapor aqueus, & remanẽt in superficie aquę partes terrestres vstæ, quę quia nõ possũt eleuari, descẽdũt & admiscẽtur aquę, quare fit salsa. & hac causa in Aethiopia ac multis locis meridionalibus Africæ difficile est habere aquas potabiles: sunt enim ibi multi lacus & flumina non solũ salsa, sed ẽt amara, vt scribunt authores. quod accidit adustione Solis. & simili modo aquæ naturaliter calidæ fiunt salsæ pp cõtinuũ & multũ feruere. Itaque partes aliquæ grossæ in aqua existentes aduruntur, quę mistę cũ aqua faciunt ipsam salsam. & ideo dicit Aristot. 24. parte problematũ quecunque aquę fluuiorũ vel fontiũ sunt salsæ, calidæ sunt, vel fuerunt. sed non solum aquæ naturaliter calidæ sunt salsæ pp feruorẽ naturalem aquæ, sed etiã aquę potabiles frigidę pp C accidentalẽ calorẽ ignis, multũ & lõgo tpe bulliẽtes salsescũt, qđ faciliter quilibet poterit experiri.

Cap. 3. De modo eliciẽdi sal ex qualibet aqua salsa.

Viso quo mõ aquę multimode fiũt salsę, videndũ est quot modis sal haberi possit. notandũ ergo q̃ sal quodlibet, aut artificio factũ, vt dicit Serapio authoritate Galeni & Dioscoridis, et Auicen. 2. can. capitulo de sale. Minerale enĩ in aliquibus partibus foditur in modũ lapidũ, vt dicit Solinus. 5. tractatu in Sicilia fieri, & 24. tracta. in Africa faciũt domos ex salinis, et in pluribus locis Persiæ, sicut circa Taurusiũ. portãt enĩ lapides salis in curribus p ciuitatẽ vendẽdos, vt mercatores referũt, qui viderũt. & similiter foditur sal in aliquibus locis Vngariç, & alibi. Sal vero artificiale oẽ fit ex aquis salsam substantiã habẽtibus, quæ sunt aut maris, aut trãseuntes p mineras salis. aut sunt aquæ naturaliter calidæ, vt in pcedenti capitulo dictũ est. Gñaliter ergo omne sal artificiale

fit calore euaporare faciẽte ſubſtãtiã aqueã, relinquendo ſalſam. Vñ Serapio capitulo ſalis authoritate Galeni. dicit ſal qui eſt ex mari, & ſal qui generatur in multis locis fit per deſiccationẽ donec coaguletur & fiat ſal. ex aqua. n. maris coagulabitur ſal calore ſolis tpe ſolũmodo æſtiuali caliditatis & ſiccitatis multę, decocta. n. aqua ſolis ęſtu in quinq; diuerſis locis, tandẽ ſexto cõgelatur in loco adhoc ſpãliter ordinato, reſoluta aquea ſubſtãtia, remanẽtibus ſolũmodo ſalſã & terrea ſubſtantijs, ſimul miſtis nec diſtinctis. & hoc eſt ſal ex aqua maris qđ colligũt & cõſeruãt Clugię & alibi. Sed ex aquis ſalſis pp mineras ſalis, p quas tranſeũt, vt dicitur ſupra, cõgelatur & fit ſal quolibet tpe. ſed cũ calore ignis ĩ vaſis ferreis ad hoc deputatis. reſoluta. n. ſubſtãtia aqa calore ignis, remanẽt ſalſa ſubſtãtia & terrea ſimul cõgelatæ in forma ſalis, & hoc modo fit ſal in pluribus partibus mũdi, & in Charitia & Burgũdia, & in aliquibus partibus Lombardię, ſicut in Placẽtino agro & Parmenſi. ex aqua. n. puteali ad ignẽ poſita reſoluentẽ aqueũ remanet in vaſis ferreis ſal, vt dictũ eſt cũ ſubſtãtia terreſtri miſtũ. Addunt inſup Parmẽſes in cõgelatione ſalis ſui, multũ de ſanguine aĩalium iã corrupto ad hoc, vt ſal eorũ melius cõgeletur, & in maiori quãtitate. Ex aquis aũt naturaliter calidis cõgelabitur ẽt ſal, ſed aliter, modo ſcilicet p me nouiter inuẽto: non calore ſolis, vt fit ex aqua maris. neq; ex calore ignis, vt fit ex aqua puteali ſalſã, ſed calore ipſius aquæ naturaliter bulliẽtis: Appoſita. n. aqua in vaſis ad hoc ordinatis cõgelabitur ſal hoc mõ. Sunt. n. ad hoc opus duplicia vaſa, decoctiõis primũ, & ſecũdũ congelationis. in vaſe decoctionis primo appoſita aqua virtute caloris aquę bulliẽtis circa ipm vas, ſeparatur prio ſubſtãtia ſulfurea, modica valde exiſtẽs, exhalatione videlicet ſicca fumoſa. ignea. n. exiſtẽs talis ſubſtãtia leuiter euaneſcit. Scdo ſeparatur maxima pars aquoſę ſubſtãtiæ, ſubtilior videlicet, in vaporẽ aqueũ. quæ vero remanet aqua ſic decocta, & purificata à ſubſtantia ſulfurea, & partim aquoſa, ponitur ſcdo in vaſe cõgelationis lato valde exiſtẽte, ĩ quo ſepatur prio pars aquea groſſa, q̃ nõ euaporata eſt prio in vaſe decoctiõis: & ſubſtãtia ſalſa ſeparata à terreſtri cõgelatur ĩ ſuperficie vaſis. quarta vero ſubſtãtia. ſ. terreſtris reſidẽt ĩ fundo vaſis cõgelatiõis ĩ modũ lapidis à ſale totaliter ſepata. Sic ergo breuiter reſumẽdo ĩ ſale ex aqua maris facto, calore ſolis, vna ſola ſubſtãtia ſeparatur, ſ. aquea euaporata, remanẽtibus ſalſa & terreſtri, ſimul miſtis: & ſimiliter fit ĩ ſale ex aqs putealibus facto, calore ignis, remanet. n. ſalſa miſtim cũ terreſtri, euaporato aqueo, Sed in ſale ex aquis naturaliter calidis facto mõ prædicto ſeparãtur manifeſte quatuor prius dictæ ſubſtan-

D tiæ, vt prędictũ eſt, nulla ſimul pmanente miſta.

Cap. 4. oſtendens ſal noſtrum PATAVINUM *purius, et melius omni ſale.*

EX dictis vero cõtra detractores veritatis apparet ſal noſtrum ex aqs naturaliter calidis mõ ſupradicto factũ eſſe delectabilius & nitidius, et p cõſequẽs ſanius omni ſale, eo q ab oĩ malitia ſeparatũ, vt apparet ex cap. pcedẽti. Dicitur. n. ibi reliquos ſales, ſubſtantias duas terreã, videlicet & ſalſam ſimul inſeparatã habere. Sed dicunt qdam cõtra veritatẽ, q quicũq; vtatur ſale noſtro p annum vnũ efficietur mali pectoris, & phthiſicus, eo q in tali ſale ſit ſulfureitas. Hoc aũt ex dictis in præcedẽti capitulo manifeſte oſtenditur eſſe falſum. quia primũ qđ reſoluitur in decoctione ipſius aquę eſt ſubſtãtia eius ſulfurea, q̃ modica valde exiſtit. q manifeſtat odor ipſius aquę, quia nihil habet ſulfuris. Sal ẽt ipſum, dictũ eſt nullũ ſulfuris odorẽ habere, ẽt ſi proieceris ipm ſuper prunas, vbi manifeſtius ſentiretur. Præterea dato, q in ſale ipſo aliqd ſulfureũ permaneret, adhuc falſum eſt, qđ dicũt pectori nociuũ eſſe. non. n. lędit ſulfur pectus, ſed potius dilatat ipm, & mũdat, vt ſcribũt authores Serapio, Auicen. & alij authores de ſulfure. & ideo principales medici, Auicenna, Serapio, & Meſue, & Halyabbas ex ipſo ſulfure cõponũt electuarium diaſulphur, vtiliſſimũ pectori. Dicũt ſcdo aliqui cõtrariũ ẽt veritati, videlicet q vtentes ſale noſtro incurrẽt vitiũ lapidis ante annũ, eo q in ipſo multa terra exiſtat. hoc aũt manifeſte apparet falſum, conſiderato modo congelationis in præcedenti capitulo. ibi. n. dicitur q in congelatione ipſius ſalis, ſeparatur manifeſtiſſime ipſa ſubſtãtia ſalſa à terreſtri ſua. itaque

E

F breuiter nihil de terreſtri in ſale, ſed potius è conuerſo. qđ manifeſte apparet intuẽtibus terreitatẽ lapideã in fundo vaſis cõgelationis, cui ſemp aliquid ſalis adhæret. Sed hãc malitiã, quã imponũt ſali noſtro, ſ. terreitatis, iuſtius & verius ĩponere deberẽt alijs ſalibus, verbi gratia Clugiẽſi, quia in ſale calore Solis, & ſimiliter ignis, ſubſtãtia ſalſa à terreſtri groſſa nulla tenus ſeparatur, vt habetur in pcedenti capitulo. Hoc aũt expientia faciliter denotabit, ſiquis ſal Clugiẽſe, vel ſimile, reſoluerit in aquã. remanent. n. in fundo vaſis reſidentes partes terreæ prius exiſtẽtes admiſtæ ſali, quæ in eius cõgelatione nõ fuerãt ſeparatæ, qđ in noſtro ſale debite collecto, nullatenus apparebit. ſed qđ plus cõtra pdictos valet, eſt expiẽtia iuxta dictum Galeni ſcdo elemẽtorũ dicẽtis, eorũ. n. quę pręparãtur ad eſum lõga expiẽtia fit magiſtra virtutis. Ego. n. cũ tota familia mea pluſq trib⁹ annis cõtinuis vſi nõ alio ſale, & in q̃libet opatiõe ſalis, ſani ſum⁹ dei gfa cõſeruati, cui laudes ĩfinitę ĩferant.

FINIS.

IOANNIS ANTONII PANTHEI VERONENSIS

CONFABVLATIONES DE THERMIS CALDARIANIS, QVÆ IN VERONENSI AGRO SVNT.

In his etiam Ferri, Nitri, Sulfuris naturam, vim, ac medicinas edocet.

PANTHEVS AD LECTOREM.

SVbueritus candide Lector dialogum de Caldarianis fontibus: qui ad medicam tantum artem pertinere videtur, diuersæ professionis viros ad se legendum primore aspectu minus inuitaturum; aliquid allectamenti de industria commentus sum: quo palatum legentium sapido irritamento ad gustandum pelliciam. Annotationes enim earum rerum ad vnam, quæ in disputatione, cum suis auctoribus enarrantur, in opusculi fronte ap posui: Quibus inspectis, non vereor ad totum opus percurrendũ, excitabitur curiosus lector, cum earum plurimas eruditi etiam viri ante hanc editionem quandoq; desiderauerint. Vale.

Ex Tertij Diei Conſabulatione
Annotationes.

Ioannes

IOANNES ANTONIVS PANTHEVS VERONENSIBVS SVIS SALVTEM.

IVre ipſo ciues mei Veronenſes
cautũ reliquere veteres legum
conſultiſsimi: Qui iacturæ an-
ſam cuipiam præſtiterit: iactu-
ram ipſam præſtitiſſe ſine pro-
uocatione adiudicetur: è diuer
ſo in argumẽto eſt, qui lucri oc
caſionem attulerit: lucrum totum attuliſſe videa
tur: Quorſum hæc iuris prefatio intendat, vos re-
quiſituros video: Eo ſane tendit, q; ſi fortaſsis hic
meus qualiſcunq; labor aliquid ſplendoris, atque
vtilitatis patriæ allaturus eſt, id Andreæ Bãdæ or
natiſsimo Cæſareæ pontificiæq; cenſuræ conſul-
to acceptum referatur: cuius ſuaſu, ne dicam im-
pulſu laborioſam hãc prouinciam ſubire coactus
ſum. Is nanq; inter vetera ſuarum rerum monu-
menta opuſculum quoddam de fontibus Calda-
rianis à præſtanti philoſopho, clariſsimoq; phyſi-
co Aleardo pedemontano ciue noſtro, olim ad
celeberrimum pontificem Hermolaum Barba-
rum Epiſcopum Veronenſem ſcriptum dedica-
tumq; reppererat: quodq; cum incuria, inſcitiaq;
tranſcribentium blæſum, barbarum, ac longo ſi-
tu lacerum, ſordidulumq; offẽdiſſet: rogauit non
modo, ſed efflagitauit à me accurate recognoſcẽ
dum: vt emaculatum expolitumq; in lucem effer
ri poſſet: Exoratus ab eo quàm ſępiſsime: tãdem mo
rem gerendum putaui, quandoquidem ſic expo-
ſcebat noſtra mutui amoris beneuolentia à libe-
ralibus ſtudijs ſub Antonio Broianiceno viro li-
teratiſsimo, integerrimoq; tantum cœpta: Dome
ſtica æque inter familias noſtras cõſuetudo in an-
tiquam prope neceſsitudinem ab eius patruo Da
niele Banda equite ſplendidiſsimo, & ornatiſsi-
mo accumulatiſsimo exaucta: annui eo libentius,
cum rem patriæ non minus vtilem, quam iucun
dam me facturum conſpicerem. addebat non pa-
rum ſtimuli quotidiana Andreæ interpellatio,
mihi obijciens grandem illam obęrationem, qua
(vt noſtis optime) etiam me tacẽte, ſacratis Her-
molai Barbari ſenioris manibus obnoxius tene-
bar, teneorq; addens appendicem, meam ſcilicet
in Hermolaum Iuniorem obſeruantiam virum
ſanè noſtro æuo prudentiſsimum, integerrimũ,
ſcientiſsimumq;, & pace multorum dixerim, om
nibus quos doctos nouerim, facile pręponẽdum.
Cęterum meo, Andreęq; deſiderio quom adhuc
in patria eſſem, obfuit laborioſa lectionum aſsi-
duitas: Interea euenit, vt ille à vobis cẽturiatis pri
matum ſuffragijs in Leniacenſem præturam miſ
ſus: Ego vero in Academiam patauinam ad pon-
tificias ſanctiones nauandas in diuerſum conceſ-
A ſerimus: Ex hoc nihilo ſecius tepidior factus An-
dreas, rem literis agere cœpit. Pollicitis ego non
ſtandum, ſatisfaciendumq;, ingrati, iniquiq; ho-
minis eſſe putaui: poſt multas deniq; cunctatio-
nes caſtigandi libelli ſententiam reieci: quod au-
ctori Aleardo, & mihi parũ ſplẽdoris allaturum
arbitrabar. Verum altius repetens ſatius diſputa-
tiunculam quondam in Bandarum ędibus apud
vicum Caldarianũ de hac re ab Hermolao Pont:
Aleardo, & me habitã perſcribẽdam duxi: quam
ipſe Hermolaus Aleardo petẽte in diſſertationis
calce literarum monumentis mandandam mihi
præceperat. Verũenimuero ſi tardiuſculus in opę
B re abſoluẽdo, quam vterq; noſtrum volebat) fui:
non deſidiæ, non ſubterfugio, non negligentiæ,
nõ deniq; obliuioni, ſed difficilibus variarum cu-
rarum molibus imputabitis: ſuſceptæ quippe pro
uinciæ immoti, ac pene ineluctabiles opponeban
tur obices: quandoquidem plurima ex penitiſsi-
ma artis medicæ, ac philoſophiæ penu præter pro
feſsionem meam non ſine ærũnoſo labore eruen
da forent: & ni conſiliarius, auxiliariuſq; incepto
opi humeros appoſuiſſet tibicines Leonic' meus
liberalium omnium artium nõ modo Romana,
ſed graia literatura, locupletiſsimus, iniuſto ego
pondere preſſus ſuccubuiſſem. Alia mihi grãdis
aduerſaria, quæ me ſæpenumero receptus cane-
re ſuaſit: eadem velitatione ſuperanda erat: quam
ſponte mea irritaueram: me (vt nouiſtis) amœniſ-
ſimo Oratorum, poetarumq; lepore coalitũ pon
C tificiæ cenſuræ ſerius q̃ debueram, erudiendũ de-
deram. Eaq; adeo primo congreſſu perterrefecit:
vt incœpti me ſæpius pœniteret in adipiſcendęq;
doctrinę illius deſperationẽ pene deciderẽ. Poſt
hanc non diſsimilis ſe offerebat indefeſſa bella-
trix: ea videlicet cura, quam in erudiendo latine,
græceq; Bernardo Rubrio Parmenſe, ſuſceperã:
quem annos nec duo de viginti natum, tũ ob ma
iorum ſuorum imprimis Petri Mariæ aui, atque
Guidonis patris perſpectam in Senatũ Venetum
conſtanti animo fidem: & à multis ſeculis in hoc
vſq; æuum raris annalibus traditam, Innocentius
viij. Põtifex Romanus Cardinalium omnium aſ
ſenſu eodem Senatu petente Bellunenſis Eccle-
ſiæ Antiſtitem deſignauit: vt quem virtuti matu
rum intellexerat, honori tempeſtiuum adiudica-
uerit: nec id temere illi contigiſſe putet quis, cum
eius cunabula & elementa virtutis ad ſummum
glorię cumulum procedente tempore peruentu-
rum

rum iam tum indicio essent: quod adultus certo indolis experimēto comprobauit. Est nanq; Bernardo præter antiquam generosæ stirpis nobilitatem, decens aspectus, cōpositi corporis motus: maturus, & senilis incessus: ingenio est vegeto, memoria tenaci, prudentia quantum ea ætas patitur, præmatura: illi est honestarum artium, sacrorumq; canonum sitibundus ardor: vrbanitatis, affabilitatis, moderationis, bonorum morum, religionis est conditorium: vt ei diuinorum voluminum sententia ad vnguem quadrare videatur: senectus venerabilis non diuturna neq; annorū numero computatur. Cani enim sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata. Postrema veluti decumanus fluctus, fuit inimica aduersissima valetudo: quæ me annum alterum, & quadragesimum, mihiq; climatericum agentē pene obruit, atq; pstrauit: me etenim semestri cruciatu, E miserandoq; lurore, & extrema macie adeo prorsus confecerat: vt circunstantes cadauer meum lachrymis, & suspiriosa singultatione amici, necessariiq; anhelosam spiritus abitionem vltima oscitatione expectarēt: perlitisq; sacro vnguine luminibus, sacrificuloq; iamiam ad cœlos animæ migrationem præfato, æternum vale conclamarēt. Verum inenarrabili omnium Plasmatoris beneficentia primum: deinde recuperatoris Hieronymi Turrigerani Conterranei nostri Machaonia arte adiutus, velut alter virbius ab auari Charontis luridis vndis ad superas auras reuocatus sum. Sed huius dispendiosæ moræ lectores, arbitror, non pœnitebit: nam quod ex longo voto periit: id ad varium & vtile operis ornamentum plurimis oratorum, poetarumq; flosculis: nec minus multorū grauibus Auctorū sententiis repēsum est: extremis deniq; epiE vestigijs cādidos lectores: qui F sorte has nostras qualescūq; nugas pcurrere non renuerint: admonendos percensui: ne titulo indicatore fallantur: qui de Caldarianis tātum Thermis polliceri videtur. Perlegant ad calcem quæso totum opusculum: in eo siquidem enūtiata à nobis multa cognoscent: quæ hactenus, vel à doctis viris desiderata fuerunt. Si quid hac enarratione profecerimus, cōmuni studiosorum vtilitati gra- D tulor: Sin minus: saltem quospiam excitabimus: qui eruditiore lima delitescentia in latebris vocabula, annosoq; situ rubiginosa: quibus nos sublustrem vmbram dedimus: ad clarissimū lucis splendorem deducēt. Hocq; mihi beneficio studiosi se debere fatebuntur. Simulque si eorum trutina æquior fuerit: errata mea pacato animo castigare contendant. libuit insuper dialogi argumentum subijcere: quo lecturiētes vno oculorum impetu totius opusculi narrationem facilius dignoscant.

Valete.

DIALOGI ARGVMENTVM.

Ermolaum Barbarum Pont. Veronensem, cui Pantheus à secretis erat, ex ptorio Monfortis, quod ipse magnificentia Regia extruxerat, Veronam redeuntem ad Caldarium vicum Christophorus, & fratres Bandæ liberali inuitatione remorantur: Eumq; lautis, & munificentissimis dapibus in amplissimis eorum ędibus triduo accipiūt. ibi Aleardum Pindemontanum Physicorum optimum, Hermolaiq; amicissimum non longe abesse intelligunt: atque accersunt. Primo die regiunculam Caldarianam Tyro quodam ex incolis indice Hermolaus, Aleardus, & Pantheus angulatim peruestigant. Sequenti die post epulas de Balneis facticus sermo exoritur: de quibus fit in vesperam ex multis auctorum sententiis non inutilis disceptatio. Tertio vero die naturalium Thermarum ratio physica accurate redditur: de Fōtium quoque Caldarianorum, eorumque esse ctu, & peculiaribus remedijs: quæ obseruatio adeuntibus, abeuntibusq; seruanda sit, in medium affertur.

Hermolaus

HERMOLAVS, ALEARDVS, PANTHEVS INTERLOCVTORES.

PANTHEVS.

ERI Hermolae in lustrãda balnearum regiuncula Aleardum ciuem nostrum Physicorũ optimũ summope desiderauimus: nũc ex inqlino audiui nõ longe abhic diuertere. HER. Verũ ne? Facilẽ profecto nobis fortuna offert occasionẽ. vel quod heri nequiuimus, hodie eo vocato absoluamus. sed vbinã est? PAN. In pratis saluianis apud Franciscum Aleardum. HER. O q̃ fœlix doctissimorum virorum hospitium: atq; consuetudo iucundissima. PAN. Vis illum ad nos euocem? HER. Volo inq̃: inscende iumentum: eũq; huc meis verbis accerse. PAN. Lubentissime. HER. Aleardus alter Machaõ, alter Asclepius nostro æuo est: auxiliaribus pharmacis distinet à cadaueribus euolantes animas, Philosophantium omnium, quos ego quidem norim, facile princeps & habetur, & est. PAN. Audiui iam dudum: non paruum ergo lucrũ hodie mihi accessisse videbitur: si tanti viri hac nuntij opera beneuolentiam ineo. HER. Vos ego interim tantisper dum redieritis, isthac in specula expectabo. PAN. Huc actutum aderimus, modo illum inueniam: HER. Attenditis ne Christophore, & vos qui adestis Bandæ quanto desiderio, quãtaq; animi alacritate Pantheus noster citato dossarij iumẽti gradu ad accersendum Aleardum feratur? CHRI. Fertur sanè iuuenili ardore, q̃ ea ætas ad ineundas amicitias procliuissima est. HER. Vera narras. & Panthei noui genium: Qui quasi eruditorum virorum sit admirator, nõ parum ad rem suam accessisse existimat, si taliũ ab omnibus expetendã omni lenocinio ambire valet amicitiã: mira obseruantia omnes excolit, & doctos veneratur. Est quippe humano ingenio, & animo mãsueto, discendi autem cupidissimo: & corpore laborum patientissimo: modo superuiuat in nostrę familiæ officina formatus propolitusq; comprobabitur. CHRI. Eius indoles futuræ probitatis indicia manifesta præ se ferre videtur: HER. Nõ ab re augurari. Redolet enim Pantheus vigorem ac cum ingenuitate perspicacitatem quandam. Est sanè Veronensibus peculiaris quędam è cœlo indulgentia, atq; benignitas donata: vt quum alibi terrarum oratores, & poetæ multis laboribus, & seculis fiant: hic sponte & ab incunabulis nascantur. Cuius rei testes sunt clarissimi Oratores Plinij ambo senior, & iunior: apud quos collocare non verear Cornelium nepotem à Pio Pontifice Max. in Asiæ descriptione Veronensem semper vocitatum: & à Plinio Padi accolam appellatum. CHRI. Audio Hermolae nonnullos præter ceteros, scioli videri cupiẽtes, qui vetustam nostrorum Pliniorum gloriam quibusdam argutiolis nuper excogitatis, surripere conãtur. HER. Hoc à quoquam minime audiui. Didici semper ex pręceptoribus, nec minus à recentioribus scriptoribus Plinios ambos Veronam patriam habuisse. Verum (memini) paucis diebus nescio quædam altercatio de isthac re inter Beccariam, & Pantheum fuit: Quom redierit, ab eo sciscitabimur, quæ fuerit altercandi causa. sed interea ad Veronenses redeo: Ea insuper coniectura, qua in geminis vetustissimi arcus postibus inscribi voluit, Vitruuiũ architectorum omnium eminẽtissimum inter Veronensium ingenia enumerare contendam. Poetæ celeberrimi sunt elegantissimus Catullus, lepidissimusq; Macer: & Põponius secundus: quem Plinius & Vatem, & ciuem suum, & ex nobilissima Secundorum familia natum describit. Præter illam ingeniorum multitudinem, quæ se domi continuit, excelluere semper in florentibus Italiæ academijs in omnigena doctrina rum peritia diuerso æuo consumatissimi Veronenses: Inter quos nefas ducerem præterire præceptorem meum Guarinum, non modo latinæ, graiæq; linguę cultorem: sed incultæ, barbaræq; corruptelę indesessum exterminatorem: ac latij eloquij industrium recuperatorẽ. In vniuersum hanc patriam illa omnium rerum opifex opulentauit: vt in ea non solum miremur ingeniorũ fœcunditatem, sed omnium frugum bonitatem, & exuberãtiam. Memini me iuuenilibus annis Eugenio Pont. Maxi. Vniuersam penè Italiam peragrasse. Deinde Pio. ij. Romano Pont. Perusinam, & Gallicam legationes obijsse. In quibus multorum hominum vrbes, & mores cũ viderim, nulla me (vt sine assentatione loquar) æque oblectauit, ac Verona nostra vrbium omnium ornatissima: nec iniuria quidem. nã si eam ex omni parte diligenter inspicimus: si situs iucũditatem, si regionis apricitatem: si cœli clementiam contemplemur: quid eo amœnius? quid delectabilius? quid suauius? insurgunt visu pulcherrimæ geminæ in collibus arces: in vrbis medio tertia subsidet, Ciuiũ munitissima defensacula: interfecat illã non modo fluuiorum omnium amœnissimus Athesis: sed multarum mercium subuectura commodissimus. Cuius impetuosas vndas lapideo, Testudinatoq; fornice pontes qu atuor iungũt vrbis vicos.

vicos. Stant ad vetustatis testimonium triumphales arcus, & Amphitheatrū: & plura ædificiorum monumenta multis sæculis collabefacta: Romanisq; inscriptionibus ornata. Præter eo recentiores vrbicasq; priuatorum ædes: ac plurimorum diuorum magnifica & excultissima templa. Quid præterea in agro Veronensi vtensile non modo non nascatur: sed etiam non egregium sit? Si collinam eius plagam spectes, in ea oliui, vini, pomorumq;, & bonitatem, & fertilitatem facile inuenies, quod alibi rarum est. Si planiciem perquiras triticia, fabalia, & alia id genus legumina, pastoriciam rei pecuariæ vtilitatem, bubulam lactis, & ouillam mollissimorum vellerū præstantiam, copiamq; non desideres. si montanam scrutabere: sunt in montium superciliis adiumento diuersorum colorum lapidicinæ, fodinæ Ferrariæ, lignorum cæduæ syluæ, tum ad rem ignariā, tum ad omnem ædificiorū materiam: Quid referam cadentes vndiq; riuulos? Quid torrentes, & flumina? Quid inter omnes lacus celebratissimū Benacum? Qui præter circunstantia media quoque hyeme florentia vireta, ac munitissima castella: delicatiorum ad omnem ganeam pisciū est conceptaculum: in quo singularis toto iam orbe notissimus vndiq; ad palatum expetitus carpio est: Est deniq; Veronensis ager nō modo ad omnem frugum annonam vberrimus. Sed ad omnia aucupii expiscationis, & venatus oblectamenta voluptuosissimus. CHRI. Sed cuinam hęc externo de agro nostro facile persuadeamus? HER. Res ipsa in confesso est. CHRI. Hæc quopiā alio narrante apud alienigenas creditu difficilia videtur. At te Hermolae referente: cuius auctoritati fidei pondus inest: audientes planè tuo acquiescent testimonio: HER. Testor Deum immortalem nullo me nimiæ charitatis in Veronenses meos affectu cōmoueri. verū solida veritate initi. CHRI. Sic est. HER. Sed credimus Pantheum adhuc ad Aleardum peruenisse. CHRI. Si nondum peruenit, haud longe (vt opinor) abest. ILLE. Hic quo ad veniant ambos morabimur. PAN. Heus Coloni. Est ne hic ille omnium medicorum peritissimus Aleardus? ALEAR. Cesso foras aspicere: Quis me tā honorificis verbis inquirit? hic sum: quis me vult? PAN. Ego, saluus sis virorum præstantissime omniū. ALEAR. Et tu quoq; saluus sis adolescentium omnium optime: quid tu insolens ad me in hunc recessum? Quantum ex habitudine tua integra conspicor, nō ope indiges medica: PAN. Non indigeo. verum venio vt te ad Hermolaum antistitem, qui te apud Caldarium vicum præstolatur, adducam. ALEAR. Hē apud

D caldarianos fontes est Hermolaus? Aliquo ne olisecro male torquetur morbo? PAN. Nullo inq: at voluptatis gratia illuc diuertit. AL. Magno me liberasti metu; sed q̄ diu ibidem est? PAN. Heri venimus: vt audiuit te non longe abesse: ad te accersendum me ire iussit: cum te plurimi faciat Hermolaus, & diligat: tū quia heri te mirum in modum desiderauit. AL. Cur? PAN. Ab eo audies: AL. Tecū ego posthabitis omnibus ad eum accelero. heus pueri gradarium equum adducite: Properādum mihi est ad Hermolaum virum de nobis multis ante annis optime meritum: PAN. Est sanè Alearde tibi q̄ nitidum, q̄q; candidissimum iumentū. AL. Et mihi, & amicorum vsui est: PAN. Omnia illi insunt, quæ æquabiliter ad regulam in formoso equo desiderari solēt: caput argutum, nigricantes oculi, nares apertæ, breues auriculæ, ceruix mollis, densæ in dextrū armum

E profusæ iubæ, latum, & torosum pectus, venter substrictus, rotundæ clunes, & caua maxime per lumbos spina. AL. Propterea mihi in delitiis est. PAN. Sed q̄ idoneus est ad mollem vectatiōem? AL. Nullus magis eo idoneus. omnes asturcones, tolutariosq; leni incessu facile vincit: vt nec quietius lecticaria gestatione quis vectari possit: sed quid subrides? PAN. Dicam. profecto mihi medici, & sacri antistites sapere videntur. qui in euitandis vitæ incōmodis eodem anmtūtur studio. AL. Cur ita? PAN. Minime aptos ad gestationem suam sternaces, succussariosq; quadrupedes arbitrantur. AL. Minime inquam: sed omni diligentia elaboramus eos nobis esse, quibus non vulgaris gradus: sed mollis alterno crurū explicatu glo meratio placidam veluti in lectica ad hominum

F salutem præstant vectationem. at qui solo insultant, spirātq; è naribus ignem, & saltim calcibus aera feriunt: ad desultorios, Martialesq; viros, & belligeros heroas faciunt: PAN. Recte iudicas: eundum est. ALEAR. Eamus: vos pueri sequimini. Interea nos hanc sedentariam itineris defatigationem lepida sermonis iucunditate læuigabimus: PAN. Sic via minus lædet eūtes: AL. Quantū conspicor & effigiei & vernaculæ linguæ con cinitate ex nostris videris. PAN. Sum etenim: AL. Quod tibi nomen? PAN. Pantheus. AL. Vnde hæc noua nomenclatura? PAN. De industria: omnium enim cælicolum ędi Veronę editimus sum: hinc nomen ex graia nūcupatione sorte datum est. AL. Calles literas græcas? PAN. Nō calleo. verum in dies elaboro, vt græca eruditiōne proficiam. AL. Dic: ex aulicis Hermolai es? PAN. Sum ex familiaribus vnus à secretis: eius dictata annotationi demando: successiuas horas, ille au-

diendo:

diendo: ego vero anagnostes legendo pariter consumimus: qua exercitatione fit, vt quicquid in me doctrinæ est, ex illius vberrimo fonte assatim exhauserim. ALEAR. Oratoriam hac intentione tantum excolitis? PANTHE. Oratoriam? Oratoriam vero potissimum. sed omnimodæ doctrinarum facultati ocium studiose impartimur: nunc gemmatas rhetorum elocutiones: modo delectabiles annalium narrationes explicamus. interdum admiscemus, & poetices flosculos: licet hoc rarius. ALEAR. Accuratam Hermolai ab incunabulis in liberalibus studiis diligentiam non ignaro canis. Repeto enim à teneris (vt aiunt) vnguiculis cum illo mutuam beniuolentiam sub Guarino ciue nostro bonarum literarum parente: quam prompte, quàm ingeniose, quàm faciliter Hermolaus adolescens in vtraque lingua iam tum proficiebat: vt tenello æuo, & poeticem, & oratoriam supra ætatis vires breui percalluerit: quem crescentibus annis eius auunculus Franciscus Barbarus, suæ tempestatis omnium literatorum latinissimus limata eruditione conformauit, expoliuitque: vt extra omnem iudicii aleam Hermolaus esset. Verum post adeptos pontificios honores, ætate eius iam ingrauescente, profanis ethnicorum lectionibus abrenunciasse arbitrabar. PANTHE. Non adeo ab illis se penitus abdicauit: haud quaquam nonnullorum nimium rigidam imitatus seueritudinem, quin eis interdum suum condonat ocium: sibique inter talia legenda diuum Augustinum in academicis licet sub alterius persona patronum parat, atque defensorem: qui Ciceronem suum, sapientemque appellat: & ab ipso in lingua latina philosophiam inchoatam esse, & perfectam nulla hæsitatione fatetur: tum in confessionibus suis, ne vtiquam personatum eos ex professo damnantem, qui linguam Ciceronis mirantur, pectus non ita: quinimmo quòd affectum mutauerit ipse: quod ad Deum preces, & vota conuerterit: quod desideria eadem non habuerit: quòd ei omnis vana spes euiluerit: quòd immortalitatem sapientiæ quæsiuerit æstu cordis incredibili. postremo quòd surgere iam cœperit: vt ad Deum reuerteret. Cuncta hæc Ciceronis munus fatetur. vnique prorsus illius libro, qui vocatur Hortensius, omnem suæ salutis occasionem retulit acceptam: non enim ad acuendam linguam liber inquit ille offerebatur, nec locutionem mihi, sed quod loquebatur, persuaserat: Ad eundem modum Hermolaus eos somniculosos appellat: qui somnium ægroti Hieronymi vapulantis ad

A tribunal obiectant: nec illud saltem cogitantes illum ipsum Hieronymum: quum post repetitam deinde statim Ciceronis lectionem, periurus à Rufino argueretur: etiam grauissime conqueri: quòd sibi ab illo suamet somnia obiicerentur. ALEAR. Non reiiciendis tantorum virorum innititur Hermolaus auctoritatibus: quæ hactenus ignoratas à me fateor, sed nusquam animo excident. PANTHE. Scias velim, omnia Hermolaum pensato examine trutinari: preter gentiles scriptores, indefesse tamen Pontificios sanctorum patrum canones: ac Cæsareas sanctiones alternis euoluimus: Theologicas, & Dei, & cœli contemplationes animo, librisque versamus. Nunquam Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Gregorij paginæ è manibus nostris excidunt, vt nulla nobis sine linea eat dies. In

B. Hermolai conuiuijs solum lectoris acroama auditur. Nusquam enim apud eum sine lectione prandetur, cœnatur ue: vt conuiuarum ventrem, & animum pariter oblectet. ALEAR. Hęc quoque Hermolai in hagiographis continua meditatio non discrepans est ab ea (cui vt memini) in academia Patauina multo sudore noctes, atque dies assiduus nauauit. PANTHE. quum adhuc aliquod itineris interstitiũ supersit, posteaquam in id sermonis deuenimus, non conticescam in reliqua eius vita raras in paucis viris dotes. quam sit humanus, facilis, affabilis, cuius comitas sit non sine seueritate, neque grauitas sine facilitate: vt amici, & commendatæ oues talem pastorem pariter vereantur, & ament. Quid extollam supra gregem dominicum speculatoriam vigilantiam? vt merito episcopi nomen sibi ven-

C dicet: quid misericordiam in calamitosos? quid largitionem in egenos? quid subsidium in oppressos? quid iustitiam in bonos? quid seueritatem in malos? Iniuriarum immemor est: omnibus beneficus, de se etiam male merentibus indeficiens elargitor, euangelici dogmatis non obliuiosus lector: quid memorem in domesticos humanitatem, familiaritatemque: vel (vt verius dicam) pietatem, qua omnes vt filios admonet, instruit, corrigit, fouet, atq; amplectitur? Quid referam moderatam frugalitatem in domestica suppellectile, in quotidiano conuictu? vt quum maior redditiuum facta esset accessio: ex quo à Taruisina ad Veronẽsem ecclesiam euectus fuit, nihil circa cultum mutauerit, nihil de vitæ moribus. tantaque est vsus moderatione: vt nihil fluentius vixerit, quàm instituerat: parique vestigio steterit etiam maiorem fortunam secutus: nulla ei vestium mollicies, nulla argenti, aurique

anaglypha vasa: nisi quæ pontificiæ dignitatis existimationi, aut sacrorum dignitati conuenit: nulla gemmata equorum fræna, aut ephippia ostro collucentia: cuius mensa nullas ornithonis popinales delicias, nullas fluuiatilis, marinæque piscinæ arte paratas saginas: nullas aliunde magnis pretijs euectas ad ganeam dapes nouit. Solæ enim cohortales aues, & vernacula edulia repullulantem quotidianę famis necessitatem pariter sedant: cœnamque crebrius ex oporothecis nucum, & pomorum exprompta bellaria, quam ex eois plagis ebosio liquore condita tragemata claudunt: quid munificam liberalitatem extollam? non in scurras ridiculosos, non in ludiones, non in parasitos voraces: sed in familiam nobilioribus parentibus ortam, compositis moribus ornatam, & à se domi factam. quod est signum non solum continentiæ: sed etiam diligentiæ: in qua sunt plures literis magis: quam vlli seruitio mancipati. illam potissimum ornat Antonius ille Beccarias Veronẽsis omnium eruditorum nostro æuo æque græce, quam latine facile princeps: cuius bibliotheca, atque lectio graia eruditione mihi magno vsui est. eum siquidem Hermolaus doctorum omnium pręsidium & columen: sacerdotij honoribus decorauit: non mediocrique annuo prouentu locupletauit: non item in cognatos locupletes Hermolaus, non in ambitiosos honores, non in saturandam libidinem prodigaliter, turpiterque dissipat: quum ipse non intemperanter concupiscat: sitque potius elegans, quam magnificus: splendidus quam sumptuosus: omni diligentia mundiciam, non affluentiam affectat. Verum partem, quę ex Christi peculio superest, in eius pauperes alendos in famelicam religiosorum mediam releuandam, in nubiles puellas patrimonio indigas honestis maritis copulandas pie, decenterque dispensat. ALEAR. Pium, sanctum, & rarum in hoc æuo mihi pontificem narras. PANTHE. Testis est patria nostra, quot ciues ob pudorem fame quandoque laborantes secretis muneribus sustentat. ALEAR. Et hæc à nostris audiui. PANTHE. Vis dicam, quam Hermolaus arbitrabatur Deo gratiorẽ elemosynam? ALEAR. Quam? PANTHE. Sumptus quos in opere faciundo erogat. ALEAR. Cur ita? PANTHE. Vna actione duplex coronarum se reportaturum prædicat: primum, quòd reditus suos (vt decet) in pios vsus rite distribuit: proximum, quòd operarios desidia marcentes in sudore vultus eorum panibus vesci exercendo cogit. ALEAR. Perquam christianissima Hermolai sententia hæc est. Sed dic,

D quandoquidem ego à patria multos annos absui, inceptas illas põtificiæ curiæ moles adhuc ne absoluit? PAN. Geminæ in vrbe extremas architectorum manus expectãt. Tertia itidem prætoria, hinc ad sextumdecimum lapidem in Monfortis pago: cui ditio põtificalis vtroq; sceptro imperat. ALE. O bone Deus: repeto, quum puer essem, illas vidisse prolapsationibus labefactatas, latebris cæcas, situque sordido squalentes: vt vespertilionũ cauernosa habitacula crederes. PAN. At nunc erectæ, illustratæ, & multa Hermolai impensa, atque ingenio elaboratæ in oculis omnium collucent: quæ aduenientem quemcunque nobilissimum hospitem honorificentissime suscipiant: in his tamen ad luxum non expolitæ translucẽtium externorum marmorum incrustationes, & politeræ conspiciuntur: non viridantes ophitæ, non
E sanguineis guttis porphyritesq́, non Lybica, non Phrygia repercussa luce oculos hebetant metalla: sed ex varijs Veronensis montani agri lapidicinis, rubris, cãdidis, nigris, & fuluis maculis nitentia saxa pro structuræ modulo omnem fabricam decenter exornant. ALE. Qualia sunt ædium diuersoria? PAN. Dicam equidem. Memor Hermolaus priscorum patrum sanctionibus non substructiones operum insanas posuit: non est Lepidi admirandam Regiam imitatus: non magnificã Pauli Basilicam: nõ auream Neronis, cum cadẽtium, orientiumque syderum cœnatione: non. M. Scauri triplicem scenam, non magni Pomp. quadrato lapide amphitheatrũ: non Dædaleas itinerum ambages: nec labyrinthi occursus, recursusq; inexplicabiles ęmulatus est: sed lateritio pariete vestibula, atria, intercolũnaribus interstitijs peristy
F lia, cauædium, pergulas, cubicula dormitoria, sacella pro re diuina, bibliothecas, cœnacula, tricilinia, culinas, apothecas, penarium, horrea, promptuarium, præsepia testudinata, torcularia, trapeta, & cætera id genus, loca, & ruri opportuna, & vrbi accurate fabricatus est, quæ vsui magis homin um, q̃ voluptati, delicijsq; esse possunt. ALE. Præsul hic dignus: quẽ patriæ nostræ, christianęq; religioni Deus ęternum seruet: heus Panthee hac dulci cõfabulatione Caldarium peruenimus incauti: & eccũ in specula Hermolaum pontificum decus, atq; doctorũ virorum singulare præsidiũ: quẽ vnum pręter oẽs obseruo, atq; veneror. PAN. Per quã agilis Alearde ex equo in pedes disilisti. heus pueri stabularij iumẽta hæc ad equilia adducite: sudorem, & frontem curiose extricate: fręnosq́ detrahite: in gradum lenem sensim prouehite: quoad lassitudinis incommodum, alui solitũ, ac naturale præsidiũ eliquauerint. Dein ientaculum

taculum hordeum, herbidumq; large apponite. ALEAR. Pantheeadd Hermolaum ascendamus. PANTHE. Sed eccum illum ad extrema scalarum limina tibi obuium. ALEAR. Hem qualis in tanto Pontifice bonitas, atque humanitas. HERMO. Gaudeo Alearde te multos iam annos non visum, nunc reducem, & incolumem cernere: non immemor priscæ inter nos mutuæ florentibus annis beneuolentiæ. ALEAR. Lætor & ego inexplebiliter tuis sacris manibus oscu la figere, magnaque pertentant gaudia mētem: quum me à tanto domino ne dum diligi: verum etiam vnice amari sentiam. HERMO. Te multis rationibus inter beneuolos meos præcipuum excolo. ALEAR. Gratias ago. HERMO. Sub hac porticu coronario hederacei viroris opere conuestita tuę vectationis defatigationem recreemus. ALEAR. Libenter hoc faciam: & te postquam sedimus, requietius audiam. Dic Hermolae. HERMO. priusquam Panthee Aleardo aperiam, cur eum huc accersiuimus, velim dum me mini, mihi enarres, quæ fuit superioribus diebus inter te, & Beccariam nostrum quæstiuncula de Pliniorum patria. disceptationis initio affueram: at vocatus ad seueriores officij pastoralis occupationes: quo fine quæstionem diremistis ignoro: interrogatus nanque de hac re à Bandis, nuper dum te & Aleardum moramur, quid certi respōdetem, non habui. PANTHE. Adhuc causa in quæstione est. ALEAR. Est ne fortasis dubitatio de Pliniorum patria? HERMO. Est. ALEAR. Quis tam væcors est, qui nesciat Plinios Veronenses? quis nobis hunc nodum in leuissimo scirpo mouet? quis rem liquidam obturbat: patrięque nostræ tantorum virorum gloriam inuidet? HERMO. plures hoc æuo sunt, qui nullo liuore, vt aiunt, adducti, at pro veritate stātes non Veronam, sed Comum patriam esse Plinijs ambobus grauium auctorum innixi testimonijs au tumant. ALEAR. Hoc nusquam audiueram. PANTHE. Vt res se habeat ordinę pandam. HERMO. pande Panthee: PANTHE. Non nullis ante diebus Plinianus codex non vulgaribus graphiarij styli lituris exaratus, sed insueta imprimendi arte insigni literarum charactere conscriptus in Hermolai cœnationem supra epulis allatus est. Accurrunt omnes nouæ rei visendæ studio, curiosior ego oculos ad inscriptionis titulum conijcio. Plinium Nouocomensem lego: primum impressorum erratum arbitratus sum: eosque lapsantibus verbis damno. Beccarias pręceptor audaciunculam meam arguit: eo magis

A animo commoueor: ille non errasse quicquam scriptores defendit. Hinc altercationis initium. ALEAR. Admiror Beccariam, cur non magis patriæ partes ageret, quàm exterorum. PAN. Hoc ab eo factum puto: mei, vt sæpius assolet, excitandi ingenii gratia. HERMOLA. Sic est. ALEAR. Attamen non debuerat in gentiliciæ gloriæ periclitationem: sed quod erat illi in hac causa argumentum? PANTHE. Dicam. grauissimos authores in medium afferebat in virorum illustrium vitis potissimum Trāquillum: in chronicis Cæsariensem Eusebiū: in apologetico Tertullianum. ALEAR. Quid illi? PANTHE. Liquide Plinium seniorem Noui comi municipem fatentur. HERMO. Sinis Panthee hanc causam sine tutore perire? PANTHE. Minime. verum eos in valli frōte obiecit antesignanos Beccarias:

B ad quos prosternendos validis procerum ictibus opus erit. ALEAR. Esto pro patria animo imperterrito. PANTHE. Sum plus satis. HERMO. Quid respondes Panthee auctoribus tuas plagas expectantibus? PANTHE. Laboriosum est mihi tyrunculo his veteranis occurrere: satis mihi erit: si illorum vim exuero: tamen quæ mea fuerit defensio ad Beccarię obiecta, renarrabo. ALE. Hoc summo voto arrectis auribus expecto. PANTHE. Non inficior auctores eos magni ponderis inter doctos & haberi, & esse: ea tamen conditione, veluti cæteri homines falli posse arbitremur. HERMO. Non arbitror ego Hieronymum in Cæsariensis translatione temere deceptum, qui quàm accuratissimus in scribendo fuerit, nemo est qui ignoret: Plinium enim non ab re potius Nouocomensem, quàm Veronensem

C appellauit. PANTHE. Quid si monstrauero in aliis quoque auctoribus patriæ nomen alternasse Hieronymum? HERMO. Non facile mihi persuadeas. PANTHE. At spero breui te persuasum reddam. Recenset historia Eusebiana Ennium poetam Tarentum natale solum habuisse: alioquin Silius & Mela illum Rudiis ortum enarrat. Persiū præterea Volateranis ciuibus ascribit: quū ipse seipsum Lygurē attestetur. HER. Admiror hæc errata in Hieronymo omnium scribentium diligentissimo. PAN. Fuit inq̃ accuratissimus: Verum ei venia danda est, tum quia in transferendo auctori Eusebio fidem seruauit: tum quia grauioribus studiis, officijsque districtus, eam interpretationem notario (vt ipse asserit) tumultuarie dictauit. HERMO. De Hieronymo recte iudicas: at credimus Eusebium tam crassa hallucinatiōe deceptum? PANTHE. Facile eius

errori manuum præbuit quidam Samonicus Serenus, quem secuti Eusebius & Macrobius in Cymericas tenebras re nō altius excussa prolapsi sunt. HERMO. Non putas & Serenum quopiam argumento mutatum fuisse: quo tam obnixe Plinium Nouocomensem affirmaret? Non credendum hominem historicum adeo temere vacillasse. PANTHE. Dicam vacillationis causam. HERMO. Ausculto. ALEAR. Rem nimium ad vnguium præsegmina rimaris Hermolao. PANTHE. Quiesce Alearde: auferam totius ambiguitatis nodos. duorum æquiuocatio Pliniorum tanti erroris nubeculam commouit. In confesso est Plinium iuniorem multi nominis suo æuo virum, Comum sibi patriam epistolis scripsisse: amplumque ibi exuberansq; habuisse patrimonium: quæ res nonnullos minus rem accurate pensitantes fefellit: vt quod erat iunioris seniori attribuerint, et Veronæ peruetustæ patriæ Plinium ciuem inuidere visi sint. HERMO. Tua hac ratione animum concutis. PANTHE. Addam quæ tibi prorsus mentem confirment. ALEAR. Addas quæso. HERMO. Quam pronior in partes tuas inclinaris Alearde. PANTHE. Mihi nanque rem hanc frigide cōsideranti vellit aurem Catannus communior studiorum particeps, experrexitque: vt Cæsariensem subtiliori examine, ac magis pensiculate trutinarer: qui in chronicis suis de iuniore Plinio, non autem seniore verba faciat: ideoque Nouocomensem Plinium Secundum dixit. ALE. Perbelle erit si quos aduersarios tibi proceres arbitrabantur, in tuas militaturos alas deduxeris. PANTHE. Audias quæso: eodem Cæsariense auctore, Tito imperante, olympiade ducentesima decima quarta, ex Vesuuio monte ignium depopulationem fuisse, nulli ambiguum. HER. Nulli. PANTHE. Ex iunioris Plinij luculenta ad Marcum epistola inconfesso est, auunculum eius Vesuuiano illo perijsse incendio: quo ergo fieri potest modo, quum Cæsariensis idem olympiade ducentesima vigesima secunda Traiani imperio, anno eius duodecimo scribat Plinium secundum Nouocomensem, oratorem, & historicum fuisse, extareque plurima eius ingenij opera, vt de seniore dictum putemus: si annis iam antea triginta ad Vesuuium perierat? De iuniori igitur ab eo scriptum manifestum est: qui Neruæ, Traianique temporibus doctrina, rerum opulentia, functisque honorifice magistratibus floruit. ALEAR. Rem adeo apertam monstras. vt cuique liquidissima sit. nisi sit ille Veruecum in

D patria natus. HERMO. Mihi alia suboritur dubitatio: quam enuclees velim. PANTHE. Quę? HERMO. Scribit Cæsariensis, Plinium Secundum oratorem, & historicum: hæc magis seniori, quàm iuniori conueniunt: quum ille ex indubitata Secundorum familia fuerit: hic vero iunior ex illius sorore filius: illeque summus orator: summusque historicus fuerit. PANTHE. Hæc quoque omnia in iuniore fuisse monstrabo. HERMO. Hoc desidero. PANTHE. præter validissimum illud argumentum, quòd iunior fuerit senioris adoptiōis iure filius: vt ipse in epistola ad Capitonem testatur: quo merito ex Secundorum familia dici potuit. Addā quid ipse de se in epistolis scribat: quibus se Secundum nominat: altera enim ad Voconium Romanum introducit Regulum sic se appellantem: Quæro (inquit)

E Secunde quid de Modesto sentias? Altera ad Gallum edocet Corelium sibi amicissimū apud Neruam imperatorem parcius secundum Plinium, videlicet iuniorem laudasse: quod paulo post eadem epistola significantius declarat: vbi Corelia prędicare solita erat Corelium patrem suum in longiore vita inter multos amicos, præcipuos tamen sibi parasse Secundum, & Cornutum. HERMO. Si cætera (vt hoc) dilues obiecta: tibi acquiescam. PANTHE. Nullam æruginis linquam notulam. HERMO. Restat vt eum summum oratorem demonstres: PANTHE. Quis enim Plinij iunioris æuo sæpius, vehementius, atque luculentius eo causas egit? Quod quum plurimis ipse testetur epistolis: contenti erimus illa ad Suetonium: qua edocet se adolescentulum egregiam Iunij pastoris actionem suscepisse: susceptamque defendisse.

F Alia item ad Capitonem qua fatetur se vndeuigesimo ætatis anno dicere in foro cepisse. Talibus enim iuuentutis indicijs: quid in matura ętate ab eo factitatum orando putemus? pręter hunc oratorium laborem: siquis eius diligenter euoluerit scripta, facillime intelliget illum & historias, & carmina scriptitasse. quæ cum communi aliorum veterum scriptorum iactura periisse arbitrandum est. HERMO. Tuis his attestationibus plurimum mihi satisfacis. ALEAR. Recte nobiscum agitur Panthee: Cæsariensem enim procerum validissimum ad tua castra trāsfugam fecisti. HERMO. Vehementer admiror Beccariam nostrum, exterosque aduersæ factionis defensores, tam profunde in vtranque aurem consopitos dormitasse: hæcque curiosius non pensitasse. PANTHE. Magis admirabere, si crassiorem illorum Mineruam ostendero. ALEAR.

Recte

Recte illud vulgatum, quanto iuniores, tāto perspicaciores. PANTHE. Attendite quæ est altera illorum veternosa ignoratio: qui plurimis & apertissimis argumentis coarguuntur, Plinium ad duodecimū Traiani imperij annū minime superuixisse, quom ipse imprimis à Virgilij interitu ad se commentantem nonaginta tantum annos intercurrisse describat: quæ æui supputatio vix in Vespasiani tempora incidit, nedum Traiani, ad quem à Maronis exitu anni centum & triginta octo interfluxerunt. HERMO. Tot annorum circulis interpositis non potuit senior Plinius ad Traianum peruenire. PANTHE. Recensebo & alia: quæ te magis confirmabunt. Vidit sanè Plinius (vt ipse testatur) Lolliam Paulinā Caij principis matronam smaragdis, margaritisque opertam. vidit Claudium, Caium, & Tyberium imperatores. vidit, & indigne tulit Drusillanum Rotundum seruum quinquagenariam lancē possidere: vidit vrbem bis totam cingi domibus principum Caij & Neronis: et huius quidem (ne quid deesset) aurea: vidit Tiberio principe prodigiosam hominis immolationem sublatam: quo igitur pacto potuit ad duodecimum annum Traiani perdurare: præsertim quom natum eū annum sextum & quinquagesimum constet decessisse? Est & in promptu Fabij Quintiliani testimonium: qui imperante Domitiano oratorias institutiones scribens Plinium iam defunctum indicat. HERMO. Perspicax tua hæc approbatio. ALEAR. Immo verissima. HER. Panthee alter insurgit contra te acer primipilaris Tertullianus. PANTHE. At illum pro me iam stare videbis, atq; in acie meas tuebitur partes. quid enim mouet ille, quod ad meam non faciat defensionem? Nusquam Plinium ille memorat Nouocomensem, Traianique imperio floruisse tradit: hęc omnia ad iunioris Plinij insinuationem planissime faciunt. HER. Illum ait prouinciam rexisse, christianosque supplicio in magistratu affecisse: quod seniori congruit: qui Messinensi præfuit classi. PANTHE. Non eo inficias illum classi præfuisse, sed classis præfecto, quæ in christianos animaduertendi potestas? Hoc magis iuniori consonum arbitror: qui tribunatum & amplos magistratus sub imperatoribus gessit: demumque omnium honorum supremum consulatum honorificentissime sub Traiano administrauit: In cuius rei testimonium adhuc extat Panægyricus elegans, copiosus, argutus, venustus atque eloquentissimus, in habenda imperatori de consulatu gratia. Ante igitur Traiani tempora præmortuo auunculo seniore Plinio, vt memorauimus, Tertullianus suis in commentarijs iuniorem, non autem seniorem indicauit: quom potissimum sub Traiano illa fuerit in christianos cruenta persecutio. Hæc eadem astipulatur Orosius de Traiano & Plinio sic scribens. In persequendis christianis errore deceptus Traianus tertius à Nerone, quom passim repertos cogi ad sacrificandum idolis, ac detrectantes interfici præcepisset, plurimique interficerentur, Plinij secundi, qui inter cæteros iudices datus erat, relatu admonitus eos homines præter confessionem Christi, honestaque conuenticula, nil contrarium Romanis legibus facere: fiducia sane innocentis confessionis mortem grauem, & formidolosam videri: rescriptis dico leuioribus temperauit edictum. HER. Alterum in sinistro cornu acerrimum tibi fecisti, vt video, propugnatorem, sine hæsitatione pro te meret Tertullianus. ALEAR. Eia Panthee vincimus. HERMO. Adhuc restat heroum validissimus omnium Suetonius superandus: qui liquido Plinium Seniorem Nouocomensem autumat: non illum in tuum vallum facile pellicias. PANTHE. Si non pellexero: saltem a suis infractum abire coegero: aduersariorum duo pro me dixere testes: tertio commentitio fides meritò abrogatur: is enim mentitis armis præmunitus, velut alter Patroclus ab Hectore facillime superabitur: laruatam quando superinduit personam detectus, aut cedet, aut in fugam se pedibus proripiet. HERMO. Negas igitur Suetonij testimonium? PANTHE. Non nego inquā Suetonium: sed illud non esse Suetonij, aperta fronte nego. HERMO. Vide Pāthee, ne tibi nimium confidas. PAN. Quæso qui eo innituntur, in medium afferant: si virorum illustrium ex Suetonio scriptum habeant librum: in hanc vsque ætatem quis illum ex doctis viderit, legeritque inueni neminem: supposita tantum ac Plinianis codicibus perperam apposita iactant verba. HERMO. Mo in hac re titubare cogis. mihi nanque qui tot Italicas, barbarorumque bibliothecas euolui, non succurrit, præter duodecim Cæsarum opus, grammaticorum oratorumque libellum, quicquam ex eo amplius scriptū vidisse: sed quid Panthee, si aliquando in lucem prodierit Suetonius? PANTHE. Interea liquidam mihi non turbaueris causam. HERMO. Esto, prodiit. quid tu? PAN. Nec tū deerit defensio. HER. Quę? PAN. Putauerim ego à Suetonio non scriptum Nouocomensem, sed à recentioribus additum: vt pleraq; multa: quæ tū perniciosa impitorū ruditate,

tum iniqua nonnullorum malignitate expuncta veræ lectionis structura peruersa constant, aut si scripserit: hoc ex patriæ iunioris æquiuocatione: qui cum interna fuerit consuetudo: vel in ipsius gratiam conscriptum crediderim. HERM. Hac tua coniectura tibi nimium applaudis Panthee: magis placet quod de fictitio testimonio attulisti. ALEAR. Non vereor si adesset Beccarias, quin immutatus ad tua vexilla transfugeret. PANTHE. Etsi non his prorsus immutatus esset: addo his asseuerationibus: quod illum in melius sententiam vertere compulisset. ALEAR. Quod Panthee? PAN. Plinio magis de se ipso, quàm alijs de eo scribentibus assentiendum esse. AL'E. Vtiq;. PAN. Ille etenim in præfatiõe de naturali historia liquido confessus est, se Veronę indubitatum municipem: cum dixerit: vt obiicere moliar Catullum conterraneum meum. AL. Quid hoc argumento ad tuam defensionem validius? Quibus poterat id rationibus refellere? PAN. Nitebatur tamẽ Beccarias defendere non ideo Plinium cognominari Veronensem. AL. Cur? PAN. Afferebat enim conterraneum non vnius ciuem vrbis dici: sed vnius regionis prope incolam haberi. ALE. Quid tu? PAN. Ego vero ex Ptolemæo in terrarum dimensione ostenderam Comum in Insubrium ad septentrionem finibus, at Veronam in Venetia inter se supra mille, & centum stadijs distantibus, diuersa regione collocatas. Quod item ex Plinij Geographia planissime liquet: qui Comum in decima Italiæ regione: Veronam vero in Venetia ad Istriã dispatis capitibus seclusit. AL. Quid tum Beccarias? num his cedebat rationibus? PAN. Minime, ac veluti Herculea hydra recisa ceruice vna: plures exerebat: contẽdens Comum, Veronamq; in ampla, tanquam vnica Transpadanæ Galliæ prouinciæ quasi parua intercapedine iunctas asserebat: in quem hæc mea fuit defensio. Hoc nomẽ Conterraneum non tam latæ significationis haberi: quod si esset: quom terra præter duo alia significata teste Varrone totum elemẽtum dicatur: qui sunt ad extremam Thylen, aut ad Eoum solis caput, nobis ergo cõterranei sunt: quod minime fatendum est. Sed ex diuerso demonstrabam, stri-ctioris significati esse conterranei vocabulum: quando quidem teste eodem Varrone à terra territorium deducatur. Quod ex Pomponij sententia appellatur agrorum vniuersitas intra cuiusq; ciuitatis fines sic dictum: q; magistratus eius loci intra hos fines terreundi habet ius: Ex territorio igitur verius, & signantius conterraneus inflecti

D tur, q̃ ab vniuerso terræ elemento: cõterraneusq; is habeatur: qui eiusdem territorii sub vno magistratu ciuis est: sicuti commilitones appellantur. Qui in eodem exercitu sub vno imperatore merent, non in diuerso exercitu: sic & condiscipuli: qui in eodẽ Gymnasio sub vno præceptore condiscunt: & cõciues qui in eadem ciuitate sub vno Principe, vel in re publica deguntad eũdem modum conterraneus non ex diuersis & longinquis regionibus: sed ex eodem territorio merito appellatur: quod Laurentius Valla vir nostro æuo exploratissimi ingenij, & post illum recẽtiores sensere. Exemplum de Plinii verbis sumentes: quid inter conterraneum, & conciuem differat: quan doquidem Plinius Catullum non conciuem, sed conterraneum suum dixerit: quia ex insula agri Veronensis, & non ex ciuitate ortus fuerit: Hac

E igitur de causa Plinium Catulli conterraneũ Veronensem, non autem Nouocomensem dicemus. AL. His ne rationibus, veluti Herculaneo labore radicitus extincta num exhaurit illa Beccarię pullulatio? PAN. Proiacuere parum per prostratæ ceruices. HER. Est sanè Panthee defensio tua: non leuibus refellenda argumentationibus. PAN. Addam ad exaggerandam causæ comprobationem ipsam sane vetustatẽ nullo æuo, quamuis longo exoletam: quæ nullius cauillo repudiabatur. Dum Verona nostra suis monumentis stabit: sunt enim & in ciuitate & in agro supra sex & decem epigrammata lapideis tabulis grandioribus literarum notis insculpta: quæ non minus fœcundam Secundorũ sobolem, quam præclarissima virorũ, ac mulierũ eiusdẽ stirpis noĩa sepulcrali inscriptione testantur. Et ne vos longa reci-

F tatione tædio afficiam: ex illis digniora recensere curabo. Primum est ad Montorii castrum ab ciuitate tertio lapide distans his verbis in marmoreo sepulchro excisum, videlicet:

Læliæ Clementinæ vxori incõparabili. Q. Furius Secundus maritus, & sibi viuus fecit.

HER. Hic ego absentis Beccariæ partes agam. Secundus enim non familiæ cognomen, sed ordinis denominatio haberi potest: vt Furius Læliæ maritus, Secundus fuerit: quom alterum prius habuerit. PAN. Nusquam hoc lectitatum est apud antiquos signatæ latinitatis obseruatores, vt primum, & secundum, aut tertium dixerint maritum: Quom apud illos probro dabatur multarum vxorum vir vnus, sed hanc tibi dubitationem adimam ex tetrasthico eiusdem Sarcophagi, quo lamentabili, ac pio carmine Furius Secundus Læliam bene merentem sic prosequitur.

Functa

Functa iaces hic: sed viuis: viuesq; Secundo
Laelia tuo: debent nec benefacta mori.
Te tellus, sanctosq; precor pro coniuge manes
Vos ite placidi: tu leuis ossa tegas.
HER. Carmina haec satis opinioni tuae applaudūt, adhuc tamen aliquid aeruginis restat, quod luculenter abstergas opus est. PAN. Si tam facile reliqua, vt hoc amputauero dubium: pro me indubitata stabit victoria: ea enumerabo simplici enunciatione Epigrammata, quae nullam tibi dubitandi ansam praestiterint: Est in columella ad castrum villae Francę sic scriptum.
L. Aquilius secundus. L. Aquilio Charitoni. Et Publiciae Veneriae parentibus.
Pient. Libert. Libertab.
HER. Nulla in hoc suboritur dubitatio. PAN. Eiusmodi in pleniorem fidem subnectam tria: quorum primū in media Benaci insula in hunc modum exculptū legitur. Eppupa Albiconis F. Secundus, & Albanus Quartio filio pudent.
Alterum ad Benaci ripam in haec verba est.
Sex. Laetilio Sex. F. Fabio Firmino. VI. Virg. Aug. Laetitiae, vera, & Secunda fratri pijssimo.
Tertium in ciuitate huius modi profertur.
L. Sollius. L. F. Secundo Pap. Ticinēsis sibi. Pauloniae. L. F. Maximae vxori. ALE. Praeter numerum aliorum Epigrammatum, quem enumerasti Panthee, haec pauca magno, immo aperto inditio sunt: Secundorū gentem inter reliquas Veronensium familias connumeratam; quae quom esset Plinij gentilicia: merito igitur Veronensis censendus est Plinius. PAN. Quid dicas: si sepulcrali saxo magnam cognationis, Secundorum partem inscriptam ostendero? Secundosq; ditissimos in agro polyzelano Ambrosianum possedisse? ALE. Hoc esset vltra victoriā coronarium. PAN. Dum Beccariae obiecta pro viribus refellere conor, rimabūdus in defensionem meam singula vestigo: forte fortuna affuit meae solicitudini Virgilius Zauarius iure literarij studij mihi coniunctissimus: qui dum animi gratia rusticatur: ad me quā pdixi, secundorum prognationem nuper a se repertam: ingeniosseq; enucleatam transmittendam curauit: Ex memorato igitur pago in D. Ambrosij sacello lapideae tabula quadam vetustatis maiestate venerandae exemplar in haec verba exaratum legendum ab eo percepi.
Calpurnia. L. F. Prisca sibi. Et L. Calpurnio quadrato patri. Valerię. C. F. Secundae matri. L. Calpurnio pudenti fratri. V. Vir. Aug.
HER. Opus est interprete ad hanc analogiam discutiendam. PAN. Illam vobis ex iunioris Plinij epistolis facilem reddā. AL. Hoc cupimus. PAN. Ex huius inscriptionis certissimo testimonio comprehendere est. Valeriam secūdam Calpurniae matrem, de qua in epitaphio, fuisse C. Plinij Secundi filiam, nuptamq; L. Calpurnio quadrato: Quae quidem res ex binis iunioris Plinij epistolis facillime elicitur: Quarum altera se Calpurniam in Campaniam valitudinis gratia secedentem subsequi non potuisse efflictim conqueritur: Altera vero suauissimis Calpurniae literis perhumane respondet. Quae ambae si pensiculate legantur: apertissime intelligent lectores Plinium iuniorem virum optimū & religiosum ad sanctissimam foeminam, sibiq; sanguine coniunctissimam exarasse: fuerat. n. Calpurnia iunioris Plinij cōsobrina ex Valeria Secunda matertera. HER. Quadrat haec tua interpretatio. PAN. Est in maius veritatis testimonium eiusdem Plinij epistola ad Calpurniū, vt certissime putandum est, Calpurnię Patrem: Qua pientissime ostendit, quanto ipsius Calpurnij desiderio teneatur: Extant & binae ad quadratum epistolae: vna de causis suscipiendis; altera de his, quae fuerint circa libros: quos de Eluidij vltione conscripsit. Eundem autem credimus Calpurnium & Quadratū: quom ipsius Plinij moris sit breuitati studentis, binomine in inscriptionibus vna, vt plurimum denominatione annotare: Si enim ad Suetonium Tranquillum, Tranquillo vel Suetonio suo praescribit: Si Voconio Romano, Romanum vel Voconium solummodo salutat: Ex postremo igitur Epigrammate hoc inconfesso est Calpurniam Calpurnij Quadrati, & Valeriae secundae filiam parentibus: & Calpurnio pudenti fratri pientissimo Epitaphium posuisse. ALE. Nihil hac tua indagatione accuratius sagaciusq; excogitari potuit. PAN. Insurgit mihi, & alia accōmodissima attestatio. Sunt nanq; in eodē agro polyzelano bina epigrāmata Capitonis illius, vt arbitror monumenta, ad quem de historia componenda Plinius iunior amicissime rescribit: Primū est in Georgiano colle, qui Ambrosianum despicit in hanc literaturam exaratum.
L. Octauio. L. F. Staberin. Capitoni. C. Octauius Capito patruus posuit.
Plura sunt de Capitone ibidem monumenta. Sed longo situ obliterata non legūtur: alterum in sacello Odorici ad castrū Otonis situm Rhotari Longobardorum regis nomine constructum: quod in hunc modum legitur.
Q. Pontio. Q. F. Capitoni Domitia. L. Clara. V. F.

HER. Plurimum hæc sane tuam adiuuant causam. ALE. Non modo adiuuant, verum luce liquidius rem manifestam arguunt. PAN. Satis ne vobis hæc faciunt? HER. Satis inquam. PAN. Sed ne vos diutius morer: extremum illud expromam: Quod de tanto certamine nobis victoriam præstat. Id enim nuper in ædicula Diui Blasij repertum est. ALE. Quid est Panthee? PAN. In eo hæc verba legi est. Plinius Secundus Augur Patri matri Marcellæ testamento fieri iussit. ALE. Quid hic testimonio clarius? num vel solum coget aduersarios herbam dare? PAN. Abrosit vetustas ex lapidea tabula paternum Plinij nomen. HER. Grauis siquidē iactura. ALE. Sed Panthee quibus propulsatio nibus Beccarias ista refellebat? PAN. Quom disceptabamus non hæc habui Epigrammata: me experrexit, vt hæc diligentissime explorarem: E Quæ si audiuisset ille, non vereor in meam sententiam corriuasset. ALE. Quid ni? HER. A in tandem Panthee ambos Plinios Veronenses? PAN. Ex his quæ in medium attuli, affirmare ausim Plinium Seniorem depulso totius dubitationis calculo Veronæ nobilissimum ex antiqua Secundorum progenie ciuem extitisse. Iuniorem vero Comum Patriam vt epistolis testatur habuisse: Adoptionis tamen iure, Secundorumq; propagine non prorsus a Veronensi stipite vetusto eximo: Quom in altera epistolarū ad Maximum: qui munus gladiatorum Veronensibus promiserat: Veronenses nostros appellat. in altera ad Falconem inter recēsendum veteres poetas solum Catullum suum: Quodā patriæ amore (vt arbitror) obstrictus denominet: Insuper ad Marcum Militiū Aemiliam pro F geniem collaudans se propemodum Veronensem demonstrat dicens. Habet Militius Sarranā auiam Maternam non procul a me municipio Patauino. Hæc ille. quæ conuicinitas non ex Como: quod a Patauio ad ducenta Miliaria distat: Sed a conuicina Verona computanda est. HER. Sane hanc tuam sententiam nullis rugis comprobaturos omnes censeo: præter eos, qui aut inuidia, aut obstinatione mutare mentem non norint. PAN. Sed ad te Alearde me conuerto. HER. Et si semper Alearde te exoptatissime osculari, amplecti, ac tua suaui consuetudine frui percupio, tamen externa luce de te miruminmodū mihi desiderium fuit. ALE. Quid est, q̄ tantopere me cuperes? HER. Audies. nudiustertius ex prætorio nostro in vrbem proficiscebar: hic fuit obuia liberalis Bandarum familia: & constitutum iter multis precibus D interrupit: eius siquidem tot fuerunt inuitationes, vt quemcunq; non modo Barbari agnominis, sed ipsas rigidissimas cautes facile flectere, atq; delinire potuissent: Præsertim me pellexit trium horum fratrum Christophori, Ioannis, & Danielis liberalitas, atq; munificentia: Quorū humanissima familiaritate semper vsus sum, atq; impresentia vtor. ALEAR. Hi sane sunt ciues: qui splendido rerum vsu Patriæ ornamēto esse non desinunt. HER. Ita est: verum me non pœnituit huius moræ, dispendijq;, inspexi sane eorum ad largos rerum vsus ingenitam promptitudinem: Testes sunt in hoc agro admirādæ structuræ, duo isthæc prætoria: quæ non priuatam largitatem, sed Regiam munificentiā præseferunt. ALEAR. Sunt profecto talia, quæ nō dum agrestibus atq; mōtanis locis: Verum etiā cuicunq; florentissimæ vrbi non mediocre adessent ornamētum. HER. Viden, qui sunt Regales apparatus Attalicis velaminibus non secū di? Non vidisti in conuiuijs geniali vultu largā epularum copiam, omniumq; rerum vsus expromptam, diffusamq; redundantiam. ALE. Nihil mihi noui narras. Bandarum Profecto familiam ob innatam liberalitatem de patria bene merentem semper magnifaciendam putaui: impræsentia pluris faciendam existimo. HER. Quænam huius auctarij gratia? ALE. Abhinc biennium mihi Venetiis (vt nosti) degenti rettulerunt viri maturæ probitatis non inficiēdi, ex præclarissima insularum Cypro adueniētes Bandarum progeniem excellentem animi magnitudinem præ se ferentem in illa, ad id nobilitatis, auctoritatisq; fastigium accessisse: vt sibi ternas Patriciorum, ac senatorij ordinis virorū Venetas familias egregio trium sororum connubio asciuerit, Iustinianam, Duodam, atque Triuisanam. HER. Rem non tam inauditam, quàm gratam narras. ALE. Addidere insuper ex vetusta eorum domo nobilissimum vnum Comitis Paphij natam Regali sibi matrimonio comparasse: non poterāt non mirificis laudibus Carpathios Bandas efferre: extollebant, grādiores diuitiarum cumulos, immensam iugerū fertilitatem, admirandas ædium moles, officiosissimam eorum largitatem. HER. Non discrepat igitur illa Cypria ab hac Veronensi liberalitas: Sed cur terrarum, ac pelagi intercapedine seiūcti diuersas sedes incoluere? ALE. Tradunt annales (vt hi referebant) ea tempestate, qua secundo bello Christianæ militiæ inuictissimi Recuperatores Sacrum Christi Hagiasterium, e Barbarorum manibus multo sanguine vendicauerunt,

dicauerunt, in ea plurimorum heroum delectu A spõte Ioannes Banda Veronensis arduam diffi cilemque sed piam, atq; pro religione christiana necessariam prouinciam obeundam militaturus sociali Bello viriliter suscepit: qui omnes reli cta patria ad Hierosolymitanam expeditionem profecti sunt: victoriaq; magnanime potiti, inde redeuntes quieta Cypri sede illecti, vbi præstãtia tantorum virorum cognita insignibus, quæ nul li præter eos tam præclari facinoris auctores gestare fas est, nobilitateq; Cypria non modo donati, sed ad quẽ dixi, rerum apicem non immerito peruenere: & in hodiernum vsq; diem inter illius insulæ primores & sunt & habentur. PAN. Partium mearum esse puto, si quid solidioris pręconij ad huius familiæ laudes addidero. HERM. Quid Panthee? PAN. Heri quid iucundius? qd dulcius? quid magis volupe? quàm audire ęqua B lem meum Andream Bandam senioris Christophori filium: qui virenti florens ętatula veluti iuuenculus alter Mopsus suauissimi Daphnidis immaturum obitum miserabiliter, concinneq; defleuit: num illum putas Aganippio liquore, aut dulci Libethridum nectare coalitum? HER. Recte sentis. illius siquidem mira cantandi dulcedine mirificè captus, atq; delectatus sum, admirans in tam tenero æuo dicendi grauitatem, verborũ leporem, styliq; venustatem: quantum carmine sit tersus, elegans, copiosus & perpolitus. AL. Quid hic terit florentem iuuentam? PAN. Hic fortuitu est: huc laxandi animi gratia diutule diuertit: Patauina academia iuueniles annos exercet. AL. Cui illic potissimum literarum palęstrę addictus est? PAN. Versat indefessa lucubratione laboriosas iuris Pontificij, Cæsareiq; paginas? C AL. Quam optime ei consultum est, verum audi re gestio Hermolae, cur te tantum mei tenuit desiderium? HER. Iam aperiam. Post lautas opipare mensas, post munificam tam comiter, tam per humane Bandarũ benignitatem, è specula circũspectabam hos vndiq; surgentes colliculos, pampineis conspersos vmbraculis, perpetua oliuitate herbidoq; virore semper vernantes: quos quietã securamq; ruriculationis stationem putes: in qui bus Antonius, Paulus, Hilarion, Malchus, & reliqui cœnobitæ, eremicultores vrbanas illecebras, molestiasq; fugitantes, & tranquilliorem secessum concupiscentes, à plebeis turbis semoti fiscellas iunco texere, vel canistrum lentis plectere viminibus tuto possent: hortulos sarculo inuertere: fœlices vel gemmis, vel surculis inserere arbores, areolas æquo limite diducere: in quibus iactis olerum seminibus, aut per ordinẽ dispositis plantis inducant scaturiẽtium fontium irriguas vndas, illud Vergilianum contemplantes.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit, illa, cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua:

PAN. Addam aliud ad tantę apricitatis amœnitatem coaggerandam ni tuam sim veritus seueritudinem. HER. Dic impune. PAN. Num hæc collina voluptas Ismarium Orphea, & Thebanũ Amphiona hic ad vocale ebur, hinc ad calamos inflandos molliter alliciat. HER. Sinamus hęc Poetica. AL. Aliquid Pantheo in poetis condonemus. HER. Sic iubes Alearde? AL. Immo pre cibus contendo. HER. Esto. sed ad rem, non ex plebat mentem hæc forinsecus speculatio, regiũculam per singulas glebulas angulatim explorare cupiebam, tam vliginosi soli in campestri planicie fœcundam lætitiam admirans: sed id muneris sine te obire nolui, simulac te his oris diuertisse intellexi: vt hesternam disceptatiũculam inter me, & Pantheum subortã arbitrario tuæ philosophicæ doctrinæ iure diffinires. AL. Si tuum aduentum rescissem, illico pro mea in te obseruãtia huc conuolassem. sed tuam de me opinionẽ ne frustrer, vereor: quãdoquidem, is non sim, qui voto tuo satisfacere possim. HER. Ex ingenuitate tua loqueris Alearde, sed vnum scio me nullo de te falso duci errore: exeamus ædibus, vt regionaliter singulos exploremus cespites. AL. Opus est ex indigenis indicatore. PAN. En homo iste inter agrestes suos non paruæ existimationis sexagenarius, vltroneus se offert more rurali per auorum seriem regionis situm, patrios cultus, habitusq; locorum, non tam dicatule, quàm scitule narraturum. HER. Quid Alearde hominem fixo obtutu metiris? ALEAR. Admiror rurestris hominis viridiorem habitudinem: viden vt rusticani roboris, & vegeti vigoris, succiplenus, q̃ vberrimus, quàm habitissimus sit? Quæ ve corporis membratura? quàm præacutis setis hispidus pectora, brachia, atque crura, cui canicies impexa, & hircinum barbicium, ad perpetuam valitudinẽ dependet: hi sanè laboris patientes in omnibus vitæ ærumnis degentes, promiscua cibi, & potus colluuione difficulter depasti, firmi, integriq; nestoreos viuunt annos: nos vero delicatiores antidotis p̃muniti, Regio luxu nutricati: Syrijs, Arabis, Eoisq; voluptatibus educati, imatura, & subitaria morte præripimur. HER. Sibyllæ recitas oraculum: hoc enim eorum vtrisq; diuersa animorum varietate cõtingere arbitror: quum illi tranquilla mentis quietudine gaudeant: hi vero anxia curarum fluctuatione iactentur. PAN.

Audite obsecro, præter Varronem, Columellam, Plinium, aliosque scriptores, quàm delectabili carmine Rusticanam extollat Vergilius beatitudinem.

Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor, hinc patriam paruosq; penates,
Nec requies, quin, aut pomis exuberet annus:
Aut foetu pecorum: aut cerealis mergite culmi:
Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea vincat:
Venit hyems. teritur sicyonia bacca trapetis:
Glande sues læti redeunt: dant arbuta siluæ,
Et varios ponit fœtus autumnus, & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis,
Interea pendent dulces circum oscula nati.
Casta pudicitiam seruat domus: vbera vaccæ
Lactea demittunt: pinguesq; in gramine læto
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi:
Ipse dies agitat festos: fususq; per herbam,
Ignis vbi in medio, & socij cratera coronant,
Te libans Lenee vocat, pecorisq; magistris
Velocis iaculi certamina ponit in vlmo:
Corporaq; agresti nudant prædura palæstra:
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

AL. Et si omnia Vergilius eleganter, ista tamen signantissime de agrestium tranquillitate decantauit. Non mirum igitur si Pythium oraculum Aglaum Sophodium, qui Archadum pauperrimus, sed ætate iam senior terminos agelli sui nũquam excesserat: paruuliq; ruris fructibus ac inemptis dapibus contentus, solidam, ac sinceram fœlicitatem agebat: non modo Gyge Lydiæ rege, diuitijsq; abundantissimo: verum omni aula irrequietis sollicitudinibus refertissima beatiorē non immerito adiudicauit. PAN. Putarem me hic grande committere in patriam nostram piaculum, si in tanta occasione præterirem senē Veronensem Aglao nõ dissimilem: quem Claudianus nusquam in omni eius vita à natalicijs suę regiunculæ limitibus excessisse: at potius spõtanea relegatione intra auiti soli natiuas, sepes, fœlicissimum ad tertiam vsque ętatem, validoq; robore firmum victitasse decantat. AL. Non hanc comprecor Panthee raram nostræ patriæ laudem conticescas. PAN. Non addas currenti calcar, bibulis totis (vt aiunt) auribus facundi poetæ deuorate signatissimum carmen. hunc in modum concinit ille.

Fœlix qui proprijs æuum transegit in aruis,
Ipsa domus puerum, quem videt ipsa senem:
Qui baculo nitens in qua reptauit harena,
Vnius numerat sæcula longa casæ:
Illum non vario traxit fortuna tumultu
D Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas:
Non freta mercator timuit, non classica miles,
Non rauci lites pertulit ille fori:
Indocilis rerum, vicinæ nescius vrbis
Aspectu fruitur liberiore poli.
Frigidus alternis, non consule computat annũ,
Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager Soles, idemq; reducit.
Metiturq; suo rusticus orbe diem:
Ingẽtem meminit patrio qui gramine quercum
Aequæuumq; videt consenuisse nemus.
Proxima cui nigris Verona remotior Indis:
Benacumq; putat littora rubra lacum:
Sed tamen indomitæ vires, firmisq; lacertis
Aetas robustum tertia cernit auum:
Erret, & extremos alter scrutetur Iberos:
Plus habet hic vitæ: plus habet ille viæ:

E AL. Quis neget patriam nostram huius Epigrãmatis testimonio inter beatissimas regiones non connumeratum iri? PAN. Sed quem in nostro agro arbitramur locellum fuisse, qui beatiorem hunc senem detinuerit? HER. Hoc augurari difficile esset. Quom plures vbique per vniuersam regionem amœnissimę clementioris cœli pateāt stationes. AL. Ita est. PAN. Vergilius carmine itidem georgico ex diuerso solicitas vrbanorum curas secat: sed attendatis velim quàm vere Seneca tumultuarios vrbium motus Tragica simplicitate sugillet:

Turbine magno spes solicitæ
Vrbibus errant, trepidiq; metus:
Ille superbos aditus regum,
Durosq; fores expers somni
Colit: ac nullo fine beatas
F Componit opes. Gazis inhians.
Et congesto pauper in auro:
Illum populi fauor attonitum
Fluctuq; magis mobile vulgus
Aura tumidum voluit inani:
Hic clamosi rabiosa fori
Iurgia vendens improbus iras,
Et verba locat. Nouit paucos
Secura quies. qui velocis
Memores æui tempora nunq̃
Reditura tenent.

HER. Ad has vitæ ad monitiones operępretium puto Panthee inducendos poetas: hocque pacto meum non verebere supercilium. PAN. Tibi obsequentissimus ero. HER. Quom nouitatis sititor sis auidiusculus. seniculũ ergo in rustica plebe haberi primarium cupientem solerter interpella. PAN. Quam lubentissime: facesse huc mi pater: qđ tibi nomen? Tytyrus. PAN. Bono omine

ne id bubsequis cōuenit: cuius frugis exuberans A est plaga hæc plana, collinaq́;. T Y. Perquam lętū terrenum sponte, vt alibi stercoratissimū, in quo iugeratim luxuriant segetes: robusta cōsurgunt farra, lætiora proueniunt legumina: & copiosæ annonæ est beata celebritas. quippe terrenis fœtibus, & arboribus abūdat: P A N. Facile hoc crediderim, quom hæc telluris ora, situ, soli colore, & pingui densitate, vel putri, indicia fertilitatis manifestaria præmittat: quæ Vergilius sapientissime compositissimeq́; vates carmine hoc agrestibus indicauit.

Nigra fere, & presso pinguis sub vomere terra,
Et cui putre solum (namq; hoc imitamur arādo)
Optima frumentis, non vllo ex æquore cernes,
Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis:

H E R. Videtur regio ad omnem agricolationem quàm aptissima. A L. Senex isthac à stipulatione B in cristas tollitur pinatis digitis. T Y. Cernitis ista cliuosæ latitudinis cōsita vineta luxurianti palmite, atque pendentibus racemis? ex ea plenis labris spumantem vindemiam legimus, quam decurrentem non capiunt torcularium mustarij lacus, nec ad hornam laticis frugē vinitoribus spaciosæ sufficiunt cellę: P A N. Hoc tibi quoq; credimus Tityre. quum talē ad munera bacchica describat Vergilius regionem sic canens.

Atq; pinguis humus, dulciq; vligine læta,
Quiq; frequens herbis, & fertilis vbere campus.
Qualem sæpe caua montis conualle solemus
Despicere, huc summis liquūtur rupibus amnes.
Hic tibi præualidas, olim multoq; fluentes
Sufficiat Baccho vites, hic fertilis vuæ,
Hic laticis, qualem pateris libamus, & auro,
Inflauit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, C
Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

A L. Est tibi Panthee summa cum Vergilio familiaritas. P A N. Est. sed aduertisti Alearde, quàm mellito ore grandæuus sermocinator suauem vini memoriam repetat. A L. Illud ignoras vulgo adagium acceptum esse seniores non minus me rum, perinde ac infantes lac ad imbecillem ætatem confouendam, atque sustentandam appetere. T Y. Quid aures vicissim secreto susurro mordicàri videmini? an fortasse me nugerrulum, & dicacitate tinnula commēticium putatis? P A N. Absit patercule mi. Verum potius admiramur quàm sapida lingua vinosam exuberantiam continniter commendas. Qua cōijcimus te veluti auidiusculum pocillatorē hoc senio nectarea sorbitione oblectari. T Y. Nec tu (quantum ex robusti vultus nitore conspicor) quāquam iuuenis perones (quod dicunt) mero per infundibulum oppl es. A L. Quam prompte senex in Pantheū subitarium cauillum retorsit. H E R M. Heus Panthee nos omnes in risum disrumpimur: tu solus stupido rigore non hiscis, consopitos crabrones excitasti. A L. Postquam hac festiua, ac iocularia risione prona camporum spacia dimensi sumus: collisq; prioris radicem tenemus: quin humile iugi cacumen, quod molliter clemēterq; insurgit, leni gradu ascendimus? H E R. Vt lubet, ascendamus. A L E. Superato dorso insedimus. circūuolue oculos Hermolae, & vide quàm iucūda prospectu est specula hæc: siue in planiciem, siue in montes eminus dirigas lumina. H E R. Est profecto: num ad occiduam plagam illa sunt elata Veronæ mœnia aculeatis pinnis coronata? quàm perspicuæ vrbis eminentissima, sed & templorū omnium fastigiatæ turres visuntur: quæ ab hinc quūdecimo lapide distent, ac si præ oculis essent, æquæ conspiciuntur. A L E. Specta ad septentrionem paruam Coloniolam. ad ortum munitissimum, ac voluptuosum Suauij castrum: ad meridiem Lemniacum totius agri Veronensis firmissimam tutelam. H E R. Nihil est, quod huic prospectui ad amœnitatem addi possit. T Y. Videtis hanc planam circuniacentem oram? A L. Videmus. T Y. In ea Bandarum familia tum ad frugē triticeam, vinariamq́;, tum ad pastionem armentariam innumera iugera possidet. A L. Eorū munificę liberalitati conueniunt. H E R. Ita est. T Y. Cernite quàm amœnissimo prospectu virentia hæc prata viminali, et perticali salice ad regulam quadrato opere loculata subsideant. H E R. Sunt omnia, quæ & delectationi, & vtilitati inseruiūt. A L. Quid tu Panthee: te ne lupi videre priores? P A N. Dispeream, si non libet hunc silicernium edentulum, & capularem ex iugo in præceps deturbare. ita eius sugillatione districtus mordeor. A L. Quid si te ferro petijsset? P A N. Aequius tolerassem. A L. Stultus egisses: potius feruescentē bilem comprime: quādo id ioco magis quàm serio dictum in te est: dissimulansq; illum vt pridē ridibunda fronte interroga? P A N T. Modo possim: viden vt innixus alterum crus bacillo subulcus obæsus inhęreat? A L. Quin pacata mente in terrogationem perge. P A N T. Pergam, quando id iubes: Tytire, quod est colliculi nomen? T Y. Ad te redijsti tandem? sic soleo meos calumniatores. iocabas tamen: verum tenui fomite tuum excādescit vaporarium. quom resederit flamma facilem à te spero veniā: A L. Missa hæc Tytire: interroganti Pantheo responde. T Y. Vocabulū colliculo longa vetustas dedit ex sacello isto diui Mathiæ dicatum: quod semiruptis cameratis for

nicibus

nicibus,collapsisq; ædificijs cernitis. HER. Quid D
Panthee ruinæ disiectas vndiq; quisquilias rima-
ris? PAN. Vt sciam,quæ sit lapidum hæc temere
congesta maceries·hem lapideam mensam gran
dioribus literarum characteribus inscriptam in-
ter saxorum ruinosam stragem semisepultam.
HER. Elice Panthee ex illis ramentis (si quem
potes) sensum:vel ex obliteratis penè iam vesti-
gijs aliquid ariolare: AL. Vide Hermolae Pan-
theum quàm laboriose satagat:vt disiecta lapidũ
fragmina ad commisturam coagmẽtare nitatur?
HER. Auidus est ad hæc antiquitatis dignoscen
da monumenta: ALE. Est perspicacis ingenij in
dicium. PAN. Dij malefaciãt his rurestribus mo
rionibus,qui ad aliqua villaticæ structuræ bubu-
lia reliquum lapidis hoc in frusta discerpto aspor
tarunt:ad symmetriam rectam insculptæ sunt li-
terarum notę:verum nullus eruitur integer sen- E
sus:non vereor,quin aliquid de castro hoc aut de
Balnearum vetustate præclarum didicissemus i
disrumpor bile in hanc rusticorum ruditatem,
vtinam mihi imperium in eos esset:luerent sęuas
pro crimine pęnas. HER. Non adeo Pãthee hoc
rusticorum erratum te mouet: quantum Tytiri
iocosum cauillum: sed quod restat peragamus.
ALEAR. Quid tu Tytire baculo rudera sentice
tis penè obsita conuerris? TY. Hæc ruinosa vesti
gia munitissimę quondam arcis sunt, quæ dupli
ci murorum ambitu tutissime cingebantur: cu-
ius sanè castri munimẽta ab insana; & tumultua
ria factionum seditione,igni,et ferro disiecta fuis
se seniores nostri dolenter testantur:collis iste(vt
cernitis)semper tonsus est:sola graminei viroris,
ad florũ purpurea varietate vestitus,in quo bru-
mali asperitate, ferrugineis violis aprica vernat F
humus:quam florigeræ Apes spoliato herbarum
honore ad dulcia mella depopulantur: nec mi-
nus puellares virginum turmas allicit ad corona
menta gemmata vndiq; tellus. PAN. Talis flos-
culorum nitor cinnameos odores spirãs Aristei
examina detenuisset,quo Ditis regina ante vio-
lenti raptoris iniuriam Aetnæas delicias,& Sido
nia puella cãdido tauro decepta Tyriam amœni
tatem permutasset. Hunc alterum,quem paruo
interuallo seiunctum despectamus humiliorem
collem,sola fruticantium ilicum viriditate con-
spicuum vis peragremus? HER. Nihil in eo con-
spicor quæsitu dignum·& vt ingenue fatear,lon
giusculi itineris pertęsum est: PAN. Sic est. AL.
Tu Panthee qui curiosiore indagine studiosus es
edoceri locorum secretiora,rusticanum præcep-
torẽ interpella. PAN. Est ne Tytire monti huic
nomen quoppiam? TY. Gazum illum dictitant.

D PAN. Vnde isthæc nomenclatura? TY. Ab anti-
quo est. AL. Quid obtutu fixus stas cogitabun-
dus Pãthee:de vocabulo hoc quicquam forte ru
minaris? PAN. Hoc agebam:atat habeo:à rerum
puto exuberantia inditum à vetustis esse. HER.
Nõ falso auguraris. HER. Quo dextrorsum ab-
is Tytire? TY. Paucis ante mensibus dum viculũ
hunc die quodam interciso ociosus, obambulãs-
que solus perlustrarem,lapideę tabulæ frusta lon
gioribus literis insculptæ offendisse memini. ea
vobis legenda subijcere volueram. PAN. Quæ-
so perge Tytire. si quid forte de Balnei claritate
reperiamus. TY. Huc adsis Panthee. PAN. Ac-
curro. HER. Eamus & nos.vt quid noui sit no-
scamus. PAN. Coaptemus in vnum Tytire sa-
xea hęc fragmina. TY. Hei quàm põderosa sunt.
PAN. Impige validius. TY. Nõ mihi est,vt quõ-
E dam iuuenile robur. PAN. Iam satis cohęrent.
ALE. Melius nobis actum est in hac, quàm alte-
ra tabula.saltem ex hac ĩteger elicietur (ni fallor)
sensus. HER. Interruptæ sunt scissuris literę. Pã-
thee ex præfracto exemplari hic in puluere ad li-
teram transcribe inscriptionem. PANTHE. Li-
benter.hæc est.

Gadius.Magulla.H.Secũ,N.Habet. Iunonis.
Balnea.Sed.Hẽt. Omnia.Balnea. Vina. Venus.
Corrumpũt.Corpora.Nostra.Sed.Vitã.Faciũt.
B.V.V. A

HER. Quam breues,quàm tersas,quàm scitas ex
cogitabant maiores nostri huiusmodi inscriptio
nes. PAN. In omnibus accuratiores fuerunt. AL.
Maxime quidem:verum sępius hęsito in his sin-
gulis literis vtrinq; expunctis: quare velim Pan-
thee distinctius totum mihi Epigramma percur
F ras. PAN. Percurram libentius. Sic enim est: Gã
dius Magulla hęredes secum non habet:Iunonis
balnea sed habet omnia:Balnea,vina,Venus cor
rũpũt corpora nostra,Sed vitã faciunt balnea,vi
na venus. AL. Nunc teneo perquàm belle sen-
sum omnem. HER. Sed quæ Antilogia Alear-
de hæc est,Vt balnea,vina, venus destruant cor-
pora nostra,eademq; conseruent? AL. Dicam:
eorum moderatus pro tempore vsus auget in ho
minum vitam. immoderatus rursus pernecat.
HERM. Castigata tua isthæc responsio. AL. Cur
Pãthee Iunoni dicata balnea arbitremur? PAN.
A sacello vetustate penè collapso forte Iunoni
quondam sacro putauerim. AL. Non inepte cõ-
ses. PAN. Plurima rerum primordia,denomina
tionesque obliterat antiquitas in literarum mo-
numentis .en quàm remotius à veritate ariola-
bamur huius colliculi cognomẽtum:quem non
à diuitijs: sed à Gadio Magulla vocabulum tra-
xisse,

A xisse certo credẽdum est: quom illi in delicijs forsitan fuerit aspicite quã iucunde querna, & viua fronde nitet, veluti vireus consitus lucus viridantibus comis cæsariatus, Dodonæi nemoris multa glande cõfertos ramusculos prospectu gaudia li superat. ALE. A te non dissentio. TY. Locellũ non suæ laudis expertem prætereo. Siluula ista plurimarum auium secretarium est, in quo ob tẽperatam cœli clementiam, plagæq; apricitatem mensibus omnibus, merulæ fringuliciunt: lusciniæ garriunt, innumeræq; canoræ, veluti prolectante verno vapore auiculæ, non temporarios, sed comentissimos occentus meditulio obloquũtur: in hoc tutissimo diuerticulo brumali sidere boreales horrores fugitantes phasij, perdices, coturnices cum suo orthygometra tranquilla tabernacula quotannis locant: in eo lasciuiunt per B petuis æstiuis semiferæ damę, meticulosi incursant lepores, hinnuliq; mollicelli petulãter exultant. PAN. Narrat senex eas venationes: voluptuariaq; incitamenta: quæ improuidum Actæona cum sagaci molosso, & Cephalũ nodosa plagarum implicatione, ineuitabiliq; Aurorę munere semp virentis Hymethi posthabita indagine pellectarent. HER. Iam in cliuum ad Balnearũ fontes descendamus. PAN. Hoc suadent, Maioresque cadunt de montibus vmbræ. ALE. Atu potius Villarumque culmina fumant. PANT. Quid sibi volũt hæc coccinei coloris per salebrosa viarum passim disseminata saxa? quæ grauiusculos nostros gressus sępicule offendunt. HER. Hæc salebra ad pedum clauos minime facit. TY. Isthac cliuosa regio omnis ad fontis vsq; ferrugineo lapide conspersa est. ALE. Ingenitii vigoris C terræ naturam redolent. PAN. Globosam hanc sanè ex subsidente chalybis fęce ferrugineam scoriam ab ardẽtibus Cyclopum caminis deuolutã crediderim. HER. Quid Alearde oculos mirabundus circunfers? ALE. Considerabam conuallem his colliculis leniter septam: quæ ex philosophantium doctrina: & caloris, & salubritatis inditium à nascentibus aquis patefacit: vbi aeris, vt plurimum purissima serenitas, nullaq; nimium vliginosi soli suspecta malignitas. TY. Denique ad fontium scaturiginem deuenimus. PAN. Vbinam sunt? TY. Flecte lęuorsum, ad extremam montis planiciem: PAN. Hem quibus siphonibus ab extrema fontis harena exiliunt bullæ, exũdantis penè aheni salientes vndas ęmulantur: nõ me tam feruenti lauacro temere concredã. ALE. Tuto id faceres: leni etenim vaporis temperamẽto insilentium corpora complectuntur. TY. Cernite quam conspicua circinati orbis specie viridã te labro limpidissimas vndas contineat fons primus, allicit ad inurinandum fontana hæc lucida perspicuitas. HER. Hoc nobis parens, ac diuina rerum opifex arte melior saluberrimarum aquarum cõceptaculum studiose cõparauit. PAN. Hęc in magna lãguentium frequentia fuisse inditio extant: quæ vix apparent viuo circumsedilia saxo: quæ temporis inuidia, vel vt verius dicam maiorum incuria (vt arbitror) subrupta passim, disiectaque sunt. ALE. Magno ægrotantium vsui quondam fuerunt. TY. Immo maximo. memini me non multos abhinc annos, non modo nostrates, & rurestres paganos, verum vrbicos ciues, atq; exteros languentes ab longinquioribus locis ad præcipuum, præsentissimumq; balnearũ perfugium confluere: ex illis scabie aspersi, vlceribus luridi, carbunculis inusti, enormem sordiũ eluuiem exuti, lucẽti cutis politie in iuuenilẽ nitorem reformati abibant. PAN. Quo infortunio tanta fontium cessauit celebritas? TY. Aiunt malos istos, atque inuidos medicos vectibus noxio veneno illitis salubres latices infecisse: quo præsentaneam, & gratuitam naturæ opem hominibus auferrent, grandioremq; quęstum suis perniciosis pharmacis nostro dispendio compararẽt. PAN. Ah, ah, ah, & tu Alearde genuinum mordacis rustici, dentem euitare nequisti. TY. Hem quis vestrum medicus est? ALE. Sic medicos laceras? quorum opem ægrotantes omnes implorare consueuerũt. TY. Quod in triuijs aiunt, aio, sed nihil mihi cum medicis, dum hęc robusti vigoris sit integritas. PAN. Vtinam hic rusticanus cauillator literarum expers non fuisset. AL. Quã obrẽ? PAN. Catoniana ac Pliniana in medicos lãcinatione te secuisset. fuerat illi in promptu obijcere medicos animas nostras ingenti quęstu, periculoq; nostro negociantes, non siluisset eorum auaritiæ commenta, experimentaq; per mortes, nec iscitię capitalis in occidẽdis hominibus summam impunitatem. ALE. Addis, & tu Panthee oleum camino? PAN. Non in te hoc dictum putes qui proculdubio es archiatros, sed in circulatores nugiuendos, & pharmacopolas venaliciarios. HER. Sed ad rem nostram Alearde. Quanã causa conijcis longiusculam Balnearum desuetudinem? ALEAR. Destituuntur aliquando Balneę ab vulgari hominũ imperitia: quom aduersum earum effectum frustrati expectatione experiuntur. Et quod mali semel euenit: id vsque futurum arbitrantur, subterranei enim aquarum meatus, certis annorũ periodis, amissa ingenita viuacitate, non modo languentibus minime prosunt, verum letiferum virus concipiunt: quo miserandis

serandis

ſerandis ſatis mortales conficiunt: quod euenire creditum eſt,aut noxia aeris intemperie:quæ aqs æquali potentia,vel contraria ſolitam virtutem exhaurit:aut ſupernorũ ignium fluore, quo medicorum fontium vis,vel penita tellure reconditur:vel letali tabo inficitur. Hinc rudes iſti fontes veneno commaculatos peruerſa medicorum inuidia rati ſunt. HERM. Hoc ſatis conuenit. TY. Vos veſtris concinnatis rationibus agreſte vulgus,& quandoque prudentiores decipitis: nuſq̃ vobis credulus fui. PAN. Alearde ratióibus aſtipulantur omnes philoſophi,atque poetæ. Hi nãque tabificam aeris malitiam eſſe tradũt:Quæ fędet lymphas,corrũpat pabula tabo: Det genus omne neci pecudum,det & omne ferarum. Vt Vergilius flebili carmine decantauit. TY. His denique poſthabitis, ſpectare alternm a priore breui tractu ſeparatum fontem largiore labro in planicie librata ebullientem. PANT. Pro bone deus, eiſdem rubeculis harenis, eiſdem ſcaturientibus bullis,quaſi per ſiphunculos pellucent argenteæ vndæ: mirum eſt quàm prope vaporant, ignitũque ſolum lęti gramineo virore nitentes rideãt fontis margines:in hoc vitrei laticis lauacro,ex ꝓxima ſyluecula armatas ſagittis nymphas ferarũ cruorem diluiſſe,ac venationis laſſitudinem iterum ac ſæpius refouiſſe crediderim. HER. Eadẽ eſt Alearde ambarum thermarum, quanquã par uo interſtitio ſegregatarum potentia. AL. Eadẽ proculdubio. Liceat riuulus ex ſuperioribus ad inferiores prona fuſura indeſinenter cadat, vnius tamen naturæ per terræ rubos ſcaturiunt vaporãtes aquæ. HER. Iam audies Alearde quæ fuerit heri ſubdubitatio inter me,& Pantheum: Quærebamus inter loquendum,quonam modo fiat, vt contentis ſime ſiue lignorum adminiculo aggeſto,ſiue ignis fomento,hæ indeſeſſe concoquantur vndæ: qua ve cauſa medicatæ exiliant ex terræ viſceribus tepefactæ aquæ: & quibus præcipue morbis auxiliares eſſent Caldarianæ: pleraſq; vltro citroq; iactauimus argumentationes ſine arbitro. Hac diſceptatióe mirum de te deſiderium nos exoptanter inuaſit: vt te diſſerente, quẽ amœni,ſolertis,ac perſpicacis ingenij dudũ nouimus, quid in re eſſet,dignoſceremus. ALE. Hæc ſunt Hermolae quęſitu digna,non obiter diſcutiẽda, iam prouecta veſpera occidui fluctus anhelantes ſolis equos rubenti rore conſpergunt: in craſtinũ ocium diſquiſitionem hanc differamus. HERM. Recte dicis,eamus. PAN. Priuſquam hinc abeamus,ſcire velim Tytire rem quęſitu non iniucũdam. TY. Quam. PAN: Promiſcuo ne,& propatulo lauacro ſexus vtriuſq;,commixta innatabat

D turba? AL. Quod ridiculum quærit, Pantheus. TY. Abſit: in illo enim anguſtiore diſiunctis à fœmineo & matronali pudore viris immerſio diſcrimin tabernaculi...

E Quæ tanta igitur hominum ignauia? TY. Quando in id ſeculum deuenimus: quo ſinguli ĩ peius prolapſantur. HER. Iam vertamus ad ædes greſſus. TY. In hoc extremo voluptuariæ peragrationis non pigeat ſpectare hunc decẽpedalis latitudinis riuum ex fontibus ſecundo fluore argentei laticis decurrentem. PANT. Quod illi nomen? TY. Maſera. PAN. Maſera? hoc corrupte Macæram potius à fœlicitate dicerem: quom hęc virentia prata iugi eius irrigatione fertiliora reddãtur. TY. Vt accepi a maioribus, ad caput riui multa fieri ſolita erat lini maceratio: hincq; nomen ſortitũ eſſe. HER. Hoc magis cohęret PAN. Vtcumq; ſit, amœniſſimus riuus eſt. TY. Ne tantum dicas amœniſſimum,ſed vtiliſſimum. PAN. Quis ex eo quæſtus? TY. Maximus. quom vitæ noſtrę præbeat ſaluberrimum auxilium, eius nanq; limpidiſſimę,ac recentes aquę non modo laſſis decoquente ſuperne æſtu colonis iucundiſſimo poculo arentem ſitim reſtingunt: verum ſi quis noſtrum, thoracis tormine laborat, febriſq; horrore concutitur: ad huius ſalubrem potionem ſpretis medicorum pharmacis indubitatam ſalutem deportaturi confugimus. PAN. Heus Alearde. AL. Inquam bene eſt. Quid enim membris ruſticanis cũ cinnamo, opobalſamo, aſſyriſq; liquoribus? eſt illis ſat ad remedium aquę fluuialis ſorbitio. Specta Hermolae oluſculum exuberãtũ ſuctu, virentiq; madore, etiam rigenti bruma riparum margines veſtiens, quo non modo ad acetaria, ſed ad opem medicam condito ſtranguriam exerte laxamus. PAN. Quæ vos medici Alearde acetaria dicitis? AL. Id quod notiſſimum eſt edules. ſ. herbas, quarum vſus, cum aceto cibi appetẽtiam facit: & ab eo nomen ſortitum puto. PAN. Longe te errare fateberis, ſi rem ad calculos deducas.

ducas. AL. Quæ igitur sunt? PAN. Nec tibi, nec tuis neotericis assentit Plinius qui de acetarijs sic inquit, Horti maxime placebant, quia nō egerēt igni, parcerētq; ligno: expetita res, & parata semper. Vnde & acetaria appellantur facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, & quæ minime accederent ad desiderium panis. HERM. Diuersa est ab oībus Plinij de acetarijs sententia. PAN. Nonne istud olusculum est, quod vernacula lingua Crislonem dictitant? TY. Ipsum est. PANT. Quo id nomine Alearde medici appellitant? AL. Vt Dioscoridi placet Senecion dicitur: quod alij Crislonem vocant: in aqua nasci autumat, habēs fruticem pinguem, & ramulos longos, folia minuta, similia Hipposelino, quæ in ore dentibus contrita, suauissimum odorem emittunt, semen autem eius crudum comestū, calculos excludit, vrinam prouocat: menstruis imperat: dysentericis prodest. PAN. Eodem, quo & de acetarijs tenens errore. AL. Cur? PANT. Habeo Dioscoridem lōge ab eo quod in medium attulisti discrepantem. AL. Non sum falsus ego. PANT. Audi obsecro, & me Dioscoridem legisse non inficiabere. Sic inquit ille. Sedum est herba, quàm Seneciō vocāt, nascitur in tectis, & petris, folia habet viridia, densa, & similia quercui, & crasfiora, & pinguiora: thyrsum subrufum: capitella in summitate thyrsi habens in modum viticellæ. HER. Si amborum vera est autoris citatio, admiror in eodem tantam lectionis diuersitatem. AL. Neq; ego satis mirari queo: quom nunc repetam præter meam, esse & hanc Dioscoridis lectionem. PAN. Sed cum eo audiamus Plinium illud idem de Senecione sentiētem: sic inquit ille. Senecio à nostris vocatur, quę a gręcis Erigeron, Therissagum specie, & mollicie, cauliculis subrubicundis. nascitur in tegulis, & in muris nomen hoc græci dederunt: quia vere canescit. caput eius numerosa lanugine, qualis est spina inter diuisuras exeūte, quare Callimachus Acāthida appellat, alij pappum, alij erucæ folijs esse dixerunt, alij roboris, sed minoribus multo. Radice alij superuacua, alij neruis vtilis, alij potu strāgulāte. E diuerso quidam regio morbo cum vino dederunt: & contra omnia vesicæ vitia, Item cordis, & iecinoris renibus: extrahere arenam dixerunt: HER. Conueniunt ambo, quibus nō parua fides est de Senecione: ALE. Vincor quoq; ego horum autorum contestimonio. HER. Nequeo satis mirari controuersiam hāc. PAN. Iam teneo vnde fluat error iste. AL. Dic quæso, PANT. Vos recentiores medici, vnius literę inuersione fallimini: nam capite, quo Sedum Senecion dicitur: recte Dioscorides: quo & Plinius Erigeron Senecion dicat, quàm rectissime & ipse. At caput illud primum quod tu ex Dioscoride latino in medium attulisti, & vbi Crislonis frutex, naturaq; describitur, non Senecion sed Senacion legendum: hinc alternationis confusio suborta est, dum talia medici, venia tua dixerim Alearde, minus accurata vestigatione rimantur. ALE. Ingenue fateor Hermolae, vera est Panthei sentētia, & si forsitan nostris minus ęqua videatur. Sed Panthee abs te scire velim quo nomine, quem nos Crissonem dicimus, græci eum vocauere. PAN. Non esse Senecionem, hoc certo scio. Verum quomodo veteres illum appellauerit, difficile scitu arbitror: memini me olim de hoc olere curiosissime consuluisse herbarios, non istos venalicios, & circulatores, sed viros etiam græca literatura eruditos, deque rerum natura industriosos indagatores. hi sanè ancipiti consilio penè hæsitantes referebāt, aut olusculum istud ab antiquis scriptoribus prætermissum: aut si non prætermisissent, Crislonē arbitrabantur coniectura potius, quàm certa asseueratione forte illum esse: quod Plinius Sion appellauit, de quo sic verba facit. Siō est latius Apio in aqua nascēs, pinguius, nigrius, copiosum semine, sapore nasturcij. Prodest vrinis, renibus, lienibus, mulierūq; mēsibus, siue ipsum in cibo sumptum: siue vis decocti, siue semen e vino drachmis duabus, calculos rumpit, aquisq;, quę gignūt eos, resistit, dysentericis prodest infusum. ALE. Non conuenit multum Sion forma ei quā Crissonem dicimus, licet eadem virtutis natura constare videatur. PAN. Astipulatur Plinio græca Dioscoridis lectio. Sion in aquis nascitur fruticosum, pigue, erectum: à quibusdā Anagallis aquosa: ab alijs Iūcus aromaticus: ab alijs Darenium, ab alijs Latyberde vocatū: folia habens lata Apio similia, minora vero & odorata: caloris autem tātum sibi vendicant, vt decocta, & cruda cōmāducata, calculos rumpant, & educāt, vrinam mouent. mensesq; & fœtus educunt, dysentericis vtilia commanducata. Crateas autem de hoc ipso sic inquit, Herba parua ad arbusti similitudinē, multa folia habens rotunda, maioraq; quàm mentha nigra & similia erucæ. AL. In eandem ferme deuenimt sententiam Plinius, & Dioscorides. PAN. Adducor in hanc opinionem ex alia Dioscoridis lectione, qui de Sisymbrio scribens, ait illud etiam Sion à quibusdam vocitari. AL. Quid ad rem? PANTHEVS. Dicam postea. sed prius audiamus Dioscoridem de Sisymbrio sic dicentem. Sisymbrium quod alij Cardaminem, alij autem Sion vocant, herba est in riguis nascens, quē admodum

admodum fion: vocatur autem ab aliquibus cardamine, quia Nasturtio gustu similis sit. folia habet imprimis quidem rotunda, aucta vero scinduntur sicut erucæ. Excalefacit enim & vrinam cit. Estur quidem crudum, & lentiginem tollit. & faciem purgat si per noctem impositum fuerit, ita quod mane auferatur. ALEAR. Quid ad Crissonem hæc de sisymbrio recitatio? PANT. Dicam vt monstrarem sisymbrion, & sion idem dici. ALEAR. Quid tum? PAN. Autumant herbarij ad riuulorum labra Crissonem nasci marem, & fœminam. iuxta quem eodem penè cespite, et calyce sisymbrium aquaticum in eandem prope Crislonis & formam, & vim par uo discrimine pariter enasci confirmant. Quom ergo sisymbrion sion dicatur: facilis est coniectura: sion Criston appellari, quarum plurima est ortu, vi, & specie consimilitudo. ALEAR. Non adhuc in tua hac attestatione certum gradum affirmauerim. Quandoquidem Dioscoride nostro attestante, non nihil inter sisymbrion, & sion differre videatur. PAN. Id non negauerim, quom sępius in herbarum differentijs id vsu eueniat: quod Theophrastus ad ambiguitatem tollendam his verbis docet. Ad hæc alia permulta naturæ superuacuæ nosse forsitan possis: sed vt sępe retulimus, differentias comparatione cæterorum contemplari semper oportet: quędam enim herbæ formis pluribus constant: quanquam nomen vnum sortiantur: vt ita ferme ęquiuoca sint ceu lothus. huius enim genera plura redundant: folio, caule, flore, fructuq; discreta, inter quæ vel illud redditur. quod mel frugum appellăt, diuersum tum viribus in vsu cibario: tum quòd nõ eadem loca desiderat: alia quoq; plura hunc in modum facile assignari possunt. Quædam quamuis existant paucioribus: tamen non minus discriminis sortiri videntur: vt Vesicaria quæ cognomine nominis tantum, & quadam planè æquiuocatione accipitur. Vna enim cibo idonea est. & fructum quasi vrbanum acinosum præstat: Duæ vero, quarum altera somnum, altera insaniam infert. & si copiosior detur interimere, sanè potest. Pari modo & in reliquis: quæ plurimum inter se distĕt, accipi idem licet. AL. Hac sanè Theophrasti asseueratione non parum Păthee in tuam sententiam inclinor. PAN. Cur non totis, vt aiunt pedibus, in eam insilis? ALE. Vis ingenue fatear? nõ facile à peruetustis nostris scriptoribus disces-

D serim. non ab re fuit longęua Crislonis denominatio. PAN. Num rationibus vinceris? AL. Vincor non isthac tua. PAN. Vt video plurimum refert, quonam pacto in teneris assuescamus, quave olentia rude vasculum imbuamus, iuxta illud Horatianum: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. HER. Ita est. PAN. His relictis ad Caldarianæ regiõis laudes redeamus. AL. Hoc amplius nobis conducet. PAN. Hanc rerũ omnium operatrix regiunculam opportuna bonitate sospitauit. TY. Non silebo quæ in riuo gregatim viuăt, veluti in piscinis varij generis pisciũ examina, quæ tum indigenis agrestibus expiscationis voluptatem præstant, tum ad fercula edulium in protrimentis decoctum sapidissime condiunt. PAN. In multa stadia discurrens riuus secũdo cursu in Athesim cadit? TY. Minime. aspice le-

E uorsum spatiosos saltus. hos plurifariam diuisos iugi irrigatione, & herbido semper virore fœcundat, vt quantum taurorum armenta die ex pabulis tondeant: tantum nox roscida remittat: in eis ditiores vrbis bubulia, & ouilia, remq; omnem pastoriciam locauere, vbi pecuaria, & omnigenum iumentorum greges vbertim compascant. PAN. Pascua narras. quæ Matini buceta, ad Daunia tesqua graminea fertilitate superent. HER. Satis deambulatum confabulatumq; est, & iam dies abijt in noctem. PAN. Ad fœlices Bandarũ penates regressi sumus. Inibi hodierni laboris lassitudinem recreabimus. ALE. Vos missos faciam in postridianam dissertatiõem reuersurus. HER. Apud nos sis velim. PAN. Immo retinendus est Aleardus. nam Bandæ tanti viri hospitio se beati gloriabuntur. ALE. Vestris imperijs, si in-

F lubrum, acquiescam. CHR. Facis vt amicos decet Alearde: sed & Tytirus apud nos cœnet velim. TY. Tanti inuitamenti occasionem negligentia mihi deperire minime sinam. Condronem accipio Cristophore. HERMO. Meritus est Tytirus. PANTE. Tibi Tytire inepte consulis. TY. Cur? PAN. Stomachum destruent delicatiores dapes. TY. Male sentis, immo component. ALE. Quando te taxauit Panthee, Tytiro hanc cœnam opiparant, quantum potes, iuides. CHR. Parata sunt obsonia. discumbẽdum est.

Sequentis

SEQVENTIS DIEI De Balneis factitijs disceptatio, eisdem interlocutoribus incipit fœliciter.

PANTHEVS.

ANtelucani præfati sumus Deo diuina mysteria, & sedula, religiosaque obsequia cum hymnis Christo rite persoluimus, mentē pia sacrorum obseruatiōe expleuimus: corpus verò opimis, & propè saliaribus tātorum hospitum dapibus recreauimus: datur opportunum otiū, vt audiamus Aleardum de Balneis disserentē. HER. Recte memoras. pridianæ dissertatiōis inuolucra enodabit. ALE. Quicquid in me erit, in medium afferā, nec. n. extēporanea asseueratio. q̄nquidem abhinc nouenus dies est, quo rimabūdus fontani laticis teporem ingenitæq; potentiæ aquarum vires minutatim perscrutor. sed si videtur Hermolae alacriori sede sub testudineata porticu ante cubile disceptationem hanc exigamus. HER. Recte memoras, exeamus. Viden vt Attalicis velaminibus exornatus est cōsessus: vtq; leni spirat cum murmure ventus? AL. Non potuit sanè gratior ad rē hanc pertractandam, habiliorq; excogitari locus, verum iam dicite, quæ fuit inter uos scitu iucunda altercatio? HER. Plurifariam fuit. tumultuario, & confusaneo sermone disceptauimus. Verū te nunc interprete vtriq; membratim questiūculas inuicem ꝓponemus. AL. In hoc suggestu, quē consiles tapetes purpureo fuco ebrij exornāt, mihi applaudēs residebo, veluti in albo prætoris iure honorario iudicaturus. HER. Merito is tibi Alearde debet locus. iam subdubitationeas meas audi. Diuina philosophantiū ingenia semper mecum admiratus sum: quorū alij diuersos astrorū meatus, assidua cōtemplatione deprehenderunt, alij sup cœli plagas animo peregrinari ausi sunt, & exploratione acūminis sui, Dei immensitatem imaginati metiri voluere: Alij naturæ secretiora domicilia ingenuitate suæ professionis penetrauere, vt nobis aperirent, q̄ ab earū opifice generata mortalibus prodessent: At vbi Caldarianas aquas cōspexi, paulo prius obstupui, quibus cogitationibus vestigauerunt calidorum fontium aquas esse medicatas. AL. Non mirū est Hermolae, quū cæteri mortalium magnitudine perterriti, huiuscemodi laborē arduum, & profundum existimarent: soli philosophi suum non neglexerunt ingenium: vt humanarum, diuinarūq; rerum causas peruia sapientia cōdiscerent, cognitasq; alijs intimarent. Hinc non solum balnearum naturalium vim excogitauerunt: verū mira cogitationum acuitate, artificiosam humectationem adinuenere. HER. Admiror Alearde, quom ad humectationem, lauationemq; adinuēta sint: cur illis bal-
A neorum denominatio indita fuerit? ALE. Nusq̄ legi apud nostros (quòd sciam) cur eis hæc contigerit nominis diffinitio. HER. Quicq̄ de his habes tu Panthee? PAN. Balneū si quidem, non ex Romana, verum ex Græca literatura nomen sibi vendicauit, quod apertissime testatur Suidas dicens. Balneum dicitur ꝙ antiqui ad illud succēdendum glandes cōburebant: et si posteaquam in mollissimam deinde luxuriam à romanis deuentum est, ex Balanis potius hoc est glandibus Myrobalani, ex quibus teste Plinio oleum ad vnguētarias delicias cōficiebatur dici possent, quorū deperditū lauandi morem taxat his verbis idē
B auctor dicens: Necnon aliquem ex priuatis audiuimus iussisse spargi parietes Balnearum vnguēto: atque Caium principem solitum lauari. ac ne principale videatur hoc bonum. & postea quendam ex seruis Neronis. Hæc ille: cuius sententiā in Caium principem confirmat Tranquillus sic de eo scribens: Repotinis sumptibus omnium ꝓdigorum ingenia superauit: Commentus nouū Balnearum vsum, portentissima genera ciborū, atque cœnarum, vt calidis, frigidisque vnguentis lauaretur. HERMO. Fortassis hæc tua Panthee non parum accommodata Balnei esset corriuatio: Sed aliam (ni fallor) de Balneis inclinationem in diui Augustini confessionibus me legisse meminerim, qui ad leniendum de matris obitu dolorem fatetur Balnea ingressum fuisse; Quandoquidem ex Græco ob hoc illis nomen
C datum erat. sed verba non teneo. PANTHE. Illa ego tibi iam subijciam, ait ille, βαλανεῖον dictū Balneum ꝙ βάλλει τὰς ἀνίας, hoc est, appellat curas & anxietates. HERMO. Recte memoras. ALEAR. Plurimum applaudit balnearum delicijs Augustini sententia. HER. Ita est: sed perutile putauerim Alearde, si primum de isthac inuēticia lauatione quicquam pertractemus. ALE. Immo pernecessarium, quòd ea cognita, facilior erit ad naturales thermas aditus. HER. Est in profesto industriam medicorū diligentiā ingeniosa indagatiōe factitiū balneatium cōperisse, quū nō vbiq; gētiū medicabiles vndæ ex terræ latibulis scaturiāt. Hic pro diuersorum morborū necessitate, efficacia liquorum fomenta languētibus destinauere.

ſtinauere. Vini in primis,quod paralyſi,neruo- D
rumq; iuncturis nõ parum opitulari videtur, eſt
& oliuum adiumentum in membrorum attra-
ctatione,ac vulnerum puncturis, nec minus ad
mollienda inteſtina,et calculoſis ſingulare reme
dium:Lacteum præterea addunt hecticis, nimio
que calore areſactis, alijsque plurimis non inane
præſidium:ad eundem modum & balnei calidi
ex aqua apud priſcos atteſtante Celſo frequens
fuit vſus ad ſebrem tollendam:quom humor in-
tus nocens eo digeratur. Quo quom antiqui ti-
midius vterẽtur,audacius vti ſuaſit Aſclepiades.
PAN. Hoc idem de eo ſenſit Plinius noſter ſic
ſcribens:Aſclepiades vir ſanè ſagacis ingenij M.
Pompeij ęuo fuit: qui meditata quotidie oratiõe
blandiens omnia priſcæ antiquitatis remedia ab-
dicauit:traxitq; ad ſe mirabili artificio ægrotan-
tium meutes,quom poſt pleraſq; in valetudina- E
rios indulgẽtias etiam balneas auidisſima homi-
num cupidine inſtituerit.& primus Italiæ penſi-
lem earum vſum præmonſtrauerit. ALE. Et quę
fuit Panthee balnearum penſilium excogitata lu
xuria? PAN. Ea profecto,q̃ Seneca in epiſtolis de
ſcribit,ſic nimiam Romanorum lauticiam dete
ſtans:Quædam noſtra demum prodijſſe memo-
ria ſcimus:vt ſpeculariorum vſum perlucente te
ſta clarum tranſmittentium lumen,vt ſuſpenſu-
ras balneorum,& impreſſos parietibus tubos, ꝑ
quos circunfunderetur calor: quo ima ſimul, &
ſumma fouentur æqualiter. ALE. Quænam fue-
rat penſilium balnearum ſtructura? PANT. Eam
opinor,quæ in promptu eſt apud Vitruuium le-
gere volentibus. ALEAR. Succurrit ne tibi Pan
thee poſt demonſtratas pẽſiles balneas: quis Ro-
mę primus hac voluptuaria lauticia vſus ſit? PA. F
Succurrit ſiquidem:Legere eſt apud Plinium Va
lerium Maximum & Macrobium, Sergium O-
ratam hoc cognomento vocitatum,ꝙ ei auratæ
piſces charisſimæ fuerunt, qui primus oſtrearia
in Baiano locauit. qui primus optimum ſaporẽ
oſtreis lucrinis adiudicauit,primum quoq; exti-
tiſſe,qui balneas penſiles (nequid ei ad volupta-
tem deeſſet)habuiſſet. HER. Credimus Alearde
Balnearum vſum apud priſcos ſaluti tãtum fuiſ-
ſe conceſſum? ALE. Vtique,ſed ex præcipua mor
talium ſalubritate in mollisſimam lauandi licen
tiam omnes vulgo prolapſi fuerunt, vt nobilio-
res,& plebeij tum priuatim, tum publice quoti-
dianum lauacrũ inſolentius frequẽtarent. PAN.
Romanæ omnes hoc atteſtãtur hiſtoriæ, quę nõ
modo ſumma impẽſa extructas Thermas Agrip
pinas,Neronianas,Domitianas,Antõianas,Dio

D cletianas,& reliquas id genus,cõmemorant? Ve
rum in id res proceſſit:vt quiſq; ditior in priuatis
ędibus eas conſtrueret:Id Cicero epiſtolis ſuis ad
Terentiam vxorem, & ad Q. fratrem indicat,
Quom illam admonet curãdum eſſe, vt labrum
ſit in balneo. hunc vero certiorẽ reddat in Aſia
pro cõſulem,qua diligentia in Arpinate balneas
extruat:Idem clarius præmõſtrat Plinius iunior
ad Gallũ ſuum in deſcriptione Villæ Laurẽtinæ:
In qua præter reliquorum locorũ ſtructuras mi-
ris effert laudibus balnei cellam frigidariã. Duo
baptiſteria,Vnctuarium,Hypocauſtũ, & demũ
piſcinã calidam,zetas,ſtibadium, & Heliocami-
num. HER. Nullam puto,vel priuatam domum
apud Romanos ſine balneorum congruenti ędi
ficatione à priſcis conſtructam fuiſſe. PAN. Hoc
nobis indicat architectorum diligentisſimus Vi
E truuius:qui earum in domibus locũ,ſitum, ſtru-
cturamq; his deſcribit verbis: Balnearũ primum
eligendus locus eſt,quã calidisſimus, ideſt auer-
ſus à Septentrione,& Aquilone: Ipſa autem Cal
daria,tepidariaq; lumen habeãt ab occidente hy
berno,ſin autem natura loci impedierit:vtique à
meridie,quod maxime tp̃s lauandi à meridiano
ad veſperum eſt conſtitutum. & Itẽ eſt animad-
uertendum vti caldaria muliebria, viriliaq; con-
iuncta,& in iiſdem regionibus ſint collocata, ſic
n.efficietur,vt in vaſaria Hypocauſis communis
ſit eorum vtriſq;. Ahena ſupra Hypocauſim tria
ſunt cõponenda. vnum Caldariũ, alterum Tepi
darium,tertium Frigidarium,& ita collocanda,
vti ex Tepidario in Caldarium quantũ aquæ ca-
lidę exierit,influat de frigidario in tepidariũ, ad
eundem modũ teſtudineſque alueolorum ex cõi
F Hypocauſi calefacientur. Suſpẽſuræ caldariorũ,
ita ſunt faciendæ:vt primũ ſeſquipedalibus tegu
lis ſolũ ſternatur inclinatum ad Hypocauſtum,
vti pila quũ mittatur, non posſit intro reſiſtere,
ſed rurſus redeat ad pręfurniũ,ipſa per ſe, ita flã-
ma facilius peruagabitur ſub ſuſpenſione,ſupra-
que laterculis beſalibus pilæ ſtruantur ita diſpoſi
tæ vti bipedales tegulæ posſint ſupra eſſe colloca
tæ. Altitudinem autem pilæ habeant pedũ duo-
rum,hæq; ſtruantur argilla cum capillo ſubacta,
ſupraq; collocentur tegulæ bipedales, quæ ſuſti-
neant pauimentũ. Cõcamerationes vero ſi ex ſtru
ctura factę fuerũt, erũt vtiliores. Sin aũt cõtigna
tiones fuerint:figulinum opus ſubijciatur: Inte-
rior autem pars,quæ ad pauimentum ſpectat,te-
ſta cum calce trulliſetur,deinde opere albario,ſi-
ue tectorio poliatur. Nec cameræ in Caldarijs ſi
duplices factæ fuerint: meliorem habebũt vſum

non

nō enim vapore humor corrumpere poterit materiem contignationis, sed inter duas cameras vagabitur. Magnitudines autem balnearum videntur fieri pro copia hominum. ALE. Suspensuras Caldariarum quas faciendas docuit Vitruuius, eas opinor, quas balneas pensiles (si recte memini) pauloante Panthee appellasti. PANT. Hæc sunt. ALE. Præter multa quæ de balneo recitasti: illud scire vehementer cupio: Quid sibi velint pilæ, quæ cum intromittantur, ad præfurnium redeant. PAN. Hoc inter doctos inuestigatu dignū arbitror: nusquam hoc Alearde apud quemque græcorum latinorumq; me legisse meminerim. Tamen ex ingenij captu quid de ea re conijciā, enarrabo, tuumq; post narrationem subibo iudicium. ALE. Enarra Pāthee. PANT. Fiebant nāque suspensuræ cellarum in balneis (vt ex Vitruuio memorauimus) in quibus extruebant aream inclinatam ad fornacem. Vt quum intromittere tur pila, in præfurnium rediret. HER. Hoc antea à te ex Vitruuij verbis intellexeram. Sed quæro, cur pilas in Hypocausim mitterent. PANT. Hic difficultatis nodus Herculaneo īplicatior nexu. Sed in medium afferam quid sentio, conijcio.n: teste Palladio eam pilarum immissionem fieri, vt flamma altum petendo cellas calidiores faceret. ALE. Quonammodo? PANT. Ad Balnei ministerium quemq̄ seruorum fuisse cōiecturādum est, qui languētes flammarum globos, modo vna, modo altera pila in Hypocausim coniecta, & in gyrum per fornaculam acta excitaret. Scis enim flammas nullo mouente facile residere, excitatiōe verò rursus commoueri: vt cecinit ingeniosissimus Ouidius dicens.

Vidi ego iactatas mota face crescere flammas:
Et vidi nullo concutiente mori:

ALE. Hoc fatentur omnes philosophi, motam, s. esse ipsius ignis animam PAN. Istam pilarum cōmotionem in balneis innuere videtur Seneca in epistolis ad Lucillum de balnearum strepitu sic memorans. Si vero Pilicrepus superuenit: & numerare cœpit pilas, actum est. HERMOL. Nil de pilarum commotione Seneca. PANTHE. Fateor, at de pilarum ministro, quem Pilicrepū appellat, meminisse videtur. Verum manifestius id in Balnearum Hetrusci descriptione Papinius indicat sic concinens.

Quid nunc strata solo referam tabulata crepātis
Auditura pilas? vbi languidus ignis inerrat
Aedibus: & tenuē voluunt Hypocausta vaporē?

ALE. Satis belle tuam hæc carmina sententiā de pilis confirmant. HERM. Hæc est excogitatio Panthee his rationibus præmunita, vt difficile cō-

A tradicentem admittat, nec quicq̄ de hac re industrius excogitari posse arbitror. ALE. Postq̄ nos Panthee architectante Vitruuio balnearum structuram edocuisti (si te non piget) & Plinium iuniorem quem prius adduxeras, earum membra in Laurentina villa collaudantem explanes. illarū enim plurima nomina sunt, & vt puto ex fonte græco detorta, quæ me hæsitabundum faciūt. PAN. Ohe Alearde, ea rēs alium exposceret narratorem quàm Pantheum, qui plus olei longioribus lucubrationibus consumpsisset, rem puto hanc etiam eruditissimis viris difficillimam, tum quia vocabula sunt ex vberrima græcorum officina à nostris conformata, tum quia modus antiquorum architectandi protinus nostro æuo diuersus est, in totumq; non solum exoleuerit, sed etiam vetus mos ille occiderit, temerarium est, B per hallucinationem ariolari. ALE. Non irredarguendam Areopagitarum sententiam enuncies velim, sed pro studiorum tuorum laboribus enitaris, quicq̄ de tuo bonarum literarum prōptuario in meum obsequium depromere. PAN. Vt tibi morem geram, non verebor periclitationis aleam subire: prospicio tamen quod Anagyrum mihi moueam. AL. plus decoris quā decoris ex isthac enarratione consequeris. PAN. Quæ sunt potissimum Alearde, quæ de Balnearum membris scire percupias? AL. Imprimis quid sit Hypocaustum. quo agnito reliqua seriatim interrogabo. PANTH. Erat Hypocaustum seu Hypocausis (vtrunq; enim apud auctores legere est) in balneo locellus, quem nos fornaculā appellare possumus, in eo namque ignis ad calorem faciendū accendebatur: vnde illi nomen. καίω enim accen C do dicitur: cuius vapor, & vasaria superimposita & locum ad sudationem calefaciebat. Quare latine teste Cicerone vaporarium dicebatur. quoniam ex eo ignis erumperet. Hinc Plinius ait: Applicitum est cubiculo Hypocaustum perexiguū, quod angusta fenestra suppositum calorem (vt ratio exigit) aut effundit, aut retinet: eiusque os, præfurnium nuncupatur. Præfurnium autem esse fornacis os attestatur Cato libro de re rustica vnico sic scribens, Fornacem calcaream pedes latam facito decem, altam pedes viginti, vsque ad pedes tres summam latam redigito, si vno præfurnio concoques, lacunam intus magnam facito (vti satis fiet) vbi cineres concipiat. ne foras sit educendus, si duobus præfurnijs coques: lacuna nil opus erit, quom cinere eruto opus erit, altero præfurnio eruto, in altero ignis erit. ALEAR. Vide quam bene agas Panthee. hæc mihi, & fortasse multis obstrusa plana enucleatione operis,

ris,quid iſthęc tui ingenij diſsimulatio?PAN.Ita
mihi Deus benefaxit.nulla in me eſt diſsimula-
tio.Verum pertimeſco,ne temeritatis damner.
HER.Vana iſthæc religio eſt,fide(vt aiunt)mer-
caris græca.nil niſi grauiſsimorum auctorum te-
ſtimonio corroboratum in mediũ adducis. ALE.
Ita eſt.ſed pergam interrogationem meã Pãthee
quæ erant vaſaria illa,in quibus ad balnei vſum
aqua aſſeruabatur?PAN.Primum Caldarium in
quo calida,Alterũ tepidarium in quo tepida:Ter
tium frigidarium,in quo frigida continebatur.il
lis nomen erat Milliarium, cuius forma teſte Pal
ladio alta,& anguſta fuerat. Solet id aut ponde-
ris aut ſpacij eſſe vocabulum,hinc dicuntur por-
ticus milliarię,quæ in mille paſſus tendebantur:
milliarium ĩſuper locus Romę dicebatur.ad quẽ
Romani fori viæ plures terminabantur.hinc for
te milliaria porticus,in quam multę porticus cõ-
iux procurrebant.AL.Cur illi milliarium nomẽ?
PAN.A mille librarum capacitate arbitror.vti ca
lyces potorios trientes,deunceſq; à librę parte ap
pellitamus,id etenim græce Ipnolebetes dicitur
quaſi fornacis ahenum .ἰπνὸς ſi quidem fornax
dicitur.AL.Bñ eſt Hermolae.ex Pantheo paula-
tim eruditior fio.HER.Ea quoq; audio,q̃ me ra-
ro,vel nunq̃ ab alijs audiuiſſe meminerim.ALE.
Nõ minori deſiderio Panthee abſte ſcire cupio,
quæ eſſent baptiſteria in balneo.PAN.Dicã,erãt
ĩ cellis balnearum lacus quidã, vel ſolia ex ligno
marmore ve:in quibus magis anguſte quã in pi-
ſcinis lauandi gratia immergebantur:vnde & no
mẽ illis.βαπτίζειν enim ĩmergere dicitur.AL.Er-
go in templis noſtris baptiſterium,in quo Chri-
ſtiano ritu initiandi infantes,nomenq; recepturi
trina ĩmerſione purgãtur,hinc dictum eſt. PAN.
Nulli hoc dubium:ſed ni veritus ſim nimiam va
gandi licentiam,præterq; operis noſtri inſtitutũ,
rem alienã interſerere:oſtendã hanc quoque lu-
ſtrandi pueros natalicijs diebus conſuetudinem
apud antiquos fuiſſe,eumq; diẽ ab illis luſtricum
appellatum.AL.Nõ abſurdum erit hoc neſcien-
tibus palã fieri.PAN.Audite Macrobium ſic di-
centem:Eſt ẽt Nundina Romanorum Dea à no
no die naſcentium nuncupata. qui luſtricus dici
tur.Eſt autẽ dies luſtricus, quo infantes luſtrãtur
& nomen accipiunt.ſed in maribus nonus,octa-
uus eſt fœminis.HERM.Ancipitis conſilij ſum.
Quid de hac aſſeueratione credã.non multam fi
dẽ gentili,& profano auctori præſtiterim. PAN.
Quando quidẽ noſtros non habeo, ethnicos ſe-
ctor.AL.Licet nusq̃ hoc antea à quoquam audi-
uerim, Macrobij tñ citatio facile aures meas in
credulitatẽ permulcet.PAN. Audite quæſo,&

D Plutarchum in ſuis problematibus cõquirentem
cur maribus nono die,fœminis octauo. nomina
antiqui imponere conſueuerunt, ſic inquit ille,
An ſi prius fœminis nomina imponunt, cauſam
ſuſtinet natura,& augetur fœmina,& creſcit, &
adulta perficitur,anteq̃ maſculus. Dies autẽ eos
potiſsimum capiunt,qui ſeptenarium ſubſequũ-
tur.Septimus.n.dies cum in cæteris, tum ad vm-
bilicum infantibus nuper editis periculoſus eſſe
conſueuit,nam ſeptimo die pleriſque reſoluitur.
ALE. Hanc ferme ſententiam tenet Ariſto. Ve-
teres,inquit ille, nato infanti nomẽ ante diem à
natiuitate ſeptimum nõ imponebant, quaſi non
prius ſaluti deſtinato,nanq; & in matrice ſemen
& natus infans ab ſui ortu plurimum infra diem
ſeptimã periclitatur. HERM.Plutarchi & Ariſt.
teſtimonio probaſti, poſt ſeptimum diem infan-
tibus nomen imponi.Sed quæro cur nonus ma-
ſculorum, octauus fœminarũ fuerat.ALE. Nuſ-
quam hoc leges.HER.Tu Panthee? PAN. Duas
E affert cauſas plutarchus ſic diſſerẽs? An ſicut Py
thagorici numerum parem fœminã vocant,ma-
rem imparẽ fœcundus eſt. et compoſitum parẽ
vincit,& in vnitates diuiditur par numerus, qua
ſi fœmina locum in medium vacuum prębet,im
paribus vero numeris pars aliqua plena ſemper
relinquitur,quo fit,vt alterum fœminã, marem
autem alterum eſſe putent.HER. Rationi conſo
na eſt hæc Pythagorica diuiſio.PAN. Quæſo au
dite eiuſdem auctoris vltimã rationẽ. ſic inquit,
An q; in numeris nouenarius primus eſt, Tetra-
gonus ab impari,& perfecto ternario, Octona-
narius autem primus cubus à binario numero,
quẽ parem eſſe conſtat.oportet autem quadran-
gulum eſſe,& imparẽ,& perfectum, Vxorem au
tem ſicut cubum ſtabilem,& domi ſeruãtem,&
immobilem.Illud & adiungendum, Octonariũ
F numerum cubum eſſe,qui à binario componatũ,
Nouenariũ vero quadrãgulum eſſe, qui de ter-
nario conficiatur. Vtuntur autem duobus nomi
nibus fœminæ,mares vero tribus.HERM. Opti
me ſenſit Plutarchus qui perfectum numerum
maribus,imperfectum fœminis attribuerit. AL.
Perquam optime inquam, quom fœmina nihil
imbecillius,nihilque imperfectius ſit.HERMO.
Iam Panthee ad rem de Balneis,vt Aleardo ſatis
facias.quid ſuſpicis? PANT. Non ſatis memi-
ni,Vnde diſceſsimus? ALEAR. De baptiſterijs
agebamus.PAN.Ah iam teneo,ædificabant igi-
tur baptiſteria, vt dicebamus ĩ cellis.i.locis ſecre
tioribus domus,quarum altera Caldaria in qua
calda, altera Frigidaria in qua frigida lauaban
tur, quod oſtendit Plinius dicens, Cella frigi-
daria

daria in qua est baptisterium amplũ,& opacum.
Idem testatur alia epistola sic inquiens,Inde bal-
nei cella, frigidaria spaciosa,effusa,cuius in cõtra
rijs parietibus duo baptisteria velut eiecta sinuan
tur,abũde capacia. HER. Summis erat in delicijs
apud antiquos hæc lauandi consuetudo. AL. Est
& nostro æuo apud regulos quosdam, & princi-
pes.sed Panthee pauloante ea subrisi, quæ de pi-
scinis attulisti,q hæ hominibus lauãdi vsum præ
starent,quom semper audiuerim piscinas eas es-
se,quibus veluti in viuarijs pisces coercẽtur. PA.
Non eo inficias,illas quas dicis,esse piscinas, vn-
de & illis nomen est,sed consuetudo deinde in-
ualuit,vt omnia natatoria,piscinas dicamus. Au
di Plinium à me sępius repetitum de mẽbris vil-
læ sic enumerantem:Cohæret calida piscina mi-
rificè:ex qua natantes mare aspiciunt.Item alibi,
Si natare latius,aut tepidius velis, in area piscina
est,in proximo puteus,ex quo possis rursus astri-
gi,si pœniteat temporis. HER. Hoc attestãtur,&
sacræ literæ,quæ autumant Hierosolymis fuisse
probaticam piscinam quinq; porticus habẽtem,
in cuius vndis diuinitate cõmotis invrinantes cę
ci,claudi,aridi in rectam valitudinem redibant.
ALE. Cur illi nomen probatica? HER. Quoniã
in ea sacerdotes τὰ πρόβατα hoc est oues,ad sacra
purgarent. AL. Sunt alia Panthee,quorum non
modo nomẽ,verum & vsum ignoro. PAN. Quę
ALE. Quid enim sibi Heliocaminus? PAN. Quã
tum ex Plinio elicere possum,cameratum locum
fuisse conijcio ex speculari translucente testa. in
loco aprico,q solares radios ab ortu ad occasum
admitteret: vnde illi nomẽ. ἥλιος enim sol inter
pretatur. κάμινος fornax:cuius periphrasim sic in-
nuere videtur Plinius dicẽs, Idẽ cubiculum hye
me tepidissimum,quia plurimo sole ꝑfunditur.
Cohęret Hypocaustum.vt si dies nubilus ĩmisso
vapore,solis vicem supplet:et illud puto quod a-
libi idem auctor Hybernaculum appellat sic enu
merans:Huius cubiculi,& illius triclinij obiectu
includitur angulus qui purissimum solem conti
net,& accendit hoc Hybernaculum, hoc etiam
Gymnasium meorum est. AL. Tam dilucide om
nia Panthee declaras,vt maior mihi interrogan
di sitis succrescat. PAN. Cane Alearde ne diutius,
& plus æquo his immorati,quod instat absolue-
re nequeamus. ALE. Duo si à te cognouero,de
his membris,finem faciam. PAN. Quæ sunt? AL.
Primum quæ sint Zetæ,deinde quid stibadium.
PANT. Nodos inextricabiles obijcis: tamẽ quid
sentiam accipe:Zetas ego vti ex iunioris Plinij le
ctione auspicari possum,loca in ędibus ad omnẽ
animi,& corporis amœnissimam voluptatẽ fuis

A se arbitror,& vt plurimum in ędium extremo re
cessu constructa, alia inter se membra contin-n
tia:Plinij nanq; talis est lectio, in capite Xysti de
inceps crypto porticus horti Zeta est: Amores
mei : re vera amores, ipse posui:in hac Helioca-
minus qdã, alia xystũ,alia mare,vtraq; soles, cu-
biculum antẽ valuis, crypto porticum fenestra
prospicit,mare contra parietem medium Zeta ꝑ
quam eleganter recedit:Quæ specularibus,& ve
lis obductis,reductisq; modo adijcitur cubiculo
modo aufertur : lectum, & duas cathedras capit.
Iunctum est cubiculum noctis,& somni, non il-
lud voces seruulorum,non maris murmur, non
tempestatum motus,nõ fulgurum lumen, ac ne
diem quidem sentit,nisi fenestris apertis : tã alt⁹,
abditiq; secreti est:paulopost sic addit.In hanc er
go zetam quom me recipio abesse mihi etiam à
B villa mea videor,magnamq; eius voluptatem ec
ce saturnalibus præcipiue capio.quũ reliqua pars
tecti licentia dierum,festisque clamoribus perso
nat : nec ipse meorũ lusibus, nec illi studijs meis
obstrepunt:Item alia epistola ait,Cõtra mediam
ferè porticũ zeta parum recedit. Cingit areolam
quę quatuor platanis inumbratur. Inter has mar
moreo labro aquæ exundãt circuniectasq, plata-
nos, & subiecta platanis leni aspergine souet, est
in hac zeta dormitoriũ.quod die clamorẽ, sonũ-
que excludit. AL. De Zetarum structura certior
factus sum Panthee:sed cur hoc nomine appella-
tas cẽses? PAN. A literæ.Z.forma cẽsuerim eius-
dem auctoris indicatura:qui & porticũ rotundã
in.O.literæ similitudinẽ circunactã describit, q̃
paruã,sed festiuam areã includit: Ad eundẽ mo-
dum memorat in angulo cubiculũ in aspida cur-
C uatum,Sphæristerion quoq; in sphærę circinatio
nem factũ :quod plura genera exercitationis, plu
resq; circulos capit:hæc igitur à figura sua q̃q; tra
xere nomẽclaturã. HER. Sic existimãdũ est. PAN.
Vel zetã quoq; non à forma tñ,sed quom fuerit
apud priscos cõclaue, quod Heliocamino tabu-
lisq; excalefacerẽt. παρὰ τὸ ζέειν hoc est à feruore
dictũ existimare possumus. ALE. Porro Panthee
quid de stibadio? PAN. De stibadio? alium in an-
tiquorum ædificijs oĩ amœnitate vallatum locũ
putauerim,qđ nusq̃ satis à me citatus idẽ auctor
Plinius in hunc modum depingit:In capite stiba
dium candido marmore vite ꝓtegitur: Vitẽ qua
tuor colũnellę Caristię subeũt.è stibadio aqua ve
lut expsta cubãtium põdere syphunculis effluit.
cauato lapide suscipitur. gracili marmore conti
netur,atq; ita occulte tẽperatur:vt impleat,nec
redũdet. ALE. Peream si nõ hæc graphica volup
tas me in id amęnitatis ad meridianã quietẽ alli-

ciat, sed vnde illi nomen Panthee? PAN. Ab herbis quas græci ςιβάδις appellant: illis enim toros sternere maiores soliti fuerant. ALEAR. Quid enim descriptio stibadij ex candido marmore cũ lectulo? PAN. Quod stibadium illud in lectuli specie exculptum fuisset: hac de causa fit vt multi voluerint stibadium apud antiquos cęnationem fuisse, quæ octo caperet conuiuas, quam visus est Martialis hoc disticho cõprẽdisse: Accipe lunata scriptũ testudĩe sigma, Octo capit: veniat quisquis, amicus erit. ALEAR. Non video cur stibadium cœnationem ex his carminibus appellare possint. PAN. Ea puto coniectura, quòd lectuli in cœnationibus vetusto more sterni consueuere, vnde & lectisternia dicta, & Hexaclinõ apud illos cœnatio erat, quę sex caperet lectulos. ALE. Hoc mihi subit. PAN. Alij vero hanc cœnationẽ non stibadium, sed sigma dictum voluere. Lampridio attestante qui de Heliogabalo scribit, ꝙ primus inuenit sigma in terras sternere, quòdq; de croco sigma strauerit: quom summos viros vocaret ad prandiũ, & alibi ait. Habuit hanc consuetudinẽ vt octo caluos rogaret ad cœnã, et octo luscos, octo pædagogos, octo surdos, octo nigros, octo lõgos, octo pigues. quũ capi nõ possent vno sigmate. HER. Fuit hæc Panthei enarratio non minus iucunda, quàm scitu digna. ALE. Tibi debeo Panthee. tua enim explanatione de balneis eruditior factus sum: obstupesco, te, tam tenero æuo tot oratores, totq; poetas euoluisse. HER. A prima pueritia operam, & oleum in huiusmodi elucubratiõibus consumpsit Pantheus. sed dicas quæso Alearde quæ tanta maioribus nostris lauãdi libido? ALE. Non tãtum ea res voluptati fuit, quãtum vt pridianas ingurgitatiões facilius crudi concoquerent. PANTE. Hac de causa Plinius senior seueriore censura tales insectatur his verbis: Igitur balneas ardentes his temporibus medici quidam instituerunt: quibus persuasere cibos concoqui, ita vt nemo non minus validus exiret. obedientissimi efferuntur ad sepulchrum. ALE. Hoc quoque nostro æuo sępius contigisse visum est. PAN. Eos perstrinxit acri morsu satyricus Aquinas dicens.

Pœna tamen præsens, quom tu deponis amictus
Turgidus, & crudũ pauonem in balnea portas.
Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus.
It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

HER. Estne in promptu Alearde apud vos legere, si vetustissimi hoc lauandi genere vti consuerunt? ALEAR. Nõ memini, quod sciam, nisi valetudinis gratia. quicquam habes Panthee? PAN.

D Habeo. ALE. Ede: nusquam ad tuos auctores cõfugis incassum. PAN. Legimus Senecam in epistolis ad Lucillum hoc pacto scribentem: Scipio Aphricanus Literni volũtarius exul in villa quadrato lapide structa balneolum angustum, & tenebrosum habuit, quod non videretur calidum nisi obscurum: & in eo siquidem angulo Scipio Carthaginis ille horror abluebat corpus laboribus rusticis fessũ, quom se opere exercuisset, terramq; (vt mos fuit priscis) ipse subegisset. HERM. His imperatoribus nõ ad delicias, sed ad labores natis penetrauit ad extrema terræ, pelagiq; Romanum imperium. PAN. Hinc oblata occasione auctor idem in balneorum sui æui inuehitur luxuriam. At nũc (ait) quis est: qui sic lauari sustineat? paup sibi videtur, ac sordidus: nisi parietes magnis & pretiosis orbibus refulserint, nisi Ale-

E xandrina marmora Numidicis crustis distincta sint, nisi illis vndiq; operosa, & in picturæ modũ variata circunlitio prætexitur, nisi vitio absconditur camera, nisi tarsius lapis, quõdam rarum in aliquo spectaculum templo piscinas nostras circũdedit, in quas multa sudatione corpora exanimata demittimus. HER. Cum Iuuenale, & Plinio conuenit Seneca. ALE. In eandem non tam austera castigatione, quam simplici veritate deriuant sententiam. HER. De hac balnearum luxuria adhuc Seneca? PAN. Plura inquam. HERM. Perge. PANT. Nisi aquam argentea epistomia fuderint: & adhuc plebeias fistulas loquor: quid quom ad balneas libertinorum peruenero? quantum statuarum, quãtum colũnarum est nil sustinentium, sed in ornamẽto positarũ impensę cã? quantum aquarum per gradus cũ fragore laben-

F tium? eo delitiarum peruenimus: ut nisi gemmas calcare nolumus. HER. En quo prolapsa fuerat luxuriosorũ effrenata libido? PAN. E diuerso audi Senecam eadẽ lectione frugalitatem antiquorum, modestiamq; summis pręconijs efferẽtem. At olim inquit pauca & blactaria balnea erant, nec vllo cultu exornata. quũ .n. exornaretur res quadratoria: & in vsu, non oblectamento reperta, non sustundebatur aqua, nec recẽs semper velut ex cãlido fonte currebat. Sed dij boni quã iuuabat illa balnea intrare obscura: & gregali tectorio inducta, quæ scires Catonẽ ædilẽ tibi, aut Fabium Max. aut ex Cornelijs aliquẽ manu sua tẽperasse. Nobilissimi .N. ædiles in eo loco populũ receptabãt, exigendiq; mũdicias, & vtilẽ, ac salubrẽ tẽperaturã: nec intererat Scipiõis, an sæpe turbida aqua, ac quũ plueret lucul ẽta, brachia & crura q. s. sordes opere collegerant, lauaret, veniebat .n. vt sudorẽ illic ablueret, non vt vnguentũ. HE.

Hac

Hac merito de causa crediderim inceptatum lauandi exordium. ALE. Est profecto Senecæ in priscos approbatissima commendatio, & in sui temporis mollissimos mores quam verissima taxatio. HERM. Alearde præter quam ad diluendas sordes, & coquendam cruditatem, alia salubritate balnea suppetias afferunt? AL. Afferunt inquam in eliciendo sudore, quem nō modo calida humectatio, sed & siccus calor multis cit modis. HER. Quibus? AL. Siccus calor est (ex Celsi sententia) & arenæ calidæ, & laconici, et clibani. Præter hæc soli quoque sudationes mouētur, & exercitatione. HERM. Quonam id fiat pacto, vt arenæ æstu quis sudet? ALE. Ex medicæ artis auctoribus facile factu est: illa enim vel fluuiali, vel marina, quæ ob aridiorem siccitatem aptior est. Nudatus quis obruitur, aut inspergitur: cuius fomento exoritur sudor. PAN. Commodius mea quidem sententia instruit Celsus huiusmodi desudationem, qui inter cætera fomenta calida addit milium, sal, arenam, & quodlibet eorum calefactum in linteum coniectum circundari iubet. HER. Hoc magis consentaneum est. PAN. De marinis tamen aquis agens Plinius non præterijt arenæ medicinam sic inquiens: Nec non arena litorum maris præcipue tenuis, & solibus candens in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatismos sentiētium. HER. Sed hanc arenosam sudationem arbitror à medicis raro vsurpatam. ALE. Vsurpant quidem, si eam morbi qualitas postulet. PAN. In huius sudoris testimoniū Paulus Aegineta grauissimus, solertissimusque artis medicæ doctor Græcus enumerat in capite de hydropicis inter alia fomenta sudationem per arenam. sic inquit ille. Post hæc vtendum naturalibus aquis calidis diu, & arena. ab alijs autem Balneis abstinēdum. item alibi idem auctor: Vtuntur naturalibus balneis, vel arenis. HER. His attestationibus de arenæ sudatione contenti sumus: sed quid de laconica Alearde? ALE. Nusquam apud nostrates reperi, quod meminerim: tu Pāthee quicquam habes? PAN. Laconicum sudorem, in vaporario fieri puto: quod Vitruuius architectus in hunc modum describit: Laconicō sudationes, quę sunt cōiungendæ tepidario, æquè quàm latè fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curuaturam hemispęrii, mediumque lumen in hemispęrio relinquatur: ex eoq; clypeum æneum catenis pendeat, per cuius reductiones, & demissiones perficietur sudationis temperatura, ipsumq; ad circinum fieri oportere videtur, vt ęqualiter à medio flammæ, vaporisq; vis per curuaturæ rotundatio-

A nes peruagetur. HER. Vt omnia quadrata ad regulam, sic laconicam curuaturam ad circinum curiose exfabricatus est Vitruuius. PAN. Hanc ædificationem suis historiarum monumentis nō præterijt Dion sic tradens. Laconicum in vrbe Pyraterium (sic greci ab igne dicunt, nos vero vaporarium seu sudatoriū appellare possumus) ab Agrippa ædificatum est. HER. In hæc quoq; tēpora (nunc repeto Alearde) propter plures thermas Romæ talia cōcamerata membra licet semicollapsa conspicere est. ALE. Pari modo & præclarorum virorum, & magnificorum ædificiorū irrecuperabilem fecere Romani iacturam. HER. Nulli facile dictu quantam fecerunt. PAN. Non deest accumulatum L. Columellę testimonium qui in primi libri præfatione sudorem laconicū his verbis insectatur: Attonitiq; sic miramur gē-
B stus effeminatorum, quòd à natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiātur, decipiātque oculos spectantium. mox deinde, vt apti veniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus: & exusto sudore sitim quærimus. HER. Insana profecto voluptate tenebantur, vt guttur sicco ardore exurerent, quo suauiore vini ecligmate arētem palatum diluerent. ALE. Insulsa sanè fuerat ea oblectatio. PANT. Hanc eādem seueriore censura taxat Seneca, sic ad Lucillum scribens: Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatorijs: in quæ siccus vapor corpora exhausturus includitur: vt omnis sudor per laborem exeat? HER. Manifesta est his auctoribus Laconica sudatio. ALE. Hoc Pātheo Hermolae debere ingenue fateor: nec pudori dabo ab illo iuniore, & à medicinę peritia alieno,
C me hęc iam annis ingrauescentem didicisse: eiq; semper acceptum referam: ne ingrati hominis nota perstringar: verum Panthee vnus mihi restat scrupulus. PAN. Quis? ALE. Qua nam de causa laconicum dicatur id sudationis genus. HERM. Hoc ididem quærebam. ALE. Dijs gratias, ꝙ nō solus hæsitaram. PAN. Puto, quia hoc vapore exhausti, mox perūcti frigida lauabantur. HER. Non hoc cōiectura, sed citatis testibus cōprobandum est. PAN. Id faciā: præter memoratū Dionē q̃ Lacędemonios nudos, vnctosq; frigida lauisse prę cęteris testatur, addam Martialē, venia tñ tua Hermolae, eo epigrāmate ad Oppianū, quo morem Laconum signanter his expressit rhythmis: Ritus si placeāt tibi Laconū, Cōtētus potes arido vapore Cruda Virgine, Martiaq; mergi. HER. Etsi Martialis hūc ritū aptissime decātet: cites quæso Historiographorū ex approbatis quenquam, cui pleniorem q̃ poetæ fidē adhibeam. PAN. Ci-

tabo. est ne tibi satis ꝓbatus Plutarchus? HE. R D Probatissimus. PANTHEVS. Audi ergo ipsum in Alcibiadis vita hunc in modum scribentem: Nam quom viderent Lacedemonij Alcibiadem ad tondendam vsq; ad cutem barbam more Laconico tonsores adhibere, & frigidis balneis vti, & duro pane, nigroq; iure vesci: vix adduci poterant, vt crederent eum esse virum, quem acceperát, & omni deliciorum genere fuisse versatum. AL. Non minus scite quàm eleganter vtrunque de Laconico sudore absoluisti Panthee: his enim non fluxæ fidei astipulationibus percepi quę sint Laconicæ sudationes, qua ve de causa id sortitæ sint cognomen. HERM. Hæc Panthee inter nostras iuges lectiões nusquam me legisse commemini. PAN. Nec iniuria, quom tecum nefas sit legere, nisi quæ seuera priscorum patrum censura digna sint: Ego vero hæc quæ à plurimis prosa E na hñtur, seorsum successiuis horis furtim euoluo. HER. Tuis iuuenilibus annis non vitio damus tuam isthanc opinionem. ALE. Immo pro bádam puto. quis nobis in hoc recessu tam commode, tam curiose, accumulateq; tot scirpos enodasset, nisi Pantheus, aut quispiam alius, qui scriptores Ethnicos tum graios, tum latinos solerti inuestigatione excussisset? HER. Deciperis nimia Alearde in Pantheum beniuolentia. ALEA. Non fallor. amicus Plato. sed magis amica veritas. HER. De Pantheo satis, sed ad eam à qua discessimus, redeamus dissertationem. PANT. Satius erit. HER. Tertius ex clibani vapore restat sudor. AL. Est non nimium obscura hęc perscrutatio, quæ in oculis omnium est, quom quotidianus illius vsus vbique ferè gentium frequens sit. HER. Est siquidem, vt in publicis balnearijs cernere par est, vbi vndique circunseptum, & F stipatum conclaue angularem fornaculam continet: cuius arido ignis interclusi æstu sudores aflatim excitantur. AL. Non mihi parum sapere videntur Germanicæ arcturi axis gentes, gelidumque Bootem patientes: qui his stipatis concamerationibus septę non modo sudorem ad valetudinem eliciunt: sed horrida regionis gelicidia, igne, comesatione, crebroque symposio quàm diligétissime repellũt. HER. Ex Aquilonaribus iugis corruit in Italicam planiciem hæc insanabilis contagio. PAN. Ex plurimis priscorum Balneorũ modis hunc vnum in nostra secula defluxisse crediderim: quandoquidem & illi concameratam sudationé habere: in qua, vt cóiector, erat fornacula, quam græci Clibanum dictitant. ALE. Quispiam ne tibi Panthee asseueratione astat patronus? PAN. Non deest Vitruuius, nusquam incaslum à me vocatus. qui eam describens sic innuere videtur: proximis (inquit) autem introrsus è regione frigidarij collocetur cócamerata sudatio longitudine duplex, quàm latitudine. habeat in versuris ex vna parte Laconicum ad eum modum vti supra scriptum est, compositum, & aduerso Laconici caldam lauationem. ALEAR. Optimum patronum Panthee tibi asciuisti: eo enim patrocinante pro te semper deciditur. statque tibi controuersiæ palma. PANTHE. Ascicam & alios: vt certior fias aslam sudationem ad quem dixi clibanum factitatam: de qua sic meminit Celsus scribens. Tremor autem membrorum æquè vomitu, medicamentisque vrinam mouentibus intenditur, inimica etiam habet balnea, assasque sudationes. AL. Locupletissimus testis tibi est. Celsus. PANT. Locum quoque Assæ sudationis enumerat Cicero scribens ad Quintum Fratrem in hunc modum: In Balnearijs, inquit, Assa in alterũ Apodyterij angulum promoui. ALEAR. Mirum est ex tot Balneorum illecebris solam clibani sudationem perpetuo tenore ad nos posteros demandatam. PANTHE. Omnium enim vulgatior, quom populis vsitatissima fuerit: nulla æui quamuis longi intercapedine aboleri potuit. HERMOL. Sat de arenæ, laconici, clibanique siccis sudoribus: si recte memini Alearde præter hos sudoris modos, reliquos duos esse affirmasti, Sole scilicet, & exercitatione. ALEAR. Ita est. HERM. Admiror maiorum nostrorum ingenia, quom Balnearia mirum immodum oblectent, omnibusque mensibus in promptu esse posśint, Cur homines potius voluerint, inurente Sole vtique superne decoqui, cum impendio ad ciendum sudorem? ALEAR. Est Hermolae tua hæc percunctatio non inscita: In Caldarijs enim licet sit gratior elicitus sudor, tamen teste Aristotele, illi vtilior est, qui labore magis, quàm sponte prodierit. HERMO. Cur ita? ALEAR. Quia labores superexcrescentem humorem exhauriẽtes, carnem efficiunt sicciorem, vt cauernæ foraminum sanitati sint opportunæ, & per caloris transmisśionem fieri nulla posśit obseptio. Sudores autem spontanei appellati, qui ex necesśitate oriuntur: quom scilicet foraminibus naturæ ab immodico humore confusis, calor non omnino occupatur, hoc vincitur. sed repugnare adhuc, extrudereque humorem potest: hi recte pro signis morbi habentur futuri. HERMOLAVS. Cur ita sub Sole? ALEARDVS. Quia maiori cum labore is sudor est: qui sub sole nudo corpore currenti prodierit. HERM. Cursantes igitur

sub

ſub ſolari æſtu ſibi ſudorem mouẽt? ALE. Vtiq;. nam niſi admodum quis curſum non intenderit, ſudare nõ poterit, qui nudus, ſicut contra, qui velamine quopiam tegitur celeriter ſudat. quum veſtium obſęptu parua etiam cõcitatione ſudorem mouet. HER. Cur ſtantes ſub ardentibus ſolaribus radijs nudi non ſudant? quũ corpora nudata magis forinſecus ſole deſuper coquantur, q̃ quæ veſtibus adoperta ſunt? ALE. Quia ſolis vehemẽs calor corporis nudi poros vrendo comprimit, veluti ignis primo q̃ ocyſſime adhibitus carnem, cutiſq; ſummã ſicciorẽ occupans vrit, atq; in teſtæ modũ indurat: quæ quũ talis reddita ſit ſudorem arcet, obtruditq;. HER. Cur igitur nuda ſemper facies maxime ſudat? ALE. Quia laxa, humida, ſolutaq; maxime eſt: et ideo ſudori ſe per viam exhibet: caput enim humoris fons eſt. hinc pilorum laſciuia ſedem hanc, ob humiditatis conceptaculũ poſsidet, locuſq; rarus eſt. ideo facilem præſtat ad ſudores aditum: vnde fronte primum ſudamus: quũ ea capiti ſtatim ſubdita ſit. HER. Aeſtate ergo magis deſuper exurẽte, ſudorem commouendum cenſes, q̃ hyeme? ALE. Hoc non ego, verũ philoſophorũ princeps Ariſtoteles cenſet. HER. Cur? ALE. Quia licet corpora ęſtate ſicciora ſint, ſudori tamen magis patẽt, & propter corporum laxitatem non multus naturæ calor continetur: humoreſq; proinde reſoluere in ſpiritum poteſt. HER. quum hyeme humidiora ſint, cur non magis ſudationi apta vidẽtur? ALE. Quia per frigus parte exteriori denſata corporum, calor frequẽs naturæ coercitus humorem minime in ſpiritum reſolui patitur: ęſtate etenim humores caloris vehementia omnes potius putreſcunt: quapropter ſudor exhauriẽdus eſt. & quum humor intus nocet, is arte digerendus eſt. HER. Cur non hyeme æque ſudandum eſt? ALE. Facilis redditur ratio: quia temporis huius ſtatus ſalubris eſt. qui autem mouet ſudorẽ labefactat, cõfunditq; corporis habitum: ac eundem laxiorem q̃ conueniat reddẽs, ſimul & intimum calorem educit, diminuitque: vt nõ ęque gelido cœlo poſsit reſiſtere: & humor externus expeditius ſe corporibus inſerit: quũ laxiora iam foramina propter ſudationem habeantur: hinc eſt vt ſudor magis putridus ſit æſtate, qa per id tempus extrarius pręualet calor: ex quo fit, vt ſingula in æſtate putredinem ſentiant: HER. Hæc mihi de ſudore eo gratiora fuere, quo nuſquam ab alio relata cognouerim. ALE. Heus Panthee, nil ex tuo promptuario de ſudore profers? PAN. In hæc philoſophantium vireta, in quibus huiuſmodi fructus decerperem, nulli poetarum oratorum ue, me hactenus deduxerãt: quæ non

A reposuerã, expromere nequiui: ideo in hoc campo ſpectator te, equoſq; tuos deſudare ad laſsitudinem vſq; taciturnus ſiui: quando ad hoc duellum inermis velitaturus acceſſerã, temeritatem arbitratus ad ignoratos rhythmos ducere choreas: tamẽ hanc ſolis ſudationem apud priſcos ſanctitatam certo crediderim: tũ quia Paulus Aegineta à me ante recitatus inter alias exercitationes in capite de Profluuio muliebri, à Sole enumerat Solis exercitationem: tum quia apud iuniorẽ Plinium de auunculo ſuo me legiſſe meminerim, q̃ æſtate, ſiquid ei ocij erat, in Sole iacebat, poſt Solem plerunq; frigida aqua lauabatur: deinde guſtabat, dormiebatq; minimum. HER. Admiror Plinium literarum ocio addictum in Sole iacuiſſe, & frigida lauiſſe. PAN. Non ſolum eum litera-

B rum ſtudijs mancipatum adiudices: quandoquidem atteſtantibus præclariſsimis auctoribus ille in omni vitæ actione exercitatiſsimo corpore fuerit: primis enim annis cauſas aliquãdiu actitauit: amicitia pricipum vſus maxima officia geſsit: imprimis delegata ab imperatore Veſpaſiano. Equeſtribus militijs induſtriæ functus eſt: procurationes quoq; ſplendidiſsimas, atq; continuas ſumma integritate adminiſtrauit Miſſenenſis claſsis pręfectus, quum Veſuuij flagrantis deſiderio Liburnicis aduectus eſſet. Ibidem vi pulueris, ac fauillæ oppreſſus eſt annum ſextũ & quinquageſimum agens. HER. Mirum hunc virum tot, talibuſque occupationibus implicitum, diffuſum illud, atq; eruditiſsimum naturalis hiſtoriæ opus non tã breui, q̃ terſo eleganti q; ſtylo abſoluiſſe. PAN. Admirabere magis, ſi epiſtolam iunioris Plinij ad Mar-

C cum lectitaueris: qua præter id diuinum opus ſupra quinq; & ſexaginta equeſtrium, oratoriarũq; inſtitutiõum, hiſtoriarum, aliarumq; rerũ libros eum accuratiſsime ſcripſiſſe cognoſces. ALE. Neminẽ quieto quãuis ſpacioſæ vitæ ocio tanta conſcribere poſſe putarim, ne dicã occupatum: quid Hermolae? Dij non homines fuerãt. HER. Vera narras? Sed quid illa Plinij ſub Sole ſæpicula ſtatio Alearde? quid ue frigida lauatio? ALE. Quũ omnigenam rerum doctrinã calleret Plinius: nõ id ab eo temere factitatum putauerim: nouerat enim ſui corporis naturam, forte aliqua ſui parte laborantẽ. Raro nãq; quiſquam non aliquã corporis partem imbecillã habet. Tradit ſiquidẽ Celſus ad exiccandũ humidum corpus, iſta eſſe ſalubria, modicã exercitationem, famem, vnctionem ſine aqua, calorẽ, Solem modicũ, frigidã aquam, cibũ exercitationi ſtatim ſubiectũ. PAN. Quum mihi ſit corpus ſiccius Furio Catulliano, nil ad me iſta. ALE. Neſcis Pãthee quid ſecũ ætas ferat:

vidi

vidi ego graciliores in teneris annis adolescentes in deformem cum æuo excreuisse corpulentiam. PAN. Vtcunq; cadat in præsentia agillimus sum. HER. Est ne à quopiam monumentis relictum, quis primũ docuerit frigida lauari? PAN. Nõ hoc præterijt curiosissimus Plinius sic inquiẽs: Iidem fratres Euphorbius, et Antonius Musa instituere à balneis frigida multa corpora astrigi: antea non erat mos, nisi calida tãtum lauari, sicut apud Homerum etiam inuenimus. ALE. Iam satis superq; ad æstuantes solis ardores desudauimus. superest postremus de exercitatione sudor: q duobus exercitij generibus apud antiquos vsurpabatur: quorum alterum more Palæstritarum apud balnea diuersis lusibus ante vnctionem, imersionẽq; exercebãt: alterum omnibus notum: quod est etiamnum in frequenti vsu: de quo pro physicorum doctrina edisseremus: si prius Pantheus de vetusto illo, qđ à nostris moribus protinus recessit, aliquid solita eruditione non instruat. PAN. Alearde sic me ludis? ALE. Non mehercules: serio tecũ ago: tibi magnam fidem in historicis narrationibus habeo: quandoquidem eas tibi promptissimas esse conspiciam. PAN. Iam mihi placere incipiam: quum me doctis placere sentiã. HER. Missa hæc face, & quod instat age. PAN. Id agã: plures erant (vt comperio) potius apud Græcos, q̃ Romanos gymnici exercitij species: disputatio, lucta, cursus, pila: & reliqua id genus. ALE. Eorum meminere Galenus, cæteriq; medicinę auctores. at nos iuniores illa rara legimus: quandoquidem inueterata desuetudo gymnicos ludos iãdudum aboleuit: sed de his Panthee referas quæso, si quicquã habes. PAN. Operæprecium est, vt Vitruuiũ audiamus: qui disticta gymnicorum membra ęque in publicis, ac magnificis priuatorum ędibus connumerat, quo fiet: vt & loca, & ludos pariter, seriatimq; ex veterũ auctoribus referamus. HER. Placet hæc tua narrandi constitutio. PAN. Sic de Palæstritis verba facit ille: nunc mihi videtur tam & si non sint Italicæ cõsuetudinis Palæstritarum ędificationes traditę tñ explicare, & queadmodũ apud Græcos cõstituant, mõstrare. Constituũtur autẽ in tribus porticibus exhedrę spaciosę habentes sedes. in quibus philosophi, rhetores, reliquiq; qui studijs delectantur, sedẽtes disputare possint. In palæstris peristylia quadrata, siue oblonga ita sint facienda, vti duorum stadiorum habeãt ambulationis circuitionis: quod Græci diaulam vocãt: ex quibus tres porticus simplices disponãtur: quartaq; ad meridianas regiones est conuersa duplex: vti, quum tempestates ventosæ sint, nõ possit aspergo in interiorem partem peruenire: in du-

D plici autẽ porticu collocentur hæc mẽbra, Ephebeum in medio. hoc autẽ exhedra amplissima cũ sedibus. Tertia parte lõgior sit, q̃ alta: sub dextro Coryceum. deinde Conisteriũ, à Conisterio in versura porticus frigida lauatio, quam greci λουτρὸν vocant. Ad sinistram Ephebei eleothesium. Proxime autem eleothesium, frigidarium, ab eoque iter in Propnigeon in versura porticus. ALE. Me absterrent hæc verborum vocabula. Talia.n. ænigmata non te Panthee expositore, sed Oedipode indigent. PAN. Non falso auguraris: sed tamẽ ex his plura nõ inutiliter edisseremus. HER. Sed priusquam edisseras, hoc nõ præteribo: quod mihi magnæ admiratiõi est. cum reliquis balnearum ludis promiscuas fuisse literatorũ virorum disputationes. PAN. Et si nobis hoc absurdum videtur: tamen factitatum esse apud veteres: præfa-
E ta Vitruuij descriptio demonstrat: HER. Ex eius lectione mihi iniectus est scrupulus: PAN. Illum tibi comprobationibus adimam: Iosephus in bello Iudaico balnea vocitari gymnasia liqdo comprobat. in hunc modũ de Herode scribens: Nãq; apud Tripolim, & Damascũ, & Ptolemaida publicas balneas, quæ gymnasia dicuntur. Bibli autem exhedras, porticus, & fora cõdidit. Quod autem philosophi ad gymnasia disputaturi accederẽt, audiamus Vitruuium de Aristippo sic memorantẽ: Aristippus philosophus Socraticus naufragio, quum eiectus ad Rhodiensium littus animaduertisset geometrica schemata descripta: exclamasse ad comites ita dicitur: bene spemus. hominum enim vestigia video: statimq; in oppidũ Rhodum contẽdit. & recta gymnasium deuenit. Ibiq; de philosophia disputans muneribus dona-
F tus est. ALE. Grande sapientum solatium. nõ exules, non ꝓfugos, non naufragos deserit omni preciosior argẽto, auroq; virtus. HER. Ita est. PAN. In amborum auctorum sententiam facillime deducor. quũ ad balneas disputantium porticus extruerẽtur: à Stoaq; porticu, Stoicorum secta denominata fuerit. HER. Cur disputãtium loco gymnasium nomen? PAN. παρὰ τὸ γυμνάζειν: Quod est exercere. HER. Quid enim disputatio ad exercitium? PAN. Multum quidem, quod ex Pauli Aeginetæ doctrina facile deprehenditur: qui inter valentia exercitij genera, vociferationem, clamationemq; nominat. Celsus quoq; nõ mediocrem exercitationem claram lectionem censet. ALE. Est profecto vtilissima ad bonã valetudinẽ tuendam disputationis exercitatio: quæ animũ simul & corpus cõmouet, excitatq;. Sed Panthee redeamus ad palęstritarũ mansiones. edoceas primum, quæ erat Ephebei structura? PANTHE. Video

Alearde

v

Alearde in quam me rursum trahis periclitationem? ALE. Hanc facile euitabis. quandoquidem non te temere, sed mihi obsequẽdi, tuiq; exercendi ingenij gratia oẽs fecisse arbitrabuntur. PAN. Maluerim igitur obsequendo temeritatis argui, quam negãdo ceruicositatis damnari. Spero candidos lectores, si aliquando in has nostras nugas inciderint, non vsqueadeo hunc laborem damnaturos. ALE. Verum probaturos confido. de Ephebeo igitur perge. PAN. Ephebei cathedratum locum superiore descriptione aperte mõstrauit Vitruuius: de nomine sola restat ambiguitas. ALE. Vera narras. PAN. Illum sic vocitatũ putauerim, q in eo Ephebi hoc est adolescentes exercentur. HER. Hoc satis ex vocabuli denominatione patet. Verum tua isthæc opinio non satis mihi, nec Alerado facit: nisi addas tuæ sententiæ astipulantes. PAN. Addam nõ vnum, sed plures, primũq; citemus sacrarum literarum testimonium: superioribus enim diebus dum pro mensa legerem in Ephebei vocabulum incidi, in quo aliquãdiu hæsitaui, etsi liber in præsentia non sit pre manibus, sensum tamẽ pene eisdem verbis referre curabo. Ex Machabeorum historia habemus Iasonẽ summum sacerdotium apud Hebræos ambientẽ, Antiocho regi, qui Nobilis cognominabatur: nouo scelerum lenocinio, grande talentorum vectigal pollicitum fuisse: si ab eo facultas daretur: vt sub arce gymnasium, & Ephebea construeret. in quibus optimos quosq; Epheborũ, corrupto suę gentis more, minus pudice exerceret. Ex hoc sane textu liquet de Ephebeo: verum ad hũc græcorum morem demonstrandum cõfugiam imprimis ad certissimum antiquitatis assertorẽ Plutarchum, qui talem exercendi ad balnea adolescentes consuetudinem apud Romanos acerrime taxauit sic scribens. Nam nisi prius lauissent Romani, vngi moris non erat, nec aliud quicquam græci seruitutem, ac molliciem attulisse putant Romanis, quam gymnasia, & palæstram, quibus relanguescant adolescẽtium animi, & penitus effœminentur. hinc puerorum amores gigni, hinc somno, et deambulationibus iuuenum corpora corrumpi. hinc saltationibus, & motu composito & certo, & delicato cibi genere debilitari, quibus de causis ab armis se delapsos esse non intellexerũt, contẽtiq; pro strenuis, ac fortibus militibus, se bonos palæstritas, & athletas bonos dici & haberi: ad summam inertiam, molliciemq; defluxerũt. Hęc igitur siquis effugere studet, in puluerem prodire, & sub diuo manere oportet. at qui domi, & vmbra balneis, & vnctionibus molliter se curant, hæc omnia subire necesse est. HER. Quã sanctissima fuit hæc Plutarchi taxatio? PAN. Non minori acrimonia carpit Plinius talem iuuenũ molliciem dicens: plura de hac parte non sum dicturus. non Hercules magis quam de terræ vsu ceromatis, quibus exercendo iuuentus nostra corpora, vires animorum perdidit. HER. Sapiunt hæc verba Plinianam acritatem, breuitatemq;. PAN. Audiamus & Martialem omnium poetarum facetissimum, collaudãtem Pomponium Atticum iuuenem, q deuitaret exercitationes potius ad luxum pertinentes, q̃ ad rectam valetudinem, & relicto gymnasio, cursu se exercebat, sic canit ille.

Atticæ facundæ renouas qui nomina gentis:
 Nec sinis ingentem conticuisse domum.
Te pia Cecropiæ comitatur turba Mineruæ,
 Te secreta quies, te Sophos omnis amat:
At iuuenes alios fracta colit aure magister.
 Et rapit in meritis sordidus vnctor opes:
Non pila, non follis, non te paganica thermis
 Præparat, aut nudi stipitis ictus hebes:
Vara nec iniecto Ceromate brachia tendis.
 Non harpasta vagus puluerulenta rapis.
Sed curris niueas tantum prope Virginis vndas:
 At vbi Sidonio Taurus amore calet:
Per varias artes, omnes quibus area seruit
 Ludere quum liceat, currere pigritia est.

ALE. Est ne hic Martialis, quẽ plures laxi nimiũ, impudiciq; oris vehementer dãnãt? PAN. Ipsius est. ALE. Ni impudiciora his scribat, pudicus mihi, tersusq; videtur. PAN. Non negauerim illum interdum liberiori stylo quosquam infami nota perustos insectari, sed inter facetos Satyros, doctosq; enumerandum emuncti naris viri cẽsent. HER. Censent quibus lasciuior carminum mollicies blanditur. PAN. Ad palęstritas redeamus, ne aliorum faba in me cudatur. ALEA. Sapis. PAN. Quid dicas Alearde, si non paucioribus testibus tibi confirmem, non modo mares adolescentes, sed & puellas in gymnicis ludis promiscue assuetas? ALE. Hoc vtiq; risu dignum esset. PAN. Nõ irridendum, sed grauiorum virorum institutum demonstrabo. ALE. Te arrectis auribus audiam. PAN. Quum hoc sit gręcorum dogma: græcis id auctoribus comprobabo, citaboq; primũ Xenophontem in Lacedæmoniorum politia, qui sic ait: Lycurgus quidẽ ad vestes, & indumenta conficienda seruas sufficere arbitratus est: liberis autem mulieribus maximũ esse ratus, si soboli procurandæ operam darent: primum quidem mãdauit: vt nihilominus q̃ mas, fœmina corpus suum exerceret. postea cursus, & fortitudinis certamina adinuicem mulieribus, ceu viris constituit, arbitratus ex ambobus valentibus filios etiã robustiores

ſtiores fieri. ALE. Non ſine ratione fuit Lycurgi
inſtitutum. PAN. Illud quoq; Cicero noſter non
improbauit in hunc modum ſcribens. Itaq; illi,
qui græciæ formam rerum publicarum dederūt:
corpora iuuenū firmari labore voluerunt. Quod
Spartiatæ etiam in fœminas tranſtulerant, quę cæ
teris in vrbibus molliſsimo cultu parietū vmbris
occuluntur. Illi autem voluerunt, nihil horum ſi
mile eſſe apud Lacænas virgines, quibus magis
Palæſtra, Eurotas, Sol, puluis, labor: militia in ſtu
dio q̃ fertilitas barbara. HER. Nō putauiſſem hoc
à latinis comprobari. PAN. Non pigeat Plutar-
chum inſuper in eiuſdem Lycurgi vita de inſtitu
tionibus politicis idem recitantē audire, ſic enim
inquit: Enimuero virginum corpora curſibus, &
luctationibus, iactibuſq; diſcorum, atq; iaculorū
exercuit: vt quemadmodum germinū radix acre
in acribus corporibus principium ſumens melius
germinat: ita & hæ partus robuſte tolerantes: ho-
neſte ſimul & facile aduerſus dolores repugna-
rēt. Itaq; delitias remouēs & cibi ſubductionem,
& omnem fœmineum morem, aſſuefecit puellas
non minus, q̃ pueros & verſari nudas, & quibuſ-
dam in ſacris & ſaltare, non canere præſentibus ſi
mul ſpectantibuſq; iuuenibus. ALE. Si noſtris ſæ-
culis ea eſſet in ſacris celebrādis cōſuetud⁊, HER.
verius diceres abuſio: ALE. ſpectar⁊s noſtram iu-
uentutem ad diuina myſteria propēſiorem, ſi ad
ſuffarcinatas cateruatim effrenes corruunt, in nu
das quid arbitrandum? PAN. Indomitam ſpecta-
res furentium tantorum ferociam. HER. Signan
tiſsime dictum. PAN. Hinc Propertius amore de
perditus impatienti agitur mœrore, Graia virgi
nei chori commercia Romanis non eſſe puel-
lis vſurpata. Audite ergo quanto mentis œſtro
Spartanam Palæſtram collaudat, ſic iuuenili ar-
dore incinit.

Multa tuæ Spartæ miramur iura Palæſtræ.
  Sed mage virginei tot bona Gymnaſij:
Quod non infames exercet corpore laudes,
  Inter luctantes nuda puella viros:
Quum pila velocis fallit per brachia iactus,
  Increpat, & verſi clauis adunca trochi.
Pulueruleutaq; ad extremas ſtat fœmina metas:
  Et patitur duro vulnera Pancratio:
Nunc ligat ad cæſtum gaudentia brachia loris:
  Miſsile nunc diſci pondus in orbe rotat:
Gyrum pulſat equis, niueum latus enſe reuincit:
  Virgineumq; cauo protegit ære caput:
Qualis in Eurotæ Pollux, & Caſtor habenis,
  Hic victor pugnis, ille futurus equis:
Inter quos Helene nudis capere arma papillis
  Fertur, nec fratres erubuiſſe Deos:

D ALEAR. Eleganti carmine, pacatoq; magis, q̃
cupidineo æſtu Meuanius vates Laconicam extu
lit colluctationem. PAN. Nec ſuppreſsit eā prio-
ri non in amore ſecundus Pelignus Naſo: primū
Lacenæ Helenes à Theſeo raptum extollens:

Ergo arſit merito, qui nouerat omnia Theſeus:
  Et viſa eſt tanto digna rapina viro.
More tuæ gentis nitida dum nuda Palæſtra
  Ludis: & es nudis fœmina mixta viris:

HER. Sat erant oratorum atteſtationes diſsimu-
lata carminum recitatione. immemor ſacræ reli-
gionis Panthee in poetarū laſciuiam lubricis ve-
ſtigijs prolaberis. PAN. Immo exemplorum gra-
tia inuitus trahor. ALE. Indulgendum Pantheo
iuueni Hermolae: quādoquidem ego iam ſenior
bibulis (quod dicunt) auribus vatū illecebras aui-
diuſcule exſorbeo. HER. Et tu Alearde illorum le
E nocinio in molliuſculos Veneris ſaltus allectaris?
ALE. In me omnis deferbuit ardor. PAN. Poſtha
bitis poetarum modulationibus nouiſsimum ad
dam de raptu Helenæ Plutarchi teſtimoniū, qui
illam à Theſeo, ſeu ab Ida, Lynceoq; fratribus ra
ptam autumat: dum in Dianæ templo chorum,
quem Orthiā vocant, exerceret. ALE. Quadrant
omnia, ſententia quidem mea, quæ de Ephebeo
accumulatiſsime attuliſti Panthee. HER. Ita me-
diuſfidius cohærēt: vt nemo cui ſit vegetum ſine
liuore ingenium non his acquieſcat rationibus.
PAN. Si ſerio (vt cenſeo loquimini) audentius de
reliquis experiri contendam. ALE. Quin ad vali-
diores vires tibi inſurgendum eſt: & quid de Co-
ryceo ſentias, tota ingenij acie, ediſſeras. PAN.
De Coryceo eodem modo vti de Ephebeo ario-
landum eſt. ALE. Sunt tua iſthæc reſponſa nullo
F errore inuolucro intricata. PAN. Legimus Alear
de apud Suidam grauiſsimum græcorum aucto-
rum, Corycum pilam eſſe vento conflatā, quam
nos follem appellitare conſueuimus, ab eo ſanè
deductum arbitror Coryceum, locum ipſum, in
quo ea ſe pila exercendo luſitarent. ALE. Subit
mentem hæc tua prima ariolatio. Perge attentius
inſpectare fibras: PAN. Coryco autē exerceri græ
cos palæſtritas locupletiſsimam fidem facit Pau-
lus Aegineta. Celeria autem exercitia ſine inten-
ſione, & violentia ſunt: talia autē ſunt, curſus ſcia
machiæ, acrochiriſmi, & exercitium quod fit ex
coryco, & parua pila, compoſitum eſt ex valēte,
& celeri. ALE. Nodum nodo annectis Panthee.
PAN. Cur? ALE. De Coryco ſatis mihi factum
eſſe, Hermolaoq; arbitror, ſed indignum opinor
præterire, ignorareq; quales fuerint Sciamachiæ,
acrochiriſmi exercitationes. HER. Hoc & me ſti
mulabat. PAN. Semper ponderi auctarium adij-
cis

cis Alearde. ALE. Dijs gratiā, quum tibi sint humeri firmiores ad sustentāda grauia onera. PAN. Sic tibi videor: quā sint imbecilles, mihi conscius sum. ALE. Nullus datur tuæ excusationis locus. PAN. Quando tibi parendum est, quæ obiter, & ex tempore se offerunt, edisserā vt quoq; hæc tuo beneficio in lucem afferantur. Sciamachiæ igitur dici possunt (vt arbitror) pugnæ vmbratiles παρὰ τοῦ σκιαμαχεῖν, à verbo composito ex vmbra, & pugno: fuit autem inter exercitia sub vmbra decertationis genus non abiectum: quod Galenus medicus in libro de sanitatibus secundo inter celeres exercitationes enumerat dicens. Transcendere tempus est ad celeria exercitia, quæ sine intensione, & violentia sunt talia vero sunt cursus, & Sciamachiæ. HER. Quo nam modo fiebat hęc vmbrę concertatio? PAN. Opinor id duobus modis factitatum, aut quoties quispiam more gla- B diatorio ipse nullo aduersante tenues diuerberat vmbras, si quis sub vmbra quoquo modo se exerceat: quum ex aduerso esset sub diuo apud veteres frequētissima exercitatio. ALE. Nostri auctores nec ista præteriere: sed vna cū loco & tempore à nobis abiuerunt. HER. Planissime Panthee aperuisti vmbratilem pugnam: eadem facilitate opus est aperias, qui sint Acrochirismi. PAN. Itidem esse genus exercitij attestatur Galenus. Est autem inquit Galenus Pitylizin, quādo quis summis insistens vestigijs extensis manibus, hanc quidem ante, illam vero retro moueat. Exercentur autem maxime genus hoc exercitij muro appropinquati, vt si forte errauerint faciliter apprehenso pariete corrigantur: quare sic se exercentibus, latent quidem errores, imbecillius autem fit exercitium. HER. Insanientis cuiuspiam videtur hæc C corporis cōmotio. non ab re ergo nostri hos deseruere ritus, vnde Pāthee Acrochirismis nomē. PAN. ἀκροχειρίζομαι enim apud græcos digladiari, pugilemq; esse significat. ALE. Innumerabiles sunt ab auctoribus exercitationum species monumentis demandatæ: sed raro nunc vsui sunt. Debemus tamen Pantheo: qui ex græco fonte nobis licet ex tempore Sciamachiæ Acrochirismiq; ritum demonstrauit: Iam ad alia redeamus. PAN. sed prius de Coryco aliud eiusdem Pauli locupletissimum audiamus testimonium. HER. Audiamus. PAN. Ille enim in capite de diæta leprosorum sic inquit. Post somnum, & perfrictiones, & excrementa suspendatur, & clamet: postea valenter perfricetur, & varie exerceatur, partim saliēs: vt plurimum autem vteris alteribus, & Coryco. ALE. Quam curiosissimi fuere græci scriptores ad scribendum non modo oratoriam, poeticen, A & historicam, verum physicen, & medicē. PAN. Fuere certe addā Alearde & follis vsum, nec à nostris latinis ꝑtermissum: de cuius lusu in Distichis sic Martialis festiuissime canit in diuersis locis.

Ite procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet iuuenes ludere, folle senes,

Et alibi idem Poeta,

Plumea seu laxi partiri pondera follis:
Siue leuem cursu vincere quæris Atam:

Idem,

Hæc quæ difficilis turget paganica pluma.
Folle minus laxa est, & minus apta pila:

HER. Ad robustiores iuuenum artus facit pilę lusus. quibus ob ætatis ardorem negligentibus decorum, quandoq; indulgemus. PAN. Non dedecori fuisse attestatur Tranquillus, qui Augustum Imperatorum optimum, obseruandissimumque hoc exercitij genere delectatum summopere scribit dicens. Exercitationes campestres equorum, & armorum statim post ciuilia bella omisit: & ad pilam primo, folliculūq; transiit, mox nihil aliud q̄ vectabatur. ALE. Est sanè pilæ lusus, qui nullum hominū genus, quāuis summo honoris apice eminentissimum dehonestet: illo enim præ cæteris vtēdum suadet: præcipitq; medicorum princeps Galenus: quoniam parili fatigatione omnes exerceat artus. quo nihil homini inter exercendum salubrius est. HER. Victus tanti imperatoris exemplo, simul æque tanti auctoris consilio muto pristinam sententiam. ALE. Quum igitur pilæ lusus semper apud omnes vsurpantissimus fuerit, à Coryco Coryceum deductum non ambigamus: quandoquidem & Panthei rationes ad regulā cohæreant. HER. Ita est. PAN. At at alia ex tempore succurrit de Coryceo sententia. ALE. Quæ? PAN. Forsitan non à folle, sed à puella deriuatum Coryceum non ab re censendum. ALE. Quid cum Coryceo puella? PAN. Ex græca nuncupatione. quum apud illos κόρη puella dicatur. ALE. Esto. sed cur à puella Coriceum? PAN. Dicam: quam pauloante adduxi de ꝓmiscua iuuenum, puellarumq; exercitatione, & si Laconum fuerit institutum, non propterea à reliqua Græcia receptum crediderim: quippe q̄ in ędiū mansionibus οἴκους. i. habitationes à viris secreuerint: illos Gynæconitas, à muliere: hos andronitas à viro appellitantes: nō iniuria fuit ergo, vt in gymnicis puellarum, quem Coriceum vocitarent, ab Ephebeo marium diuisum haberent. ALE. Non inepta est de Coriceo altera ist hec tua licet extēporanea opinio Panthee. HER. Immo honestiore defenditur argumento. PAN. Hinc est, quum talis luctandi muliebris luxus nō iam secreto, sed palam

palam eliminata pudicitia in Romanum Tyberim defluxisset:q; Satyricis oblata est ansa,vt perfricatas fœminarum frontes genuino perstringerēt. Aquas ergo in sua tempora exclamat dicens.

Endromidas tyrias,& fœmineum Ceroma
Quis nescit?aut quis non vidit vulnera pali?
Quem cauat assiduis sudibus scutoq; lacessit:
Atq; omnes numeros implet:dignissima prorsus
Florali matrona tuba:nisi si quid in illo
Pectore plus agitat:veræq; paratur arenæ:
Quem præstare potest mulier galeata pudorem?

Idem paulopost,

Aspice quo fremitu monstratos perferat ictus:
Et quanto galeæ curuetur pondere:quanta
Poplitibus sedeat:q̃ denso Fascia libro
Et ride:depositis scaphium quum sumitur armis.

ALE. Quid Endromides ille?quid Coliphia?cuinam vsui fuerant in Palæstra? PAN. Illæ fuerant crassiores vestes, hæ Panes, quibus ad robur vti consueuere Athletæ. ALE. His assuescebant matronæ? PAN. Audisti. ALE. Enimuero procul à Romanis venerandum abiuerat pudoris nomen. HER. Vltra Sauromatas diffugerat. PAN. Non dissimili animaduersione pstrinxit Martialis Philænem omnium impudicissimam: his rhythmis eam carperis:

Harpasto quoq; subligata ludit.
Et flauescit aphe,grauesq; draucos,
Alteres facili rotat lacerto
Et pueri luculenta de palæstra
Vncti verbere vapulant magistri.
Nec cœnat prius,aut recumbit ante
Quam septem vomuit meros deunces:
Ad quos fas sibi tunc putat reuerti,
Quum Coliphia sexdecim comedit.

ALE. Aeuo illo in profundam vitiorum fæcem conciderant Romani, in illa iaceāt. De Coryceo satis à te superq; dictum puto: post illud se offert Conisterij dissertatio. PAN. Vix tandem multo puluere obsitum profert caput. ALE. Quid Panthee? PAN. Multo est opus spiritu ad hunc de Conisterio discutiēdum puluerem. ALE. Quid hoc cauillum? PAN. Dicam à puluere (quem græci κόνιν dicunt) Conisterium appellatum arbitror: locusq; forsitan fuerat,in quo Palæstritarum puluis asseruabatur: vel quod magis consentaneum est,in quo puluere conspersi certātes colluctabantur. ALE. Quid illis hic puluis? PAN. Quod illo perfusi luctantes deperditas vires resumere viderentur:cui sententiæ astipulatur Lucanus de Antæi Herculisq; pugna canens. quū præmittat Antæum terræ filium præter cæteras dotes à matre donatum, tellure contacta solidiores vires recepturum,in hunc modum concinit ille:

Hoc quoq; tam vastas cumulauit muniere vires
Terra sui fœtus,q̃ quum tetigere parentem,
Iam defecta vigent reuocato robore membra:
Ille parum fidens pedibus contingere matrem:
Auxilium membris calidas infudit arenas:
Vtq; iterum fessis iniecit brachia membris:
Non expectatis Antęus viribus hostis
Sponte cadit,maiorq; accepto robore surgit.
Quisquis inest terris in fessos spiritus artus
Erigitur:Tellusq; viro luctante laborat:
Vt tandem auxilium tactæ prodesse parentis
Alcides sensit,standum est tibi dixit.& vltra
Non credere solo,sterniq; vetabere terra.
Hærebis pressis intra mea pectora membris.
Huc Antæe cades,sic fatus sustulit alte
Nitentem in terras iuuenem, morientis in artus
Non potuit nato Tellus summittere vires:

ALE. Nihil hac Lucani assertione planius. PAN. Idem de Tydei,& Agillei pugna concinit Statius his carminibus.

Vis eadem Oenide.nec sole,aut puluere fessa
Membra labant.riget atra cutis.durisq; laborum
Castigata toris, contra non integer ille
Flatibus alternis:ægro quoq; fessus hiatu
Exuit ingestas fluuio sudoris arenas.
Ac furtim rapta sustentat pectora terra.

ALE. Alia de causa putas Panthee hos luctatores puluere cōspergi? PAN. Ea fortasse q; prius oleo perūcti lubrica membrorum effugia inuicem sebeluderēt,sed hac aspersione firmiore nexu impliciti innitebantur,qua membra luctantium flauescebant,vt pauloante Martialis in Philænem scripsit dicens:Et flauescit aphe: ἁφὴ enim & tactum & notas,quibus aliquando corpus inficitur significat: HER. Altera hæc opinio magis luctatorum conuenit decipulis. PAN. Eandē conspersionem signanter expressit Ouid.in Herculis, Acheloiq; pugna his carminibus concinens.

Cōgrediturq; ferox:puduit modo magna locutū
Cedere:reieci viridem de corpore vestem
Brachiaq; opposui.Tenuiq; à pectore varas
In statione manus:& pugnæ membra paraui
Ille cauis hausto spargit me puluere palmis:
Inq; vicem fuluæ tacta flauescit arenæ:

ALE. Omnia eleganter noster Naso. Plurimum illi ex eius facilitate afficior. PAN. Hunc ritum nec siluit oīum lōge doctissimus Virg. sic cātans.

Pars in gramineis exercent membra palæstris.
Contendunt ludo,& fulua luctantur arena.

Quē conspergendi morē nec præteriit Papinius eadem Tydei,& Argillei palęstra sic memorans:

Postq; oleo gauisa cutis,petit æquor vterq;

Pro

Pro cursu medium. atq; haustu vestitur arena
Tunc madidos artus alterno puluere siccant.

ALE. Pro te stat idubitata Ouidij, Virgilijq;, atque Papinij citatio: PAN. Eundem quoq; luctantium morem luculenter præmonstrat Seneca ad Lucillum scribens, ait enim: Quum à Baijs deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterum nauim experirer. & tantū luti, tota via fuit, vt possim videri nihilominus nauigasse totum athlætarū fatum illo die. mihi perpetiendum fuit à Ceromate, aphe excepit in crypta Neapolitana. ALEAR. Nusquā incassum ad tuum Senecam confugis. PAN. Huius insup pulueris vsum ostendit Plinius sic scribens. Nō multum à puluere Puteolano distat è Nilo arena tenuissima sui parte, non ad sustinenda maria fluctusq; frangendos, sed ad debellanda corpora palæstræ studijs indecrete Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. HER. Quæ tanta Romanorum insania, vt rem tā minimi momenti à longinquis exterarum gentium regionibus conuectarent? ALE. Insania quidem nullo veratro purgāda. PAN. Quod Palæstritarū puluis iste ex Aegypto aduehereturt: testatur itē Suetonius in Nerone contra eum: populi Romani odium taxans sicq; ait: Ex annonæ quoq; caritate lucraticia accreuit inuidia: nam & forte accidit, vt in publica fame Alexandrina nauis nunciaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. ALE. Egregium imperatorem narrat. PAN. Pollux quoq; Iulius inter Gymnica instrumēta: κονίος σπυρίδιον. Hoc est pulueris sportulam enumerat: verum mihi inter narrandum aliud succurrit. HER. Quid? PAN. Præter palestritarum puluerem memini me legisse alium esse puluerem, quem eruditum prisci appellauere: q eum geometræ ad describendas figuras vsui haberent, si vos non piget addam & hanc eruditionem. HER. Addenda prorsus est. PAN. Huius siquidem eruditiōis primus testis .ij. de natura Deorum Cicero est: qui sub persona Lucilli Balbi Stoici in .c. Veleium inuehitur, carpēs vehemēter Epicurū, tanquam Geometriæ expertes: sic inquit: Cūq; formę pręstātes sint ex solidis globum, sic enim sphęram interpretari placet, ex planis autem circulus, aut orbis, qui cyclus græce dicitur: his duabus formis cōtigit solis, vt omnes earum partes sint inter se simillimæ, à mediaq; tantum absit extremum, quo nihil fieri possit aptius: sed hæc non videtis. quia nunquam illum eruditum puluerem attigistis. HER. Sanè fuerat eruditio hæc minime prætereunda. PAN. Astipulatur Ciceroni Plutarchus ea oratione qua contra adulatores acerrime inuectus est, sic enī inquit: quē-

A admodum Syracusis memorant: quum illuc peruenisset Plato, Dionysiusq; maxio philosophiæ studio teneretur, regiam puluere refertam fuisse præ multitudine geometriæ vacantium. ALE. putassem ego regiæ huius pauimentum præ illo philosophantium numero puluere constratū. HER. Hoc ridiculum censendum esset. PAN. profecto, sed huius pulueris meminit Valerius, Archimedem geometricis signis intentum Syracusana clade à sæuissimo milite interfectum scribens: at Archimedes dum animo, et oculis in terram defixis formas describit: militi qui prædādi gratia domū irruperat: strictoq; super caput gladio: quisnam esset, interrogabat propter nimiam cupiditatem inuestigandi, quod requirebat: nomen suum indicare non potuit · sed protracto manibus à pulue-

B re: noli inquit obsecro istum circulū disturbare, ac perinde quasi negligens imperij victoris obtrūcatus sanguine suo artis suę liniamenta confudit. HER. Magna Archimedis abstracta intentio: at maior sæuiendo diri militis impatiens crudelitas. PAN. Eundem casum conquerens Liuius sic de Archimede in puluere scribēte memorat: Archimedem memoriæ proditum est in tanto tumultu, quātum captæ vrbis in discursum diripiētum militum ciere poterant: intentum formis quas in puluere rescripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum. Archimedis puluerē, nec præteriit Cicero questionibus Tusculanis sic inquiens: Ex eadem vrbe humilem homūculum à puluere, & radio excitabo: qui multis annis fuit post Archimedem. Cuius ego Quæstor ignoratum ab Syracusanis, quem esse omnino negarent septum vn-

C diq;, & vestitum vepribus, & dumetis inuestigaui sepulchrū: HER. Fuit hoc de puluere erudito Panthee auctariū eo iucundius, quo rarius etiam à doctis multis fortasse iam æuis non animaduersum. ALE. Ea accumulasti de conisterio Pāthee, quæ tuę sententiæ mirū in modum applaudant: superest nunc cognoscere te enarrante quid sit Eleothesiū. PAN. Eleothesij significatio notior est. ex membris balnearum vnum erat, in quo vngebantur, vel in quo vncti more Palestritico concertabant ab oleo nomen sortitum. Hinc Plinius in villa sua illud, Vnctuarium inter reliquas balnei mansiones appellat, dicens: sin mare in proximo cogites, adiacet Vnctuarium, Hypocaustum, & Propnigeon: hæc ille. q autem oleo palęstritę certaturi perfunderētur, docet Virgilius dicēs: Exercent patrias oleo labente palæstras Nudati socij. HER. Admiror cur oleo luctaturi perungerētur. A'L. Nō ab re est, sed pro medicorū instructione: quandoquidem olei vsus ad membrorum vim

plurimum

plurimum valeat. Ad neruorum dolores sedandos oleo vtendum docet Columella sic scribens: Oleum autem secundarium non insuauis odoris quotidianam vnctionem præbere poterit dolore neruorum laborantibus. PAN. Ast aliud putabam ego. luctaturos scilicet eo perungi, vt difficilior esset vnguinis lubricitate brachiorum inuicem conuexio. HER. Nec tua isthæc reijcienda est opinio Panthee. PAN. Sed quæso audite Plinium de oleo in hunc vsum quid dicat: Oleo, inquit, natura tepefacere corpus & contra algores munire: eidem caput refrigerare: vsum eius ad luxuriam vertere Græci vitiorum omnium genitores, in gymnasijs publicádo: Addit auctor idé Plinius luctaturos nó modo corporis artus superne delinire solitos, verum intrinsecus oleo se pręmunire in vsu fuisse demonstrat, vnde factitia oleorum genera. Connumerans pręcipuum eleomeli cómendat oleum: quod in Syriæ maritimis nascebatur. ex arboribus pingue manans crassius melle, resina tenuius: sapore dulci: pugnatores certaturi ex eo cyathum vnum præsumebant. ALE. Sed quem ex græcis huius rei inuentorem credimus? PAN. Herculem fortasse. ALE. Cur? PAN. Quum ipse olympicos ludos instituerit, quibus erat hæc inungendi consuetudo: quam attestatur Lucanus Herculis, & Anthei pugná sic decátans.

Ille Cleonæi proiecit terga leonis.
Anthæus libyci, perfudit membra liquore
Hospes Olympiacæ seruato more palæstræ:

ALE. plurimum debes tuis poetis Panthee. Qui tibi in omnem attestationem faciles præsto sunt. PAN. Sunt inquã nullo auro, nulloq; pretio corrupti, sed multis lucubrationibus comparati. ALE. Crediderim. HER. Vnguen aliud præter q̃ olei fuit Palæstritis in vsu? PAN. Fuit: res postquam in maiores delicias defluxit, Ceromate passim vsi fuere, cuius sæpenumero Iuuenalis, Plinius, Martialis, alijq; auctores plures cómeminerút. HER. Quæ erat vnguenti huius confectura? PAN. Ex oleo & terra in luti speciem. ALE. Ad lacertorũ robur factitatum arbitror. PAN. Sed postquam in deperditam mollitiem deuentum est: ante cœnæ tempus non oleo, nisi valitudinis causa: non Ceromate, sed exoticis, pretiosisq; vnguẽtis perfundebãtur. Quorum luxuriam multis modis taxat Plinius acer castigator: quod multos crassitudo delectaret: idipsum approbantes lini iam non solum, sed & perfundi vnguẽtis gauderent: quod vestigia pedum tingerent: q; parietes balneorum vnguento spargerét, q; signa aquilarum horrida diebus festis vngerent, q; q; in potu vnguentum adderét, vt odore prodigo ex vtraq; parte corpo-

D ris fruerétur. HER. Nulli igitur mirum, si talibus illecebris euirati Romani a tanto rerum culmine olim terrarum domini deciderint: & nunc abolito tãtæ maiestatis nomine alijs subesse condiscãt. ALE. Ita est. PAN. Ad vnguenta redeamus. nec prætereamus tam sordentis magistri officium. Is enim aliptes dicebatur, παρὰ τὸ ἀλείφειν, quod est: vngere, cuius in balneis ministerium elegãter expressit Seneca ad Lucillum sic scribens: Aliptum tenuem, & stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec vnquã tacentem, nisi dum vellit alas, & alium pro se clamare coegit. In húc sensum Iuuenalis muliebrem impudicitiam taxans, in sordidulos vnctores cum stomacho his carminibus prorumpit.

Balnea nocte subit, conchas, & castra moueri
Nocte iubet: magno gaudet sudare tumultu:
E Quum lassata graui ciderunt brachia massa:
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes
Ac summum dominæ femur exclamare coegit.
Et reliqua.

ALE. De Eleothesio æque, ac de cæteris Pãthee non minus diserte, quam vere enarrasti. PAN. Pro ingenij viribus elaboraui. Verum pręterminttendum nó putaui: vt scias quæ sit apodyterij cella, balneo cuiq; perquam necessaria. ALE. Spontanea hac tua enarratióe cumulatior mea erit in te obligatio: sed cuinam potissimũ vsui dicata erat? PAN. In ea ante balnei lauationem colluctaturique corporis velamina reponebant: vnde illi nomen ἀποδύομαι enim exuor dicitur. Hinc ex nostris alij spoliatorium, alij vestarium locum illum dixerũt: de quo Plinius iunior sic ait. Inde apodyterium balnei laxum, & hilare excipit cella frigi-
F daria. ALE. Non tam opportuna quam necessaria fuit de apodyterio, licet subitaria eruditio: nouissimum restat Panthee de propnigeo ænigma. PAN. Vere ænigma dixisti: quam verissimum est illud vulgo proculcatum verbum? In decoriãdis iumentorum pellibus tædiosissimam esse caudæ deglubrationem, nunc ariolando opus est omni haruspicina. Duplex est igitur huius nominis lectio. alij vero propnigeon. alij autem propineon legendum affirmant. ALE. Quid tu Panthee arbitraris? PAN. In vtranq; partem inclinor: si propnigeon malimus. eum locum appellabimus, in quo assæ fiebãt sudationes παρὰ τὸ πνίγειν. hoc est à stipando suffocandoq;. Quod expressisse videtur Cicero, vt supra docuimus in epistola ad Atticum sic scribens. In balnearijs assa in alterũ apodyterij locum promoui. Assarum quoq; sudationum meminit Cornelius dicens. Tremor autem neruorum æque vomitu, medicaméntisq; vrinam

mouentibus

mouētibus itēditur:inimica ēt hēt Balnea,assasq; fudationes. A L. His attestationib. putarē hanc eē nō à verò abhorrētē, sed potius cōgruā vocabuli diffinitionē. P A. Si vero ꝑpineō legēdū putamus locū esse affirmauerim: quē Plinius in villa Surētina gustatorium appellat. προπίγι.n. ꝑgustatio dicitur: quom īter reliquas balnei cellas gustatoria, & aliæ breues cœnationes extruerentur, teste eodē auctore. H E. Posteriori sniæ magis assentior. A L. Vtraq; suis initiur rōnibus. P A. Quæ obscuriora ex Vitruuij lectiōe videbātur, commode, vt puto, enodauimus. A L. Immo scite & luculēter, ꝙ nil addi possit. P A. Verū vnum restat scitu nō iniucūdum, quod quū meo iure edissruero, finē de Gymnicis exercitijs faciemns. A L E A. Quid? P A N. Cognoscere quid scit xystus. A L. Verum dicis, in mente fuerat id à te requirere, sed exciderat. P A N. Xystus enim teste Vitruuio est græca appellatione porticus ampla, quæ in hunc modū ab illo describitur. Hæc autem inquit porticus xystos apud Græcos vocitatur, ꝙ Athlætæ ꝑ hyberna tempora in tectis stadijs exercentur: faciunda autem xysta sic videntur, vt inter duas porticus syluæ, aut plantationes, & in his perficiantur inter arbores ambulationes, ibiq; ex opere signino stationes. Proxime autem xystum, & duplicē porticum designentur Hypetrha, hæ ambulationes, quas græci paradromidas nostri, xysta appellant: in quas per hyemem ex xysto sereno cœlo Athlætæ prodeuntes exercentur. A L E. Planissima est per Vitruuium xysti descriptio, sed quid cum xysto de Hypęthra implicatio? P A N. Ea soi licet ꝙ sub xysto tectis stadijs, si Hypethra sub diuo exercentur Palæstritæ: vnde illi nomen. ὑπὸ τῆς αἴθρας. idest sub sereno. A L. Cohæret. P A. Sed attendite quæso Plinium, quàm amœnissimā xysti ambulationem arboribus consitam in Vitruuij contestationem ante oculos pictam ostēdat: sic ait. Multa in hac membra: Atrium etiā ex more veterum: ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctusq; buxo, demissus inde ꝑnusq; puluinus: cui bestiarum effigies inuicem aduersas buxus inscripsit Acāthus in plano mollis, & penè dixerim liquidus, ambit hunc ambulatio pressis, varieq̄ne tonsis viridibus īclusa. A L E. Quid hac amœnitate amęnius? sed vnde illi nomen? P A N. Quod in eo palęstritę hastilibus exercerentur, vel ꝙ eius forma longo oculorum prospectu in cuspidē fastigiata spiculi spēm præ se ferat, nam ξυστὸς hastile spiculumq; dicitur, inde xystici athlætę à grauissimis auctoribus nuncupati sunt, vt apud Suetonium in Augusto legere est Xystophoriq; spiculatores fiterant. A L E. Si recte

A memini, xystos alio nomine Paradromidas dixisti. P A N. Ex Vitruuij sniā dixi. A L. Cur? P A N. Qđ in eis athlętę concurrerent. παράδρομος.n. concursus dicitur, eāq; conijcio eē porticū, quā ab eodē verbo mutata pręopositione Plinius Hypodromū vocitauit, eiusq; ornatissimam speciem non à xysto discrepantē his verbis pingit. Hāc dispōnem amœnitatemq;. tectorum longe præcedit Hypodromus. medius patescit. statimq; intrantiū oculis totus offertur: platanis circuitur. illę hedera vestiuntur, vtq; summæ suis ita alienis frondibus virent: hedera truncū, & ramos pererrat: uicinasq; platanos trāsitu suo copulat. Has buxus īteriacet: exteriores buxos circuit laurus, vmbræque platanorū suā confert. Rectus hic Hypodromi limes in extrema ꝑte hemiciclo frangitur, mutatq; faciē, cupressis ambitur et tegitur, dēsiore vmbra

B opacior, nigriorq; īterioribus circulis (sunt.n. plures) purissimū diem recipit: inde rosas offert. vmbrarūq; frigus nō ingrato sole distīguit. finito vario illo, multiplicīq; curuamine, recto limite redditur, ne huic vni, nā viç plures intercedentibus buxis diuidūtur. alibi ꝑtatulū. alibi ipsa buxus intermenit ī formas mille descripta literis, interdū q̄ modo nomen dn̄i dicunt, mō artificis, alternis metulę surgunt, alternis inserta sunt poma, & in ope vrbanissimo subita veluti lati ruris imitatio. mediū in spatium breuioribus vtrinq; platanis adornatur. Post has Acāthus hinc inde lubricus, & flexuosus, deinde plures figurę, pluraque noīa. A L. Quid ad hāc amœnitatē addas Hermolae? H E R. Florida verborū copia, ne dicā luxuriā ti adeo exornauit Plin. amœnissimā hypodromi stationē vt supra fidē videaē eius descriptio. A L E.

C Admiror vehemēter Romanos sua literatura locupletes: cur gręcis denoīationib. potiusq̄ latinis ꝑdiū māsiones appellitare maluerit. H E R. Cū ꝑdicissimis eorū morib⁹. graiā vtiq; receperūt, quasi domesticā līguā. P. Hoc exclamat Vmbricius apud Iuuenalē ꝑuolutā scelerib. oīb. romā fugiēs.

Et quos pręcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit, nō possum ferre Quirites
Gręcam vrbem, q̄uis quota portio fęcis Achęę
Iā pridem in Tyberim Syrius defluxit Orontes:
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad circū iussas prostare puellas.

A L. Quātū ab illa veteri ꝑbitate fæx ista hoīm degēnat. P. non mō viros sed fęmias ex latinis gręcas fcās his carmib. auctor idē grauissime coarguit.

Nam quid rancidius q̄ ꝙ se non putat vlla
Formosam, nisi quæ de Thusca, græcula facta ē?
De sulmonensi, mera Cecropis, omnia græce.

Quom ſit turpe magis noſtris neſcire latine,
Hoc ſermone pauent, hoc iram, gaudia, curas.
Hoc cuncta effundunt animi ſecreta, quid vltra?
Concumbunt Græce:& reliqua quę pudoris gra
tia prætereo. HER. Hactenus licet. PAN. Ob has
ex græcis nomenclaturas attendite, q̃ elegãter in
ſuos romanos inuehatur Varro poſtq̃ maiorum
vitam laudauit ꝙ rura colerent: ſtatim ſubdit, ꝙ
dum ſeruauerunt inſtitutum vtrunq; ſunt con-
ſecuti, vt & cultura agros fœcundisſimos habe-
rent, & ipſi valetudine firmiores eſſent, ac ne grę
corum vrbana deſiderarent Gymnaſia, quæ nũc
ſatis vix ſingula ſunt, nec putant ſe habere villã:
ſi non multis vocabulis retineant græcis. quin vo
cent particulatim loca procęconam, Palæſtram,
Apodyterium, Periſtylon. Ornithona, Periſte-
ron, Oporothecen. AL. Obtuliſti occaſionem vt
E hæc quoq; à te edoceri cupiam Pãthee. PAN. Ad
rem noſtram minime faciunt. ALEAR. Quid ni?
attamen ad peritiam. PAN. Si ita libet addam, &
hoc auctuarium: verum erit extemporanea erudi
tio. ALEAR. Vt vt ſiet, adde: imprimis quæ ſit
procœcona. PANTHEVS. Ex primis annis qui
bus inter elucubrandum percurri Varronis agri
culturam, ambiguæ ſemper fui ſententiæ, quom
hoc nomen procœconam offendiſſem, & mecũ
diu cogitans, demum arbitratus ſum aliam eſſe
huius vocabuli lectionem, & in caſu accuſandi ꝓ
cœcona legendum eſſe: ꝙ procœcon eſſet locus
ante cubile, in quo miniſtri ad dominorum cu-
ſtodiam, ſeu ad exprompta ſeruitia veluti appari
tores peruigilare ſoliti erant: dictus παρὰ τὸ προ-
κοίτειν, quod excubare eſt. vel ὅτι πρὸ τοῦ κοίτω-
νος ꝙ ſit ante cubiculum. ALE. Non eſt indecora
F hęc tua excogitatio. PAN. Alia me tamen mouet
literatura, vt proſœconam legẽdum putem, quæ
ſola literæ mutatione Varroni concordat, quaſi
locũ ante habitationem veluti veſtibulũ ὅτι πρὸς
οἶκον, quod ſit ante domum. HER. Vtraq; lectio
ad veritatem alludit. PAN. Cæterum inter narrã
dum mihi ſuccurrit, quod olim apud Lucianum
græcorum eloquẽtisſimum me legiſſe meminé-
rim: qui inter domus manſiones procœnoma lò-
cum eſſe commemorat. ALE. Quiſnam locus hic
in ædibus fuerat? PAN. Quantum ex vocabuli li
teratura conijcio, is erat quo ad communionem
conſocietatemq; homines conueniebant. κοινω-
νία enim ſocietas dicitur. ab eo ſi quidem cũ præ-
poſitione fit procœnoma. HERM. Luciani aucto
ritas me in poſtremam deflectit à te recitatã ſen-
tentiam. ALEAR. Ex ordine cognoſcẽdũ erat de
Apodyterio, & Palæſtra, ſed de his in ſuperiori-
bus ſuper, & ſatis dictum eſt. Sequitur vt ediſſe-

D ras de periſtylo. PAN. Periſtylos vt ſonat manife
ſeſta vocabuli nominatio appellatur locus ex oĩ
parte intercolumnaribus ſpatijs circunſeptus. ςύ
λος. n. colũna ĩterpretatur. HER. Memini me ex
Vitruuij architectura legiſſe plura à ſtylo confor
mata nomina. PAN. Sunt ędium ſpecies quinq;
Pignoſtylos, Areoſtylos, Syſtylos, Dyſtylos: &
Euſtylos. HER. Hæ ſunt. ALE. Nec hæ prætercũ-
dæ ſunt Pãthee. PAN. Si ſic libet, ediſſeram. Erãt
n. ædium ſpecies à vario colũnationis ordine co-
gnominatæ: quarum prima Pignoſtylos eſt à cre
bris columnis vocata, cuius intercolũnio vnius,
& dimidiatæ colũnæ craſſitudo interponi põt, ſi
cut econtrario Areoſtylos à rara intercolumna-
tione: quapropter nec lapideum, nec marmoreũ
epiſtylũ recipit. ſed de materia trabes perpetuas.
Syſtylos vero eſt in qua duarum columnarũ craſ
E ſitudo intercolumnio poterit collocari: hæcq; eſt
ex remisſioribus columnis: ſicut & Dyſtylos, cu
ius trium colũnarum intercolũnari ſpacio inter
ponitur craſſitudo. Euſtylos autem maxime pro
babilis eſt, ad vſum, ad ſpacium, et ad firmitatem
q̃ duas capit craſſitudines, & partem vnius quar-
tam. Has ſanè quinq; ædiũ ſpecies ſcriptores de
architectura recentiores latis vocabulis ſic deno
minarunt, conſertum, diſpenſum, ſubconſertũ,
ſubdiſpenſum, & elegans. AL. Fuit hæc mihi nõ
iniucunda ædium enumeratio. ſed quẽ dicit Pan
thee Epiſtylum? PAN. Lapis eſt perpetuus ab vna
ad alteram colũnam ſuperimpoſitus. Quod colũ
næ imponatur dictus. ALE. His recte à te Pãthee
declaratis expoſcit Ornithõ vt de ſe verba facias.
PAN. Faciamus: Ornithon ſiquidem dicitur auia
rium ab auibus, & gallinis quas græci ὄρνιθας ap-
F pellãt, de quo ſic inquit Varro: Primus. n. ille gra
dus antiquus maiorum noſtrorũ erat, in quo eſ-
ſent auiaria duo dũtaxat, in plano Coors, in qua
paſcebantur gallinę: & earũ fructus erant oua, &
pulli: alter ſublimis, in quo erant colũbę in turri
bus, aut in ſumma villa. Cõtra nunc auiaria ſunt
nomine mutato, ꝙ vocantur Ornithones, q̃ pala
tum ſuaue dñi parant, et tecta maiora habent. &
totas villas, in quibus ſtabulantur Turdi, ac Pa-
uones. Ornithonis aũt ędificium idem auctor cã
pite de turdis accurate faciẽdũ edocet, cuius tres
deſcribit ſpẽs: prima fuerat, quæ ex ſaginatis auí
bus vtile lucrum villico præſtabat. Ornithon al-
ter erat, qđ auiariũ ſecluſorium appellabant: qñ
quom idoneas aues ſumere volebant, ex maiore
in hoc minuſculum lumine illuſtriore ſecludo-
bãt, vñ illi nomẽ. Tertiũ fuit aĩ cauſa conſtitutũ
quale habuit Ornithotrophiõ M. Lenius Srabo
Brũduſij, aut in Tuſculano Lucullus, aut qđ ſub

Caſino

casino Arius à Varrone copiosissime descriptũ. ALEAR. Idem est ornithon: & ornithotrophiõ. PAN. Et ornithotrophion tamen proprie dicitur locus, vbi aues pascuntur, τροφὴν enim græci cibum pabulumq; appellãt: quandoq; idem Varro illud ornithoboscion nominat, παρὰ βόσκειν, quod est pascere, eodem modo anserum auiariũ, Chenoboscion nominat χὴν enim anser dicitur. Erat insuper nessotrophiũ, id est anatum auiariũ. De quo Varro idem ait. subtus columnarum Stylobatem est lapis à falere pedem & dodrantem altaipsum falere ad duos pedes altum à stagno, latum ad quinq;: infimo itra falere, & naualia sunt excauata anatum stabula. hæc ille. Nessotrophion igitur locus dicitur, vbi anates pascuntur. νῆσσα. n. anas appellatur. ALE. In tuorum auctorum citatione Panthee continue quicquam addis, quod à te edoceri cupiã. PAN. Quid? ALE. Nunquam mihi notum fuit: quid falere: quid stylobates sit. HER. Nec mihi. PAN. Addam & hoc superpõdium: quantum ex Varronis lectione conijcio: erat falere munimentum ex materia in turriculæ morem circa Nesitrophij lacum editum. ex cuius suggesto: vbi solent esse Peripetasmata prodibant aues in stagnum, ac natabant, dictum (vt puto) falere, qa testibus Marcello, & Festo Fale turres dicuntur altæ ab Etruscorum lingua, qui Falon cœlum dicũt: hinc deductum Falere affirmare ausim. ALE. Quadrat isthæc interpretatio. sed quid de Stylobate? PAN. Est legere apud Vitruuium in operum fundationibus, ꝙ in solido solo ex amplitudine operis parietes extruuntur sub columnas dimidio crassiores, quam columnæ sunt futuræ: vti firmiora sint inferiora supioribus: quæ Sterobates appellantur. Nam excipiũt onera: paulo post addit idem auctor: extructis autem fundamentis ad libramentum stylobatæ sunt collocandæ. supra stylobatis columnæ disponendæ sunt: illis ergo à soliditate nomen inditum est. στερεὸς enim solidum dicitur: istis autem, ꝙ in eis columna innitatur, βαίνειν inniti ascendereq; est. ALE. Non vnam, sed plures ornithonis species erudite enarrasti Panthee. Quid de Peristerone? PAN. Peristerona columbarium dixerunt. quoniã græci περιστερὰς columbas nominant. Quod alio vocabulo Varro idem Peristerotrophiõ appellat: quasi locum vbi columbæ pascũtur, cuius & formam describit camerata testudine. AL. Est & Peristereos herba à columbis deducens vocabulum, de qua Plinius sic inquit. Peristereos vocatur caule alto, foliato cacumine in alios caules se spargens columbis admodum familiaris, vnde & nomen. ALE. Ea est, quam nostri verbenacam dictitant.

A PAN. Minime. quum peristereon illa: peristereos hæc dicatur: de quibus Dioscorides & Plinius separatis capitibus scribunt. sed de peristerone audiamus Plinium sic memorantem. Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet, quam Hierobotane. aliqui peristereon: nostri verbenacam vocant. Hæc est quam legatos ferre ad hostes indicauimus: hac Iouis mensa verritur: domus purgantur, lustranturq;. Genera eius duo sunt: foliosa: quam fœminam putant: mas rarioribus folijs. Rami vtriusq; plures, tenues, cubitales, angulosi, folia minora, quàm quercus: angustioraq; diuisuris maioribus. Flos glaucus, radix longa, tenuis. Nascitur vbique in planis aquosis. quidam non distinguunt. Sed vnum omnino genus faciũt. quoniam vtraque eosdem effectus habeat. Vtraque sortiuntur galli, qui præcinunt responsa. sed Ma-
B gi vtique circa hanc insaniunt. hac perunctos impetrare, quæ velint: febres abigere, amicitias conciliare, nullique non morbo mederi. ALE. Ad vnam quanq; tuæ narrationis seriem aliquod erroris nubilum à mente depellis. PAN. Fuerũt & peristerides iuxta Smyrnam teste Plinio insulæ. quas sic dictas arbitrandum est: quod columbarum agminibus abundarent. veluti cunicularia insula ab eodem animalium genere dicta. Pithecusæ quoque à symijs, quas greci Pithecos vocãt. Dracontosenos item Libyes insula à draconum multitudine, quibus regio ea abundare solet. nec minus Arctonesos ab vrsorum copia: sicut Lagusa à leporum venatu: & sepiusa à sepiarum piscatu: sed ad peristereonis auiarium redeamus: in eo nanq; tria colũbarum genera antiqui pascere cõsueuerũt agreste, quod & saxatile dicebant, quia
C in turribus ac columinibus villæ, à quo appellatæ columbæ, habitabant. Alterum genus clementius est, quod cibo domestico contentum intra limina ianuæ solet pasci: ex his duabus stirpibus fit Miscellum tertium genus. ALEAR. Perpulchra est hæc columbarum discretio. PANTHE. Addo aliam eruditionem. quæ ex tempore mihi succurrit. Ex Plauti enim lectiõe didici exponente Festo, columbare quoq; in naui esse locũ quendam: verba sunt Plauti, in scribam naualem: non ego te vidi naualis scriba columbari impudens: & subdit Festus. siue ꝙ colũbaria in naui appellã tur ea quibus rem geminẽt. siue ꝙ colũbariorum quæstus temerarius, ĩcertusq; est. ALE. Quis scriba naualis? PANTHE. Idem Festus de eo sic inquit Scriba naualis, qui in naue apparebat, inter aliud genus scribarum minimæ dignitatis habebatur, quod periculis quoq; eius ministeriũ erat obiectum. ALEAR. Reliquum est Panthee de

Oporotheca. PAN. Oporothecæ recõditoria po
morum erant dicta, quia ὀπώραι poma, θήκη locus
repositoriumq; dicitur. In quo teste Varrone con
diticia mala in annum seruabant. Oporice etiam
medicamentum, id dicitur, quod ex pomis arbo-
rumq; fructibus componitur. Hinc & oporophy
latiõ, tugurium scilicet: quod in hortis ad pomo-
rum custodiam fit, φυλάττω enim custodio dici-
tur. ALE. Nõ mediocrem sanè cæpimus de isthac
expositione voluptatem. HER. Satis est Alearde
de gymnicorum exercitijs. superest, vt tu pro ar-
tis medicæ doctrina de alterius exercitationis su-
dore nobis satisfacias. ALE. Si ita lubet faciam: al-
ter autem per exercitium sudor, quãuis sit omni-
bus facile notus. tamen multum refert, quibus ho
ris à quibusq; fieri conueniat. HER. Ante omnia
Alearde id mihi edisseras velim: quod dudum de
exercitationis sudore me suspensum tenet. ALE.
Quid illud est? HER. A recentioribus Physicis
sępius me audiuisse memini, id præcipue attẽden
dum in exercitatione, vt velox fiat. Citra tamẽ in
tentionem, & violentiam, desinendumq; esse ad
primum sudorem, cur ergo præcipitur, vt his ge-
neribus sicci caloris è corpore sudor vberrime eli
ciatur? ALE. Non ab re hoc te pulsat dubium: pri
mum aduertendum est, sudationem non omni-
bus æque concessam esse: Ea etenim mouetur his
quibus humor intus nocẽs est: vtilis igitur est ner
uorum vitio laborãtibus, nimiumq; repletis. Da-
tur etiã hæc exercitatio robustioribus, qui tamen
sine febre sunt: vel initio morbi, vel etiam graui-
bus morbis tenentur. at in bene se habentibus di-
uersa est exercitij ratio, quam ad corpus seruan-
dum, Celsus his verbis custodiendam tradit: Pri-
ma eius curatio exercitatio est, quæ semper ante-
cedere cibum debet: in eo, qui minus laborauit,
& bene cõcoxit, ampliori: in eo qui fatigatus est,
& minus concoxit, remissior. Cõmode vero exer
cent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio, at-
que non vtiq; plana commodior est. si quidẽ me-
lius ascensus quoq; & descensus, cum quadam va
rietate corpus moueat, nisi id perquam imbecil-
lum est. melior autem sub diuo, quã in porticu,
melior, si caput patitur, in sole, quam in vmbra,
quam parietes, aut viridaria efficiunt, quæque te-
cto subest: melior recta, quam flexuosa. Exercita-
tionis autẽ plerunq; finis debet esse sudor. aut cer
te lassitudo, quæ citra fatigationem sitidq; ipsum
modo minus, modo magis faciendum est. ac ne
ijs, quidem athletarũ exemplo, vel certa esse lex.
vel immodicus esse labor debet. Prætermissis igi-
tur varijs exercitij speciebus, quas nostri auctores
ad curanda mortalium corpora multis modis tra

D didere ex hac sola Celsi auctoritate cognosci-
mus, qualis esse debeat corporis integri exercita-
tio, quod domestica, & ciuilia tenẽt. HER. Per-
quam commoda est hæc exercitij norma, hisque
rationibus omne ambiguitatis vulnus è pectore
amputasti. sed Alearde scire cupio, qđ est signum
integri corporis. ALE. Facile ex prædicti auctoris
doctrina cognoscere est, hoc scilicet, quum quo-
tidie mane vrina alba, dein russa est. illud conco-
quere, hoc concoxisse significat. Panthee nil de
isthac exercitatiõe profers? PAN. Clauam de ma-
nibus eripuisti. in ea re solum Celsum habebam
auctorem: tamen in me memoria fallit, succurrit
Senecæ in facilem exercitationem cõmendatio.
qui de ea sic inquit: Sunt exercitationes & faciles,
& breues, quę corpus sine mora laxant. & tem-
pori pareant, cuius præcipue ratio habenda est:
E cursus, & cum aliquo pondere manus motæ,
& saltus, illi qui corpus in altum leuat, gestatio
insuper & corpus concutit, & studio non offi-
cit. possis legere, possis dictare, possis loqui, pos-
sis audire: quorum nihil nec ambulatio quidem
vetat fieri. HER. A Celso non dissidet Seneca.
PAN. Contra idem auctor corporis saginam se-
uerissime detestatur ad Lucillum sic scribẽs: Stul
ta est enim, & minime conueniens literato viro
occupatio exercendi lacertos, & dilatandi ceruí-
cem & latera firmãdi: quum tibi fœliciter sagina
cesserit, nec vires vnquã optimi bouis, nec pon-
dus æquabis. Adijce nunc, ꝙ maiore corporis sar
cina animus eliditur: & minus agilis est: Itaque
quantum potes circũscribe corpus tuum, & ani-
mo locum laxa. multa sequuntur incõmoda huic
deditos curæ: primum exercitationes, quarum la
F bor spiritum exhaurit, & inhabilem intentioni,
ac studijs acrioribus reddit. deĩde copia ciborum
subtilitas impeditur. Accedũt pessimæ notę man
cipia in magisterium recepta: homines inter oleũ
& vinũ occupati, quibus ad votum dies est actus:
si bene desudauerunt, si in locum eius quod efflu
xit, multum potionis alterius ieiuno gutture in-
gesserunt. bibere, sudare, vita cardiaci est. HER.
Fuit Seneca temperantiæ, quam obseruantissi-
mus. ALEAR. Fuit Stoicæ sectæ rigidus secta-
tor. PANTHE. Ni veritus sim à vobis damnari
prolixitatis, addam, qua acerbitate secet ventri
deditos. Quorum mancipia per magisteria gu-
læ enumerat. HERMO. Referas velim. Quan-
do is auctor est, cuius lectio nulli tædio esse po-
test. PANTHE. Sic inquit seruorum officia per-
censens. Alius pretiosas aues scindit, & per pe-
ctus, & clunes certis ductibus circunferens eru-
ditam manum in frusta excutit: infœlix, qui vni
huic

huic rei viuit, vt altilia decenter ſecet, niſi q miſerior eſt, qui hoc voluptatis cauſa docet: quā qui neceſſitate dixit: alius cui conuiuarū cenſura permiſſa eſt. Præſtat infœlix & expectat, quos adulatio & intemperantia, aut gulæ, aut linguæ reuocet in craſtinum. Adijce obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt, qui ſciunt cuius illum rei ſapor excitet, cuius delectat aſpectus: cuius nouitate nauſeabundus erigi poſſit, quid iā ipſa ſocietas faſtidiat, quid illo die eſuriat. ALE. Credimus in quenquā noſtri quoq; æui hanc eſſe nō ineptam taxationem? HER. In plurimos arbitror: ſed ad rem noſtram: abs te quæro Alearde, quid ſeruandum ab eo cui integrum corpus eſt? ALE. Plurima ſunt. vt vellicatim ex diuerſa medicorum annotatione perlegere eſt. PAN. Non mihi hic deeſſe velim Hermolae, nec præoccupanti Aleardo (bona tamen eius venia) locum dabo. ALE. Faceſſo Panthee, tu dic. PAN. Compendio ſam vitę ad rectam valetudinē normam in vnum coegit Celſus ad hunc modū ſcribens. Sanus inquit homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt: nullis obligare ſe legibus debet, ac neq; medico, neq; alipta egere. Heus Alearde: audis. ALE. Recte inquit curandum eſſe, non egeas: ſed quum egeas, quid? ſed perge. PAN. Subdit auctor: hunc oportet habere varium vitæ genus, modo ruri eſſe, modo in vrbe, ſæpiuſq; in agro, nauigare, venari, quieſcere interdum, ſed frequentius ſe exercere, ſi quidē ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam ſenectutem, hic longam adoleſcentiam reddit: prodeſt etiam nullum cibi genus fugere, quo populus vtatur. interdum in conuiuio eſſe, interdum ab eo ſe retrahere modo plus iuſto: modo nō amplius aſſumere: bis die potius, quam ſemel cibum capere. & ſemper quam plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed huius generis exercitationes, cibiq; neceſſarij ſunt. ſic athlætici ſuperuacui: nam & intermiſſus propter ciuiles aliquas neceſſitates ordo exercitationis corpus affligit: & ea corpora quæ more eorū repleta ſunt, celerrime & ſeneſcūt, & ægrotant. HER. Optīa eſt inſtitutio ad ſalutem contuendam. ALE. Tenes Panthee memoria quid ille catholicos obſeruandum doceat in ſingula anni parte? PAN. Ni fallor: teneo: ſed vereor ne longiuſcula ſit repetitio. HER. Nil aures fatigat, quod animum voluptate adlectet. PAN. Inquit ille, tempus anni conſiderari oportet. Hyeme plus eſſe conuenit, minus, ſed meracius bibere: multo pane vti, carne potius elixa, modice oleribus. ſemel cibum capere, niſi ſi minus venter aſtrictus eſt. ſi prandet aliquis, vtilius eſt exiguum aliquid, & ipſum ſine carne, ſi-

A ne potione ſumere, eo tempore anni calidis omnibus vtendum eſt, vel calorem mouentibus: Venus tum nō æque pernicioſa eſt. At vere paulum cibo demendum eſt: adijciendumq; potioni: ſed dilutius tamen bibendum eſt: magis carne vtendum, magis oleribus, Tranſeundum paulatim ad aſſa ab elixis: Venus eo tēpore anni tutiſſima eſt. Aeſtate vero, & potiōe, & cibo ſępius eget. ideo prandere quoq; commodum eſt: eo tempore aptiſſima ſunt & caro, & olus, potiuſquam dilutiſſima: vt & ſitim tollat, nec corpus intendat: frigida lauatio, caro aſſa, frigidi cibi, vel qui refrigerent: vt ſæpius autem cibo vtēdum, ſit exiguo. Per Autumnum propter cœli varietatem periculum maximum eſt: itaque neq; ſine veſte, neque ſine calciamētis prodire oportet, præcipueque diebus frigidioribus: neq; ſub diuo nocte dormire, aut certe bene operiri: cibo vero iam paulo pleniore vti licet, minus, ſed meratius bibere: poma nocere qdam putant, quæ immodice toto die plerunque

B ſic ſumuntur, ne quid ex denſiore cibo remittatur, ita non hæc, ſed conſummatio omniū nocet: Ex quibus in nullo tamen minus quàm in his noxa eſt, ſed his vti non ſæpius, quàm alio cibo non conuenit: denique aliquid denſiori cibo qui hic accedit, neceſſarium eſt demi: neque æſtate, neq; autūno vtilis Venus eſt. Tolerabilior per autūnum: æſtate, in totum, ſi fieri poteſt abſtinēdum. HER. Hæc Celſi ad viuendum norma ſtrictim enarrata, perq; belle placet. Cæterū poſteaquam ſatis ſuperque de facticijs balnearijs vltro citroq; relatum eſt. ſupereſt, vt de naturalibus thermis, quarum inter nos fuit contentionis exordium, Alearde ediſſeras. ALE. In me nulla eſt mora, ſed vereor Hermolae nos potius inclinata iam veſpere deſeret quàm prolixa de natiuis ſtagnis diſputatio. PAN. Præſtat igitur vt in ſequentem lucem

C eam pertractandā longiore ocio ſeruemus. HER. Sic tibi videtur Alearde? ALE. Conuenio cum Pantheo. PAN. Mihi hæc quàm gratiſſima eſt, pcraſtinatio: dabitur enim ſpacium ad lucubrandum, qua paratior in campum deſcendam, vt cum Aleardo æquo marte ſtare poſſim. ALE. Te Panthee accinctum ad velitationem futuram expecto. PAN. Promptus adero, mecumque eos adducam in aciem proceres, anteſignanoſque: quibus difficile reſiſtes. & ſi non viribus valuero: ſaltē armatorum numero te ſuperare contendam.

TERTII DIEI DISCEptatio, de Thermis generaliter, & de Fontibus Caldarianis specialiter, Eisdem Interlocutoribus incipit.

ALEADRVS.

Eri Hermolaea ad spirantē auram non iniucundam de Balnearijs sanctitijs disputationem magna cum voluptate persoluimus. Vis hodie in anteriore area ad piscinæ marginem sub pampineis vitiū vmbraculis viridi gramine sedentes, quod restat de thermis naturalibus explicemus? HER. Immo suadet, inuitatq; genialis loci amœnitas. ALE. Ex cœnatiōe, si libet, in paratam stationem descendamus. HER. Eamus, en q̄ voluptario sub frondium tegmēto consedimus. Eia Alearde, tua dicendi exordia expectamus. in te omnium ora conuersa sunt: à te dependemus. ALE. Hæ partes sunt Panthei, qui hesterna abitione pollicitus fuerat, se assuturum in disputatione ex lucubratiuncula longe paratum, aliquid ne noui attulisti? PAN. Afferam, quę fortè non putastu: & tibi præter spem eueniet: auctoritatibus enim magnorū nominum succenturiatus venio. ALEA. Hui ampullatis verbis me penè territas. PAN. Euolui ego quoq; non postremos philosophię scriptores. AL. Heus placet, sed quos? Pythagorā fortassis, an Platonē, an Aristotelem? PAN. Præter hos non putas & nostros auctores aliqñ philosophari? ALE. Qui quæso sunt? Cedo. PAN. Audies inter alios Senecā seruata latini sermonis maiestate, aliosq; non extremę notę auctores philosophantes. ALE. Rei mihi insolitæ gratissimas aures præstabo: sed Hermolae iā pagamus quæ fuit inter te & Pantheum de Thermis naturalibus quęstio. HER. Cupio. admirabamur sup omnia inscrutabile naturæ secretū: quonam fiat modo, vt tanta aquarum vis cauernoso terrę conceptaculo cōdensetur: vnde tot fontes indeficientes fluminaq; perpetuo scaturiant, defluātq;, quaue ex causa aliubi gelidæ, aliubi calentes prorumpant vndæ: quæ ope medica omnibus penè ægritudinū morbis auxilientur. ALE. Ea quæstio Hermolae non modo vestros animos, verū omnium philosophantium dudū pulsauit, qui īnumerabiles de hac re pspicaci ingenio reddere conati sunt rationes: verū nos potiores tantum (vt in ppōtu erunt) recensebimus. PAN. Annuo libēter Alearde te primum tuos recitare philosophos: vt mihi deinde copia detur in altero cornu oratorum, & poetarum explicare præmunitas alas. ALE. Esto, vt libet Panthee. Sed quid cum Oratoribus poetisq; hæc philosophica congressio? succūbet tua leuioris armaturę manus, nec graues heroum ictus tolerare quibit. PAN. Iam iam videbimus. HER. Nescio Panthee, an vires suppeditabunt animo. Sed iam Alearde ineas duellū, & de fluuiorū primordijs tuas extrue cateruas. ALE. Autumāt omnes sanioris doctrinę philosophi montium cauernas locum generatiōis præstare fluminibus. montes nanq; concauitates spongiosas, lateraq; saxosa habentes frigiditatis largam copiam afferunt, ex qua facillime aqueus humor creatur. HER. Hoc difficile creditu videtur. ALE. Rē præ oculis manifestario exemplo proponūt. Aiunt enim, sicut in diuersis partibus aeris generantur nubeculæ, quæ plures resoluuntur in guttas: & conglobatæ E faciunt pluuiarū initium: sic in varijs montiū partibus ex vapore incluso agente frigiditate, nubes procreantur: quæ in vnū aggregatæ resoluuntur in diuersarū venarum principia: & concurrentes ad montis interna cōceptacula faciunt fluuiorū, atq; fontium grandiores lacunas. PAN. Cateruatim ingressus est pugnā Alerdus, vt me absterreret philosophorum turmis, ego vnico primipilari fretus Seneca, promā quod ille in naturalibus quæstionibus eadem penè sententia scribat: vt dignoscatis quantū mihi profuerit vna noctis lucubratio. ALE. Heus Panthee tibi gratulor. ex poeta te breui consummatum (vel vna vt aiunt nocte ad boleti exemplar) exortum esse philosophum. HER. Audiamus igitur Pantheū. PAN. Sic Seneca. Aiūt habere terram intra se cōcauos recessus, & multum spiritus, qui necessario frigescit, graui F vmbra pressus, deinde piger & īmotus, quū in se desijt, ferè conuertitur, queādmodum supra nos mutatio aeris imbrem facit, ita infra terrā flumē, at supra nos nō potest stare segnis diu, & grauis: aliqñ enim sole tenuatur: aliqñ ventis expāditur, itaque interualla magna imbribus sunt. sub terra vero quicquid est, quod illū in aquam cōuertat, idē semper est, vmbra perpetua, frigus æternū: inexcitata densitas: semper ergo præbebit fonti, & flumini causas. HER. Vterq; est ad punctū directus lanceæ ictus, at Seneca ornationibus, politioribusq; ephippijs conspicuus in aciē prodijt. ALE. Fateor, at nos phalerata isthæc verba minimi facimus, modo feriat quocūq; direxerit arcus. PAN. Videor tibi Alearde optimum selegisse in philosophia præceptorē, qui me vnius instructione ex poetarū cultore, fecit non segnem philosophiæ sectatorē? ALE. Optimum inq̄, & minimo aeris tēporisq; dispēdio. PAN. Iā mihi applaudo: vt ani-

vt animosior ad hanc professionem insurgam.
HER. Fortisan tibi aliud est de hac re Panthee?
PAN. Alia mihi est eiusdẽ auctoris, q̃ subnectam
non priori dissonam, sententia. ALE. Euge, ede
Pãthee. PAN. ait ille: Quidam existimãt, ꝙ in ex-
teriori parte terrarum paludes iaceãt: magniq; &
nauigabiles lacus. quemadmodũ ingenti spacio
terræ porrecta sunt maria infusa vallibus: sic inte-
riora terrarum abundare aquis dulcibus, nec mi-
nus illic stagnare, q̃ apud nos Oceanum, & sinus
eius in imo latius, quia plus terra in altum patet,
ergo ex illa profunda copia isti amnes egerũtur,
quos, quid miraris, si terra detractos non sentiat,
quum adiectos maria nõ sentiant? HER. Plurimũ
Panthee Aleardo debes, qui te sua excitatione in
professionẽ à te alienã non parum profecisse coe-
git. sed ad rem nostrã: Quid est, ꝙ accessionẽ flu-
minum maria non sentiunt? ꝙ æque detrimẽtum
exeuntium terra non sentit? PAN. Postea q̃ me
non philosophantem, sed philosophos recitãtem
audire vos oblectat, vtpote qui fœnisiciam Alear
di, sicilimentaq; colligam, pergã sæpius nostrum
reiterare Senecã. qui huic respondet admirationi
sic inquiẽs: Quidam iudicãt terrã quicquid aqua
rum emiserit, rursus recipere: & ob hoc maria nõ
crescere: quia quod influxit, non in suum vertũt,
sed protinus reddũt, occulto enim itinere terras
subit, sed palã venit, secreto reuertitur, colaturq;
in transitu mare, quod per multiplices terrarum
anfractus verberatũ amaritudinem ponit, & pra-
uitatem saporis in tanta soli varietate exuit, & in
sinceram aquã transit. HER. Reddunt ne aliã phi
losophi rationẽ de fluuiorũ principijs? ALE. Red
dũt & alias plures, sed hãc præcipue: quod vapor
eleuatus in mediũ aera, Solis ac aliorũ siderum ca
lore conuertitur in aquã vi frigidi condensantis,
& per pluuiam decidit ad ima: descendensq; per
rimas in montiũ recessus, dat fluuijs, & fontibus
principium. quod satis credibile videtur, quũ hye
me propter iuges pluuias, non se alueis flumina
recipiant: rursus æstate imbrium penuria, pluri-
mum minuantur. HER. Licet applaudat hæc ra-
tio, non tamen mihi credibilis fit. PAN. Illã reci-
tat & Seneca, vt eandem veris argumentis refel-
lat: sic inquit ille: Quidam existimãt quicquid
ex imbribus terra concipit, vel in flumina, vel ad
illam rursus emittere, & hoc argumenti loco po-
nũt, ꝙ paucissima flumina in his sunt locis, in qui
bus rarus est imber: ideo siccas aiunt Aethiopiæ
solitudines esse: paucosque inueniri in interiore
Aphrica fontes: quia feruida natura coeli sit: & pe
ne semp æstiua: squalidę itaq; sine arbore, sine cul
tore arenæ iacent raris imbribus sparsæ, quos sta-

A tim combibunt. At contra constat Germaniam,
Galliamq;, & proximam Italiã ab illis, abundare
riuis, & fluminibus: quia cœlo humido vtuntur,
& nec æstas imbribus caret. Quã rationem mul-
tis argumentis, idẽ auctor reprobat. sed de multis
vnum potissimum recitabimus: primum exẽplo
fieri posse negat: quum diligentes vinearum fos-
sores affirmẽt, nullã pluuiam esse tam magnam,
quæ terrã vltra decem in altitudinem pedes ma-
defaciat. omnisq; humor intra primã crustã con-
sumitur. nec in inferiora descendit. HER. Mouet
me facillime hæc ex fossoribus asseueratio. ALE.
Quam solida est. PAN. Ni verear vobis nimium
philosophari, recenseam duas eiusdem auctoris
opiniones, quæ mihi de aquarum initijs longe ve
rissimæ videntur. ALE. Refer Panthee. Tuos iam
libenter oratores philosophantes audio, quos nõ
B rebar, de rerum principijs tam accurate inuestiga
re licet eos de morum censuris multa diserte di-
sputantes sæpius legerim, iã sub tuis vexillis mili-
to. HER. Heus tam cito transfuga factus es? ALE.
Pro Pantheo victoriã cerno. PAN. Sapientis est,
accõmodare vela ventis: sed ad rem, sic inquit Se
neca de aquarũ principijs. Adijcias etiam licet ꝙ
fiunt omnia ex oĩbus. ex aqua aer, ex aere aqua:
ignis ex aere, ex igne aer: quare ergo ex terra non
fiat aqua? quæ si in alia mutabilis est & in aquam:
immo maxime in hanc: vtraq; enim cognata res
est, vtraq; grauis, vtraq; densa, vtraq; ad extremũ
mundi compulsa. Ex aqua terra fit. Cur nõ aqua
ex terra? HER. Pulcherrima, me Deus adiuuet,
ex cõmutabili naturæ rõne argumẽtatio. huic re-
iectis oĩbus adhęreo. AL. Adhęrẽdũ est. q̃nquidẽ
hęc vna verissima fit rõ. PAN. Quid dicas Alear-
C de: si poetas quos fabulosos appellare soletis, hoc
idẽ decantantes adducã? AL. Quid ni? qd æque iu
cũdius; q̃ audire poetã carminibus philosophan-
tẽ? PAN. Audi ergo Ouid. philosophice canentẽ.

Quatuor æternus genitalia corpora mundus
Continet, ex illis duo sunt onerosa, suoq;
Pondere in inferius tellus, atq; vnda feruntur.
Et totidem grauitate carent. nulloq; premente
Alta petunt, aer atq; aere purior ignis.
Quæ q̃q̃ spatio distant, tamen omnia fiunt
Ex ipsis. & in ipsa cadunt, resolutaq; tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras.
Aeraq; humor abit, dẽpto quoq; pondere rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes:
Inde retro redeunt, idemq; retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit,
Hinc in aquas, tellus glomerata cogitur vnda:
Nec species sua cuiq; manet, rerumq; nouatrix
Ex alijs alias reddit natura figuras.

HER. Laudãda est in Seneca signata pedestris sermonis grauitas. at laudabilior est in Nasone philosophandi exprompta per carmina facilitas. ALE. Vera narras. PAN. Vultis extremã addam de fluminum origine Senecæ sententiam? ALE. Rogamus. PAN. Plura de ea locutus demũ sic inquit: Flumen aquæ facit copia, cursusq; aquæ: aquæ dico perennis. Ergo quæris à me, quomodo aquæ fiat: interrogabo inuicem quomodo aer fiat, aut terra, sed si in rerũ natura eleméta sunt quatuor, nõ potest interrogari vnde aqua fiat, quarta enim naturæ pars est. Quid ergo mireris, si rerum naturę tam magna portio, potest ex se semper effundere? Quomó aer, & ipsa quarta pars mundi ventos, & auram mouet, sic aqua riuos, & flumina, si ventus est fluens aer & flumen est fluens aqua satis, & multum virium illi dedi: quũ dixi elementum est: intelligas quod ab illo proficiscitur non posse deficere. Aqua (Thales ait) valétissimũ elementum est. Primum hoc fuisse putat, ex hoc surrexisse omnia. HER. Hæc extrema Senecæ ratio omnium philosophantium ora conclusit: superfluasq; de hac re iactatas ambages æterna naturæ moderatione resecauit. Iam satis de aquarũ principijs: sed alia mihi insurgit scitu digna (vt arbitror) dubitatio. ALE. Quæ? HER. Si ppetuæ sunt causæ, quibus flumina oriuntur, ac fontes, quare aliquando siccantur, aliquando quibus non fuerunt, locis exeunt? ALE. Nostri auctores reddidere non reijciendas rationes, & longa rerum serie recolendas. velim Pantheum breui sui centurionis compendio tibi satisfactum iri. PAN. Neque intactum hoc præterit ille, sic dicens. Sæpe motu terrarum itinera turbantur: & ruina interscindit cursus aquis, quæ recentes, & nouos exitus quærunt, & aliquo impetu faciunt, aut ipsius quassatione terræ aliunde alio transferuntur. apud nos solet euenire, vt amisso canali suo flumina primũ refundãtur. deinde, quia pdiderunt viam faciant: vt ait accidisse Theophrastus in Auctorico monte, in quo post terrarum motũ, noua vis fontium emersit. ALE. Hæc est vna philosophantium sententia. PAN. Est & poetarum insuper. ALE. Cuius? PAN. Tui Nasonis, qui sic inquit.

Quæq; sitim tulerãt, stagnata paludibus humẽt.
Hic fontes natura nouos emisit, & illic
Clausit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt, aut excæcata residunt.

ALE. Vt video prisci poetæ non modo merã poeticem, sed & Physicen mira ingenij facilitate professi sunt. PAN. Non has modo, sed omnes honestas artes studiosissime excoluere. HER. Primam dubitationem vltro citroque allatis in medium

D sententijs enodauimus. Facessat illa: & in aciẽ descendat altera. ALE. Quæ fuit Hermolae? HER. Hęc est, cur aquę alibi frigidę, alibi tepidiores exeant. Tuum est igitur Alearde hoc nobis, quũ natura sit occultum, aperire. ALE. Quandoquidem sic iubes aperiam ex nostrorum auctorum sententia: Ingenitam esse omnibus aquis frigiditaté nemo est, qui ambigat: tũ sui ipsius testimonio: tum quia quum virtute frigidi generẽtur, vt supra mẽ morauimus, in liquido est, naturaliter oẽs aquas gelidas esse: hæcq; ex fontibus gelidæ scaturiunt. HER. Nullis ad hoc indigemus testibus, sed quærimus quonam ignis fomento, alia qua ue arte calefactæ ex terræ visceribus ad superna ebulliant. ALE. Hoc opus, hic labor est. PAN. At Vitruuius sine verborum inuolucro rem apertissimam facit dicens. Neq; enim calidæ aquæ est vlla proprie-
E tas. sed frigida aqua quum incidit percurrens in ardentem locum efferuescit, & percalefacta egreditur per venas extra terram: ideo diutius non potest permanere, sed breui spatio fit frigida: nanq; si naturaliter esset calida, nõ refrigeraretur calor eius. ALE. Strictim, & rationabiliter Vitruuius: non tamen quibus id fiat modis aperit, quare quę nostri maiores solerti ingenio excogitauere, non reticebo: causam igitur huius effectus duplicem reddiderunt: vna est quæ metallorum materiam procreat, & lapidum in aliquibus locis: in alijs est virtus gñatiua, sicut naphthæ & sulphuris, quæ est materia facilis ad generãdum. Et ideo cõsumpta indesinenter gñatur: vt pluribus in locis par est videre. HER. Sed priusquam longius progrediamur scire abs te velim, quales sint diuersorũ metallorũ in terræ visceribus venę? PAN. Quum
F hoc signanter ab Seneca descriptum sit, post habendos tuos philosophos arbitror. ALE. Senecæ cedendum est: qui rationibus, sermonisq; venustate cæteros antecellit. HER. Non falso sentis. PAN. Sic ille inquit. Placet natura regi terram, & quidem ad nostrorũ corporum exemplar. In quibus & venæ sunt, & arteriæ, illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. in terra quoq; sunt alia itinera, per quæ aqua: alia per quæ spiritus currit. adeoq; ad similitudinem illam humanorum corporum natura vel Deus formauit, vt maiores quoq; nostri aquarum appellauerint iter venas: sed queadmodum in nobis non tãtum sanguis est: sed multa genera humoris: alia necessarij, alia corrupti, ac paulo pinguioris: in capite cerebrum, in ossibus medullæ, muci, saliuęq;, & lacrymę, & quoddam additum articulis, per quod citius flectãtur ex lubrico, sic in terra quoque sunt humoris genera complura, quædam quæ mature durentur. Hinc

est omnis

est omnis metallorum humus, ex quibus aurum, A argentumq; petit auaritia: & quæ in lapidem ex liquore vertuntur. In quibusdam vero locis terra, humorq; liquescit sicut bitumen & cætera his similia. HERMOL. Non potuit conuenientior excogitari à Seneca consimilitudo. PANT. Diuersis verbis eandem refert Vitruuius sententiã, quam nec vos audire pigeat. HERM. Immo in medium afferenda est. PANTH. Sic ille: Quom hæc tanta varietas sit disparibus rebus natura distributa, quod humanũ corpus est, ex aliqua parte terrenum: in eo autem multa genera sunt humoris: vti sanguinis, lactis, sudoris, vrinæ, lacrymarum. Ergo si in parua particula terræ tãta discrepantia inuenitur saporum: non est mirãdum si tanta in magnitudine terræ innumerabiles succorum reperiuntur varietates: per quarum venas aquæ vis percurrens tincta peruenit ad fontiũ e- B gressus, & ita ex eo dispares, varijq; perficiuntur in proprijs generibus fontes propter locorum discrepantiam, et regionum qualitates, terrarumq; dissimiles proprietates. ALEAR. Vterque recte de isthac consimilitudine, sed redeo ad alteram causam, quæ inflammat materiam generatã: hæc triplex est: Vna quidem motus vaporis terrei, qui calidus, & siccis ignescit, sicut vapor de nube egrediens. Secunda causa est, motus venti ingressi in concauitatem, vbi est materia per terrę poros qui suo motu incendunt: Tertia vero est, cõpressio caloris impressi terræ, & quæ radijs solis, & virtute alicuius frigidi circunstantis, & augentis calorem, inflammat materiam loci: igitur materia sic accensa, si transeat per eam aqua, tunc calescit, & feruens egreditur. Si vero in eo loco non sit aquæ transitus, & ibidem sit crater aliquis, vt C in Aethna, & Aeolijs: tunc apparẽt ignes: quibus si admixtum sit quicquam humiditatis, fumus teter egreditur. PANT. Non pigeat vos audire quę scquid de hoc noster sentiat Seneca. HER. Nusquam tam eminentis auctoris lectio vllum tædium afferre potest. ALEAR. Quam libenter arrigo aures ad Senecæ nomen. PANT. Sic inquit: Empedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere, si subditi sunt solo, per quod aquis incursus est. Facere solemus Dracones, & Milliaria, & cõplures formas in quibus ære tenui fistulas tingimus, per decliue fundatas, vt sępe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est. frigida igitur inerat: effluit calida. Idem fieri sub terra existimat Empedocles, quẽ nõ falli credebant, in quibus balnearia sine igne calefiunt: spiritus in illa feruens loco æstuanti infunditur. Hic per imos lapsus non aliter quàm igne subdito, parietes, & vasa balnei calefacit, omnis deniq; frigida transitu mutatur in calidam. Quidam existimant per loca sulfure plena vel introeuntes aquas calentes beneficio materiæ per quã fluunt, trahere, quod ipso odore, gustuq; testantur, reddunt enim qualitatem eius, qua caluere materiæ. ALE. Omnia doctissime tuus explicat Seneca. PAN. Sed quid dicas si adducam Vitruuium ab hac opinione non deuiantem? HERM. Quid Vitruuio architectanti cum naturalium rerum disertatiõe? PAN. Quid? Audi quàm planissime de aquis calidis reddat rationem: Sic enim ait. Sunt autem nonnulli fontes calidi è quibus ꝑfluit aqua sapore optimo, quæ ita in potione suauis est vti nec fontinalis à camęnis, nec martia salliens desideretur: Hæc autem à natura perficiuntur his rationibus: Quom in imo per alumen, aut bitumen, seu sulfur, ignis excitatur, ardore ꝑ candefacit terram quæ est supra se, aut feruidum emittit in superiora loca vaporem: & ita si qui in his locis, qui sunt supra fontes dulcis aquæ nascũtur, offensi eo vapore efferuescunt inter venas. & ita profluunt incorrupto sapore. HERM. Hæc sufficiant de aquis ex materia calentibus. ALE. Sat est. PAN. Si veniam datis non modo ad ornatum, verum ad comprobationem duas explicabo poetarum & oratorum alas, quæ se se, ostentando incredibilem afferant voluptatem. HER. Dic Panthee, ne tuæ lucubrationis oleum amiseris. PAN. Primum citabo Apuleium non modo disertissimum oratorem, verum perspicacissimũ in omni philosophia indagatorem: qui vnico in libello de mundo sic inquit: Sed non aquarum tãtummodo tellus in se habet fontes, verum spiritu & igni foecunda est, nam quidam sub terra occulti sunt spiritus, efflantes incendia itidem suspirant. Illi etiam, qui terræ secretarijs continentur prætereuntes aquas vaporant, & produnt, lõginquitate enim flammæ tepidiores aquas reddunt: vicinia feruentiores. HER. Hæc est Apuleij optima astipulatio. PAN. Sed & Lucretius, qui vetustam latini sermonis maiestatem redolet, nõ minore sui carminis asseueratione philosophando, huic suffragatur opinioni in hũc modum canẽs.

Principio tellus habet in se corpora prima
Vnde mare immensum voluẽtes frigora fontes
Assidue reuomunt. habet ignes, vnde oriantur.
Nam multis succensa locis ardent sola terræ:
Ex imis vero furit ignibus impetus æthnæ
Tum porro nitidas fruges arbustaq; læta
Gentibus humanis habet, vnde extollere possit,
Vnde etiam fluuios, frondes, & pabula læta

Monti-

Montiuago generi posit præbere ferarum.
HERM. Visus sum audire poetam potius de rerum naturæ philosophātem, quàm carmina dulci lyra meditātem. PAN. Ex philosophicis quæstionibus totus constat. Sed omnia ignibus plena esse attestantem audiamus M. Manilium qui in astronomica sua canit sic.

Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricātes fulmina nubes.
Et penetrant terras, Aetnāq; imitātur olympo:
Et calidas reddunt ipsis in fontibus vndas.
Ac silice in dura, viridiq; in cortice sedem
Inueniunt: quom silua sibi collisa crematur:
Ignibus vsq; adeo natura est oīs abundans:

ALE. Sunt tibi in promptu Panthee auctores tui qui de Aetnæo incendio quicquam memorent? PAN. Sunt certe plures, sed præter illos prius audiamus Geographum Strabonem de eo sic referentem: Ex longa vero in Aetna creditum est obseruatione flammas flatibus concitari: quibus cessantibus, cessant & flammæ, nec vero id ratione caret. Venti enim è marinis exhalationibus captantes originem, & generantur, & nutriuntur adeo vt de cognata materia, accidentiq;, ignis incensus spectatores ipsos mirari nō finit. HERM. Physica est Strabonis de ætnæis flammis recitata ratio. PAN. Non minus rationi consentaneam enarrat Iustinus, sic de illis graphice memorans; Est autem ipsa Siciliæ terra tenuis, ac fragilis, & cauernis quibusdam, fistulisq; ita penetrabilis, vt ventorum tota ferme flatibus pateat, necnon & ignibus generandis, nutriendisq; soli ipsius vi: quippe intrinsecus stratum sulfure, & bitumine traditur, quæ res facit, vt spiritu cum igne inter interiora luctante, frequenter & compluribus locis nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet: inde deniq; Aetnæ montis per tot sæcula durat incendium. & vbi acrior per spiramēta cauernarū ventus incubuit, arenarum moles egerūtur. Et paulopost addit. Eadem causa etiā Aetnæ montis perpetuos ignes facit: nam aquarum ille concursus raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atq; ibi suffocatum tam diu tenet, donec per spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. ALE. Quoniam Pāthee in hac sententia poetas tibi non deesse puto, qui tuæ asseuerationi applaudant hos referas quęso, vt carmine aliquandiu recreemur. PAN. Quoniam sic tibi libet, referam lubentissime, modo annuat Hermolaus. HER. Annuo facillime, modo irritantes illorum illecebras fugites. PAN. Id facile fugiam, sed magis vereor, ne fortassis ambitiosior vobis videar: & nimis in citandis testimonijs deprehen-

D dar. ALE. Minime. PANT. Primum igitur honoris gratia vetustiorem citabo Lucretium, qui de ætnęo incendio talia non inscite, sed ex philosophiæ fontibus hæc carmine depromit.

Nunc ratio quæ sit, per fauces montis vt ætnæ
Expirent ignes interdum turbine tanto,
Expediam primum, totius sub caua montis
Et natura ferens silicum subfulta cauernis:
Omnibus est porro in speluncis ventus, & aer:
Ventus enim fit, vbi est, agitando percitus aer.
Hic vbi percaluit, calefecitq; omnia circum
Saxa furens, qua contingit, terramq; & ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem,
Tollit se, ac rectis ita faucibus eijcit alte
Fecitq; ardorem longe, longeq; fauillam
Diffluere: & crassa voluit caligine fumum.
Extruditq; simul mirando pondere saxa.
E Nec dubites quin hęc animai turbine siluis.
Præterea ex parte magna mare montis ad eius
Radices frangit fluctus, ęstumq; resoluit:
Ex hoc vsq; mari speluncę montis ad altas
Perueniunt subter fauces, hac ire fatendum est,
Et penetrare vias penitus res cogit aperto:
Atq; afflare foras, ideoq; extollere flammam.
Saxaq; subuectare, & arenæ tollere nimbos
In summo sunt vertice crateres velut ipsi
Nominitant, sed nos fauces perhibemus, & ora:

ALE. Mirum in modum perplacet hęc vetusta dicendi simplicitas. PAN. Velim Pelignam facilitatem tersiore carmine non surdioribus attēdas auribus: qui de Aetnęis flammis sic concinit.

Nec quę sulfureis ardet fornacibus Aetna
Ignea semper erit, neq; enim fuit ignea semper
Nam siue est animal tellus, & viuit, habetq;
F Spiramenta locis flammam exhalantia multis
Spirandi mutare vias: quotiesq; mouetur
Has finire potest, illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq; cum saxis, & habentem semina flammæ
Materiam iactant. ea concipit ignibus ignem.
Antra relinquentur sedatis frigida ventis,
Siue bitumineę rapiunt incendia vires,
Lutea ue exiguis ardescunt sulfura fumis.

ALE. Inter reliquos vates, quos tamen rarius perlego, plurimum me suo lepido ingenio delectat Naso noster. HER. Delector magis ego, q̄ metrica norma districti, tanta carminum facilitate naturę secreta peruestigando decantent. PAN. Vt maior vobis accrescat oblectatio, non pigeat audire quod subnectam: Quid scilicet rapinæ tartareæ decantator Claudianus ferrugineam Sicani ęstus exhalationem lamentabili calamo depingens concinat.

Lambit

Lambit contiguas innoxia flamma pruinas
Quæ scopulos tormenta rotent,q̃ tanta cauernas
Vis glomerat?quo fonte ruat vulcanius ignis?
Siue q; obicibus discurrens ventus opertis
Offenso per saxa furit rimosa meatu,
Dum scrutatur iter,libertatemq; reposcens
Putrida multiuagis populatur flatibus antra:
Seu mare sulfurei dictum per viscera montis:
Oppressis ignescit aquis,& pondera librat:

HER. Aemulatur & poeta iste carminis lenitate Ouidianum leporem. PANT. Inter iuniores & iucundus,& tersus habetur:ipsius iterum de salu berrimis Aponi fontibus elegiacam laudem cũ æstuantis vaporis causa audiamus.

Salue Pęoniæ largitor nobilis vndæ,
  Dardanij salue gloria magna soli:
Publica morborum requies commune medẽdi,
  Auxilium:præsens numen,inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,
  Et nostro phlegeton,deuius orbe calet:
Sulfuris in venas gelidus seu decidit amnis
  Accensusq; fluit,quod manifestat odor:
Siue pari flammas vndarum lance rependens
  Arbiter in fœdus mons elementa vocat:
Ne cedant superata sibi,sed legibus æquis
  Alterius vires possit vtrunq; pati:

ALE. Perquam voluptuaria fuit Pãthee tuorum vatum amœnissima cantilena:vereor Hermolae ne res cedat aliorsum quàm putaram. HER. Cur ita Alearde? ALEAR. Speraham etenim me Pan theum à Musarum delitijs abdicatum in philoso phãtium scholã pellexisse:at è diuerso video me eius adeo suaui camœna allectatum,vt hoc senio spreta medicæ artis professione inter lætantes va tum choros versare mirum immodum cupiam. PAN. Non tibi libeat Alearde isthæc permutatio. Dat enim Hippocrates,dat Galenus opes.sed mendicat per atria Clio:te nanque rudiorem æreo Glauci commercio homines adiudicarent. HER. Vera dicit Pantheus. Posteaquam satis patet ex rationibus æquè philosophantium,ac poetarum aquas fieri calidas,& non nasci: reliquum est Alearde,vt edisseras:cur calidæ peculiare habeant ad opem medicam auxilium. ALE. Et hoc naturę secretarium miro ingenij acumine nostri aperuere philosophi: Affirmant nanque calidas aquas potentiam medicatam ex metallorum venis recipere à quibus generantur,aut per quas trãseunt:illasq; insignes sapor,aut color facit. HER. Trahunt ergo saporem ex terra? AL. Trahunt in quam,& vim non modo auxiliarem,sed perniniciosam quandoque. PANTHE. Audite quæ so nostrum Senecam cur aquis sit varius sapor,

A quatuor id causis fieri affirmat,sic dicens. Ex solo prima est per quod feruntur aquæ: Secunda ex ea dem simulatione eius à qua nascuntur: Tertia ex spiritu qui in aquam transfiguratus est, Quarta ex vitio quod sæpe concipiunt corruptæ per iniuriam. Hæ causæ saporem varium aquis præstant, hæ medicatam opem. hæ grauem spiritũ caloremq; pestiferum, hę leuitatem,grauitatem aut calorem,aut nimium rigorem. HER. Senecę verba percipio.non tamen liquet, quæ sit manifesta eorum sententia.interprete indiget. PAN. Est Aleardi hæc oraculi interpretatio. AL. Ex doctrina nostrorum philosophantium Senecæ ænigma enodabo:Causa saporis aut est in aqua à sua pte natura,& tunc imitatur saporem,& calorem eius à quo nascitur:vt facile cognitu est ex ea quã per plumbeũ uas ex herbis,& rosis guttatim eliquamus. & is scd's est modus.aut ab accidenti fit

B aquarum sapor,& hoc duplici fit modo. aut per solam alterationem sine materię commixtione, vt si aquam ad rem bene vel maleolentem appo sueris odorem vel grauem olentiam admittat,& is quartus est modus. si vero alteratur per materiæ tincturam,tunc aut inde trãsit corporaliter, & fit sapor illius,per quod transit terræ genus,& is primus est modus:aut spiritualiter in aquã trãsit sapor,vt quom exhalatiões ex sulfuratis aquis euaporant:iuxta aliæ discurrentes aquę solo sulfuris spiritu,& non terrę substantia inficiuntur: & is tertius est modus. HER. Quadrifariam Senecæ subobscuram sententiam planissime enucleasti. AL. Tanta Hermolae inest terrę virtus, vt nõ modo afferat aquis saporem:verum ab illa transmutandi potentiam recipiunt. Illis nanque frigi

C dis,& humidis grex epotus albam inficit lanam & pellem. PAN. Nec nostri pręteriere auctores. Plinius enim sparsim ac Vitruuius iunctim de ea re reddẽs rationem hunc admodum memorat. Aquarum autem varietates regionibus,& locis inclinatio mundi,& solis impetus proprius, aut longius cursum faciẽdo,tales efficit tei rę humores:quæ qualitates non solum in alijs rebus, sed etiam in pecoribus,& armentis discernũtur:hæc non ita dissimiliter efficerentur, nisi proprietas singularum terrarum in regionibus ad solis potestatem temperarentur:sunt etiam Boetiæ flumina Cephysos,& Melas,Lucanis Cratis: Troia Xanthus:inque agris Clazomeniorum,& Erythreorum,& Laodicensium fontes.quom pecora suis temporibus anni parantur ad conceptionem partus,per id tempus adigũtur eo quotidie potum:ex eoq;,quamuis sint alba, procreantur alijs locis Leucophea:alijs locis pulla:alijs coraci

no

no colore,ita proprietas liquoris, quom init in corpus,persemínat intinctam sui cuiusque generis qualitatem. Igitur quum in campis Troianis proxime flumen armenta rufa,& pecora Leucophæa nascuntur:ideo illud flumen Illienses Xanthum appellauisse feruntur. AL. Optime Vitruuius tuus. PANTHE. In hanc stipulationem nõ desunt Plinij attestatiões, quæ de aquarum miraculis hæc tradunt: Eudicus in Hestiæa Eutyche fontes duos tradit esse Ceromen,ex quo bibẽtes oues,nigras fieri:Melem ex quo albas. ex vtroq; autẽ varias:Theophrastus in Thurijs Cratin candorem facere:Sybarin nigriciam bobus ac pecoribus. Quin & homines sentire differentiam eã: nam qui Sybarin bibant nigriores esse,durioresque, & crispo capillo, qui ex Cratide candidos melioresque, porrecta coma. Item in Macedonia, quæ velint sibi candida nasci,ad Halialmonem ducere, quę nigra,aut fusca,ad Axium. ALEARD. Obseruauit maxime singulares naturæ historias. PAN. Nec modo Plinius,& Vitruuius,sed & poetæ quoq; hanc colorum immutationem nõ præteriere: Hinc Ouidius de his fluminibus sic concinit.

Cratis,& huic Sybaris vestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroq; capillos,

ALE. Hos cuperent pro Athesi nostri æui iuuenculæ per agrum influere. PAN. Et quàm cuperẽt? Vergilius insuper carmine georgico Clitumnũ Meuaniæ fluuium collaudat. quod apud eum depascentes Tauri ad sacrificia eius potu reddãtur candidissimi,nec minus equi ad vehendos in capitolium triumphales Heroas. sic canit ille.

Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus
Victima,sępe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa Deum duxere triumphos.

HER. Ex his ergo Alearde terræ venis attrahunt fontani vapores non modo saporem,odoremq;, sed & vim medicatã. AL. Attrahut sanè ꝛ õibus naturæ prędictis. PAN. Hoc confirmat Seneca dicens: Ideo interest vtrum loca sulfure, aut nitro, aut ferro,aut bitumine plena transeant, quia ex his aliqua redditur vtilitas:quędã enim oculos, quædam neruos iuuant: quędam inueterata,& desperata procurant. quædam medentur vlceribus. Quædam interiora potu fouent: & pulmonis, ac viscerum curas leuãt,& querelas. quędam supprimunt sanguinẽ. AL. Tuus Seneca Pãthee(vt video)non modo physicen,sed & medicem profitetur. PAN. Quo magis eum lectito: eo amplius multimoda omnium artium doctrina refertum comperio. HER. Vera narras. PAN. Cęterum & Vitruuiũ inter architectandum in

D hac re philosophantem, sicq; inquientem audi: Omnis autem aqua calida,ideo est medicamentosa, quia in alijs rebus percocta,aliam virtutem recipit ad vsum. Nanque sulfurosi fontes neruorum labores reficiunt percalefaciẽdo, exurẽdoq; caloribus. Hi corpibus pellũt humores vitiosos: aluminosi autem,cum dissoluta membra corporum paralysi,aut aliqua vi morbi fuerunt, fouendo per patentes venas refrigerationem contrario calore sui, efficiunt. Ex hoc continenter restituuntur in antiquam membrorum curationem. Bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando solent mederi. ALEAR. Distincte & singulariter,non tanquam architectus sed velut alter Hippocrates hęc annotauit Vitruuius. PAN. Vis addam quę Plinius de his notanter disseruit? ALE. Addas quęso. PAN. Sic ait ille:

E Calidarũ autem aquarum non vna eademq; natura est. Quandoquidem alię tepentes: alię calidiores,alię feruentissimę sint. Quod accidit ex diuersa metallorum mixtura:nonnullę enim ex sulfure,alię alumine,alię sale,alię nitro,alię bitumine,alię acida salsaue commixtione participãt: & ex hoc varia morborũ auxilia conferẽtes: hinc neruis,pedibusue prosunt, aut coxendicibus luxatis,fractis ue,inaniunt aluos, sanãt vlcera. capiti,auribusque priuatim medentur: & quod mirandum est,è cunctis animalium tantum hominis causa,ad superna mergere videntur: & imprimis quia oculis fauẽt Ciceronianę,carmine Lauręæ Ciceronis liberti celebratę sunt.

Quod tua Romanę vindex clarissime lingue,
Silua loco melius surgere iussa viret:
Atq; Academię celebratam nomine villam
F Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hic etiam apparent Lymphę non ante repertę,
Languida quę infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit hac fontes cum patefecit ope:
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquę:

ALE. Fuit hęc Plinij ęque scita ac iucunda recitatio. HER. Si Alearde calidę aquę medicabiles ex metallicis venis fiãt:cur ab eisdem(vt dixisti) pernicicm trahunt? ALE. Cur hoc contingat ex philosophorum nostrorum sententia,quom ad Caldaria nos fontes de hac re disceptaremus, multis rationibus satis superq; ostẽdi. PAN. Pręter tuos philosophos venustam huius rei reddit ratiõem Seneca dicens: Cęterum vt in nostris corporibus ita in terra sępe humores vitia concipiunt, aut ictus,aut quassatio aliqua,aut senium loci, aut frigus,aut ęstus, corrupere naturam: & sulfuratio

contraxit

contraxit humorem, qui modo diuturnus est, & modo breuis. Quo circa fit, vt vis illa terræ, quã esse mutabilem diximus, desinat posse alimenta in humorem conuertere: & terra sæpe, si facilis est, & in tabem soluitur, & humescit. HER. Hac forsitan de causa argutata est plebs rudis fontes calidos, qui perpetuis annis ægrotantibus prosuere, aliqua ex his causis commutatos in perniciẽ uerti, & proinde à medicis ueneno infectos dictet. ALE. Isthuc est Hermoale. PAN. Hoc non persuadeas Tytiro nostro. ALE. Nullam persuades lapideis hominibus rationem. HER. Sunt ne Alearde inter metallicas terræ nenas aliæ aliis deteriores? ALE. Sunt nimirũ. HER. Quæ? eas memora. ALE. Nostri quo ad fontium medicamen totam uim, æris', argenti, plumbi & demum ferri reliquis minus auxiliares adiudicant. PAN. De his quæ sit Vitruuii sentẽtia quæso audite: sic inquit ille: Vbi nero Aurum, argentum, ferrum, plumbum, reliquæque res earum similes foditur, fontes inueniuntur copiosi: sed hi maxime sunt uitiosi: habent enim uitia aquæ calidæ: sulfur, alumen, bitumen, eademque per potiones quum in corpus intrant: & per uenas permanando, neruos attingant, & artus: eos durant inflando: igitur nerui inflatione turgentes, seu longitudine contrahuntur: & ita aut neruicos, ant podagricos efficiunt homines: ideo quod ex durissimis, & spissioribus, frigidissimisque rebus intinctas habent uenarum raritates. ALE. Vera prædicat Vitruuius: hac igitur ratione corrumpuntur aquæ, & cũ uitæ periculo bibũtur. PAN. Perniciosæ multæ enumerantur apud Senecam, & Vitrunium, & ni ueritus sim, plus æquo longior narrando uobis uideri, ex pluribus nonnullas percenseam. HER. Percenseas uolumus Panthee. PAN. Referũt illi in Arcadia ad Nonacrim regionem e saxo distillantes frigidissimos humores: hæc autem aqua στυγος ὕδωρ nominatur, ad uenas fallentes. Quia non facie, nec odore inspecta est: sed summa celeritate corrũpit: nec remedio locus est: quia protinus hausta duratur: nec aliter quàm gypsum sub humore constringitur, & alligat viscera. HER. Non iniuria stygia igitur appellata est. ALE. Profecto ita est. PAN. Ex tempore mihi succurrit, nõ huic dissimile quod Ouid. de Ciconũ flumine in hũc modũ cecinit.

Flumen habẽt Cicones: quod potũ saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus:

HER. Est ne Panthee ea stygia aqua Alexandri Magni nece celebratissima? PAN. Ea est quã nullo ęreo vase contentam, sed mulina vngula inclusam ab Antipatro per Iolam filium ad regẽ perla-

A tam ferunt. HER. Mihi videris Panthee vere nouicius philosophus. PAN. Cur? HER. Si recte memini, superiore disceptatione enarratũ est, aquas calidas, & non gelidas aliquando esse ad perniciem: Tu in frigidas rẽ deriuasti. PAN. Recte obijcis: sed hæ frigidæ pernecantes, aliquando calidæ fuerunt per terræ venas transeuntes. Verum longo decursus interstitio refrigerantur, vim maliciæ minime deferentes. HER. Hoc tibi non facile crediderim, ni de more astipulatorem quẽquam addideris. PAN. Addam ex numerosa copia primum Vitruuium sic scribentẽ, Sunt etiam odore, & sapore non bono frigidi fontes, qui ab inferioribus locis penitus orti per loca ardentia transeunt, & ab eo loco per longum spacium terræ procurrentes refrigerati perueniunt supra terram sapore, coloreque corrupto: vt in Tyburtina via flumen Albula, & in Ardeatino fontes frigidi odore: qui sulfurati dicũtur. ALEARDVS. B

Prima hæc Vitruuij attestatio quàm commodissima est? PANTHEVS. Pausaniam de Albula in sermone Messeniaco loquẽtẽ, à me, vt potui, factum latinum audite. sic inquit auctor ipse reconditarum rerum indagator solertissimus. Iuxta vrbem Romam Anium transmittentibus flumen albi latices reperiuntur: qui primo statim in eos ingressu adeo gelidi rigentesque sunt: vt frigus rigoremque non mediocrem causent: manentes autem in illis paulum, perdurantesque adeo calfaciunt, ac si ex pharmacis igneum quippiam, excalfactoriumque ebibissent. ALE. Non paruæ admirationi est Albularum aqua. PANT. Ideo idem auctor statim subnectit hos Albularum fontes apposuisse: quia ex omnibus quos ei videre contigerat, maxima digni admiratione vi si fuerant: Verum eorum naturam non subticuit Strabo dicẽs. In hac planicie Anio fluit, & quas nuncupant Albulas aquas frigidas multis è fontibus exeuntes, varios ad morbos salutares cum potu, tum incensionibus admistas. Hæc Strabo: Martialis quoque easdem suis carminibus celebrat sic scribens. C

Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces,
Canaque sulfureis Albula fumat aquis.

Illas autem Plinius iuxta Romam decurrentes, prægelidas, vulneribusque medẽtes astipulatur. HER. Admiror Albularum inuicem aduersantem potentiam. quippe eas prægelidas Plinius: et Martialis sulfureas, fumantesque quod indiciũ calididatis est, appellat. PAN. Hoc non aduersari, verum cohærere præmonstrabo: sulfureæ & enim pariter & crudæ esse possunt: quod superioribus & Vitruuij & Senecæ attestationibus firmatum

matum eſt.HERMOL.Iſtud liquet: ſed quomo- D
do frigidæ fumant?PAN. Fumum illum calor
minime efficit. Verum exhalans nubecula effun
ditur:quæ frigore faciēte vaporare videtur:quod
ſignantius expreſſit Martialis dicens.

Quod ſiccæ redolet palus lacunæ
Crudarum nebulæ quod Albularum.

Quod etiam innuit Papinius ſic ſcribens.

Iunctis fornacibus amnis ridet anhelantes vici
no flumine lymphas:oſtendens Albularum lym
phas anhelantes hoc eſt nebulę halationem emit
tentes.ALE.Fuit hæc de Albulis & iucunda,'&
erudita enarratio.HERM. Audiueram à teneris
idem Albulam, & Tyberim.PAN.Idem ſunt.
Verum pro fontibus numero multitudinis enū-
ciant.licet poetæ interdum metrica lege aſtricti
vtroq; numero illos promiſcue dixerint. HER.:
Iuuant me plurimum atteſtationes: quæ ad vn- E
guem quadrant.PANTH. Vt ergo teſtimonio-
rum copia credulior,auidiorq; fias,audi & Sene
cam locupletisſimum in hac cauſa teſtem.ſic in-
quit.Eſt inſuper noxia aqua in Theſſalia circa Tē
pe,quam & feræ,& pecus omne deuitat:per fer-
rum,& ęs exit:tanta vis illi ineſt dura molliendi.
nec arbuſta quidem alit,& herbas necat. ALEA.
Hæc à natura quaſi portenta monſtroſa in caput
noſtrum progenita videntur.PANT.Eādem pu-
to eſſe,quam Vitruuius inter alios noxios humo
res memorat ſic dicens. Item in Theſſalia fons
eſt profluens:ex quo nec pecus vllum guſtat: nec
belluarum genus vllum propius accedit: ad quē
fontem proxime eſt arbor florens purpureo colo
re.HER.Ea eſt.PAN. Illam nec ſubticuit Plinius
dicens,aliter circa Theſſalica Tempe: Quoniā vi-
ſus omnibus terrori eſt:traduntq; etiam æs,ac fer- F
rum erodi illa aqua:profluit(vt indicauimus)bre
ui ſpacio,mirumq; ſiliquę ſylueſtris amplecti ra-
dicibus fontem eum:dicitur ſemper florens pur-
pura:& quædam ſui generis herba in labris fon-
tis viret.HER.Conueniunt ſanè hi tres auctores
vno ore:nec falſi coargui poſſunt. ALE. Conue-
niunt mirifice.PANT. Sunt inſuper præter has
innumerabiles aliæ ex terreni proprietate nocen
tes,quas eſt apud Plinium, Vitruuiūq; diffuſius
curioſis legere.HERM.Poteſt igitur contingere
vt & gelidæ aliquod auxiliare remedium prę
ſtēt hominum valetudini?PANT. Præſtant inquam.
Si enim per ſolum ſalubre diſcurrant, licet refri-
xerunt,ſapor,& odor,& color,illis reſtat, qui in
tinctus eſt propter naturæ raritatem. Vnde teſte
Vitruuio. Eſt aquæ frigidæ genus nitroſum vti
pinę Veſtinæ Sutilis,alijsq; locis ſimilibus: quod
potionibus depurgat, per alumenq; tranſeundo

etiam ſtrumarum minuit tumores. HER. Sis me
mor Pāthee vnde digredimur,vt ad idem ſermo
nis diuerticulum redeamus,quom opus fuerit.
PANT.Faciam vt iubes.HERM.Hoc abs te ſci-
re cupio Alearde,quiſnam ſit ſtrumarū morbus.
AL.Strumas alij dicunt extantia quædam in ter-
go,vti gibbum in pectore,nonnulli morbū, quē
ſcrofulam alio nomine vocitant.HER.Quid ri-
des Panthee?PAN. Rideo ineptam,atq; exibilan
dam illorum ignorantiam,qui ſtrumas tumores
grandes illos in tergo hominis eſſe impudenter
inſciteq; autumāt:qui ſi idoneos lectitaſſent me-
dicinę auctores,non profecto in id decidiſſent er
roris:quo fieri poteſt modo vt ſtrumæ, ſi in ſcapu
lis monticuli inſtar eminerent,ſaluiæ maluæque
pharmaco abigantur teſte Plinio: qui de maluæ
medicinis ſcribēs,ſic inquit: Eadem ſtrumas, &
parotidas, panoſque addita hominis ſaliua pur-
gat citra vuln⁹. Hęc ille.Quom igitur parotides,
& pani (vt planisſimum eſt)ad iuglādis magni-
tudinem vix excreſcāt:nec ſtrumas his maiores
cēſendum puto:quod vel facile creditu eſt: ſi au-
res Celſo præſtiterimus.Qui de ea ſic ſcribēs ait:
Struma eſt tumor, in quo ſubter cōcreta quædā
ex pure,& ſanguine quaſi glādulæ oriuntur:quæ
vel præcipue fatigare medicos ſolent: quoniam
& febres mouēt,nec vnquam facile matureſcūt:
& ſiue ferro,ſiue medicamentis curantur:plerun
que iterum iuxta cicatrices ipſas reſurgunt:mul-
toq; poſt medicamento eſt opus:quibus id quoq;
accedit,ꝗ longo ſpacio detinent. Naſcuntur ma
xime in ceruice,ſed etiā in alis, & in inguinibus
& lateribus:in mammis quoq; fœminarum ſe re
periſſe chirurgus Meges auctor ē. hęc ille.Ex ver
bis igitur Celſi in confeſſo eſt: quibuſnam in cor
poris partibus enaſcantur ſtrumæ: quarum ex
putri ſanguine conglobata paruula glandula nō
in gibboſam,monſtroſamq;,vel tergi,vel pecto-
ris duriciem excreſcit.HER.Nemo eſt, qui rem
tam apertam inficiari poſſit.ALEAR. Perplacet
hæc ſummopere, quam de ſtrumis recitaſti opi-
nionem Panthee.PAN. Nec Iuuenalis ipſe eun-
dem morbum vno carmine congeminaſſet quū
dicat.

Nec prętextatum rapuit Nero loripedē,nec
Strumoſum,atq; vtero,pariter gibboq; tumētē:

AL.Recte iudicas Panthee. PAN. Adhuc maius
eſt,quo te in ſententia confirmem.AL.Dic quæ-
ſo.PAN. Strumas porro eas affirmare auſus fue-
rim, quas Paulus Aegineta Choeradas appellat
dicens:Choerades glandulę ſunt induratę in cer
uice,& in alis,& in femoribus, vt plurimum pro
uenientęs:nomen autem habuerunt, vel à Choe

radibus

radibus petris vel à Suibus, sues enim multipa-
res sunt, vel quia talē porci ceruicem habēt. hęc
Paulus. ALE. Quid Choeradibus morbo cū pe-
tris? PAN. A nominis similitudine putaueri. legi-
mus enim ex Callimachi historia Choeradas pe
tras scopulum esse iuxta Euboeam apud quod vl
ciscente Pallade iniuriam violatæ Cassandræ in
eius templo Aiax Oileus in patriam rediens nau
fragio periclitatus est. dictæ autem sunt Choera
des. q; saxa illa sub mari nigricantia in suilli gre-
gis morem sublatitant: vnde latini morbum il-
lum scrophulas à scropha porca recte dixerunt,
HER. Quadrat Panthee tuus Paulus cum Celso.
Sed cur latini eas quoq; strumas nuncupauere?
PANT. Quia cum Ruma & Māma, & gutturis,
vt quidam asserunt pars dicatur: in ea siquidem
plurimum nascentes strumæ dictæ sunt. HERM.
Expunxisti calculum, qui me stimulabat de stru
mis: sed ad tuas redi aquas Panthee. PAN. Oppi-
do q̄ lubens redeo: sunt in Teano, & aliubi terra-
rum: quæ hanc habeant virtutem vt calculos in
vesicis, qui nascuntur in corporibus hominum
potionibus discutiant: fieri hoc autem naturali-
ter ita ideo videtur, quòd acer, & acidus succus
subest in ea terra, per quam egredientes venæ in
tinguntur acritudine: & ita quum corpus ineunt
dissipant, quæ ex aquarum subsidentia in corpo-
ribus, & concrescentia offenderunt. AL. Recte
Vitruuius, sed quid noster Plinius? eo ne oblitus
es ad citationem? PAN. Minime: ipse quoq; enu-
merat subcutilas aquas ī sabinis gelidissimas: sto-
macho, neruis et vniuerso corpi aptissimas. plu-
resq; memorat ille: quas ad vnam recensere per-
longum esset. HER. His contenti simus Pāthee,
& ad calidas aquas redeamus: si quicquam super
est de eis dicendum. PAN. Pergamus. ALEAR.
Præter plinium panthee quempiam alium habes
non triuialem scriptorem, affatim aquarum mi-
rabilia enarrātem: quiq; de aquis aliquid memo-
ria dignum proferat? PAN. Habeo, de quo pauló
ante mentionem feci Pausaniam. HER. Placuit
græci auctoris apud latinos rari erudita lectio: il-
lum & græcum, & latinum referas velim. PAN.
Refero. In rebus eisdem Messeniacis de diuersa-
rum aquarum natura hunc in modum verba fa-
cit. Mothone iuxta templum Palladis vētosę pu-
teus est, aquam pice commixtam habens ad vidē
dum haud dissimile Cyziceno vnguento: odorē
quoq; nō minus dissimilem, q̄ colorem illius red
dere certum est: aquā vero coloris maxime glau-
ci apud Thermopylas vidi non quidem vniuer-
sam: sed eam videlicet: quæ ad natatoria defluit,
ab indigenis ollæ muliebres appellata. ALE. Sunt

A profecto cum odore, tum colore admirandæ hæ
aquæ. HERMO. Sunt inquam. sed velim Pāthee
mihi edisseras, cur Palladem ventosam denomi-
nauerit Pausanias. quum illā fingat antiquitas fa-
bulosa è Iouis vertice natam: non hæc ei cōgruit
nomenclatura. PANT. Ah euentu, vt sæpius fit,
contigit, vt idem auctor testatur sic scribēs. Dio-
medem ferunt statuam collocasse, nomenq; Deę
imposuisse: quom enim non pro tempore ingruē
tes venti terrifico sonitu tactū illum deuastarēt,
Diomede precibus Palladem exorante, posthac
nulla ventorum calamitas in illam regionem im
petum fecit. AL. Tuum fuit Hermolae de religio
ne, at meū est de re medica pergrere: abs te scire
cupio Panthee quod sit Cyzicenum vnguētum:
quoniam nusquam de eo apud nos, quod sciam,
est mentio. PAN. Vnguentorum cognomina, vt
B apud Plinium legere est alia à patria: alia à succi,
alia ab arboribus, alia à causis. Cyzicenum autē
dictum, quod in Cyzico optimum fieret. Ama-
racinum alias Sansucinum, & à Plinio nuncupa-
tum. De quo Dioscorides in hunc modum scri-
bit. Amaracinum in Cyzico optimum fit. confi-
citur autem ex oleo Omphacino, & Balanino a-
stringentibus: xylo balsamo, iūco, calamo, ama-
raco, costo, ammomo, nardo, carpobalsamo, &
myrrha: qui autem sumptuosius faciūt cinnamo
mum commiscent. capiuntur autem mel, & vi-
num, vt & vasa inungantur, & aromatum frusta
cohæreant, commiscenturq;. ALE. Pro hac de cy
ziceno vnguento eruditione, & Dioscoridi græ-
co, & tibi latino Panthee debeo. HERMO. Vnde
illi cognomētum Amaracinū, & Sansucinū? PA.
A flore ex quo potissimum conficitur: qui à gen
C te Sicula Amaracus, ab Aegyptijs vero Syrijsque
Sansucus astipulante Plinio denominatur. ALE.
posteaq̄ in vnguentorum mētionem incidimus,
vehementer dignoscere cupio: quod sit apud an-
tiquos quondam celebratissimum cognomento
Megalium. PAN. Quæ sit eius confectura, & no-
minis indicatio, par est apud Plinium legere; ta-
men quid Galenus in libro de compositione Pig
mentorum secūdum locos scribat hic subnectā,
qui sic scribit. Aegyptium vnguentum non mo-
do ægyptium, verum Mendesiū vocatur. Alij au
tem ipsum Megalium appellari affirmant, à Me-
galo eius compositore cognomen aliud accipiēs
ab illius nomine in figura eorum, quæ denomi-
natiua sunt: à patria autem eius Mendesium dici
tur: est enim molle, atq; sine tædio. ALE. Mihi q̄
maxime satisfecisti Panthee. HER. Scire abs te cu
pio Alearde si hæc vnguenta odorata, & medica
menta quibus vlcera curātur, sub eodem vnguē-
ti vo-

ti vocabulo enuncientur. ALE. Apud nos promiscue, absq; discretione aliqua appellantur. HER. Quid tu Panthee, quãdoquidem capitis rotatione hoc negare mihi videris? PAN. Quanquã hoc magis intersit medicorum, tamen quæ ex anctoribus crebra, & diligenti lectione exhauserim, aperiam. Apud Plinium, cæterosq; antiquorũ scriptores quod græci μύρον appellant, nos vnguentum dicimus. illi enim per Etymologiam à myrrha arbore deductum arbitrantur: vel quod à re aromatica exprimatur: quod duplici faciendi ratiõe constat. succo, & corpore. id autem quod succis, oleisq; conficitur, Stagma dicunt. στακτὴ .n. stilla est. quod verò ex odoribus Hedysma appellant. ἥδυσμα siquidem odoramentum mixta suauitate significat. Eodem modo apud latinos vnguentũ est: quo teste Plinio in priscorum luxuriam acerbissime inuehente non modo prisci linebantur: verum perfundebantur: atq; vnguentum in potu addebant: vt ex vtraq; corporis parte odore profugo perfruerentur: hinc à græcis Myropolæ vocantur quos nos vnguentarios nuncupamus. AL. Quo igitur nomine illud appellabimus: quo vulnerarij ad cicatrices vlcerososq; morbos sanãdos vtuntur? PAN. Apud Celsum legere est plurifariam esse medicamenta ad id morborum genus, nec modo nomina, verum mixturam differẽtiãque malagmatis, emplastri, & pastilli affatim prę monstrat: at quod nunc triuiales vnguentum, periti quondam linimentum, vt Celsus, appellabant, sępiusq; ceratum. ALE. Ignarus medicinæ falleris Panthee. nam Ceratum illud dicimus: quod exsiccioribus rebus constans, & igni appositum mollescit: postea applicatum corpori durescit: ac protinus hæret. PANT. Venia Aleardæ tua dixerim: veternoso errore detineris: & vulgarẽ pharmacapolarum sectam ęmularis: qui cuiuscunq; rei spergimen, vnguentum dictitat: quod verius mea sententia Ceratum dicendum est: quãdoquidem medicamenta ea, quæ ad vulnera linenda sunt: cera quàm maxime commiscentur: vnde illis nomen: sic & κήρωτον & κήρωμα & κηρωτὴ apud græcos ἀπὸ τοῦ κηροῦ. Igitur pro linimento Ceratum & Cerotariũ dicẽdum putauerim: quod Dioscorides capite de Caccalia innuit sic scribẽs. Grana autem, quæ illa deflorescente subnascuntur: si trita Cerotario comprehendantur inuncta faciẽ extendunt & erugant. hæc ille. ἐπιχρίω. enim inũgere, illinereq; est. at eo, quod tu ceratũ dicis nulli linitio nullaq; fit inunctio. HER. Panthee sententiæ adhæreo, quanquã vulgaris opinio de Cerato me iampridem fefellerit. sed ad aquarũ mirabilia redeamus. Panthee si quicquam de eis amplius habes. perge. PAN. Ex eodem Pausania sunt

D & nonnulla scitu digna, quę memorando subnectam, sic inquit. Flauam vero aquam quæ sanguinis colorem reddat: hebræorum præbet regio iuxta Ioppem ciuitatem secundum maris litus, de qua indigenæ talia referunt. Perseum quom Cetum ĩterfecisset, cui Cephei filia Andromeda exposita fuerat, cruorẽ illic abluisse. HER. Per quã pulchrũ ad veritatem fabulæ paludamẽtũ. PAN. Non dissimile est apud Ouidium de Anigro flumine hunc in modum canentem.

Ante bibebatur nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas. postq̃(nisi vatibus omnis
Corrigenda fides) illic lauere bimembres.
Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

ALE. Neq; hoc minus industrie confictũ. PAN. Non tamen persequi absistam, quæ ex Pausania

E cœperam. qui sic scribit. Verum latices qui fontibus nigri scaturiunt, vidisse me in Astyris memini. Sunt autem Astyra calidarum aquarum fontes in continenti è regione Lesbi in loco qui Atarneus dicitur. Est autem Atarneus tractus, quo Chij à Medorum rege donati sunt. Quoniam Spactyum Lydum hominem ad se delatum, supplicemq; ipsorum opem implorãtem ei tradiderũt: hi quippe nigri sunt. HER. Hoc est maxime historiæ consonum. PANT. Postremũ eiusdem scriptoris non prætereo admirandum, de quo sic inquit. In Cardensium agro, in campo qui Albus appellatur, aquæ sunt calidæ iuxta vicum qui Dascyli vocatur, quę inter bibendum lactis suauitatem reddunt. Quare nõ immerito Herodoti verba admittenda existimamus, ipsumq; haud quaquam falsa sensisse arbitramur. quum

F dicit in Hypani flumine, in medijs vndis, amaros latices scaturire. quum alioquin nostra ætate in Etruscis iuxta Dicęarchiam inuenti sunt calidarum aquarum fontes, quæ adeo tenues, promeabilesq; vt in plumbea vasa coniectæ per illa refudent, quæ etiam si in ipsa permaneat aqua: haud longo tempore conflantur. HER. Sũt hæc ex Pausania de aquis admiranda. PAN. Quoniam Pausanias Herodoti historiam commendauit, nõ pigebit subijcere admirãdum Aethiopiæ fontem, de quo ille scribit. Quum autem de numero armorum admiraretur, ad fontem quẽdam eos deduxit, in quo loti, efficiuntur perinde atq; oleo inuncti violã olentes. eã aquam aiebant exploratores adeo inualidam, vt in ea nihil innatare posset, ne lignum quidẽ, & quæ lęuiora sunt ligno, sed omnia pessum ire in profundum. Hæc aqua si vere apud illos est, qualis cõmemoratur, ideo macrobij idest longæui existunt, quod ea semper

vtuntur

vtuntur. HER. Relata ex auditu minoré astruũt fidem. PAN. Haud quaq̃, habemus enim Arist. auctorem quidem grauissimum qui in collectaneis mirabilium auditionum plurima de aquarũ miraculis enarrat. at nos paucis contenti nõ nulla recensemus. primum de quodam flumine Thraciæ sic scribens inquit. Ferunt in Thracia iuxta Sitonum, et Medonum regionem fluuium quendam esse nomine Pontum in quo lapides deferri, qui comburantur. Contrario autem se habent modo quàm ex lignis igniti carbones, in sufflati enim celerrime extinguntur, aqua vero respersi relucent, commodiusque ardent. quum incenduntur autem tetrum odorem picique similem reddũt & adeo grauem, vt omnes ex eo loco serpentes demigrent. ALEARDVS. Repugnat fluuius iste à sui elementi natura. PANTH. Recensebo ex eodem auctore alia nõ minori admiratione digna, sic enim inquit. In Scotusis autem Thessaliæ paruulum quendam dicunt esse fonticulum, ex quo profluentes latices hominũ quàm celerrime & iumẽtorum vlcera, nec non rupta, contusa ad sanitatem producunt. quod si quispiam lignum non penitus comminuens, verum scindens iniecerit, ferruminatur, & rursus ad priorem reddit faciem. HERMOLAVS. Ad mortalium commodum à natura condonatus est. PANTHEVS. Non aspernandæ vtilitatis audiamus paludem ex eodem auctore sic dicente. In Massiliensium tractu qui iuxta Lyguriam est, paludem quandam ferunt esse, hanc ebullire quandoque superfundique, & tantum piscium copiam eijcere, vt dictu incredibile sit. Postea vero quàm Etesię flare cœperint, super ipsam solum sterni, & tantũ pulueris ibidem fieri, adeoque telluri densari, vt pauimentum appareat, sarculis autem incolæ humum effodientes nulla opera quot voluerint pisces inde extrahere. ALEARDVS. Varia paludis ex Etesiarũ flatu immutatio, nec prorsus accolis inutilis. PANTHEVS. Hoc extremo ex Aristotele contenti erimus, qui sic scribit. Refert Polycratus qui res Siculas conscripsit carminibus, in quodam insulæ mediterraneo loco, paludem quandam clypei magnitudine esse, cuius aqua perspicuo, minimeque turbida existat. hanc igitur si quispiam vt se lauet, intrauerit, in latum augeri. quòd & si secundo idem fecerit, magis laxari, & ad summam vsq; ad quinquaginta hominum capacitatem excrescentem diffundi. postea vero quàm numerum hunc acceperit, ex profundo rursus intumescentem lauantium corpora in su-

D blime leuata extra propellere, quo facto ad antiquæ rursus figuræ ambitum redire: neque hoc in hominibus solummodo fieri, sed etiam si qua drupes quisquam illam intrauerit idem, euenire. HERMOLAVS. haud quaquam hæc ex Aristotel. fuerant silentio prætereũda, magnę fuerunt audiendo voluptati. ALEARDVS. immo maximæ. PANTHE. Si vos non pertęsum sit: addam ex Diodoro Siculo, quæ non minorem afferant delectationem. HERMOLAVS. Adde nusquam relatu tædiosa, quæ auditu sunt iucunda. PAN. De multis duo memoratu digna referam, sic ait ille. Est vltra flumen plus habens circa se firmũ lutum, in eam si quis ignarus descenderit, paulum innatat: si vero in medium procedat, violenter distrahitur: verum sibi non deficiens, rursusque redire cupiens, exitum quidem

E assequi videtur: patiturque id, ac si quoppiam in diuersam traheretur partem. Primum nanque extremi immoriuntur pedes: deinde crura vsq; lumbum, ad summam autem totum corpus torpore quodam correptum fertur in profundum: & paulopost mortuum expellitur. ALEARD. Palus hæc fugienda. PANTHEVS. Attendite alteram ex eodem auctore non minus pernitiosam de qua sic scribit. Ferunt esse in Aethiopia paludem quadrangularem: cui magnitudo est centum sexaginta pedum: eius autem aqua colore similis est Minio: odor vero supra fidẽ suauis: nõ dissimilis vino veteri, vim insuper habet admirabilem: referunt enim quicunq; ex ea biberit in insaniam incidere, & quæ prius clam deliquerit, palam ex seipso facere. HERMOL. Hæc satis de aquarum mirabilibus: & quod in-

F stat agamus. ALEARDVS. Hac ratione Hermolae tanta veneratione apud priscos fuere Balnearum aquæ calidæ, vt sacræ ab illis appellarẽt. HER. Id fortasse contigit: quia illa antiquorum religio fluminum, fontiũq; Nymphas & Deos vana superstite colebant. ALE. Minime. Verum Arist. & ingenij, & doctrinæ princeps eas sacras ab sulfure, & fulmine nũcupauit. HER. Cur ita? A LE. Quia vt neoterici nostræ tempestatis interpretãtur: huiuscemodi aquarũ scaturigines, per sulfur secreta quadã naturę opitulatione diuino faciente nobis incognito numine à terra erũpũt ad mutasq; hominum ægritudines, et varios corporũ langores emanant. P A. Hãc ego minus verã interpretationem, venia tñ tuorum auctorũ, qui sæpissime veternosi dormitant non probo. A LE. Hui tam cito vix primis philosophiæ elementis conspersus, audes celeberrimis scripto-

De Balneis s ribus

ribus nostris veluti veteranus repugnare. PAN. Nō is sum qui contumaciter illis contraire contendam, sed eos decuriones in aciem deducam, qui validis præmuniti armis, te cogant vna me cum illis annuere. ALEARDVS. Non parua res erit, si me à veteri nostrorum auctorum opinione, hac tua nouitia disciplina dimoueris. PANTHEVS. Non dimouero tantum, sed abstraxero equidem. ALEARDVS. Nullam inferes vim. PANTHEVS. Nullam, sed sponte (spero) te mihi dederis. HERMOLAVS. Audiamus Pantheum. ALEARDVS. Dicat. PANTHEVS. Aristoteles suo quodam problemate ait: cur balneæ sacræ habeantur: an ꝑpterea quòd sulfure, atque fulmine rebus ingenue sacris proueniant? ALEARDVS. Bene est? PANTHEVS. Ergo tenendum est, Balneas esse sacras propter sulfur, & fulmen. ALEARDVS. Neque ego hoc negauerim. E PANTHEVS. Scio, sed restat comprobemus sulfur, & fulmen res esse sacras, vt ex illis Balneæ dicantur sacræ. HERMOLAVS. Ita est. PNATHEVS. Sulfur enim ex denominatione græca, sacrum est: quod nos sulfur, illi θεῖοι dicunt, quod Romana lingua diuinum significat, & ne à consuetudine incœpta deuiemus, citabo Suidam auctorem græcum, & grauissimum, qui libro Etymologicon de sulfure loquitur. ALEARDVS. Neque ob Græcam Suidæ attestationem, cuius nullum percipio verbum, à meis auctoribus discedam. HERMOL. Non graiorum armis, sed latinis Panthee superandus est Aleardus. ALEARDVS. Recte dicis. HERMOLAVS. Græcanicum igitur relinquatur, & in latinam reddatur consuetudinem. F PANTHEVS. Reddam ad verbum, vt hac noua politie delectatus Aleardus, cariosam illam exuat barbariem. ALEARDVS. Non adhuc muto sententiam. PANTHEVS. Victus spero mutabis, sed audi quid Suidas de sulfure dicat in hunc modum vocabuli inclinationem demonstrans. Sulfur, quod suffitur ad expiationem, & quod innoxios facit, vnde illud omnes, igne diuino, & sulfure combusto, quod dicit fulminis, propterea Thion dicitur cœleste incendium fulminis: Thia enim cœlestia. Eudæmon autem in Orthographia dicit possessiuum à theos theios, abijciens autē e facit thios, & patruus sic curator existens: quoniam parentes Thij nobis sunt. HERMOLAVS. Quid cogitabundus taces Alearde? PANTHEVS. Non hac græca auctoritate contentus est. ALEARD.

D Recte augurarìs, si me superare contendis, adde nostratia. PANTHEVS. Nec illa nobis desunt: Audi Plinium quid de sulfure loquatur, cum Suida conueniens. ait enim, Habet sulfur, & religionibus locum ad expiandas suffitu domos. HERMOLAVS. Conueniunt vtique. PANT. Hanc expiationem suis carminibus expressit, Ouidius sic canens.

Cerulei fiant puro de sulfure fumi,
Tectaq; fumanti sulfure balet ouis.

HEMOLAVS. Quid Alearde? ALEARDVS. Aliud addis Panthee? PANTHEVS. Nunc me ad pugnam accingo: sulfure autem non solum domus, sed homines aliquo piaculo polluti apud veteres purgabantur: hinc idem Ouid. de Aesone lustrando à Medea sic canit.

Terq; senē, flamma, ter aqua, ter sulfure lustrat.

E In sacris nanque omnibus antiquorum ritu, tres erant purgationes. aut thæda, aut sulfure purgabantur, aut aqua abluebantur, aut aere ventilabantur, vnde illud Iuuenalis.

Quotiens hinc talis ad illos
Vmbra venit cuperent lustrari, si qua darentur
Sulfura cum thædis, & si foret humida laurus.

HERMOLAVS. Non facile expugnabis hos Alearde Panthei ferentarios. ALEARDVS. Iam titubo. PANTHEVS. Iam victus herbam dabis, videtis ergo sulfur dici sacrum ex fulminis cognatione: hoc est ex igne cœlesti, quom fulmina & fulgura teste Plinio sulfuris odorem habent, & propterea eo in sacris expiationibus vtebantur. Hinc recte Aristoteles Balneas sacras à rebus sacris appellauit. ALEARDVS. Non vsque adeo mihi satisfactum est, vt putas F Panthee. PANTHEVS. Quid? ALEARDVS. Non probasti fulmen dici sacrum? PANTHE. Non? Si fulmen ignis cœlestis est, cur non sacrum? at audi Senecam quid de fulmine dicat. Cæterum mira fulmini (si intueri velis) opera sunt, nec quicquam dubij relinquentia. quin diuina insit illis, & subtilis potentia. HERMOL. Eo ne amplius Alearde? ALEARDVS. Tot auctorum tandem testimonijs vincor. iam sententiam mutare disco. HERMOLAVS. Est ne Alearde apud tuos philosophos legere, quis eorum primus calidi fontis medicatam opem deprehenderit? ALEARDAS. Nusquam quòd meminerim. HERMOLAVS. Quid tu Panthee? PAN. Incognitum puto Plinij testimonio dicentis: Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse demiror. Quū alioquin lauari calida frequēter incideret, videlicet quia medi

cina

cina tunc non erat hæc, quæ nunc aquorum perfugio vtitur. HERMOLAVS. His relictis Alearde iam instat, vt de Caldarianis fontibus figillatim aliquid edisseramus, & te docente addiscamus & eorum proprietatem, & singularia præsidia. ALEAR. Hoc promptissime agam, quādoquidem superioribus diebus huc me contulerã, vt per expertiones, probationesq; inuestigarem, qua nam metallica materia, & natiui soli ingenita procreatione constarent. HER. Opportune ergo huc conuenimus. ALEARDVS. Per illius igitur terræ verno tempore efflossionem, atque sublimationem factam (vt nostris vocabulis vtar) quæ est rei siccæ per ignem eleuatio: (per eam enim elementorum fit manifesta segregatio, vt uniuscuiusque diuersæ venæ materia dissiliens planissime comprehendatur) dilucide cognoui Caldarianas aquas trina commixtione, intinctas esse: ferri, nitri, & sulfuris, ex quorum singulis proprietatibus facile intelligemus, quibus morbis potissimum profuturæ sint. HERMOLAVS. Ergo prius de his dicendum est singulariter. ALEARD. Immo pernecessarium est, sed quom videam Pantheum nostrum Plinianæ lectionis cultorẽ præcipuum, ac relatorem promptissimum, velim, vt de his tribus ad vnam referat, & primum de ferro. PANTHEVS. Pro virili conabor (quandoquidem sic iubes Alearde) quæ ex tempore succurrunt, & quæ ille latius serit, egó vellicatim colligam, & quæ ad rem nostram tantum faciant. HERMOLAVS. Bene sentis. PANT. Postea quam multa de ferro conscripsit Plinius in hunc modum verba facit. Tradunt omnes ferme scriptores ferri vim ad ligandum, siccandum, & restringendum quamaptissimam esse. ALEARDVS. Erudite Plinius, vt omnia de naturæ secretis. hanc ferro potentiam inesse manifestarium est, ex ea aqua, in quam ardens Chalybs extinguitur. ea si quidem doctiores Physici ad desiccationem, & ad humorum fluxum cohibẽdum sæpenumero vtuntur quoniam illud natura frigidum, & siccum autumant, eo tamẽ pacto, vt frigiditas siccitate vincatur. PANTH. Subuectit deinde Plinius ferrum præsentanea remedia multis liquoribus mixtum morbis afferre, diuersisque corporum vitijs salubriter auxiliari. Adiuuat dysentericos, cuius rubigo præcipua est in remedijs, quam antiqui laudant exẽplo Thelephi ferro ab Achille vulnerati, & rubigine liberati: tollit Alopecias, genarum scabricias, & totius corporis pustulas cum cera, & o-

A leo myrtheo, medetur cũ aceto igni sacro, & scabiei, fœminarumque profluuia sistit, prodest plagis recentibus cum vino diluta, & podagras mitigare creditur. HERMOLAVS. Bono est verborum temperamento vsus Plinius, né Ouidianæ sententię aduersari videretur, Tollere nodosam nescit medicina podagram. ALEARD. Quod quidem quàm verissimum est, sed perge Panthée. PANTHEVS. Squamma insuper ferri acriori vi, quam rubigo, Epiphoras oculorũ sanat, sanguinem sistit, quom vulnera ferro maxime fiant. Sistit & fœminarum confluuia. imponitur & contra lienum vitia. hæmorrhoidas compéscit, vlcerumque serpentia. & genis prodest farinæ modo aspersa paulisper. præcipua, & extrema eius commendatio est in Hygremplastro ad purganda vulnera, fistulasque, & omnem

B callum erodendum. carnem recreat rasis ossibus. ALEARDVS. Nusquam Pãthee apud nostros legi Hygremplastrum. PANTHEVS. Crediderim. ALEARDVS. Quod est? PAN. Quod ad hunc modum componit Plinius dicens, Obolis ex cimolia creta duobus drachmis sex ex ære, totidem ex squamma, totidem ceræ: ex oleo sextarius, his adijcitur, quom sunt repurganda vulnera, aut replenda ceratum. ALEA. Vnde illi nomen? PANTHEVS. Ab humiditate arbitròr. ὑγρὸς enim humidus dicitur. ALE. Nulla est apud te mea in cassum interrogatio. PANTHEVS. Hæc sunt quæ apud Plinium de ferro scripta in præsentia meminerim. HERM. Pręcipua quidem sunt. ALEAR. His igitur iuuamentis Hermolae quisquis admonitus dijudicare potest, ad quæ remedia valeant aquę Cal

C darianæ, quom ferruginea vena in eis pręcipua sit. HERMOLA. Quæ est altera Alearde metalli mixtura in eisdem aquis? ALEAR. Nitri. non pigeat quæso Pantheũm ex eodem auctore de illius effectu, & medicinis in commune referre. PANTHEVS. Referam lubẽtissime modo memoria teneam, & (ni mens me fallit) nitri natura calida, & sicca est. cuius vis ex Plinij verbis calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulcerat, sudores nimios inhibet, oculorum cicatrices, & argemas, genarumque scabritias extenuat, visus claritatem adiuuat. & dentium dolori prodest, capitis animalia, & lendes necat; diffunditur cum vino in aures ad sordes erodendas, & dolores sedandos, furunculos extrahit, & testium inflationi occurrit. Vitiliginesque albas emendat, contra serpentum morsus; & ylcera putrescentia, serpentia, & fungorum

venena succurrit, suspiriosos, & tussim veterem sanat, flos eius articulorum dolores luculde mitigat, & regium morbum exterminat, sanguinis profluuium enaribus sistit, podagricis in Balneis, vti solio nitri prodest. Nitrariæ autem nec sua caret medicina, salubres enim sunt oculorum claritati: vtiles in eis oculi non lippiunt, vlcera allata eo celerrime sanantur, sed ibi facta tarde, pronocatque sudorem oleo perunctum, corpusque emollit. HERMOLAVS. Mira sunt, quæ vel Deus, vel natura in mortalium beneficia clementer progenuit. ALEAR. His ergo de nitro cursim à Pantheo relatis, dignoscere in promptu est, quibus langoribus succurrere possint fontes Caldariani, quibus est cum nitro non minima communicatio. HERMOLAVS. Tertia est (ni fallor) cum sulfure commixtio. ALEARDVS. Ita est de eo. reliquum est, vt enarres Panthee. PANTHEVS. Nec extremum hunc subterfugiam laborem: sulfuris autem (si Plinio credimus) natura est, excalefacere, concoquere, & discutere, collectiones corporum, cuius vis sentitur in aquis feruentibus, neque alia res facilius accendi tur, quo apparet ignium vim magnam etiam ei inesse: hinc renibus & lumbis in doloribus medetur, aufert mira celeritate Lichenas à facie, & lepras, vnde Harpaction vocatur: suspiriosis, & extussientibus prodest: lendes in palpebris tollit, scorpionum ictus, comitiales morbos visum deprehendit, stomachum frigore laborantem confirmat extrinsecus iunctum, & ventris tormina sedat, Hydropemque ex frigiditate conflatam: superadditur ad vlcerum adustiones, & Balneum ex eo, & nitro mirifice mi- F tigat podagras: cum aceto potum concretum sanguinem discutit, iumentorum scabiem, nec minus vlcerosam tollit. HERMOLAVS. Nec sulfur sine vi sua medica est, quod minime ratus essem. ALEARDVS. At multa in eo est admiranda virtus: ex hac itaque sulfuris, nitri, & ferri commixtione, quam per sublimationem pauloante deprehendi, certius mihi datur argumentum, vt sine hæsitatione, iam aperire valeam: quibus potissimum ægritudinibus præbere indubitatum auxilium possint thermæ Caldarianæ. HERMO. Hoc à te ante omnia Alearde expecto, vt hac tua demonstratione mihique, & plurimis vsui esse possint. ALEA. Isthac de causa negotium istud sponte suscepi, vt mea inuestigatione multis hac ope auxiliari indignis prodessem, & patriæ consopitam penè

D gloriam excitando restituerem. HERMOLA. Deus te sospitet. ALEARDVS. Fontano igitur Caldarij lauacro, vt præmonstrauimus, inest prima ferrea virtus, cui præsertim ferri prædominatur metallica vena: quod facillime liquet ex natalicio ferrei coloris solo, atque lapidibus passim conglobatis: altera est paruæ tincturæ nitrosa potentia, quod ex aquæ lucidita te planè conspicitur: tertiam accipit duarum priorum minimam sulfuris portionem, quod itidem ex quota odoris parte vis persentiscitur, cuius aquæ quom prima potentia ferruginea sit & cum alijs terræ venis calidis coniuncta, quodam mirando temperamento à natura condita esse dijudicatur. HERMOLAVS. Ita credendum, de eius peculiaribus remedijs, à te iam dicendum est. ALEARDVS. Dicam. illius igi- E tur vis vnice est ad omnes ægritudines, quæ ex immodica humiditate, & remissa frigiditate proueniunt, neruos expurgans, articulorum doloribus medetur, & podagræ mirifice confert, Asthmaticos, Dispnoicos, Orthopnoicosque à suspiriosa anhelatione recreat, omnes hydropes species Tympanitem scilicet, hyposarca, & ascitem sedato tumore comprimit, renum passiones remouet, calculosque disrumpit, intestinorum tormina lenit. Lienum vitia: & omnem inflationem extenuat. Stomachum humido, & frigido læsum adiuuat. Capitis dolorem antiquum restringit, dolores spasmaticos mirum in modum pacat, ossibus fractis confert, eaque ferruminari mirefacit, omnes humores ad iuncturas, ad splenem, ad hepar descendentes exsiccat. Duriciei vuluç q̃ maxime cōfert, fœminarū profluuia sistit: Albasque fluxiones, quæ proueniunt ex nimia vuluæ humiditate, vterumque, & locos, quos & recentes Physici matricem appellant superfluo humore laxatam constringit, quicquid conceptui obstare solet, salubri remedio dimouet. HERMOLAVS. Quom in sermonem de matrice inciderimus, abs te quæro Alearde. ALEARDVS. Si libet Hermolae prius sine absoluam de virtute aquæ Caldarianæ, quicquid deinde iusseris aptius edisseram. memor sis postea quid interrogaturus eras. HERMOLAVS. Recte dicis, peragas igitur Caldariana remedia. ALEARDVS. Præter quæ dixeram peculiare auxilium est in eius lauacro, quòd omnem cutis fœditatem purgat, vulneraque. putrescentia, & vlcera, quæ Cacoethe vocant, abstergit, abscessus omnes sanat, Condylomata (quæ sunt

sunt in ano tubercula) & Hæmorrhoidas sedat. Panos qui est inguinum tumor, pueros maxime afficiens, tollit, nec non vitiliginē, quæ Alphos dicitur, ex vitiliginum genere notas aufert, pustulas insuper, id est in cute eminentias varij coloris paruas delet, Sacros ignes, Hierosipilas hoc est sacras Vitigilines, serpentiaque vlcera emendat: Pterygia oculorum & genarum scabricias, Epiphoras, Parotidas (hæ autem secundum aures suppurationes sunt) sanat. Alopeciæ decapillationem instaurat, apostemata, fistulas, furunculos, vmbilicos prominētes, psoras, totius corporis pustulas, Pruriginem, & demum omne scabiei genus præsentaneo subsidio purgat. Omnes supernæ cutis et faciei delet maculas. & depulsā asperdine, atque lurore, ad mundum coloris nitorem smegtica vi squarosos reducit. HERMO. Ea narras de his balneis, quæ nunquam audineram. Ideo non mirandum, si perfugium ad ea, olim fuerat. PAN. O bone Deus quā prouida natura miseris mortalibus succurrit? HERMO. His Aleardē narratis: ad id redeo, quod pauloante interrogaueram. ALEAR. De matrice forte? HERMO. Id est. ALEAR. Dic. HERMOLA. Abs te scire vehementer cupio, Cur prisci auctores vterum & locos continuo sermonis vsu habuerunt: vos autem Iuniores illis expunctis tantum Matricē pro vtero dictitatis? ALEAR. Nos rei magis cō sonam retinuimus denominationem, quom matrix ea esse videatur, quæ fœtum ac perinde mater ad generationem confoueat. cur reliqua exoleuerint, curq; alijs nominationibus vocitata fuerint, me prorsus fugit, verum cum Pantheo sit de vocabulis satis erudita (vt video) ex vtraque literatura cognitio, de his tibi agat. HERMOLA. Eia Panthee. PANTHE. Cur hæc à recentioribus medicis refugerint, nō meū sit iudicium. Verum de diuersa matricis nuncupatione pro veterum auctoritate quo ad mihi fieri poterit, enarrabo, præfatus tamen nullam mihi vnquam de secretarijs mulierum internis ex medicæ artis professione accuratam fuisse perscrutationem, quæ attamen, ex Aristotele, Plinio, Galeno, Paulo, Suida, elucubrata succurrent, ea pro studiorum laboribus explicanda curabo. HERMOLA. Id volumus. PANTHE. Ast mihi à gemino exordiendum est ouo, fœtus si quidem in vtero tribus inuolucris velatur, illo scilicet, quæ secundæ vocantur, quod vuluæ per cotylidones annectitur, & alijs duabus membranulis, quarum quę proximior fœtui ἀλλαντοειδὴς vocatur, medio vero inter hanc, & secundas ἄμνιος. ad hanc fœtus vrina excernitur. ad illam vero priorem sudor, & humiditas, hæ nomen latinum non habent sed omnes sub secundarum vocabulo compræhenduntur, nam secundum partum omnes exeunt. discrimina membrannlarum hæc non subticuit Aristoteles de animalium conceptu sic dicens. Alia quasi membranis continentur. alia secundis. primum intra vltimum inuolucrum gignitur. mox altera membrana obuelat. plurima quidem sui parte vuluæ adhærens, sed parte etiam seiuncta, & aquam continens, humor autem inter has cruentus, aquosusque est: quem mulieres proferum vocant. Paulo post addit. primum aqua illa subter cutem fusa per fœtus motionem ruptis membranis effluit, deinde fœtus inuerso vtero, & secundis interna voluentibus foras venit in lucem. AL. De fœtu, suisque secundis scite enucleasti. HERMOLA. Qua de re dictæ sunt secundæ illæ? PANTHEVS. Ex vtroque anctore planum est, quòd scilicet partus tempore fœtum ex locis prodeuntem sequantur: Secundas autem pluri fariam appellauere græci, quandoque ἀντιχόριον & χορίον, Quandoque ὕστερα. Paulus tamē idem esse ἀντιχόριον & χορίον testatur sic scribens. sępe post fœtus descensionem retinetur in vtero Chorion, quod vtique, & deuterion vocatur. Suidas autem de Chorio sic inquit. Chorion est tegmen continens fœtum simul genitum in ventre infantibus, Locus existens ipsius fœtus qui nutritur, ὕστερα insuper secundæ dicuntur apud illos, quia nouissima post partum descendant. HERMOLAVS. Locupletiores his denominationibus quàm nostri fuere Græci. PANTHEVS. Neque in his sibi defuere Latini, vt statim aperiam, fœtum autem his membranulis septum vterus confouet, quem prius dehiscens ex seminali genitura conceperat, conceptumque abstrusus in mensem vsque octauum fouendo conseruat vterum. etenim Romani, & locos appellant: De quibus Plinius in hunc modum verba facit, plura enim membranarum genera fœminis, eadem omnia prætérquam vesicæ iunctus vtriculus: vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant. Hoc in reliquis animalibus vuluam: hæc ille. hac igitur multimoda appellatione, Græcis non cessere Romani. HERMOLAVS. Quare vterum locos nostri dixerunt? PANTHEVS. Quia loci muliebres sinus vuluæ sint: qui in animalibus, vt pluri-

plurimum numerum mammarum insequũtur, in quibus gemini, et trigemini procreantur, ideo illos multitudinis numero appellauere, vel fortasſis ad Grçcorum imitationem factitatum eſt. Illi.n. χωρίον (vt ex Suida demonſtrauimus vterum dicunt, quod ſit χωρίον ideſt locus ad nutriendum fœtum: mutua tamen litera. ALEAR. Enarraſti Panthee quæ limatæ, & emunctæ eruditionis ſunt: & (vt verum fatear) mihi antea incognitæ: mirum in modum placent omnia quæ retuliſti præter vnum. PANT. Quod? ALE. Videris hac tua diſſertatione affirmaſſe vnum eſſe, vterum, locos, & vuluã: quom ſemper ex omnibus audiuerim vuluam eſſe exteriorem mulieris naturam, quaſi ventris vuluam. HERM. Hoc itidẽ à teneris imbiberam. PA. Vulgaris eſt, & Triuialium grãmatiſtarũ rudis hæc opinio: vel à doctis exploſa. Si enim mihi, ſed verius Plinio aures prç ſtatis, in fœminis vterum, in reliquis animalibus vuluam eſſe oſtendã: qua ex re, ſolertes Romani eloquij obſeruatores vuluam non quaſi valuam: verum vti voluam, quòd fœtum volutum contineat, dixere. Hinc illud apud Noniũ obſeruaui qui dicat vulgam ſignificare capacitatem vel ſinum cum laxitate, Varronis teſtimonio ſic dicẽtis: Eo vt viaticum ex arcula addam in vulgam, eam itaq; ab inuoluendo dictam non puto ambigendum, ſed planius addam ex Lucillo teſtimonium: qui vulgam non modo ſcorteũ ſæculum, ſeu manticam ad viaticum ſignificare oſtendit, ſed vterum, quo fœtus continetur, ſic inquit ille. Ita vt quiſq; noſtrum è vulga eſt matris in lucem editus. ALE. Tuis his auctoribus acquieſcendum cenſeo, ſed Panthee extremum hoc vnum tuis lucubrationibus laudi dabo. Perquam optime p ſcrutatus es interna mulierum ſecretaria quacunque artis, vel ingenij ſpeculatione tibi cõtigerit. PAN. Hoc mihi aſſidua lectione contigiſſe certo ſcio. ALE. At ego alia de cauſa putaram: tuumq; vel ingenij, vel oculorum acumen maiorem in modum admirabar: quom iſtæ explorationes ſæpius noctu quàm interdiu fiant. PANT. Verum caue falſam mihi impingas calumniam. ALEA. Ah, ah, Pãthee, etenim veluti Sorex tuo penè occentu prodideras. HERM. Miſſa hæc: ſed Pãthee alius reſtat de matrice nodus exſoluendus. PAN. Quis? HERM. Audiui ſæpius & à doctis, minus erudite, & perperam eſſe creditum ab his qui idẽ eſſe vterum, & matricem arbitrantur, quid tu ais? PANT. Grauius eos errare cenſeo. non eo inficias matricẽ præterq̃ vterum aliud ſignificare, non ideo alij mihi inficiabũtur: ſi matrix aliud q̃

D vterum ſignificet, cur & vterum ſignificare non poſſit: mouet me imprimis græcorum auctoritas, qui μήτραι eam dicunt: quam & nos matricem, quod ſignanter expreſſit Suidas, quom eius inclinationem his verbis ſcribat. Inquit enim quòd μήτρα dicitur à verbo ζῶ quod quæro ſignificat: quia ea ſit quæ fœtui concepto cibum quærat, vel quia naturaliter generationes requirat, non ergo ab re eſt, ſi Græcorum exemplo quã illi μήτραι nos matricem dixerimus: quom potior Romani ſermonis pars à Græco fonte deducta fuerit. ALEARD. Firmis innititur veritatis veſtigijs iſthæc tua opinio. PANTHE. Non me tam fugit matrices fœminas quaſque eſſe, tum ad fœturam, tum ad educandam pulliciem quã idoneas, quod ex Columella facile cognitu eſt, de gallinacijs educatricibus ſic ſcribente. Nam

E pullos octies educat, ſi eſt bona matrix. Idem, Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratç, pectoroſæ magnis capitibus: Idem ſenſit non inelegans Ariſto. de animalium hiſtoria, interpres, qui de veſparum generibus ſic inquit. Sunt Veſparum aliæ matrices, aliæ operariæ: vt & in altero genere quod placidius eſt, quæ autem ſint natura operariæ, ac matricis, in eo ipſo placidiore genere percipi facilius poteſt. Sunt etiam huius quoque duo genera, alterum duces, quas matrices appellant, alterum operariç maiores, minoreſque ſunt duces, ætas operarum annum nõ complet, ſed omnes hyeme viſuntur, & paulopoſt addit. Eſt autem matrix latior, ponderoſior, craſſior, & maior quàm veſpa, volatuque haud plurimum valet, prç pondere enim ſui corporis volare longius nequit, quo fit vt ſemper in

F veſparijs ſedeant, effingentes fauos, & munere fungentes cellario. hæc ille. In eundem prope ſenſum de veſpis, & crabronibus attendite Plinium, vt quas interpres matrices, ipſe matres nominet. ait enim, Aliorum qui videtur mitiores duo genera, opifices minores corpore, qui moriuntur hyeme, matres quç biennio durant, hi & clementes ſunt, nidos vere faciunt ferè quadriſores, in quibus opifices generentur, iis educatis, alios demum maiores fingunt: in quibus matres futuras producant, iam tunc opifices funguntur munere, & paſcunt eas. latior matrum ſpecies, dubiumque an habeant aculeos, quia non egrediuntur, hæc Plinius. fœminas quoque gallinaceas Martialis dixit. Raucç cortis aues & oua matrum: Addam quæ fortaſſis hactenus à quoquã non audiuiſtis, Matricem prçter memoratas ſignificatiões ad aliud dictam eſſe. Ex eodẽ ſanè

sanè Aristotelis iterprete sic scriptum habemus: A
At quom hinc coturnices abeūt, ducibus Lingu
lata, Oto, & Matrice proficiscuntur. atq; etiam
Cenchramo, à quo etiam reuocantur noctu: cu-
ius vocem quom senserint aucupes, intelligunt
parari discessum. Matrix forma perinde ac aues
lacustres est, atque etiā Lingulata: quæ linguā
exerit prælongam, vnde ei nomē. Otus noctuæ
similis est, pinnulis circiter aures eminētibus præ
ditus: vnde nomen accepit: quasi auritum dicas.
nonnulli Vlulam eum appellant: alij Asionem.
ALE. Nusquam hoc audiueram. PANTHE. Sed
quam interpres coturnicum ducem. Matricem
dixit, hanc puto esse, quam Plinius Orthygome
tram appellauit. quasi τῆς ὄρτυγος μήτραν, idest co
turnicis ducem, & matricem. HERMO. Placet
isthæc tua excogitatio. PAN. Est & alia ex eodē
interprete de matrice significatio, qui ex Theo- B
phrasti sententia in historia de stirpibus matricē
in arboribus cor, medullamque appellat, sic ait il
le. Alia enim lignum: alia carnem habēt: lignum
fissile est: caro omnibus dimensionibus diuidi po
test: quom cætera quæque ex terra constent: vn-
de fit, vt inter neruum, & venam ipsa media sit.
Patet eius natura cum in cæteris, tum in fructuū
cute, cortex & matrix proprie nuncupātur, sed
ea quoque reddere diffinitione debemus. Cor-
tex est pars vltima: & à subiecto corpore separa-
bilis. Matrix quod in medio ligni tertium à corti
ce continetur, velut medulla in ossibus: id nōnul
li cor: Alij medullam appellant. Sed Alearde ad
reliquas Caldarianæ aquæ virtutes redeamus.
HERM. Gratissima fuit interposita hæc multo-
rum vocabulorum eruditio: quoniam Alearde
satis de matrice, deque ingenita virtute Calda- C
rianarum aquarū, auxiliaribusque remedijs enar
ratum est, operæprecium est, ex te cognoscere,
quibus modis in ægrotos vim suam afferant.
ALEAR. Opportuna est Hermolae isthæc tua in
terrogatio: omnis enim Balneorum effectus fit,
aut innatatione, aut potione, aut limi empla-
stratione, aut aquæ fomento, aut fumi suffitu,
aut exæstuationis sudore. Sed quom lauacra Cal
dariana non apta sint ad emplastrationem, suffi-
tum, & sudorem: de innatatione tātum, de po-
tione, & fomento ex ordine pro viribus demon-
strabo. Verum quom inatatio penè omnibus in
notescat: duxi cum ea expediendum esse quicqd
obseruandum primo in omni Balneorum laua-
tione: quid deinde potissimum in Caldariana
summersione. HER. Hoc pernecessariū est Alear
de. ALEA. Id igitur agam.

A *OBSERVATIO PRIMA*

ante Balnei ingressum.

PRimo oportet quēcunque febri-
cula laborantem, aut habitudine
debilem, resolubilem, naturaq;
macrum, membra spermatica im
becillia habentem, à naturalibus
quibuscunque natationibus abstinere. Officit
enim nimia Balneorum exinanitio, quæ magis
languidos male torquet, quàm adiuuat.

Obseruatio secunda.

BAlnea quisquis īgrederis: aluum primum
medicamentis ducito: atque euacuato. Nā
B humoribus non emissis, caliditate Balnei eliquā
te, & collectiones dissoluēte. resolutio tenuis ad
loca debilia descendit: ex qua in varias, ac penè
ignoratas delabitur quis egritudines.

Obseruatio tertia.

OMne Balnei lauacrum, ante factam pri-
dianæ comestionis cōcoctionem fugito:
crudus etenim in stomacho cibus ex nimia Bal-
nei caliditate trahitur ad membra: & variorum
est causa languorum: nec minus ventrem natura
vel arte leuare procurato: mincturiendique non
postrema sit cura: ne fæces retentæ, aquarum tē-
pore commote, ad debiles corporis partes lapsan
tes, graues morbos inducant. Alia sunt plura ge-
C neraliter pro Balneorum proprietate seruanda,
quæ pro sua quisque commoditate ex Galeni, &
Hippocratis accurata doctrina coguoscet. HER.
Quid præcipue attendendū sit in natatione Cal-
dariana cupio abs te audire Alearde. ALE. Si ad-
uertas ad Rubricam, normam dabo.

Obseruatio quarta.

TEmpus innatandi diligenter obseruato: fu
giendos (vt Physici omnes tradidere) esse
dies, aut nimio frigoris horrori, aut inferuescē
tibus ardoribus obnoxios: lauacrum autem Cal
darianum, medio Iulio ad Augusti finem in-
gredito, hoc enim suadet mediocris eius aqua-
rum tepor.

Obseruatio quinta.

ANimaduerte intraturus Balneum, non oportere corporis labore defatigatū, aut soli cita animi cura lassum esse: quietus nanq, & hilaris hora diei tertia ad illud accedito. In eo horam, plusculum ve, minus ve, prout ex ratione tuæ valetudinis cognosces, immorato: vtque virtutis habitudo, ac naturæ vigor tibi suaserit: hoc enim ex conualescentia tua tibi facile intelligere erit.

Obseruatio sexta.

DE Balnei lauacro rediens vestimentis curiose inuolutus exito: & in loco præparato linteis, & sudarijs calefactis: Balnei contractā humiditatem exsiccato: horamq; in lecto requiescito: vbi pauxillus somnus esto: inde exurgēs ad resoluendam, si quam ex balnei calore conceperis inflationem, deambulato in conclaui ab aeris intemperie, & ventorum flatu defenso: post lenem deambulationem continuo, si mane fuerit prandeto: si vespera cœnato.

Obseruatio septima.

INter obseruationes hæc præcipua sit: quid scilicet in cibi potusque qualitate teneas, fugias ve, imprimis dapes nutrientes, & facilis concoctionis præparato, conditoque. Esculentā erunt, oua recenter nata, vt aiunt sorbilia: hædorum, vitulorum lactentium, caponum, fasiorum, perdicum, auicularum elixæ carnes, & pisces à medicis comprobati. Poculenta sint, vina non austera, nec vehementiora: laudantur mediocria albi, vel minimi coloris: non improbatur tamen in debilibus, & consuetis ante cibū panis frusta vino aromatico macerata præsumere: omne aquæ poculum fugito: poma, omnesque surculorum fructus, legumina quæque: quęcunque acida, & salsamenta euitato: lacticinia in super recentia, tibi ea sumantur ante cibum: pulmentaria quoque omnia ex farina abdicato: illud attende imprimis, ne consueti cibi modum transgrediaris: & omnem repletionem, quam stomachus tolerare nequit, fugito.

Obseruatio octaua.

SI bis die innatare cupis: à matutina innatatione ad vespertinam, & à prandio ad cœ-

D nam octonæ horæ intercurrant, vt digestioni cibique concoctioni locus sit, ne si stomachus cruditate laboret, fiat attractio ad membra, ex qua fiunt oppletiones. super omnia omnem Venereæ libidinis coitum fugito: ex eo nanque euacuatur vtilis superfluitas vltimi alimenti, cū qua fit multorum spirituū exhalatio, qui corpus exinanitum relinquunt, prius Balnei caliditate resolutum. HERMO. Talibus sane obseruationibus, quid in natatione sequendum, fugiendumque sit, quisque ægrotans instructus veluti præuio præceptore ad lauacra intrepide accedere potest: superest, vt de potione dicas. ALEAR. Neque hanc præteribimus.

Potio aquæ Caldarianæ.

E POtio Caldariani fontis, quæ datur, asthmaticis absque vlcere pulmonis laborantibus, hoc ordine percipitur: prima die ingrediatur æger Balneum, seruatis obseruationibus, vt præmōstratum est: altera vero die accipiat libras duas dictæ aquæ mediocriter excalefactæ, quam ebibat sine intermissione, eaque linctu quasi guttatim deglutienda est: dehinc ambulando se leniter exerceat horis quatuor. quo peracto tantūdem quiescat: postea cibum sumat ea qua prædiximus norma: sicque indesinenter alternis diebus ad quindecim vsque dies, vel vt maxime viginti faciendum est: Verum quom aquis Caldarianis nitri quota pars, & sulfuris minima insita sit, non est ad soluendum satis idonea. ergo magis prosunt per innatationem, quàm per potionem, quæ potio tribus continue diebus fit, quo

F ad pura nitensque per excrementa exierit. HER. Quicquam aliud seruandum est in huiusmodi aquarum potione? ALE. Nil pręter quod admonui. HERMO. Caldarianę igitur aquæ fomentum superest adijcias. ALE. Adijciam: fomētum autē eius hoc pacto efficitur: Aqua recēs Balnei præparatur, calefitque: in eam infunditur spongia bibula, quæ humore calido ebria, atque repleta, supra membrum ægrotantis lęsum sensim exprimitur, inuolutaque tenui linteo, vlceroso morbo superimponitur, donec refrigeratur. Refrigerata iterato refouetur, & in quaternas vices replicatur: demum exiccatum vlcus linteis mollibus, atque nitidis circunligatur. hæc de fomento sunt. Porro sudationem, emplastrationēque Caldariani auxilij prætereo, quoniam illas nec loci oportunitas, nec aquarum (vt in alijs Thermis) vehemens caliditas ferat. Hanc autem

vetat,

vetat, nulla limi conglutinatio, quum nullo A cœno lutescat. HERMOLAVS. Omnia de Balneis ad regulam à te demonstrata sunt: sed Alearde post à balneis digressum, quodquam in vita est seruandum præceptum? ALEARDVS. Est profecto. HERMOLAVS. Ne quicquam de balneis à nobis desiderari possit, trade. ALEAR. Extremum addam laborem.

REGVLA PRIMA, QVID seruandum post à Balneis digressum.

ALEADRVS.

Acta diligenti cura ex prædictis obseruationibus, non parua post balnei missionem, adhibēda est in vita accurata diligentia. Dum ire domum paras, metito, quam longum illinc ad domicilium tuū superest iter per- B agendum, siue illud pedibus, siue iumento trāsmeandum sit, quod lento gradu sine corporis lassitudine, in plures dies dispartito, & pro viæ ratione perficito, vt tandem lætus ad proprios lares deuenias.

Regula Secunda.

POstea quam vero ad habitationis locū perueneris, non tibi excidat, quod longe necessariū est, vt singulo mane peculiari quadam obligatione districtus, lenem pedester deambulationem exerceas, aut sedentaria equi vectura per amœna locorum comporteris: quia peracta, hora diei tertia, ad solitam comestationē accedito, & adamussim quæ præmisimus in cibariorum obseruationibus saltem per mensem tota animi at- C tentione custodito.

Regula Tertia.

EXtremum, ex medicæ artis scriptorum sententia, somnum meridianum fugito, quod infestissimum miseris mortalibus autumant, & quod iterum, atque iterum repetūt, omnem coitum euitato, talemque viuendi modum, ad quadraginta dies vsque indesinenter seruato. hæc de balneis sat. HERMO. Cæteris in omni vita mea animi voluptatibus hanc triduanam anteponendam Alearde arbitror, quia hac cōsuetudine tua vsus sum: vt nihil gratius: nihil iucundius, nihil amœnius, mihi contingere posse deinceps confidam. Quocirca & hospitali Bandarum liberalitati, & tuæ doctrinæ beneficio præter antiquę beneuolentiæ obṡeruationem debiturum me æternū offero. ALEAR. Nos Hermolae (vt vnus pro omnibus loquar) pro ea quæ decet in te obseruantia, ex animo fecimus: & ad maiora in dies paratiores (modo vita supersit) vsque offendes. HERMO. Gratias habeo: ego in vrbem Alearde ad ouium mearum pastoralem curam proficiscar. Tu Venetias ad medicamentosam patritiorū curationem abibis. ALEAR. Ita erit: sed vnum abs te Hermolae oratum velim. HERMOL A. Iube. ALEAR. Mandes queso Pantheo nostro: quum illum iuuenili ætate satis vtraque lingua eruditum, ac ingenio non mediocri præditum aduertam: vt hāc disputatiunculam perpetuis annotamentis tradat: ne illius vtilitatem multis profuturam, præsentes, posterique amittant. PANTHE. Isthuc iam animo conceperam: & gaudeo te tā salubre Caldariani fontis pfugium miseris mortalibus haud quaquam inuidisse: pro mea virili morem tibi gerere industrie curabo. HERMO. Fiet. Valete omnes. vos missos facimus. ALEARDVS. Vale æternum decus Pontificum.

Expliciunt confabulationes de Thermis Caldarianis.

ALEARDVS DE PINDEMONTIBVS

Veronensis Physicus de Balneis Calderij,

Reuerendissimo in Christo patri & Domino D. Hermolao Barbaro, dei et Apostolicę sedis gratia dignissimo Episcopo Veronensi

ALEARDVS S.

SI vales pater optime in Christo Iesu, est, vt opto: & ego quidem valeo. Cum sæpius mecum cogitarem humanissime pater: quali dono tuam dignitatem donarē; longe dignius, ac pulchrius fore existimaui, si ab Aleardo tuo potius quàm à fortuna sua donareris. Accipe ergo benigne libellum hunc de fontibus seu Balneo Calderij Veronensis districtus, quem tuo nomini dedicaui: huncq; in tuo armario repone. Et si quid bene dictum in eo est, tuū, & tui gratia est, quia quid erroris in eo est, corrige, & emenda. Vale dignissime ac humanissime pręsul, & me seruum tuum ama. Ex Venetiis die tertia Nouēbris, MCCCCLXX.

CVm inter cętera elementa aquæ multas sumant diuersitates, maxime vero aquæ naturaliter calidæ, maiori varietate participant: & hoc non fit nisi propter eas aquas, terrę proprietates, et naturam ipsius occultam, per meatus, & aquæductus, virtutem alicuius metallorum, & aliorum mineralium, & complexionem suscipientes: Id circo cum dudum hęsitaret mens mea ad inuestigādum virtutes varias aquarum calidarum: naturaliter mihi occurrit aqua Calderij districtus Veronensis dudum hominibus occulta, & inexperta: quæ tamē mirabilium virtutum & operationum in corporibus humanis, vt inferius patebit, existit. Quare ipsius aquæ prænominatæ dicam virtutes, & operationes: Etenim considerans diuinissimus Galenus in de regimine sanitatis, testatur expressе, quod non inuenitur aqua per se naturaliter calida, quæ non participet aliqua medicinali virtute. Vere istę sunt manationes aquarum diuinæ. Nam ferè ex ijs habentur multarum ęgritudinū corporis humani curationes, & consideratis naturis temporum anni, & corporum dispositionibus, appellantur aquę balnearum mineralium sacræ, id est admirabiles, quia mirabilium effectuū & diuinorum, & occultorum hominibus ob Aristotele vigesimaquarta particula problematum problemate vltimo, f. 19. & tu ibi vide & lege. Dicam igitur vires & potentias dictę aquę Calderij nihil inferens mendacij: sed quæ percepi sensu alijs temporibus. D Nam princeps medicorum Galenus primo de simplici medicina dicit, Nihil verius profitetur, q̄ testimonium sensuale. Et de cōplexionibus libro Nulla certior regula ad indicādum defensiones, quàm regula sensus tactus: præsuppositis tamen semper prius quatuor conditionibus, quæ generaliter ante balnei approximationem obseruandę sunt, debite intelligendo & regulariter operantes, quia coacte, nullum horum obseruaretur. Primū quidem obseruabile est, nequis tempore excedentis frigoris vel caloris, ipsis nimis vtatur, quia nec hyeme rabiosa, nec æstate furiosa: sed reliquis temporibus vti cōgruum est: quia vere & autumno quæ tempora E extremorum comparatione temperata dicuntur.

Secundū obseruabile est: nequis balneo tali vti debeat, nisi corporis repletio absit: nam cito tale corpus corruptioni humorum disponitur, testibus illustribus medicorum. Sed ipsum præparet & diligenter purget, & euacuato corpore, secure balneum adeat. Tertium obseruabile est: q nō intret quis balneū stomacho pleno cibo, sed eius prima celebrata digestione, nisi in aliquibus stomachis valde cholericis, in quibus pręcipiunt micam panis primitus exhiberi vino granatorū infusam. Quartum obseruabile est, quòd corpus sit purgatū à superfluitatibus ad minus primę digestionis. Sed anteq̄ ad materiam deueniam de hac aqua balnei Calderij, occurrit primo considerare causam caliditatis aquarum balnearū di- F ctarū penes gręcos thermæ. Cum multæ sint opiniones famosæ circa hanc materiā, & discordia sapientum facit difficultatem in rebus, & mirabiles varietates harum aquarum, atque virtutes ad inquisitionem causæ prouocant. Quoniā admiratio principiū est philosophandi apud Aristotelem primo methaphysicæ. facit enim admiratio meditari, & meditatio in veram & propriā causam plerunque perducit. Prima enim opinio fuit Milesi philosophi, qui voluit causam caliditatis thermarum esse ventum inclusum in cōcauitatibus terrę, in quibus sunt aquæ fontiū, qui ventus

tus est calidus, cũ sit exhalatio calida & sicca meteororum secundo, & conuertitur eius caliditas super aquas illas, & calefacit eas, vnde egrediuntur calidæ. Alia opinio fuit cuiusdam philosophi, qui voluit causam huius caliditatis thermarũ esse: quòd terra in locis illis est mollis, & rara, non cõiunctarum partium: quia penetrat in eam caliditas solis, & ab ea calefiũt aquæ, quæ sunt in concauitatibus in ventre terræ. Tertia opinio fuit opinio Democriti, qui voluit causam huius esse, quod in concauitatibus quæ sunt in ventre terræ, in quibus colligũtur aquæ, in aliquibus sunt montes calcis viuæ, super quos transeuntes aquæ calefiunt, quõ calx calefit ex trãsitu aquę super ipsam, & calefacta calefacit aquã, vt apparet externus. Quarta autem est opinio verior, q̃ causa propria caliditatis thermarum est cursus illarũ aquarum super mineras sulfureas, vel nitrosas, à quibus calefiunt, cum mineræ illæ sint potentia ignis, & potentia valde propinqua, & actu igni vtitur, ex illo motu, & hoc, vt in pluribus earũ. Videmus enim terram ex cõcauitatibus suis euomere ignem, vt in Vulcano Siculę regionis. sed de hoc alias quia hic est profundissima consideratio, & tu cogita. Hãc sententiam videtur innuere Aristoteles vigesima quarta particula problematum, problemate decimo nono. s. vltimo, quærens ibi Aristoteles propter quid omnes aquę naturaliter calidę sunt sacræ, respõdet, aut quia multæ per terram colantur sulfuream, vel nitrosam, & in parte etiam ponit hanc sententiam secundo metheoro. Et tu ibi vide. eandem sententiam ponit clarissimus, & mirandissimus ingenij vir Plinius Veronensis, de Naturali historia libro. 35. capite. 39. de sulfure, in fine capituli. Hanc eandẽ ferè opinionem profiteri videtur Albertus alemanus in suis naturalibus libris, vt. 2. meteororũ: & clarissimus vir excellentissimi ingenij Petrus Paduanus in glosis, & scripto, super problematibus Aristotelis loco pręallegato, eandem sententiam ponit. pro quo tamen est aduertendum, pro huius rei declaratione, quod partes terræ habitabilis sunt multiplices. s. pars cutanea, & pars centralis; maxime à cœlo distans. pars cutanea terræ, debetur principaliter animantibus vegetabilibus, & plantis. Pars centralis & profundissima debetur diabolo & sequacibus eius. In alijs autẽ partibus terræ sunt aquæ fontium dulcium, & fontes aquarum calidarum naturaliter, dictarũ à græcis thermæ, & vapores, ex quibus generantur & minerę auri, argenti, & aliorum mineralium, & exhalationes & ventositates, à quibus causantur terræ motus magni. & quia contingit huiusmodi par-

A tes esse distinctas, imo aliquãdo distantes multũ, ideo apparent istæ tales, & tot diuersitates aquarum, & fontium dulciũ & calidarum fontium, seu aquarum calidarũ, quæ à gręcis dicuntur thermæ: quæ aquæ calidæ sunt mirabilium & multarum ab inuicem diuersarum naturarum & operationum, ex quo potest patere claro ingenio, q̃d huius modi aquæ dictæ thermæ non sunt naturaliter calidæ, quia si non admiscerentur, & transirent per mineras iam dictas, non essent calidę. sicut vt plurimum sunt, vt patet in fontibus dulcibus, & tu considera: & inde secundo meteororũ ab Aristote. Secundo potest patere, quod motus & delatio aquæ per terram non facit ad caliditatem: sicut quidam scioli dicunt, vt patet de fontibus dulcibus frigidis existentibus, hæc est opinio cui in presenti magis adhæreo. de causa caliditatis fontium calidorum, qui thermæ dicuntur licet habeã textus Aristote. & aliorum clarissimorum virorũ multos huic opinioni aliqualiter aduersantes: sed clarum ingenium teneat quidquid sibi placet, & fulciat bene opinionẽ suam. & hęc breuiter dicta de hac materia mihi sufficiãt. quia sum cõstitutus inter lacrymas & suspiria cũ multis ægris. Sed modo deueniendũ est ad aquam balnei de Calderio districtus Veronensis. Et primo dico eam esse ferream & nitrosam & sulfuream: sed longe & lõge magis est ferrea, & in pauco est nitrosa. & minus est sulfurea: primũ. s. quod sit ferrea multum, patet per fossationem mineræ dicti balnei, quã fieri fecimus clarissimus doctor olim pater meus Bernardus à Campanea, & ego diuersis tamen temporibus. patet etiam per tepiditatem dictæ aquæ, quę prouenit propter superabundãtem mineram ferri super nitrosam & sulfuream. Secũdum vero. s. quod sit in pauco nitrosa, & in minus sulfurea, patet per sublimationem dictę aquę, quam sublimari feci alias, & sic inueni. & idẽ clarissimus doctor pater meus Bernardus à Cãpanea eam sublimari fecit ferè eodẽ tempore quõ ego: & dixit se idem reperisse per sublimationem ab eo factam: & per experientiã vidimus in ęgris iam missis ad illa balnea, per quem libet nostrum separate conferentiam illarum balnearum in ęgritudinibus multis, in quibus valẽt dictæ aquę dictarum minerarum, vigore dictarum minerarũ: & magis dominantis in minera.

B

C

Valet autem dictum balneum ad ægritudines de humiditate cum remissa frigiditate, & in doloribus articulorum, & podagræ humidæ & frigidę remissę, asthmati, & ęgritudinibus renum, & fracturę restaurationẽ fortem efficit: & cõfert apostematibus & plagis putridis, & stomachum Nota.

machum iuuat & splenem, & confert pectori & capiti, & maxime stomacho humido, & hydropicis, & maxime asciticis & inflatis, & mundificat neruos: & dolores spasmosos sedat, & corporis superficiem a bothor, & plagis malis antiquis mundificat, & à panno, morphæa, & albaras. & resoluit superfluitates ad iuncturas, & splenem & hepar descendentes. Et confert duriciei vuluæ mirabiliter, & cursui humiditatum matricis mirabiliter subuenit, eas exiccando, & impedimentũ impregnatiõis ab hac causa tollit. Tempus autem magis conueniens adeundi hoc balneum est, de mẽse Iulii. s. à medio Iulij, vsq; per totum mẽsem Augusti. Modus vero quo uti debent hoc balneo est, aut per ingressum eius, aut per potũ eius, aut per embrochationem eius, & fomẽtum eius, aut per desudationem. Sed desudatio non põt fieri propter ineptitudinem, & incõmoditatem loci, & propter tepiditatem aquæ dicti balnei: quæ prouenit propter superabundantem minerã ferri, super nitrosam & sulfuream. Embrochatio & fomẽtatio fieri poteft ipsa aqua debite calefacta, & cũ spongia in ea infusa, & expressa super membrum læsum, & postea spongia debite calida inuoluta pãno lineo subtili, & applicata mẽbro læso, ibi dimitti potest vsq; ad tepiditatẽ eius: & reponi potest tribus aut quatuor vicibus, & debite exiccata parte, inuolui debet pãno lineo debite calido, & sic fieri potest secũdum placitum & necessitatẽ. Secunda aũt die qua adiuit dictũ balneũ, vel tertia die, hora tertia diei potest intrare dictũ balneum, & ibi per horam ĩmorari, & parũ plus vel minus secundum virtutis tenorẽ, & naturam dispositiõis, vel dispositionum à quibus vexatur dictus infirmus, vel patiẽs, donec perpẽdat summitates digitorum suorum incrispari. postea vero egrediatur balneum, & exiccetur cum panno lineo mediocriter calido: & post quiescat in lecto per spacium vnius horæ, postea vero prandeat: & similiter ante cœnã per duas horas potest ingredi balneum: & similiter faciat & cœnet, & debito tempore eat cubitum: potus autẽ eius potest fieri. s. dictæ aquæ dicti balnei, die secunda. s. altera die ab ingressu balnei, vel post ingressum balnei, & bibat de ista aqua debite calefacta duas libras successiue, & eam paulatim lambẽdo, & non ingurgitãdo, deinde ambulet & exerceatur: & per quatuor horas post prandeat parũ & cibaria optimi nutrimenti, & facilis digestionis, & idem potest facere ante cœnã tempore debito interposito. Altera aũt die sequenti potest intrare dictum balneum, vt prius, & sic successiue & alternatim faciat vsq; ad quindecim dies, vel ad plus vsq; ad

D viginti dies: sed melius est vsq; ad quindecim dies ad plus. Sed quia hęc aqua nõ multum participat nitro, & minus sulfure, nõ est solutiua multum, cum tamen sit aliqualiter solutiua. ideo potius est insistendum in ingressu dictæ aquæ balnei, q̃ in potu eius: vtroq; tamen modo est conueniens dictis passionibus suprascriptis. Et si bibitur dicta aqua balnei dicti, debet bibi & continuari, quousque exeat clara sicut bibitur, vel per vrinam, vel per secessum, qđ vt plus est. & colligas quod egeritur, vel vrinatur in vase vitreo: sed melius est vt dixi intrare balneum: sed quia iuxta sententiam Aristotelis permutantur balnea hæc naturalia, sicut cætera alia composita: & alia omnia corruptibilia in effectibus suis: & in dominio minerarũ, & in malicia cum eis complicata, sicut vidi temporibus meis in fontibus calidis Patauinis: & vidi
E malos effectus illarum balnearum tempore, quo clarissimus & nobilissimus Galeotus Marchio de Mala comis vir mirandissimę virtutis adiuit illa balnea Paduana, vna cũ nobilissimo viro patricio Veneto Petro Mauroceno genero suo: ꝓpter quæ balnea ambo mortui sunt cum tribus famulis, & multi alij eo anno propter illa balnea mortui sunt: & propter malitiam occultam illarũ balnearũ: quia vbi fuerit mare, nũc arida tellus, meteororũ primo: & iuxta sententiam Aristot. problematum prope mare est alicubi aqua dulcis, & plus distanter aqua salsa. Sed si Deus dabit mihi gratiam, vt ad ciuitatem Veronensem (quod in breui erit eo duce) accedam: perscrutabor diligentissime, & cũ vigili studio illa balnea & conditiones eorum in pręsentiarũ repertas, & vtrum sit facta variatio in aliquo à tpe quo eam aquam
F sublimari feci: & tunc addam aliqua huic sententiæ, secundũ quod reperiam balnea illa disposita.

Et si patiens suprascriptas ægritudines, aut aliquam earum non liberetur prima vice, redeat secundo anno ad dictum balneum, & faciat vt prędictum est, & videbit mirabiles virtutes, & operationes aquæ balnei de Calderio.

De partibus autem balnei, quæ iuxta sententiã Galeni in libro secundo de regimine sanitatis sunt quatuor, quia non sunt necessariæ in proposito, non facio multam mentionem. Prima enim pars est quæ est aeris. Secunda pars est aquæ calidæ. & Tertia pars est, q̃ est frigidæ aquæ: & Quarta pars est, quæ est fucationũ, quam sententiã propter summam artẽ, & dilectionem q̃ habuit Galenus erga humanam natũrã assumpsit à diuinissimo Hippocrate epidemiarum sexta, textu commẽ. 7. & Hippocratem appellat Galenus vocem Dei de vtilitate particularum, capitulo nono, ad principium.

principium, & composuit sex libros de regimine sanitatis Galenus propter sententiam Hippocraticam & tu ibi vide. Tandem statuendus est modus, quo regi debent, qui à dicto balneo recedunt. Primo si recedentes a dicto Balneo sint distantes, siue sint equestres siue pedestres, siue faciãt se portari, debẽt paulatim quolibet die ambulare, equitare, vel duci, & hora tertiarum debent comedere, & assumere cibaria boni nutrimenti, facilis digestionis, & bene masticent quæ assumunt, quia nutriens masticatione aliquam habet digestionem teste principe. & à somno diurno penitus abstineant. Vinum autem quod sumunt sit album, non dulce, stomachis eorum conforme, & non sit aquæ mixtum per aliquot dies, scilicet ad minus octo dies.

Sed quia vinum aliquando est minus potẽs & fumosum, pro illorum fumorum depressione teneant per aliquod spacium buccellam panis in cyatho vini, donec optime sit infusa: quia panis est catena vini. & elapsis istis octo diebus redeant ad vinum sibi consuetum. possunt aliquando vti vitellis ouorum recentium, & quiescant post cibum moderate, deinde vero exercitentur ante cibum futurum loco plano vsque ad lassitudinem exclusiue, & cœna eorum sit valde leuis cum pullis elixatis. post modũ vero quindecim diebus elapsis ad minus, possunt vti carnibus castrati vituli, omnibus bene coctis & maxime elixis, vt facilius digerantur quia elixa sunt facilioris digestionis, q̃ assata cæteris paribus. & vtantur brodio pulli cum pane optime intus madefacto, tam in prandio, q̃ in cœna, lauent manus suas cum vino calido, & non tangant aquam frigidam aliquibus diebus, caueant sibi ab alijs cibis præterquã à prædictis ad minus per mensem, & à fructibus omnibus præcaueãt & à leguminibus, & acruminibus & acutis, vt allia, cœpæ, & porri, & similia, & aromata acuta & ab aceto per dictum tempus: & nocent caules & ficus, & cibaria de pasta maxime sunt nociua referendo semper singula singulis. Inter omnia maxime deuitent coitum penitus ad minus per mẽsem, quia vnus coitus superfluus plus nocet quam vna exquisitissima phlebotomia, nec competit in regimine sanitatis coitus penes Epicurum in microtechni, licet non placeat Galeno ibidem hæc sententiã & secundum veritatẽ. Et tu lege ibi, & videbis quo tempore, qua ætate, in quibus corporibus competit coitus secundum veram sententiam. ibi, s. venereorum quidem secundum Epicurum nullus vsus est salubris. Et tertia & sexta epidemiarum potest cõprehendi nocumentũ coitus maximum. Et vndecimo continentis quarto capitulo, & tu vide ibi, eneruat enim Palladem, & Martem Venus ipsa. Vnde Ethicorũ libro Venus Cypriaca ipsisse furatur intellectum sapientis. Caueãt à malis animæ passionibus. Sed lętentur & gaudeant. ꝓpinqui autẽ dictis balneis in recessu à dictis Balneis, eodem regimine vitę vtantur. Sed satis.

EX BAVERII DE BAVERIIS

Consiliis, de Balneis excerpta.

Cap. LXXV. de Balneo Porrettæ.

IN stando in Balneo Porrettę infrascriptus ordo seruari debet. Cum in balneo Porrettæ fueritis, debetis vna die quiescere, in qua nihil agatis. In sequenti die in ortu solis accedatis ad aquam Porrettæ, & de ea bibatis sex cyathos continentes duos vrceos. quibus bibitis, redeatis ad hospitium, hinc inde ambulando, & sic per horam stabitis. interim aquam sumptam secedetis totã aut magnã partem. exacta hora redeatis ad aquam, & bibatis cyathos quatuor cum dimidio, & inde stabitis per horam, & hoc tempore emittetis aquam totam aut magnam partem, postea iterum ibitis ad bibendum quatuor cyathos cum dimidio vt prius feceratis, deinde stabitis per horas tres et prandeatis. Transactis horis octo à fine prãdij faciatis cœnam leuem, aut collationem bonam. inde postea ad horam cum dimidia ibitis dormitum, in sequenti die, quæ erit tertia accessus vestri, circa solis ortum bibetis vrceos duos aquæ, & inde stabitis per horam, et postea ingrediamini balneum si non fuerit frigidum. & stabitis in eo per horam, deinde intrabitis lectum, & corpore mediocriter pãnis tecto absque hoc quòd dormiatis, & videbitis si natura tentat sudorem. Si sudaueritis, faciatis corpus vestrũ pãnis calidis exiccari. & inde ad horam faciatis fieri hoc clystere.

Recip. aquæ Porrettæ lib. j ʒ.
Mellis vnc. ij.
Olei vnc. iij.
Salis drach. ij. ʒ.

Misc.

Misce & calidum supponatur.

Clysteri reiecto, accipietis prãdium vestrum, & in sero cœnam, in qua poteritis aliquid plus comedere, quã in die, qua bibitis. & hunc ordinem seruare debetis, quoad eritis Porrettę. s. vna die bibere in tribus vicibus quinque aquæ vrceos, alia die duos. & balneum intrare. & hoc dico, si balneum non est frigidum. & si frigidum fuerit, vt plerunq; accidit, dimittatis, & faciatis fieri clystere hoc. nullo pacto dimittatur, quoniã plus operabitur quã aqua, quæ bibitur. Et iste modus est obseruãdus per dies. xx. Cum bibetis per dies. iiij. aquam, faciatis fieri ad stomachum vnctionẽ per horam ante cœnam cum manu calida.

Recipe olei de absynthio.
De spica.
De mastiche, añ. vnc. ß.
Galliæ muscatæ.
Garyophyllorum.
Macis.
Galangæ,
Carui.
Am meos, aña. Scrop. j.
Corall. rub.
Coriandrorum præp. añ. drach. ß.
Ceræ albæ parum, & fiat vnguentum molle.
Vtamini sup ferculis vestris specieb°, quę sic fiũt:
Recipe cinnamomi electi drach. ij.
Zingiberis Scropu. ij.
Garyophyllorum.
Melegettæ.
Amomi.
Semi. sclareæ añ. Scrop. j.
Sandalorum rubeorum drach. j.
Croci drach. ß.

Pistentur subtiliter, cribrẽtur, & fiant species. Confectiones sibi conuenientes sunt, coriandri præparati habentis vnam zuccari coopertura, qui sumendi sunt in fine mensæ, & nihil inde bibẽdũ: et anisi vnius coopturæ zuccari; de quibus sumatis duas tertias vnius cochlearis in principio mensæ, & confectio quæ sic fit:

Recipe Zuccari trium coctarum vnc. 8.
Aquæ rosarum in qua infusæ fuerint drac. ij. cinnamomi, quantum sufficit ad dissoluendum zuccarum, & fiat confectio in rotulis, quarum qualibet sit mediæ vnciæ. De hac confectione potest sumere in sero, quando vellet facere collationem, aut quando non sumeret anisos, bibat vinum album aut cisiolum medium inter dulce et brusců. Carnes sint pullarum, castrati, aut hœdi: ab alijs abstineat. panem accipiat bene fermẽtatum, conuenienter coctum, qui sit vnius, aut duorum die-

D rum, non amplius trium, ab alijs cibis abstineat. Pro ferculo vtatur pane cocto, aut brodetto cum ouo facto, aut brodio, in quo petroselinum fuerit coctum. caueat à somno diurno, à fructibus omnibus, ab herbis crudis, à piscibus, caseo, lacte, butyro, à pastis azymis, à statione ventorum, & ab aere nocturno.

Cap. LXXVI. De Balneo Porrettæ.

IBitis, concedente Deo, ad balneum Porrettę: cum ibidem fueritis, quiescatis duos dies, nisi q in die secunda faciatis fieri clystere ante prandium eo modo quo ordinabitur. Die vero tertia circa Solis ortum accedetis ad aquam. de ea bibetis vrceum vnum cum dimidio antequam à potu desistatis. deinde redeatis ad hospitium, & stabitis per horam, aut per horam cum dimidia, & interim aquam sumptã emittetis totam, vel par-

E tem maiorem. postea redeatis iterum ad aquam potandam bibendo de ea vrceum cum dimidio, vt prius. postea redeatis ad hospitium, & stabitis per horas tres, & hoc tempore egeretis ferè totã aquam, & prandeatis. post prandium ad horas. 7. faciatis fieri clystere, quod infra ordinabo. Et hũc ordinem seruabitis omni die, quo steteritis Porrettæ, si quid non superuenerit noui, quo minus ordo seruetur, sicut esset debilitas, aut fortis dolor & consimilia. Quando à lecto de mane surgitis, vngatis hepatis regionem cũ vnguento quod ordinabo. De mane quando surgitis, & de sero ante cœnam faciatis vngi regionem renum & locum inter testiculos & anum, & pectinem cũ vnguento ordinato. Si casus occurreret, q fieret vrinæ retẽtio succurratur sic, Recipe Parietariam & bulliat in aqua Porrettæ, deinde habeatur spon-

F gia calida, plus q̃ tepida, ponatur femori, & cum ifrigidatur, remoueatur. & sic fiat tribus, vel. iij. vicibus. Ad idẽ valet, si Parietaria decocta inuoluatur in pecia linea subtili & femori apponatur. Item accipiatur vitriola & ponatur in sartagine, et superaspergatur modico oleo de scorpiõibus, & folia passa fient, ponatur Parietaria super pectinem, & similiter fieri potest cũ sanationibus seu crissonibus. Cibus sit panis debite coctus & conuenienter fermentatus absq; sale non pluris temporis duorũ aut trium dierũ, nec minoris vnius diei, à quo cortex excutiatur. Carnes sint pullarũ, hœdi, castrati, ab alijs abstineant. melius prædictæ carnes parantur elixando, q̃ alio modo. decoquantur in aqua cõmuni, & non in aqua balnei. Vinum sit albũ aut cisiolum, non dulce, nec ponticũ multum. Comedatis in die bis, sed non grauetis vos multo prandio vel cœna. pro ferculo sumatis panẽ coctum in brodio, aut bucellas

panis

panis in brodio infusas aut milium. non vtamini speciebus in cibis vestris. Ex confectionibus con ueniunt manuschristi, amygdalæ cum zuccaro conditæ, diamygdalaton, seu marzapane, & grana coriádri habétia coopertura vnam zuccari, & hoc post cibum, post quę nihil bibatur. In casu vestro non conueniũt anisi. clystere quo vti debetis est hoc,

Recip. aquæ Balnei lib. j. ß.

Casiæ drach. xij.

Olei violati vnc. iij.

Salis drach. j. ß. & totum calidum supponatur. Interdum accidit propter potum aquæ, vt in stomacho multiplicetur ventositas, cui non est tutum calefacientibus, & carminantibus ab intra administratis succurrere propter hepatis, & renum caliditatẽ, quare oportet ab extra approximare quę conferant. de quibus est vnguentum ad hoc ordinatum, cum quo ante prandium, & cœnam per horam vnam, præmissa leui stomachi fricatione faciatis inungi. si magnus accideret ardor in virga, iniiciatis cum syringa albumen oui, aut lac, aut emulsio seminis papaueris, quodq; iniectum dolorem remittit.

Bauerij de Bauerijs regulæ obseruandæ pro vsu Balnei Petrioli. Cap. CVII.

IN primis debet accedere ad balneum vocatum Caldanellę. ibidem duobus diebus balneetur, & hoc, quoniam aqua ista est nimis calida, vt corpus calidiorem facilius tolleret. Tertio die accedat ad balneum Petrioli, hoc est ad balneum Equitum, & ibi balneetur. Modus hic est. incipiat balneũ in ortu solis, ventris tamen beneficio prius habito. in quo balneo per horam maneat. dein balneo egrediatur, pannis vero bene tectus, lectum ingrediatur, vbi pánis mediocriter coopertus, sudare tentet. absque somno sit. per horam vnam maneat in lecto. Qua transacta, vestitus accedat ad duciam. Ibi per horam ducietur. debet autem aqua duciæ eam partem capitis percutere, quæ per digitum medium manus tangitur appositum, coniuncturæ, & nasi extremitati. Incipiat autem ducia à penultima, quoniam temperantior prioribus est, quæ forte in principijs tolerari nõ possent. assidue versus priores accedatur, quoad ad calidiores ventum sit, quæ tolerabiles sint. post horam transactam duciæ inde prandeat. post prandium septem horis permaneat sine somno, & cibo. inde ad duciam reuertatur. in qua per mediam aut integram horam permaneA re poterit, & inde ad horam cœnare. postea per horam & mediam vigilet. post accedat dormitũ. & sequentibus diebus similis modus seruetur.

Ieiunus balneum ingrediatur. nec in ipso vllo pacto comedat, vel bibat. Vino vtatur Oligophoro: nõ dulci, nec austero, sed mediocri. Vitet res omnes tardæ, & malæ digestionis, præsertim in caput euaporantes, vt lagana & acria. Fructus omnes, aromatica multum calida, vinum potẽs, carnes grossæ, caseus vitentur. Vtatur rebus citæ concoctionis, & boni nutrimenti, non euaporantibus ad caput. Somnus nimius nocet, nã corpus humectat. ita & vigilię superfluę, quæ caput humoribus repleant.

Sunt & alia duo balnea, vnum vocatur S. Lucia, aliud Sanctus Caluarius, in quorum vno si mulieres balneãtur, multum confert stomacho, B ob mineram ferreã: quæ ibidem stypticitate sua partes stomachi vnit, & ibi non duciatur, sed balneatur.

Canon pro Balneo Porrettæ. Cap. CVIII.

REgimen quod in balneo Porrettæ obseruare debet spectabilis vir Gabriel Taxo, cum ad balneũ fuerit, stet die vna quod nihil faciat, at solum quiescat. Sequenti die in ortu solis accedat ad aquam Porrectæ, & bibat sex cyathos eius aquæ, continentes duos vrceos. dein ambulet hinc inde, donec totã aut quasi totam aq̃ secedat. Exacta vna hora, ad potandum redeat, & bibat vt supra sex cyathos. demum ambulando faciat, vt prius dictum est. post finem horæ, ab hora secunda sumptionis sumat alios sex cyathos. dein stet horis tribus ad minus & prandeat, & eo die nil aliud fiat. Tertia die in ortu solis bibat C sex cyathos aquæ vt in secunda die. Cum eos secesserit, aut pro maiori parte, accedat ad balneũ, & illius quærat partem calidiorem, in qua stet, si non fuerit molestum per horam. Deinde ponat in lecto, & modice pánis coopertus, videat si modice sudare poterit. si sudat, abstergatur, si nõ sudat, transacta media hora, surgat & faciat sibi fieri clystere tale vel sudauerit, vel non.

Recip. aquæ Porrectæ cyathos. v.

Sem. anisorum drach. j.

Cymini. vnc. ß.

Pistentur grosse, & bulliant in dicta aqua dum redeat ad. iij. cyathos, et mediũ vel quatuor. postea coletur.

Colaturæ adde zuccari rubei vnc ij.

Vitellum oui vnum.

Olei vnc. iij.

Salis drach. ij. fint enema, quo reiecto, prandeat, & hac die poterit etiam cęnare. In die vero qua

sumit

D ſumit ſex cyathos, prandeat,ſed in ſero faciat col
lationem,aut leuiter cœnet,& non niſi poſt ſep-
tem,aut octo horas à fine prandij.laudo,ſi ſtoma
chus difficulter concoqueret carnes, vt aliquan-
do ſolet accidere,tum ob malam diſpoſitionem,
tum ob potum eius aquæ,vt ipſe faciat fieri parũ
pulli piſti,& ante omnia ſorbeat.carnes ſint pul-
larum,aut caſtrati.panis non ſit durus,neque ca-
lidus actu.Vinum ſit album, aut ciſiolum , non
dulce,nõ acerbum,non præpotens,ſed inter hęc
mediocre.his ſolum cibis vtatur. Cum vero ſto
machus ſit multum vẽtoſus , antequam incipiat
comedere per decimam partem horę aſſumat co
chlearium aniſorum vnius cooperturæ zuccari,
& ſuper bibat modicum vini . itidem faciat ante
cœnam . in ſero ſumat rotulum vel morſellum
vnum huiuſmodi.

E Recipe cinnamomi electi drach.j.ß.
Zingiberis drach.ß.
Ameos.
Carui.
Aniſorum.
Ana ſcrop.j.
Specierum tria ſandalorum ſine cãphora ſcro.ij.
Aquæ abſinthij.q.ſ.fiat cõfectio in morſellis:quo
rum quodlibet ſit dra.iij.Circa locum vbi ſentit
tumorem de mane cum ſurgit,inungẽdum oleo
ĩfraſcripto,& hoc illa die, qua debet accipere.vj.
cyathos,alia die faciat vnctionem eandem, quã-
do ſteterit in lecto,& voluerit ſurgere poſt Bal-
neum .

Recip.olei de anetho vnc.j.
De ruta vnc.ß.miſce & calide vnge partes dolen
tes,ſcilicet circa vmbilicum & verſus inguen.ca-
ue à ſomno diurno,& à ſole ſtando ſub dio .

F *Cap. CXXXVI.*

SCire cupitis,quod balneũ ſit efficacius , aut
Petrioli,aut S.Philippi.Reſpondeo non eſ-
ſe verum,balneum Petrioli eſſe calidum,et ſiccũ
in quarto gra. Ratio eſt,balneum non habet ca
liditatem:& ſic niſi merito mineræ ſuper quam
currit aqua.minera illa eſt,ſulfuris, & aluminis ,
licet ſulfur graduetur caliditate in quarto,vt ap-
paret.ij.Can.cccxxvij. Aqua cum de ſui natura
ſit frigida,minuit de caliditate ſulfuris.nam ſi ali
quid componitur ex rebus diuerſorum graduũ ,
id non eſt ita intenſum,ſicut intenſior illorũ gra
duum componentium.nam ſi id,quod calidum
eſt in primo:componatur cum eo quod eſt in ter
tio, totum nõ eſt calidum in tertio,ergo aqua Pe
trioli eſt compoſita ex ſulfure & aqua , ergo totũ
non eſt calidum vt ſulfur,quod eſt alterum com
ponentium .

D Item balneum S.Philippi citius operatur , qđ
exptum eſt , & declaratur ratione. balneum Pe-
trioli habet cũ ſulfure ſuo multum aluminis, alu
men eſt ſtypticum,ob hoc cõuenit fluxui ſangui
nis vt apparet ſecundo can.ſimplici.cccccccliiij.ꝓ
pter hoc aqua Petrioli non ita cito penetrat ad
partes profundas,aut ad loca,ad quæ difficilis eſt
penetratio,ratione aluminis conſtringentis & ꝓ
hibentis citam ſulfuris virtutem penetrare.

Balneum S.Philippi habet ſulfur non minus,
quàm balneum Petrioli,quod apparet ex multo
ſulfure,quod ibi ſit,nec decurrit per ipſum,ſed ꝑ
loca quæ videntur cineritia ob magnam minerę
caliditatem.huic aquæ non eſt alumen coniun-
ctum,quod prohibeat eius penetrationem . ideo
eius virtus citius ad loca penetrat profunda ſua
virtute ſulfurea,& calfacit,& ſiccat. Verum eſt
E ꝙ licet balneum Petrioli tardius operetur , cum
ipſo tamen maius confortat,ob alumen ꝙ partes
vnit.balneum S.Philippi dimittit partes,in qui-
bus operatur laxiores,& poroſitates latiores. ob
id videtur ꝙ balneum Petrioli parum cõfert ſcia
ticæ,cum eius materia ſit in profundo locata, nã
ad eum locum nõ penetrat.at balneum S.Philip-
pi confert.cum eſſem Senis plures ad id miſi,qui
fuere omnes liberati . Balneum Militum habet
mineram mixtam ex aqua balnei Petrioli , & ex
aqua balnei de ferro.& videmus vtramq; aquam
confluere in id balneum . Balneum S. Luciæ
videtur ꝙ teneat minerã ferri , quia circa partes,
ꝑ quas fluit , relinquit quandã ſuperfluitatem ,
q̃ atteſtatur colore ęruginis,ferro.quę cum guſta
tur,videtur inſipida.non negatur tamẽ quin par
ticipet aliquid ſulfuris & aluminis, ſed longe mi
F nus,quàm Petriolum.

Balneum Caldanellarum habet ferri minerã
cum participatione nitri.ideo eius aqua ſit ſolu-
tiua,ſed parum:vnde licet ratiõe nitri ſoluere de-
beat:ratione ferri ſtringentis & vnientis partes ,
remittitur ſolutio.hæc ſunt,quæ reſpondi.

Ex Cap. CXXXV.

COnſiderandum mihi eſt , num Balneum
in hac diſpoſitione conferat . quantum
ad neruorum laſſitudinem , videtur quòd ſtan-
te virtute, & corpore in febriente,balneum Cal
danellarum Senarum aptum ſit . hoc habet vim
ferream cum participatione ſalſedinis aluminis.
quidam volunt ꝙ virtutem habeat æream.vn-
de conueniens eſt.Aui.ij.primi ca. Aereæ quidẽ
aquæ,ferreæ & ſalſæ iuuant ægritudines factas è
frigiditate & humiditate , & dolores articulorũ
& podagræ:conferunt laſſitudini.i.paralyſi,aſth
maticis,& renibus . & , Aq̃ ſulfureę & ęreę ſunt
bonæ

bonę renibus & colicæ. item aqua ferrea est bona A splenі & stomacho, item aqua æra. Dico vlterius q balneű sulphureum conuenit, præcipue si cum sulphure fuerit aliquid aluminis, q sua stypticita te membra confortet, vt balneű Petrioli, &.s. Phi lippi. Si vnica euacuatione non poterit sufficien ter purgari, quia forsan ob longã ægritudinẽ non tolleraret forte solutionem, fiat in duabus aut tri bus. ergo bene purgatus petat balneű Petrioli, ad quod eundum Aprili. ita vt ibi sit de Maio, nã ad balneű standum per mensem, aut amplius. Si tar dius accederet, standũ ibi esset Iunio. Cũ ibi fue rit, quiescat. ij. vel. iij. dies. circa Solis ortum porte tur ad balneű Caldanellarũ, in quo balneet cor pus totũ per horam. dein intret balneum lintea minibus calfactis prius, & corpore mediocriter pannis tecto tentet, si potest sudare, si sudauerit, B abstergatur pãnis calidis. Si non sudet, cum steto rit per horam in lecto, se induat, inde ad horam prandeat. eadem die nil aliud faciat, similem or dinem teneat per. iij. dies sequentes, quibus præte ritis mane in ortu Solis balneet se in balneo mili tum. Ingenietur vt aqua descendens in balneum det super partem posteriorẽ colli, in quo sibi mo lestum si non sit, maneat per horam. egressus, le ctum accedat, tentet sudare, & faciat, vt dixi de Caldanellis. Cũ fuerit indutus, accedat ad duciã, cuius casus sit super caput, vbi commissura coro nalis coniungitur cum sagittali, qui locus nosci tur ponendo radicem manus patiẽtis ad radicem nasi. vbi terminatur digitus medius illic est con iunctio cõmissurarum. & ab ea incipiat, quę mi nus est calida. ad quam stet per horam. inde sur gat, & faciat sibi caput exiccari cum pannis cali C dis, & vltimo fricari cum manu caput, & partem posteriorem colli cũ infusione infrascripta. Stet per horam & prandeat. cum transiuerint horę. 7. à fine prandij, redeat ad capiendam aquam, vt di ctum est. sic obseruet dũ stat Petrioli. Bis in heb domada se balneet in Caldanellis, reliquis diebus in balneo militũ, seruatis modis prædictis. Cum se duciauerit per duos dies ad vnam duciam, mu tet se ad aliam paulum calidiorẽ. & ita procedat donec veniat ad duciam propinquã calidissimæ per duas ducias, & ibi quiescat, donec compleat balneationẽ integre. Si per aliquod accidens non sufferret balneum per horam, & sic duciam, stet Petrioli per plus tempus. Huius ordinis causa est, quia balneum Caldanellarũ habet vim ferream cum aliquali alumine, & forte aliquid æris parti cipat. ideo confert stomacho, & spleni, renibus et neruis. Hoc balneum est leuius balneo militum, etiam posset balneari in balneo S. Luciæ, vbi mu lieres se balneant. Balneum militum fit ex aqua Petrioli, cum permixtione aquæ balnei de ferro. ideo habet sulphur cũ alumine & ferro. ideo con uenit neruis debilibus: resoluit laxitatẽ & paraly sin. posset administrari super partẽ superiorẽ col li, vbi est origo neruorũ. Bene esset, vt itraret bal neű Petrioli magnũ in ferõ, postq̃ sumpsisset du ciam, in quo staret vsq; ad vmbilicũ per mediam horam, & hoc in diebus postremis.

Antequam balneum intret, habeat vetris benefi cium. Si est stypticus fiat clysma hoc.

Recipe decoctionem capitis castrati cũ malua & Parietaria lib. j. s. adde mellis vnc. j.

Olei vnc. iij.

Salis drach. ij. & calidum supponatur.

Item si debilitatẽ sentiret in balneo, egrediatur. idem capiat aquã in capite. Item cũ est in balneo, nil bibat, si maxime sitiret, sumat grana granato rum, aut zuccarum candidum in ore. Item cum egreditur balneum vel duciã, non comedat, non bibat, donec corpus sit infrigidatum. Itẽ post So lis occasum non stet extra domum. Itẽ non prius bibat q̃ comederit quinq; aut sex bolos. & bibat pro vice parum, & potius sæpe. vinũ sit paruum, cifiolũ, non dulce, non acidum, et laudo aquam mellis cum cinnamomo aromatizatã. Cibi sint, perdices, fasiani, turtures, capones iuuenes, galli næ, pulli, carnes hœdi, castrati. Euntibus ad bal neum accidit aliqñ rubedo oculorũ. tunc ponan tur ventosæ spatulis sine scarificatione. fricentur spatulæ. in oculis proijce albumen oui cum aqua ros. conquassati, cum prius spuma abiecta fuerit. & cũ coto, oculis superpone, & sæpe mutetur, ita vt non siccetur, vel supponatur lac recens. Ali quando accidit hepatis supercalfactio. tunc vnge regionẽ hepatis ante ingressum balnei cum cero to sandalino. exhibeatur hoc iuleb, quod hepa tis infrigidatiuũ, confortatiuum est, & mũdat re nes, & præseruat à generatione lapidis:

Recipe aquæ Endiuiæ vnc. 6.

Hepaticæ vnc. iij.

S. cõmunium maiorum frigidorum vnc. iiij.

Capil. vene. vnc. iiij. s.

Bulliant in prædictis aquis grana alchechengi. x. & sandalorũ rubeorum drach. ij. vsq; ad consum ptionem quartæ partis. Cola. colaturæ adde, zuc cari trium coctarũ. q. s. fiat iulep lõgum. dosis est vnc. iij. per duas horas ante introitum balnei. Si à capite ad pectus materia descenderet, & tussi pa tiens molestaretur, da post cœnam cum itur dor mitum scrop. ij. pil. de hiera composita. sequenti mane non intret balneum, nec exponat caput du ciæ, sed in vespe cũ hac aqua fricet collũ & caput.

Recip. aquæ vitæ quater sublimatæ lib. j. s.
Thuris.
Garyophyllorum.
Laudani.
Macis.
Nucis mosch. ana drach. j.
Pistentur modo grosso. Infundantur in dicta aqua, quæ sit in vase vitreo. & bene claude cum cera. vtatur ea.

Bauerij finis.

Tabula Capitum, quæstionumq; contentarũ in hoc Tractatu Matthęi Bendinelli de Balneis Lucensibus, Villæ, & Corsennæ.

MATTHAEI

Bendinelli Tractatus de Balneo Villę Lucensi. Cap. i.

D Vm oporteat vnumquemq; artificẽ prius describere illud, in quo cõsiderat, vt inq̃t Cõmẽtator cõmẽ. 2. Primo cęli, & mũdi, Deinde, cum oĩs doctrina, & oĩs disciplina ex præexistenti fiat cognitiõe: vt inquit philosophus. 1. poster. atq; accidentia magnã partem cõferant ad cognoscẽdũ vnũquodq; vt ab eodem dicitur primo de aĩa. Videndum primo est, qũo aqua ista seu oĩum balneorum ex terra manans, quæ frigida est & sicca, possit feruẽs, seu calida ex actu exire. Qua dubitatiuncula expedita, ad reliqua cõsequenter dicenda deueniã. Huius dubitationis varię opiniones repertæ sunt scd̃m varium modum intelligentiũ philosophorum de natura quærentiũ. Quarũ prima fuit Mi-
E lei, vt recitat Cõciliator ꝓblematũ. 24. part. cõm. 18. dicentis talẽ caliditatem in aqua induci à vẽto cauernas subintrante, et suo motu frequẽti aquas cõmiscente. quẽ male arbitrantem copiosius reprobat Conciliator. Si talis caliditas à vento in aquis ꝓduceretur subterraneis, cũ ventus eas non moueat vniformiter, nec vniformiter essent calidæ. qđ cum nondũ fuerit visum, Mileus à veritate distonabat. Itẽ contra eundẽ scd'o sic instat. Si aquæ ventorũ motibus calefierent, cũ q̃nq; venti deficiãt, & aquarũ caliditas deficeret, ex quo balnea olĩ calidissima frigida redirẽt. qđ dicere, priori dicto cõstat absurdius. Scda opinio fuit cuiusdã alterius philosophi credẽtis solarib. radijs aquas incendi, & ad talẽ caliditatis gradũ alterari. Existimabat enim solem, aut actu aut potentia in illis operari. Quod si esset verum, prædicta etiã in-
F conuenientia sequerentur: & clarum est, q aquę essent aliquãdo frigidæ, aliq̃n calidæ. Tunc enim huiusmodi aquæ ebullirent, cum Sol ad ęstiuum tropicum reuertitur Cãcri, frigidissimæq; essent cum Sol ipse hyemale tropicum Capricorni potens, à nobis remouetur. Deinde si subterranea concaua inflammarentur ex Solis radio, aut potentia, eadem ratione, flumina, & mare semper ebullirent, & multo magis, cũ agens fortius agat in ꝓpinquum, quàm remotũ. Alia fuit opinio Democriti, vt refert Vgolinus de Monte catino, imaginãtis aq̃s fieri calidas pp suos velocissimos motus,

motus,& casus super lapides illos,quos viuos appellamus:& sunt illi lapides,à quibus scintilla excuditur,& ex quibus calx conficitur. Duo nempe præsupponebat sibi Democritus, quorum primum erat motus velocissimus aquarum, secundum erat ignis in lapidibus īclusus,qui ex potentia aquæ vexatus in illis agens feruere illas vrgeret. Nec iste Democritus multū aberrabat, licet hucusq; non apparuerint aquæ ita velociter motæ calidissimæ, nec lapis quis viuus fuerit repertus, qui non alteratus ab extrinseco igne, aquas alteret ad tantum caliditatis gradum. Quarta opinio memorabilis fuit illius Conciliatoris excellentissimi Arist.imitantis, qui ponit non motu super lapides aut igne incluso aquas calescere, sed illarum transitu per sulfureas ac alias mineras calidas, quæ potentissime aquas pertranseuntes igniant.Colligitur huius sententia ab Aristo. problematū allegata particula proble.19. vbi balnea appellat sacerrima:eo quod & sacerrimis fiāt sulphure scilicet & flāma.Roboratur ēt ab Arist. huius viri opinio in de sensu & sensato dicente, Philosophos antiquos voluisse aquā esse talem, qualis transeat per diuersa loca terræ: calefiet igitur si per loca sulphurea calidissima transeat. Patet igitur calefactionis modus ex dictis: nec est in eo, probandum tā Philosophi:q̄ Conciliatoris testimonio. His visis surrexerunt nonnulli poetæ carminibus suis affirmantes loca particularia particulares effectus producere vi particulariū sydérum quocunq; opere naturæ remoto inferioris. Dicunt isti hæc balnea & alia non consurgere calida sulphure,aut alio.Sed quia ad illa producenda syderum aliqua ita influunt sūmi & omnipotentis Dei misericordia. Nec mirū sit hos errare: accidit enim illis aut ex causarum generum ignorantia,aut ex ingenij sui stoliditate,qui non considerantes causam formalē & materialem cuiusli bet compositi:composita singula ab efficiēti causa producta alijs causis exclusis enunciauere. Nullus vnquā negauit astra & cœlum hæc inferiora non producere,cū omnium mundanorum effectus ex illis causentur.Colligitur hæc sentētia ab Arist.metheo.primo:cum dixit, Totus iste mundus cōtiguus est lationibus superioribus: vt inde tota eius virtus gubernetur. Idem etiā clare protulit.12.metaphy. vbi īquit, Motus cœli est causa generationis & corruptionis in inferioribus. Idē etiam habetur.2.de generatiōe, vbi dicit. Motus cœli in aliquo circulo generat & corrumpit. Potest ēt hoc idem ratione persuaderi: nā si cœlum & sydera possunt homines ad extraneos effectus adducere, poterunt etiam diuersa alia in diuersis

A locis causare:sed possunt primum iuxta illud, Volentem ducunt,nolentem trahunt: ergo ēt poterunt secundum. sed hoc nullo modo facere valēt materiali causa & formali remota. Dicatur ergo q̄ concordantia naturæ inferioris cum natura superiori mixtorum omniū est productiua: vt in fine secundi de generatione dicitur ab Aristo. Sed quia posset vlterius aliqs hesitare, quomodo sub terra tale sulphur producatur: Est sciendum q̄ sub terra duæ materiæ à superioribus eleuantur, ex quarum vna calida & sicca, sulphur & similia fiunt.Ex alia vero quæ frigida est,& humida nōnulla alia generātur, sicut argentum viuū, plumbum & similia, quia fiunt determinata ex determinatis, & non omnia ex vno, vt primo dicitur Physico.Quibus sub terra productis si contingat aquam per illa loca transire exit feruens,mineraB rum illarū naturam exportās:& quia illa loca,noua continue producunt sulphura: ita continue labitur aqua calida, nec ponā vnde initietur aqua illa subterranea. eo q̄ Metheoro. libro fuerit sufficienter declaratū à philosopho.Et hæc quantum ad aquæ caliditatem dicta sufficiant.

De minera huius balnei. Cap. II.

EXpedito ac declarato modo caliditatis huius aquæ reliquū est de minera illius loqui, ex cuius notitia vniuersa ægrorū conferentia dependet:atq; illa ignorata pecuniarum & sanitatis detrimenta sequentur. Et sicut impossibile est medicum ægrū aliquē curare, nisi ægritudinem sciuerit,ita impossibile erit medicum ex balneis honorem acquirere,nisi minerā illius præcognouerit.Et cum difficillimum sit per sublimationes mineras balneorum integre & perfecte percipeC re,huius tradendæ notitiæ vltra alios Vgolinum de Monte catino balneis oībus familiarissimum testem præsupponā. Dicit iste magister in suo de balneis,q̄ huius balnei minera est ferrū simpliciter,quo excepto nulla aliorū mineralium natura vel qualitas secū iungitur. Nec aliter ferrea & sapore dulcis ac colore plucida est, ac si cuiuscunq; fontis aquā clarissimā in ea extincto ferreo stylo videres.Nec est ēt in calore multū excedēs,nec tepida, sed ex dono magni Dei taliter se habet, q̄ nec à sapore,odore,aut calore aliquis bibētiū vexatur,bibitur tñ, & sine nocumēto aliquo toleratur.Sed quia posset aliquis dubitare ex dictis superius:videlicet q̄ cū sit à sulphure calefacta, quare saporē & odorem illius non retineat. Cui respondetur q̄ postquam aqua calidissima à sulphure recedit per terram & ferri mineram transit: quibus frigidior redditur ac à sulphuris fętore & sapore mūdatur:atq; ita cadit in balneū mūda & lucida.

Viso igitur q ferrea sit simpliciter, sciẽdum est, q ferri qualitates illam concomitãtur, licet in ea debiliores sint q̃ in ipsius ferri substantia. cum ergo sc'dm Auic. 2. canone ferrum frigidum sit, & siccũ, & ĩ eo sit stypticitas multa: dicamus huius aquæ proprietatem esse infrigidare, exsiccare, & stypticare, licet in veritate frigiditas virtualis ꝓpter aquæ caliditatem actualẽ, & sua siccitas propter aquæ humiditatem, modica sit. Et ideo quia nõ est actualiter multũ calida, & vt dictum est, est infrigidans aliqualiter, quapropter quicunq; in hac aqua se balneat pp stomachi sui frigiditatẽ vt illi resistat infrigidationi quã causat, & vt magis sibi proficiat, inungat hora ĩtroitus in illo stomachum suum ex aliquo vnguentorum stomachum calefacientiũ. Est ẽt in hac aqua in minori gradu siccitas, q̃ frigiditas ꝓpter duo. Primo propter aquę humiditatem naturalem. sc'do, quia nõ est valde ferrea, & experientia docuit hæc aqua nullo modo exsiccat, sed potius humectat, & exsiccata membra madefacit, habet etiam stypticitatem aliquam à ferro, vt allegato capitulo legitur, qua mediante relaxatis membris ab humido non est parum proficua. Tardę tñ est operatiõis, quapropter patientes potius illa vtantur diebus. 40. q̃. 30. Vlterius est sciendum, q dum aliqs hoc balneo vtitur, eius iuuamenta nõ bene percipiũtur, sed post reditum domũ debito seruato regimine melius monstrantur: tunc. n. natura refocillata quantum contra morbos conualuerit, patefacit, His visis dicendum est modo de tẽpore cõuenienti ꝓ vsũ balnei huius, ne ex errore à veniẽtibus calumnientur.

De tempore huius aquæ. Cap. III.

Q Væritur vlterius quo tpe seu qua parte anni debeant ad hæc balnea gentes ire, & aliquibus visum est autumnali tẽpore veniendum, putantibus tunc balnea fore visitanda, eo q natura tam qualitate autũni q̃ futuri hyemis venientis auxilio indigeat. Nõnulli vero aliter, & melius cogitantes dixerunt vernali tpe veniendum, & hoc dictum quibusdam rationibus fulciunt, quæ positis certis notandis inferius adducentur. Notandũ q ver aliter à medicis, & aliter ab astrologis distinguitur. Voluit Aui. ver esse tps illud in quo niues à montibus cadunt, qđ dictum est satis dubiũ, nã cum niues in diuersis tẽporibus, & partibus anni sup montes cadãt, ita in diuersis anni tpibus ab illis cadẽt, & liquefiẽt. Si vero tunc ad hoc balneũ veniẽdũ foret, posset aliquis de mẽse Ianuarij ad hoc balneũ venire: qđ patet si eo tpe dies forent meridionales. Item ex hoc dicto Aui. possemus dicere ęstatem qñq; ver

D ipsum præcedere, qđ notum esset, si de mẽse Augusti, aut Septẽb. ningeret. Aliter & melius astronomi de ipso putant. Dñt isti annum solarem in quatuor quartas diuidi, & vnicuiq; quartæ tria signa zodiaci attribuũt, quę signa duodecim sunt, videlicet, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Facta igitur hac diuisione tãtũ durabit vnumquodq; tps quandiu Sol motu suo naturali tria ex dictis signis pagrauerit. Dicatur igitur cũ Conciliatore prima ꝓblematum cõmẽ. 9. & cũ Haly. 5. theoricæ ver ĩcipere ea die, & hora qua Sol primum Arietis gradũ intrat, duratq; donec ipsius Arietis, Tauri, ac Geminorũ signa peregerit, & vt melius amici mei intelligãt, quia hoc anno. 1483. Sol intrauit Arietẽ. xj. die Martij durabit ver vsq; ad. xj. Iunij sine dubio. Aestasq;

E erit ab. xj. Iunij vsq; ad. xj. Septem. eodẽ modo dicatur diuidẽdo de autũno, & hyeme. Notãdũ secundo q cũ vnum extremũ sapiat naturam alterius extremi, nullus admiretur, si dixi ver durare vsq; ad. xj. Iunij, tunc est ẽt ver, licet æstatis naturã sapiat, & contraxerit. His positis ad rõnes adducendas ꝓ sc'da opinione deueniã, quarũ prima est ista. In purgationibus nostri corporis debemus quęrere tpa tempatissima, vel tẽperamento ꝓpinqua, ver aũt est hmõi, ergo hoc balneum vere magis cõuenit. Maior huius rõnis est clara, eo q natura nostra in purgationib. fiendis non lædi tur nisi à qualitate pharmaci, si tps in quo fit non sit excedẽs in calore aut frigore. Minor vero est Auic. 2. primi cap. de naturis tẽporum, & Galeni tertio aphor. cõm. x. Itẽ est cõueniens hoc tps magis q̃ autumnus, quia adiuuat ad sanguinis gñ-

F tionem sua conformitate ad sanguinẽ, vt dicitur sc'da primi cap. de mutatiõe qualitatum aeris. huius oppositũ facit Autũnus qui cũ sanguinis gñationi sit oppositus sanguinẽ minuit, ex quo natura ex dispõe tpis debilitata difficilius balnei huius alterationis aliqualiter ipsam ẽt debilitantes ferret. Secunda rõ est ista. In illo tpe Balnea conueniunt in quo decens est corpora nostra disponere, vt se ab ægritudinib. præseruẽt. Tale autem tps est ver, & non autũnus, sicut inquit Auicẽ. 4. primi cap. de regulis cõibus vomitui, & solutioni ventris, & primo Cãticorum in textu illo, Et corpus indiget. Hæc eadẽ sñia habetur ab Hippo. sexta aphor. in illo aphorismo, Quibuscũq; phlebotomia, aut pharmacia cõfert hos vere phlebotomare, aut pharmaciã dare. Maior ẽt huius sc'dę rationis est clara, nã & balnea corpa nostra purgant, vt dixit Gal. 4. aphor. commen. 2. ergo &c.

Tertia ratio est hæc. In temporibus alteratis multum

multum vel dispositis ad alterationes malas regulariter opando non debemus vti balneis. & ratio est, quia tã à forti calido, q̃ à forti frigore corpora ex balneo resoluta, & rarefacta possent notabilia nocumenta cõtrahere: sicut colligi potest ex illo aphori. quartę particulę, scilicet Sub cane & ante canẽ pharmacię sunt molestę. Cum aũt in autumno qñq; dies sunt ventosi & pluuiosi, qñq; frigidi & qñq; calidi, vt dicit Auic. cap. de pulsu temporũ: sequitur q̃ in illo tpe possent corpora nostra lędere, et catarrhos malos excitare ex tali dierum diuersitate, vt dicitur ab Almansore cap. de catarrho: imo autũnus est tempus malũ, & replens capita superfluitatibus, sicut Auer. 4. colliget capitulo de signis ægritudinũ futurarum: quę dicta & alia nocumenta tpe veris non proueniẽt. Notandum q̃ licet hæc oĩa canonice bene dicta fuerint, tñ propter huius aquæ nobilitatẽ & tepiditatem suã non solum valet tẽpore veris, sed optima est toto æstatis tpe: & iudicio meo quanto intẽsiores essent calores, tãto melior esset, & præcipue si aliquis ipsam bibere indigeret, quia in dicto tpe, & per sudorẽ; & per inferius melius operatur à Solis æstu, velut magis digesta & decocta: nec taliter alterat corpora in forma balneatiõis, q̃ quis debeat resolutionem aliquã ex illo timere. Quod totum prouenit ex dono gloriosi & oĩpotentis Dei &c.

De regulis seruandis. *Cap.* IIII.

Vlterius hoc in loco regulæ seruandæ, pro vsu illius ponendæ sunt: ne contingat error regimine malo: deinde vt agente disposito ad agendũ, & patiente disposito ad patiendũ fiat perfecta actio. Tũ ne medico aliquem ad hoc balneum mittenti experimentũ fuisse fallax improperetur, cũ non fuerit à patiente bene applicatũ.

Prima igitur regula sit ista. Qui intẽdũt hoc balneo vti, sint prius purgati saltẽ vniuersalibus euacuationibus, & ratio regulæ est hæc. Nã aut isti tales intẽdunt hoc balneũ intrare gratia malarum dispositionũ suorum membrorũ, aut gratia solatij: si pp primum, euacuãdi sunt, ne humores à balneo moti ad illorũ læsa mẽbra currant, & magis lædantur, seu difficilior fiat dispositio ex præsentia humorũ in corpore. Si pp secundum ẽt purgari debẽt, ne aqua ista eorum humores moueat & forte in putrido esse ponat: vnde febres oriantur. Euacuentur ẽt necessario quicũq; ad hæc balnea veniunt, & saltem pp hoc, qa cum magna sit loci huius amęnitas, ferè oẽs ad victus intẽperantiã vrget: tum quia mirabiliter hæc aqua appetitũ excitat. Si vero quæratur quis humorũ euacuandus: respondeatur q̃ phlegma. & ratio est hæc: quia cum hoc balneũ ex ratione ferri & aquæ sit infrigidationis productiuũ, posset pp hoc phlegma frænũ naturæ exire, & febres facere; sicut in hoc loco visum est sępissime. Intelligenti ẽt patet q̃ tam ratio ferri, quã aquæ cholerę non assimilatur &cæ.

Secunda regula est hæc. Intraturi hoc balneum ipsum intrent frigidiori hora diei, & pręcipue si fuerit tpe magni æstus: ratio est, quia in illa hora diei frigidiori minus corpora resoluuntur, & longiori tpe possunt in illo stare. Intrent igitur balneum iuxta ortũ Solis, vel illius occasum & cæte.

Tertia regula est hæc. Intraturi hoc balneum, prius habeãt ventris beneficiũ, si possunt, vrinẽt, & expuant: rõ est hæc: quia mũdato corpore à superfluis facilius toleratur, & melius proculdubio operatur. Quarta regula. Aduertãt illi, qui hoc balneum intrant, ne prius in illo intrauerint scabiosi, aut leprosi: eo q̃ illud quod tangitur à corrupto corrũpitur, vel aptum est corrũpi: vnde sanissima corpora possent illa eadẽ nocumenta lucrari, cũ scabies & lepra sint de numero eorũ quę inficiunt adhærentes, vt secũda primi dicitur ab Auic. Quinta regula est hæc. Qui vtũtur hoc balneo maneant in eo vsq; ad aduentũ debilitatis exclusiue, idest donec sentiãt se aliqualiter inanitos. Et vt tẽpus egrediendi melius habeatur, est sciendũ, q̃ cum viderit patiens carnes digitorum manus factas crispas & vacuas, tunc debet exire. Et hoc signũ est ĩ illo loco familiare seruatũ &c.

Sexta regula. Qui fuerit balneatus, in exitu ex balneo, dũ domũ vadit, totũ corpus suũ bene cooperiãt, & præcipue caput, ne aliquod nocumentum incurrat ex aere. Septima regula est. Cum balneatus domi fuerit, lectum ingrediatur calefactum, & bene coopiatur: quia egredietur aliqua aquositas cutanea in balneo acquisita. Et si quęratur an iste debeat dormire, dico q̃ sic: sed per modicum tps: & ratio est, quia per somnũ hmõi non multũ prolixũ cessabit resolutio: cum somnus trahãt à circũferẽtia ad centrũ: deinde per somnum restaurabuntur spiritus à balneo fatigati: quibus refectis auferetur lassitudo. Contrariũ huius faceret somnus prolixus: quia per talẽ somnum in corpore resoluto fieret humorũ agitatio, & maior inflãmatio membrorum: vt põt colligi ex illo aphoris. Hippocratis, Sõnus & vigilia vtraq; &c.

Octaua regula sit hæc. Postquam balneatus balneo exiuerit, non statim comedat, sed prius aliqualiter deambulet, & se exerceat: & ratio est quia per talẽ exercitium, vapores, & ventositates aliquę à calore balnei excitatę vel generatę insensibiliter resoluentur aut exibũt. Si vero talis esset ita debilis vt se exercere non posset, fiant ei fricationes. Post tale vero exercitium, capiãt laudabi-

lem cibum,& in conuenienti quantitate. Vnde tamen recordor, ne post exitum à dicto balneo aliquis audeat frigidam aquã bibere, propter nocumenta quæ possent in neruis causare, vt patet intelligenti. Nona regula sit hæc. Qui hoc balneo vtuntur non intrent hoc balneum post assumptum cibum, nisi ad minus per sex horas, ne ex potentia cibi in stomacho fiat in hepate oppilatio, sicut faciliter fieri posset. Elicitur hæc regula ab Auicen. septima quarti, tracta. quarto. cap. ij. Decima & vltima regula est hæc. Siquis biberit aquã huius balnei in die illa non dormiat, nec sedeat multum: sed sit tota die in continuis exercitijs. Quia cum hæc aqua expulsione indigeat, & per somnum superfluitates retineantur: esset intentionis medicorum contrarium. Item cũ diurnus somnus sit frigidarum & humidarum dyscrasiarum productiuus: vt dicitur tertia primi: ex potentia alicuius residui aquæ posset in corpore nostro aliquam ægritudinem de nouo causare: sicut esse posset catarrhus, oculorum lacryma, aut neruorum mollificatio. & cætera.

De regimine seruando quo ad victum. Cap. V.

QVia fuissem nimis prolixus, si per regulas seruãdas superius positas omnia illa quæ in sex rebus nõ naturalibus continẽtur, adduxissem: ideo ne sim diminutus intendo in hoc capitulo omnia illa congregare, vt debito regimine seruato in modo viuendi valeant venientes amplissimum fructum exportare. Sciendũ primo res nõ naturales esse sex. s. aer, motus & quies somnus & vigilia, inanitio & repletio, cibus & potus & accidentia animæ. Et istæ res dicuntur nõ naturales, quia ex debito, vel indebito earum occursu corpori nostro aduenit sanitas, vel ægritudo: vt tertio techni a Galeno, & secunda primi colligitur ab Auicenna. Incipiendum esset primo ab aere, cum sit primum numeratũ, & sit de valde alterãtibus corpora nostra. Sed quia in hoc loco est ita salubris, & temperatus, sicut in aliquo locorum quis dicat se vidisse: & præcipue æstatis tempore: ideo de hoc non vlterius loquar. Notent tñ vnum ad hæc balnea venientes se debere sũmopere nocturnũ aerẽ fugere & ventosos dies: quia ex vsu aquæ calidæ data est occasio ventis & aeri frigido, vt facilius corpora nostra subintrent & nocumenta causent. Sint igitur tpe noctis & dierũ ventosorũ in cameris cũ igne, & bonis odoribus: q semp cerebro & virtuti debili grati sint.

De Cibo & Potu. Cap. VI.

SCiendum est, q cibi & potus non solum male dispositi, sed & multũ sani debent euitare nimiã quantitatem, & qualitatẽ, & diuersitatem:

D iuxta illud Auicẽ. tertia primi: cum dixit. Et crede mihi q nihil est deterius q̃ diuersa nutriẽtia simul iũgere: & in hoc sint bene soliciti: & pcipue ne excedãt posse virtutis in quãtitate ciborũ. Nec est hoc obliuiõi tradẽdũ, eo q vtplurimũ ad hęc balnea veniũt corpora stomachos habentia debiles: quæ siue pp gulositatẽ, siue pp societatem impellentẽ, qñq; nimio cibo replentur: quẽ cum eorũ calor naturalis non possit digerere, putrefit in eorũ stomachis, quo facto putrido p quindecim dies male se habebunt. Pane vtãtur cocto & bene fermentato, vt mos est: & si cõtingeret illos, aut propter releuatũ appetitũ, aut aliud ad comedendum cogi: euitẽt panis repletionẽ: & pcipue hoc bene intelligãt hepatici quibus panis aduersatur. Dicit Auic. Impedimentũ indigesti panis corpori nostro esse deterius indigestione carnis. de car-
E nibus vtãtur bonis, & faciliter digestibilibus, & quæ sunt boni chymi, sicut sunt, pulli, turdi, & auiculæ, necnõ & carnes hœdorũ, & castratorũ: sed quia hoc in loco ex bonitate regionis parum contingit error cõmitti. Ideo de carne hæc dicta sufficiãt in præsenti. Qm̃ de vino vnusquisq; bibere debet illud quod corpori suo est appropriatũ, et quia diuersorũ corporũ diuersæ sunt dispões, nõ est silẽtio prætereundũ, ne vnicuiq; sibi conueniens vinũ assignetur. Corpora supcalefacta, seu quæ calidas habẽt cõplexiones, vt sunt hepatica, & valde cholerica. & pp hęc multũ exiccata vino vtãtur albo mediocri, seu ad mediocritatẽ reducto cũ aqua: nã dixit Auic. tertia primi. Et vinũ albũ supercalefactis quidẽ est melius: dixi ẽt, permixtũ sit aqua dulci, aut aqua huius balnei, sicut cõmuniter: cuius rõ est, quia vinũ albũ subtiliatum
F cũ aqua pfundiores partes humectat et infrigidat rõne aquæ secũ iunctę: vt dicit Auic. tertia primi, & Aristo. pblematũ particulą. 3. proble. 3. Idem ẽt dicitur ab Hippocrate in de regimine acutorũ in illo textu. In aqua nullã &c. Et hmõi hepatica & supcalefacta corpa, vina euitent grãdia, dulcia, et grossa tanq̃ inimica eorũ, interficiẽtia, vt intelligenti patet &c. Qui vero hæc balnea intrãt, vt eorũ corpora grossiora fiãt: si in illis nõ fit oppilatio, neq; aliqua in aliquo mẽbrorũ supcalefactio, vino vtãtur rubeo, aut albo dulci: qđ quia multũ auget in sanguine, carnis gñandę sufficiẽs est materia, vt innuit Auic. prima primi. Hmõi. n. vina multũ augẽt in robore & pinguedine. Colligitur hæc snia ab Auice. tertia primi cap. de regimine aquę & vini, & à Gal. 2. Apho. cõm. n. Illi vero q ad hæc balnea venerũt pp stomachi et hepatis debilitatẽ bibere vinũ rubeũ nõ crudũ ẽ eis cõueniẽtius, & pcipue illud i quo sit aliq̃ stypticitatis qua

maxime

maxime talium mēbrorum debilitas releuatur. Mulieres vero quæ propter suæ matricis complexionem frigidam,& humidam ad hoc balneum venerunt, vinum euitēt album, quia diureticum & illius malę dispositionis conseruatiuum. Laudo summopere vt vnusquisq; tam in vino quā in decoquendis cibarijs, alia aqua non vtatur nisi aqua huius balnei. Et ratio huius sit à Philosopho sumpta cum dixit. Quod idem inquātum idem semper est aptum facere idem: si ergo tam in balneo quàm in potu hæc aqua bōa erit alicui, semp illi in eodem casu erit bona. Abstineant gentes hoc in loco à fructibus, aceto, lactucis,& leguminibus,& præsertim illi qui de stomachi frigiditate queruntur, aut alia illius mala dispositione. De hepaticis aliter dicatur, sicut consideranti patet & cætera. Nam in talibus non disconueniūt.

De somno.

DOrmiant conuenienter,& debite in nocte,& si naturaliter fieri non posset, artificiose, puocetur. Decimatertia tertij capitulo de nocumentis digestionis dicitur ab Auicen. Somnum esse vnum de numero eorum quæ integrā,& perfectam digestionem efficiūt, per ipsum nō solum chymi digeruntur, sed spiritus defatigati ab operibus reficiendi reuocantur, vt prima tertij dicitur, capitulo de subet ab Auicenna. Diurnum euitent quātum possunt, sicut in regulis dictum est, cū sit frigidatum ægritudinum,& rheumatismorum productiuus, sicut dixit Auicenna capitulo suo. Verum si quis omni die dormire esset consuetus, non debet ipsum dimittere, vt colligitur ab Auicēna in capitulo de cura asthmatis vbi Auic. asthmatico propter consuetudinem cōcedit diurnum somnum. Consuetudo quippe assimilatur naturæ, iuxta illud philosophi. Ad cōsueta venire fit salus ipsis, sicut in naturæ statum. Magis nociua est cōsuetudo malorū dimissa q̄ illorū debite seruata. vt colligitur ab Hippocrate in illo aphoris. Parū deterior cibus,& potus &c. & ab eodem in illo alio aphorismo. Assueti assuetos ferre labores,& in plerisq; alijs locis &c. Illis quibus somnus conceduntur,& conueniunt, duo pro actu illo memorāda sunt, quorum primum est q̄ hora somni sint bene cooperti. Secundū est vt capite iaceant eleuato.

De exercitio.

DE motu seu exercitio,& quiete hoc in loco dicendum est: quæ duo omni corpori humano sunt necessaria,& quo exercitio omnes nostri corporis virtutes gaudent mirabiliter, sicut dicit Gale. 2. aphoris. cōmen. 48. immo sanitatis est principaliter conseruatiuum, vt tertio

A techni à Gal.&. 5. metaph.&. 2. Ethicorum colligitur. Nō solum motus humana corpora saluat à putredine sed aquas,& inanimata corpora conseruat in esse, sicut quarto metheo. dicitur ab Arist. intelligendo tñ de exercitio temperato, quia de superfluo non est verū. vt tertia primi,& primo Canticorum dixit Auicē. Oppositas operationes facit quies. à qua calor naturalis extinguitur,& ea mediante putrefactio cunctis rebus inducitur. Hæc sñia colligitur à Cōmentatore. 4. Metheo. comē. 11. & ideo bene dicitur. Qui sanitatis gaudio vult carere, ab exercitio abstineat. Sed pro meliori notitia huius est intelligēdū q̄ in duabus horis diei debemus nos exercere. quarū prima est immediata hora post prandiū, aut cœnam. & huius horæ exercitium debet esse leue, vt puta deambulādo per centum passus,& tale est ad ppositum,& vtile vt cibus ab ore stomachi in fundum integræ

B cadat, sicut dicit Auic. quo expleto vnusquisque deberet ab omni exercitio corporali per tres horas ad minus abstinere, vt oīs calor ad cibum digerendū concurreret. Secunda hora, vel secundum tps in qua nos debemus exercitium facere, est hora illa in qua cibus est ferè digestus,& iā alterius quasi appropinquat hora: & hoc exercitij genus debet fieri ante prandiū,& ante cęnam, & debet esse multo fortius priori, nam per tale intēdimus resolutionem,& cōsumptionē superfluitatum ex præcedenti cibō acquisitarū. Totū hoc potest colligi ab Auic. cap. de horis exercitij. Et huius ēt exercitij debita mensura habeatur. Dico ipsum cæteris paribus debere cōtinuari vsq; ad sudorem: i. vsq; quo corpus sudare īciperet, quo incipiente apparere quiescat. Sed quia ad hæc bal-

C nea qñq; veniūt quædam corpora ita debilia aut taliter inflāmata q̄ hmōi dicto exercitio vti non possunt, vt colligitur secūda primi cap. de pulsu forum. Dico q̄ talia corpora cū modico exercitio indigeant, sicut dicitur ab Aui. cap. de exercitio. Debēt leniter loco fortis exercitij deambulare,& leniter moueri. et cū exercitium capiatur p motu facto à corpore dico, q̄ si vnusquisq; sensus exerceat, non erit inutile, sicut audiēdo fabulas,& vidēdo pulchra quæ oīa si voluptuose procedant, valde iuuāt in acquirenda sanitate,& ea conseruāda. Colligitur hæc sñia. 4. primi & sc̄d'o canticorū,&. 11. tertij capit. de casu virtutis. Hoc idē ēt habetur tertio techni à Gal. Sed quid multis moror, inquit Aui. 1. Cāt. gaudiū maxime macilētos īpinguare. Qd' ēt sonare videtur Hipp. illo aphor. In oī ęgritudine lętari mēte, et bñ se hēre ad oblationes bonū, cōtrariū vero malū. Sequanē igitur oī studio gaudiū, et voluptates q̄cūq; in cō

seruanda sanitate aut illa recuperanda sunt occupati, totisq; viribus tristitiam animi fugiat, quia pessimum: Ethicorum septimo. Esset consequenter de inanitione, & repletione dicendũ, de quibus cum in capitulo de regulis seruandis dictum fuerit: ne nimis prolixus sim de illis aliud dicere relinquatur, cum hoc, ne euacuationem balneo præmittendam obliuioni mandem.

De iuuamentis huius balnei ad stomachum. Cap. VI.

EXpeditis regulis de regimine seruãdo quoad victum, vt hoc balneum optime sanitatem restituat, quia magister Vgolinus in suo libello de balneis ait, ipsum membris nutritiuis esse peroptimum. A stomacho prius incipiam velut ab illo, cuius operationes si impediantur residuum corporis non bene se habebit. Sed vt singula dicenda melius intelligantur, non videatur absurdum iterum replicare quot qualitates vel proprietates in ista aqua reperiantur & adsint. Quibus bene cognitis, quoniã notitia effectuum dependet ex causæ cognitione, vnusquisq; scire poterit quomodo hæc aqua in dyscrasijs valeat. Primum in ista aqua est actualis caliditas aquę inhærens, quæ quamuis per se calefaciat, per accidens tamen infrigidat aperiendo poros, & faciẽdo calorem, tã extraneum q̃ naturalẽ exhalare, sicut colligitur ab Auic. secunda primi cap. primo. Secundo huic caliditati associatur aquæ humiditas multa: quæ exsiccatis membris iuuat, & arefactis, quæ humiditas ratione caliditatis actualis ad profundiores partes à natura dirigitur.

Tertio in illa est virtus quædam styptica ferri incoriatiua, & retentiua illis membris iuuans. quæ ab humido fuerint relaxata. Inquit Auicẽna .xiii. tertij. Virtutem stypticam illius modi debilitatis membris opem præstare. Nec huiusmodi aqua absoluitur ab aliqua parua siccitate ratione ferri & calidi sui actualitate, quæ licet exigua sit, tamen quandoq; natura gerens vicem intelligentię ex illa aliquod auxilium fugit. Dico igitur pro meliori resolutione q; in hac aqua repitur caliditas, humiditas, stypticitas, & virtus frigida ferri cum aliqua parua exiccatiua qualitate. His dictis posset aliquis instare non esse verum quòd hæc aqua exsiccet cum superius dictũ sit ipsam valde humectare: similiter quòd non calefaciat, quia diximus ipsam infrigidare modo accidentali, & ratione virtutis ferri: modo cum per Aristotelem primo de generatione idem simul, & semel non possit contrarios effectus producere, cum effectus contrarij contrarias habeãt causas. ergo &c. Huic dubitationi respondetur

D quòd licet vnum & idem vno modo non possit contrarios effectus producere, potest tamen diuersimode seu plurib. modis illud efficere, sicut dicit Commẽtator quinto metaphysicæ cõmento secundo: modo hæc aqua quosdam effectuum producit per se, sicut est caliditas ex sua caliditate, & aliquos per accidens sicut est membrorum infrigidatio per extractionem caloris naturalis illorum, & sic ab eodem possunt contrarij effectus prouenire diuersimode, eodem modo dicatur de humectatione, et exsiccatione, licet rectius sit negare illos effectus prouenire ab eodem, intelligendo pro eodem eandem causam. patet hæc responsio, quia ab aquę humiditate prouenit in nobis humiditas. & à ferro, & caliditate actuali siccitas. Vlterius est sciendum quòd huiusmodi effectus contrarij in nobis manifeste apparent: et fiũt

E ratione virtutis discernentis, & applicantis vnũquemque illorum loco suo: dixit Auicenna secũdo canonis, Virtus est quę diuidit, & transmittit vnamquamque complexionem ad partem quã meretur &c. Quod assentiens Galenus dixit. Virtus est curatrix, medicus vero minister. Hoc est illud de quo confidunt medici: et quod in omni curatione morbi pro socio recipiunt, immo vt rectius dicam, virtutis corporis nostri sunt famuli. Quod ostenditur, nam virtute nihil operante medicus nihil potest, sicut dixit Auicenna prima quarti capitu. de cura hemitritęi, vbi hęc verba protulit. f. Si natura non discernit: nõ valet curatio. His positis constat quòd hæc aqua est per optima illi, cuius stomachi complexio est frigida & humida, quia ipsum calefacit sua caliditate actuali, & etiam caliditate vnguenti superius pō

F siti in hoc balneo necessarij in tali causa. Aduersatur humiditati ratione siccitatis aliquę, quam elicit natura ex calore suo actuali, & ipsius ferri siccitate reaggregat partes mollificatas ab illa humiditate, ratione suę stypticitatis. Si autem velis hoc per auctoritatem aliquam videre, lege capitulum de ferro Auicennæ, necnon consilium Bartholomæi de Montagnana de prefocatione à phlegmate grosso intitulatum. vbi hæc verba inuenies, scilicet. Est enim mihi magnum secretum visum in cura malę complexionis frigidæ, & humidæ stomachi, accipere libras viginti aquæ: & in ea quater extinguere frustum ferri, vel calybis. Mirabilis est et hæc aqua illis quorum complexio stomachi est valde sensibilis, seu rarefacta. Nam huiusmodi stomachos inspissat, & incoriat ratione qualitatum ferri. Nam sicut dicitur ab Auicenna secundo canonis. Styptici operatio est inspissare. Valet illis etiã qui post

assumptum

assumptum cibum immediate euomunt: siue illud à mala qualitate humida stomachi, siue à nimia sensibilitate proueniret: patet ex dictis quod inspissat, scoriat, & stypticat, quę virtus styptica vomitui est contraria. Mirabiliter etiam prodest illis, ad quorũ stomachos quãdoq; in die hora vacuitatis descẽdit cholera: qua aut syncopizãt, aut de incendio stomachi cõqueruntur & præcipue si ab istis in potu sumatur: nam mirabiliter educit coleram, vt inferius dicetur in vna questiũcula. Opem etiam fert illi qui non potest digerere ratione oppilationis factę in hepate, aut venis. inferius dicetur, quod oppilatiões sua quãtitate & subtilitate venarum & hepatis potentissime aperit, & in hoc casu debet in potu sumi in magna quãtitate. Et vt breuis sim, scias lector hanc aquã in omni mala stomachi dispositione, rem vere esse diuinã, nec stomachum solũmodo confortat distemperatum, sed appetitũ deperditum mirum in modum facit reuiuiscere. Quod totum est ex dono Dei omnipotentis &c.

De iuuamentis ad hepar. Cap. VII.

Hepar est membrum, cuius cõplexio quanto melior fuerit, tãto melior totius corporis habitudo resultabit, propter sanguinẽ nobis ad vitam necessarium, qui in ipso generatur. Ex cuius membri sanitate fit aliorum perfecta operatio, sicut dixit Auicenna primo cãticorum. Cum ergo hoc membrum sit ad calidas dyscrasias faciliter labile, vt inquit Rasis libro diuisionum, & Auicen. decimaquarta tertij, credo creatorem cœli & terræ, propter hoc istud balneum nobis creasse remedium vnicum illius. Valet igitur hęc aqua in mala complexione calida & sicca hepatis, tam in potu q̃ extrinsece administrata, quia ipsum humectat infrigidat & cõfortat per suas qualitates, vt superius fuit declaratum: optimum est etiam in oppilationibus hepatis & suis imunditijs. Notum enim est, quod si bibatur, canales hepatis lauat, & sua quantitate & subtilitate oppilationes aperit. Viso eius diuino iuuamento ad hepar, correlarie sequtur mirabiliter valere singulis ęgritudinibus quæ ab illo nascũtur, sicut est icterus, formica, erysipila, cãcer, scabies, et leonina lepra: in qua magnifice prodest hepar illorum infrigidando & sanguinem illorum grossum adustum humectando, & de hac materia perfectas vidi, & bonas experientias. Conuenit egregie illis qui in facie sua rubores cum certis pustulis portant, & præcipue si bibatur: patet ex superius dictis: et ego vidi quamplures hoc genere morbi laborãtes ex illius vsu optime fuisse curatos. Valet etiam in stomachi debilitate cacethica, qua chylus iam ad

A aliquem sanguinis colorem conuersus, & non retẽtus ad stomachum rediens cũ fęcibus exit quocunq; modo administratum: sicut haberi potest ex suarum qualitatum consideratione: nam licet ipsum aliqualiter infrigidet, tamen qualitate sua styptica virtutem contentiuam releuando iuuat: sicut colligi potest ab Auicẽna capitulo de medicinis hepar cõfortantibus, & ab Auer. 5. colliget. Dico igitur concludendo, quod in omni mala hepatis dispositiõe hoc balneum est vnum singularissimũ & facile remediũ: sicut intelligẽti patet &c.

De membris generatiuis. Cap. VIII.

His visis transeũdum modo est ad membra generatiua hominum & mulierũ, & quoniam vir muliere est melior, sicut dicit Philosophus primo Politicorum: deinde quia vir muliere B rem excedit nobilitate ingenij, iuxta illud Ouid. Fortius ingenium suspicor esse viris. Ideo ab eo tãquam à digniori erit inchoandum. Accidit sæpissime iuuenibus passio quędam gonorrhæa appellata, quæ nihil aliud est nisi inuoluntaria emissio spermatis, qua mala accidentia insurgũt. Qui si ad hoc balneum ibunt egregie conualescẽt. Et quoniã hæc passio à duabus causis, vt plurimum accidit. s. à mala complexione humida testiculorum, qua non possunt sperma retinere, & à sanguinis nimia acuitate vasa seminaria nimium excitãte, ambobus erit optimum. nam primis conferet magnifice per suam modicam siccitatem, & per suã magnam stypticitatem: secundis etiam erit hæc aqua perfectissima: & præcipue si bibatur: qa ex potu illius supercalefactus sanguis infrigidabitur, & cholera stimulãs educetur. Et ego C vidi in hoc casu experientias mirabiles, & præcipue in vno qui in nocte in somno sępissimas incurrebat pollutiones: de quibus eodem modo, sicut de gonorrhæa diximus: est dicẽdum. Prodest etiam in illis qui renes habent calidissimos, & cũ hoc aliqualiter dolẽtes. et illis qui vnctuosas mingunt vrinas: patet ex superius dictis, quod renes infrigidat: & illos confortat. Ex quibus etiam colligatur ipsam mirabiliter valere illis qui calculos & arenulas rubeas patiũtur: sed debent de ipsa multis diebus, & in magna quantitate in potu sumere: vt vias vrinales optime abluat: & illas sua quãtitate bene dilatet: intelligendo tamen euacuatiõnibus premissis, &c. Valet etiam bene illis, à quibus inuoluntarie vrina semper distillat: si intrinsece & extrĩsece administretur: patet qualiter sua styptica virtute vesicam ad vrinam retinendam reducit. Idem et dicatur de illis ad bursam, quorum salsus humor effunditur illam excorticans: notum est hanc aquam illi fore vtillimam. Quæ dicta

dicta nocumenta si mulieribus eueniant de illis eodē modo dicatur, quæ de viris diximus &c. Valet etiam hæc aqua in mulieribus: si ab illis mēstruorum rubeorum nimia quātitas manauerit: & notum est, eam, siue à sanguinis acuitate: siue à venę apertione fiant dicta copiosa menstrua illis optime esse profuturam, infrigidando sanguinem, & meatus constringendo &c. Si vero ab illis copia mēstruorum alborum exiuerit, erit etiā hæc aqua proficua, & præcipue si post euacuationes ex hac aqua matrices suas in balneis clysterizabunt, proculdubio tales mulieres menstrua illa alba remouebunt, si sępisime hoc balneum visitabunt. hæc tamē vera sunt, licet in hoc casu cæteris paribus balneum de Corsenna sit hoc efficacius, quia materiam illam citius exiccat, sed Balneum de Villa, hepar, & stomachum illius dispositionis producti uum melius disponit. Cū vero ambo correcti fuerint, materiam illam phlegmaticam non regenerabunt. Et de hac verissimam vidi experientiam in vna Florentina: quæ infra triginta dies ab illis fuit liberata ex huius balnei vsu continuo. Valet etiam illis qui hæmorrhoidas patiuntur, si optime Auicennæ dicta in capitulo de ferro cōsideramus. Et cū illarū cura vna medici intentio verti debeat ad causam facientē: ideo hepar illius corrigendo, dictis hęmorrhoidibus iuuamentum dabit. voluit Auic. xiij. tertij in cura illarum, illorum hepar, & splen deberi primo curari. Secunda etiam intentione quæ ad locum læsum conuertitur, erit hęc aqua bona: quia sua stypticitate corrosiones remouendo venas illas stringet. Idem etiam dicatur de alijs ægritudinibus in ano &c.

Quæstio prima de potu huius aquæ.

CVm dixerim hanc aquam potui esse aptissimam, & per illum valde conferre, quæritur, vtrum hęc aqua sit solutiua. Et arguitur primo quòd non. Illud quod naturam stringit, non soluit, sed hæc aqua naturam stringit, ergo hęc aqua non soluit. Consequentia huius argumenti est nota, & prima pars antecedentis, videtur esse manifesta, cum stringere, & soluere sint operationes oppositę. Secunda etiam pars antecedentis patet ex superius dictis &c. Secundo arguitur sic. Omne illud quod soluit est potētia calidum, sed hæc aqua non est potentia calida, sed frigida: ergo hæc aqua non soluit. Maior huius rationis est Galeni prima aphorismorum in Commento illius aphorismi. In acutis passionibus. Minor vero est etiam clara ex superius dictis sæpissime. In oppositum arguitur sic. Illud quod educit aliquē humorum est solutiuum, sed hæc aqua educit aliquem humorum. ergo est solutiua. Maior huius rationis est notissima. Minor vero patet experiētia, nam in potu sumpta potenter educit cholerā cum magno dolore in ano &c. Pro solutione huius quæstiunculę est sciendum primo hanc aquā esse stypticam, & naturæ constrictiuam, vt superius dictum fuit, quod etiam magis innotescet, si suæ mineræ qualitates considerentur. Notandum secūdo quòd aliquid esse solutiuum potest dupliciter intelligi, vno modo proprie, alio modo cōmuniter. Illud dicitur solutiuum propriē quod educit aliquem humorum electiue, & illū non educit per qualitatem in eo existentem, sed quia à Deo sic fuit dotatum, vnde inquit Mesue in de cōsolatione medicinarum, Solutiuum soluit, non quia calidum, aut frigidum, sed quia sic est à proprietate dotatū, sicut est reubarbarū aut turbit &c. Communiter vero solutiuum dicitur illud quod à ventre educit, non per dotem seu proprietatem occultam, sed per qualitatem in eo notam existētem, sicut dicimus de malua, violis, casia, aut hordei aqua, quæ ratione humiditatis leniunt, & istorum numerum intraret aqua calida soluendo sua quantitate. His positis dico quòd hæc nostra aqua est solutiua communiter & non proprie. Soluit enim sua quantitate & grauedine, & per virtutem ponticam seu compressiuam quam acquirit à ferro, styptica multotiens soluunt comprimendo, qua compressione facta ventres relinquunt stypticos. Cum autem dicitur quòd educit choleram, dic, quòd illa educit ingrossando eam, quę ingrossata faciliter exit cum aqua. Et breuiter loquendo, dico quòd hæc aqua est choleræ sicut syrupus, & non proprie solutiuum illius. Si vero quæratur quare potius educat cholericum humorem, quàm alios, dicatur quòd illum non educit propter præparationem quam dat illi digerendo ipsum. Secundo educit ipsum quia talis humor est super alios euacuationi obediens cum sit calidus, sicut dicitur quarta primi capitulo quarto. Eadem sententia est Aristotelis in libro de generatione animalium, cum dicit, quòd Calidum est bene & faciliter mobile. &c. Deinde si quęratur, nunquid debeamus seruare custodiā aliquam de his quæ ad victum pertinent die illa qua hanc aquam bibimus: respondeo, duo solummodo præcipue nos seruare conuenit. Primum est, ne illa die fructus aut lactucā, aut legumina comedamus. eo quòd in comestione fructuum aqua sit prohibita, vt tertia primi dicitur ab Auicenna. Secundum quod seruare conuenit est, vt illa die sint bene vestiti, & stent bene calidi, ne propter frigus extrinsecū impediatur opus naturæ.

quæ

quæ tota die agit in aquam, illam aut per sudorē aut per vrinam expellendo. De somno hic non loquor, quia de eo dixi superius in regulis seruādis &c. His duobus notatis à nullo alio abstinendum est. nec hucusq; visum est alicui nocuisse: tāta est huius aquæ excellens nobilitas. Item quia posset aliquis quærere quo modo sit magis proficua an in magna quantitate bibita an in modica. Respondeo q pro solutione habenda, est danda talis distinctio personarum, nam aut illam bibentes sunt absolute hepatici, et calidi, et alterati, aut sunt corpora stomachum habentia debilem, & non sunt hepatici, aut sunt corpora habentia arenulas, & lapillos. Dico igitur q primi numerati, & tertij debent de illa bibere in magna quantitate sicut superius dictum est. Qui vero habēt stomachum debilem, de illa bibant modi cū, vt puta cyathos quatuor cum zuccaro: eo quod plerique ex tanto aqueo potu sentiunt se parum melioratos, sed illam debent pluribus diebus continuare. Debet etiam in huius potu regula aliqua poni: & est ne omni die bibatur, sed octo, aut decem diebus interpollatis ne ex cōtinuo potu mēbra interiora multum fatigentur, valentiusq; illam bibent in die quietis refecta natura. Item si omnibus diebus octo, continue biberetur, nō bene fieret illius consumptio, quia calor naturalis non posset ex continua aquæ reappositione in illam fortiter operari, quia nihil agit vltra gradum suum. Item quia posset ab aliquo dubitari vtrum hæc aqua conferat in ægritudinibus capitis in potu sumpta: Illis respondeatur quod capiti insunt quædam ægritudines per essentiā, & quædam per cōmunitatem, si illi insint ægritudines per essentiam frigidæ, nullo modo bibenda est. Sed doccias Balnei de Corsenna visitent. Si verò capiti alicuius insit aliqua ægritudo per communitatem à materia calida producta, vt puta à cholera naturali, vel melancholia non naturali, vel à sanguine, à forti calore hepatis nimis subtiliato vel inflammato: dico quod istis ægritudinibus capitis est peroptima: quia in potu sumpta illarum causā remouet, qua remota remouetur effectus, vt patet intelligenti &c. Valet etiam habentibus ægritudines frigidas capitis per communitatem nō in potu sumpta, sed ab extrinseco administrata, sicut in me operabatur tempore catarrhi mei frigidi à capite producto ex nimia stomachi frigiditate, & debilitate. Nam si per mensem in hoc Balneo corpus meum balneabam: taliter stomachum meū corrigebat, q toto anno bene me habebā. Ad argumenta prima respōdendo, facta in principio quęstionis, ad primum negetur maior: & cum dicitur stringere, & soluere sunt operationes oppositę: modo cum lex oppositorū sit q vnum à subiecto remoueatur per potētiam alterius in illo, ergo dicatur q si stringit: nō soluit. Ad hoc breuiter respondeatur q oppositorū lex est vera, sed stringere, & soluere in hoc argumēto non sunt proprie opposita, quia stringere proprie, & soluere communiter non sunt proprie opposita. Ad secundum argumentum respondēdo negetur etiam maior, & ad Galeni auctoritatem pro illius cōfirmatione adductam dicatur, q Galenus intellexit de solutiuo proprie dicto, & non de solutiuo communiter dicto, patet q aqua viarum est communiter solutiua, & tamen nō est virtualiter calida, sed est virtualiter frigida &c.

Quæstio secunda

QVæritur secundo, vtrum hoc balneum conueniat febrientibus. Et arguitur q non, auctoritate Galeni decimo de ingenio sanitatis, vbi dicit balnea hecticis non conuenire, quia eorum calorem, & siccitatem augeāt. Secundo ad idem arguitur q non, auctoritate Auerrois sexto Colliget, vbi dicit balnea nō conuenire febrientibus ex materia putrida eo q corpa humorib. repleta balnea dēt euitare, & illic assignat cās. hoc idem videtur tenere Conciliator in illa differentia quā facit de materia ista. In oppositum, et pro altera parte est Auic. prima quarti capitulo de cura tertianę purę, & Auerr. septimo Colliget capitulo de cibatione febricitātium, & Serapio sexto breuiarij: qui omnes cōcludunt febrientes posse balnea intrare. Pro solutione quæstionis ponenda sunt quædam notabilia, deinde veniendum est ad veritatem quæsiti. Notandum primo q sicut multi sunt humores, ita multæ possunt esse febres putridæ. s. de sanguine, cholera, phlegmate, & melancholia. & de melācholia etiam quædā fiūt de melācholia naturali, & quædam de melancholia non naturali ex adusta cholera. Qō igitur quærit vtrum conueniat febriētib. ex cholera aut ex melācholia ex adusta cholera, quæ quartanas facit. de phlegmate, melācholia naturali, & sanguine: nolo in parte hac tractare, propter huius materiæ vastum pelagus, & propter multa quæ tam de balneo, q de istis humoribus forent dicenda. Notandum secundo q vltra istas febres humorales sunt nōnullę alię nō humorales, sicut hecticę quæ in membris fundātur, aut ephemeræ in spiritibus accensę, & de istis duabus febribus etiam quęrit quęstio. Notādum tertio, q cum balneum nihil aliud sit nisi aqua in vnum collecta: balneorum quædam sunt calida actu, & quædam sunt frigida actu. de primis quę rit

rit quæstio:& non de secundis. Notandum quarto q balneorum actualiter calidorum quædam sunt dulcia, vt ferrea, aurea, & similia, & quædã non dulcia vt sulfurea, aluminosa, & similia: de primis quæritur in quæstione, & nõ de secundis. Notandum quinto q sicut dicitur prima quarti, & primo Canticorum, febris quatuor habet tẽpora, s. principium, augmentum, statum, & declinationem. quid autem sit vnumquodque istorũ temporũ, & quotuplex sit, intelligẽti patet &c.

His positis, dico hęc balnea conuenire dictis febrientibus, vbi talis febris fuerit in declinatione vniuersali. & hoc sensit Auicenna in capitulo de cura tertianæ puræ, Vbi febris fuerit in pricipio, statu, vel augmento eis non conuenit. & hoc est illud quod intellexit Auerrois sexto Colliget. Et ratio quare balnea dulcia non conueniant nisi in declinatione vniuersali est, quia huiusmodi balnea mouent humores, & miscent malos cum bonis, deinde quia resoluunt partes humoris subtiliores, relinquendo grossum naturæ difficilius, ppter quæ multoties mors sequeretur cum maximo medicorum vituperio. Ad argumenta respondendo ad primum dicitur q Galenus decimo de ingenio sanitatis loquitur de balneis frigidis actu, & de illis verum dicit: quia balnea frigida hecticis approximata calorem tam naturalẽ, quàm extraneum repercutiunt, & sic crescit caliditas, & siccitas. In quæstione vero quæritur de actu calidis. Ad secundum argumentum respondetur q Auerrois intellexit de administratione eorum ante declinationem, quod totum concéditur, nec contradicit quæstioni. Ex dictis relinquitur hoc balneum hecticis, & ephemeræ esse ad propositum, quia eorum calorem extraneum remittit, & illum resoluendo minuit, & eorum corpora arida facta, & sicca humectat.

Quæstio tertia.

QVæritur tertio, vtrum hoc Balneum sit phthisicis bonũ, & arguitur quòd non. Illa non conueniunt phthisicis quę eorũ corpora resoluũt, modo hoc Balneum est huiusmodi, ergo non est illis bonum. Consequentia huius argumenti est nota cum maiori. minor vero colligitur per Auicen. prima quarti capitulo de cura tertianæ non puræ. In oppositum sunt communiter practicãtes &c. Pro solutione huius dubitationis ne sim prolixus notãdum est primo, q phthisis dupliciter sumitur, scilicet cõmuniter, & proprie. Phthisis communiter sumpta accipitur pro quacunq; dispositione exsiccatiua, seu pro quocunque detrimẽto exiccationis i corpore nostro, & isto modo accepit phthisim

D Auicẽna prima primi capitulo de virtutibus, cũ dixit q modica quantitas cibi facit phthisim, & hoc eodem modo accepit etiam phthisim Galẽnus tertia aphorismorum in cõmẽto illius aphorismi, scilicet Autumnus phthisicis malus. Phthisis verò proprie dicta accipitur pro detrimẽto ex siccationis, & consumptionis corporis nostri ꝓueniente ex vlcere pulmonis ex aliqua habitudinalium, & phthisis hoc modo sumpta diffinitur à Mesue in suo capitulo, & à Gale. septima aphorismorum in commẽto illius aphorismi, scilicet In sanguinis sputo, & quinta aphorismorum in commento illius aphorismi, scilicet Phthisis maxime fit. Sed de phthisicis vtroq; modò factis q̃rit quæstio. Secundo notandum q corpus multipliciter potest macilentum fieri, & multis modis contrahere membrorum siccitatem. Primo

E per viam oppilationis, secũdo per viam malæ digestionis, vt dicitur ab Auicenna prima tertij capitulo de soda ex malitia complexionis facta, & decimatertia tertij capitulo de nocumentis digestionis, vbi dicit Auicen. q macies, et arefactio accidit quando cibus nõ bene digeritur. Ex qua mala digestione membra nõ sufficienter nutriũtur. Eadem sententia etiã colligitur decimaquarta tertij tractatu quarto capitulo primo. Potest etiam prouenire macilẽtia ab exsiccatione facta à calido extraneo vel naturali, quo mediante mẽbra secũdum latum augeri nõ possunt, sicut est notum in hectico tertiæ speciei, & in corporibus valde cholericis. His positis ad propositum respondendo dico: q hoc nostrum balneum est bonum phthisicis communiter, & proprie sumptis, patet ex superius dictis in capitulo sexto, et septimo

F q sufficiẽs est remouere omnes causas effectiuas macilentię, & exsiccationis: phthisicis verò proprie dictis, idest illis qui post excreatum sanguinis propter catarrhos macilentiam incurrerunt, est valde bonum. patet q si in potu sumatur ab illis iuuabit ad excreandum materias catarrhosas, in pectore existentes ratione suæ aquę calidę, est etiam illis bonum, si eorum catarrhi fiunt subtiles calidi, quos per naturam, & ꝓprietatem suã est apta ingrossare, & maturare, iuxta illud Auicennæ. Et aqua calida maturat catarrhum. Est et illis valde bona ratiõe stypticitatis ferri, qua mediantẽ possent illorum pulmonis vlcera sanari. Est etiam illis valde bona, quia eorum membra humectat. Et pro meliori notitia dico, quod in vsu huius aquæ, phthisici non debent de illa multã quantitatem in potu sumere, sed potius omni mane paruum de illa bibere, & per mensem integrum, cũ illa perseuerare. nec istis etiam

erit

erit inutilis si omnia sua cibaria cum hac aqua de coquant. Phthisicis etiam ad propositum, si in illo intrent, ratione suæ humiditatis, & virtualis suæ infrigidatiõis, quibus hecticæ, & siccitati mẽbrorum obuiamus. Sed est intelligendum quod huiusmodi aqua deberent vti, illa non existente in balneo, sed in vna tina ĩ loco liberi aeris, & huius ratio est, quia cum isti, & propter pectoris strictúram, & propter febriculas quas patiuntur pro refrigeratione cordis, frigido aere indigeant in illa tina, & consequenter in hac aqua diutius stabunt sine incommodo, quod in balneo fieri non posset propter vaporem calidũ aeri illius admixtum. Habent enim balnea cooperta suo aere calefacere secundum Aboaly dicta capitulo de his quæ proueniunt ex balneo. Ex huiusmodi aqua, & balneatione membra eorum humiditate reficientur. Dixit Auicenna quarta primi capitulo secundo. Et nulla quidem res ad humectandum tantum iuuat sicut ociositas, & assidua balneatio in aqua dulci, dummodo non sit nimis longa. Et ex hoc vltimo dicto Auicennæ collige, ꝙ huiusmodi non debẽt in tinis, neque in balneis multũ stare, quia per longam moram nimium eorũ corpora resoluerentur. Vidi ego ꝙplures macilẽtos ex vsu huius balnei fuisse impinguatos, postꝙ se debito regimine domi gubernauerunt. Quibus visis ad primum argumẽtum dicam hoc balneũ non esse de numero fortium resolutiuorum, & ad formam argumenti negetur antecedens, patet ꝙ etiam illa balnea ꝙ resoluũt corpora phthisicorum conueniunt propter multa iuuantia in illis posita, si non sint phthisici in illis per lõgum tempus &c.

Quæstio quarta.

QVæritur quarto, vtrum hoc conferat in fluxu ventris, & arguitur ꝙ non. Illud quod præparat ad euacuationem, & fluxum ventris, non confert in fluxu ventris, sed hoc balneum est huiusmodi. ergo &c. Consequẽtia est nota, & maior similiter, cum illa quæ conferant in fluxu ventris debeant esse retentiua, cũ iuuamẽtum in hoc casu debeat fieri à contrario. hæc sententia colligi potest à Galeno in microtechni in de dyscrasijs oculorum, cum dicit. Et lęduntur similibus suæ crasi, iuuantur verò contrarijs sed moderato vsu. Minor verò argumenti est clara, cum hoc balneum ponatur in numero balneorum dulcium, quæ præparatiua sunt solutionis, sicut colligi potest ab Auicenn. decimatertia tertij, vbi præcipit, ꝙ cum velis aliquem soluere cum hiera, fac ipsum per aliquos dies balneũ intrare, quia ex vsu balnei melior fiet solutio. Secũ-

A do arguitur sic, hoc balneum facit humores ebullire, ergo non confert in fluxu ventris. tenet consequentia, quia iuuantia in fluxu ventris debent esse humorum quietatiua, antecedens huius argumenti colligi potest ab Auicenna prima quarti capitulo de cura tertianæ non puræ, vbi numerando nocumenta quæ pariunt balnea administrata ante declinationem vniuersalem, numerat motum in humoribus, seu ebullitionem prouocationem illorum. Eadem sententia est Auicennæ ẽt quarta primi capitulo de enemate. In oppositum est Auicenna capitulo de succurrendo illi, in quo superfluit fluxus ventris, dicens, Fac ipsum stare in balneo, quia per illud materiæ malæ trahuntur à centro ad circunferentiam. Idem etiam innuit quarta primi, cum dixit, Post medicinam assumptam non ingrediatur aliquis balneum, quoniã trahit materiam ad exterius. Idem etiam sensit Mesue capitulo de cõsolatione medicinarum in tentione tertia, cum dixit. Converte materias ad

B contrarium cũ balneis in fluxu ventris, ergo &c. Pro veritate quæstionis est notandum, ꝙ fluxus ventris quantum ad præsens spectat, est triplex. s. dysenteria, lienteria, & diarrhęa. Est autem dysenteria fluxus factus ab humorib. calidis, in quo intestina vulnerantur propter materiæ acuitatẽ, vel malitiam, ex quib. sanguinis fluit multitudo post exitum corticis intestinorum. Hæc sentẽtia est Galeni sexta aphorismorum commento tertio, vbi dicitur: dysenteria nascitur ex calidis humoribus intestina vlcerantibus. Hoc idem est ẽt commento vigesimo sexto quartæ aphorismorum. Lienteria est fluxus ventris, in quo cibus egreditur ferè ita indigestus, sicut quando fuit assumptus, sicut dicit Galenus sexta aphorismorũ commento primo. Et Iacobus Forliuiensis in cõmento illius aphorismi. In ventris fluxibus. Diar

C rhęa est fluxus humoralis sine excoriatiõe intestinorum, & fluxu sanguinis, causatus à debilitate virtutis cõtentiuę, vt inquit Galenus in commẽto. 12. quintæ aphorismorum, potest etiam quandoque fieri talis humorum expulsio vel fluxus à fortitudine virtutis, vel à nimia humorum malitia, vt dixit Gale. in commento illius aphorismi. s. Quibuscunque inter renes, & ventrem &c. ꝙ naturæ forti nihil est impossibile. & hæc sufficiat pro notitia terminorum. Notandũ secundo ꝙ balneum multiplici modo in fluxu vẽtris potest iuuare. Vno modo dicemus balneũ iuuare, quia faciat materias aptas fortiter nocere, cito à vẽtre exire, secũdum quem modum medici in hoc casu reubarbarum administrant, quibus extractis, natura ex illis exonerata cito releuetur, & scd'm.

istum

istum modū hæc aqua potest iuuare in potu sum D pta, sicut expertus fui in pedadogo strenuissimi equitis,& legum doctoris domini Ioannis Marci de Medicis. Alio modo potest balneū iuuare in fluxu, eo q in suis proprietatib. naturā stringat, siue hoc faciat stypticando siue trahendo ad partem oppositam, vt puta à cētro ad circunferētiam,& hunc modum tangit Auic. quarta primi capitulo de succurrendo illi in quo superfluit fluxus ventris superius allegato. Possent etiam multi alij modi iuuandi monstrari, sed ista sufficiant in præsenti dięta. Dico igitur hoc balneum in dysenteria esse optimum si bibatur, quia materiam educet,& vlceribus etiam auxiliabitur sua stypticitate. Si vero huiusmodi fluxum patiens, nolit hanc aquam bibere, in illo intret, primo quia materiam calidam trahet ad cōtrarium, s. ad cutim, Secūdo quia per proprietatem suam stypticam E naturam stringet. Et similiter patet hunc modū fuisse tactum ab Auicen. decimasexta tertij, cum istis exhibet aquam chalybeatā loco cuius potest libere hæc aqua accipi. Et vltra hos fluxus tres numeratos si quis quęreret vtrum valeat in fluxu hepatico, respondeo q sic, sicut vidi experimēto in venerabili plebano Petrę sanctę. Quid autem sit fluxus hepaticus vide à Conciliatore differentia. ccxj. Quòd conferat in lienteria,& diarrhęa, patet per ea quæ dicta sunt in capitulo de iuuamentis ad stomachum. Certū sit his duobus hoc balneum esse mirabile propter duo. Primo quia virtutes membrorum lęsas,& debilitatas confortat, & naturas illorū stringit sua stypticitate. Et quia in fluxibus materiæ motę,& humores putridi retineri non debēt, nisi post illorum euacuationē, ne reprehendar superius dicta non bene fuisse dicta, intelligatur præmissis euacuationibus aliquibus. Ad primum argumentum respondendo ne F gatur maior,& ad confirmationem istius maioris cum auctoritate Galeni dicatur q vna,& eadē res potest dupliciter iuuare. s. per se,& ꝓprie, alio modo per accidens,& improprie. Primo modo aliqua res iuuat opponendo se cum qualitate opposita nocitiuo, sicut dicimus calida iuuare in frigidis. Secundo modo iuuat eadem res non per qualitatem suam illi contrariam, sed aliquo alio modo. dummodo iuuamentum ex illo modo nō veniat. Et secundum istum modum dicimus Scamoneam iuuare in tertiana pura, quia illius cholerā euacuat,& iuuare isto mō accipiēdo, negatur antecedentis maior,& ad confirmationē,& Galenum dicatur quòd ambo concludunt verum, si iuuare accipiatur primo modo,& proprie &c. Ex hac distinctione data eodem modo responde tur ad secundum, sicut patet intelligenti &c.

Quæstio quinta.

Quæritur quinto, vtrum hæc aqua sit bona splenеticis. i. illis qui habēt splenem durum, vel durum & grossum,& dimissis argumentationibus fieri possibilibus, dicatur q sicut hepar,& splen cōsimilē pati possunt dispositionem, ita cōsimilem poterūt habere curationem, vt dicitur decimaquinta tertij. cum ergo dictum fuerit hanc aquam esse vtilem hepatico, id est habenti hepar calefactum,& exsiccatū, eodem modo erit bona splenetico. Cum idem in quantum idem semper sit aptum producere idē, conferet hæc aqua duriciei splenis ipsam mollificādo, si talis duricies spleni insit rōne caliditatis nimis excessiuę, ad quam nimiam caliditatem sequitur siccitas iuxta illud. Caliditas maior quàm oportet, associat sibi maiorem siccitatem q̄ oporteat. Si vero cum tali duricie insit grossitudo splenis, illi erit etiam optima, non solum humectando,& leniendo, sed resoluendo aliquid ab eo,& ipsum subtiliando. Sed remanet difficultas nō minor prima, scilicet, an huiusmodi spleneticus debeat hanc aquam bibere, vel in ea balneari. Et nō nullis forte videbitur q nullo modo spleneticus debet ipsam bibere, quia cōmuniter dicitur splenem aquam nō diligere,& propter hoc medicinæ splenis raro in aquis decoquuntur, nisi ille aq̄ sint de sibi appropriatis. Huic dubitationi respōdetur q splenetici non debent hanc aquam bibere nec in parua nec in magna quantitate, quia illius duritiē,& grossitiem auget quod experimēto vidi. Sed contra hanc responsionem arguitur q aqua hæc bibita conferat splenetico,& arguitur illud auctoritate Auicennæ secundo Canonis capitulo de aqua vbi dicit hæc verba, scilicet, Et aqua ferri bona est spleni,& stomacho,& ærea proxima est illi. Ad hoc argumentum, seu auctoritatem Auicennæ dicatur q dicit verum, nec ex illa colligitur q valeat in potu sumpta, sed tantummodo per viam balneationis, quod multis rationibus monstraretur, nisi gauderet breuitate moderni. Dico igitur q multum valet hęc aqua in ægritudinibus splenis,& præcipue ex calore productis,& facit securitatē, ne spleneticus in hydropisim cadat, corrigendo illius intrinseca membra, à quibus posset hydropisis contrahi &c.

Quæstio sexta.

Quæritur sexto, vtrum hæc aqua conferat hydropicis. Et arguitur q nō, auctoritate Galeni in cōmmēto illius aphorismi. Humidæ diętę &c. vbi dicit q hydropicis adhibenda

adhibenda sunt exsiccantia, modo cum per supe A rius dicta probatum fuerit hanc aquam humectare: ergo non confert. Secundo arguitur sic. Hydropicis non conueniunt Balnea dulcia, ergo &c. Consequentia est nota, & antecedens probatur auctoritate Auicennæ in capitulo de cura asciticis, vbi asciticis expresse balnea dulcia prohibet, immo paulo inferius dicit: Canon cõis in cura ipsorum est exsiccatio. Notandum primo pro solutione quæstionis triplicem esse hydropisim. s. Asciticam, & est illa in qua est aqua, Timpaniticam, & est illa in qua est ventus, Hiposarcam, & est illa in qua est carnositas. de prima quæritur in quæstione, & etiam de secunda, & non de tertia. Secundo notandum ꝙ talis hydropisis potest dupliciter se habere, nam aut illa hydropisis est incipiens, aut est cõfirmata, de prima quærit quęstio: & non de secunda: Tertio notandum ꝙ à medico in hac cura à duobus potest sumi idicatio. Primo potest sumi indicatio à virtute quæ indicat de sui consensu conseruationẽ per auxiliũ præstãdam. Secundo potest sumi indicatio à re præter naturam, s. ab aqua inclusa in ventre, quæ indicat de sui remotione per exsiccantia, vel per incisionẽ, aut cauterium. His positis, primo dico, ꝙ hoc balneũ est optimum hydropisi incipienti, & indicatione sumpta à virtute seu à membris nutritiuis, probatur, quia huiusmodi balneũ corrigit vitiũ stomachi, & hepatis, quo hydropisis perueniebat, quæ membra ab hoc balneo reconfortata, cum alio bono regiminẽ ab ĩcepto opere rẽmouentur. Hydropisi verò factæ tam indicatione sumpta à re præter naturam q̃ à causis suis nihil prodest, probatur, quia per hoc balneum non potest tale iuuamentum pręstare membris nutritiuis, ꝙ per illud possint liberari. patet, quia ęgritudo iam est cõfirmata, nec per hoc balneum potest remoueri aqua multa collecta in ventre, dicatur igitur talem dispositionẽ alia indigere medicina. Sciendum est etiam ꝙ asciticis nullo modo conuenit in potu sumpta, sed tantummodo balneata. quia & si hepar corrigeret, tamen quia aquam in ventre augeret, ideo in potu non capiatur. Timpaniti hydropi proderit omnino, cum illa fiat ab hepatis caliditate, & siccitate ipsum humectando, & infrigidando, & hoc siue sumatur in potu siue non, minuet ẽt ventris tumorẽ, si patiens in illa intrauerit, quia sua caliditate partem illius ventositatis resoluet. Ad primum argumentum potest dupliciter responderi. Primo ꝙ illa sua opinio non sit tolerabilis. Alio modo potest dici ꝙ Galenus dixit verum, indicatiõe sumpta à re præter naturam, s. ab aqua collecta in vẽtre &c. Ad secundum negetur antecedens, & ad Auicennam dicatur ꝙ ipse eodem modo accipit intentionem ab aqua, nos verò indicationem sumimus à virtute, sicut regulariter fieri dẽt à medico, prout ipse dixit prima quarti, cum inquit. Et omnis solicitudo tua sit in dispositione virtutis, quam cum videris deficientem, non sis occupatus in aliquo, sed viuifica eam &c. Idem etiam dixit quarta primi capitulo de alicibus, & oscitationibus, vbi exclamauit, medicum debere semp præconsulere: super quod maiorem infert timorem, & sic patet solutio quæstionis &c.

Quæstio septima.

QVæritur septimo, vtrum hoc balneum conferat ad prolem, seu filios generandos. Et arguitur primo ꝙ non, præsupponendo dictum Galeni, s. ꝙ læsio fiat à similib. B & iuuamentum à contrarijs: hoc stante, patet nõ conferre mulieri sterili propter malam complexionem matricis humidam, eo quia auget illius humiditatem, cum & ipsum balneum sit humectatiuum. Pro notitia istius materiæ, ad plenam omnium satisfactiõem necesse esset adducere totum octauum capitulum vigesimæ primæ tertij, & quamplurima alia, sed quia in hoc tractatulo intendo omnem prolixitatem euitare, dicam de hac re aliqua superficialiter. Sciendum est, primo sterilitatem posse à multis causis prouenire, quarum numerum intrant supercœlestes formæ, & ira Dei propter peccata, iuxta illud psalmistę, Sic benedicetur homo qui timet dominum, filij tui sicut nouellę oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Et istę duę causæ priuationis filiorum balneis nõ remouentur Lucen. Potest etiam sterilitas pro- C uenire ex parte mariti, quia aut eius semen est nimis calidum, aut nimis frigidum, humidum, aut quia eius virga est nimis breuis, ex qua nõ fit mulieri delectatio, ex quo nec filius. aut quia est nimis longa generationem prohibens. Primis duobus est ad propositum, vt inferius dicetur, sed de vltimis alijs duobus non est sermo. Mulieres verò quandoque sunt steriles, & non prolificatiuę ex mala complexione frigida, & humida matricis, aut ex complexione sicca matricis, aut ex matricis carnositate. hæc sententia est Hippocratis in illo aphorismo. s. Quæcunque frigidas habent matrices, non concipiunt, & reliqua. Notandum etiam ꝙ aliquid potest dici humidũ dupliciter. s. proprie, & sunt illa in quibus sola prædominans est humiditas omnibus alijs qualitatibus contrarijs remotis, & isto modo appellamus aquam hordei excorticati, aut violarum humidam. Alio modo aliquid dicitur humidũ respe-

ctiue

ctiue seu secūdum quid,& sunt illa in quibus est humiditas prędñans cum aliqua alia qualitate,vt puta cum stypticitate,& isto modo appellamus aquam hordei adusti,aut aquam hordei,in qua ebullierint cortices granatorum humidam. Notandum etiam aliqua conferre alicui mēbro,potest esse dupliciter.s.directe,& indirecte. Exemplum primi vt stœcados capiti.Exemplum secūdi,vt zuccarum rosatum in catarrho,eo q̄ stomachum confortet.Notandū vlterius,q̄ stat in aliquo vno esse qualitates contrarias,sed sub remissis gradibus,& secundum vnamquamque illarū valde prodesse illud tale mediante opere naturæ discernentis seu virtutis applicantis quamlibet illarum qualitatum loco sibi cōuenienti.Hęc sententia est Auicennæ in de ægritudinibus cordis, cum dicit,q̄ nos medici in passionibus cordis miscemus medicinas,& credimus à virtute illas separari,& applicari cordi aut spiritui secūdum indigētiam suam.Quibus positis dicamus hoc balneum esse perutile mulieribus,& viris non generantibus propter malam complexionem vasorū generationis calidam,aut siccam,cōstat ex superius dictis illorum esse sufficiens correctiuum tā in potu,quàm in balneo illis approximatum.Prosicua etiam est viris,& mulieribus illis quæ propter vasorum generationis complexionem frigidam,& humidam non prolificant,& hoc ratione sui caloris actualis,& ratione alicuius siccitatis in aqua existentis.quæ duo natura prouida ab humido in hoc casu discernet:& contrarijs qualitatibus,si excessiue nō sint,obijciet. Conferet ēt illis per confortationem membrorum nutritiuorum,ex quorum bono opere calor naturalis augmentatus in humida,& frigida membra aget potenter,& huiusmodi corpora in humidum,et frigidū distemperata,hanc aquam non bibant,sed in balneo longam moram faciant,& ex illa matrices suas in balneo clysterizent,vt illis mēbris styptica virtus huius aquæ etiam imprimatur.Et in prole suscipienda dono Dei mirabiles experiētiæ sunt visæ huius Balnei. utillimum est illis mulieribus quæ propter renum debilitatem,& si concipiant,filios vsq; ad tempus debitum nō possunt portare,patet totum ex proprietate styptica confortatiua huius aquæ,Posset quis dubitare vtrum hoc balneum valeat illis qui coire non possunt,eo q̄ eorum virga non erigatur.Quibus respondeatur q̄ sic,per Auicēnam vigesimaprima tertij capitulo decimooctauo, vbi dicit aquam ferream iuuare ad coitum,ex quo etiam iuuabit ad virgę erectionem &c.Ad argumentum factū in principio quęstionis dicatur, illud verum cō-

D cludere de humidis proprie,& non de humidis respectiue.Responsio huius argumenti optima elicienda esset ex notādis,sed ꝓpter nostros mercatores qui non sunt dialectici hæc respōsio pro nūc sufficiat ad præsens,eodem modo dicatur ipsum iuuare ad impregnationem.s. per se vel per accidens,seu secundum quid,& sic est finis quæstiunculæ.

Quæstio octaua.

Octauo quæritur, vtrum hoc balneum sit bonum seu valeat podagrosis.i.illis q̄ habent podagras.Pro quo notandum primo,quòd podagra est nocumentum factum in pede.i.in iūcturis pedum.Chiragra est nocumētum factum in manu:quæ nocumenta fiunt merito materierum currentium ad iuncturas.Notandum est secundo q̄ danda est etiam distinctio de isto termi

E no Habent,cum prædicetur,& dicat de habentibus actu,& de habentibus potentia. dico igitur q̄ in titulo quæritur,vtrum hoc balneum conferat illis qui habent podagras in potentia propinqua,& sunt illi qui quandoque illas habuerunt, vel sunt dispositi,vt habeant,& nō quærit de habentibus actu,nec de habentibus in potentia remota,quia secundum istam potētiam remotam oēs homines habēt podagras.Probatur,quia possibile est oībus hoībus venire podagras &c. Tertio est notandum podagrarum aliquam esse frigidā;& aliquam esse calidam,vtputa si fiāt à phlegmatica materia,sunt dictæ frigidę:si fiant à cholera vel sanguine dicuntur calidæ. diuersificantur ēt in istis qualitatibus secundum q̄ plus, vel minus isti dicti humores permiscentur. Quarto notandum q̄ licet podagræ sicut omnium aliorū quatuor sint causæ,tamen in præsenti de duabus loquar.s.materiali,& efficienti, de finali, & formali non est necesse ratione prolixitatis.Dico

F igitur duas esse causas productiuas podagræ,quarū prima est materia siue humor simplex vel cōpositus ad iuncturas currens.Alia seu secunda cā est debilitas ipsarum iuncturarum.Materia currens generatur multipliciter.Aut generatur vitio membrorum nutritiuorum,vtputa quia stomachus,& hepar alicuius sunt valde debiles in radice,aut talis materia generatur ex nimio assūpto cibo vel potu:quē & si calor naturalis sit fortis in comparatione ad molem corporis, tñ nō pōt ipsum digerere rōne sue q̄titatis,vel qualitatis,vt puta si talis cibus sit valde humidus,ex quo posset teneri podagram in quocunque prouenire ex vitio quanti,ideo pro illorum præseruatione tenui indigent diæta.Debilitas vero iuncturarum prouenit,aut à principijs generatiōis,& hæreditarie,

reditarie, secundum quem modum Auicenna podagram appellauit hęreditariam, patet quòd à patre habente podagram, & iuncturas debiles non nisi filius podagrosus, aut debilium iuncturarum orietur, secundum illam sniam Ioannis Damasceni in suis aphorismis cum dixit. Quoniam sperma decidit à toto, ideo sanum à sanis, & ægrum ab ægris currere consueuit, vt claudi claudos, & strabo generat strabonem. Proueniunt ēt iuncturarū debilitates qñq; à nimio coitu, nam per coitū nimium fit eductio nutrimēti iuncturarum, scđm illud Aui. Sperma est superfluum quartæ digestionis ex quo nutriuntur mēbra dura, vt venæ, & arteriæ, & illis similia. & pp has duas causas, non esset inutile podagroso vitā ducere cœlibem, & nunq̃ vxorem ducere, ne filijs hæc passio sit hæreditaria, tum ne ipsi, ex debito vxori dando, proculdubio deterius semper se habeant. Item & si coitus sit istis aduersus, tamē si supra cibum immediate fiat, est iuncturarū illorum destructiuus, sicut dicitur. 22. tertij ab Auic. Fit etiam iuncturarum debilitas à nimio exercitio, vel à nimio frigore extrinseco, sicut multoties accidit his, qui ad nundinas vadunt. fiunt ēt iuncturæ debiles qñq; propter mansionem in locis humidis, sicut eueniebat familiæ Bonaccorsij de Prato, & vt contingit ēt illis qui textrices, aut calcearias artes exercent, & multæ aliæ possunt esse causæ, quas breuitatis cā omitto. Et sic patet ꝓpter quas causas podagra generetur, ideo siquis podagras remouere intendit, in remotione istarum causarū facientium sit occupatus. patet ꝙ remota materia, & debilitate iuncturæ, nihil ad iūcturam curret. Fiunt etiam quandoque podagræ à catarrho fluente à capite per neruos occultos secundum illud Auicennæ vigesimasecunda tertij. Et quandoque sunt causa catarrhi: capiendo tñ catarrhum scđm ꝙ sonat vocabulum, hæc ꝓpositio est vera. Cuiuslibet podagræ est cā catarrhus, nam non plus sonat catarrhus q̃ materia deorsum cadens. Sciendū ēt iuncturarum debilitates contrahi, qñq; à loco, vt nimis humido, sicut superius dictum, aut ab alia qualitate illius loci, sicut est in hac nostra ciuitate, in qua omnes viæ sunt cænosæ, & ciues coguntur toto anno ferè portare calopodia lignea propter crebras & ingentes pluuias, & propter loci naturalē humiditatem. Ex quo haberi potest ꝙ cum ex illo cæno, & pedum calopodijs magna iūcturis inducatur debilitas, quotidie in hac ciuitate podagrosorum numerus semper augebitur, donec cænum illud amoueant, ne mirum sit, siquis ex illis non curatur in isto loco, seu si semper vexent pa-

A tientes: quia ratione istarum viarū pessimarū podagras patientes nunq̃ conualescunt. Et sup hoc cogitate Lucenses ciues, si optatis à podagra non semper vexari. Et si quæreretur propter quid raro homines patientes podagras ab illis sanantur, dicatur propter hoc non posse curari, eo ꝙ natura non valet materias cōsumere quæ ad pedes fluxerunt, ꝓpter nimiam distantiam à fonte caloris &c. vbi natura operari non valet, cum sit agens primarium, aliæ medicinæ illic minime pñt. Ex quo patet medicos non esse vituperandos, si podagras factas non remouent, & ratio ēt est, quia podagræ nascuntur vitio naturæ, vt superius dictum est, & vitio patientis cum intemperate viuant &c. Sciant etiam podagrici, & si curari perfecte non valeant, pp hoc non esse desperādum,

B quia Deus, & natura nihil frustra operanť. & qđ maius est, dicit Auicen. 22. tertij, Podagram qñq; esse causam longitudinis vitæ, intelligendo tamē debito seruato regimine. remouentur sæpissime homines à malis operibus mediante aliqua ægritudine, quibus profecto fuissent occisi. Prolongatur ēt à podagris debito seruato regimine vita ꝓpter expulsionem quam facit natura de malis humoribus remotis à membris principalibus, & ad ipsa extrema transmissis. Ad propositum primū redeundo, dico hoc balneum nō valere hñtibus podagram actu, vbi tota materia fluxerit, & ratio huius est in potentia sua ad resoluendum, & consumendū materias fluxas: sed podagræ incipienti, vel habenti podagram potētia propinqua est aliqualiter ad propositum in balnei forma, ratione ferreitatis, seu stypticitatis iuncturis cōue-

C nientis. Et si contra hoc allegaretur Auic. 22. tertij vbi podagricis prohibet expresse aquam calidam, cum iuncturas mollificet, & illarum iūcturarum calorem resoluat, & minuat: dicatur pro responsione, dictum Auic. esse intelligēdum de aqua absolute dulci, & nō de aqua dulci minerali, in qua sunt proprietates aliæ iuncturas confortantes. si vero tales podagræ incipientes, vel potentiales fiant à materia calida, dicatur illis esse bonum, quia illas repercutit materias, & alterat. Et consilium meum est, ne aliquis patiens podagram, aut dolores arteticos aliquo modo de hac aqua bibat. Indigent iuncturæ exsiccatione, & non mollificatione, qualem diximus hanc aquam præstare. Sed oritur à patientibus interrogatio talis, si quo modo possent ab illis podagris curari. Quibus dicatur tantummodo curā præseruatiua illos indigere, qua mediante, & si integre sanari non possunt, tamē taliter se præseruabunt, ꝙ motum, & deambulationem non per

dent,nec sæuos dolores patientur. Fit autem hęc cura præseruatiua mediante dięta conuenienti, & forti euacuatione sæpe reiterata. q̃ duo si seruabunt,aut optime,aut integre conualescent,in quibus duobus,podagrici,aures aperite vestras, & credite seipso meliorem medicum non reperiri.Pro meliori notitia etiam est sciendum talem euacuationem debere fieri regulariter operãdo bis in anno,s.vere & autũno,eo ꝙ in talibus temporibus podagras patientes soleant lædi iuxta illud Hippoc.dictum,podagrica,& manica,vere, & autumno.Eadem etiam sententia est Aboaly vigesimasecunda tertij superius allegata, & hæc dicta sufficiant pro materia podagræ &c.

Quæstio nona.

NOno quæritur,vtrum hoc balneum conferat in scabie,& cutis pruritu. Pro cuius veritate est notandum duplicem esse scabiẽ, quarum vna est humoralis grossa saniem producens à sanguine,aut phlegmate proueniens corrupto,& ad cutim expulso. Alia est scabies sicca à cholera adusta incipiens, & nullam producens saniem,sed tantummodo pruritum intensum. Sciendũ secũdo ꝙ medici in curatione fienda, sicut superius dictum fuit,quandoq; se vertunt ad causam,& quãdoq; ad effectum, considerantes, quod istorũ sit magis timorosum,& propter hãc causam inter se litigant, & discordant quotidie. Item sciendum ꝙ pruritus potest esse in cuti sine vlceribus,& in cuti cum vlceribus, quæ singula ita posita quæstionẽ soluunt. Dicendum igitur hoc balneum conferre in scabie, & pruritu tã vlcerosis, q̃ non vlcerosis,siue intentio medici proueniat ab effectu siue à causa scabiei, & pruritus. quod dictum probatur,nam per huiusmodi balneum resoluentur,& alterabuntur humores cutanei cutim vlcerantes,ergo erit bonum. Antecedens patet, cum hoc balneum aliqualiter resoluat,& infrigidat per superius dicta. Item ratione stypticitatis ferri vlcera dilatari prohibebit, consolidabit,& aliqualiter exsiccabit,ergo&c.quod totũ manifestum est ex dictis ab Auic. capitu.de ferro.Confert etiam scabiei indicatione sumpta à membris intrinsecis,patet,ꝙ per ipsam,si bibatur,cholericus humor euacuabitur,& hepatis caliditas vrens extinguetur,& licet hæc omnia bene dicta sint, scabiosi tamen sciant balneum de Corsenna illis magis esse ad propositũ, quia fortioris est exsiccationis, licet debeant huius balnei per sex dies ad minus aquam bibere.& hoc dicitur propter æstuationem,quam hepati,& renibus inducit.eodem modo etiam dicatur de pruritu,sicut de scabie diximus.

D

Quæstio decima.

QVia de exercitio,& modo exercitij superius mentio facta,modo in ordine quęstionum quęritur,vtrum exercitium debito tempore factum,sit sanitatis conseruatiuũ. Et arguitur quòd nõ,præsupponendo illud Galeni,scilicet cõseruationem fieri per similia, quo stante arguitur sic, Exercitium nõ est per aliquã qualitatem corpori nostro similem,ergo non est sanitatis illius conseruatiuum. Consequentia videtur esse nota ex pręsupposito Galeni, Antecedens vero probatur. Exercitium non est calidum vel frigidum, nec tẽperatum nec distemperatũ, ergo non est corpori nostro simile &c. Secundo arguitur sic. Non quodlibet corpus pro conseruatione suæ sanitatis indiget exercitio, ergo nõ est conseruatiuum cuiuscunq; sanitatis. antecedens probatur,ponendo Socratem esse in vltimo latitudinis suæ caliditatis situatum,quòd per aduentum modicæ alterius caliditatis statim sit extra tẽperamẽtum factus æger. hoc casu posito notum est exercitium sanitatis Socratis non esse conseruatiuum,sed potius destructiuum. In oppositum est Galenus quarta aphorismorum commento xij.& Auicen.secunda primi, & tertia primi doctrina secunda capitulo primo,necnõ & Aristoteles quarto methaphysicę commen. secundo. Huic quæstioni respondendo est notandum primo,aliquid esse cõseruatiuum alicuius posse dupliciter intelligi,s.proprie,& non proprie, vnde conseruatio primo modo dicta sit per appositionem similium,quia per similitudinem transitus vnius in alterum fit facillime secundum philosophum in de generatione,& corruptione. Cõseruatio verò indirecte dicta,& nõ proprie,fit, quãdo vnum remouet aliquod destructiuum alicuius,& isto modo conseruationis, diceremus Socratem cõseruasse Platonem puerum, super quẽ curreret equus,cũ Platonem remouisset ex via. Ad quæstionem respondendo dico, quòd exercitium conseruat sanitatem hoc secundo modo conseruationis,quia per exercitium remouẽtur, & consumuntur mali humores,& vapores,quia forte fuissent Socratis destructiui. Ad primum argumentum patet responsio ex dictis, & ad pręsuppositum negatur illud, intelligendo conseruatiuum secundo modo & cætera. Ad secundum argumentum respondeatur, concedẽdo ipsum,& dicatur illud nõ venire contra q̃stionem: quia

E

F

quia in quæstione quæritur de corporibus medio A modo se habentibus,& non corporibus ita extre maliter situatis,sicut est Socrates in casu.

De coitu.

NOn omittam,quin hoc in loco de coitu, & horis eius verba faciam:ex cuius errore quandoque huic balneo derogetur, & vt sciatur,quibus conueniat,vel disconueniat. dicēdū est primo ꝙ corporum quædam vtuntur hoc balneo propter stomachi,& hepatis debilitatem,& quædam alia propter macilentiam corporis sui, quibus duobus raro laudatur coitus, eo ꝙ vsus eius nocet stomacho,vt dicitur decimatertia tertij capitulo de vsu rerum stomacho nocentium. Nocet stomacho, quia per coitum fit euacuatio spirituum,ad quam euacuationem stomachi sequitur infrigidatio. Dicitur etiam decimatertia B tertii capitulo de canonibus vniuersalibus, coitū esse vnum de illis quæ calefacta membra infrigidant.Qui vero hoc balneum intrant propter sui corporis siccitatem,& macilentiam, coitum omnino in hoc loco dimittant,cum coitus sit de maxime exsiccantibus,quemadmodum dixit Auic. secunda primi capitulo de exsiccātibus,& Auerrois octauo colliget capitulo de regimine corporis per coitum.Et dixit Rasis in Almansore,Corpora habentes sicca à coitu abstineant, tanquam ab inimico interficiente. Sed quia ab istis in hoc loco propter vxorum suarum præsentiam, deinde quia hoc balneum iuuat ad coitum,vt superius probatum est,dimitti non poterit,dicēdum est qua hora coeundum sit:ne ex errore eorū nocumenta inualescant.Galenus tertio techni hāc materiam respiciens protulit à nobis esse coeun- C dum,quando corpus non fit cibo repletum, nec totaliter inanitum.Exempli gratia. Si quis se cibo copioso refecerit,non coeat statim, nec supra famem ingentem,sed solummodo coeat post cibum per sex horas.Et si quæratur,quare fit pessimum coire supra cibum,respondeatur cum Auicenna decimatertia tertij, ex coitu supra cibum fieri putrefactionem illius cibi, & consequenter iūcturarum dolorem. prohibuit etiam Galenus coitum supra inanitiōem.Et ratio huius est,quia per coitum super inanitionem introducitur corpori coeunti lassitudo ingēs,& debilitas. Et quia omne Balneum quodcunque corpus aliqualiter alterat,& resoluit,omnibus consulerem per tempus hoc,coitum fore dimittendum.Quapropter forte non erit inutile vxores suas domi relinquere. Et hæc de coitu in præsenti sufficiant.

Quæstio vltima.

VLtimo videndum, vtrum illis qui ad hoc balneum venerunt,cornetti, vel ventosæ cum incisione positę conueniant. Et arguitur ꝙ non.Illa non conferunt istis quę corpus debilitāt & visum minuunt,sed ventosæ seu cornetti sunt huiusmodi,ergo cornetti,vel ventosæ illis nō cōueniunt. Cōsequentia patet cum maiori,minor vero est Auicennæ tertia primi capitulo quinto, & quarta primi capitulo de ventosis. Hoc idem etiam sensit Almansor capitu.de aqua descendēte ad oculum. Secundo arguitur sic. Istis balneātis in hoc balneo illa non conueniunt, quæ obliuionem illos incurrere faciunt, & capitis debilitatem,sed ventosæ seu cornetti hæc duo faciunt, ergo illis non conueniunt.Consequentia est nota cum maiori, & minor est Auicennæ allegato capitulo de ventosis.In oppositum arguitur &c. Illa sunt vtilia in fine balneatiōis, quæ cutim mūdant,& malum sanguinem educunt.sed cornetti,seu ventosæ sunt huiusmodi:ergo & c. Maior est Auicennæ quarta primi allegato capitulo cū dicit,ventosas cutim magis mundare quàm phlebotomiam.Pro notitia terminorum est sciendū ꝙ cornetti sunt quædam vasa vitrea, quæ in modo operationis à ventosis non differunt,licet differant in figura,& modo applicandi. Notandū secūdo quòd isti cornetti possunt in diuersis partibus nostri corporis poni,& secundum varietatem illorum locorum nocent magis, vel minus, vnde si in nucha apponantur multum nocent capiti,si vero in spatulis, & natibus adhæreant,minus nocent. Vnde cauendum,& fugiendum est, ne huiusmodi ventosæ, aut cornetti in nucha, aut in collo nisi magna vrgente necessitate ponātur,quia ex illis prouenirent nocumenta numerata ab Almansore,& Auicenna. Item notandum quòd medici quandoque operātur coacte, & quandoque regulariter. quid autem sit vnaquæque istarum operationum patet intelligenti.His notandis assignatis,ponantur tres conclusiones euacuatiuæ difficultatis prædictæ. Prima conclusio.Corporibus carnosis,& sine scabie,& pruritu,aut alijs maculis in cuti vētosæ nullo mō conueniunt.Primo propter grossitudinem sanguinis eorū,scdo quia sine necessitate ventosati, aut cornettati pñt tacta nocumēta incurrere edu ctione facta de bono sanguine. Scd'a conclusio. Macilentis,& exsiccatis corporib.& sine pruritu & scabie,cornetti seu vētosæ non cōueniūt,& rō est qa cū talia corpa sunt modici sanguīs faciliter pñt dicta nocumēta icurrere. Tertia conclusio.

Corpora craſſa quæ hoc balneo vſa ſunt ſi ſca- D
bioſa ſint, & pruritum habeant, coacte loquen-
do, poſſunt ſibi cornettos, ſeu ventoſas appli-
care, dũmodo illos nuchæ non approximent, ſed
ſint in ſpatulis, vel anchis, ſeu natibus poſiti. ratio
huius dicti eſt, quia per tales cornettos, vel vento
ſas educetur ſanguis malus, ſcabiei, & pruritus ꝑ
ductiuus. Sciendum tamen aliter eſſe dicendũ
de illis, qui ſe balneant in Balneo Corſennæ,
quos ego dico fere omnes deberi ventoſari, ſeu
cornettari. & ratio eſt, quia præter ſcabiem, quæ
in illis poſſet eſſe etiam à calore illius balnei fit a-
liqua incenſio, & inflammatio in ſanguine, quæ
vtiliter per cornertos iſtos, ſeu ventoſas remoue
bitur, in quibus applicandis barbitonſoribus il-
lius loci recordor conſcientiam ſuam. Poſſet vl
terius dubitari, quo modo ventoſæ cum igne ap-
penſæ corpori noſtro carnem noſtram ad ſe tra- E
hant. Cui dubitationi reſpondetur dupliciter,
ſecundum quod de hac materia duæ ſunt opinio
nes, quarum vna tenet, quòd illa attractio fiat à
lege vacui. Dicunt philoſophi à calido, & va-
cuo attractionem fieri, & aſſignãdo modum hu
ius attractionis dicunt attractionem iſtam hoc
modo fieri, ſcilicet per conuerſionem illius ignis
qui erat in ventoſa in aerem, vnde cum ex illo
igne modicus, ſeu exiguus generetur aer, ſtatim
ex lege vacui attrahitur tantum de carne, vel ſan
guine quòd vacuum in ventoſa nullo modo re-
periatur, tantum enim natura vacuum abhor-
ret. quòd ſi in terra eſſet poſſibile vacuum repe-
riri, & non eſſet corpus aliquod vacuum illud re
plens, cœlum ſtatim deſcenderet ad ipſum va-
cuum replendum. Secunda opinio tenet quòd
cum ventoſa cum igne ponitur, ille ignis aerem F
in ventoſa exiſtentem in naturam ſuam conuer-
tit. & ſic igne extincto aere non potente ſubin-
trare ex lege vacui tantum de carne trahitur, vel
de ſanguine, quantum de aere conuerſo in ignẽ
in ventoſa exiſtebat. Iſtę duæ opiniones ambæ
ſunt verę, & differunt ſolummodo in modo ima
ginandi, nunquid ignis ſubtiliet, & expellat ae-
rem exiſtentem in ventoſa, vel comburendo ille
ignis in naturam ſuam aerem illum conuertat.
Capias quamcunque velis, quia vnaquæque na
turaliter loquendo eſt ſuſtentabilis. Et ſic fit fi-
nis huius primi tractatus de Balneo de Villa ad
laudem Dei omnipotentis.

TRACTATVS DE
Balneo Corſennæ.

EXpedito Tractatu Balnei de Vil-
la, ſciẽdum eſt in altera parte mõ
tis, eſſe aliud Balneum præclaris-
ſimum ab antiquis, & modernis
Balneum de Corſenna nomina-
tum. Quod Balneum diſtat à Balneo de Villa
per dimidium vnius milliaris, & eſt ad Septen-
trionem ſpectans. De quo & ſi multa dici poſ
ſent egregia, tamen quia antiquiſſimum eſt, &
à quamplurimis laudatum, non me extendam
de hoc multa narrare. Intra circuitum huius lo
ci ſunt primum duo balnea ab eadem aqua cauſa
ta in duas partes diuiſa, quorum primum ad v-
ſum maſculorum ordinatum appellatur il Ba-
gno caldo. Secundum verò iuxta ipſum ad vſum
mulierum ſituatum, vocatur il Bagno delle don
ne. Sunt iſta duo balnea ſimilia in proprietati-
bus, & minera, & nulla eſt differentia inter illa,
niſi differentia ſitus, & propter hoc quicquid di-
cetur de vno, & de alio intelligatur, cum ſint il-
lius mineræ præciſe. De minera iſtorum, & ſi va
riæ fuerint opiniones, veritas tamen eſt, iſta duo
balnea tenere de alumine mediocriter, & de ſul-
fure aliquantulum, & de ſalegemma multum.
Ex quibus patet quòd eorum proprietas eſt ſub-
tiliare, calefacere, & exſiccare potenter, ſicut pa-
tet ex ſuis mineralibus. His dictis notum eſt ta-
lia duo balnea mirabilia eſſe in materijs frigidis,
& humidis, quia illas exſiccãt, & calefaciunt ad
iuncta illarum materierum ſubtiliatione, ſi ꝑ ea-
rum groſſitie eſſet neceſſaria, ex quo mirabile iu-
uamentum præſtat in ſciatica, & podagra, & om
nibus doloribus iuncturarũ. Mirabilis eſt ẽt hæc
aqua paralyſi, mollificationi, & tremori mẽbro-
rum, necnon in oĩbus cõtractionibus neruorum
frigidis, & muſculorũ percuſſionibus, & vbicun
que materia lędens inueniatur frigida, & humi-
da, valetq; in colica, & illorũ doloribus de mate-
ria frigida, aut ventoſitate factis. Tanta nẽpe eſt
huius balnei per magnas experientias nobilitas,
ꝙ ſi non timerẽ mendax vocari, dicerẽ Piſcinam
ex Hieruſalem in hoc loco in ſanãdis langoribus
dono Dei fuiſſe translatã. Qđ approbare vidẽtur
noſtræ regionis agricolę, ꝓp illud quod in prima
die Veneris de menſe Martij hoc balneũ cum ma
gna reuerentia viſitant, & intrãt, contenduntq;
quis primo dictũ balneũ ingredi debeat: affirmã-
tes aquã hanc nocte pręcedenti ab Angelo dei ſi
gnari. Valent hæc duo balnea potẽtiſſime in om
ni ſcabie ſiccanda, & in omni curſu alborũ men
ſtruorum,

structorũ, necnon in doloribus, & tortionibus ventris matricalibus. Optimum & mirabile auxiliũ præstant mulieribus illis, quę propter malam matricis complexionem frigidam, & humidam filijs carent. Est in istis tribus casibus hoc balneum incomparabiliter efficacius balneo de Villa. Vidi mulieres quamplures fœcundas factas ex vsu istius balnei: quæ per multos annos filios non genuerant. Non puto silentio transeundum, quantum in vlceribus, seu vulneribus antiquatis hoc balneum valeat: nec recenseri digna esset illius laudatissima fama, nisi hoc præsenti scripto notiorẽ esse intelligerem. Hęc aqua in omni neruo vulnerato mirabilis est, mirabiliorq; in fistulatis vlceribus, & in quibus quotidie diuinas monstrat experientias. Sed anteq̃ vlterius procedam, vt notandum q̃ superius positæ regulæ in tractatu de balneo de Villa, ferè omnes ad hoc balneum referũtur: & pro vsu istius eodem modo sunt seruandę. Secundum seruandum in vsu istius balnei est, ne quis dũ in illo est, aut aquę, aut vini aliquid bibat & ratio est, quia humectatione non indiget, qui aliquod membrorum intendit exsiccare, sed potius exeant, si diu non possunt propter æstuationem, & sitim in illo stare. Quę duo dicta, si singuli ad hoc balneum venientes seruabunt, non dubito illos maiorem fructum reportaturos. Et propter hanc cãm fuit olim remota à magistro Vgolino de Monte catino ex medio istius balnei colũna quædam, per quam aqua frigida ascendebat, & in hoc balneo cadebat, propter quam à multis hoc balneo vtentibus sanitas nõ recuperabatur.

De stufa.

IVxta canale per q̃d aqua huius balnei in balneo cadit, est antrum in concauo montis, à natura, & ab arte structum, per cuius medium riuulus huius feruentissimæ aquæ labitur, in quo antro ab intrantibus magna caliditas ferè intolerabilis sentitur, quæ à nullo alio fit: nisi à calido vapore eleuato à riuulo aquæ calidissimæ per medium trãseuntis, & huiusmodi calidissimum antrum ab incolis illius loci nominatur la stufa. Quis deum non laudaret, si intueretur quãta ad hominum opem instituit? quibus cadens natura resurgeret? Hæc stufa ita calida est, q̃ vix per paululum temporis pñt intrantes in illa stare. Facit hæc stufa sudare copiosissime, quam siquis bene consideret, eisdẽ ægritudinibus valet quę de balneo calido dictę sunt: & ratio est, quia ille vapor, q̃ito mediante hoc antrum calefit, præcise naturam aquæ huius balnei sapit. Et iudicio meo artetici omnes ex frequenti huius stufæ vsu maximã vtilitatem recipiẽt propter sudorem copiosum,

A quem à membris educit. Vnde ego consulo his, qui hoc balneum calidum intrant, ne vllo modo dimittant, ne singulis quatuor diebus semel in hac stufa ĩtrent. Qui verò in balneo de Villa per mensem fuerunt, in fine mensis bis stufam hanc intrent, exceptis macilentis arefactis, qui illo balneo vsi sunt, propter siccitatem membrorũ suorum, patet q̃ ab istis humiditas cum hac stufa nõ est extrahenda. Notandum est etiam, quia dictũ fuit hoc balneum de Corsenna esse calefactiuum fortiter actu, & potentia, cautela quadã his opus esse, qui hoc balneum ingrediuntur propter dolores iuncturarum, & præcipue si hepar, & renes habeant inflammatos. Quæ cautela talis esse debet. s. q̃ anteq̃ in hoc balneo intrent, inungant sibi hepatis regionẽ, & renũ cũ aliquo vnguẽtorũ frigidorum; vt puta sandalino, vel vnguẽto albo Galeni &c.

De ducijs.

EXtra circuitum huius balnei in fine decliui costę huius mõtis, est aliud balneum ab antiquis balneum Rubeum appellatum. Quæ aqua B in lacum, non congregatur hodie, quia est ad vsum duciationis, vel embrochationis instituta, & deputata. Sunt intra sua mœnia multæ cannulæ ordinatæ, sub vna quaque quarũ homines se possunt duciare. Huius aquæ minera pricipaliter est salnitrum cum aliqua parte aluminis, quibus valde proficua est catarrhis, & omnibus ægritudinibus capitis frigidis, sicut est surditas aurium, & sibilus, & oculorum impedimenta. Hæc aqua optima est illis quorum catarrhosæ fluũt ad pectus materiæ, quibus forte de phthisi inest suspicio. exsiccat capitis humiditatẽ: calefacit ipsum, & eius adiuuat retentiuã. Locus verò sup quẽ hæc aqua cadere seu percutere debet, per horã vnam, est coronalis cõmissura capitis, quæ quia sub oculo nõ cadit, certa vna regula vnicuiq; illã in capite suo C reperire monstrabo. Omisso vno modo mensurandi, & inueniendi ipsam mediante filo extẽso ab aure ad aurem, dico q̃ si vnusquisq; suæ manus extremum palmæ in extremitate superiori nasi, q̃ ad supercilia terminatur, locabit cũ acumine seu extremitate digiti medij extensi super caput, vbi talis digiti extremitas terminabitur, illic sub ea coronalem commissuram inueniet, & habebit. vbi per circuitum vnius Carlini faciat capillos abradere, & super illum circuitum aquam cadere sinat. Modus verò duciationis istius est, bis debet in die reiterari vigintiquinque diebus continuis adminus, vt valide possit malam capitis qualitatẽ remouere. Notandum primo est, q̃ aq̃ istæ, & balnei calidi sunt mirabiliter solutiuæ, si quis illas biberet, patet, quia multũ tenẽt de sale-

gemma, & sale nitro: patet ex dictis de minera vniuscuiusq;. Notandum secundo, q illi, qui se ducant cum aqua balnei rubei curent, vt eorum capita bene exsiccentur à curatoribus illius loci: deinde cum pannicello, & bireto tota die caput teneant fasciatũ, ne ab aere lædantur: euitentque summo studio huius loci nocturnum aerem. Notandum tertio, q quicunq; vult ab istis ducijs grandia dona sanitatis accipere: debet cœnã suã alleuiare: & euitare vina magna: & potũ post cœnam: & omnia caput replentia: sicut sunt caseus, cæpæ: & lactuca, & allia. Quarto notandum, q licet dictum sit hanc aquam balnei rubei in catarrhis esse bonam: forte non erit ista deterior aqua balnei calidi, si quis caput suũ cum illa duciaret, & præcipue, in quo esset malitia complexionis multũ frigidæ: & quod catarrhosas materias grossas solet generare: sed quia hæc materia bene discutienda, non parua indigeret consideratione, ideo capta huius balnei calidi minera, medici bene super ipsam considerent: & eorum iudicio reseruetur iudicanda.

De Balneo Sancti Ioannis.

Extra circuitũ balnei de Corsenna est aliud Balneum appellatum il Bagno di san Giouanni: de quo & si nonnulli dicant, q pro minera tenet de auro: veritas tamen est ipsius minerã esse æneam seu ramum: cuius proprietates vt plurimæ similes sunt proprietatibus balnei de Villa: & ijsdem ægritudinibus valet, quibus videlicet balneum de Villa, licet non ita præcise, & bene. Hæc aqua est dulcissima gustui: & lucida oculo: proficiens in mala complexione hepatis, & renum calida: & illis qui in facie rubores multis cũ pustulis habent. Hæc aqua propter suas bonitates esset in magna reputatione, & vsu: nisi natura illam in loco incommodissimo situasset. Vidi ẽt hanc aquam esse optimam illis, qui habent in pectore materiam catarrhosam multam congregatam: eo q pectora illorum mundet optime: sicut operata fuit in vno meo cõsanguineo, Anno MCCCCLXXXVI. Et hæc dicta sufficiant de hoc balneo Sancti Ioannis ad laudem omnipotentis Dei, & suæ matris gloriosæ.

Bendinelli finis.

AD MAGNIFICVM Iuris vtriusq; Doctorem Dominum Cęsarem ex Nobilibus Lucen. Equitem, & Comitem clarissimũ, Laurẽtii Bertolini Epistola cum Tractatu de Balneo Corsennæ eidẽ dicato.

D Vm nostram hanc præclaram
ciuitatẽ vtriusq; censuræ Do
ctor clarissime, ac tanquã fra-
ter hoñ. Deo opti. maximo ob
innumera in ipsam collata be
neficia debere, sæpe, ac sæpius
cogitauerim, hoc ĩter alia prę
stantissimũ esse cõsiderabam. Quod loci proprij
amœnitate cœliq; salubritate omissis, quibus cor
pora sanitatẽ cõseruare valerent, nõnulla pro bo
na valetudine amissa recuperanda, ne quid nobis
deficeret, auxilia e medijs terrę visceribus intra fi
nes suos, in nõ multę incõmoditatis loco iamdiu
pullulare voluit. Piscinas (vt ita dixerim) rursus
duas seu Balnea, quorũ alterũ a Villa, reliquum a
Corsenna dictũ est, Duo nimirum pręterquã plu
ra alia diuina subsidia, in cuius rei fidem alios in
E pręsentia omittendo teipsum citare liceat, qui cũ
ab articulorũ doloribus superiori anno mirũ in
modũ vexareris, adhibitis per me prius remedijs,
sicut par erat, opportunis: post vsum balnei a Cor
senna aquæ. s. suæ super caput ex cõuenienti loco
cadentis susceptionẽ incolumis, ac illęsus euasi
sti. Ex eis itaq; a Villa dictũ tum ob prętlaras vir-
tutes, tũ ẽt pp loci ipsius iocũditatẽ, ac cõmodita
tem, ędificiorũq; elegantiã plures summis laudi-
bus decorarũt. Reliquũ vero sicco vt ita loquar,
pede percurrerũt. Ego vero mirãdos effectus in
dies ob hoc emanantes, præter plurimos alios ab
antiquis relatos contẽplatus, non poterã nõ ęgre
ferre eius permagnas virtutes tã truncatas narra
tas esse. Quo factũ est vt desiderio nõ mediocri,
F eas vel narrãdi & ꝓlixiori necnõ distinctiori ali-
quantulũ (quã alij fecerint) sermone explicandi,
vel ab alijs explicatas lectitãdi detinere. At cũ ꝓ
ximis his diebus Nobilis quidã vir, huius nostri
Balnei virtute a me literis explicari mihi efflagi
tasset, iãdudũ desiderata opportunitas offerri vi
sa est. Collegi igitur sicut angustia tẽporis iniun
cti permisit. rei nãq; magnitudo sermonem ali-
quantulo prolixiorem exposcebat, Balnei prædi
cti a Corsenna naturam, ac proprietates, paruu-
lũq; hũc laborẽ meũ tibi amicorũ pręcipuo dica-
ui. tibi inquã, sicut ei, qui pter singularẽ, pprijs ꝑ-
fectionibus

fectionibus excellentiam, nostris quoque alijs facultatibus non parum delectaris. Quod si abortiuum hunc filiolum meum tibi placuisse intellexero, legitimum, cuius iam nonnulla semina ieci, futurum tibi magis gratum sperabo. Vale, & Laurentium Bertolinum tuum, sicut probe semper fecisti, ama.

De Balnei à Corsenna Lucen. natura & proprietatibus.

NArrabo balnei, quod à Corsenna dicitur naturam ac proprietates. cum inter plura quam in comitatu Lucen. reperiuntur duo præcipua ac diuinis virtutibus insignita balnea à doctoribus celebrentur, quorum alterum à Villa, alterum à Corsenna nuncupetur, hoc à me (venia prius à latinæ linguæ cultoribus impetrata, vt liceat mihi secundum quod plures loquuntur, loqui) in dicendis seruabitur series: vt obmissis, præsuppositis tamen, quampluribus vniuersalibus de natura balneorum à diuersis doctoribus pertractatis, Primo quæ nam sit huius balnei minera explicetur. Secundo quæ natura seu complexio. Tertio quæ sint eius virtutes ac proprietates. Quarto quibus dispositionibus præter naturam conueniat. Quinto, & vltimo quæ sint eius vsui conuenientia tempora, declaretur. Quantum igitur ad primum, quamuis de eius minera diuersæ extiterint sententiæ, cum aliqui ipsum aluminosum alij salgemosum iudicauerit, aqua. n. eius sapore extraneo priuata est. Nonnulli (vt Vgolinus de Monte catino vir suo tempore peritissimus in tractatu de Balneis Lucen. narrat) crediderunt esse aluminosum, sulfureum, & nitrosum. Quam opinionem secutus est postea Gentilis de Fulgineo in tractatu suo de balneis dicens: Aliqua sunt balnea quæ habent de alumine, nitro, & sulfure, vt est balneum de Luca. hæc autem verba de nullo alio balneo Lucensi dicta esse possunt nisi de hoc balneo à Corsenna. Quod etiam postea ad mentem Gentilis tenuit Michael Sauonarola in suo de balneis libro. Quidam rursus ipsum nitrosum esse minima parte sulfuris participans senserunt, vt Michael prædictus. Ego tamen sicut & qui ipsum (vt potui) diligenter consideraui, cum domino Vgolino huius balnei familiarissimo teneo, Quod à prædominio alumine, & salgemma participet, & à subdominio leui admodum parte sulfuris. Inquit. n. Vgolinus prædictus, Teneo quod istud balneum sit aluminosum, & quod teneat de salgemma quasi pariter. de sulfure verò parum, sed æqualiter, de salgemma cum alumine teneat inæqualiter, apud me non est satis bene copertum, licet forte propter actualem caliditatem satis intensam cum mordacitate parum per-

A durante, Alumen in eo salgemmæ prædominari potius credendum esset, sicut alumine plus de aereitate, & igneitate habente, quam salgemma. cum illud à minera sulfurea prouenire non credamus. quicquid sit de propria causa caliditatis eius, ne plura in dubium reuocando intenta breuitas destrua daretur. Nec etiam sitis, quam eius aquam bibentes incurrunt: licet tamen in vsum medicinalem huius aquæ potus non veniat, magis nitrum quam salgemma, aut alumen in ea dominari iudicio meo demonstrare multum potest, quicquid crediderit Sauonarola. Sed quia hæc discordia de qualitate dominij aluminis supra salgemmam in eo aut paritate, quantum ad principales sui virtutes non magnam inducit diuersitatem, hinc ab eis vlteriori discussione supersedendum censui.

B De secundo autem, qualis scilicet sit balnei huius natura seu complexio cum mixtum sit, licet imperfectum, vt à Galeno habere possumus primo de simplici medicina distin. 2. capit. primo in actiuis ad calidum actu, & præsentia declinat: ita vt actualis sua caliditas, quia præsentialis remissio indicatur, gradum tertium attingat: est enim mordax, & in primo occursu male tolerabile apparet. Tertius modo gradus à principe secunda primi capitulo aureo de eo quod comeditur, & bibitur, describitur. etiam cum obiectum sensibiliter alteret corpus, & sensibiliter lædat operationes, non tamen mortificat, vt in proposito euenit: quo ad operationem tactiuam. Quam etiam veritatem colligere possumus ex Galeno capitulo allegato in fine: & hoc idem videtur sensisse Vgolinus dicens. hoc balneum est in primo introitu multum calidum actualiter in tantum quod

C in primo occursu est illud difficile sustinere: est calor acutus, & mordax, sed illa mordacitas parum durat. in passiuis vero ad humidum actu: sed ad siccum potentia, & satis eleuatum declinat, sicut & mineralia sua eleuatæ sunt siccitatis, eorum naturam inquirendo.

De tertio vero, qualis scilicet & quæ sit proprietas, & operatio sua præsertim sequens mineralium suorum naturam: licet & virtutes alias occultas insequentes materiam, & modum mixtionis à superioribus sibi condonatas: ipsum habere non dubitatur propter effectus plures non ita faciliter in simplicium virtutes reducibiles ab eo prouenientes. Talis calefacit, notabiliter exiccat, & constringit, attrahit, subtiliat, & dissoluit. hæc autem vniuersaliter, aut particulariter operatur secundum quod multipliciter contingit ipsum venire in vsum. Nam præter sudatorium seu stufam in loco originis aquæ, & eius naturam, & proprietatem multum retinentem

quæ exuberanter sudorem prouocat, & exsiccat &c. ibi est balneum bipartitũ, vnum scilicet mulieribus deseruiens, alterum viris, & est postea locus deputatus eis qui volunt duciam accipere super caput, vel aliam corporis partem determinatam. Hæc autem aqua in vsum potus, sicut prædiximus non venit, quemadmodum aqua alterius balnei, quod à Villa dictum est, minus quàm ꝑ milliare ab hoc distantis, de quo differere in pręsentia non proposuimus. Sed quantũ ad quartum, quibus scilicet dispositionibus præter naturam conueniat: primo loquendo de ægritudinibus particularibus, & inter eas, de his quæ ad mẽbra primi ventris seu animalia ꝑtinent, malis cõplexionibus cerebri frigidis, & humidis immaterialibus, vel materialibus absolute, aut à prædominio mirabiliter opitulatur. similiter & aliarũ particularum in capite existentium. quare dolores capitis chronicos patientes à causa frigida per essentiam in capite, vt humore, vel vẽtositate, dolorem aurium, grauitatem auditus, sibilũ, aut tinnitum à prædictis causis factum, huc se trãsferãt. Similiter patientes oculorum infirmitates frigidas, & humidas, ophthalmiã chronicã, debilitatem visus, imaginationes, aquam descendẽtem, aut catarrhatam à causis frigidis, necnon vexati à multiplicatiõe catarrhi absolute, aut saltem à prędominio frigiditatis, & rheumatismo ad diuersas capitis, & totius corporis particulas propter causam principaliter in capite ipso existentẽ, huius balnei duciam accepturi tuto se transferant, præmissis rationabiliter præmittendis. passionibus deinde neruorũ frigidis, & humidis, chordarum, ligamẽtorum, et iuncturarum efficacissime subuenit. Quo fit vt epileptici à causa frigida per essentiã in capite, sicut materia, ventositate, vapore, paralytici secundum totius medietatẽ, aut secũdum membrum aliquod determinatum, vt linguam, necnon patientes torturam, spasmum de repletione, vel tetanum à causis frigidis, & dolores neruorum quoscunq; ex casu, percussione, aut vulnerum remanẽtes seu partium neruosarum, cum magna fiducia huc veniant. mire. n. illis auxiliatur partes neruosas, & neruos confortando, & mundificando, eorumq; madefactiuam humiditatem exsiccando. Huc quoque festinent à doloribus iũcturarum vexati, vt podagra, chiragra, sciatica, dolore dorsali a gibbositate, q̃ à causa frigida, & humida materiali absolute, vel à prædominio, sicut vt plurimũ euenit, teste principe vigesima secunda tertij tracta. 2. cap. v. reliquias enim materierum frigidarum, & humidarum in iuncturis remanentes potẽter resoluit, &

D à recidiuatione in consimiles dolores membrorum illorum notabili facta confortatione in posterum, conuenienti tamen in sex rebus non naturalibus obseruato regimine, præseruantur frequenter: similiter, & quicunque iuncturarum cõtractionem non tamen lapidosam patiuntur, & motum difficilem propter neruos læsos, & præsentia materierum frigidarum, & humidarum, & qui propter dislocationem completam vel incompletam membrorum hęreditarunt dolores. omnes enim de balneis talibus scribentes, balneum hoc in his dispositionibus sublime esse voluerunt, quotidianis experientijs illud confirmantibus. Vnde propter narrantium concordiã merito fides augeri debet, quemadmodum Galenus. 2. regiminis acutorum testatur. De ægritudinibus autem quæ ad membra secundi ventris

E seu spiritualia pertinẽt, balneum hoc pectori, & pulmõi materias catarrhales paratis recipere, auxilium præstat, ipsa constringendo, & confortando. Transmittunt enim vasa teste Galeno stypticis confortata pharmacijs. quare nõ sic materias ruentes à superioribus faciliter recipiunt. Similiter, & habentibus reliquias materierum frigidarũ, grossarum, viscosarum in spiritualibus, prodest, eas subtiliando resoluẽdo, & egresioni præparando. Confert & sputum sanguinis patientibus, vt tertio Almansoris capitu. quarto affirmat Rasis, & Halyabbas quinto theoricæ. capi. 29. cũ Auicenna. 2. primo cap. Quidam ornate loquentium &c. præsertim ratione aluminis. quia tamẽ sputum sanguinis, loquendo de eo quod a spiritualibus deciditur, vt pulmone, & pectore cum à pluribus nostri corporis partibus possit proue-

F nire, vt decima tertij apparere potest. Si quantitas, aut acuitas sanguinis esset in causa propter actualem caliditatẽ balnei intensam subtiliantem & inflammantem nimis sanguinem, esset suspitio, ne ex eo sicut calido administrato maius subsequeretur nocumentum iuuamẽto. hic ego iudico doctorum prædictorum verba nõ ita vniuersaliter de sputo sanguinis à quacunq; causa ꝓueniente intelligenda esse. Nam credo ipsos voluisse aquam aluminosam, vt balnei huius iuuatiuam esse in sputo sanguinis, vbi. s. ipsum à cã frigida proueniat, et humida, quemadmodum à debilitate contentiuę vasorum, seu venarum, & proprie in orificijs suis, & porositatibus, & raritate texturę earum &c. Et quòd aqua prędicta adhuc non sit actu multum intensę caliditatis. vnde breuiter (licet multa siqs vellet speculari adduci possent) vsus eius in sputo sanguinis esset mihi notabiliter suspectus: dolori etiam lateris, et costarum à materia

à materia frigida,& humida,vel ventositate causato iuuamentum porrigit. similiter malę complexioni frigidæ,& humidæ cordis, & passionibus eius,aut partium sibi annexarum à ventositate causatis,virtute suorum simplicium confert. A

Quantum verò ad ægritudines membrorum naturalium,seu in tertio ventre contentorũ confert,primo stomacho debilitato in virtute attractiua, retẽtiua,& etiam digestiua ex complexione mala frigida,& humida immateriali,vel materiali,naturali,aut aduenticia,præsertim per essentiam resoluendo, & confortando villos, quibus virtutes,suas perficiunt operationes. & digestio ipsa si non immediate, mediate tamen villis ad sui complementum indiget, vt declarat princeps secunda primi capitu. de causis debilitatis membrorum. & similiter videlicet,vbi esset debilitas in stomacho propter texturæ suæ raritatem cognitu multum difficilem,vt ex eodẽ Auicenna capitu. nuper allegato habemus. B Remouet etiam fluxum stomachalem,vt lienteriam,inflationem,& eructationem à causis similiter frigidis. confert & malis hepatis complexionibus frigidis,& humidis,cachexiæ,& hydropisi frigidę, vt habere possumus à Galeno primo de simplici medicina dist. ij. capitu. primo, & post ipsum ab Halyab. & Auicenna locis supra allegatis. Similiter,& hernię aquosæ, vẽtosæ,doloribus etiã, inflationibus,necnon & fluxui chronico eiusdem hepatis à causis frigidis dependentibus, splenis autem complexionibus frigidis malis, apostematibus,inflationibus,& doloribus à ventositate factis,debilitati etiam vasorũ spermaticorum,præsertim quoad retẽtiuam,quia gonorrheę, & pollutioni nocturnæ inuoluntarię à causa frigida factis auxilium præstat. Quantum etiam ad ægritudines membrorum expulsionis in eodem tertio C ventre contentis, prodest balneum hoc doloribus intestinorum frigidis à materia phlegmatica à ventositate factis,vt colicę,iliacę,& eorundem ĩtestinorum lubricitati chronicę, auxiliatur malis complexionibus renum frigidis, & humidis, & doloribus à ventositate factis, similiter & debilitati eorum in sequestratione fienda,vt dilatationi colatorij à causa frigida facti. confert etiam malis frigidis complexiõibus vesicę, & eiusdem debilitati quoad retentiuam suam villos trãsuersales iuuando,vt inuoluntarię emissioni vrinę ꝓpter causam frigidam in ipsa vesica,aut in lacerto collum eius constringente,itẽ & doloribus eius à ventositate factis. Auxiliatur & egressioni ani, & tenasmoni à causis similiter frigida factis. Fluxui quoque sanguinis hæmorrhoidarum superfluo. Quod tamen tutius fiet eius actuali caliditate tanta vitata. Mirabiliter etiam subuenit malis complexionibus matricis frigidis,& humidis,& eiusdem debilitati,pręsertim in retentiua sua,vnde superfluam menstruorum à causa frigida proprie euacuationem remouet, balneo ipso in caliditate actuali conuenienter applicato. similiter & cursum matricis seu humiditatum albarum ꝓfluuium. vnde steriles propter matricis lubricitatem,vt fœcũdæ fiant,huc audacter se transferãt. Aufert & dolores, & eiusdem inflationes à ventositate causatas, curat quoque descensum, vel exitum matricis. Aborsum ꝓhibet in primis tamen mensibus,sicut plurimũ euenit, teste principe vigesimaprima tertij tracta. secundo capitulo octauo de causis,scilicet si aborsus à materia frigida,& humida relaxante,aut ventositate fiat,&c. tanta actuali caliditate aquæ,aliquo per prudentem medicum ingenio mitigata,succurritur passionibus etiam membrorum generationis in viris,vt testium,virgæ,vasorum spermaticorũ &c. Frigidis auxilium porrigit. Et hæc summatim dicta sufficiant quo ad passiones,seu morbos particulares diuersorum membrorum. de morbis autem vniuersalibus loquendo,vt febres primo tale balneum febricitantibus nocet, & proprie ex humoralibus febribus cholericis, & sanguineis, nocet & maxime febribus hecticis, & omnibus debilibus, & extenuatis. Aquæ enim thermarum calidæ febres generant in corporibus, & proprie calidis,vt ait Rasis tertio Alman. capi. 4. loquens ibi de aqua aluminosa. Mẽbrorum autẽ exteriorum apostematibus frigidis, vbi proprie resolutioni intẽdatur, ventositati quoq; & inflationibus lacertorum, auxilium præstat. vulneribus vero membrorũ tam carniformium, q̃ spermaticorum,vt neruorum mirabiliter ea consolidando, & reliquas intentiones curatiuas complendo subuenit, sed efficacissime fistulas, vlcera antiquata putrida,& difficilis consolidationis curat, habet. n. in his prærogatiuam magnã. Remouet,& cutis infectiões,vt scabiem, & proprie humidam,morpheã,albaras in anũ &c. Necat & pediculos ablutio capitis in eo,vt à principe hẽmus 2. can. ca. de aqua, & de alumine, & ante ipsum à Serapione cap. similiter de alumine. remouet ẽt & furfures ablutio, teste eodem Serapione capitu. allegato. Aufert etiam sudorem superfluum secundum Auic. 2. primo cap. Quidam ornate loquentium,dum loquitur de aqua aluminosa esset tamen vt pluries supradictum est iudicio meo etiam in hoc casu mitigãda eius actualis intensa caliditas. Atq; de virtutibus præclaris balnei huius

ius hæc à nobis dicta sufficiant. sed ne voluntarie & gratis hæc scripsisse videamur, siquis præter quotidianas experiẽtias, voluerit dicta nostra verificare, legatur primo Dioscorides de medicinali materia, seu de simplicibus sub idiomate, ꝓprio lib. v. de alumine, & cap. de sulfure, & cap. de sale, Galen. quoq; primo de simplici medicina pro parte, Serapio in de simplicibus capi. 420. de alumine, & cap. 407. de sulfure, & capit. 409. de sale, Rasis. 3. ad Almansorem capit. 4. & 23. coniuncto cap. 4. simpli. s. de aqua, Halyabbas ẽt. v. Theoricę cap. 13. & melius. 29. & vltimo omissis modernis, Auic. 2. de aqua, & de alumine, & cap. de sulfure, & cap. de sale, ĩ his enim locis speculata simplicium mineralium natura, quorũ hoc Balneũ particeps est, nostrorum dictorum fundamenta doctus quisque facillime inueniet.

Remanet postremo quintum, & vltimum expediendum, quo. s. tẽpore eius vsus melius, & vtilius conueniat. & licet quæstio fiat vniuersalis de accessu ad balnea, quo. s. tẽpore sit cõueniens in hoc nostro Balneo paucis expediendo, cum hic non intendamus multũ vagari: præterq̃ ꝙ determinatio hæc etiam facit multum ad bonum iudicium æstimatiuum prudentis medici, iuuamenta, & nocumenta in subiecto sibi oblato possibili emergere ponderãtis, existẽte principaliter vsu eius duplici obmisso, sudatorio, scilicet balneandi, & embrocham, vel duciam supra caput sumendi loquendo de balneatione. Corpora cholerica, aut cum adustione similiter melãcholica melius se habebunt cum eo indiguerint, s. in lapsibus præter naturam supradictis: si se ad illud transferãt tempore verno. s. circa finem veris considerata constitutione hyemali, quæ præcessit, & æstiua subsecuta. Corpa vero phlegmatica, aut sanguinea consimiliter vt supra indigentia, vtilius illud inuenient, si tempore autumni illuc accesserint. Prædictę autem conclusiones pluribus rationibus possent probari, si sermonẽ hic prolongare vellem. De secundo autem vsu Balnei, s. ducia, iudicatione præsertim, à morborum causa sumpta frigida, & humida, laudo potius tale balneum esse petendum circa finem æstatis, & principium autumni. eo tempore resolutionem & exiccationẽ magis iuuant, q̃ tempore veris, & hæc plurimis resecatis, ad laudem omnipotentis, & excelsi Dei, à quo tã singulari subsidio donati sumus pro eorum instructione, qui huius diuini balnei virtutes nosse desiderant, à Laurentio Bertolino Lucen. Medico dicta sufficiant.

Bertolini finis.

D. GEORGII

Franciotti Medici Lucensis

TRACTATVS DE BALNEO Villensi, in agro Lucensi posito.

D

CVm Deus, & natura pro communi hominũ vtilitate multa Balneorum genera ex elemẽtari aqua per diuersa mineralia in itimis terrę partibus cõcreta transeunte, produxerit: in diuersisque Italiæ locis nũc maxime certus eorum numerus appareat: quorũ vires tum ratione, tum experientia, à multis iam perfectissime cognitæ fuerint, eis non solum pro aliqua præter naturam affectione remouẽda, sed etiam pro sanitate tuenda, sępissime (vt ex eorũ scriptis facilè vnicuiq; manifestum esse potest) vsi sunt: nosq; etiam nunc illos sequẽtes, quotidie (maxima ex eis laborantibus accedente vtilitate) vtimur, in diesq; magis, ac magis eorum facultates, & proprietates, & dignitates, tam manifestas, quàm occultas, luce clariores euadũt. Adeo quòd à nonnullis, & præsertim ab Aristotele nõ immerito aquæ sacratæ, & verè Diuinæ dicãtur. Etenim quemadmodum ex diuinis rebus mirãbilia, miraculosaq;, atq; omnibus grata ꝓdire solent: ita ex harum medicatarum, atq; calidarum aquarum operatione euenire certo scimus. Glorietur igitur Italia, tantiq; beneficij memor lætã sit. Sed præsertim lætetur Patauiũ, in cuius agro est illud balneum celebratissimum de Hebano, seu Apono dictum, quinq; milliaribus distãs à ciuitate, in cõfinibus ruris Hebani: vbi plures aquarum calidarum riuuli defluũt: pluraq; balnea cõstituunt: diuersaq; nomina sortiũtur, & vt refert Cassiodorus à Theodorico Ostrhogothorum rege fuerunt muro circundata: cuius quidẽ aqua sapore salsa, & aluminosa est: visu verò sulfuris, et cineris non nihil præseferre videtur: in multisq; corporis affectionibus remouendis omnibus per utilis liquido apparet. Rus insuper est ab Ebano per milliare distans S. Petrus nominatum: vbi ẽt thermæ aluminosæ, ac valde salsæ sunt: quæ quidem illis eisdẽ morbis conferunt: quibus balneũ de Hebano cõferre scribitur potentiores tamen iudicantur. In parte etiam meridiei opposita eiusdem montis aliud reperitur Balneũ, Domus Nouæ nuncupatum: vallibus vndique vallatum, cuius

ius aqua valde salsa, cineritiaq; apparet: quæ quidem etiã multis morbis perutilis est. Rursus aliud etiam balneum in eodem loco est: quod Montis Groti nuncupatur. Est enim ibi mons, qui ægrotorum à veteribus fuit nominatus: in cuius occidentali parte hoc balneum apparet: distatq; ab illo Ebani per duo milliaria: quod quidem cæteris omnibus balneis in Patauino agro inuẽtis valentius est, sulphureq; magis participãs: quare dignitate omnia alia superare videtur: eius tamen minera non solum sulphurea, sed & magis aluminosa, atq; cineritia est: diuersisq; morborum generibus, & præsertim frigidis, & humidis contrariatur: calidæ enim, & siccæ, sed magis siccæ, quàm calidæ temperaturæ est.

Aliud insuper balneum est, quod à nomine diui Bartholomei nomen retinet, à ciuitate per. xij. milliaria distans: cuius minera (vt volunt aliqui) sulfuris, bituminisq;, seu aspalti naturã sapit: alij vero aluminis, nitri, cineris, salis, & sulfuris eam participem esse voluerunt quare calidũ, & siccũ, in. ij. vel. iij. gradu ad summum esse aiunt. Quapropter morbis frigidis, & humidis aduersatur. Est præterea in eodem territorio per. vj. milliaria à ciuitate distans, monticulus quidam vndequaq; vallibus circundatus: vbi ea balnea sunt, quæ hodie S. Helenæ nuncupantur. Est enim in superiori montis parte fons, à quo per canale descendit aqua balneum constituens: cuius minera est aluminosa, cinerea, nitrosa, parumq; salis sapit, neq; à sulfure absoluitur: quare calefacit, exiccat, ac resoluit, necnon diuersa nostri corporis membra à diuersis prẹter naturam affectiõibus liberat. Gaudeat tandem altero balneo Patauium, Orthoni montis dicti: qui quidem à viro quodam Patauino in armis strenuo, Orthonus appellatus fuit, & est Monti rubeo proximus, apud quem olim Patauium primum ædificatum fuit, & huius balnei minera sulfuris aliquid sapit, ac salis: nec alumine priuatur: sed multis virtutibus ornatur.

Studiorum præterea mater Bononia, balneo Porrettaneo glorietur: quod quidem fuit inuentum anno. MCCCLXXII. à quodã rustico, seu boue cuiusdam rustici infirmo, & à ciuitate. 40. milliaribus distat alpibus Pistoriensibus propinquũ: quod propter infinitas eius vires in toto terrarum orbe celebratissimum est: cuius quidẽ minera aluminosa, & parum sulfurea, non nihil etiã salis, & nitri præ se ferens. in eodem etiam agro est balneum, quod della Scarpetta dicitur: cuius aqua admista terræ, superpositaque doloribus intrinsecis ab eis liberat.

Amplius apud Aquarum ẽt, quod est castrum

A 22. milliaribus distans à Regio, in confinibus Mutinæ sub imperio Excellentiss. Ducis Ferrariẹ, est balneum, quod ab illo loco nomen sibi vendicãs de Aquario dicitur: quo quidem nõ solum illius loci habitatores, sed & omnes alij plurimum lẹtari debent, eius enim aqua valde limpida, & clara est, frigidaq; scaturiens, odore suauis, sulfure carens: quẹ quidem odorem camphorẹ videtur prẹ se ferre. quare nonnulli crediderũt, eius mineram esse camphoram, hoc tamen minime verum est. camphora enim arboris gũmi, non autem minera est. quare aluminosa potius iudicanda videtur. Illa vtimur, vt Porrettanea Bononiensi: & si pro lauacro nõnunq̃ vsu veniat, igne calefaciẽda est.

Magnifici præterea domini de Carpis in eorũ agro castrũ possidebant, nomine Brãdula: quod

B quidem hodie sub impio Excellentiss. Ducis Ferrariæ est, à Carpis. xxxiiij. milliaribus distãs. iuxta quod est balneum, quod tempore Mag. D. Galaphij benemeriti illius loci domini illustratũ fuit: quo certe vniuersa Italia plurimũ lætari, nec non gloriari debet: cuius aqua clara, & actu frigida, sa poreq; nõ ingrato apparet: eius vero minera modice sulfurea, & salsa, sed magis aluminosa iudicatur: quum tamen omnium supradictorum mineralium parum in se habeat, non valde calida, sed magis sicca existit.

Romãdiola etiam tribus potissimum balneis lætetur. est enim castrum Sancta Maria in balneo nuncupatum, apud quod scaturiunt. quorum minera sulfurea est: aluminis tamen, ferri, ac æris naturam insequi videntur: & licet forte ab eodẽ fonte emanare videantur: quum valde vicina sint, so

C loq; muro lapideo diuiduntur: secundum tamen aliquos sicut diuersa nomina sortita fuerunt, ita diuersarum minerarum ea esse voluerunt. Primum enim, de Turri dicitur, sulfureũ, & aluminosum. Secundum vero de medio vocatur: quod magis aluminosum, q̃ sulfureũ dicunt, & est temperatæ caliditatis. Tertium vero dominarum vocatur, eiusdem ferè naturæ: omnia tamen magis sicca, q̃ calida iudicantur. quare multis affectionibus frigidis, sed magis humidis vtilissima sunt.

Nec minus Asculani præterea suo lætentur: cuius aqua modicè calida est, mineræq; sulfureæ: eius tamen virtus à multitudine aquæ obtunditur, ac debilitatur.

Amplius in agro Ciuitatis veteris est castrum S. Cassianus nomine, apud quem plura extãt balnea: quorum omnium minera aluminosa, parũq; ferrea est. Primumq; Terræ balneũ nominatur. Secundum Caldaia, quod quidẽ calidius primo existit: ita vt in eo diu cõmorari nõ posit. Quare

minus

minus ferri habere creditur. Tertium balneū Sanctæ Mariæ dicitur: quod quidem valde calidum, & siccum est. Quartū de Caldaia nominatur: quod similiter valde calidum & siccum apparet. quare plus in eo aluminis, q̄ ferri inesse videtur: ex quo duciæ fiunt, in balneum cadētes, quas homines propter earum intensam caliditatē diu sufferre non possunt. Quintū dicitur balneum Ficuncellæ, seu Figatellæ: quod quidem temperatæ caliditatis iudicatur. quare aluminosum, & ferreum est. Sextū Grottæ nuncupatur: cuius proprietas est remouere scabiem, & leprā. Septimū S. Georgij dicitur, calidum, & siccum, sed magis siccum: quod quidem vulnera, & vlcera antiqua consolidat. Octauū Poius nominatur, calidū, attenuans, et sudoris prouocatiuum. Nonū est balneum de Luto: quod pluribus neruorum passionibus vtile est: quorum omnium non immerito hæc ciuitas gloriari debet. vt suo Illust. Paulus Iordanus, quod de Stigliano dicitur, ab vrbe distans. xxvij. milliaribus: quod quidem mineræ sulfureæ est, in omnibusq; cutis infectionibus commendatur, atque in spacio. xxiiij. horarum ab eis sæpissime liberat.

Vrbs etiam Agilla suorum balneorum cereta norum iam diu læta fuit: quæ Thermæ etiam stigianæ antiquitus ab omnibus appellabantur, hodie vero à lacu sabatino, seu de Brazzano, vel à regione sabatia: Sabatina dicuntur.

Apud Aquileam etiam iuxta Timauum sunt multa balnea, quæ crescunt, & decrescunt: sicut crescit, & decrescit aqua maris, in quibus apparent gamarelli: vbi etiam istis præteritis annis fuit inuētum quoddam canale plumbeū, in quo erant descripta hæc verba. Aqua dei, & vitæ. sunt præterea non longè à Timauo balnea mōtis Falconi multis morbis vtilissima.

Terra etiā Laboris, sub imperio Neapolitano suis balneis syluanis, & alijs non ingrata plurimū gloriari debet: præsertim quum multis, ac diuersis virtutibus ornata sint. Quorum primū apud ciuitatem Baiæ, iuxta littus maris apparet. Est. n. ibi magna quædā cauitas, vbi balneū Tritoli, seu de Tripta, vel Ciceronis, aut Prati est, cuius aqua calida, fumosaq;, sed dulcis gustui manifeste apparet: iuxta quod est aliud, quod Sudatorium appellatur. Est enim ibi testudo quędam parua, seu vas quoddam artificiose retortum altitudinis sex pedum, latitudinis vero quinq;, in quo si erecti ingrediūtur homines, statim, & satis copiose sudāt: si vero super pauimento proni iaceant, vel ambulent: refrigerantur. Cuius minera sulfurea iudicatur. Aliud etiam sudatorium satis validū non lon- D ge ab hoc reperitur: ad formam profundæ, & latæ foueæ, in quo ingrediuntur homines, vt à multis corporū infirmitatibus liberentur: quod quidem apud antiquos in maxima fuit existimatione, balneumque de Fritole fuit appellatum: quia ibi fricabātur homines, vt magis prouocaretur sudor. In hoc etiam loco præterea multa alia reperiūtur balnea diuersarum virtutum, ac minerarum: quę à ciuitate Baiæ nomen retinent: de quibus apud Strabonem fit mentio. Iuxta foueam pręterea per quam pisces à sinu Lucrino ad lacū Auerni transibant: quæ tamen hodie ex incendio, & ruina anni. 1538. in totū clausa apparet: est balneū quod de Tripergula, seu Vetus dicitur. Multa etiā alia balnea circa lacum Auerni, antiquitus repiebantur. Erat enim ibi illud dell'Arco, à forma, seu ędificij figura, sic dictum: postea erat illud Ranerij, E ab auctore sic dictum: deinde illud Sancti Nicolai, illud de Scrofa, illud Sanctæ Luciæ, illud dell'Arcolo, vel Sanctæ Marię, & illud Crucis. Iuxta etiam littus maris, est balneum Cantarelli, in cuius latere est illud Fontanę. Apud templum vero sanctæ Mariæ est balneum olei Petrolij. iuxta autem radicis montis, est illud de Culma, in littore verò maris est illud Solis, & Lunæ, cuius aqua balneum imperatorum fuit dicta. Est præterea balneum Gimborosum, iuxta quod est illud Episcopi, seu fontis. sunt & balnea Fatorum, Braculę, & Speluncæ. Sunt etiam inter agrum Falernum, & montem Misenum multæ aliæ aquarum calidarum, & frigidarum fontes, quarum virtutes hodie non solum ex ædificiorum ruina, sed & ex negligentia, & ignorantia habitatorum incognitę remanent. In littore etiā maris propè Puteolum, sunt multæ medicinales aquæ, inter quas illæ numerantur: quæ Balneum sancti Anastasij constituunt. F Est etiam quædā cauitas à qua exeunt non nullæ aquæ, quæ in arena defluunt, & occultantur. Ex quibus fit Balneum, quod antiquitus auxilium, seu subsidium hominis fuit dictum. In extremitate præterea montis calaturę, est balneum quod calatura, seu colatura dicitur. Sub eodem etiam monte est illud quod Petra dicitur: quia lapidē frangit. Deinde est aliud, Balneolū dictum, quia paruum est. Postea vero est illud de Giūchara, seu de Vinchara, quod iuxta littus maris residet: & est fons paruus, sed viribus amplus, & Neapolitani illud pręceteris non immerito diligunt: & tanquam Deum colunt: cuius aqua tepida, cōtoriq; valde grata est. Propè littus pterea est Balneum de Grotta, deinde est illud quod sulfureū, seu forum Vulcani dicitur. Illud Orthodonici, & illud Astruni. sunt etiam nōnullæ cauernæ in

radicibus

radicibus cuiusdam collis ficci, & effumantis in quibus intensissimè bulliunt aquæ, ex quibus fit balneum quod de Bulla dicitur: quæ quidem omnia balnea, vt testatur experientia, ratio que persuadet, multis morborum generibus vtilissima sunt.

Amplius Senarum ciuitas suis etiã glorietur, in eius enim agro, est Balneum de Petriolo cæteris famosius, quod à nomine castri ibi propinqui nomen sibi vindicauit, à ciuitate .xv. milliaribus distans, cuius minera valde sulfurea est: Adeo q̃ odor sulfuris (etiam longo interueniente spacio) sentitur, in eiusq; superficie quandoq; spuma sulfurea apparet, aut vnctuosum quoddã, quod in igne proiectum ardet, sed aluminis etiã aliquid sapit, calidumq;, & siccum in quarto ordine iudicatur. Quare calefacit, resoluit, exsiccat, & humiditates dissoluit, ex eius aqua duciç fiunt, quę quidem multis morbis aduersantur. Propè balneũ hoc, est aliud iuxta flumen, quod Farina nuncupatur, modicæ admodũ caliditatis, quare in omnibus imbecillius est iam dicto. Non longè etiã ab hoc est aliud balneum de Cometis dictum satis tepidum, in quo cucurbitulæ absq; igne admouentur, cuius aqua in flumen cadit, & minera eius satis obscura est, parumq; operatur. Est prætere a aliud balneum lapidibus coopertum, cuius minera ferrea, & sulfurea est, eiusq; aqua adeo calida existit, vt vix ferri possit, calefacit igitur, & exsiccat magisq; exsiccat, quàm calefaciat, quare morbis frigidis, sed magis humidis aduersatur. Ante prædicta etiam est aliud satis calidum, cuius quidem minera sulfurea est, & in eius extremitate tres duciæ sunt, quæ super capitis commissuras recipi solent. Ex alio verò latere pontis, alia sunt balnea, quæ Dominarum nuncupantur, iisdem virtutibus ornata. Vltra verò flumen est aliud balneũ. quod Caldenarum appellatur, cuius aqua clarissima ẽ, mineræ ferreæ, & aluminosæ. Quare temperatæ caliditatis ab omnibus iudicatur, plurimum tamen exsiccat, multisq; morbis opitulatur. est præterea aliud balneum, à Petriolo .v. milliaribus distans, quod de Macerato dicitur, cuius minera sulfurea est, non tamen tantæ acuitatis existit, quantæ illud de Petriolo, sed eius aqua longè clarior apparet. Est insuper aliud Rapolani dictum, quod parum à ciuitate distat, cuius minera valde sulfurea est, valetq; in multis corporis affectionibus remouendis. Est præterea in eodem agro Balneum S. Philippi, de Rosella antiquitus dictum iuxta Rodocophanum .xviij. milliaribus à ciuitate distans, cuius minera assimilatur illi de Petriolo, tenuioris tamen substã-

A tiæ est. Quod in ægritudinibus frigidis, & humidis capitis, & aliorum membrorum plurimũ cõmendatur. Est tandem aliud propè Petriolum in quodã monticulo quod Borla dicitur, cuius quidem aqua nitrosa est, & solutiua. Multa alia balnea in agro Senensi reperiuntut, de quibus, apud Ciceronem, & Martialem fit mentio, quorum ꝑ fecto ciuitas illa non immerito plurimum gloriari debet.

Augusta etiam Perusia suo læta sit, quod mõtis alti nuncupatur, licet eius aqua nigra, & fœtida sit, hyeme frigida, æstate autem radijs solarib. & stellarum calefiat, cuius minera modici sulfuris, asfaltiq; particeps est, & vt quidam voluerũt, in virtutibus suis balneo S. Bartholomæi in agro Patauino posito assimilatur. Quare morbis frigidis, & humidis conferre potest.

B Non minus etiam magnifaciant Balnea sua Viterbienses, ex eorumq; copia, ac singularibus eorum viribus superbiant. Habent enim in eorũ agro numero .x. quorum primum de Grotta dicitur, à ciuitate per milliare distans, cuius minera ferrea, & ænea est, illius namque aquæ color ad auri colorem vergit. Quare multi opinati sunt, eam vim auri præseferre, salis tamen, & nitri particeps est: limpidissima, gustuiq; valde grata est. Rursus aliud balneum est, quod vallis Raym, vel Dominarum nominatur, quod quum calidissimum sit, facilius à mulieribus, quàm à viris ferri potest, hyemeque calidius est, quàm æstate. cuius minera ferrea, aluminosa, æreaq; prædicatur, plus tamen aluminis, & æris, quàm ferri in se habet, licet aliqui dixerit, eius mineram sulfuream esse. Tertium balneum Cruciatorum nomi-

C natur, in quo sunt duciç in balneum cadentes, cuius minera sulfurea est, & eius aqua crassæ substãtiæ, actuq; calidior prædicta est, non tamẽ ferro, & ære priuatur. Quartum præterea est balneũ Bulicami, seu Caiæ dictum, per milliare à ciuitate distans, quod quidẽ per Bulicami riuulos exit, temperatæq; caliditatis existit, cuius minera aluminosa, & ferrea est: quare exsiccat, & calefacit, multisque morborum generibus (vt ait Strabo) opitulatur. Quintum est balneum Busettaneũ dictum, cuius minera licet sulfurea sit aliquid tamen ferri sapere videtur, eiusdemq; virtutis cum balneo Cruciatorum est. Sextum est balneum de Palacijs dictum, mineræ aluminosæ, magis q̃ sulfureæ, easdemq; vires habet, quas illud mõtis Grotti habere diximus. Septimum Sanctę Mariæ in silice dicitur, mineræ sulfureæ, & ferreæ, eiusq; aqua leuissima, suauissimaq; caliditatis apparet. Octauum Prati dicitur, cuius minera aliquid

quid sulfuris habere videtur, eiusq; aqua fanis et ingrata non est. Nonum Paganelli ab omnibus nominatur, cuius aqua satis clara videtur, neque tantæ caliditatis, vt præcedens existit, absq; aliqua etiam molestia quotidie bibitur. cuius minera ænea est: alij verò nitri, salis, & aluminis, magis quàm æris naturã id præseferre voluerunt. Et omnia ista balnea intra duorum milliariorũ terminum à ciuitate distantem reperiuntur, quorũ (vt diximus) non immerito plurimum hæc ciuitas gloriari debet. Sunt enim multis affectionibus vtilissima.

Pisarum præterea ciuitas quinque balneis glorietur, quorum primum apud montem S. Iuliani positum est, nominaturq; balneum Vetus: quod cæteris solennius fuit, cuius aqua aliud ingreditur balneum, quod Dominarum nuncupatur, cuius minera aluminosa, ac modice sulfurea ẽ, multisq;. vtile. Secundum, balneum Sauiæ dicitur, cuius quidẽ minera valde sulfurea est, quare morbis frigidis, & humidis confert. Tertium est balneum Sanorum, eiusdem mineræ, non tamẽ adeo sulfuris naturam sapit. Quartum est ab istis aliquantisper separatum, Reginæq; balneum dicitur, à ciuitate per. iij. milliaria distans, cuius minera ferrea, & modico alumine participare videtur. Est & aliud quoddam balneũ à iam dictis per. iij. milliaria distans, quod quidem frigidissimum est, & inter valles, paludesque residet, apud monasterium fratrum de Agnano, cuius minerã marmoream esse multi affirmant, montes enim illi omnes marmorei sunt. Hoc tamen non est in vsu, neq; forte balneum naturale. seu sponte nascens, aut mineræ participãs dici potest. Est igitur Quintum celebratissimum, multisq; virtutibus ornatum, à ciuitate per. xvj. milliaria distãs, vocaturq; balneum de Aquis: cuius minera (vt scribitur) ferrea, & aluminosa est, aliquid tamen æris etiam eum participem esse voluerunt.

Volaterranorum etiã ciuitas suis lætetur balneis, est enim locus à ciuitate per. xvj. milliaria distans, vbi plurima optimo ordine fabricata, & muro circundata sunt. Tria igitur imprimis eiusdem mineræ sunt. multi videlicet aluminis, & modici sulfuris. Extra verò circuitum muri est aliud, cuius minera ferrea est. Locus prẹterea quidam duobus milliaribus distãs ab hoc reperitur, vbi magni lacus apparent, Lacones surdi dicti, in quibus mirabilis admodum, & continua ebullitio fit. In quo etiam loco nonnulla corpuscula magno cum strepitu, & impetu vsq; ad superficiem aquæ ascendunt, immo ipsamet aqua aliqñ adeo impetuose sursum, et deorsum mouetur, D vt ex eius aspectu quoscunq; animosos statim formidolosos reddat, ibiq; adeo intensi, copiosique vapores eleuantur, vt si aues superuolauerint, statim cadunt, illicoq; comburuntur: vel eius aqua tantæ caliditatis existit, vt si in ea animal proijciatur, ossa à carne separata in eius superficie statim apparent. Et vt ratio, & experientia testantur, salis, sulfuris, & aluminis naturam absque dubio retinent, quare ex illis aquis sulfur, alumen, & sal, in satis magna quantitate fieri solet. Sunt etiam in eodem agro nonnullæ aquæ apud Lecciam satis claræ, quæ licet ad tactum frigidissimæ sint, satis tamen impetuose bulliunt, seu mouentur, ex quibus quidem fit quædam guma alba, & valde vtiles sunt difficulter egerentibus, immo si ex eis conueniens bibatur quantitas, cui adiũgatur sal, non solum per inferius, sed etiam per superius posE test mundificari corpus, à multisque morbis liberari: atque mulieribus sterilibus plurimum conferunt.

Apud castrum præterea Montis catini sub imperio excellentiss Ducis Florentiæ positi aquarum salsarum haud parua copia reperitur: vbi est quoddam balneum antiquissimum de quo tamẽ nihil (quod ego sciam) scripserunt antiqui. Accolæ tamen illius loci, illud magnarum fuisse virtutum asserunt: eoque superbiunt, & vt eius ruina docet, fuit in frequentissimo vsu, in maximaque existimatione, sicut hodie etiam apud nos non immerito habetur, in hoc modica quãtitas aquæ salsæ cum aqua dulci permistæ reperitur: vbi velut palus quædam existit, in cuius ambitu maxima tamaricis quantitas nascitur: rusticique illius loci experientia ducti, in doloribus iuncturarum F podagræ, sciæ, dorsi, & alijs huiusmodi morbis ea vtuntur. Aliud est balneum in duo diuisum, quorum altero mulieres, altero verò homines in varijs morborum generibus vtuntur. Tertium præterea balneum in eodem loco est à Republi. Florentina ordinatum Anno MCCCXX. Sperabant enim ex illa aqua salsa, salis copiam habere posse: indeq; multam vtilitatẽ sibi vendicare, quum tamen periculum fieri curarent, expensasque vtilitatem excedere inuenissent, opus illud dimiserunt. Hæc tamen aqua salsa est, eaq; in potu, & pro clysteri vtimur: & ex ea mirabiles effectus infirmi consequuntur, in doloribusque ventriculi, renum, & intestinorum tam per superius quàm per inferius adhibita, singularissimum prẹsidium existit.

Sed non minus etiam lætetur patria mea nunquam ingrata, quum in eius agro tria vtilissima balnea reperiãtur, quorum primum de Corsenna

na dicitur. xvj. milliaribus à ciuitate distans: cuius minera (vt Gentilis de Fulgineo scriptũ reliquit) sulfurea, aluminosa, nitrosaq; est: licet Vgolinus de Mõte catino eam aluminosam, salgẽmosam, atq; modicè sulfureã esse scripserit: cuius quidem aqua satis calida, & mordax, primo occursu apparet: quare calefacit, exiccat, & resoluit, claraq; admodum est, sapore extraneo, atq; odore carens: adeo vt illius loci habitatores nõnunquã ex ea panem conficiunt: carnemq; decoquunt: multisque corporis affectionibus vtilissima est: iuxta quod est sudatoriũ pro resolutione multarũ tenuium humiditatum vtilissimum.

Est praeterea aliud balneum, antiquitus Rubeũ dictum: hodie vero S. Ioannis nominatur: cuius minera aenea, vel ferrea, aut aurea iudicatur: eius aqua satis temperata est: & licet antiquitus in frequenti vsu non fuerit: quum in eo modica admodum reperiretur aqua, & illa quidẽ sparsa, & sub dio, alijsq; aquis commista, nihilominus quũ iussu, & diligentia nostrorum Magnifi. Dominorũ fuerit vndiq; muro circundata, & cooperta, atq; ab omnibus alijs aquis separata, ea quidem tum viri, tum mulieres, libẽtissime, vtilissimeq; in varijs morborum generibus in potu, & pro lauacro vtuntur. Est enim adeo temperata, vt etiam pueri eam sufferre valeãt. De quibus quidem duobus balneis, quum primum mihi occasio dabitur, scriptũrum polliceor.

Est insuper tertium balneum, vtilissimũ, omnibusq; gratissimum: cuius quidem S.P.Q. Lucẽsis, ob infinitas eius virtutes, atq; proprietates, plurimũ gloriari potest: Deo tamen optimo maximo, à quo cuncta procedunt, tãti beneficij non ingratus, infinitas, ac debitas gratias agat. De ipso igitur nunc in communem omnium vtilitatem nonnulla scribere decreui: quare obmissis superfluis, ventosisq; verbis, quibus vti solent nonnulli, qui scribendi prouinciam aggrediuntur, ad rem deuenio.

Est igitur hoc balneũ in agro nostro Lucensi à ciuitate per. xvj. milliaria distãs: quod communiter de Villa ab omnibus nũcupatur. Iuxta illud antiquissimum, ac celebratissimũ de Corsenna: quod quidem licet antiquitus, (vt omnes qui ipsius aliquam cognitionẽ habuerunt) attestantur, non esset in vsu, neque putei magnitudinẽ excederet, in quo tres personę tantũmodò commodè stare poterant: essetque in agendo adeò debile: vt à balneo dulcis aquae parũm differret: nihilominus ex diligentia, summaq; consideratione multorum nostrorum medicorum, adeò illustratę dilucidataeque fuerunt huius aquae virtutes, atq; fa-

A cultates, vt nunc ex multa omnium gentium frequẽtia, ex multisq; praesertim solẽnibus suis operationibus, sit in toto terrarum orbe non immeritò celebratissima: multisq; affectionibus utilissima. Quare ex publico decreto nostrorum magnificorum Dominorum, ac totius Senatus, non solum locus ille, amplior factus est: sed summa diligentia, & arte bipartitus: vt altero homines, altero verò mulieres, pro lauacro vti possint. Cautũq; est vt cõmodè etiã, ac vtiliter bibi possit, ne aqua alterius naturae cum ea commisceatur: ędificioq; concinnè facto tecta, tanquàm res sacra in cõmunem omnium vtilitatẽ conseruetur: qua quidem hodiè in multis, ac diuersis morborũ generibus, non solum extrinsecus eam corpori admouẽdo, sed intrinsecus certam quandam ex ea quantita-

B tem ingerendo, omnes vtiliter vtũtur: cuius quidem particulares operationes, quum prius nonnulla de eius minera dixero, in medium adducã. Et licet ferè oẽs doctores qui huius aquae aliquã cognitionem habuerunt per ferri mineram eam pertransire asseruerint, ipsamq; ferri naturã praeseferre affirmauerint, nihilominus, quũ hoc duplici via dignosci possit, ratione scilicet, & experientia. Experientia namq; considerando ea quae apparent in ductu, vel substãtia ipsius, aut in eius elambicatione: ratione verò ex sapore, odore, & colore, sed praesertim (vt ait Arist.) ex sapore, & colore, & (vt mihi videtur) ex his, quae ex vsu ipsius quotidiè insequi videntur: effectus enim virtutes primas, atque secundas ipsius minerae, & si quas habet tertias, clarè ostendunt. Videndum his duobus medijs per quas mineras trãseat, & qua-

C rum naturam insequatur.

Quũ igitur sententia Galeni sit, q; si aqua per bituminosa, sulphurosa, nitrosa, aut aluminosa loca destillans, substantiae eius aliquid absterserit, secumq; traxerit, mista iam ea est, non autem exactè aqua, facillimè ex praesentia aluminis, & ferri in ista aqua, experientia argui potest, eam destillare per loca aluminosa, atq; ferrea, istorũq; mineralium participem esse. Quicquid dixerint aliqui, q; ex sublimatione non possimus mineram aquae balnei cognoscere. Si enim aqua (vt innuit Gal.) per loca aluminosa, & ferrea trãsiens aliquid substantiae eorum abstergat, secũq; trahat: & hoc clarè ex huius aquae sublimatione in ea appareat, nõ remanet (iudicio meo) dubitandi locus, q; per mineram aluminis, ferriq; non pertranseat, illorũq; mineralium naturam nõ prae se ferat. Cuius quidem opinionis fuit Mengus Faustinus medicus suo tempore clarissimus, & huius balnei obseruator diligentissimus, in quodam suo Tractatulo,

quae

quæ profectò ab hodierna etiam diligentia comprobari potest. Si enim aqua hæc sublimetur, totaque aquosa substantia in elembicho ex ignis actione euaporãdo sursum ascẽdat, indeque postea descendat, in fundo uasis in quo primũ posita fuit, manifesto aluminis, ac ferri substãtia separata apparebit. Calidi enim (vt ait Arist.) est hethe rogenea sequestrare.

Hoc idem præterea, ratione etiam persuaderi pòt: in ea enim sapor ferrugineus, aluminosusque cum aliqua stypticitate clarissimè apparet: & si degustetur, maximaq; adhibita diligẽtia eius sapor consideretur, non iudicabitur differens à sapore aquæ, in qua multotiẽs ferrum extinctum, aluméq; infusum, seu incoctum fuerit: eaq; operari, quæ illa operari posse videtur. Sicuti videbimus infra, quũ eius operationes in mediũ adducemus.

Hoc idem etiam ex odore dici potest: nullus enim in ea apparet nisi aluminis, & ferri, si ab experto diligentissimè consideretur.

Quod quidem etiam ex substantia, & colore eorum, quæ parietibus ipsius balnei adhærent, facillimè persuaderi potest. Quum enim istis præteritis diebus locũ originis huius balnei exactè cõsiderarem: ibi inueni quandam substãtiam albam, aluminis naturam præseferens: alteram vero ærugino sam, eiusdem naturæ (iudicio meo) cum ea, quę apparet, vbi ferri mineræ concrescunt.

Et ꝙ aluminosa sit, hac præsertim ratione probatur: quum.n. alumen calidæ, & siccæ temperaturæ sit in. iij. ordine, & Gal. dicat ꝙ aquæ marinæ, sulphureæ, aluminosæ, calcanthum, & bitumen referentes validè exiccẽt; si hæc aqua nòn esset aluminosa, quum in ea alterius mineralis calidi, & sicci indicia non appareant; minimè conferret morbis frigidis, & humidis, cuius tamẽ oppositũ manifestè apparet. Valet.n. in mala tẽperatura frigida, & humida vẽtriculi, vteriq;, necnõ aliorũ mẽbrorũ nostri corporis: vt videbimus infra.

Cuius autem mineræ magis sapiat, ferri videlicet, an aluminis, non est facilè diuinare. Credo tamen ferri magis naturam insequi, quum (vt apparebit inferius) in ea ferri qualitates magis appareant: iecinoriq;, & renibus, ac multis alijs membris calfactis refrigerando conferat: omniaq; mẽbra nutritiua sua potentiali siccitate vniat, & confortet, aperiat, atq; aliquantisper ventrẽ laxet. Licet enim (vt inquit Auerrois) ferrum à frigido cõgeletur, à calido tñ inspissatur, dominantib. in eo partibus terrestribus. Sũt igitur aliquę partes i eo ratione calidi inspissantis, quæ obstructiones aperiunt, sicut apparet de vino, & alijs medicamẽtis chalybeatis: quæ quidem valẽtissime obstructio-

D nes omniũ membrorũ aperiunt: immò ex tenuitate illarum partium (vt experientia testatur) aliquantisper ventrem laxat. Quod quidem etiam confirmatur à Serapione cap. de ferro dum ait, ꝙ squãma eius, minus laxatiua est, ꝗ̃ quæ æris.

Et licet nonnulli ex hac participatione ferri, et aluminis, hanc aquam temperatam esse affirmauerint: ego tamen eorum opinionem nõ probo. Si enim aluminosa est, calida, & sicca etiam censenda est, vt ex dictis clare apparet. Dico tamẽ (à veritate non recedendo) actu calidam, & humidam esse: potentia vero calidam, & siccam.

Sed quum omnes aquæ sponte nascentes caliditatem suam, si Aristoteli, Galeno, Paulo Aegi netæ, Aetioque credimus, à sulfure, vel fortè, ab ipso igne sortiãtur: quicqd dixerint alij de Vento, Sole, Stellis, Calce & alijs: & ista actu satis calida appareat: posset aliquis quærere, quare sulfurea non iudicetur: & si sic, quare in ea non appareat neque sapor, neque odor sulfuris, quum tamen satis manifestum vtrunque habeat, neque facile, aut à leui causa euanescat, vel aboleatur. Quæ quidem dubitatio difficilis admodum mihi semper visa est.

E

Credo tamen omnium supradictorum doctorum sententiam veritati consonam esse: possibile enim est, aquam istam feruorem suum, & illum quidem satis validum, in aliquo loco à sua origine nobis manifesta, satis longinquo, ab ipso sulfure sumpsisse: pertransiensque postmodum per venam ferri, & aluminis saporem, odoremque sulfuris deposuisse. Facile enim eorum quilibet resolui solet, presertim existẽs in ipsa aqua, quę quidem à quacunque leui causa facillime alterari potest: diuersosq; sapores, ac odores dimittere, aliosque suscipere. Non deposuit autẽ hęc aqua actualem suam caliditatem: quia multa fuit à sulfure, vel igne introducta, & à violento motu per viscera terrę, minerarumque ferri, & aluminis, & fortè etiam à minera ipsius aluminis cõseruata. Alumina enim omnia (vt testatur Dioscorides) calefaciendi, astringendi, repurgandique vires habent. Et hæc de minera.

F

Quum pręterea hæc aqua actu calida, et humida sit: vidẽdum si potentia etiam talis sit. Et licet aliqui (vt diximus supra) temperatam esse affirmauerint: suamq; voluntatem (vt mihi videtur) pro rõne adduxerint: minimè hoc eis concedendum videtur. Non enim hoc arguere possunt ex natura simplici ipsius aquæ, quũ scribat Galenus eam frigidam, & humidam esse actu, & potentia: neque ex natura aliarum aquarum compositarum, quum omnes potẽtia, saltem calidas, & siccas esse

voluerit:

voluerit, vt patet de muria, marina, aluminosis omnibus, & de illis quæ sunt in Italia, & vocātur Albulæ. Immo ait quòd cæterarū aquarum vlla humectare potest, q videlicet non sit exacte aqua, sed mista, & adulterata, accepto nimirū, aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. quo circa earū nōnullæ vlcera quoq; exaspe rant, nempe quæ acres sunt, & mordaces, quin etiam sicut sitiēti dulcis aqua remedio est, ita cæteræ acerbiorem sitim relinquunt, tum etiā aqua intercutem laborantibus aduersissimum est, & poculum, & lauacrum aquæ dulcis, salsarum vero ac nitrosarum, & sulfurosarum, bituminosarumq; omnium sanè perutile.

Quibus profecto verbis manifesto deprehenditur, aquas istas minerales si nō actu, vel in quātum aquæ, non sunt calidæ, & siccæ, tales tamen sunt virtute, & potentia, rationeq; suorum mineraliū secum cōmistorum, & transitus super ipsis.

Cum tamē hæc aqua ferrea à dominio sit, dubitandi occasio remanet, quare naturam, ac ferri temperaturam non insequatur, quæ quidem (vt omnes authores attestantur, & præsertim Auerrois) frigida, & sicca, magisq; sicca, q̄ frigida est.

Sed dicēdum calidam, & siccam esse, cum ratione sulfuris, tum etiam ratione aluminis, & licet in ea dominetur ferrum, quo frigida, & sicca deberet esse, nihilominus eius frigiditas à caliditate sulfuris, ignis, & aluminis, necnon ab aliqua etiam caliditate in ferro existēte, pro maiori parte superatur, siccitasq; vtrorumque conseruatur. Quare per accidens corpus refrigerare videtur, postq̄ scilicet actualem illam caliditatem dimiserit, vel humores calidos purgauerit.

Istis modo sic præmissis, quum ex potu, & lauacro huius aquæ, omnes qui ea vtuntur, mirabiles effectus quotidie consequi videantur, de vtro que dicendum est.

Quantum igitur ad lauacrum attinet, sciendumq; vniuersum corpus, vel aliqua eius particula in hac aqua per multos dies vtilissime balneari potest, doctoresq; recentiores, & qui quotidie ea vtuntur, pro aliqua præter naturam affectione remouenda consulere solent, vt per spaciū .xxv. dierum adminus, & .xxx. ad summum in ea vnusquisq; balneetur.

Ego tamen credo minime necessarium esse, vt huiusmodi dierum numerus ad vnguem, & in omnibus æqualiter obseruetur. Est enim aliquādo morbus adeo debilis, ac eius causa facilis resolutionis, q in minori admodum tempore aboleri potest. Sicuti aliquādo adeo magnus, pertinaxque, vt non solum per spacium .xxx. dierum, ea

A quisque vti debeat, sed neque satis est nonnunquam per .lx. & vltra, queēadmodum enim morbi omnes eiusdem magnitudinis, atque paruitatis non sunt, neque præcise ab eadem causa, eiusdemque quantitatis dependent, ita præsidiū omnibus æquale esse non potest, non solum quantū ad potentiam, & virtutem, sed etiam quātum ad tps, quo quisq; eo vti debet. quemadmodum .n. ab ipsa natura cuiuscunque generis morbi diuersis temporibus terminantur, sic credendum est à causis naturalibus fieri.

Lauacrum igitur huius aquæ (iudicio meo) quantum ad eius frequētiam attinet, non habet aliquod determinatum tempus, neque illud habere potest. quare male opinantur, qui tanquam vno calopodio omnes calciantes, eundem dierū

B numerum, ac lauacri modum imponunt. Vidi equidem multos in vario dierum numero ex vsu huius balnei sanitati restitutos, ex multisque morbis conualuisse.

Non est igitur dare determinatum huius lauacri tempus, vt plurimum tamē in spacio .xxx. dierum solet suam operationē perficere, qui quidem terminus omnibus alijs terminus hodie cōmunior est, & hæc de lauacro vniuersali dicta sufficiant.

Quantum vero ad particulare, sicut omnes homines non sunt eiusdem temperaturæ, ætatis, & sexus, ita neque omnes æqualiter huius medicatæ aquæ vim sufferre valent. Aliqui enim per medietatem horæ, nonnulli per integram horam, & quidem per duas horas, & vltra, eam facillime quolibet die sufferre valētes sunt, & ego vidi nōnullos, qui licet aqua ista forte non transcendat

C primum caliditatis gradum, neq; aliquam aliam molestam qualitatem in se contineat, minime in ea etiam per dimidiā horā permanere potuerūt. Alios vero in ea p quatuor, vel .v. horas, & vltra sine aliqua molestia commoratos esse.

Hodie tamen certis quibusdam gradibus obseruatis in omnibus affectionibus, corporibus, ætatibus, tēperaturis, & sexibus ea vtimur, sæpiusque paulatim omnes ei assuescimus, & anteq̄ ipsis imponamus, vt per horam ea vtantur, iubemus in primis, vt per tertiam, vel quartam partem horæ, deinde vero per medietatem, vel per duas partes ex tribus ipsius horæ ei assuescant, secundumque infirmi tolerantiam, affectionisq; indigentiam, ac lauacri effectum, super maiori temporis interuallo audemus, & sic bene omnia succedere videntur.

Quantū vero ad tēperaturas, oēs ea tutissime vti pñt, tutius tñ ea utuntur, in primis biliosę, de-

inde sanguineæ, tertio loco melãcholicæ, postremoque pituitosæ, licet enim aqua ista quantum ad qualitates actiuas actu, & potẽtia calida, quantum vero ad passiuas actu humida, potentia vero sicca sit, & ratione caliditatis actualis, & potẽtialis, atque siccitatis virtualis, biliosis competere non videatur, nisi pro vt huiusmodi temperaturam conseruare posset, quum à similibus id fieri soleat, nihilominus conuenit etiam, quum in aliquo corpore bilioso bilis magisquã sit ex vsu multiplicata fuerit, ipsam per halitum digerẽdo ac emissacula totius circũferentiæ corporis resoluendo. Aperit enim caliditate sua totius cutis poros, copiosæq; sudorem prouocat, suaq; siccitate virtuali cõfortat. Neq; eius caliditas actualis, vel potentialis tanta est, vt bilis feruorem augerere possit, sed potius ipsum lenit, non solum propter suam temperiem, sed etiam propter suam actualem humiditatem, quæ quidem, & eius caliditatem actualem, virtualemq; siccitatem quam ex suis mineralibus sortita est, hæbetat, ac minuit.

Sanguineæ etiam prædictis non aduersatur, in huiuscemodi enim temperaturis sępissime multæ tenues superfluitates facile multiplicãtur, quarum resolutio aliquãdo ex obstructiõe meatuũ, & vasorum difficilis redditur. quare quum ex huius aquæ lauacro aperiãtur, nulli dubium esse potest, quin ipsis summopere prodesse nõ possit. & licet hæc aqua actu calida sit, (sicut diximus etiã supra) eius tamen caliditas non est tanta, vt sanguinem, aut sanguine plenos afficere possit, neq; ex eius virtuali siccitate, aliquod incommodum eis superuenire potest, sicut experientia facile in omnibus comprobatur, necnon ratione persuaderi potest. Si enim posset ipsis aliquo pacto nocumentum inferre, hoc esset ratione suæ vniuersalis essentiæ, vel suarum qualitatum. Quòd autem substantia huius aquæ non possit aliquod incommodum eis inferre, quum aliqua mala affectione affecti sunt, quibus ratione aliarum conditionum competat, vtilisq; iudicetur si eius virtus artificiose non impediatur, neminem credo posse dubitare. Quotidie enim in ipsis ea vtimur indeq; non mediocres vtilitates omnes sortiuntur, neque aliquod quantumcunque leue damnum incurrunt.

Neq; etiam ratione suarum qualitatum eis cõtrariatur. Si enim illis aduersaretur, hoc maxime ex aliqua manifesta læsione comprobaretur. non potest autem id fieri, quum omnibus vtilis liquido appareat. Sequitur igitur, vt neminem lædat, nulliq; temperaturæ sanguineæ inimica sit.

Neq; eius caliditas, & siccitas tãta est, vt si mo-
D derate, & prout prudenti Medico videbitur ea vtantur, possit eis aliquo pacto nocumentum inferre, immo sępissime ipsis summopere eam conferre manifestissime vidimus.

Quod etiam melancholicis tuto exhiberi possit, quum ea indigent, facile persuaderi potest. Licet enim frigidi, & sicci sint, aqua vero ista actu calida, & humida sit, eis tamen ea indigentibus pro aliqua præter naturam affectione remouẽda etiam q̃ ab ipsa melancholia ortum habeat conferre potest, neq; siccitas eius potẽtialis adeo magna est, vt in eis timenda veniat.

Pituitosis vero absq; dubio conuenit, præsertimq; ijs qui tenui pituita repleti apparent, ipsam enim per sudorem resoluit, & sua actuali caliditate, atq; potentiali siccitate omnia membra naturalia roborat, & si in aliquo membro resideat pi-
E tuita, sitq; aliquantisper crassa eam dissoluit, attenuat, ac tandem per poros resoluit.

Omnibus igitur temperaturis huius aquæ lauacrum, si à prudenti Medico recte consulatur, vtile est.

Aetatibus prętere omnibus inseruire potest, sed iuuenibus, ac consistẽtibus, primisq; senibus, commodius est. Pueri vero, ac vltimi senes, non ita facile eum sufferre possunt, licet & isti aliquãdo eo in varijs morborum generibus vtantur.

In omni præterea sexu commodè operatur. Tã enim viri quàm mulieres ex vsu eius à varijs ac diuersis affectionibus facile liberantur, & hæc de lauacro dicta sufficiant.

Quantum vero ad potum huius aquę attinet, hodierna consuetudo talis est, q̃ quum corpora
F consilio prudentis Medici parata fuerint, humorumq; copia purgata, ut. f. facilior sit eius trãsitus: solet hæc aqua in mane oriente Sole, aliqñ in maiori, aliqñ vero in minori quantitate bibi. Ego tñ vt plurimum in corporibus adultis cuiuscunque sexus fuerint, solitus sum exhibere quãtitatẽ. iij. librarum cum dimidia, vel. iiij. & aliqñ vsq; ad. vj. vel. viij. vel. x. ascendi, prout citius, aut tardius ab ipsis digeritur, faciliusq; suã operationem cõplet. Inueniuntur. n. nonnulla corpora, quæ quidem adeo facile ex ea soluũtur, vel in eis tam ꝓmpte operatur, aut per viã sudoris, vel lotij, vel vẽtris inferioris, vt quãtitas. iij. librarum, vel. iiij. ad summum, sufficiẽs sit. Sicut aliqua alia sunt, quæ adeo difficilis solutionis sunt, ratione suæ temperaturæ, aut ætatis, aut sexus, aut humorũ in eis cõtentorum, aut alterius impedimenti, vt ex illa modica quantitate minime soluantur, neq; aqua illa suam operationem aliqua via perficere valet. Quare in ijs ad hoc, vt sanitatẽ ex ea cõsequãtur maiori

maiori indigemus quantitate.

Et licet nonnulli opinentur, quòd ex maiori quantitate melior, & commodior operatio prosequatur: nihilominus istorum opinionẽ non laudo. licet enim in maiori quãto maior sit virtus (vt testatur philosophus) hic tamen nõ debet tantũmodo aquæ virtus cõsiderari, sed & ipsius corporis patiẽtis. Si enim maior quantitas quàm ea, ferre possit, digerereq; valeat, bibatur, suffocabitur quidem, neq; aliquam eius operationẽ perficiet. Quare quũ medicina non agat in corpus, nisi virtus agat in ipsam, nulli dubiũ quòd ex illa nimia, ac superflua quantitate nihil boni sperandum est. Et hoc peragentes sunt, veluti, qui in manu pueri magnum ensem ponũt: qui quidem dum ab eius magnitudine, & grauitate superatur, nihil illo commode operari potest.

Debet igitur huius aquæ ea quãtitas solum bibi, quæ facile, commode, ac vtiliter operari possit. Eaque est (vt mihi videtur) à .iij. libris usq; ad xij. & pro ut etiam videbitur prudenti medico recte consulenti.

Sed dubitabit aliquis, nunquid semper necessarium sit, ante huius aquę potum corpora purgare, medicina scilicet solutiua, aut saltem lenitiua.

Cui quidem quæsito breuiter respondendo dico, quòd si corpus sit valde repletum, tutius est illud euacuare, vel aliquo pharmaco solutiuo, vel saltem leniente: vt. s. aqua facilius, commodiusq; per vniuersas corporis particulas pertranseat, & tortiones, aliosque dolores non inferat: aut valentes obstructiones secum multitudinem humorum, & præsertim crassorũ ducẽtes, minime moliatur: lotii ue descensum impediat: in venisque cum sanguine commisceatur: aut in itestinis, vel ventre inferiori, aut etiam medio resideat: indeq; postmodum multa, ac diuersa incommoda corpori subsequãtur: & pręsertim putredines, febres, & alia huiuscemodi.

Si vero corpus non fuerit valde repletum, & parcius viuat, quotidieque suas superfluitates reddat, facile soluatur, neque humoribus crassis, & viscosis refertum sit: satis quidem erit, ut ante huius aquę haustum medicina lenitiua corpus mundificetur: ut. s. uias communes mundas, apertasq; inueniat: & melius, ac commodius id qđ remanet educere possit: & ad alia longinquiora loca penetrare. Vidi etiam nonnullos, qui sine aliqua minima purgatione aquam istam in potu sumpserunt: & tamen nihil mali inde perpessi sunt. Ego tamen credo, quòd si corpus non sit saltem naturaliter vacuum à multitudine superfluitatum, quòd omnino periculosum sit, eam bibere.

A Experientia enim facile cognoscitur, quod plerique eorum, qui eam ingerunt, nulla præmissa euacuatione in multas incommoditates incurrere solent: & ego nonnullos vidi, uix mortis periculum euasisse. Quare tutius quidem est, corpus prius aliqua medicina solutiua, vel saltem lenitiua, secundum quòd uidebitur prudenti medico euacuare: & licet medicinæ lenitiuæ, ac solutiuæ etiam, sine alia priori uentris solutione exhibeatur: quare aliquibus forte uidebitur, ut etiam hæc aqua simili modo exhiberi posit. nihilominus non est par ratio de uno, quæ de altero est. Medicinę enim soluentes in modica exhibentur quantitate, & vim humores ad uias communes attrahendi habent, ut inde postea à natura extra corpus expellantur: neque etiam regulariter propinantur, nisi præparatis humoribus & reseratis uijs, per quas pertransire debent. Aqua uero

B ista (ut dictũ est etiam supra) in satis magna quantitate exhiberi solet: neque in ea uirtus humores attrahendi est, sed illos tantũmodo educit, quos in uijs inuenit: qui si multi sunt, & crassi, dum uelociter, & impetu quodam mouentur: solent potius obstruere uias, & eorum euacuationem prohibere: uel saltem difficiliorem reddere: & nonnunquam etiam diuersa symptomata, & ea quidem satis molesta excitare. Melius est igitur ante huius aquæ potum corpus à superabundantibus humoribus mundificare: uiasque per quas pertransire debent aperire: quicquid faciant aliqui suæ, aut alienæ uitæ nimis liberales.

Debet præterea hæc aqua actu calida bibi, nullo autem pacto frigida, neque tepida. Sic enim felicius operatur, uentriculoque commodior est,

C & licet aliqui artificiose eam calidiorem, quàm ex sui natura sit, efficiant, in duplici uase eam calefaciendo: ego tamen magis laudo, ut sua naturalis caliditas, quæ satis temperata est, non corrumpatur: neque aliquo modo alteretur. Quum tamen omnes, & præsertim absentes eam illa sua natiua caliditate habere non possint: curabunt illi pro posse, vt ab ea dum ipsam in duplici uase calefacient, minus quàm possibile sit, discedat. Verisimile nanque est, sic magis secundum suam propriam naturam operari. Sed quoniam aliquando nauseam, & vomitum inducit, ac in uentriculo frigidiori exhibetur: tunc laudo, ut calidior fiat, vel in ea aliquod aromaticum apponatur: vel immediate ante eius potum, vel ẽt post assumatur: vt est cinnamomum, garyophyllus, nux muscata, macis, zinziber, galanga, & alia huiusmodi, & hæc præsertim probo ubi flatus, & eructuationes excitet. Non-

nulli etiam in corporibus imbecillioribus, & ualde delicatis, & in his qui huiusmodi aquas medicamentosas abhorrent, solent ei commiscere saccharum, vel iuleb, vel mel rosaceum, vel violaceum, creduntque si ei commisceatur sacchar crassum, seu rubeum, vel etiam manna, vt reddatur magis vētris laxatiua, quod quidem ab hodierna experientia confirmari videtur. Sicut hoc idem etiam confirmatur, si ei adiungatur aliqua salis communis quantitas, quæ tamen tanta sit, vt sumenti molesta non appareat.

Possunt præterea cum ista aqua multa alia cō misceri, vel in ea decoqui, quæ quum multa sint, multipliciterq; variari possint, particularē de ipsis cōsiderationē prudēti medico relinquemus.

Sunt etiam nonnulli, qui eā aquæ alterius balnei commiscent, & præsertim in patria mea. vbi aquæ salsæ balnei Montiscatini in agro excellentiss. Ducis Florentię positi, nonnunquam commiscetur, & sic felicius operatur. Quem quidem modum, quum ab experientia, & ratione minime dissonum videatur, non abhorreo, immo eā sępissime commiscui. Vno enim, & eodem die, ac in eodem etiam corpore exhibui .ij. vel .iij. cyathos aquæ balnei Montiscatini, post quos immediate dedi .iij. vel .iiij. aquæ villicæ, & optime operatæ sunt, sed hoc maxime fieri debet, in corporibus in quibus aqua villica difficulter digeritur, p secessumq; operatur, ac etiam vbi sunt multę cruditates, materiæq; pituitosæ, & crassæ. Illa enim aqua ratione salsedinis eas attenuat, naturamq; ad earum expulsionem stimulat, quare melius etiam educuntur.

Aliqui præterea hanc aquam bibunt, deambulando, alij vero in lecto iacēdo, vel alio modo quiescendo, & multi sunt qui melius eam digerunt leniter deambulando, nonnulli vero in lecto iacendo, vel in thalamo quiescendo, nō tamē dormiendo, experientia namque cognitum fuit somnum diurnum maxime contrarium esse ijs qui eam bibunt.

Rationabiliter tamē (vt mihi videtur) quum maior pars operationum naturæ tanq̄ à prudēti iudice pro tribunali sedente quiescendo fiant, facile credi potest, q; melius quiescendo, q̄ deambulando, vel aliquid aliud agendo actuetur, digeratur, ac resoluatur, suamq; operationem perficiat, licet Hipp. dixerit, q; quum volueris ellebo rum magis ducere, corpus mouendum.

Quare quum hodie experientia etiam probari posit, videlicet quòd vtroq; modo vtiliter bibi posit, iudicio consulentis medici huius difficultatis solutionem relinquemus.

c 5

D Quum præterea aliqñ in nonnullis accidat, vt tota quantitas, vel aliqua eius pars in corpore retineatur, indeq; multa incōmoda sequi posint, in ijs solitus sum ante cibi sumptionem eius resolutionem tentare aliquo clysmate ex eadē aqua cō secto, sacharo rubeo, oleo cōi, ac alijs consimilibus vel balano ex melle, & speciebus hieræ simplicis, vel cōpositæ, parato, vel alijs huiusmodi in genijs. Sumere.n. cibum ventre existente hac aqua repleto error est. Regula igitur talis obseruetur videlicet quod cibarium aliquod non assumatur, donec tota, vel saltem maior pars eius, resoluta non sit, vel per sudorē, vel per lotium, vel per inferiorem ventrē, vel etiam per uomitum, solentq; cōiter neoterici omnes in ijs, in quibus per viam vrinæ maior pars eius resoluitur, talem regulā obseruare, videlicet q; qui eam bibunt, cibum non assumant, antequā tota, vel maior pars

E eius per viam illam resoluta fuerit, vel saltem lotium, ad sui primęuam reddiderit naturam. hæc tñ regula neq; semper ad unguem obseruari pōt, neq; debet. satis namq; est, ad hoc ut cibari, nutririq; corpus cōmode valeat, ut tota aqua, uel saltē maior pars eius resoluta sit, & quæ remanet, aliq̄ grauedinem, aut dolorem, aut aliquam aliā molestiam non inferat, neq; semper, vt nonnulli opinātur, opus est expectare lotij redditum ad suum naturalem colorē, suamq; naturalem substantiā. Aliqñ enim ab alijs causis hæc impediri possunt. Quum igitur illi, qui eam potauerint, per aliquā iam dictarum viarum non purgauerint, possunt (iudicio meo) præmisso iam dicto clysteri, vel balano, cibum sumere. ille tamen sit tenuis, facilisque concoctionis. & recordor me bis per .ij. dies

F continuos ex hac aqua .v. aut sex cyathos sumpsisse, & ex uentriculi ībecillitate nō potuisse aliquo mō eā digerere, neq; per uiā secessus, aut lotij, aut sudoris purgare, seu resoluere, nihil tñ ferè detrimēti perpessus fui, comediq; singulo die, parcius tñ, & sic maior pars eius absq; aliquo corporis nocumento īsensibiliter resoluta fuit. abstinui tñ ab vlteriori eius potu, sicut alios abstinere moneo, qui experientia, aut ratione eā non posse digerere cognouerit. Cauitates enim, ac uenas corporis hac aqua replere, non est tutum.

Licet pręterea hęc aqua p multos dies bibi possit, ab ijs qui eam commode digerunt, & expurgant, cōsuetudo tñ est, q; per .viij. uel .x. dies bibatur, idq; uel aliqua dierū intermissione, uel sine, scd'm .s. eius opationem, uel infirmi tolerantiam, uel morbi indigentiā: vel prout etiam videbitur Medico consulenti: neq; (iudicio meo) inconueniens est pluries in anno eam bibere: laudo tamen,

men, vt aliqui interponantur dies: vt natura eo interposito tempore validior fiat: meliusq; postmodùm ipsam actuare posit.

Amplius licet hæc aqua omni tempore (iudicio meo) bibi posit, alterando tamen aerem, & viuendi modum, vt videbitur expedire: & ipsa affectio curanda postulabit: vere tamen, & autumno felicius operatur. Et ego quidem solitus sum eam exhibere à principio Maij, vsq; in finem Junij: & à medietate Augusti, vsq; ad medietatẽ Septembris: alterando tamen dierum numerum, secundum quòd temporum constitutiones à natura calidiores, aut frigidiores euadunt. regula tamen omnibus obseruanda mihi videtur, videlicet quòd iuxtà præceptum Hippocratis, & Galeni, in temporibus summè calidis, aut summè frigidis, ab ea vnusquisq; se abstineat. & licet opinio cuiusdam fuerit: quòd temporibus summè calidis melior sit: feliciusq; etiam operetur: nihilominus ista sua opinio nõ videtur aliquo pacto consona neq; rationi, neq; experientiæ, neq; autoritati clarissimorum virorum. Temporibus.n. illis corpora imbecilliora sunt: difficillimèq; medicationes ferunt: & omnes doctores illis temporibus silentium imponunt. Quare malè faciũt (iudicio meo) moderni quidam Medici, dum in hac re infirmis potius obsequuntur, quàm experientiæ, rationi, & autoritati innitantur: contra quos iam meritò plorant aquæ istæ verè sacratæ, & diuinæ: quum suarum optimarum virtutum persępè ab ijs isto modo minuantur. & barbitonsoris officium potius quàm prudẽtis Medici agere videantur: qui profectò nulla habita ratione temporis, aut alterius rei sinistræ, sed lucri tantummodo intentus, cuilibet sibi offerenti barbam tondit.

Cibaria optimi succi, paucarumq; superfluitatum esse debent: potus verò vini albi, vel flaui, vel etiam vermiculi, modicæ vinositatis, maturi, & parùm astringentis. parcior sit cœna ipso prandio, vt in mane venter sit inanitus, superfluitatibusq; vacuus: ac totius corporis superfluitates si non quotidie, alternis saltem diebus reddantur. Caueant à coitu, præsertim superfluo, qui eam bibunt: ab animi accidentibus, curis, vigilijs, sommo diurno, ac etiam nocturno superfluo: abstineantq; ab immoderato exercitio, ac immoderata quiete: vtantur tamen exercitio, moderato, illo enim mali humores, atq; etiam vapores facilè resoluuntur: calorq; naturalis excitatur, fortiorq; redditur.

Sed quoniã à Lucensibus meis, & ab externis magis persępè dubitari solet: nũquid huius aquæ

A vires minuantur, si alibi deferatur: positq; adeò vtiliter opari, vt in pprio loco clarissime operatũ:

Dicendum quòd absq; dubio in sua naturali sede perfectior est: feliciusq; suam operationem cõplet. locus.n. naturalis, locatũ in suo vero esse magis cõseruat: difficileq; admodùm est, vt eius actualis caliditas quę ex eius permutatione deperditur, & resoluitur, aliquo artis ingenio in eodẽ gradu p̃cisè, & absq; alteratione in ea induci posit: immò sępissimè ex valida ignis actione maior in ea caliditas accenditur: vel ex eiusdem diminuta operatione non fit adeò calida, vt commodè operari posit. Multoties etiam nonnullæ ipsius qualitates, vel partes heterogeneæ, vel ex ignis actione, vel aeris alteratione resoluuntur: & alię acquiruntur: quæ uel sunt naturalibus contrarię,

B uel ab intentione curantis valdè alienę. In eo etiã loco, tempore ueris, & autumni, est aer adeò temperatus, gratus, cõmodus, utilisq; pro felici eius operatione: ut difficile sit similem adinuenire. Quare sicut accidit de cibarijs, & potibus, uidelicet quòd multi melius digerũtur, & concoquuntur in uno, quàm in altero loco: sic credẽdum est de ista aqua: uidelicet quòd melius, cõmodiusq; actuetur, digeratur & operetur in suo loco naturali, quàm si in alieno deferatur: præsertim si in eo sit aer malus, sanitatiq; contrarius, uel morbo curando similis: quum tamen experientia cognitum fuerit, hanc aquam nonnunquàm in multis Italiæ, Galliæ, Germaniæ, Hispaniæq; urbibus, fuisse delatam: multosq; ibi à diuersis morborũ generibus liberâsse: omnino credere dignum uidetur, in ea suarum uirtutum gradus conseruari,

C licet uix credi posit, ut ad unguem, uel saltem ut in proprio loco in ea conseruentur: quum tamen sua mineralia secum ducat, semperquè ferrea, aluminosaq; sit: neq; ista ex eius permutatione (iudicio meo) minuantur: non debet uideri mirum, si secundum illorum uirtutes operetur. Caliditas uero actualis a prudenti, et experto, facile si in duplici uase calefiat in ea induci potest: & si bene os uasis claudatur, eius uires minime resoluentur, licet forte aliquando minuantur.

Magis tamen laudo: ut exceptis quibusdam, omnes alij pro posse illuc accedere conentur: ubi profectò omnes commoditates, quæ pro usu huiusmodi balnei requiruntur, facillime inueniuntur: & adeo bene omnia succedere uidentur: ut nullus fere sit, qui nõ lętus, non confirmatus, aut uoti cõpos, et (ut sic dicã) plane cõtẽtus discedat.

Illis uero hoc minime laudo. doleo tamen (& sit cùm eorum uenia dictum) ut ipsi in causa sint: Dũ enim ibi cõmorãtur, & hoc balneo utuntur:

adeo licentiose, laute, splendideq; uitam ducunt: uarijsque cibarijs, & fructibus uescuntur: uinisque potentibus utuntur. ut mirum profecto sit, quum eorum aliquis ab aliqua affectione liberatus inde discedit. Non solum enim in cibo, & potu delinquunt, sed in omnibus alijs salutaribus medicinæ præceptis: qui quidem si forte huius aquæ tanta commoditate carerent, vel magis sanitati studerent: absq; dubio regulas medicorum exactius obseruarent.

Postquam igitur sic assueti sunt, ego magis laudo, vt ipsi in aliqua ciuitate, vel potius in aliquo rure, vbi salubrior sit aer, & vt iam nonnulli eorum agere cœperunt: ea vtantur. Ibi etenim vitam illam consuetudinariam, & malam ducere non cogentur: omnesque suas commoditates melius frui poterunt. Nihil enim aliud ipsos ad huiusmodi vitæ intemperantiam ducit: nisi consuetudo quædam mala, quæ in dies ex eorum incuria adeo inualuit, vt iam non solum ipsismet, sed & omnibus alijs reprehensibilis, valdeq; inutilis quotidie magis appareat.

Dubitatur præterea à nonnullis, nunquid ex aqua huius balnei ducciæ pro remouẽdis quibusdam capitis morbis fieri posint.

Quibus quidem breuiter respondendo dicerem, quòd sic. ratione enim & experientia, id facile persuaderi potest: imo persæpe miratus sum, quòd nullus vsque ad hæc tempora huiusmodi aquam in multis capitis affectionibus calidis, & humidis remouendis non accommodauerit: summopereque eam non commendauerit. Ratione enim suæ temperatæ caliditatis, cutis poros aperiendo, resolutionem multorum humorum tenuium, & aliquantisper calidorum auxiliari potest: rationeque suæ potentialis siccitatis multas capitis humiditates, & præsertim tenues exiccare: cerebrumque confortare, atque roborare valet: & ego nonnullos cognoui, qui absque consilio alicuius medici, sed à quadam naturali ratione, vel experientia tantũmodo ducti, hanc aquã, quum ab aliqua mala temperatura calida, vel calida, & humida, & nonnunquam cum consimili materia in ipso capite contenta molestarentur: super capitis commissuram coronalem recepisse: indeq; maximũ iuuamentum consequutos fuisse: & profecto nulla in ea qualitas est, qua aliquis dubitare posit, quin pro duccia etiam vtilis esse non posit, vbi scilicet vel ratione suarum qualitatum actualium, vel potentialium manifeste cõpetere videatur. Quare quum facile admodũ sit, nonnullas duccias ibi parare, ego quidem summopere laudarem, quòd omnino Senatus Lucensis

D eas fieri curaret. Ex eis enim non solum Lucẽses omnes, sed & externorum multi maximas vtilitates, atque commoditates consequerentur. Et licet vsque ad hæc tempora huiuscemodi duccijs minime vsi fuerimus, id tamen euenisse credendum est, quia vsq; adhuc paratas non habuimus: & profecto si ibi fuissent absque dubio à multis iam non mediocriter commendatas haberemus. Si igitur ab ijs, quorum authoritate fieri possunt, eas (vt spo) fieri curabitur: tãto magis huius aquę vires in communem hominum vtilitatem compertas, sed magis commendatas habebimus: & hæc de isto quæsito cursim dicta sint.

Quantum vero ad operationes huius aquę attinet. Sciendum quòd tam in potu, quàm extrinsecus applicita, ratione suarum qualitatum actualium, atque potentialium, omnibus ventriculi in-
E temperaturis, conferre potest: quæ quidem (vt ait Galenus) viij. sunt: quatuor quidem simplices, totidem vero compositæ: quę profecto creantur (vt docet ipsemet Galen.) modo ab ijs, quæ intro sumuntur modo ab ijs quæ foris incidunt.

Et ab ijs quæ in corpus sumuntur fiunt: quum in cibo, vel potione, qua quis vtitur, uis quæpiam medicinalis est immista: ex earum genere, quæ uel calefaciunt, uel refrigerant, uel siccant, aliaue quapiam connexione harum qualitatũ afficiunt.

Ab ijs quę foris incidunt, vel ambientis nos aeris uitio, quum is immodice calefacit, aut refrigerat, aut siccat, aut humectat, aut copula quauis harum qualitatum afficit: uel aquæ qua lauerimus, uel unctione, qua vncti simus, uel deniq; alterius cuiusdam, quòd quum foris uentriculo adhæserit, aut calfaciendi immodice hũc, aut refrigerandi, aut siccandi, aut humectandi vim habuit.

Quum igitur (ut ait Gale.) unaquęque animalis particula propriam actionem edat, quę tãtum
F ab aliarum actionibus differt, quantum ipsa particula ab alijs, quæ illas edunt, est diuersa: differt uero ab alijs particula quæque, eo quòd calidior, uel frigidior, uel siccior, uel humidior sit, aut è binis horum quibuslibet, sit affecta.

Si quis tueri actionẽ uoluerit hic temperamentum earum custodiat oportet: custodiet autem si id, quod ad calidius est conuersum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatum est, calefaciet. Pari modo, si quod ad siccius est alteratum, humectabit: & quod ad humidius est versum, siccabit.

Rursus quoq; si siccabit pariter, ac calefaciet: quod humidum est redditum, & frigidum. Siccabit pariter, & refrigerabit: quod humidius simul, & calidius euasit: & in reliquis duabus cõiugatiõibus ad portionem. Semper.n. pro eo quod

exuperat

exuperat inducendum eo vsque contrarium est: quo ad particulam in symmetriam, et naturalem habitum vindicaueris.

Sciendum tamen, vbi valide in ambabus qualitatibus immutata quæuis particula est, omnem eius actionem perire: nec facile, quod sic est affectum, ad suam naturam reuerti posse: vbi verò altera tantum qualitas plusculum immutata est, reliquarum aliqua mediocriter se habet vtique qui ita est affectus, sanari potest.

Istis sic prætermissis, quum (vt diximus) viij. sint ventriculi differentiæ. viij. nimirum erunt, & medendi rationes: quarum vna (quo medentis consilia diriguntur) curationis meta est, ipsius similaris corporis alteratio: quandoquidem etiam ipsæ ex intemperie, & naturalis temperamenti alteratione est ortus: atque membratim medicatio agitur, ex his duobus conficitur: nempe materiæ copia, & huius congruo vsu.

Videndum est igitur quomodo hæc aqua omnibus ventriculi intemperaturis (vt dictū est) conueniat. Et breuiter dicēdum quòd propter suam actualem, & virtualem caliditatē frigidæ intemperiei conferre potest: non solum si ex ea debita quātitas bibatur: sed etiam si ea quis pro lauacro vtatur: præsertim si laborans à refrigerātibus abstineat: et (vt docet Galenus) vtatur vino veteri, ex eorum genere, quæ valde calfaciunt omni ratione calfacto: tum nutrimento quòd calfaciendi vim habeat, cum magna piperis quantitate, & alijs huiusmodi.

Est tamen animaduertendum, quòd si ista frigiditas non sit multum valida, neque à valētibus causis excitata, ac etiam conseruata, opus nō esse regimine adeo calefaciente: satis enim est, vt sit tale, quòd gradui malæ temperaturæ contrarietur: ipsamque vel remouere, vel saltem lenire possit: semperque remouenda causa est, ad hoc vt rite curari valeat.

Calidæ vero intemperiei conferre potest, & præsertim intensæ, ratione suæ diminutæ, ac satis refractæ caliditatis: quæ quidem respectu intensioris caliditatis ei contrariatur: vel ei conferre poterit, tam intus, quàm extra, aperiendo meatus per quos postea ingrediatur aer frigidus, vel aliud refrigerans, vel transpiret caliditas.

Licet Galenus glorietur vno die, vel potius hora, quosdam à ventriculi imbecillitate à calore scilicet causata, frigida potione curasse: quorum alijs: non aquam modo dedit fontanam recentem, sed etiam quæ niue esset refrigerata: veluti Romæ præparare solent, calefacient scilicet prius, quam ipsi biscoctam appellant.

A Cibos præterea ad eundem modum refrigeratos identidem permisit: Sed & frigidæ facultatis fructus similiter refrigerans, iisdem dedit; & alia id genus multa: in quibus sibi propositum refrigerationem. sicut ab ijs, qui huiusmodi aqua vtiliter vti voluerint, in tali iam dicta ventriculi intemperatura faciendum est: quæ omnium ventriculi intemperaturarum facillime curatur.

Humidæ præterea intemperiei, hæc aqua ratione suæ potentialis siccitatis, & caliditatis suorum mineralium aduersatur. Si tamen humiditas multa fuerit, quum huius aquæ siccitas ex se multum valida non sit: sed refracta ab actuali humiditate aquæ elementaris non poterit eam superare: neque similiter eius caliditas valde potens est, cum à naturali frigiditate ipsius aquæ

B reddatur imbecillior. Valet igitur in modica, aut non valde magna ventriculi humiditate, præsertim si continue non foueatur ab eadem causa, quæ eam excitauit: omneque consilium curationis (vt docet Galenus) ad siccandum dirigatur: denturque ijs tum cibi, qui natura sint sicci, ac probe cocti, tum prorsus exiguus potus, præsertim frigidæ, vel alterius rei humidæ, iniungaturque eis, vt omnibus astringentibus vtantur.

In mala etiam temperatura sicca, hæc aqua ratione suæ actualis humiditatis, & suæ ferè temperatæ caliditatis laudatur: & licet ratione suorum mineralium, sit virtualiter sicca, ea tamen siccitas non est tanta, vt omnino suam humiditatem corrumpat. Quare quum in ventriculo, si ex ea conueniens bibatur quantitas, paruam mo-

C ram contrahat: habet potius virtutem humectandi propter suam actualem humiditatem, quàm exiccandi. Siccitas enim sua, quum (vt dixi) debilis sit, ac valde refracta ab humiditate aquæ, non potest operari, nec manifestari, nisi in aliquo notabili temporis interuallo. Valet igitur hæc aqua intus, & extra, in mala ventriculi temperatura sicca, non tamen adeo valida, vt simillimum habitum efficiat ijs, qui marasmo, idest senili ariditate macrescunt: qui quidem habitus (vt refert Galenus) fit, quum inter initia exiguam intemperiem ex siccitate, quæ madefieri postulet, qui eam curandam suscipiunt, in potu exhibent absinthium, tum amaros asparagos, & bulbos, malaq; cotonea, & cæstiana, & punica, in cibum exhibent: post quoque vbi venter nihil continet, etiam rhois succum eos bibere cogunt, tum quę exiccant extrinsecus imponunt: & sic paulo minus omnis madoris expertes reddunt: quos omnes Gale. sanat omni ratione humectans.

Est præterea notandum(vt ait Gal.) quòd alteratio sicca ventriculi ęgrius curatur quàm calida,& frigida.quòd imbecilli(vt sic dicam)magis materiali qualitate eius curatio perficitur. tēpus verò curationis in sicca intemperie multo amplius est,quàm in humida, quippe quod senium in sanis est,id sicca intemperies est in ægris, itaq; etiam insanabilis est,vbi solida similiarium partium substantia reddita est siccior.

Nam est & altera siccitas vtiq; cum ea,quorū substantia ex humore concreto constat, sicut caro,& adeps sunt liquata.

Tertia verò siccitas est, quum propria humiditas,vnde partes nutriuntur,omnino est absumpta,& ista continetur in omnibus animalis partibus,ceu ros quidam per eas sparsus.

Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento nō est,ideoq; difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio,non solum per huius aquæ potum seu lauacrum,sed etiam per alia cuiuscūque generis præsidia,& si aliquando curatur, cibis potius boni succi,quàm medicamentis curari potest,ab omnibns exsiccantibus cauendo.

Diuersa etiam à iam dictis siccitatibus est ea, quæ in proprijs cuiusq; particulæ arterijs, venisq; consistit,quæ quidem ex sanguinis penuria prouenit,Quare non aqua ista,sed cibis,& potibus, ex quibus sanguinis quantitas gigni possit,rectificando mēbra, quæ habēt ipsum generare,quatenus opus sit,curari debet,& potest.

Est tamen notandum(vt ait Gal.)quod siccæ intemperies quæ in ventriculo consistunt, pessimæ sunt,& difficillime corriguntur, multaq; sollicitudine indigent,immo(vt testatur idem Gale.)nunquam ad perfectionem sanantur, nec in eum statum qui ante morbum fuit,reuertuntur, &(vt vulgus ait)in talibus intemperātijs accidit, morbum ventriculum afflixisse,& in reliquā vitam imbecillum reddidisse,quippe senum.ij.vētriculum obtinent,priusquam cōsenuerint, quo fit vt facile ex leuibus lędantur causis,perinde,ac senes,nec probe concoquere possint:quo euenit, vt etiam totum his corpus deterius se habeat,arescat,in marasmumque trāseat,quem facile mors sequitur,præsertim si vehemēter sit læsum. Quare nō videbitur mirum,si etiam hac nostra aqua huiusmodi intemperies non facile curentur.

Est tamē sciendum quòd victus ratio eadem genere est,tum in hac supra dicta siccitate, tū in illa quæ solam eam humiditatem absūmit, quæ solidas nutrit,præterea etiam in.iij.quā supra memorauimus siccitate,facillima verò omnium sanatu.iiij.est,in qua venæ succo sunt inanitæ, immò hic affectus,vt frigiditas,potius habitus curatur,quàm vt siccitas,vel(vt tutius loquar) frigiditatis respectus in hac siccitate exuperat periculūque in ea vertitur.siccitas secundum locum obtinet,habetq; proinde sanationem, tum exprom- ptam,tum celerem,si quidē si biduo quis victus rationem his caute exhibeat, modice calfaciens & tuto nutriens,statim in.iij.pleniorem victum citra noxam admittunt,multoq; id magis in.iiij. &.v.atq; hoc sanè erat,quòd Hip.pręcepit, Quę longo tempore extenuata corpora sunt,ea segniter reficere oportet,quæ breui breuius.

Scire autem licet,solidorum corporum siccitatibus,si perdurent,succedere necessario frigiditatem,quippe permanere siccitas per se non mutata oppositione,quæ ex calido,& frigido consistit,non potest.Celeriter enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes,propterea scilicet quòd ex calido succo sanguinis nutriuntur. & hæc de temperaturis simplicibus dicta sufficiant.

In compositis verò laudatur hęc aqua.Si enim siccitati ventriculi copuletur frigiditas, quæ euidentes notas habeat,cęterum magna non sit, ita quòd ventriculus intemperatura sicca, & medio criter frigida laboret:aqua ista poterit rite administrari.Ratione enim suæ actualis humiditatis, & caliditatis facillime huiusmodi intemperiem alterare poterit,neque siccitas eius virtualis tanta est,vt ventriculi siccitatem augere possit, quū præsertim(vt diximus supra)in eo longam morā non contrahat:danda tamen opera est (vt docet Galen.) quòd non solum omnibus alijs ingenijs ventriculum humectes,sed etiam moderate calfacias,minime eis quæ humectant, ea quæ valenter calfaciunt adiungendo,quippe ijs vehementer siccandi vis subest.

Iam verò quantitas noxæ in vtraque intemperie,ad materiæ inuentionem potest viam ostendere.Verbi gratia maximæ quidem siccitatis sanatio præscripta iam est:modicæ verò,adeò scrupulosa victus ratione non indiget, faciliusque ab ista aqua sanatur, quandoquidem nec vires ipsis funditus sunt collapsę.Etenim nulla alia de causa difficilis redditur validæ siccitatis in corpore commoda curatio, quàm quòd vbi refici corpus postulat,nec cibus,se ipso calescere cum eo potest, sed eius quòd nutritur operā qua præparetur requirit,ipsum est imbecillum.Quum ergo id modice siccum fuerit, propterea quòd vires non penitus conciderūt,vberius cibare licet: nec metus est vllus,ne à modo aberres. Ac ex potu huius aquæ,vel eius lauacro curationem sperare nō possis,si tamen extrema siccitate,ac frigiditate labo

ret

ret ventriculus, non solum hac aqua, sed neq; et quocunque alio generosiori præsidio liberari poterit: neq; eam in huiusmodi extremis intemperaturis laudo. Omnium enim intemperaturarũ compositarum ventriculi pessima est, frigida, & sicca, quare nil mirum si difficillime corrigitur, multaq; solicitudine indiget.

Si vero ventriculi intemperies sit valde sicca, mediocriter verò frigida, poterit hæc aqua ratione suæ actualis humiditatis, & caliditatis (vt diximus) conferre: & licet in ea non sit tanta humiditas, vt ex toto valde siccam intemperiem remouere possit, ppter sua mineralia nihilominus potest eam minuere, sed facilius alterare, ac aliquando in totum remouere mediocrem frigiditatem ei coniunctam, præsertim si vel ei admisceatur, vel alio modo quis vtatur tantum calfacietis materiæ, quantum ventriculus ad frigidam intemperiem inclinauerit, id est si modice refrigeratus fuerit, & valde exiccatus ea quæ modice calfaciunt, vt est aqua ista, ac similia, valde humectantibus adiungere licet.

At verò si ventriculus summa siccitate, multaque frigiditate laboret, sic vt fortius calfacere opus sit, aqua ista minime sufficiens erit, neque illis, qui isto modo sunt affecti, propinanda est.

Omnium enim intéperaturarũ grauissima hæc est, quo circa ad corrigendam quoque, non solũ ista aqua, sed omni alio quouis ingenio difficillimam esse, multaq; solicitudine egere, minime ignorandum est.

Si verò multa siccitate, modica verò caliditate ventriculus sit affectus: aqua hæc nõ solum sua actuali humiditate, sed etiam aliqua frigiditate, qua ratione aquæ, & ferri participare diximus: cõuenire videbitur. In reliquis verò intéperies hæc, vt sicca tantum curari debet, vini tamen vis, mellisque copia, aliarumq; rerum valde calefaciẽtiũ & exiccantium minuenda est, & non solum mellis copia minui debet, sed nullo modo degustandum esse iudico: vinum verò minime antiquum sit, sed nouum, aut mediocre, aquaq; cõmistum.

Si verò in ventriculo exuperet intemperies calida, cui adiuncta sit humiditas mediocris, quum omnium intemperaturarum compositarum vẽtriculi facillime curetur, poterit hac aqua sanari, vel saltem leniri. In ea enim (vt diximus) aliqua refrigerãdi vis reperitur: rationeq; suæ temperiei extremæ caliditati se se opponere poterit, neque tanta est eius actualis caliditas, vt validam ventriculi caliditatem augere, seu conseruare posit.

Respectu enim illius intensæ caliditatis (iudicio meo) frigida potius dici potest. Refrigerabit igitur, vel saltem intẽsam caliditatem leniet, ratione que suæ virtualis siccitatis, illam mediocrẽ vẽtriculi humiditatem alterare poterit: præsertim si in eo longam moram contrahat: & ea quis lõgo tempore, aut in potu, aut pro lauacro, vel fomento vtatur. Hãc verò intemperiem minore metu, quàm si coniuncta esset siccitati, aqua frigida curauit Gale. quando scilicet minime ex ea vicinæ partes lædi poterant.

Nã in siccis affectibus (vt ipse ait) necesse est, non ea modo, quæ proxima sunt, sed etiam totũ corpus gracilius reddi.

Ventriculo autem ipso nondum siccato, nec totum attenuatum esse corpus potest, quare nec frigidæ potu lædi.

Sicubi verò adeo vehemens caloris intemperies ventrem occupet, vt vsq; ad cor ipsum perueniat, febricitare hominem necesse est, quominus mirum est, si eiusmodi intemperiem maius periculum insequitur, sanatio tamen genere eadem est. Ista tamen intemperies minime hac aqua curari debet. Vbi enim febris est, & præsertim valida, eam non laudo.

Si vero in ventriculo calor coniunctus fuerit cum mediocri siccitate, poterit hæc aqua ratione suæ frigiditatis virtualis, & humiditatis actualis conferre, si tamen in alijs omne regimen ad frigidum, & humidum vergat. Ait enim Galenus quòd hæc intéperies eadem genere remedia poscit, cum ijs quæ valent ad supradictam intemperiem, ad quam scilicet febris de necessitate sequebatur, cæterum non adeo securus est refrigerantium vsus.

Et (vt habet idem Gale.) facillima quidem ad curandum ventriculi alterationes sunt, quæ ex calido, & frigido consistunt: propterea quòd maxime actiuis qualitatibus corriguntur, & licet in ista aqua actiuæ hæ qualitates non sint multum validæ, magis tamen actiuæ sunt, quàm quæ passiuæ in ea sunt, secundũ proportionem, in remouẽdoq; contrarias vẽtriculi alterationes nõ multum validas, & eis subiacentes potentiores sunt, q̃ passiuæ. Quare (vt ait ipsemet Gale.) ventriculi alterationes quæ in humido, siccoque habentur, ægrius curantur. Imbecillis, enim (& vt sic dicã) magis materialibus qualitatibus, idest non adeo actiuis, eorum curatio perficitur: potissimumq; quum humectandũ esse requiritur, ac tẽpus quidem caloris frigorisque reparandi par quodammodo est, securitas tamen impar. Nisi enim cuncta, quæ ei quod curatur circũdata sunt, corpora valida planè sint: metus est, ne ab ijs quæ refrigerant noxam contrahant non leuem, in reliquis duabus

duabus qualitatibus securitas similis est, tempus verò curationis(vt dictum est supra)in sicca intẽperie multo amplius est.

Sed ad aquam redeũdo, magis eã laudo seruatis seruãdis, & præmissis præmittẽdis in mala tẽperatura calida, & sicca, aut frigida, & sicca, non tñ intensa valde quàm in summe calida, & humida, aut summe frigida, & humida. Non enim mihi videtur, quòd eius actualis, vel potentialis caliditas, aut siccitas virtualis, sit adeo potens, vt non possit caliditatem, & siccitatem superfluam ventriculi diminuere potius, quàm augere.

Similiter etiã, frigiditas eius si aliqua in ea est ratione aquæ, & eius siccitas potentialis, ratione fiorum mineralium, non videtur adeo valida, quòd malam ventriculi intemperaturã frigidam, & siccam, magis quàm frigidam, et humidam lenire non possit. Sua enim humiditas actualis multo maior est siccitate potentiali, & in minori admodum tempore potest(iudicio meo)suã vim ventriculo communicare.

Sed quoniam in ventriculi sinu nõnunquam continetur humor: qui aut calfaciendi, aut refrigerandi, aut humectandi, aut siccandi, aut etiã horum aliqua per coniugationem efficiendi naturam obtinet, intẽperiẽ creat: interim verò, & in ipsas vẽtriculi tunicas(vt ita dicam) imbibitus siue impactus: videndum si aqua ista in huiusmodi affectionibus vtilis sit, & quomodo.

Est igitur notandum, quòd licet materia quæ continetur in vẽtriculo, sæpissime per vomitum educatur, ac remoueatˀ, nihilominus si vomitus spontaneus, seu voluptarius nõ fuerit, potest hac aqua plurimum facilitari, si ex ea tepida aliqua bibatur quantitas materiaq; euacuanda valde crassa, aut viscida non sit, aut in ventriculi tunicis valde imbibita, seu impacta nõ fuerit, & licet vt plurimum per viam vrinæ suam operationem complere soleat, aliquando tamen materiam isto mõdo in ventriculo contentam, ac facile fluxibilem per sedem educere solet, ventriculumq;, ac intestina abluere, atque mũdificare, præsertim si materia sit biliosa, vel pituitosa tenuis: si vèro crassa fuerit, ac lenta, ea, quæ vim habent attenuãdi, atque incidendi præmittẽda sunt, vel cum ipsamet aqua immiscẽda. In ea enim modica admodum attenuandi, aut secandi vis inest. Quapropter eã magis laudo, vbi vẽtriculus fuerit repletus materia biliosa, & pituitosa tenui, quàm melancholica, seu pituitosa crassa, & magis etiam vbi materia fuerit in cauitate ventriculi, quàm vbi imbibita, seu valde adhærens eius tunicis sit, si tamen illæ eędem materiæ vomitu facile purgari possent, minime hanc aquam laudo, nisi in modica quantitate, ac ratione potius facilitandi vomitum, & diuertendi materias illas ad intestina.

Sed quoniam nonnunquam, & forte vt plurimum ex alia quapiam, vel alijs particulis humor seu humores ad ventriculum confluũt,(vt habet Gal.)diligenter discerni indigent, quales scilicet illi sint, considerareq; effectricem causam oportet, vt scilicet postmodum inde recta curatio statim fieri possit.

In ventriculi igitur affectu, vbi id quod super uacuum transmittit inueneris, omnem huc curã conferre oportet, de ventriculo autem tantisper esse solicitum opus est, ne quæ confluunt, promptere recipiat, quod duplici ratiõe fiet, vna omniũ fluxionum communi, quippe quæ ab abstringentibus repercutiuntˀ. Altera verò non minus ipsã quoque omnium partium quæ ad bonam habitudinem reducuntur, communi, nempe ex ipsarum temperiei mediocritate.

Primum igitur, vt ait Gal. inspiciendum totum corpus est, an excremẽtosum, an plethoricõ i. nimia æqualiũ humorum copia redundans, fluxionem ventriculo immittat, & si excrementosum fuerit, excrementaq; multa, ac crassa fuerint attenuanda, minuendaq; sunt, deinde vero aqua ista propinari potest, præsertim si excremẽta, quę remanserunt biliosa, aut pituitosa, nõ valde crassa fuerint. Hac enim aqua non solum per viam sudoris, ac lotij, sed etiam intestinorum, ac vomitus expurgari facile poterunt, suaque stypticitate omnia membra naturalia validiora fient. Quare si in reliquis debitum iniungatur regimẽ istorum excrementorum abundantiam facile ex ista aqua à ventriculo diuerti poterit, si scilicet in potu debita sumatur quantitas.

Deinde vero considerandum est, an totũ corpus plethoricon. i. nimia æqualium humorũ copia redundans fuerit, fluxionemq; ventriculo immittat. Quòd si aliquando accidat, vena omninò incidenda est. Per eius enim sectionem humorũ æqualium copia euacuatur: deinde vero ꝙ parcius viuat, imponẽdum est. si verò tãdem aliqua adhuc fluxio ad ipsum ventriculum remanebit, si vomitu, vel alio quouis præsidio diuerti nõ poterit, tunc audẽdũ est super ista aqua, quæ sua stypticitate adeo ventriculi vires roborare poterit, vt non amplius huiusmodi materias recipiat, & si forte recipiet, poterit illas resoluere, aut concoquere, ad benignumque reducere, vel alia membra mittentia exonerare, abluere, mundificare, atque etiam roborare, in tantum quòd amplius huiusmodi superfluitates ad ipsum vẽtriculum,

non

non immittent. sed alia conuenientiori, ac vtilio ri via eas resoluent, & vniuersum corpus ab eis li berabunt, præsertim si nõ fuerint in partibus val de remotis.

Si præterea vniuersum corpus non fuerit ex crementosum, neque plethoricon, singulæ cor poris partes singulariter expendendæ sunt, atq; in toto quidem corpore existimandæ, tum redũ dantiæ, tum excremẽtorum notæ, & si partes ex illis fuerint, quæ ab ista aqua in naturalem habi tum reduci possint, & excrementa, quæ ad vẽtri culum transmittũtur, ex eorum genere sint, quæ ab eadem educi possint, perutilis iudicanda erit, quales autẽ sint huiusmodi partes, & qualia sint ea excrementa, notum erit ijs, qui ista nostra dili gentissime considerabunt. Illæ enim sunt, om nia membra naturalia, & excrementa præsertim calida, ac frigida, vel tenuia, aut saltem non val de crassa, aut lenta.

Sed vt aliquo modo ad particularia descenda mus, primum quidem in mulieribus, si ventricu lus patiatur, considerandum, an naturaliter non purgentur. Potest enim sanguis ille mẽstruus prę ter naturam retentus causam passionis ventricu li esse, vbi præmissa euacuatione humorum cras sorum, qui defluunt ad venas vteri, & illas ob struũt, potest hæc aqua intus, & extra vtiliter ac commodari. Habet enim ratione suæ actualis ca liditatis, & ferri, cuius naturam sapit, attenuare, aperire, omnesq; corporis meatus abluere, & prę sertim vteri, & sic potest ventriculum ab illa affe ctione liberare, præsertim si patiens regimine at tenuante, aperienteq; vtatur, caueatq; ab incras santibus, & obstruentibus.

Mox similiter in viris æstimandum est, nun quid excretio aliqua consueta, his retenta sit, ex qua scilicet ventriculus compatiatur, & si ex illis erit, quæ hac aqua euacuari, vel mundificari, aut rectificari possit, audacter eã ꝓpinare poterimus.

Nonnullis enim ora venarum quæ in sede ha bentur, euacuare superflua sunt sueta: quæ quidẽ si non euacuentur, sed retineantur, occasionem, vt ventriculus patiatur, facile præbent. Quare vẽ triculus ex huius aquæ vsu, vt videbimus infra, li berari poterit.

Similiter etiam in alijs solet sanguis superfluus certis quibusdam periodis è naribus fluere, qui si retineatur, potest ipsum ventriculum affligere, si scilicet ad eum confluat vbi etiam aqua Villensis non erit inutilis. Poterit enim ipsa mediante, vel diuerti, & euacuari, vel attenuari, vt scilicet per venas narium fluere possit, aut rectificare mem bra, quæ ipsum gignunt: necnon eius quantita

A tem minuere.

In alijs verò vomitus, aut alio quopiam modo in certis quibusdam periodis vas aliquod reclu sum est, quo superflua euacuari solita erant. Gal. namq; nouit id, tum in ore, tum in faucibus mul tis contigisse. in quibus quidem omnibus ex hu iuscemodi occasione, ventriculus non leuiter pa ti potest, & licet multis alijs præsidijs talis passio remoueri, vel saltem leniri possit, ego tamen in ter alia non postponerem aquam nostram. Ea.n. facile euacuari poterit materia illa, quæ per vomi tum expurgabatur, & vas reclusum aperiri, vt in de superflua quæ ad ventriculum confluunt, edu cantur, ac resoluantur.

Non desunt prętere a quibus per ventriculum sanguinis expulsio certo tempore fiat, potissimũ ijs qui cum vehementem exercitationem depo

B suerunt, à priore tamen victu nõ destiterunt, aut etiam arctuum toto aliquo sunt priuati. in qui bus quidem si sanguis ille retineatur, & ex illa re tentione vẽtriculi alteratio insequatur, facile cre di potest. q; si hæc aqua à prudenti medico exhi beatur, poterit facillime huiusmodi alterationẽ remouere, vel aperiendo vias, ꝑ quas solitus erat ille sanguis, ad ventriculum peruenire, vel rectifi cando membra, ne illam superfluam quantitatẽ gignant, vel illam aliunde diuertendo.

Sũt præterea quibus diarrhϾ, & choleræ, cer tis interuallis, oẽm corporis redundantiam edu cunt. quod nisi accidat, solet ventriculus inde pa ti, vbi etiam potest aqua nostra conferre, si scili cet ea materiæ illæ educantur, vel aliunde diuer tantur, aut alio quouis modo resoluantur.

C Ab ijs tamen (vt docet Gal.) illud æstimandũ, qua nam victus ratione vsi fuerint, vtrum ne fre quenti cruditate, aut satietate, idq; in ociosa vita, ac præcipue præter consuetudinem, an contra.

Illud deinde perpendendum, an aliud mem brum corporis, certo temporum circuitu vexari solitum, nunc non vexetur. Alijs enim articula ris morbus, aut coxendicis, aut podagra, alijs ce phalęa, aut etiã fluxio aliqua, quæ in oculos, vel aures procubuit, nunc migrauit ad vẽtriculum. non paucis vero catarrhi, & coryzæ idest destil lationes per guttur, & nares, quæ assidue vexa bant, conuersæ certo tempore in ventriculi lo ca sunt.

His igitur omnibus sic cõsideratis, si quidem ex minus momentaneis trãslatio facta est, quod superfluũ est, rursus ad ea reuelles, sin ex ijs quæ maioris sunt momenti, ambobus simul cõsules, eum semper summouens affectum, qui fluxionẽ excitet, quod quidẽ fiet si omnes corporis partes ad

ad bonam habitudinem reducātur, ac omnes naturales expulsiones fluxiles semper reddātur, qđ quidem aqua ista nonnunquam fieri poterit, sicut à prudenti medico facile cognoscetur.

Et si propter æqualium in toto corpore succorum redundantiam venter fluxione tentatur, totum corpus euacuādum est, vel pharmaco, vel aqua ista, præsertim si humores non fuerint valde crassi, neq; etiam in magna valde quantitate aggregati.

Simili modo si propter alicuius mali succi abūdantiam vēter fluxione tentatur, ille euacuādus est, qui profecto hac aqua commode euacuari poterit, atque postea ad ventriculum redeundum, si scilicet maiori confortatione, aut auxilio indigebit. Ista enim aqua nō solum vim habet huiusmodi materiam educendi, sed etiam mundificādi, ac ventriculum roborandi, qua quidem re indiget, quoniam quum per plures iam dies delata in eum superuacua sunt, aliquid vitij ex eorū malitia contraxit, quod quidem à virtutibus huius aquæ amoueri poterit, vel (vt ait Gale.) ex tempestiua absinthij potione, & si pro temperamento noxiæ fluxionis ventriculus intemperie aliqū laboret, corrigi nimirum per contraria præsidia postulat, inter quæ (vt vidimus supra) aqua Villēsis annumerari potest, et facilius quidem erit eiusmodi noxam corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam si desiderio eius qui curasset, longiore spacio permansit, aliquando tunicæ eius malo succo implentur, & sic non solum hac aqua, sed etiam alijs præsidijs difficilius curatur, aliquando verò ipsa similaris tunicarum ventriculi substantia intemperata non leuiter affecta, simili cura indiget, quam prius de intemperantijs supra retuli mus, quæ absque dubio, vt diximus, hac aqua cōpleri potest.

Si igitur succus vitiosus in vētriculi tunicis receptus, non adeo faciliter hac aqua euacuari poterit, vti si in eius cauitate esset, potest nihilominus educi præcipue, si valde impactus in ipsis nō erit, sed tunc (vt docet Galn.) loco iam dicto, ea pharmaca, quæ modice purgant, exhibēda sunt, sic vt eorum vis super ventris, & intestinorum loca non ascendat, aut si quid vltra vasa, totum in mesenterio contingant.

Verum quibus lenta pituita ventriculo infigitur, his antequā exhibeatur ista aqua, vel alia medicina solutiua exhibenda sunt quæcunque hanc dissecare valent. Sic enim postea facilius, commodiusque educitur. Quod si ad uomendum sunt idonei, cum in hac aqua sit aliqua virtus attenuādi, ac vomitum mouendi, præsertim cum mate-

D ria sit in ventriculo, vt nunc supponitur, non est inutilis, sicut neqne inutile est, in his vomitum p radiculā ex oxymelite (vt docet Gal.) tentare.

Si verò lentus humor non sit, neque crassus, facilius vel vomitu, vel secessu, vel etiam per vrinam hac aqua educetur, vel (vt ait Galenus) solo ptisanæ cremore, aut mulsa, per vomitum expurgabitur, & tunc sumendum vtriusuis plus est, quàm vel nutrimenti, vel etiam deiectionis cā sumeretur, vt scilicet facilior sit vomitus. idoneum vero est etiam tunc, si mulsa in qua incoctum absinthium sit, bibatur (vt iubet Gale.) nā id quoque tenues succos, quicunque videlicet in ventriculi ore continentur, commode deorsum impellit, & hoc idem absque dubio aqua Villensis augeret, si ex ea in potu debita sumeretur quantitas.

E Aliquando præterea mistus ex tribus iam dictis simplicibus affectionibus in ventriculo affectus apparet, ita vt & ipsæ solidæ eius partes laborent, & mali succi, ita ventri sint infixi, vt elui ex facili nequeant, & alij in interno eius sinu continentur. Potest namq; interim fieri, vt primus cū secundo consistat, potest & secūdus vna cum tertio, potest & primus cum tertio, ac sæpe etiā omnes simul esse. in omnibus tamen (vt dictum est supra) potest hæc aqua conferre. Si enim soli dæ partes ventriculi laborant aliqua mala tēpera tura, iā diximus, quomodo hac aqua alterari possit, similiter etiam si mali succi sint infixi solidis partibus, vt elui ex facili non possint. Ista tamen aqua possunt aliquando educi, ac ex illis locis amoueri. Si vero in eius interno sinu, & cauitatē

F contineantur, multo quidem facilius ea ablui, ac mundificari possunt, maxime si non fuerint valde crassi, aut tenaces, quod si accidat, præmittenda sunt, quæ vim attenuandi, aut incidendi habent, similiter etiam dicendum est, si huiusmodi affectiones inuicem complicentur, vel omnes simul adinueniantur. Medicus enim prudens potest omnia optime considerare, & ista aqua vti, vbi sibi videbitur cōuenire, præmittendo ea, quę ei opportuna videbuntur.

Primum vero in eiusmodi complexu æstimādum, à quo maxime discrimen ægro impendere videatur, secundo loco quid, quæ ve ex his causæ rationem obtineant, & quid effectus, tertio quæ sanari antea possint, & quæ non possint.

Vbi namq; à quoquam affectuum nō leue periculum instat, ad id quòd vrget dirigi primum curantis consilium debet, vbi aliud afficiens est, aliud quod ab eo efficitur, ipsa causa spectanda.

At vbi curare hoc, sine illo non licet, ad id qđ ordo

ordo dictat, est respiciendum, atq; in eo quidem curationis consilio, quod ab vrgente initur, affectus magnitudo perpendenda est, eaq; triplex est.

Alia quæ ex læsæ actionis præstātia spectatur.

Alia quæ ex propria affectus essentia.

Et tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, existimatur.

In eo vero consilio quod ex causæ ratione initur, animaduertendum, quid nam eorum, quæ cōiuncta sunt augere, aut gignere reliqua possit, quæ rursus vel gignantur, vel incremētum ab eo accipiant. In eo vero q ordo pscribit, quid à quo, vel quid cum quo, vel quid post quid sanari possit. Quibus omnibus diligentissime consideratis, à prudenti medico hæc aqua vbi opus fuerit, accommodari poterit.

Amplius hæc aqua in potu sumpta, cibi appetentiam inducit, eiusque nauseam tollit. Vbi notandum, q os ventriculi (vt habet Gal.) per se patitur abolitam, difficilem, & deprauatam appetentiam.

Vocat autem abolitam appetentiam, quum quis nihil omnino appetit.

Difficilem eam, quæ imbecilla est.

Deprauata autem appetētia partim ad immoderatam cibi, potionisq; exhibitionem vertitur, partim ad alienæ qualitatis desiderium.

Atqui hæc oīa naturales ipsius particulæ functiones sequuntur, ob quas à cerebro maximos neruos sortita est, quorum aduentu, abundātiori præ cæteris partibus oībus sensu prædita est.

Quum enim quodlibet animal in ambiētem aerem, per cutem dissipetur, & inaniatur, principio partes cuti subditæ inanes redduntur, at nati ua harum facultas est, vt cibum ex vicinis partib. ad se alliciant, vt impleatur id qđ erat inane, mox illæ rursus ex sibi vicinis, ac tertio loco hæ ex sibi propinquis, ita ex proxima quaque parte facto semper celeri tractu, perinde quasi in choro quopiam tandem venæ ad vētriculum productæ inanes euadunt, quæ & consueuerunt, & possunt cibum ex ventriculo ad se conuellere, veluti stirpium radices in terram demissæ, quippe tota hęc actio, quum non sit animalis, sed naturalis haud aliter in animalibus q̄ in plantis perficitur.

Igitur terra ventriculi vice, plantis tantisper promptum abundantemq; cibū ministrat, quoad anni tempora naturalem temperiem seruauerint, veluti si aliquādo ob squaloris excessum humor ipsius exaruerit, stirpes quoque ex alimenti penuria exarescent.

Animalibus vero vtpote, q terræ (præter pauca quædam) non adhærent, fabrefecit natura ventriculum veluti promptuarium quoddam cibi, quemadmodum stirpibus terram.

A

Addidit insuper facultatem, qua penuriā sentiret, vt animalia ad cibum, potionēque excitata, eodem tempore implerentur, vocaturque huiusmodi plenitudinis desiderium appetentia, quæ quidem ortum habet à penuriæ sensu, quum venæ ex ipso ventriculo trahunt veluti mulgentes, sugentesque.

Ventriculus vero huiusmodi suctionem non ferens, sed tanquam diuulsus, huius molestiæ remedium cibum exquirit.

Sic enim venæ ad exhibitum cibum conuersæ iam ex ipso, non ex ventriculo trahunt alimētū.

Accidit autem post exhibitionem, vt simul atque venæ ad cibos se conuerterint, ventriculus quoque trahat ex ipsis ad se se, quātum antea venæ ab ipso detraxerant, igitur functionis sensus est fames.

B

Reliquorum vero duorum symptomatum, alterum venarum suctionem præuenit, obtinetq; homonymam cum altero appellationem, nempe appetentiam, & ad naturalem pertinet actionem, non ad animalem.

Alterum vero puta inanitio hanc ipsam appetentiam præcedit. omnia itaque huiusmodi symptomata ordine se inuicem comitantia, ad quinarium numerum (vt ait Gale.) reducuntur, primum omnium est inanitio, alterum est inanitarum partium naturalis appetentia, hanc sequitur ventriculi suctio, deinde suctionis sensus, postremo ipsa animalis appetentia omnium vltima, atque hanc functionem aboleri contingit, si vel suctionis sensus pereat, vel suctio non fiat, vel corpus non inaniatur, iti dem exigua erit appetētia, si iam dictæ affectiones non pereāt quidem, propius tamen ad abolitionem accedere videantur.

C

Si igitur hæc aqua ciborum appetentiam excitat, hoc in primis est, quum scilicet humores calidos in cauitate ventriculi contentos, vel in eius tunicis imbibitos, & præsertim os eius petentes euacuantur, ac in totum remouentur, & frigiditas introducitur. Ad famem enim excitādam (vt ait Gal.) frigus in ventriculo non parum cōfert. Nam & vacua reddit corpora, ac ipsorum tunicas cogens, constringensq; famem suscitat, sicut inter potissimas, continentesq; causas, quibus fames impeditur calor numeratur, quippe qui solida corpora laxando dissoluat, atque ad attractionis functionem reddat imbecilliora, humida vero fundendo supra modum extendit. Similiter etiam potest hæc aqua cibi appetētiam excitare, etiam si nihil omnino appeteretur, vel, ꝑpter oris

ventriculi diminutam sensationem, ex præsentia scilicet aliquorum humorum ipsam impedientium vel quia partes ei vicinæ, ac primum remotæ non attrahant alimentum: nullaq; inde sequatur inanitio, vt profecto sequi debet, ad hoc vt cibi desiderium oriatur.

Si igitur in ventriculo sint humores, qui oris ipsius sensationem impediant, cibiq; desiderium tollāt, possunt hac aqua facillime remoueri, atq; resolui, præsertim si non sint valde crassi, ac lenti. quòd si tales fuerint, ea quę attenuandi vim habent præmittenda sunt, & sic postmodum rectè administrari poterit, si etiam cibi appetentia impediatur, quia partes remotæ ab ore scilicet ventriculi non trahant ab alijs sibi vicinis, & aliæ ab alijs, donec venæ peruenientes tanquàm manus quædam ad ipsum ventriculum nō alliciant sibi nutrimentum, hæc aqua conferre potest. Si enim fuerint partes exteriores, quæ repletæ non attrahant ab interioribus, si materia tenui erunt repletæ, & qui sic erit affectus vtatur hac aqua pro lauacro, nulli dubium quòd per halitum, ac sudorem inanietur, et humores illi resoluentur. quibus resolutis partes illæ necessario a magis intrinsecis succos attrahent, & illæ ab alijs, & aliæ ab istis, donec attractio fiat ab ore ipsius ventriculi; quo quidē inanito, fit exquisita sensatio, ad quā tandem cibi desiderium, & fames consequitur.

Si etiam illæ venæ, quę alimentum attrahunt, & fugunt ab ipso ventriculo, sint valde repletæ: vel etiam obstructæ, indeq; cibi fastidium, vel inappetentia sequatur, hæc aqua summopere conferre potest, non solum illos superfluos humores educendo, atq; mundificando, sed etiam obstructiones aperiendo, roborandoq; earum virtutes attractiuas, & expultrices, ad quas postea ventriculi inanitio consequitur, et sic insurgit naturalis appetentia, & ventriculi suctio, deinde suctionis sensus, postremo ipsa animalis appetētia omniū vltima. quæ quidem suctio, (vt dictum est) aboletur, si vel suctionis sensus perit, propter scilicet presentiam alicuius humoris, qui tamen (vt diximus) remoueri potest ex huius aquæ potu, vel si suctio non fiat, propter iam dicta impedimenta, quæ omnino hac aqua facile remoueri poterunt, vel si corpus non inaniatur, propter aliquod impedimentum in ventriculo, vel in alijs particulis cōmunitatem habētibus cum eo, quod quidem etiam sępissime ex potu dictæ aquæ, & nonnunquàm ex eius lauacro aboleri vidimus.

Amplius Gal. vj. part. aphorismorum, super aphorismo. iij. in quo ait Hip. quòd in longis difficultatib. intestinorum inediæ ex fastidio malū, D & cum febre peius. Notat difficultates intestinorum ex humoribus acribus fieri. sunt autem intestinorum exulcerationes, primum quidem summa parte abrasorum, progressu autem temporis, & profundiora habentium, & vlcera putrilagini vt plurimum obnoxia, quo maxime tempore, etiam ventriculus ipse compatiens, ad concoquendum offenditur. qua offensione magis, ac magis ad superiora perueniente, quando & os ventriculi vna afficitur, fiunt cibum fastidientes, hoc est inappetētes, sunt quidem, et ab initio nōnunquàm cibum fastidientes, propter malos humores fluentes ab hepate, quibus diximus abradi intestina, præsertim quum amaræ bilis naturam habuerint, nam pars eorum superfluitas ad os ventriculi effertur.

E In longis vero difficultatibus intestinorum, quum hic casus euenerit, mortem quandam ipsi aduenisse ventriculo compatiendi ratione significat, in qua omnino interijt appetentia, opus ad vitam necessariū. Omnibus tamen istis affectionibus vtilis est potus huius aquę. Ea enim humores illi acres euacuari possunt, intestinorumq; vlcerationes ablui, ac consolidari, & per consequēs in pristinum statum restitui appetētiam, illorum occasione deperdita, vel diminuta.

Si uero in longis difficultatibus intestinorum vna cum inappetentia febris adueniat, duorum alterum erit, vel scilicet putredo aliqua erit circa vlcera, vel inflāmatio essatu digna, atque ita toto patiente ventriculo, ægri se habent exitialiter, & tunc neque potus nostræ aquæ laudabilis est. tum propter febrem, tum etiam propter ingentem inflāmationem, quam quidem facile augere posset, licet vlcera abluendi ab humoribus putridis vim habeat, quum igitur alia tunc considerari debeant, minime ipsam probo.

F Laudatur præterea etiā in ijs, qui prauas qualitates, prauosq; cibos appetunt, quod quidem accidit ijs, quibus ventriculi tunicæ prauo aliquo excremēto sunt imbutæ, quod profecto hac aqua euacuari, atq; ablui potest.

Et huiusmodi affectus mulieres vitiosis humoribus refertas infestare consueuit, idq; quum vterum gestant.

Appetunt enim maxime per hunc affectum, & acida, & acerba, & nonnunquàm acria quoq; interdum, vel cimoliam terram, vel testas, vel extinctos carbones, aut alios huiusmodi cibos absurdos. atque complures earum huiusmodi vitio laborant vsque ad secūdum, vel tertiū mensem, in quarto vero quiescunt, partim, quòd vomitatione vitiati humores expurgantur, partim quòd

concoquuntur,

concoquuntur,vtpote exiguum cibi tum sumen A te muliere ob fastidium,partim etiam quod multitudo vacuatione sit imminuta,quippe primis duobus mensibus fœtus paucum ad se sanguinem attrahit,eo quòd parum adhuc auctus sit, adeo vt ne fœtus quidem nominari tum debeat,sed cyema potius,idest conceptus.

Vbi verò iam increuit, tum plurimo indiget alimento, atque tum non id quod optimum est è venis(vt antea dicebam)allicit, verũ etiam quia maiorem alimenti copiam requirit,aliquid vitio si simul attrahit, ita fit vt vniuersum corpus, & plethoricon, idest plenum esse desinat.& maiori humorum vitio crucietur.

At fœtus ipse excrementa quæ ab attracto redundant alimento,ad duas reponit membranas, quo fit,vt ipse quoque,& maiori humorum vitio, & maiori intemperie infestetur,quandoquidem B à vitioso sanguine alimentum sumit, nisi grauida mulier residuo quo vterum gerit tempore,optimis vtatur cibis,quod quidem regimen, absque dubio non solum post quartum mensem, sed et ante,melius est,quàm in potu hanc aquam sumere.Minime enim eam laudo in prægnantibus,nõ solum in hac affectione,sed etiam in omnib.alijs nisi forte ex ea modica admodum quãtitas bibatur,periculum enim est de abortu, multisque alijs symptomatibus.

Sed quoniam hæc malacia,idest hæc prauarũ qualitatum,prauorumque ciborum appetẽtia,nõnunquam etiam viris accidit,quando ipsis quoque vitiati humores ad ventriculi osculum defluũt, huiusmodi symptomata circa alimenti appetentiam euenire solent,ista aqua satis cõmode euacuari possunt,si videlicet non fuerint nimis cras C si,ac tenaces,vel impacti,aut infixi in ventriculi tunicis,& præsertim in ore eius.

In deprauata præterea appetẽtia,quæ fit si vehementiæ modum excedit,ac à nõnullis canina fames appellatur,quæ(vt ait Gal.)subito euenire non potest,sed plurium dierũ numero opus est, hæc aqua vtilis est.Ea etenim humores acidi, ac mordaces euacuantur,& abluũtur,quum ista fames fiat(vt ait Gal.)si ventriculus.i.os eius mordicus isestetur ob acidi humoris vitium,vel si totum corpus immodice disipatum, asiidua indigeat nutricatione, quippe frigidi hnmoris vitiũ rosionem, quæ sictioni proportione respondeat inducit,ac appetentiam,haud aliter,quàm naturale pathema excitat,atque cibi magis,quàm põtionis desiderium affert,idque propter refrigerationem,à qua etiam sola, nonnunquam appetitus caninus(vt testatur Gale.)fieri solet.Tunc.n. plura appetimus,quum os ventriculi in quo appetendi vis cõsistit,frigidiorem habuerit temperaturam,vbi aqua ista minime erit inutilis.Poterit enim illam immodicam corporis disipationem,& illam assiduam nutricationis indigentiã remouere,ac rosionem frigidi hnmoris vitio,vẽtriculo.i.ori eius inductam , insimul cum refrigeratione, si non ex toto, saltem pro maiori parte amouere.

Caninæ igitur appetentię causa est intemperies frigida,acidorum humorum vitium,aut plurima per totum corpus inanitio, siue ipsa caloris vim,siue retentricis facultatis imbecillitatem sequatur.

Vbi notandum,quòd propter acidorum humorum vitium accidit,vt eorum quæ fuerunt ingesta multa fiat deiectio,vel(vt ait Gale.)vt affatim impleti paulopost,aut euomãt, aut fluore deijciant,quod non solum ijs,qui prẹter naturam se habent accidere solet,verum etiam animalibus qui busdam integra valetudine degentibus, vt in auiculis,quas nostrates in Asia seleucidas vocant,videre est,quippe quæ iugiter locustas edunt, easque celeriter excernunt,ac in alijs quoque animantibus huiusmodi accidens naturale videtur,& propter plurimam per vniuersum corpus inanitionem accidit,vt cibus per ipsum digeratur.

Accedit ad hæc bulimos, idest vehemens fames,ita enim vocant.est que oris ventriculi symptoma,quum simul,& penuria, imbecillitate,& refrigeratione,afficitur.

Vnum tamen hic est animaduertendum, videlicet quod quũ senum corpus frigidum efficitur, tantum augeri contingit in ore ventriculi frigidam humiditatem,vt appetitus deficiat, atque ita excrementa exsiccentur,inopia eorum, quæ assu muntur,vt ad alimenti distributionem, vbi etiã huius aquæ potus non erit inutilis.

Amplius laudatur hæc aqua in remouẽda siti,& licet aliquando etiam eam inducere videatur,raro hoc accidit,& in his potius, qui ea pro lauacro vtuntur,quam in ijs qui eam bibunt.

Vbi notandum(vt ait Gale.)quod circa potionis appetentiam,tum similia, tum numero ęqualia eueniunt symptomata, illis scilicet quæ euenire diximus circa cibi appetentiam.

Accidit enim quasi priuatio quędã potus appetentiæ,quum corpus omnino non eget potione,ob frigoris.s.humorisque excessum, vel ventriculus suum pathos non sentit, propter aliquem videlicet humorem,vel qualitatem ipsum corrũpentem,vel saltem impedientem, vbi hæc aqua conferre potest,remouendo humorem illum, alterandoque

terandoq; frigiditatis excessum, & licet sitim remoueat (vt videbimus infra) nihilominus habet etiam virtutem ipsam inducendi, si à causis præter naturam ea ferè ventriculus priuetur. Sicut enim naturaliter os eius virtutem cibum appetẽdi habet, ita & potus. Quare quum quasi priuetur ea, potest hæc aqua plurimum prodesse.

In eodem etiam ore ventriculi nonnunquam deficit potus apparentia, quando.s. hæc eadem, quæ dicta sunt imbecilliora fuerint, vbi tanto facilius hæc aqua proderit, si rite, & à prudenti me dico administrabitur.

Amplius accidit etiam deprauata potionis appetentia, quæ deprauatæ ciborum appetentiæ ꝓportione respondet. Quippe immoderata appetitur potio, quando contenti in ventriculi tunicis viciati humores, aut salsi sunt, aut biliosi, interdũ vero quum veluti feruet in eo natiua ipsius humiditas.

Si enim (vt ait Gale.) salsi, aut biliosi humoris vitio mordicationem senserit ventriculus, potionem magis, quàm cibos desiderabit, quippe huiusmodi humores præter hoc, ꝙ ventriculum calfaciunt, & exiccant, vnde sitis causa prodire solet, etiam succos, tum in ipso, tum in venis fundere possunt, at symptoma quo succi funduntur, partes continentes replet, haud aliter opinor, ꝙ eas frigus inaniat.

Similiter etiam (Gal. ait) ꝙ ingentis sitis, quæ citra diabetem accidit, causa est ventriculus, aut calida, aut sicca, aut vtraq; intẽperie affectus, maxime vero os ipsius. proxime vero ventriculo est hepar, sed maxime pars eius sima (simul inflammatis.s. gulæ, pulmonisq; partibus) huius accidẽtis veluti radix est, quum à dispositione erysipelatis naturam mutante incenditur, vbi si ea quæ iam supra dicta sunt optime considerentur, aquã istam vtilem esse, facillime cognoscemus.

Sed quoniam (vt ait Gal.) sitis etiam sequitur magna ex parte tabitudinis genus aliquod, alias aliud: animaduertẽdum, ꝙ raro, vel ferè nunq̃, aqua ista accommodari potest, quare alijs potius præsidijs remouenda est.

Est præterea notandum (vt ait Hip.) ꝙ qui in medicamentis purgati non sitiunt, non quiescũt priusq̃ sitiant (vbi Gal. ait) ꝙ qui purgantur, nonnulli statim sitiunt, nõnulli postea, quod quidem fit propter ipsius ventriculi dispositionem, aut propter datum medicamentum, aut propter humoris euacuati naturam.

Vẽtriculi quidem ratione, quia ex caliditate, vel siccitate, vel ambabus istis qualitatibus prompte ad sitiendum perducatur, siue hoc natura in- D sit ei, qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore, in quibus quidem dispositionibus omnimo vtilis hæc aqua erit, ratione autem medicamenti, quum acut..m fuerit, & calidum, & mordax, impressionemq; fecerit in ipso ventriculo, vbi etiam semoto huiusmodi medicamento, adhibitoq; regimine refrigerante, & humectãte, poterit hæc aqua rationabiliter exhiberi.

Propter humorem vero euacuatum, quando bilis amara fuerit, vel alius humor calidus, & siccus, qui quidem os ventriculi potuerit exiccare, & calefacere, ad quas quidem alterationes (vt sępius dictum est supra) facile sequitur sitis, quæ ex huius aquæ potu, absq; dubio remoueri potest.

Ex contrarijs vero causis longo tempore sine siti perseuerant, quando videlicet, vel frigidiorẽ, vel humidiorem ventriculũ habuerit homo, qui E purgatur, vel ab initio, vel in tempore purgationis, vel quando medicamentum omni vacat mordacitate, sicut esset manna, vel cassia, & huiusmodi, tertio vero quãdo humor euacuatus pituitosus, aut aquosus extiterit.

Verum & in his (vt ait Gal.) quando abunde fuerint euacuati, consequitur sitis. Sufficiens etenim est ea, quæ ex euacuatione prouenit siccitas, hanc efficere. ac præterea ea, quæ est medicamenti purgantis vis habentis aliquam, & si neq; sensibilem, attamen latentem acritudinem, ac caliditatem, præsertim si sit vere medicamentum purgãs, & ista sitis hac nostra aqua remoueri potest, nisi sint aliqua, quæ vsum eius dissuadeant.

Gal. præterea ait, quòd si humiditas quæ ad arefactas venas fertur, qualitate acris, idest calidã fuerit, & facultate siccatoria, corpus incenditur, F ac inflammatur, vt si quispiã siticulosus effectus, liberaliter vinũ biberit, vel purum, vel aqua marina mixtum, vel solam aquam marinã biberit, & fatetur se aliquando ex ęstiuo itinere siticulosum redditũ, bibisse vini veteris paulo sincerioris calycẽ unum, atq; ex eo, utpote calefaciente, & exiccante, sitim magis auxisse, & minime placasse uti fecisset, si aquam istam bibisset.

Vt igitur nos quanquam mente, quæ appetitum moderetur præditi, interdum quidem neglιgentius, interdum autem, & incontinentius, atque etiam quum in promptu melius non sit, ad potum aliquem, qui & salsus, & acris sit, perueni re cogimur, sic & uenarum facultas attractoria ꝑpetuo vicinis ex partibus humiditatem attrahit, substantiam ipsius qualis nam sit, nullo pacto discernẽs. Ratione etenim caret, qua quippiam ex meliori scrutari possit, sed vt pueri, brutaq; à casu oblatum humidum quum sitiunt, irruũt hoc

pacto

pacto & illa.

Sunt etiam qui inexhausta siti cruciantur: de quorum numero non vidit Gale. & eum qui viperam deuorauerat (erat autem fortasse dipsas) et messores, qui forte fortuna vinũ biberant, in quo huiusmodi quædam fera fuerat extincta: & eum, qui ex veteri vino fuerat inebriatus: item eum, qui sitim tolerare decreuerat: et denique eos, qui in naui deficiente aqua, marinam aquam bibere ausi sunt: quod siti immoderatiore, quàm reliqui cruciarentur. Etenim soluta aluo, ac torminibus vehementer cruciati, celerius, quàm reliqui interierunt: quibus quidem omnibus, aqua nostra facile à prudenti medico pro remotione causæ, vt ex dictis vnusquisque facile sibi persuadere potest: vtiliter accommodari potuisset.

Si vero aliquis ardenti febre laboraret, ac siti valida cruciaretur: non hac aqua remouenda est. Ille enim, vt refert Gale. increscente etiamdum morbo, aquam frigidam liberaliter bibens, satiari non potuit: donec moreretur: si igitur non potuit febris illa: neque sitis, frigida extingui: multo minus hac nostra aqua extinguetur.

Prauas præterea potiones, quemadmodum & prauos cibos appetunt aliqui, pro viciati humoris, qui vincit in ipsis ratione: quæ quidem symptomata ijs qui diutius malo victu vtuntur, euenire consueuerunt: quæ profecto hac nostra aqua remoueri poterunt: si bono interim victu vtantur.

Valet etiam hæc aqua in alio symptomate, ventriculi osculum nonnunquã infestante: quod cardialgia, id est cordis dolor, seu maxima ventriculi sensatio appellatur: quod quidem symptoma satis molestum est: & ad ipsius ventriculi sentiendi facultatem pertinet, à mordacibusque succis ortum habet: qui profecto hac aqua optime euacuari possunt, & per consequens potest ab animi defectione, & virium prostratione liberare: quæ ad huiusce partis dolores à mordacibus succis ortos nonnunquam sequi videntur: quòd quidem nõ debet videri mirum, vt ait Galenus, quum videantur nõnulli: uel ob digiti offensam, animi deliquio laborare.

Proinde non mirandum est, si idem affecto stomacho accidat: tum ob exactam sentiẽdi uim, tum ob situs vicinitatem, qua duas principes partes, vt sibi consentiant adducere potest.

Etenim maxima symptomata à facili stomachi sensu prodire deprehenduntur: utpote qui cæteris causis, quæ molestiam inferre possunt omnibus, multo grauius infestet: adeo ut ad principes partes vtrasque transmittere uideatur.

A Atqui ubi neruosum genus, in quopiam maiori fuerit uel sentiendi, uel patiẽdi facilitate præditum: tum maxime principes partes, per quam celeriter ad sympathiam, id est consensum adduci contingit: præsertim si ob pathos aliquod, aut etiam suapte natura fuerint imbecillæ.

Quod si omnia quatuor conueniant, maximum inde pathema oriri necesse est: quatuor autem dico, si infestans stomachum affectus fuerit ualidus: si adamussim absoluto fuerit sensu: si neruorum, aut arteriarum genus, aut cerebrum, aut cor fuerit imbecillum.

Ita enim propter stomachum, & morbus comitialis euenire potest: & grauis sopor, & ueternus, & catalepsis, & delirium, & melancholia, consentiente principio, tum in cerebro, tum in neruis: porro cardiacæ syncopæ (vt uocant)

B consentiente, & in corde, & arterijs principio euenire solent: ita & pulsus abolitio, & exiguus, & deprauatus pulsus: & ex potu huius aquæ omnia hæc facile diuerti, ac in totum nonnunquam aboleri possunt.

Et forte tale quid accidit illi grammatico, de quo loquitur Galenus, qui quoties uel nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut inediam sustineret, aut irasceretur, comitiali morbo corripiebatur: perpendit equidem in hoc os uentriculi, utpote quòd facile sentiret affectum esse: ac deinde per consensum, & totum cerebrum, & corpus uniuersum conuulsione concuti: cui quidem aqua nostra prodesse potuisset, præsertim quum ex illis non sit, quæ stomachus propter sensus abundantiã tolerare non possit: quæ quidem, ut ait Galenus, ea sunt, quæ habent sub-

C stantiam ab humana natura ualde diuersam: à membri enim sensatione Gale. quintã intentionem curatiuam elicit: inquiens quòd præter quatuor intentiones curatiuas sumendas pro aliqua particula nostri corporis curanda, ipsa sentiendi, uel acrimonia, uel hebetudo cõsiderari debet: neque spernẽda est indicatio ista, qñ omne medicamen contẽnunt, quæ tardi sunt sensus, etiã si leuiter rodant: at quæ acuti sunt sensus eorũ uires dolore resoluũtur: expedit igitur has, nec cõfertim, nec semel ualẽtibus auxilijs, mederi tentes: sed tuto potius in tẽpore: at vbi tardus est sensus, in iis etiam celeriter obire, quod iustum est licet, semel vsis remedio, quod sit idoneum.

Amplius Hippocrates ait, quòd in febribus circa uentriculum & fortis æstus, & cordis morsus, uel dolor malum. Vbi Galenus inquit, quod os uentriculi appellatur cor: & dolores huius partis cordis dolores nominantur: & quòd fortis

ventriculi æstus à flaua bile in ipsius tunicis ebulliẽte generatur: & quòd rationabiliter ijs, qui ita affecti sunt, & ventriculi mordetur os, atque ob id malus est casus: qui tamen si cum febre non esset, ex potu huius aquæ remoueri posset. Quare si vnquam sine ipsa occurrat, audacter exhiberi potest.

Et vt idem Gale. asserit, ventriculi ostiolũ appellatur cor, propter magnitudinem neruorum, quos habet sentiẽtium: nihil latet, quod in eo infestet, ita fit, vt mordens biliosus humor cordis, idest oris ventriculi dolorem committat: & ob eam rem biliosa vomitio accidit: et ex potu huius aquæ euacuari potest.

Valet igitur hæc aqua in his, qui animi defectum incurrunt: ex bile os ventriculi molestante: præsertim ex cibi indigentia.

Et de syncope stomachica loquens Gale. ait, q̃ ex repentinis detectionibus deficere animam periculosum est: & raro hac aqua huiusmodi defectus corrigi potest.

Et vt idem ait, aliquando deficit anima expauescentibus ægris venæ sectionẽ, vel tale aliquod auxilium: quibus quidem non ista aqua, sed alijs præsidijs statim succurrendum est.

Vel anima deficit, quum in ore ventriculi humores mordaces sunt: vel prius in eo coaceruati fuerint: vel qui in ipso remedij vsu ad eum defluxerint: & in omnibus istis, hæc aqua perutilis est.

Plerique præterea febricitantes, vel inter surgendum, vel residendum, animo deficiunt: ob quam causam, accumbentibus ipsis secãda est vena: quibus hæc aqua minime accommodari potest: quia scilicet febricitant.

Laudatur etiam hæc aqua, ītus & extra, in maxima ventriculi raritate, ratione suę stypticitatis, ac virtualis exiccationis, qua vnit, & confortat totam ventriculi substantiam.

Amplius commendatur etiam, vbi ab assumpto cibo facilis sequitur vomitus præsertim si accidat, vel à supflua humiditate, vel etiam nimio ventriculi sensu, de quo dictum est supra.

Vbi sciendum quòd vomitus, vt ait Galen. ex genere resupinationum existit. quum enim valide vẽtris os affectum est, hoc accidit, & in prauis humoribus, quos venter propter imbecillitatem impulsus nauseę symptoma experitur: idq; quum cibus assumitur, & ob imbecillitatem extremã, post cibum hoc patitur. & quum vomitus ex stomachi grauati imbecillitate accidunt, remedium ex intemperiei correctione petitur: haud raro autem accidit, vt non solum stomachus, sed etiam venter ex imbecillitate, dum ciborum põdus ferre nequit, ipsos reijciat: interim per inferiorem partem, vbi stomachus illa robustior fuerit: interim per superiorem ob stomachi imbecillitatem: quo tempore hic inualidior fuerit inferioribus, quòd in vomitu euenit, vnum sanè est, verum subinde comitatur dispositiones diuersam curationem exigentes.

Et licet vt habet Gale. per vomitum ea, quę in spacio uentriculi continentur, eijciantur: tamen hæc aqua potest abluere, ac mundificare quæ remanent, & roborare ipsum ventriculum, ne huiusmodi superfluitates recipiat: vel si eas recipiat, vim habeat eas resoluendi, vel expellendi, aut ẽt ad benignum conuertendi.

Similiter etiam potest nauseã remouere, quæ nihil aliud est, vt ait Gale. quàm expultricis facultatis deprauatus motus: quo per gulam celerrime vacuetur id, quod ventriculo noxium est.

Amplius ut idem Galen. ait, fit in uentriculo pathos quoddam, corruptis in ipso cibis, aut ita deprauatis sumptis, aut etiam adeo multis, ut ipsos ferre nequeat: & ita fit, vt natantes in eo euomat: ad inferiora uero declinantes per inferiora quoque deiiciat. quare si non facilis sequatur vomitus, uel per inferiora deiectio: potest exhiberi ista aqua, in qua est uirtus mundificandi ventriculum, tum per superius, tum etiam per inferius ab huiuscemodi cibis, ac superfluitatibus.

Sed quum etiam sine cibis iam dictis insurgat sæpenumero uentriculi facultas ad uomitum, idque accidat: vel ob prauam bilem, vel pituitam, aut alium quempiam huiuscemodi succum, aut saniem: singulis enim animalis partibus insita uis est, expellens id, quòd in ipsis præternaturam consistit: quod si sic contingat, & pars redeat in sui naturam, non est opus alio præsidio: si vero non redeat, tunc si materia non sit ualde crassa, ac tenax, poterit hac aqua, uel per superius, vel per inferius, facile euacuari.

Scias tamẽ quòd qualis est, per vomitiones in uentriculo expultricis facultatis actio, eiusmodi etiam per tusses, & in pectore est, & in pulmonibus: nullum etenim animal didicit aut nauseare, aut uomere, aut tussire.

Quin complura animalia, ac homo quoque dum à generatione inculpata sanitate degunt: multo subinde tempore, neque uomitionis, neque tussis experientiam habuerunt: quod si causa molestiam afferens, aut ventriculi osculum, aut respirationis meatum obsederit: protinus animal, uel uomitione, uel tussi uexabitur. ut enim inter pariendum uterus, ita inter uomendum uentriculus mouetur: & huiusmodi motus sunt

opera.

operæ naturæ, annumerantur tamen symptomatis præternaturam ob causas naturā ad huiusmodi motum cogentes.

Et q ad ventriculum pertineat vomitus, manifestissimum est, quanquam nonnulli eum non naturæ opus, sed symptoma esse dixerunt.

Et vomitiones ad illud quidem symptomatū genus referri debent, in quibus causa præternaturam ad huiusmodi functiones subeundas naturam irritat.

Sed neq; eadem in omnibus est, huius motionis species, neq; ab eadem prodit facultate.

Sed quæ à ventriculo excernuntur, siue ab ipso per se, siue mediante aliquo artis instrumēto, ea à partibus idest à parietibus seu tunicis ventriculi circundantur, quæ quicquid in eis continetur, explodunt, haud aliter quàm manus, quum exprimere quippiam conantur. facultas autem hunc motum efficiens, ex naturalium numero vna est, et vt vomitum nausea, ita tussim screatio præcedit, itaq; vt nonnulli nausea affecti, non vomerunt, ita screantibus quibusdam nō secuta est tussis, idque ob causæ exiguitatem. q si facultas illa non sit adeo valida, vt possit huiusmodi materias expellere: tunc indiget auxilio artis. In quo casu aqua Villensis potest eas faciliores reddere, præsertim si non sint valde crassæ, aut tenaces.

Et quoniā non semper vomitio vtilis est, sciendum, vt ait Hipp. q illa vtilissima est, in qua pituita bile permixta quàm maxime est. i. in qua pituita plurimum permixta cum bile est, & si nō multa, neq; crassa est, sincerior enim deterior est.

Biliosus enim humor sincerus, vt ait Gale. caloris copiam, pituitosus indicat frigus, quinetiā sincerus humor crassior redditur, pituitosus quidem propter frigiditatem, biliosus vero propter exuperantiam caloris euaporatus, ac quasi exsiccatus, vel assatus. Hæ enim duæ causæ contrariæ crassitudinis sunt, calidum admodum, ac frigidum. Calidum enim euaporat, frigidum astringit, aqua tamē ista, si debite administretur, vtrūque vomitum curare potest. Si scilicet calor ille nō fuerit in summo, neq; etiam frigus, vel humores non fuerint frigidi, vel adeo cressi, ac tenaces, vt euacuari non possint. quod si accidat, eam præcedere debent attenuantia, ac incidentia, vt sæpius diximus.

Si vero vomitio fuerit porracea. i. biliosa viridis, aut liuida, aut nigra, quicunque ex his fuerit color, malum esse censendum est. Quemadmodum enim in corpore naturaliter bene dispo sito, crocea bilis gignitur, ita in corpore præternaturam se habente gignitur porracea, ac sæpe

A numero in ipso ventriculo, propter quorundam esculentorum cruditatem, aut olerum, qualia beta, cæpa, brassica sunt, atque etiam interdum talibus nequaquam ingestis, sed ratione morbi in ipsis venis gignitur, ac decumbit, aut in vētrem superiorem, aut in inferiorem, calorem in corpore indicans præternaturam, atque excrementi proprietatem talis temperamento qualis prædictorū olerum succus est, & quomodocunque fuerit, si cum huiuscemodi vomitionibus nō sit valida febris, potest hæc aqua conferre, magis tamen eam laudo, vbi materia viridis, & humida sit, quā vbi nigra, aut liuida. Facilius enim illa ab ipsa educitur, præsertim si in ventriculo cōtineatur, vel saltem in venis meseraicis, vel in parte sima iecinoris, aut etiam in ventre inferiori.

B Sed si idem homo omnes iam dictos colores vomit, exitiale admodum est, sicut accidit honorando patri meo, in cuius quidem ventriculo, ac etiam venis, ex multis animi perturbationibus à quibusdam malignis sibi illatis, adeo multiplicati fuerunt humores varijs, atque diuersis coloribus colorati, vt ex repentinis, malignis, naturāq; superātibus vomitionibus in spacio quatuor, aut quinque horarum, nullum ex arte medica leuamen inueniens, non sine maxime totius suæ familiæ dolore, & fletu, vitam in mortem commutauit, cuius quidē anima in domino requiescat, oretq; pro persecutoribus suis.

Si igitur idē homo omnes vomit colores, exitiale est siue de prædictis coloribus, porraceo, liuido, nigro, sit proditum verbum, omnes, siue et de alijs cum ipsis, quicunq; habentur præternaturam colores, vtrouis modo exitiosissimum est, C indicantibus in corpore multas haberi difficiles affectiones, quæ profecto vt alijs præsidijs difficulter, vel impossibiliter remoueri possunt, ita et hac aqua. Indigent enim generosiori, ac potentiori auxilio, si tamē diuersitas istorum colorum non dependeat à forti causa, & materiæ multæ non sint, & virtus valida in corpore sit, fortassis hæc aqua poterit aliquo modo affectiones illas si non ex toto remouere, saltem lenire.

Est tamen animaduertendum, quòd si vomitio liuida graue olet, ocissimam indicat abolitionem. putredinem enim indicat cum extinctione, omnis enim subputris ac fœtidus odor in omni vomitione malus est, propter scilicet putredinem, & tunc raro potest hæc aqua vtiliter accōmodari, præsertim si materia illa in qua fundatur ille color sit multa, & aliūde in ventriculum trāsmittatur, odorq; ille grauissimus fuerit: virtusque etiam debilis.

Est præterea notandum, quòd non semper, nec in omnibus, vomitus est malus, neque curá dus. habet enim Hippocrat. ꝙ graciles, ideſt biliosi, & facile vomentes purgare magis scilicet conuenit superius, ideſt, per superius, hoc est per vomitum, cauentes hyemem. In hyeme enim purgatio ista non recte sequitur: nam æstate magis superiores, hyeme autem inferiores purgare oportet.

Et Hippoc. ait, quòd vomitus sex brumalibus mensibus fieri non debet: quia id tẽpus, æstiuo est pituitosius, & morbi caput tentát, & regionem supra septum transuersum.

Difficulter vero vomentes, & mediocriter bene carnosos per inferiora purgari oportet, cauendo æstatem. si vero faciles ad vomendum, & graciles sint, per supiora purgãdi sunt, nisi sit hyems hoc est æstate, autumno, & vere.

Si vero difficulter vomant, & mediocriter bene carnosi sint, per inferiora, si res vrgeat, solũ cauendo æstatem, aliud autem anni tempus non oportet cauere.

Tabidos vero, ideſt phthisicos, vel ad phthisim naturaliter pronos, vt sunt qui pectus, ac pulmonem angustum habent, ad superiores purgationes nunquam duxeris, propter. s. instrumentorum quæ respirationi obseruiunt, imbecillitatẽ.

Hippocra. vero ait, quòd homines obesi ieiuni vomant currendo, aut celeriter eundo, meridie, & potionibus incidentibus vtantur, graciliores vero, & imbecilliores, à cibo vomitum prouocent.

Amplius biliosus humor mordens, oris ventriculi dolorem, seu morsum committit, indeq; etiam biliosa vomitio accidit, vbi aqua ista perutilis est, si ex ea conueniens bibatur quantitas: melius tamen per superius, quam per inferius huiusmodi humor educitur. Leuitate enim sua fluitare assolet, & versus gulam moueri, relinquens ventriculi fundum, quare facile vomitur.

Quod si algor. i. dolor à frigiditate cum rigore, præhendat tantisper hominem, magis etiam vomitio non solum citius, sed etiam bilis erit plenioris, quum soleat algor magna ex parte bilis efficere vomitionem.

Quinetiam si quid bibat, aut esitet, per illud tempus homo, adhuc citius deuomet. quia pariter cum bile ingesta cibaria in ventriculo vitiantur, vbi aqua nostra plurimum prodesse pót, eua uacuando, ac ipsum ventriculum mundificando non solum à bile, sed etiam à cibis corruptis, & alijs superfluitatibus.

Est tamen notandum, ꝙ non semper vomitus

D post cibum malus est. Gale. enim ait, ꝙ adeo vtilis est ijs, quibus febris tertiana notha perdurauerit, vt multos sciat illo solo statim fuisse curatos.

Et Hippo. ait, ꝙ à longo alui profluuio habito spontaneus vomitus superueniens morbum soluit: quoniam, (vt ait Gal.) à natura recte operante trahitur materia, quæ alui profluuium causabat: in quo neq; aqua ista, neq; alio ingenio impediendus est, quinimmo si aliqñ diminutus fuerit augendus, vel aqua calida, vel hydroleo, vel digitis, aut pennis immissis intra os (vt docet Gale.) qui etiam oleum calidum, absinthij comã in melicrato decoctã, atq; vinum summopere laudat.

Et qui consueuit bis mensibus singulis vomere, rectius ille ordine duobus diebus vomat, q̃ qn todecimo quoq; die, alij planè contra faciunt.

E Et qui ventrem purgare, aut corpus vacuare modice volunt, his confert vomitus, atque hi sępius cibum sumere debent, eumq; varium, & diuersa vina bibere.

Contra eos qui nolunt vomere, ventresq; habent plus æquo humidos, vt quærãt sisti, hos nec frequenter comedere, & varijs cibis, & vinis abstinere oportet. Nã semel cibum capere, & eum vnicum, item vinum vnũ bibere interest, ad hoc vt venter illa & retineat, & concoquat, contraria vero ęgrius tum concoquuntur, tum in ventre commorantur: & pro ciborum qualitate, & ordine sumptionis, aut innatare illos, aut excerni per aluum contingit.

Auxiliatur etiam illis qui ex obstructione iecinoris, aut venarum cibum concoquere non possunt, si. s. ex ea conueniens bibatur quantitas: & breuiter ea profecto vti possumus in omni mala ventriculi affectione, si commode digeratur. Nõ solum enim (vt dictum est supra) omnem eius intemperiem remouet, si valde indurata nõ sit, sed

F etiam ipsum mundificat ab omnibus superfluitatibus, ac roborat, appetitumq; in totum deperditum, causas ipsum impediẽtes remouendo mirabiliter instaurat.

Hæc aqua pręterea intus, & extra in omni mala iecinoris intemperatura rationabiliter cómendatur. In calida etenim, tum ratione suæ temperiei, tum ratione ferri: in frigida vero ratione suæ actualis, ac potentialis caliditatis, & aluminis, in sicca vero ratione suæ actualis humiditatis: in humida autem propter suam potentialem siccitatẽ: & in coniunctis eodem modo.

Si vero aliquis humor in eo superabundet, superfluusq; sit, eũ abstergere, mundificare, ac euacuare potest: præsertim si calidus, ac tenuis fuerit vel saltem non valde crassus, durus, ac pertinax sit,

sit. quod si accidat, ea quæ vim attennandi, ac incidendi habent, præmittere opus est. Habet præter ea etiam virtutem, facultatemque, ipsum confortā di ratione suæ moderatæ stypticitatis, necnō aperiendi eius obstructiones, si ab humoribus non valde crassis, tenacibusque fiāt. rursus in omni mala iecinoris affectione, præsertim calida, & à causa calida cōseruata, singularissimum præsidium est. qui tamen eo vtuntur in debilitate iecinoris à quacunque causa fuerit, caueant à coitu, in eo etenim multa spirituum resolutio fit.

Vtilis est etiam hæc aqua multis affectiōibus ortum habentibus ab hepate, vt ictericiæ, cachexiæ, formicæ, erysipelati, inflammationi, cancro, scabiei, lepræ, in qua summopere prodest, refrigerādo iecur, & humectando sanguinem præustū, à quo vt plurimum prouenire solet.

Amplius laudatur hæc aqua in iecinoris, & splenis duricie, non tamen omni, sed in ea tātum quæ ab intensa caliditate, & siccitate, tenues succos resoluente, & crassos magis incrassante ortū habet, vel in illa ad quam sequitur inflammatio, seu ad inflammationem vtrorumque viscerum ad quam sequitur duricies. inflāmationes enim lienis ob duriciem (vt ait Gal.) facile ex tactu deprehendi possunt, ex duricie namque lienis sequitur eiusdem inflammatio. pro remotione cuius vtilis esse potest vsus aquę villicę: & quod dicitur de splene, intelligatur etiam de hepate. Si autem duricies fit confirmata, & ab humoribus valde crassis conseruata, ex potu huius aquæ minime resolui, neque dissolui potest, sed periculum potius est, ne in corpore aqua retineatur, ideque vel aquaintercus: vel aliqua alia consimilis affectio sequatur.

Duplici enim intentione in huiuscemodi duriciebus opus est, mollificatione. s. & resolutione: quas quidem, vt verum fatear, ex potu huius aquæ minime cōsequi valemus, præsertim si à materia crassa, & viscida diu protractæ, conseruatæque fuerint, & si forte aliquando hæc aqua conferre potest his morbis, extrinsecus potius, quàm intrinsecus eam laudo. habet enim humectare, lenire, & aliquantisper attenuare, atque resoluere, & isto modo solet aliquādo præseruare ab hydrope, raro tamē accidit, vt ex hoc balneo huiusmodi duricies, præsertim in scirrhum confirmatæ resoluantur, quare tunc alia petenda erunt præsidia.

Solet hæc aqua in hydrope aquosa, & flatuosa à nonnullis laudari, quando videlicet in principio fuerit, indicatione tamen sumpta à virtute, & à membris nutritiuis, non autem ab aqua, neque à flatuositate. Habet enim aqua hæc virtutem corrigendi peccata ventriculi, & iecinoris, à quibus, vt plurimum aquaintercus pronenire solet, ita vt debito in alijs seruato regimine, pro rectificatione malæ temperaturæ ventriculi, & iecinoris, tuto in potu secundum istorum opinionem exhiberi potest. quibus quidem emendatis, optima sequitur concoctio, & sanguificatio, ad quam minime sequi solet, ipsius aquæ, & flatus generatio.

Sed quoniam videtur difficile, quòd huiusmodi aqua secure administrari possit, generationemque aquæ, & flatus prohibere valeat, videndum quo modo id secundum istorum opinionem ab ipsa aliquando fieri conspiciatur.

Pro quo sciendum (vt ait Gale.) quòd aquæ intercutis (neotericorum sententia) tres sunt species, primam ascitin, secundam tympanitim, tertiam hyposarcidan, vel leucophlegmatian nominant. & (vt idem Gale. asserit.) hydrops aquosa ascites, flatulenta tympanites, pituitosa leucophlegmatia nominatur.

Hippocra. vero duas tantum statuit differentias, nam tympanitin, & ascitin eiusdem speciei esse voluit. quoniam in vtraque nutrimentum in aquam redactum, inter intestina, & peritonęum transfunditur, sed in hac aquæ plus, quàm spiritus in vnum intus contrahitur, in illa copiosior spiritus, minor humiditas est, in reliqua solidæ totius corporis partes in aquæ naturam transeūt, quam immedicabilem esse scribit Hippocra. qui etiam idem affirmans ait, quod hydropum duæ sunt naturæ, quarum hyposarcias si hominem aggreditur, vitari non potest. Altera ex flatibus constat, multaque, et bona indiget fortuna.

Galenus tamen ait, quòd Hippocrates in hydropum differentijs fallitur. Nam hydropum vnus, humidi, substātia tenuis, copiam in tota inferiore thoracis regione aceruat, quam aliquādo per purgantes humidum, euacuamus.

Alter locum hunc non aqua, sed spiritu plenum habet, & ferè superiora omnia tumentia, hunc tympaniam appellant.

Qui autem habitum totū scilicet vniuersum corpus pituitæ plenum habet, eum hyposarcidiū nonnulli appellant.

Quo fit, vt nō exactè duas hydropum esse naturas dixerit Hippocra. neque etiam rectè dixit quòd si aggrediatur vitari non posse, & melius dixisset, interficit autem protinus, postea quàm factus fuerit, liber tamen in quo ista scribuntur non est Hippocratis (vt hic innuit Gale.) licet, ea etiam quæ ibi dicuntur (iudicio meo)

non careant ratione.

Sciendum præterea aquam intercutem à pluribus euenire causis. licet enim iecinoris imbecillitas necessario semper concurrat, nihilominus qui eam recte curaturus est, quum etiam per sæpe ex defectu aliorum membrorum si non statim, saltem medio aliquo interueniēte eueniat, non tantū ei, sed omnibus alijs attendere debet.

Ex diuturnis enim hæmorrhoidibus, vel suppresis, vel immodica profusione hominem ad extremam frigiditatem ducentibus, non semel, aut bis, sed sæpe iam aquam intercutem collectā vidit Galen.

Sicut mulieribus quoque tum menstruæ purgationis omnimoda cessatio, tum immodica vacuatio, quum scilicet vteri nimio sanguinis pro fluuio laborarunt persæpe hydropem accersiuerunt. Nonnullis vero earum, & qui muliebris vocatur fluxus in hunc terminatus est morbum, vt qui ab illis incipiunt, alio ve quopiam oportunorum ad id membrorum hydropas præter eā: qui ipsi quoque Erasistrati opinionem clare refellunt, verum non adeo luculenter, vt qui ex toto corporis habitu immodice refrigerato oriuntur.

Est enim ea prima generandi hydropis causa, ex sanguificationis defectu proueniens, simili genere, atque ex ciborū concoctionis defectu diarrhœa, atqui in tali hydropis genere, nec aliud viscus vllum, nec iecur, scirrho est affectum.

In ijs igitur morbis quos Græci, & anasarcas, & leucophlegmatias nominare consueuerunt, & in ascite, & tympania (vt ait Gale.) spacium quod iter peritonæum, & partes ei subiacētes est, aquoso humore impletur.

Proinde rationi consonum est, vt ob iecinoris refrigerationem cibus iam redditus in sanguinem transmutari non posit, quinetiam refrigerantur cum ipso vniuersi corporis venæ, idq; maxime, vbi nullo plerunq; tumore in iecinore apparente, laborans aqua intercutem molestari videtur, vitio existente vel in liene, vel ieiuno, aut tenui intestino, aut mesenterio, vel pulmone, vel renibus, aut etiam vbi plurimus per hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebre pro fluuium, aut quum retinentur menstrua, aut ob aliam ingentem vteri dispositionem. nam per omnes huiusmodi affectus, aqua intercutem hominem vexari contingit, vel nullo existente in hepate præternaturam tumore. Id vero præcipue intelligitur ab ijs, qui didicerunt, quomodo ex intempestiua aquæ frigidæ potatiōe, iecur aflatim refrigeratum, statim aquam intercutem

D inducit, ante quàm scilicet in durum tumorem attollatur: verum sic affecti, vehementi ciborum desiderio tenentur, nec mirum quippe ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates inualescunt.

Amplius (vt est sententia Hippocra.) omnis aqua intercutem si ex acuto morbo existit, mala est. non enim sedat febrem, sed dolorem admodum infert, ac mortem, ferèque incipit ex parte inani, ac lumbis, iecoreque. Vbi (vt ait Gal.) dum iecoris mentio fit, aquæ intercutis genituram habes, atque vna communi ratione, partis inanis, quæ sunt ieiunum, & lactes, & item intestina tenuiora, nam in more est vocari illas partes inanes, atqui inanis videtur omnis talis sedes si eam cum supernis, infernisque partibus vtrisque osseis conferas: at vero omnis talis pars flac-

E cida habetur, quoties non fuerit aliquis pauloante repletus esculentis, poculentisque: ita videtur Galeno, Homerum has ipsas corporis partes eo φ flaccidæ sint, appellare laparas.

Itaque cuiusuis aquę intercutis communis genitura est, ubi sanguificationis officium intercidat. Etenim quemadmodum in uentriculo cōcoquuntur esculenta: pari ratione in iecinore, et uenis: præconcoctum in uentriculo alimētum. quinetiam ut in uentriculo interdum minus intercidit concoctionis officium, interdum magis: ita in iecore. Nonnunquam enim iecur afficitur per se se, & sua ui, quemadmodum etiam uentriculus, interdum per consensum aliarum partium. itaque constat ut omnes sibi inuicem conferentes partes, aut quia uicinæ sint, aut quia habeant societatem magnam ex conceptaculis,

F neruisque afficiantur in hunc modum. iecur, ex magnis uenis copulatur & lieni, & uentriculo, & intestinis: atque etiam positura eorum ita uicina est, ut quædam contingant ipsum: quædam propemodum tangant: itaq; lienis nequaquam mentionem habuit Hippocra. siquidem de morbis acutis agebat. Etenim si hoc uiscus simul per longos morbos traxerit duriciem, ad consensum agit iecur, omnique corpori per tale medium aquam intercutem concinnat: porro iecoris, ac partis inanis mentionem facit, ac docet differentias aquæ intercutis ex illis.

Amplius (ut ait Hip.) Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neque aliter soluitur, in hydropem siccam firmatur.

Super quo apho. Gal. ait, φ quum huiusmodi affectiones non soluātur, neq; medicamētis, neq; alijs auxilijs, fit q̄dā earum partium patientiū habitualis

bitualis intemperatura quæ magna ex parte perseuerans, eam hydropem efficit, quæ ab Hip. sicca nominatur. uocatur autem hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniã summus venter percussus talem sonum edit, qualem tympana, nam & in illis per cutem extensam, aer percutitur, quemadmodum & ille qui in profundo locatur in tali morbi genere.

Quod vero & hoc morbi genus hydropem Hippo. nominet, est manifestum, non tamen humidum est, sicuti qui ascites ab vtri similitudine dicitur, in quo materia collecta non est flatuosus aer, sed humor aquosus. videtur autem à maiori frigiditate generari aquosus hydrops, quem asciten vocant, quoniam veluti in vtre quodam in membrana abdominis interiore humor continetur, à minore autem tympanias, neq; enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

Causa vero cuiusq; hydropisis est (autore Erasistrato, vt ait Galen.) inflammatio iecinoris, & lienis, temporis spacio in scirrhum indurata. Nã quum alimenti in ijs visceribus confectionem, atque in totum corpus digestiõem impediat, in aquæ substantiam ipsum commutat, q̃ ita refrigeratum inter intestina, & peritonæum, transmittitur, hoc quoque malum Hippocrati salutis spem nullam habet.

Quod si absque inflammatione hydrops præsertim anasarca eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in venis amplius continente, sanguis caloris inops, aquæ naturam induit, & ex venis ceu oleum ex vtribus defluit. Quousq; enim sanguis omnino in venis est, ab earum tunica continetur, vbi vero in eo pingue exuperauerit, vt in obesis sanguis effusus adipẽ generat, aut in aquam versus, aut dum non cõtinetur defluit in locum, qui intestina, & interiorem abdominis membranam interiacet, aut per vniuersum corpus diffunditur.

Ex istis igitur iam dictis habemus omnes species hydropisis, & eiusdem causas tam immediatas, q̃ mediatas, quibus quidem omnibus diligẽtissime consideratis, videndũ nunquid aqua Villensis pro curatione illarum duarum specierum iam supra nominatarum, tuto in potu exhiberi possit, q̃ quidem etiam ab imperialibus medicis dum illustriss. & excellentiss. D. Nicolaus Perrenotus à grandi vella, vtriusq; consilij apud Cæsarem vir primarius ab ipsis, vel saltem altera earũ detineretur Medicis Lucensibus quæsitum fuit, de quorum numero ego uti minimus cum alijs maioribus meis respondi, q̃ non, vt namque ve-

A rum fatear, in huiuscemodi morbis semper mihi valde suspecta fuit, etiã quòd in principio sint, indicatioque sumatur à virtute, et à membris nutritiuis, & ab illis à quibus (vt vidimus supra) euenire possint. Si enim aquosa hydrops tantum sit, & vitio iecinoris refrigerati, vel per se, vel per cõsensum eueniat, haud clare videtur, quomodo aqua ista, in qua non apparent qualitates multum calidæ, ipsam curare valeat. Caliditas enim eius actualis, ac etiam virtualis, nõ est adeo valida, ut uideatur posse remouere frigiditatem iecinoris, ad quam sequitur aquæ generatio: quæ profecto satis magna supponenda est. si etiam eius sapores considerentur, nullus quidem eam sufficientem iudicare poterit, non solum ad remouendam iecoris intẽsam frigiditatem, ad quam sequatur aq̃ generatio, immo neque minimam, aut medio-

B crem, si cum ea sit ipsius visceris duricies, ad quã sequatur aquæ generatio. Nihil enim in ea apparet, quod quidem uim habeat huiusmodi membrorum duricies molliendi, ac resoluendi. quare quũ etiam experientia clarissime nobis ostẽdat, non posse hydropẽ aquosam curare, siue in potu sumatur, siue quis ea ꝓ lauacro utatur. mihi uidetur, quòd ab ijs qui eam patiuntur fugienda sit, sed præsertim ab ijs, qui ex ventriculi imbecillitate ab intensa frigiditate molestantur. Ex illa namque satis magna quantitas solet in potu accipi. quare quum membra nutritiua, & præsertim ventriculus, & iecur, in ijs qui aquam intercutem incurrunt imbecilliora admodum inueniantur, dubitandum potius mihi uidetur, quantitatem illã in cauitatibus abdominis posse multiplicari, quàm iam genitam euacuari, aut mi-

C nui, neque speranda est (iudicio meo) illorum membrorum adeo refrigeratorum calefactio, quum (ut sæpius dictum est) admodum calida, seu actiua non sit, & si per interius huiusmodi hydropisis speciem curare non potest, multo adhuc minus per exterius eam curare poterit. sed dubitandum potius ex ea augeri posse, quum scilicet ventris cauitates per cutis poros ingredi facile posit, ibique residere: neque à virtute imbecilli resolui ualeat: & quòd carnem subintret satis manifeste apparet ijs omnibus, qui post longã in ea moram, bis, uel ter, sudatorium ingrediuntur, ut scilicet ea quæ in corpore subingressa est, commodè, utiliterq; resoluatur: ne scilicet ibi remanens, aliquod inferat incõmodum: licet náq; sua actuali caliditate sudorem prouocet, aquáq; resoluere isto modo uideat: nihilominus humiditas quæ per sudorem resoluitur, pro maiori parte est in uenis, uel in membris cuti uicinis, neq; eius

dem naturæ cum ea est, quæ in hydropicis in cauitate ventris inferioris resìdet: quæ quidem non ita facile (vt experientia testatur) à natura, vel ab arte, per sudorem resoluitur: & licet aliquando resolueretur, non propter hoc tolleret eiusdē continuam generationem: affectionem enim membrorum ipsam generantium non propter hoc curaret: nisi admodum leuis esset: quam tamen tutius alijs præsidijs remouere possumus.

Si vero aqua intercus ex refrigeratione iecinoris per consensum ab aliquo alio membrorū iam supradictorum euenerit: vel ex superfluo fluxu muliebri, vel superflua retentione, aut nimia sanguinis hæmorrhoidalis inanitiōe, aut alia ex iam dictarum causarum euenerit: tutiora præsidia hac aqua habemus: neq; hodie qs auderet eā exhibere, nisi forte īprudēs, prodigusq; alienę salutis eēt.

Neq; etiam video, quomodo flatum iam genitum, & in abdomine collectū dissoluere possit: ratione enim suæ diminutæ caliditatis actuali humiditati iunctæ, videtur potius augeri, vel saltem multiplicari posse: & qui eā bibunt, facillime hoc attestari possunt: nonnulli tamen aliquando ea vtuntur, nescio quo methodo, & qua ratione ducti: quare neq; in ascite, neq; in tympania, multoq; etiā minus in hyposarca, seu leucophlegmatia ipsam laudo: nisi forte aliquando in aliqua iecinoris inflammatione, aut alia præternaturam affectione, vel etiam alicuius alterius membri naturalis: ad quam facile ex incuria posset in processū temporis sequi aliqua illarum iam dictarum specierū hydropisis. Tunc enim præueniendo, eam laudarem: vitia namq; illorum membrorum sæpissime emendare potest.

Et si voluerimus præcepta Hippocra. & Gal. in curatione hydropisis cōsiderare: manifeste cognoscemus, aquam istam non posse aliquo pacto cōferre: præsertim vbi iā facta, cōfirmataq; fuerit.

In hydropicis igitur curandis (vt ait Gale.) duplex intentio haberi debet: vt scilicet sanetur tumor durus in viscere, id est ī iecinore, si ibi adsit: et coaceruata humiditas dissoluatur: sed differūt, quum talem tumorem partes patiuntur, & differentem exigunt curam.

Quare curatio hydropum, ad has tres reducitur intentiones: vt scilicet sanetur durus tumor, qui in viscere est: vt apponantur quæ humiditatem dissoluunt: & medicamenta quæ vrinā mouent, in potu exhibeantur.

Vel (vt ait Gale.) medicamēto opus est, cui pituitam educere facultas sit: primum quidem inferno ventre, deinde vomitu, tum apophlegmatismis, hoc est ijs, quę per os pituitā euocāt. Nam

D quum immodicus humor vniuersum in corpus extendatur: omnes sanè vsurpauimus euacuationes. In ascite vero propinamus ea medicamenta, quæ ciant aquam.

Duo igitur hydropes (vt idē ait) tolluntur: vel malagmatis exiccātibus, vel medicamentis vrinā ciētibus, vel erysipelatis purgādi facultate p̄ditis.

Quare ait, q̄ si exhibeantur medicamenta bilem purgantia hydropicis, parum admodum humoris proprij educetur: nec solum ægros non iuuabunt: sed vehementer offendent: quemadmodum si ex vena quoq; sanguis eis detrahatur.

Et aqua intercus ex flatibus (vt ait Hyppocra.) curatur, tolerantia, fotu, temperantia, cibisq; siccis, & acribus, idest calidis. Ita enim maxime tum minget, tū valebit patiens, si vero difficulter spirauerit, fueritq; anni tempus æstiuum, & florue-

E rit ætas, uiribusq; fuerit ualentibus, sanguinem à brachio tollēdum iubet: deinde calidos panes ex vino nigro, & oleo tinctos laudat exhiberi: ijsque q̄ minime bibere iubet: q̄ plurimum vero laborare, suillamq; edere carnem ex aceto coctā: vt aduersus arduas resistat inambulationes.

Quum igitur in hac aqua non appareat virtus discutiendi tumorem durum in uiscere (vt dictū est etiam supra) neq; dissoluendi coaceruatam humiditatem, aut pituitam educendi, nisi forte tenuem, et per accidens, soluendo scilicet humores biliosos quibus sit admista: neq; per vomitū, neq; per secessum aquam educendi: nō uidetur aliquo pacto hydropicis exhibenda: & licet urinam moueat, ipsam etiam multiplicat: & multotiens mingitur ut bibitur: quum etiam uim habeat humores biliosos, & tenues educendi, multo minus videtur ipsis conueniens: quum huiusmodi medicamenta, iis sic laborantibus aduersissima sint.

Hydropicis igitur aqua hæc danda non est: &

F licet aliqui eam commendauerint, ego tamē credo intentionem eorū fuisse, q̄ possit his tuto exhiberi, in quibus suspitio est, de aqua intercute futura: & pro remotione potius malæ temperaturę membrorum naturalium, & præsertim ventriculi, & iecinoris, ad quam facile sequi possit generatio aquæ, & flatus, q̄ ad ipsam educēdam, uel dissoluendos flatus, aut discutiēdos tumores duros in aliquo viscere.

Valet præterea hæc aqua in nonnullis renū affectionibus, quę (vt ait Gal.) ætate prouectioribus fiunt potissimum.

Vbi notandum (ut idem Gale. asserit) q̄ uitia, quæ in renibus consistunt: sunt inflāmatio, exulceratio, calculi, urinæ destillatio, & dolor magnus, seu grauis.

Et

Et locus male habens, idest magno, vel graui dolore affectus, non ex facili potest discerni, q; exterioribus partibus cohæreat, laxiusq; intestinum colon ipsis vicinum sit.

Quare quum ostenduntur, vel externarũ partium inflammatio, vel coli affectio esse apparet: & non raro, eiusdem intestini consensu renes dolent.

Quum igitur renes (qui vt ait Gal.) vrinam in vnam tantum vesicam transmittunt, inflammatione laborant, nihil per vrinam excernitur, sed dolores potius excitantur, non exactè locum dolentem ostendentes, ob eam quam diximus rationem, verũ intolerabiles, idest graues, & magnos: qui profectò nec cataplasmatis cedunt, nec imminutione per cucurbitulas facta remittuntur, sed sola medicamenta nephritica intus accepta præsidio sunt inter quæ quidẽ hæc aqua numerari potest, quare persæpe ex eius haustu intensam renum inflammationem cum dolore graui, curatam vidimus.

Si vero renes coli consensu doleant, ipsum euacuare, ac aperire oportet, sed raro hęc aqua in potu præsto esse põt, per inferius vero nonnunq̃.

Si vero exulceratio renes infestat, interdũ purulenta per vrinas excernuntur, interdum cruenta, vt accidit nobilissimo Bernardino de Bernardis ciui Lucensi, in quo etiam mortuo, dum eius corpus secaretur, maximam puris tenuis, & crudi quantitatem in rene dextro, & eius vrinæ delatorio adinuenimus, à suisq; medicis audiuimus, eiusdem naturæ saniem dum viueret, cum vrina diu reddidisse, à vesica tñ (vt sæpius audiuimus) nonnulli eorum eam descendere crediderunt, quum tamen in ea nulla esset vlceratio, sed in rene dextro tantummodo manifesta esset, cui quidem hæc aqua si alia nõ affuissent in vesica, idest in eius collo, cauitate, atque etiam virga, plurimum prodesse potuisset, tum abluendo, tum mũdificando, ac euacuando saniẽ, humoresq; acres, & mordaces ipsos renes exulcerantes, atq; ratione suorum mineralium cõsolidando vlcera iam facta, ipsosq; renes roborando.

In renibus etiam fit calculus, & (vt Galen. scriptum reliquit) propria passio puerorum est, qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruant, ex quibus pars crassior, vel glutinosior, vel vtroque modo vitiata, vna cum vrinis ad vesicam, vel renes perueniens, fit lapidum generationis materia: accedit etiam altera causa efficiẽs, vehementia .s. caliditatis.

Aceruant enim & senes humorem crudum non paucum, non propter edacitatem, vt pueri,
A sed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem, non tamen calorem fortem habent, qui ex materia crassa, vel glutinosa, vel vtroque modo vitiata vaporem resoluens lapidem generet, sed illud accidit, q dixit Gal. videlicet q stante viriũ imbecillitate in vltimis senibus, renes sępius obstruuntur, à materiebus .s. crassis, & crudis, et lapides generantur, quando .s. tenax, vel crassa superfluitas ibi firmata, in similem callo substantiam transierit. in quibus tamen lapis in vesica gigni nõ potest, ex defectu .s. caloris, ut forte accidit in Bernardino prænominato, licet non esset in vltimo senio constitutus, in cuius vesica .i. in eius fundo, & cauitate erat satis notabilis quãtitas carnis adenosæ carni testiculorum, & mammillarum similis, in eiusq; collo alia aderat materia callo seu nodo haud absimilis, dura admodum, colorisq;
B liuidi, quantitatis ferè duarum nucum, sicut alia etiam consimilis ferè naturæ licet minoris admodum quantitatis erat circa mediũ virgæ, quæ nõnunquam vrinæ exitum, seu descensum impedire videbatur, satis tamen nigrior apparebat.

Gal. dixit, causam, quare pueris in vesica lapides vtplurimum generentur, in ætate vero florẽtibus in renibus, esse, Quia in pueris omnes actiones naturales sunt fortiores, quare in eis fusa est, dissoluta succorum crassities, contrarium vero accidit in ætate florentibus, nam quum actiones in ijs debiliores sint, facilius cogitur succorum crassities.

Quum itaq; in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint eorum actiones, crassitudo materiæ diluta in renes dilabitur, indeq; facilius in vesicam transit, non parum etiam adiuuante ad
C trãsitus celeritatem ipso actionum robore, sicut econtra accidit dum vesica frigida est, membranosa enim est paucique sanguinis, & ampla intus capacitate parata, rursus hic consistit, densaturq; ad eam crassitudinem, quam paulo ante mõstrauimus, sed eius consistentiæ principium hoc sumit, si diutius in vesica commoretur.

Ipsa itaque glutinositas (quòd credibilius est) ab innato puerorum calore facilius subigitur, atque maceratur, vt hinc magis vniri possit, consistere, & condensari.

Adijciamus si libet, puerilium vrinarum crassitudinis causam, quæ certe alia nõ est, quàm puerorum voracitas, & mouendi excessus, mox ab alimento assumpto, dum scilicet pueri ferociunt & ludunt, in lactẽtibus hoc facit insuper ipsa materia, perfectis utique q in caseorum, & similiũ esu plurimi essent lapides in vesica, & renibus, fieri cognouit Gale. id circo lithiasis vesicæ puero-

rum

rum est morbus, haud enim potest collum, tam angustum in maioribus corporibus eē, vt humorem crassum remoretur.

In fœmellis etiam ceruix vesicæ dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est, & lata, vt nullo labore crassa per eam ipsæ meient, quæ in vrina feruntur, quæ dum musculi retinent (q̄ sæpe fit) & propter longitudinem, & angustiam ceruicis vesicæ materiam vesicæ æstuantis præbent, ad calculi generationem.

Nunquid autem lapis à caliditate tantum generetur, & non à frigiditate, volo vt videamus.

Et licet (vt habet Gale.) in rebus externis lapis fiat à calido, & frigido. In nobis tamen lapidē frigus non parit, neq; enim fieri potest, vt viuo existente corpore, frigus hoc accidat, quo concrescere valeat in homine lapis: quo fit, vt calore lapis in homine generetur, eoq; vel vehementi, vel tepido. Si enim crassa materia est, sufficere potest tepida, & moderata caliditas, & quæ naturalis est, ad firmandam, & indurandam terræ modo crassam hanc materiam, est namq; crassities ad generandum lapidem accommodata.

Eadem materia si tenuior est, vehementiori tum planè indigebit caliditate, q̄ quæ naturę modum nulla parte excessit, nempe alia quæ est præternaturam, qua durescat in terram, propterea q calor vult quicquid tenues partes habet, distrahere, donec ex eo q relictum est, duriore videlicet, lapidem possit conformare, ideoq; simpliciter calore fit in nobis calculus. & licet Gale. in eodem loco scripserit, q calor temperatus, aut modicus non sit sufficiens ad lapidis generationem, illud intelligi debet, si materia nō fuerit multū crassa.

Et quum renibus insit calculus, aliq̄n cruēta, partibus videlicet ab eo exasperatis, ac præruptis eijciuntur, aliquando arenulæ in vrina subsidēt, vel (vt ait Gal.) quum derepente nephritis. i. renū vitium inciderit, lapide notatu digno, vel in renum aliquo, vel in vreteris impacto dolorem excitat, colico haud absimilem, & quum ex his quę in vrinis resident, aut lapide cum vrina excreto, planè discerni possunt, nullus reliquitur quæstioni locus. licet non pauci laborantium inueniantur, qui dolorem modicum in profundo lumborum infestantem sentiunt, quamuis ab initio nōdum sabulosum quippiam manifeste excernatur quibus dato medicaméto, q lapidem in renibus conterere posset, simul & affectum ipsum, & sedem affectam cognouit Gale. atq; ipsum habuit curatiōis principium. Quum enim a medicamēti potione in vrinis sabulosa quædam subsidere cōspiceret, nephriticum affectum esse cognouit,

D atq; deinceps eadem medicamenta exhibēdo, reliquam perficit curationem.

Vbi notandum, q si friabilis sit lapis, vel etiā recens modo nascatur. i. adhuc non sit confirmatus, in remissione, sanguinolenta vrina redditur, quasi nondum segregata. vt tamē experientia cognoscere potui, raro hæc aqua renibus calculosis succurrere potest, nisi adhuc valde mollis fuerit lapis, vel arenulæ tantum sint ibi paratæ, ex quibus lapis fieri possit, vbi quidem conferre posset. In ea namq; est virtus ipsas educendi, si. s. ex ea in potu per multos dies sumatur. Abluit enim lotij vias, suaq; quantitate, diureticaq; facultate apérit, atq; dilatat, prius tamen optime purgādi, qui ea vtiliter vti voluerint, neque credas in ea vim lapidem frangendi esse, si sit valde induratus, sed si adhuc mollis fuerit, poterit (vt dixi) ipsum li-

E quefacere, atq; secum ducere, tutius tamen est ea vti, vbi arenula adhuc in lapidem conuersa non fuerit. Quoniam absq; dubio, vel sit in renibus, vel vesica, ipsam secum ducit, refrigerandoq; ipsos renes, & iecur, eius generationem tollit.

Amplius (Hippocr. ait) Quibus in vrinis bullæ subsistunt, morbum renalem, & longum significat.

Vbi Gal. ait, quòd bullæ fiunt circum extento humore spiritui flatuoso, solet autem hoc magis accidere, quando humor aliquid tenacitatis habet, tunc autem, & bullæ ipsæ sunt stabiles, & difficulter solubiles.

Quum igitur spiritus flatulentus vna cum vrinis excernitur, signum est frigidæ ægritudinis renum. Hæc enim aggregat spiritum flatuosum, atq; ideo ægritudo est longa, frigidum enim om-

F ne est difficulter solubile, & vix coctiōem admittit, atq; ideo diu durat.

Et hac aqua difficulter solui potest, præsertim si humor aliquid tenacitatis habeat, & frigiditas multa fuerit, vbi alia præsidia petenda sunt, nisi forte ei addas aliquod aromaticum, & attenuās, incidensq;, sed quum nonnulli asserant, ab urinarum acredine nonnunquam ora arteriarum aperiri, quæ sunt in renibus, atque inde excerni spiritum aliquem, qui cum vrinis exiens bullas facit, tunc posset hæc aqua accōmodari, ipsa enim vrinarum mordacitas, et acredo remitti potest.

Hip. præterea ait, q quibus subsidens, seu insidens pingue, ac simul totum. i. in eodem tēpore; acelerrime his renum vitium significatur.

Et Gale. ait, quod siue alui excrementum, siue vrina pinguis, vnctuosa, vel oleaginea fuerit, ex colliquatione adipis fit, non magis in renibus quàm in toto corpore residentis, quare neq; omnino

nino morbi renalis est signum, sed cõmune omnis adipis ab igneo calore colliquati.

Extant tamen cautiones: quibus hoc discernatur, in colliquatione enim totius corporis, adipes colliquati paulatim, id est tarde, & non vniuersim cum vrina exeunt. Recipitur enim adeps à venis membris vicinis, deinde ab ijs, quæ cõtinuantur: & rursus ab alijs, & alijs, donec tempore protracto ad renes, & vesicam perueniat.

Adipis vero in renibus colliquati propter vicinitatem transitus celerrima est excretio, & non paulatim: sed simul tota fit: atq; ideo in renibus ipsis dispositionem esse demonstrat: cui rei, & experientiam inuenies, si diligentius animaduertes consentientem.

Et pinguedo veniens à renibus, illico quum vrina micta fuerit, in superficie apparet: et est multa. quia quum veniat à propinquo cum vrina nõ commiscetur, vel parum, immo statim ab ea separatur: & tunc vrina non incenditur, nisi fortasse caliditas hepatis ei societur.

Pinguedo vero quæ venit à toto, à longinquis euenit: & multum vrinæ commiscetur: quare tarde ab ea separatur, neq; statim post mictum apparet, quum pinguedine superueniente à toto vrina est incensa propter caliditatem febrilem: & est minoris quantitatis.

Si vero fit adipis renum ab igneo calore in renibus decumbente sine febre: ex ista aqua potest facile adeo remitti, q; inde illa adipis colliquatio minime sequetur.

In alio præterea sequenti aphorismo ait Hippocra. Quibus autem morbo renali laborãtibus prædicta accidunt signa: doloresque circa spinæ musculos fiunt: si quidẽ circa loca exteriora fiant, abscessus quoque exterius futuros expecta: si vero dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.

Vbi Gale. ait q; in prioribus aphorismis signa docuit Hippocra. per quæ renum vitia possemus dignoscere: in hoc vero de ijs docet, quos longo tempore scitur morbo renali laborasse: inquiens, futurum abscessum dolore cum signis prædictis antea veniẽte, hoc est circa musculos, quos & spinæ musculos, & spinales medici nominant: quorum quidem duplex est genus, & in vtrisque horum se firmauerit dolor, illic quoq; abscessum futurum expecta: qui quidem ex huius aquæ potu sæpissime diuerti potest: & scias q; nonnunquam musculi soli hoc patiuntur, interiores scilicet, & anteriores, vel posteriores, & exteriores, & sine musculis renes, nonnunquam introrsum, nõnunquam extrorsum, vrgente in ipsis abscessu: qui (vt A dictum est) ab ista aqua diuerti potest: & ab ipso Gale. datur modus ipsum cognoscendi, dum ait. Quod si laborans dolorẽ modicum in profundo lũborum sentiat ĩfestantẽ, & ab initio sabulosum quippiam manifeste nõ excernatur: si dolor cum horrore interpellato, varioq; infestare videatur, sequanturq; febres inordinatæ: tum pronũ in ventrem decumbere, atq; interdum in alterum latus vt sublimis sit affectæ partis positus, laborantem se se vertere iube: atq; deinde interroga, num circa renem dolentem veluti suspẽsi cuiusdam ponderis sensum percipiat: etenim quum hæc ei acciderint: abscessum iam concretum coiicere oportet: quo concocto pus mictum, vt laborantem à dolore liberat: ita vlceris in rene periculũ affert: proinde exacto studio laborandum est, vt inducatur cicatrice: q; nisi illico contigerit, difficiliorem B reddet curationem: & ego hac aqua vterer, non solum pro mundificando rene ab ipso pure: sed etiam pro inducenda cicatrice, ratione scilicet suorum mineralium.

Ea præterea quæ pilis similia sunt Hippocra. quoque cum vrinis. nonnunquam excerni vidit: quemadmodum in aphorismis scriptũ reliquit: ac ipse Gale. fatetur aliquando se vidisse, quæ semipedis longitudinem çquarẽt: interdum etiam ijs longiora, quæ nonnunquam adeo videbantur exigua, vt miraretur, quomodo in renum spacio talia possent consistere: proinde probabilius sibi visum fuit, in uenis huiusmodi res ꝓcreari: at vbi pilos meiendo excretos vidit, tum ex colore, tum ex mole, credidit dicentibus eos ex crassa, lentaq; materia quam calor calfecit, exiccauitq; in venis consistere: quãquàm longitudinis ipsorum cau- C sam non intelligat: omnes vero quotquot huiusmodi affectu laborare consueuerunt: neq; ante ipsum neque rursus post ipsum, nephritico aliquo accidente fuerunt molestati. Etenim curati fuerunt medicamentis, quę ciere urinam possunt: cuius generis est aqua Villensis, in qua nõ solum est ista virtus, sed etiam remittendi caliditatem exicantem illam materiam crassam: necnon eã educendi, si valde crassa nõ fuerit: q; si talis fuerit: vel cum ea admisceri debent attenuantia, & incidentia, uel præmittenda sunt: & sic facile hæc affectio ex huius aquæ potu curari poterit.

Amplius est, & alius renum affectus, quo tenuis sanies sanguinis mingitur, similis excrementis, quæ in hepaticorum affectuum initio excernuntur: nisi q; magis videtur crueta: cuius rei causa est, dispositio haud absimilis ei, qualis in iecore imbecillitas est: insuper quũ ora, aut meatus, per quos ex concaua uena in renes vrina percolatur, supramodum

tis

supramodum dilatatur. pro cuius curatione à prudeti medico potest propinari aqua ista: quũ in ea sit virtus roborãdi renes, & oẽs meatus vrinarios. Ad renes quoq; pertinere is affectus videtur, quẽ alij matellę ĩtercutem, alij vrinę profluuium, alij diabetem, alij dipsacon appellãt: qui certe q̃ rarissime euenire solet, eum tamen semel vidi in nobilissimo Paulino Arnolphino affini meo, à quo fuit superatus, ac vita priuatus: alia uero vice, ipsum vidi in socero meo Ioanne de Guinigijs septuagenario, in quo quidem per nonnullos dies perseuerauit: & tandem quum non adeo violenter flueret vrina, vt in Paulino iam dicto, & etiam quia citius præceptis Medicorum se se dedit, fuit liberatus, & viuit. Tertia vero vice ipsum vidi in filia Thomasij de Trentis: quæ quidem in spacio. 24. horarum quantitatem. 48. librarum meiebat, quã ex decocto ligni. S. optime curaui. Gale. etiam eũ bis dũtaxat vidit, supramodum. s. sitientibus infirmis: atq; subinde bibẽtibus: quapropter exuberanter quoq; reddiderunt id quod biberunt, eo à sua qualitate non mutato: atq; hic renum, vesicæque affectus similis est ventriculi, intestinorumq; leuitati: quo. s. ad transitus celeritatem pertinet: iste tamen affectus maxima cum difficultate ex potu huius aquæ curari potest, quum vrinam prouocet: suaq; stypticitas, & exiccatio tanta non sit, vt posit vrinæ vias adeo laxas roborare: vel tantam humiditatem exiccare: si tamẽ ista aquositas multiplicaretur vitio hepatis, sicut verisimile est aliquando fieri: tunc aqua hæc forte conferre posset: ego tamen credo, q̃ si ea quis pro lauacro vteretur, posset ab huiusmodi affectiõe liberari. habet enim vim non solum sudorem prouocandi, sed etiam roborãdi omnia membra naturalia: & aliquando etiam illam superfluam humiditatem ad viam intestinorum, vel cutis diuertendi. Est tamen animaduertendum, q̃ renum, & vesicæ vitia in senioribus, vt ait Hippo. difficulter sanãtur: hoc est, multo negocio, ac tempore longo. Quoniam earum partium opus indesinens est: quiete autem opus est, si quid sanari debeat: & quia superfluitas acris apta irritare, siue vlcus, siue inflãmatio, siue aliqua alia pasio in ipsis constiterit: multo autem difficilius sanãtur, in senibus vesicę pasiones, quoniã & omnes alij morbi præcipue longi: tales enim omnes cum ipsis commoriuntur.

Laudatur etiam à nonnullis huius aquæ vsus, intus, & extra in ijs, qui inuoluntarie vrinam reddunt, idest in iis, qui immoderatam quantitatem vrinæ mingunt: quod quidem accidit (vt ait Gale.) quum nerui per quos animalis facultas ad musculum vesicæ peruenit, afficiuntur: aut spina ipsa D læsa est, quare resoluitur musculi actio, atq; excernitur vrina, vel inuito laborante: et si resoluantur nerui musculi ceruicem vesicæ stringentis, proprium indicium q̃ musculus hic resolutus sit, est vrinæ præter voluntatem excretio.

Quare (vt ait Gal.) fuit quidam, qui luxatis ad externas partes vertebris, vrinam inuitus profudit, nullo infestãte vesicam dolore: in quo conijecit eius musculi neruum, qui vesicã claudit, fuisse affectum: proinde spinam curare voluit.

Et vt idem ait, quum urina citra mingẽtis voluntatem effluit, uesicæ relaxationem innuit: qui morbus difficilem curationem, aut nullam recipit: quare mihi uidetur: q̃ qui laudant aquã istam in curatione huiusmodi pasionis à quacũq; iam dictarum causarum eueniat, parum eam cognoscant. Nunquam enim aliquem, ex ipsa curatum E vidi: neq; in futurum spero posse aliquem uidere, & si forte aliquo modo vtilis est, ego eam magis laudarem extra, q̃ intus, sicut dixi etiam supra, dũ sermo esset de vrinæ profluuio. Prouocãdo enim sudorem, si non totam quantitatem illius vrinæ diuertere, ac resoluere, saltẽ minuere posset: & ea quæ urinæ deseruiunt, roborare.

Valet præterea hæc aqua in potu sumpta in his qui stranguriam. i. vrinæ stillicidium patiuntur: qđ quidem ut ipsum nomen ostendit, nihil aliud significat, nisi urinæ stillatim expreßionẽ: & (vt habet Gale.) accidens uesicę est, non aũt affectus. Et Hippocra. ait q̃ recto intestino: aut utero inflammationem patiente, & renibus purulentis apparentibus urinæ stillicidium accidit.

Vbi Gale. ait q̃ quando aliquis parum, & frequenter mingit: hæc pasio vrinæ stillicidium no F minatur: & fit aliquando ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in vesica, nonnunquam uero (sicut etiam alibi dixit) ex acredine urinæ.

Imbecillitas ergo fit, propter intemperaturam immoderatam quum uero octo sint immoderãtiæ, in singulis earum debilis uesica erit: atq; ideirco ad eam urinæ stillicidium consequetur: & pręsertim ad frigidam (ut dixit Gale.) & propter aliquem tumorem præter naturam: acritudo autem uel propter renum pasionem, uel quia talis ad ipsos uenit ex uenis superfluitas serosa pcolata: uel ut ait Gale. à quibusdam fit intemperaturis, sed magis à calida, deide à calida & humida, postea uero ab humida.

Fiet itaq;, & ob hæc urinæ stillicidiũ: demptis his, quæ sunt ꝑpriæ uesicæ pasiones: ad quas vrinæ stillicidia casus ratione consequuntur: ueluti quum ob ulcus, aut erysipelas, aut absceßum, in ea factum, uel inflammationem, aut tale quid aliud,

aliud, vrinæ stillicidium contigerit.

Si vero aut ab vlcere, aut imbecillitate procedit, à vesicæ affectu factum esse dicetur, quemadmodum vbi acrimonia in causa est, aliquãdo ob renum vitium, aliquando ob alias partes, quæ cũ vrinis humorum suorũ vitia, aut pus vbi abscessus aliquem infestauerit transmittere possunt.

Euenit etiam interdum humoribus qui in venis sunt, & per renes, & per vesicam expurgatis.

Recte itaque dixit Hippo. vrinæ stillicidium recto intestino, & vtero inflammationem patiẽte, & renibus suppuratis aduenire.

In recto quidem intestino, & vtero per cõpatiendi rationem vesica patiẽte, in renibus autem purulentis, pure per vesicam euacuato.

Hoc igitur sui acredine mordens, vesicam excitat ad excretionem.

B In vteri autem, vel recti intestini inflammatione vicinitatis ratione, pati vesicam est necessariũ vt quæ & intemperaturam participet, & inflammationem, & præterea prematur, atque angustetur à tumoribus præternaturã, qui in illis residẽt.

Amplius est notandum, (vt ait Hipp.) ꝙ in tẽporibus siccis fiunt stillicidia vrinæ, ad siccitates tamen simpliciter (vt ait Gal.) non consequuntur vrinæ stillicidia, nisi tribus adhibitis distinctionibus, quarum prima est immodica siccitas. Secunda si caliditas adiungãtur. Tertia si frigiditas, de quibus non fecit mentionem Hippoc. sed si cui libeat omnium anni constitutionum naturam inuestigare, sic ipsum facere oportet, vt scilicet ibi ostendit Gale.

Valet igitur hæc aqua in his qui vrinæ stillicidium patiuntur, siue illud accidat ex inflammatione recti intestini, vel vteri, vel ex pure in renibus residente, ꝙ ad vesicam cum vrina transmittatur, siue ex imbecillitate potentiæ retentiuæ in vesica, à quacũq; intemperatura fiat, siue ab acredine vrinæ, quæ fiat, aut propter renum passionẽ aut quia ad ipsos renes ex venis descendat serosa superfluitas acris, aut quia aliqua intemperatura fiat affecti, sed præsertim calida, deinde calida, & humida, postea vero humida. similiter etiam si fiat ob vlcus, aut erysipelas, aut abscessum, aut inflammationem in vesica. In ista enim non solũ bibita, sed etiam extrisecus applicita est virtus inflammationem remittẽdi, atq; humores calidos educendi, necnon mundificandi renes à pure, & omnibus alijs superfluitatibus, præsertim tenuibus, & acribus, & roborandi potentiam retentiuam vesicæ, à quacunq; intemperatura fiat, & remittendi vrinæ acredinem, etiam si ex aliqua renum passione fiat, aut ex superfluitate acri descẽ-

A dente ex venis ad ipsos, aut ex aliqua ipsorum intemperatura, ad quam. s. sequi possit vrinæ acredo, & mundificandi vlcera ipsius vesicę, & remittendi erysipelas, bilem videlicet à qua excitatur euacuando, vbi autem sit abscessus in vesica non ita auderem eam administrare. in omnibus vero alijs supradictis casibus præmissis præmittendis, eam summopere laudo.

Accidit præterea alia passio, quæ ab Hipp. & Gal. mingendi difficultas appellatur, & cum dolore fit, aut cũ aliqua difficultate, adeo quod vix vesica operatur, vini tamen potione, & venę sectione soluitur. Si igitur cum dolore fuerit, illius causa erit inflãmatio, abscessus, ulceratio, inæqualis itemperatura, & spiritus flatuosus, vel aliquis difficilis motus, uel potentiæ imbecillitas, uel tumor præternaturam, uel omnia ista simul, uel obstructio à sanguine crassiori, uel alio consimili succo, & in omnib. istis casibus potest hæc aqua à prudenti medico utiliter accommodari.

Ista etiam aqua utimur in pustulis, & ulcerib. uesicæ, membrorumque omnium genitalium, tam uiri, quàm mulieris, ab humoribus salsis, & præustis.

Vbi notandum, ut habet Gale. ꝙ exulceratio est ex affectibus vesicę, cuius indicia interim sunt sanguinolenta reiectio, interim purulenta, nonnunq; muccosa, & circa pubem dolores.

Hippo. vero ait, ꝙ si ea quæ cum urinis excernuntur lamarum speciem referãt, in vesica ulcus esse scire licet. Quare Gal. dixit, ꝙ uocatum quidem ramentum ulceris uesicæ proprium indiciũ est, ꝗppe partes à uesica auulsę lamis similes sunt.

C Hippocr. prӕterea ait, quòd si sanguinem, aut pus quis mingat, aut renum, aut uesicæ exulcerationem significat.

Vbi Gale. ait, ꝙ siue in renibus, siue in uesica ulcus factum fuerit, siquidem in uase aliquo effatu digno cõstiterit, & præsertim cum aliqua excesione, sanguinis excretio consequitur, siue hoc autem, puris tantummodo.

Contingit autem ut facto ulcere in aliquo urinæ meatuum, & pus, & sanguis per urinã exeat, hi uero renes, ac uesicam interiacent, & oportet hos illis subaudire.

Exulcerantur autem magna ex parte his qui in renibus lapidem habent, meatus urinarij quãdo à lapide aliquo acuto, aut admodum aspero in ipsis intersepto excoriantur, ut diximus etiam supra.

Est tamen notandum, ꝙ si in pene fiant ulcera, etiam sine urinis, & pus exit, & sanguis.

Exit autem & simul cum urinis aliquãdo pus

disrupto

disrupto abscessu, in aliquo superiorum locorũ.

Quare & plures expositores alteram scripturam huius aphorismi magis probarũt, in qua cõiunctio, &, scribitur in hunc modum. Si sanguinem, & pus mingat, renum aut vesicæ ulcerationem significat, quasi altero solo.s. pure per loca vrinæ exeunte fieri possit, vt sit signum non modo renum, vel vesicæ exulceratæ, sed etiam alicuius partium superiorum.

Forte igitur, & hi aliquid dicũt, forte autem, & verbum mingat, quòd aliud ostendit, q̃ minxerit, in seipso continet distinctionem.

Neq; enim idem est, vel ita dicere, si sanguinẽ & pus migat, vel illo modo, si sanguinem & pus minxerit. In vno enim vel duobus, vel tribus diebus potuit minxisse pus, disrupto abscessu ad vrinæ instrumenta, multis autem diebus, ac mensibus, vbi hoc factum fuerit, renum, aut vesicæ vlceratio significatur. qđ autem ipsorum magis, & dolor distinguit, qui in differentibus accidit locis, & ea quæ cum vrinis excernũtur, & quidem de vrinarijs meatibus eadem est ratio,

Habet præterea etiam ipse Hip. si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, vesicæ exulcerationem significat.

Vbi Galen. ait, sanguinem quidem, & pus vbi quis minxerit, omnium instrumentorum, quæ vrinæ obseruiũt, sunt signa communia, odor autem grauis, hoc est molestus, adhuc autem magis, & squamulæ, sunt propria vesicæ,

In pluribus igitur exemplaribus: si sanguinem & pus minxerit, scriptum inuenitur.

In quibusdam uero si sanguinem, vel pus minxerit, ostẽdet autem hæc scriptura secunda con iunctionem, aut, esse ob disiunctiuam, quasi vtrũ libet horum quæ dicta sunt significet ulcerationem, altero vero vult ambo assidere, vel simul in uicem, uel alternatim.

Non immerito etiam laudatur hæc aqua in gonorrhea, tã in viris, quàm in mulieribus: quæ quidem, vt ait Gal. assidua seminis excretio, cole haud quaquam extẽso appellatur, licet à nõnullis inuoluntaria etiam nominetur.

Vbi notãdum q̃ quemadmodum omnia corporis nostri excrementa, interdum à continentibus ipsis corporibus excernuntur, interdum sponte profluunt, eo q̃ ob imbecillitatem ab ipsis corporibus contineri nõ possunt, ita de semine quoque dicendum est. vt enim excernere pro commoda temporis occasione, ita & continere in omnibus huiusmodi naturæ officium est, verum secretio quidem fit, aperto fluxionis meatu, ac reliquo conceptaculi spacio, & contracto, & ad apertum iam meatum quicquid in continente spacio continetur impellente, excretio vero euenit ob retentricis facultatis in seminarijs vasis imbecillitatem. Si.s. pudendo non intento euenerit, quia si intento pudendo acciderit, conuulsioni quodãmodo similis erit affectus, ita q̃ excretio ista euenire etiam potest ob dispositionem aliquam, quę haud secus, q̃ naturalis ipsa excretoria uis partes mouere possit. id quod in seminarijs vasis videre licet, vbi aliquis, vel comitiali morbo, uel conuulsione, violenter irruente fuerit correptus.

Cæterũ videmus alias quoq; partes vt manus, aut pedes aut digitos conuelli, modo simul cum vniuersi corporis conuulsione, ut in apoplexia, modo ipsis solis affectis, proinde haud quaquàm absurdum fuerit, in seminarijs vasis, & quidem solis, huiusmodi dispositionem excitari: quemadmodum, & gonorrhęam, quę vrinæ, quam quis inuitus emittit proportione respondeat, quum contentricem videlicet facultatem resolui cõtingerit. Gonorrhęa igitur instrumentorum seminis affectio est, non pudẽdorum, quæ seminis genitalis via sunt, qua excernatur. In gonorrhęa ergo secretio quidem seminis fit, aperto fluctionis meatu.s. aperto seminis vase, ac reliquo conceptaculi spacio, & contracto, & ad apertum iam meatũ quicquid in continente spacio continetur, impellente natura: quæ quidem apertio à pluribus fieri potest, causis, vt plurimum tamen à supflua humiditate relaxante vel à sanguine supercalefacto, vel à bile acuta, aut etiam salsa, ac mordaci pituita, in quibus quidem omnibus casibus potest hæc aqua conferre. Ipsa enim non solum possunt huiusmodi uasa vniri, & roborari, sed etiam mundificari ab omnibus iam dictis materiebus, & refrigerari tum sanguis supercalefactus, tum omnes alij humores nimis calidi, acuti, & mordaces, virtutem expultricem stimulantes, ac uias illas dilatandi occasionem præbentes.

Si vero excretio hæc ob retentricis facultatis imbecillitatem vasorũ seminariorũ euenerit, poterit hæc aqua non solum in potu, sed etiam pro lauacro præsto esse. In ea enim ratione suorũ mineralium suæq; stypticitatis, vis quæpiam huiusmodi virtutem roborandi clare apparet.

Si autem excretio hæc ob aliquam dispositionem euenerit, quæ haud secus quàm naturalis ipsa excretoria uis partes mouere possit, id quod in seminarijs vasis videre licet, ubi aliquis uel comitiali morbo, uel conuulsione violenter irruente fuerit correptus, non adeo securus, vtilisque est huius aquæ usus, alijs enim generosioribus præsidijs opus est,

Sed

Sed quum in mulieribus præsertim, non solũ seminis excretio iam dicta accidat, sed ẽt multarum humiditatum, atq; superfluitatum albarũ, q̃ sanguini menstruo quodãmodo correspondere videntur, ab eisdem causis iam dictis. dico q̀ hęc aqua intus, & extra perutilis est, si ex ea bibatur, & si pro lauacro mulieres ea vtantur per multos dies, matrix earum post conueniẽtem totius corporis purgatiõem clysterizetur. Habet enim virtutem ipsam abluendi, mundificandi, ac detergẽdi, necnon vim eius contentiuam roborandi.

Laudatur etiam hæc aqua, in his qui fluxum hæmorrhoidarum patiuntur, sua.n. stypticitate ipsas consolidat, corrosiuosq; humores educit.

Vbi notandum, vt ait Gal. q̀ quinque sunt hęmorrhoidarum differentiæ.

Aut enim multitudine differunt, quia in quibusdam plures, in quibusdã vero pauciores sunt.

Aut figura, nonnullæ enim angustam basim habent, aliæ vero latam.

Aut loco, quum hæc in ano fiunt, alię ĩ fibula.

Aut dispositione, quãdo hæ quidẽ mansuetæ, & mites, illæ malignæ, & graues existunt.

Illud tamen, q̀ ait Hip. memoria tenendũ, videlicet q̀ atra bile vexatis, & renum passionibus: hæmorrhoides superuenientes bonum.

Vbi Gal. ait, q̀ non solum ratione euacuationis hæmorrhoides sanant huiuscemodi passiões: sed & ipsa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim sanguinem crassum consueuerunt euacuare, humore plenum melancholico, talem habente in sanguine consistentiam, qualis est in vinis fex. Quare nihil mirum si atrę bili, & renum passionibus, conferunt hæmorrhoides, ut quæ humorem feci similem euacuare natura aptæ sunt, quare tunc nec ista aqua, neq; alio præsidio sunt restringendæ.

Quapropter in alio etiam sequenti aphor. ait Hipp. q̀ à diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si vna non seruatur, periculum est aquam intercutem, vel tabem aduenire.

Vbi Gal. ait, q̀ hæmorrhoidas fieri impossibile est, si propter multitudinem, & crassitudinem sanguinis, óra quarundam venarum non aperiãtur, hepate ad ipsas reponente feculentum sanguinem, & melancholicum.

Si quis igitur hoc intercludat iter, vna & duriciem hepatis faciet, & simul multitudine grauãs, ac crassitudine calorẽ in ipso natiuũ extinguet, quum tale quid accidat quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna superingesta suffocant ignem, atque extinguunt.

Si igitur à natiuo calore generatur sanguis, cla-
A rum q̀ ipso extincto, non generabitur amplius.

Aqua vero intercus fit, quum sanguinis generatio frustratur, si vero aliquando possit hepar ꝓpellere multitudinem ad venas pulmonis, hi vase aliquo rupto, tabidi fiunt.

Non frustra igitur consulit vnã saltem seruare hæmorrhoidẽ: vt per hanc euacuetur feculẽta, ac vitiosa materia hepatis, pręsertim in quibus solida est, tẽpore longo per tales venas excerni.

Amplius Gal. ex intentione Hipp. ait, q̀ sanguis profluens ex venis hęmorrhoidalibus sanat melancholicas passiones. Vere enim iã factæ melancholiæ maximum est remediũ sanguinis ex ijs venis profluuium, quam etiam si futura sit ꝓhibet, sic itaq; nobis audientibus intentio Hipp. talis erit. Sanguis supra qualiscunque fuerit malum, infra vero per hæmorrhoides bonum, quan-
B do nigra euacuantur. i. quando hominis natura multum talem accumulauerit sanguinem. aliter autem non est assuefaciendum ei, quæ fit per hæmorrhoidas euacuatiõi, quæ periculosam habet vtranq; immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

Quare vt ait Gal. si retentæ hæmorroides mittendi sanguinis occasio sint, si quidem cohibere eas voles, quę in brachio sunt, sin prouocare, quę in cruribus sunt venas secare conuenit.

Valet insuper hæc aqua in difficultate intestinorum, quam isti dysenteriam appellant, humores calidos, acutos atque mordaces educendo, intestinaq; abluendo, iecinorisq; inflammationem refrigerando, atq; membra naturalia roborãdo, & ex ea sumi potest in potu duarum, vel trium librarum quãtitas, si dolor supra vmbilicum ascẽ-
C derit, iuxta Galeni præceptum. si vero dolor in imo ventris fuerit, ex ea cum saccharo rubeo, ouo, & rosaceo, uel omphacino, clysteria fieri possunt. ista enim habent purgare, mundificare, & abluere materias illas vlcerantes, intestinaque abradentes, ac ipsa vlcera cõsolidare, suaq; stypticitate intestina, atque alia membra naturalia roborare.

Ab ea tñ cauẽdum, vbi valida sit febris. Ex ipsa.n. facile augeri posset, per inferius tñ, vbi etiã magna fuerit febris, ea utiliter vti possumus.

Aliqui ẽt laudant in huiusmodi fluxu lauacrũ ex ea, habet enim virtutem, vt illi aiunt, materiã calidam ad totius corporis ambitum attrahendi, & sic eam ab intestinis diuertendi, & ex sua stypticitate ipsam naturam astringendi, atque membra roborandi.

Hoc tñ lauacrum in huiusmodi pasione mihi valde suspectũ videtur. Raro.n. accidit, talem

fluxum

fluxum sine valenti febre esse, quare quum in febre lauacrum hoc rationabili suspitione non careat, ego quidem super ipso, non auderem.

Et licet ratione suæ actualis caliditatis vim attrahendi materias calidas, & tenues ad corporis ambitum habeat: hoc tamen verificatur, si sinceræ, ac puræ, valdeq; tenues sint. Si.n. admistæ pituitæ, & alijs humoribus crassis fuerint, nó ita facile per cutis poros resoluūtur, neq; hoc medio ab intestinis, & alijs membris intrinsecis diuertū tur, quare dubitarem potius ex huiusmodi lauacro magis eas calefieri, atq; difficiliores ad resolutionem reddi. Quanto enim materia crassior est tanto difficilior est, vt resoluatur, & præsertim ꝑ loca naturaliter difficilia.

Accidit præterea quidam fluxus, qui hepaticus nuncupatur, quoniam ab hepate ortū habet, in quo quidē ex aliquo hepatis vitio sincerus sanguis excerni solet, pro curatione cuius solet hæc aqua plurimum commendari.

Considerandum tñ(iudicio meo)si morbus sine febre, aut cum febre sit. Si enim sine febre fuerit, tutius ꝓpinari poterit, præsertim si ex aliqua intemperie calida viscus laboret.

Si vero cum febre sit, et illa quidem valida, minime ea laudo, sicut neq;, si iecur ex duricie, vel valde, valde frigida intēperie male se habeat, & si forte aliquando in huiusmodi fluxu conuenit, in eius pricipio exhiberi debet. Fluxus enim iste in principio cum difficultate curatur, & in iuuenibus inueteratus raro, & in senibus nunq̃.

Amplius laudatur hæc aqua in leuitate intestinorum, & diarrhoea.

Vbi notandum, ꝙ leuitas intestinorum non euenit subito, sed in plurium dierum numero, & (vt ait Gal.) est velox, & sine aliqua trāsmutatione ciborum excretio.i. velox ciborum non mutatorum transitus, vel velox exitus eorum, quæ comeduntur, atq; bibuntur, quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata, vel est carentia coctionis, quum neq; secundum consistentiam, neq; sec̃dm colorem, vel odorem, vel ullam omnino qualitatem in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum.

Accidit autem hæc passio, ventriculi, aut intestinorum vitio, proprium enim ventriculi est, cibos amplecti ac se circumstringendo certo tēpore retinere, & rursus ad inferiora demittere.

Et sicut in vesica fit vrinę stillicidium, non expectante ut illa colligatur, sed statim tanq̃ mordentem, aut aggrauantem expellēte, sic & in vētriculo veloces exitus fiunt, hæc.n. sunt omnium excretionum cōes causæ: quare, vt ait Gale. tunc ventriculi retentricis potentiæ functio naturalis

D est, quum.s. concoctionis tempori ęquatur, & ab omni parte cibos exacte constringit, priuationē vero actionis in vniuersum dicimus, quum omnino non comprehendit, id ꝙ in leuitate intestinorum fieri solet, imbecillitas igitur vētriculi appellatur, quū vētriculus non probe amplectitur, aut amplectit̄ quidē, sed non tantisp, donec concoctio perficiatur, aut vbi ambo simul eueniunt.

Quum igitur in ijs duabus rebus cōsistat retētricis potentiæ functio, vna vt nullū relinquatur inter ventrem, & cibos spacium vacuū, altera vt æquali tempore agant, tum cōprehensionis, tum concoctionis facultas fieri potest, vt vel in altera duntaxat, uel in ambabus committatur peccatū.

Leuitas igitur ventriculi, & intestinorum, vt ait Gal. est quum non solum ventriculus, sed vniuersa quoq; intestina ad excretionem, tum ciborum, tū potuum assumptorū, celeriter excitātur, E adeo ꝙ ne pauxillo quidem tpe ipsorum, aut pōdus, aut qualitatē, citra molestiam ferre possunt.

Causa igitur huius passionis est totius vētriculi, atq; intestinorum imbecillitas, in virtute.s. cōtentiua, ob quam hæ corporis partes grauatæ à cibis assumptis ipsos confestim, & absq; ullo dolo ris sensu excernunt, quæ quidem imbecillitas, vt ait Gal. vel ex magna illorum mēbrorum intemperie prouenit, dum.s. ex ea habitum quendā nō facilem solui contraxerunt, vel ex aliquo humore in eis contento, vt pituita, vnde acidi ructus quos græci oxyregmias nomināt insequi solent; qui tñ sine aliqua pituita qnq; in ventriculo frigidiore non perfecte concoquente fiunt, & in quibusdam leuitatibus intestinorū, quæ ex frigidi te ortum habent vna fiunt, sed progressu tempo F ris cessant, nam ab initio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, procedente aūt atq; aucta passione, neq; hoc tempore retinētur, in quibus igitur paruo remanēt tēpore, fit quoddam veluti initium coctionis, & propter hoc nō sortitur effectum.

In quibus autem cibi nullum hñt coctiōis initium neq; vlla ab initio fit sec̃dm qualitatem mutatio, adeo ꝙ neq; ructus acidi, nisi pituita præsertim acida in ventriculo abūdet, propterea Hippo. non simpliciter dixit bonum esse signum acidos ructus in leuitatibus intestinorū, sed primū quidem in longis adijecit, quasi cum incipientibus una eueniunt, ac si vbi prius non fuerit inquiat, quæcunque enim à pituita ventriculum refrigerante fiunt leuitates intestinorū, semper cum ipsis sunt acidi ructus, vt casus quidam.

In illis igitur in quibus neq; incipiunt concoqui cibi, neq; ex pituita fiunt, non insunt acidi

fructus, ꝙ si aliquando fiant: significant tantum aliquando tempus cibos in ventriculo retineri, ꝙ principium mutationis accipiunt, & naturã suorum operum reminisci.

Sed ad propositum redeundo, sciendum, ꝙ leuitas intestinorum, non solum à iam dictis causis fit, sed non nunquam ẽt à quorũdam humorum mordacitate, ac tenuitate, vẽtriculo, & intestinis in superficie. i. in summa parte exulceratis, licet eorũ facultas non multum patiatur: quæ quidem vlcerationes, vt ait Gal. eodem modo fiũt, quo illæ, quæ in pueris græco vocabulo aphthæ. i. oris vlcera nominantur, quare in hmôi intestinorum leuitate necessariũ erit: vt permeãtibus cibis, partes exulceratæ dolorẽ sentiant, atq; ideo illos propellant, à se ipsisq; citissime emittant: quo in omnibus partib. facto, velocitas exitus subsequetur, & nullũ fiet initiũ concoctionis. animaduertendum tñ, ꝙ tali intestinorum leuitati cuiusdã morsus inerit sensus: & cessante humorũ malignitate, seu acredine, vt ait Gal. statim sanatur cibis, ac potibus, quæ vim densandi habent: quod si longiori tẽpore perseueret: in alteram passionẽ, quæ dysenteria. i. difficultas intestinorum transmutatur.

Sed iã videndum, si in omni intestinorum leuitate vtilis sit hęc aqua: non enim in omni côuenire videtur.

Dicendum igitur, ꝙ si affectio hæc ex ventriculi, & itestinorũ imbecillitate eueniat: ob quam hæ partes à cibis assumptis grauatæ confestim excernere conẽtur: non semper vtilem esse. Si. n. imbecillitas illa à materia valde frigida, & humida: vel à consimilibus qualitatibus fiat: ipsam nõ laudo. non. n. est adeo valida, vt materiã illam per superius: neq; ẽt per inferius remouere valeat: neq; etiam tanta est eius caliditas actualis, & potentialis, cũ sua siccitate virtuali: vt intemperiem illam valde frigidã, & humidã omnino remouere possit, quę quidẽ ex toto coctionem, & retentionem conuenientem impediat. & expientia clare apparet: ꝙ non solum huius aquæ potus inutilis est ijs, qui ventriculi imbecillitatẽ in virtute côcoctiua, & retentiua patiuntur, ad quã sequitur lienteria: sed in his, in quibus tantũmodo diminuta est vẽtriculi côcoctio: & præsertim ex præsentia humoris frigidi, vel qualitatũ frigidarum, & humidarum, mediocritatem excedentium. Dum. n. istis hæc aqua exhibetur: neq; per superius, neq; per inferius, quicquã boni operatur, immo in corpore moram trahens, ventriculũ, aliaq; corporis membra grauat: ac imbecilliora reddit. Si vero leuitas intestinorum fiat ex ventriculi, ac intestinorum imbecillitate à causa calida, & sicca, ab humori-

A busque mordacibus acutis, & corrodentibus ipsumq; vẽtriculum, aut intestina vlcerantibus tũc vtilem esse conijciendũ est: remittendo. s. caliditatem illam ac remouendo, abluendoq; huiusmodi humores, & illa membra sua stipticitate confortando: vlceraq; consolidando.

De diarrhœa autem, quæ vt ait Gale. accidit: quũ ventriculus mordente acrimonia irritatus, ante legitimum tẽpus crudum adhuc cibum abiicit: quæ etiam nihil aliud est, quàm profluuium ventris non recens, sed longi temporis cum torminibus, & multis excretiôibus: quibus quidem omnibus corpus attenuatum debilitatur.

Dicendum, ꝙ si ex præsentia humorũ acrium oriatur: huius aquę potus vtilis est. ipsos. n. abluit, & cito educit: mẽbraq; ab ipsis patientia roborat.

In hmôi tamẽ fluxibus magna diligentia con-
B siderandum, si patiens febre laboret, vel suspitio sit, an istã aquam digerere possit: si namq; adsit febris, eam non laudo, adderet. n. in ipsam, & membra naturalia, spiritualiaq; magis grauaret, atque humorum acrimoniã augeret: si etiam concoqui non posset, multa incommoda inde sequerẽtur, quare istis minime propinanda est.

Laudatur etiam huius aquæ potus, atq; lauacrum, in mulieribus non potentibus generare.

Vbi sciendum, ꝙ generatio ab omni ĩmodica intemperatura simplici, vel composita membrorum generationi seruientium impeditur, à caliditate quidẽ, quia tale quid accidit, vt ait Gal. quale vbi valde calidæ terræ semina committuntur: queãdmodũ in ęstibus sub cane cõtingit: & tunc plurimũ conferre potest: neq; eius actualis seu potentialis caliditas tanta est: vt illã quam in vtero
C supponimus, augere possit. Si enim intensæ caliditati comparetur, frigida, vel saltem tẽperata dici potest, eiq; contraria: quare refrigerabit: non tamen adeo ac si omnino frigida esset: satis tamen est: ꝙ à prudenti medico, vbi vterus intensa caliditate sit affectus, potest vtiliter exhiberi: & pro lauacro ẽt uti: & licet ex præsentia humoris biliosi, ac tenuis, conseruetur. Habet. n. uim hmôi materiam educendi, & mẽbra genitalia ratione sũę potentialis stypticitatis roborandi: valentius tamen hoc operatur in potu, quàm si extrinsecus admoueatur. Si enim in ea quis balneetur, non adeo cômode humores calidi, & tenues ex ipsa educuntur: neque calida intemperies remittitur, sed propter suam actualem caliditatem videtur potius illos magis calefacere: intemperiemq; calidam conseruare, ac nõnunquam augere posse. Quum igitur Gale. dixerit, ꝙ causa conceptionis est moderata locorũ caliditas, necnon recens mẽstruorum

purgatio:& appetitus libidinis,istis enim concur
rentibus semen continetur,sciendũ,ꝙ hæc aqua
sæpissime moderatam caliditatem in mẽbris ge-
nerationis inducere,ac conseruare potest, nulli
igitur dubium erit,ꝙ poterit etiã conceptionem
adiuuare:præsertim si post ipsius vsum:nõ multo
ante rei venereæ vsum,mulier fuerit purgata, ac
tam in ipsa,q̃ in viro sit libidinis appetitus.

A frigiditate vero impeditur conceptio, si cũ
ea coniugatur spissitudo, iuxta sententiam Hip.
dicentis,ꝙ quæcunque frigidos,& spissos vteros
habent,non concipiunt.

Vbi notandum(vt ait Gal.)ꝙ si frigiditas,&
spissitudo illa magna sit:tunc mulieres concipe-
re non possunt. Bene.n.temperati vteri ad conce
ptionem sunt idonei:male autem temperati,qua
cunq; mala temperatura,si parum à bonitate re-
cedunt difficulter concipiunt:si vero nimiũ,mu-
lieres steriles fiunt. similiter etiã infœcundi homi
nes fiunt,ac steriles,à potenti.s.causa.

Vbi igitur frigiditas immodica exuperat, adeo
ꝙ vterus spissior efficiatur,angusta quidẽ supra
modum fiũt ora vasorum,quæ ad ipsum pertin-
gunt. mulieres vero fiũt steriles,quũ secundæ nõ
possint adnasci ad ora vasorũ:neq; si hoc fiat ali-
quando possit bene nutriri conceptus. vel.n.nul
lo modo fiunt hisce mulieribus purgationes, vel
omnino paucæ,& hæ ipsæ vitiosæ,solo tenuiore,
atq; aquosiore sanguine plabente:sed & hæc quo
que ora facile obstruuntur, & propter natiuam
angustiam,& quoniã magna ex parte hæ mulie-
res humorem aggregant pituitosum, si quidem
& corpus totum vt plurimũ est vteris simile,con
tingit autem & maris semen in talibus vteris re-
frigerari:nisi sit natura calidissimum.

Quæcunq; igitur frigidos vteros habent non
concipient propter substantiæ ipsorum spissitu-
dinem:& istis quidem satis commode potest au-
xiliari aqua villensis,tum per interius,tum p ex-
terius adhibita:ratione.s.suæ actualis, ac potẽtia-
lis caliditatis:quam ex suis mineralibus, & præ-
sertim ex alumine sortita est.

Rursus ab humiditate ẽt impeditur cõceptio,
quum dicat Hip.ꝙ quæcunq; præhumidos vte-
ros habent,non concipiunt:extinguitur.n. in eis
genitura,vt ait Gal.quemadmodum in terra pa-
lustri cerealia semina:vbi aqua ista,tam in potu,
q̃ pro lauacro vtiliter accõmodari potest. Licet
n.actu humida sit:calida tamen etiam est, & ex
suis mineralibus potentia sicca:quare si in totum
illam superfluam humiditatem remouere nõ po
terit eam saltem in tantum minuet,ꝙ conceptio
nem non impediet:quod quidem etiam experiẽ
D tia comprobari potest. Istarum namq; mulierum
multitudo magna adinuenitur quibus profecto
hęc aqua adeo prodest:vt multę ex infœcundis,fę
cundæ fiant:& ego multas cognoui.

A siccitate etiam,vt est sententia Hip.& Gal.
ĩpeditur conceptio:quęcunq; enim mulieres ma
gis siccos vteros habent,& adurentes non conci
piunt. Nã ex defectu alimenti in eis corrumpitur
semẽ:& tale quid accidit,quale vbi aut arenę,aut
argillosę terrę,aut petrosę,mandantur semina.

Quum igitur hęc aqua actu humida sit, suaq;
caliditas non solũ actualis,sed ẽt potentialis,val-
de magna,nõ sit:sicuti neq; etiam siccitas virtua
lis,potest facillime opẽ ferre istis mulieribus sic
affectis:& licet totã illam extremam siccitatẽ re-
mouere non possit,ea tamen in tantum minuet:
ꝙ facile postmodum concipere poterunt.

E Amplius,vt ait idem Hipp.est notandum, ꝙ
quæcunque mulieres ex vtrisq; iam dictis quali-
tatibus mediam habent temperaturam, fęcundę
sunt:quasi dicens,ꝙ quæcunque non habent illã
mediam temperaturam infęcundę sunt.

Quare,vt ait Galen.quòd dictum est de quali
tatibus vteri simplicibus intelligatur etiam de
commistis: videlicet quòd quæcunque mulieres
ex vtrisque qualitatibus commistis modicę tem-
peratę sunt, non solum quantum ad vterum:sed
etiam quantum ad vniuersum corpus sunt fęcũ-
dę:ex vtrisque autem non qualitatibus simpli-
cibus, sunt enim quatuor, sed quæ sunt secun-
dum ipsas oppositiones: & vna quidem est bo-
na temperatura, mistis modice inuicem calido,
ac frigido: altera verò humidoa, c sicco: & fieri
põt, vt sit aliquis vterus secundum vnam quidẽ
F oppositionem bene temperatus, secundum alte
ram verò malè.

Sed est animaduertendum, quòd ne mulier
concipiat, potest altera efficere intemperatura,
mulierem verò esse fęcundam sine ambabus bo-
nis temperaturis est impossibile, vbi igitur ex
ista mistione, ac temperatura impediatur conce
ptio, potest hæc aqua consilio prudentis medici
succurrere, & intus, & extra, & pro vt ei videbi
tur expedire.

Notandum tamen ꝙ si generatio, seu conce
ptio impediatur à mala intẽperatura frigida, &
humida mẽbrorum generationis, cũ materia, vel
sine, aqua ista nõ absq; timore exhibetur. valida
namq; calefaciendi, & exsiccandi, ac pituitã craf
sam educendi facultate caret: quare si intẽperies
admodum debilis, & materia valde tenuis nõ sit
vtiq; conferre non poterit: quapropter tutius tũe
extrinsecus admouebitur, q̃ si in potu exhibeatur.

Sic

Sic etenim ratione suæ actualis caliditatis, ac potentialis siccitatis, illam debilem frigiditatem, & humiditatem remittere poterit. neq; verendum est, q aliquo pacto ex ea augeri possit, neque venas, & membrorum cauitates ingrediatur, ibiq; resideat, sed pro ratione suæ virtutis calefaciet, et aliquantisper exiccabit, omniaq; membra naturalia confortabit, ex optima operatione quorum calor naturalis auctus in omnibus membris frigidis, & humidis valentissime operatur.

Sed quoniam generatio in mulieribus, & viris, à multis alijs particularibus causis impeditur, licet Gal. in quodam suo tractatu, duplicem tantum causam sterilitatis ponere videatur, vnã ex parte viri, alteram ex parte fœminæ, quam humiditatem nimiam, aut pinguedinem matricis esse voluit, ex parte autem viri, si sit spado, & testiculis careat, vel alio quouis pacto ægritudine.s. magna detineatur. ipse tamen Gal. illas mulieres steriles etiam esse ait, quæ non probe purgantur, q quidem accidit à multis causis, vbi sciendum, q si non purgentur propter aliquam obstructionẽ ab humoribus valde crassis: aqua ista sola non potest eis conferre, præsertim si materia obstruens multa, ac valde crassa, lentaq; sit. Non enim habet validam attenuandi vim, neq; incidendi, neque huiusmodi materias educendi, neque etiam aperiendi, nisi præcedat attenuatio, & incisio, vel obstructio sit ab humorib. non valde crassis, multumq; valida non sit.

Si vero non purgentur pp caliditatem, & siccitatem iecinoris, vel aliorũ membrorum, per quæ sanguis menstruus descendere solitus sit, tũc huius aquæ potus optime conferre poterit, ratione suæ actualis humiditatis, & temperatæ caliditatis, qua vias dilatare, sanguinemque fluxibiliorẽ reddere, & omnia illa mẽbra sua stypticitate validiora efficere potest.

Si vero mulieres non purgentur pp sanguinẽ crassiorem, tunc si præcedat venæ sectio, & regimen attenuans ipsum sanguinem, poterit hæc aqua vtiliter exhiberi. Habet.n. facultatem venas dilatãdi, ac si sanguini cõmisceatur, eum fluxibiliorem reddendi: ac etiam propter ferri naturam & in quantum à calido inspissatur aperiendi, & pp alias qualitates virtuales mẽbra naturalia, & generationi accommoda confortandi.

Aqua vero hæc pinguedinem superfluã vteri, ac iam genitam remouere non potest, nisi forte ex longo, atq; frequenti vsu, neq; spadoni, & testiculis priuato succurrere valet: sicuti & multas alias sterilitatis causas remouere non potest.

Quæcunq;.n. præternaturã.i. quæcunque mulieres, vt ait Hip. sunt excessiue crassæ non concipiunt vtero, his omentum os vteri comprimit, et prius q̃ non extenuentur, non concipiunt.i. mulieres quæ sunt valde crassæ non concipiũt, quia in his omentum os vteri comprimit, & anteq̃ extenuentur.i. anteq̃ illa superflua crassities remoueatur, non possunt cõcipere, in quibus aqua Villensis parum, aut nihil prodesse podest. Non.n. vim habet illam superfluam crassitiem extenuãdi, nisi forte per accidens, & tanq̃ causa valde remota, in longoq; temporis spacio.

Et licet Hipp. v. particula aphorismorum, dũ conceptionis causas numeraret, de ipsis hominibus, secundum Galeni opinionem mentionem non fecerit, nihilominus, vt ipse ait,

Omnia ea quæ dicta sunt de mulieribus, pñt etiam intelligi de viris. Ait.n. q secundum pportionem illorum, quæ de mulieribus scripsit Hip. licet nobis ad viros transcendentibus dicere, q propter temperaturæ frigiditatem non bene semen concoquitur. atq; ideo si mediocris quidem sit intemperatura in ipso indiget vtero calido sufficienter: si vero immodica sit, est omnino sterile, vel pp humiditatem, rursus neq; concoquitur, & hoc etiam indiget si modica sit intẽperatura, vtero calidiori, ac sicciori, si vero ĩmodica sterile est: eodem modo, & pp excedentem calorem, semẽ fit tosto simile: ob siccitatem verò vbi primũ exci. dit, neq; extendi potest quod maxime necessariũ est, si mulier debeat concipere: nisi enim semen per vteri capacitatem parte plurima extendatur, mulier non concipit.

Quare, vt ait Plato, in thecteto, maximũ opus obstetricum est, scire cõiungere inuicem corpora apta ad conceptionem: & simul posse discernere, qui viri sint infœcundi, & quæ mulieres steriles: nam immodicæ intemperaturæ horum sunt causæ, modicæ vero si sint, & contrarijs coniungantur, tunc concipient mulieres: si vero similib. non concipient. neq;.n. fieri potest, vt frigidũ semen in vtero frigidiore sit fertile: neq; siccum inicciore, & aliorum vtrunq; eodem modo: sed indiget semen quidem frigidius, vtero tãto calidiore, quanto deficit ab optima temperatura, & humidius licciore, & in alijs eodem modo.

Medicus ergo prudẽs facile indicare poterit, quib. vtiliter exhiberi possit & debeat hæc aqua: in multis namq; ex iam dictis competit, vtiliterque administrari potest.

Et licet doctor quidã dixerit corpa frigida & humida, ex qua quidẽ frigiditate, & humiditate cõcipere, non possint, nõ debeant ex hac aqua bibere: sed tantũmõ lõgo tpe in ea se so balneare, atq; ea-

rum vteros clysterizare, vt. s. in eis virtus styptica huius aquæ imprimatur, calefiāt & exiccentur: nihilominus si ea frigiditas, et humiditas nō sit multum valida, potest etiam ex huius aquæ potu remitti, atq; remoueri. Calida enim actu, & potentia est, sicca vero virtute tantum: quare non apparet, cur non possit etiam in potu conferre.

Commēdatur ēt hoc balneum in mulieribus quæ licet concipiant, ex renum tamen imbecillitate non possunt fœtum vsque ad debitum tēpus partus retinere: quare accidit abortus.

Aqua igitur ista intus, & extra, vt dictum est etiam supra, sua stypticitate ipsos renes confortare, ac roborare potest: præsertim eorum virtutem contentiuam, & sic abortum tollere.

Sed quū abortus ab alijs ēt causis euenire possit, q̄ scilicet ab imbecillitate renum: videndum, si hæc aqua vtilis sit, pro remotione aliarum causarum, sed primo de causis abortus dicendum.

Gal. igitur tres abortus causas ponere videtur, inter quas nō est renū imbecilitas, quarū vna est moles nimia, secunda pōdus aliqd, tertia morsus.

Moles vero est, vbi amplius distēdi vterus non tolerat. pōdus quū supra vires eius sit, quod cōtinet. morsus vbi vel humores qui prius in mēbranis cōtinebantur, disruptis in ipsum vterū effunduntur, vel etiā totus partus corruptus, & putris, ac in noxiā saniem dissolutus, vteri tunicam eius occasione irritat, ac mordet.

Si ergo abortus ex mole, nimiaq; extētione vteri euenerit, aqua hæc minime cōferre pōt. Vterus enim non est tantæ capacitatis, vt fœtū continere posit, vsq; ad naturalē partum, & aqua hæc non potest vitiū hoc emendare, est nanq; ipsius naturæ peccatum, maioriq; indiget præsidio.

Si vero pondus sit supra vires ipsius vteri, tunc aqua hæc pōt ipsum cōfortare, si in ea mulier longo tempore steterit, & sic poterit huiusmodi abortum prohibere, ista tamen confortatio, conceptionem præcedere debet: quoniā stante prægnatione, nullo modo hanc aquam laudo.

Si aūt humores acuti, & mali sint causā abortus, potus huius aquæ potest ipsos diuertēdo, euacuando, atq; abluēdo abortum tollere, sicut multoties experientia, euenisse cognouimus.

Amplius, vt habet Hip. quæcūq; mulieres præternaturā tenues existētes, abortiunt, priusq̄ crassescant, idest oēs mulieres quæ sunt præter naturam extenuatæ, idest valde extenuatæ, si conceperint, abortiunt, priusq̄ crassescant, idest nisi crassescant, & refectificentur, sed maneant absque refectione, ac tenues.

Vel abortus in his accidit, quæ præternaturam

D sunt extenuatæ, & quas prius refici oporteat, sed quū cōcipere anticipēt non refici, absq; q sanguis ad cōceptus alimentū deputatus, ad eius, quę conceperit, nutritionē recipiatur. Quare nō absq; rōne fœtus sufficienti indigens alimento corrūpitur, et tunc aqua nostra plurimū prodesse potest: si. s. extenuatio illa à caliditate, & siccitate superflua iecinoris, vel aliorum membrorum naturaliū, aut etiam spiritualium eueniat, à præsentiaque humoris calidi, & sicci, atque tenuis cōseruetur: adsitque etiam multa appetitus deiectio.

Quæcunq; ēt mediocriter corpora habentes, abortiunt secundo, aut tertio mense, sine occasione manifesta his, vt ait Hip. acetabula vteri plena mucoris sunt, & non possunt ex pōdere fœtū continere, sed disrumpuntur. i. oēs mulieres, quę mediocrē corporis temperaturā habent, secūdo, aut

E tertio mense abortiūt sine causa manifesta. i. sine febre vehemēti, & alui fluxu, vel pfluuio sanguinis, vel erysipelate in ipso vtero, uel saltu grauidę mulieris vehemētiore, vel clamore, vel ira, vel timore, uel uictu partiore, uel tali aliquo actu, seu pasiōe, his acetabula vteri plena mucoris sunt. i. verisimile est in iis esse plena mucore ora uasorū descendentiū ad vterum: ex quibus secundę pendent, quæ ora acetabula nominauit, nō sicuti quidam arbitrantur, adnatas ipsis carnes adenosas. nam si acetabula plena fuerint pituita, menstrua fiunt pauciora: acetabula aūt sunt ora venarū, & arteriarū, quę ferūt ad uterū, hmōi igitur acetabula plena mucoris ex pondere nō possunt fœtū longius cōtinere, sed disrūpuntur, & sēqtur abortus.

Et hoc idem ēt habetur à Galeno, si igitur mulier prōpte quidē conceperit, deinde secūdo, aut tertio, aut quarto impgnationis mēse fœtū eiecerit, circa vteri acetabula humorē pituitosum abūdare conijciendū est, atq; idcirco venarū, arteriarumq; eius loci ad ora vasorum in vterum descēdentium nexū debiliorem reddi, vt fœtū ob grauitatem ferre nequeat, sed facile abrumpatur: &

F tunc potest aqua Villensis in potu sumpta abstergere, ac mundificare uterum ab huiuscemodi materiebus, præsertim si attenuantia, ac incidentia præmittantur: quare sic prohibebit abortū, si scilicet ante prægnationem exhibeatur: stante enim prægnatione, non competit.

Si vero ex vehementi febre, uel ex forti caliditate abortus suspitio sit: hac aqua minime prohiberi potest.

Vbi. n. feb. ualida ē, nullo pacto exhiberi dbet.

Quū pterea hęc aqua ferrea sit, laudatur in his, qui non possunt cōmode coire, neq; mentulam erigere, non tñ in his, qui intemperantius coeūt,

qui

qui profecto, vt ait Gal. continue imbecilliores efficiuntur, quum purissima vtriusq; humoris portio ex toto corpore auferatur, voluptate et accedēte, quę quidē ipsa per se vitale robur dissoluere pōt, vt iā nonnulli præter modū ea vsi interierūt.

Licet.n. vt ait Gale. oībus animalibus organa cōceptionis natura dederit, ipsisq; specialē quandam virtutem ad generationē delectatiōis copulauerit, ipsi vero aię ea vsurę mirabilem quēdam, & ineffabilē appetitum vtendi dederit, à quo vsu excitata, ac stimulata animalia, & si stulta, & si iuuenilia, & si irrōnalia omnino fuerint, prouidēt tñ permanentiæ generis, ac si essent omnino prudentia. Noscit.n. vt puto ipsa natura substantiam ex qua ea creauit, nō admittere perfectam sapientiam, & pro ea dedit eis illecebrā & velut inescationem quā solam poterant accipere, ad salutem, conseruationemq; et custodiā, generis delectatio nem vehementissimam vsui illarū particularum copulans, nihilominus ista delectatio, & ipse coitus multotiens à diuersis impeditur causis, quarū nonnullas hæc aqua remouere potest, delectatio nemque illam in pristinum restituere.

Sciendum tñ q coitus, aut in totum aufertur, aut minuitur, in totū vero aufertur, quum virga non erigitur, neq; semen secundū naturam eijcitur. minuitur vero quum ista minuuntur, quare si virtus sit debilis, & in corpore senili, aut instrumenta ad coitum necessaria nō erunt commoda, aut materia emittenda non erit apta per illa fluere, & delectationem mouere, & sic aut in totum, coitum impedient, aut minuent, virtus vero debilitatur ex horribilitate, & verecundia coitus, vt volunt aliqui, aut ex aliqua imaginatione, vel ex aliquo timore, aut aliqua solicitudine in alijs rebus, vel ex obliuione ipsius coitus, in quibus quidem casibus ista aqua minime conferre potest.

Vel coitus aufertur, vel minuitur, ex longa abstinētia ab ipso, mēbra.n. genitalia contrahūtur, & detumescunt, sicut credendū est accidere istis fratribus cucullatis, & presbyteris, qui deo ꝓmiserunt castitatem seruare, in quibus profecto non est opus ista aqua, neque aliquo alio præsidio.

Impeditur præterea ēt coitus quum constringuntur, vel diminuuntur mēbra genitalia, & pręsertim testes, & uasa seminaria, quare si diminutio illa, à superflua caliditate, & siccitate sola, uel cū materia calida, & sicca fiat, aqua hęc potest succurrere sua tēperata caliditate, & actuali humiditate, educēdoq; ac remouēdo huiusmodi siccos.

Aliquando ēt impeditur, uel minuitur coitus, quia natura non est solicita præparare semen, & tunc aqua parum conferre potest, nisi natura ab

A aliqua ex iam dictis causis impediatur.

Et nonnunq̄ minuitur ex imbecillitate virtutis, propter paucitatē spirituum, & caloris resolu ti ex superfluis euacuationibus aut longa inedia, vel forti exercitio, vel vigilijs longis, à febribus ardētibus, & diuturnis, & tunc neq; aqua ista necessaria est, neq; vtiliter accōmodari potest.

Causa vero vel totalis abolitionis, vel diminutionis coitus ex parte instrumētorū, aut est in virga, & in aliis mēbris genitalibus, aut in membris principalibus, & quæ sequuntur ea, seruiendo tñ eis, aut in mēbro medio inter principalia, & genitalia, vt renibus, aut causa mēbrorum vicinorum propria eis, aut propter flatus diminutionem.

Si sit in uirga, vt plurimū erit ex longitudine eius, quia vt ait Arist. virga longa non bene erigitur, & tūc aquam istā non laudo. In ea enim non

B est virtus ipsam minuendi.

Si vero sit in ipsis testibus, & vasis seminariis, & sit mala temperatura sicca tantū, quæ aliis deterior est, uel cōiuncta caliditati, vel frigiditati, poterit hæc aqua consilio prudentis medici vtiliter administrari, quū vt sæpius dictū est, in ea virtus sit, hmōi qualitates remittendi, sed quum coitus vtplurimū minuatur à frigiditate, ego credo, q hæc aqua tutius exhiberi possit.

Si aūt sit in membris principalibus, vt in corde adeo vt abscindatur materia spūs, & flatus incedentis per arterias ad virgam forte per accidens conferre poterit.

Si uero in hepate eēt, quia materia seminis abscinderetur, vtplurimum prodesse posset.

Si vero in cerebro causa ista foret, ex qua admoueretur materia uirtutis sensitiuę, ac motiuę, quę

C ad coitū requiritur, neq; ex potu, neq; ex lauacro huius aquæ remoueri posset. Nisi forte valde per accidens, & à longe.

Si præterea causa in alijs mēbris non principalibus esset, ut in uentriculo, in quo nō bene concoqueretur cibus ꝑ aliquam malā intemperiem in eo, cū materia, vel sine, tūc aqua ista, ut diximus supra, facile accōmodari poterit, vtilisq; erit: præsertim si intemperies non valde pertinax sit, reni tensq;, ac commode digeratur.

Amplius si impedimentū ex parte renū esset, quia videlicet uel frigidiores, uel calidiores, vel alia mala tēperatura simplici, vel cōposita, cū materia, vel sine male affecti essent, absq; dubio poterit hęc aqua à prudēti medico rite, ac utiliter administrari. & qđ dicitur de renibus, pōt ēt dici de alijs mēbris inferioribus cōmunitatē habentibus cum mēbris generationis, & de oībus alijs, quę ipsis vicinantur, ut sunt hęmorrhoides, & anus.

Et ſi coitus minuatur ex multitudine vrinæ, dictum eſt ſupra, qũo hęc aqua conferre poteſt.

Si vero minuatur propter modicam ſeminis quãtitatem, q̃ ex ſiccitate, aut extenuatione, aut frigiditate vaſorum eueniat, poteſt hæc aqua cõferre, quemadmodum etiam in his qui habent ſemen nimis craſſum. In ea enim facultas quædã eſt ipſum attenuandi.

Quidam præterea voluerunt, ꝙ hæc aqua vtilis ſit febribus habitudinalibus, ac diarijs. Remittitur enim ex ea (vt iſti aiũt) calor extraneus, ac reſoluẽdo minuitur, & eorum corpora arida, & ſicca, humectantur.

Hoc tamen maxima conſideratione dignum mihi videtur, licet nãq; ex aliqua frigiditate huius aquæ forſitan, illis competere videatur, quũ tamen actu calida, potentia verò ſicca abſque dubio ſit, non videtur illis febribus neq; alijs aduerſari poſſe, neq; vſum eius in hm̃oi febribus admodum ſalutarem puto, quũ non appareat quomodo calor ille in membris fixus, vel in ſpiritibus accenſus reſolui, ac minui poſſit præſertim quum hæc aqua validam refrigerandi corporis vim nõ habeat, niſi humores calidos educendo, neq; appareat qũo ex ea calor ille febrilis reſolui, vel ſaltem minui poſſit, ſicut apparet facile augeri, & conſeruari poſſe. ſimile namq; additum ſimili facit furere, ſimiliaq; ſimilibus conſeruãtur, & minime remouentur, ac contraria contrarijs curantur, mutuoq; ſe expellunt, & ſi febris aliqua contrarijs curanda eſt, illa profecto eſt quæ habitudinalis appellatur. In ea enim humorum euacuatione non indigemus, ſola namq; alteratione, ac perfecta nutritione, ſi aliq̃n præſidijs cedit, curat̃.

Diaria etiam ſolo regimine vitæ plerunque reſoluitur, quare non videtur in hm̃oi febribus hæc aqua laudanda, immo neq; etiã in valde exiccatis, & macilentis, qui quidem ſi aliquando ea intus, vel extra vtantur, in totũ à coitu abſtineãt: maior etenim ex ipſo ſequeretur exſiccatio, q̃ ex iſta aqua humectatio, ſi tamẽ in totum ab eo nõ abſtineant. Eo ſaltem vtantur, corpore non valde repleto, neq; inanito, ideſt neque ſtatim poſt cibum, neq; poſt longam inediam, ſed poſt cibũ adminus per ſex horas.

Coitus.n. poſt cibum immediate, eum corrũpit in ventriculo, ad quã corruptionem multa incõmoda ſequi poſſunt, neq; ẽt eo vti debent poſt aliq̃ notabilem euacuationẽ, vel ab arte, vel à natura factã. In ipſo.n. vniuerſum corpus valde debilitatur, eiuſq; vires reſoluuntur, quũ igitur balneũ etiam aliquantiſper corporis vires fatiget, tutius eſt durante lauacri tp̃e, vel iſtarum aquarum

D potu, in totũ à coitu ſubſtinere, niſi fuerint corpora iuuenilia, fortia, temperaturæq; ſanguineæ: iſtis enim liberalius concedendus.

Amplius ſolet, hęc aqua in phthiſi, p̄prie dicta cõmẽdari: in qua quidem (iudicio meo) forte vtilis eſt, ſi tota intentio ad vlcus vertatur, ſed quoniam cum ipſo vlcere, vt plurimũ adeſt illa habitudinalis febris, quæ vel curam non admittit, vel maxima cũ difficultate curatur, & bona indiget fortuna, non videtur rõnabili ſuſpicione carere, & profecto, vt verũ fatear, nullum ex hm̃oi morbis leuatum: ne dum curatũ, ex iſta aqua vidi: neque rationabile præſidiũ mihi videtur, neq; ſufficiens apparet: vt quidã opinati ſunt, ad remouendas omnes cauſas marcoris, & exiccatiõis corporis, neq; phthiſicis qui poſt ſanguinis ſputum propter alicuius materiei catarrhalis deſcẽſum exte-

E nuati ſunt, vtilis eſt, licet ex ſua caliditate ſi ab illis in potum aſſumatur, poſſit facilitari ſputũ materierum catarrhalium in pectore contentarum: etiam ꝙ tenues ſint, & calidæ, quum ex natura ſua, ac proprietate, forte poſſit eas ingroſſare, & concoquere, & licet ex ſua actuali humiditate, et in quantum aqua hecticis conferre poſſet, maxime ſi extra locum proprium quis ea pro lauacro vteretur, ac illa tepidiore facta, poſſetq; eorũ mẽbra humectare, nihilominus quum aqua dici nõ poſſit, neq; ſimplex ſit aqua: ac in ſe ſuorũ mineralium virtutes, & qualitates contineat, virtute quarum habet calfacere, exſiccare, ſudoremq;, ac lotium prouocare, non adeo clare apparet, quomodo humectare, ac refrigerare poſſit in huiuſmodi affectionibus, quare tutius mihi videtur in illis alijs vti præſidijs.

F Laudatur pręterea hoc balneũ à nonnullis in his, qui dubitãt de podagra, vel chiragra, non aũt ijs, qui actu hm̃oi dolores patiuntur, ac vbi iam fixa eſt materia in pedibus, vel manibus, ſed vbi timor eſt, ne in aliquo dictorum locorũ deſcẽdat, atq; reſideat: et pręſertim ſi materia de qua timor eſt, calida, vel ẽt tenuis ſit, tunc.n. merito laudari videtur, non ſolũ ratione ſuæ mineræ ferreæ, ac ſtypticitatis: ſed etiam quia in eo eſt virtus repercutiendi, huiuſmodiq; materiam alterandi.

Animaduertunt tamen ij, ꝙ qui patiuntur podagram, aut alios dolores arteticos: non debent ex hac aqua bibere, huiuſmodi namq; dolores exſiccatione indigent, non autem mollificatione, quæ vt plurimum ex hac aqua inſequi ſolet.

Hic tñ, iudicio meo, multa cõſideranda veniũt, & primo, vt ait Gal. ꝙ podagra nihil aliud eſt, niſi pedũ vitiũ: vel affectus pedibus eueniẽs laborẽ afferẽs, neruis patientib. quibuſdã cũ aduſtiõe, quibuſdam

busdam cum frigore, quare podagricorũ inflam-
A matio, fluxione fit ad articulos pedũ decumbẽte.
Podagra etiam, vt ait idem Gal. est ex genere
morbi articularis: et magna ex parte icipit ex vno
articulo, temporisq; ꝓcessu ad omnes pertingit.
Et eunuchi, vt ipsemet scriptum reliquit, neq;
podagra laborant, neq; calui fiunt.
Et si quis podagra corripi debeat, necesse est
in eo pedes natura esse imbecilliores: sicuti & ce-
rebrum si morbũ comitialem passurus sit: non tñ
est omnino necessarium alteraturum pati, si nihil
in vita delinquerit: partis tñ imbecillitas non est
sufficiẽs ad generandũ passionem ex intermedio
tempore accessionũ, in quo nihil omnino ĩfestan-
tur: quãuis natiua imbecillitas cõtinua sit: clarum
autem & hoc in podagricisq; manifestissime ap-
parens: q fluente aliquo ad pedes humore super-
fluo, passio generatur. Si igitur neq; hic humor
B vnq̃ influxerit: liquet q neq; vnq̃ accidet passio:
non influet aũt si omnino vacãs superfluitatibus
corpus extiterit. Erit aũt vacans superfluitatibus,
si mediocri vtatur exercitio: & homo bene cibũ
concoxerit: & hæc eadem de articulari, & coxen-
dico dolore existimes dicta. Cõmune.n. (vt ipse
ait) tribus hisçe vitijs est: humoribus redũdantia,
affectum occupans articulamentum; quo reple-
to, vndequaque fit, vt particulę neruosę ambien-
tes tendantur, atque hinc dolor oriatur.
Duas igitur principales causas podagrę ponit
Galę. videlicet pedum imbecillitatem: & humo-
rum superfluitatem ad ipsos delabentem.
Quantum aũt ad pedum imbecillitatem, nul-
li dubiũ, q aqua hæc aliqñ conferre potest: quum
scilicet ab intensa caliditate, ac humorum calido
C rum descensu fiat, & cõseruetur. Habet.n. refrige
randi vim, & hmõi materias resoluendi, ipsosque
pedes roborandi: ratione suæ stypticitatis. si vero
materia illa calida sit, & tenuis, vel ẽt frigida, &
tenuis: ex potu huius aquæ cõmode euacuari po-
terit: & isto modo corpus à podagra præseruabi-
tur: licet pedum imbecillitas adsit. non.n. ex se, vt
optime ait Gal. est causa sufficiens ad podagricos
dolores inducẽdos. & quãuis nonnulli dixerint:
hanc aquam conferre non posse podagræ, mate-
ria existente in pedibus fixa, & actũ dolorem infe
rente, nihilominus hoc fortè non est vniuersaliter
verum. Si.n. materia illa calida tenuis, ac modica
sit: videtur posse resolui à caliditate huius aquæ
actuali per cutis poros: similiter etiã non videtur,
neq; rationi, neq; experientiæ consonum: q poda
gra, vel articulari dolore laborantes non possint,
neq; debeant, ex hac aqua in potu sumere. Licet
enim hmõi dolores exiccatione, & non humecta
A tione indigeãt: nihilominus huius aquę humecta
tio non est tanta: quum alicui potentiali siccitati
coniuncta sit, vt in oĩbus hmõi doloribus timen-
da veniat: licet nanq; actu humida sit: potentia tñ,
rationeq; suorum mineraliũ sicca est, suaq; stypti
citate mẽbra roborat. quare si pręcepta Galeni in
curatione podagræ seruentur, nulli dubium, q
vsus huius aquę aliqñ vtilis erit. Ait.n. q medicus
primũ considerare debet, qualis humor in poda-
gricis multiplicetur: si quidẽ nonnullis amarę bi-
lis succus plus cęteris colligitur, vt ipsemet ait qui
busdam bilis atræ, aut pituitæ, alijs ex ęquo oẽs, in
quibus sanguis abundare dicitur: hos ergo oẽs va
cuabis in pricipio veris, exhibito videlicet aut me
dicamẽto purgante, aut sanguinis diminutione:
& sic complures ipse Gal. sanauit, qui tribus, qua
tuor'ue annis per interualla pedũ laborassent do-
B loribus, exundante humore veris initio expurga
to, aut sanguine diminuto, cæterum id neminem
latere putat Gal. illos in omni deinceps victus, vi
tæq; ratione agere moderatos, nã intemperãtes,
vinososq;, ac vẽtri, gulęq; deditos, neq; purgatio-
ne, neq; sanguinis missione magnopere adiuueris:
nam per vitæ intemperantiam crudorum humo
rum copiam ocissime colligunt, verum iis, ne ma
num quidem admouere tentandum est.
Qm̃ vt ipse ait, si humor crudus propellatur in
articulario morbo, & adeo crassus sit, vt assimile
tur puri, qui quũ in articulis remoretur non tan-
tũ crassior, sed etiã uiscosior euadit, sic ut in duri-
ciem contumacissimã, quam latini tophon; gręci
poron appellãt, occallescat, quod ubi factũ fuerit,
nulla amplius spes restat, qua articulus in primũ
statũ exacte possit reuerti. eis uero aliis iã dictis,
C qui ꝓceptis salutarib. obsequentur, summopere pro
fuerint, si pricipio ueris primũ quidem euacuaris,
dẽide aũt ad exercitiũ, uictusq; rotionẽ salubrem
perduxeris. Consideratis igitur humoribus, qui
multiplicãtur in his, qui dolores podagricos seu
articulares incurrũt, sicut pharmaco conuenienti
purgari debent: ita ẽt si sint ex illis, qui hac aqua fa
cile expurgari possint, vtiliter ꝓpinari poterit: ta-
les uero erũt si calidi, vel ẽt frigidi tenues sint. q
si multi fuerint, aliquo purgãte medicamẽto mi-
nui poterunt, vt.s. qui remanebunt, commodius
euacuari possint, membraq; recticari, ac robora-
ri. et q dictũ est de podagra, potest etiã dici de chi
ragra. quę nihil aliud est, nisi dolor manuũ. Lau-
datur præterea hoc balneum in scabie, & prurita
tam vlceroso, quàm nou vlceroso.
Vbi notãdũ, q scabies ex multis, ac diuersis su
perfluitatibus euenit. Pruritus ẽt, vt ait Gal. est po
tius qđã sensatio, q̃ motus: in hoc.n. symptomate

excrementorum duntaxat,quæ pruriginem excitare possint, sensus est, neq;.n.alio nomine explicari possunt,nisi quis ea aut nitrosa, aut salsa, aut amara appellare voluerit,q huiusmodi sit ipsorum natura quā ab externis rebus sumpto exēplo dicere licet,vt vrtica,scilla,muria, aqua maris,& id genus reliquis neq; non ab ijs,q ad corpus pertinent,quippe solet pruritus vexare eos, qui aut balneū negligunt,aut strigmentis referti sunt,aut cruditatibus abundant, aut praui succi cibos ingerunt,id vero longe magis in psora, & lepra,q in huiusmodi affectibus,&plus fit succi, & succus ipse crassior, atque ob hunc magis crebrius, pruriunt hi q reliqui omnes,sine hmōi affectibus prurientes,ac nihil iuuantur, vel si vehementissime scalpentes cutem sibi detraxerint. Succus.n.noxius manet infixus,atq; (vt ita dicā) impactus in cute:neq;.n.exiguus est,neq; tenuis, veluti in his,qui balneū neglexerūt,aut sordibus scatent,sed & plurimus est,& crassus,&nonnūq lentus quoq;,atq; hmōi symptomata omnia,à vitiosis succis originem trahunt, ac differunt inter se se,& qualitate,& quantitate causæ,quiete, & motu. Est.n.exigua,tenuis,salsa,& imota in pruritu, item exigua, tenuis, erodens,& immota in lassitudine vlcerosa,at multa crassa, & immota in lepra,psoraque.

Valet igitur hæc aqua in scabie,& pruritu vlceroso,vel nō vlceroso,à causa præsertim calida, salsa,mordaci,& tenui.ex lauacro.n.huius aquę, si prius purgatum fuerit corpus,vel hac eadem aqua,vel aliquo purgāte medicamēto resolutitur, & alterans humores sub cute residentes,ipsamq; vlcerantes. In hoc.n.balneo est aliqua virtus resoluendi,refrigerandi,ac remittendi humorum acrimoniam, & sua stypticitate prohibendi dilatationē,īmo ipsam consolidandi,& exsiccādi. Et si hæc aqua bibatur non solum vim habet humores,ac superfluitates educēdi,ex quibus fit scabies,& pruritus,multæq; aliæ cutis affectiões, & symptomata,sed etiā rectificandi membra intrinseca,occasione quorum multiplicatur,ac succesiue conseruatur eorum causa.

Notandum tamen,q si scabies sit crassa,vel ēt valde vlcerosa,laudatur magis balneū deCorsennæ,sicut etiam in pruritu.Ego tamen laudo, qd prius per sex,vel octo dies aqua Villensis in debita,ac conuenienti quantitate bibatur, præmisso etiam consilio prudentis medici.corpore.n.existente valde repleto,neq; huiusmodi potum,neque etiam lauacrum laudo.

Doctor quidā insignis,Dominicus Bertinus, dum huius sacratæ aquæ vires multorū testimo-

D nio manifestas haberet,vt oībus notas faceret,ipsas in quodā marmoreo lapide sic cōpendiose describēdas curauit. Anno MCCCCLXXI. Cal.Maij.

Sacri de Villa Balnei hæ præcipuæ sunt virtutes.

Confert cunctis capitis membris Curat omnes stomachi morbos. Appetitum excitat, Digestionem procurat. Vomitum restringit. Sanat cuncta hepatis vitia. Hepatis,& venarū oppilationem aperit. Colorem optimum facit. Confert passionibus splenis. Sanat vlcera pulmonis Mundat renes. Lapidem minuit. Arenulas prohibet. Macros impinguat. Lepram curat non confirmatam. Bibita antiquas febres expellit. Matricis vitia anterius clysterizata sanat. Triginta balneantur diebus,qui ea vtūtur. E
Octo vel decem bibitur purgatiōe præmissa, à contrarijs caueatur. toto corpore vlcerā sanat.

Franciotti finis.

In Gentilis de Fulgineo Tractatum primum de Balneis Index.

In Tractatum secundum de Balneis Index

Gentilis

GENTILIS DE Fulgineo de Balneis Tractatus primus.

REm gratam medicis, & ægrotãtibus vtilem facturum me existimaui, si quàm breuissime fieri posset, de natura, & viribus balneorum nos circundantium scripsissem, quæ mihi nota sunt, ut & illi scirent, ad quæ potissimum balnea ægrotos mitterent, & hi beneficio medicarum aquarum ad pristinam sanitatem possent facile reuocari. Quã in re si dissentiam ab opinionibus antiquorum, quos diligenter vidi, & consideraui, id fiet, quia pro temporibus mutari solēt omnia. & facile adducor, vt credam naturas, ac complexiones tum B hominum, tum etiam balneorum diminutas, & aliqua in parte mutatis ab eo statu, ĩ quo antiquitus fuerant. Quamobrem cum correctione omnium naturas, & complexiones ipsorum, vt nũc sunt quàm breuissimé, & perfectissime explicabo, atq; incipiens tã a balneis aquæ dulcis quàm salsis, & thermis, singulatim determinabo.

Thermę quidem, seu stufę suo aere calefaciunt, & sua aqua humectant. Si quis vult humectari, moram trahat in aqua. Si quis vult exsiccari aut calefieri in membris, non balneet se, sed solum in aere sudet, vltra verò se lauet. Nota quòd nimia mora C balnei, suo aere infrigidat corpus, quia multum de calore innato resoluit, & extraneos auget, ex quibus corpus redditur frigidum. Aqua eius nõ debet esse multum calida, ideo, quia per ipsam cutis oppilatur, & inspissatur pori. quare de eius humiditate, parum vadit ad intrà corpus, & parum humectat, & parum resoluit. neq; debet esse multum frigida, quia mortificat calorem innatum, sed debet esse plus quàm tepida.

EFfectus particulares aquæ dulcis in balneatione sunt hi. quia cum tale balneum inuenit nutrimentum indigestum, humorem crudũ frigidum calefacit, & cum resolutione digerit ipsum. Conferunt thermæ siccę, quia sine aqua, hydropisim habẽtibus, & laxitatem. ingredienteis iejunos inarescere faciunt, exsiccant, & debilitãt propter resolutionem spirituum. Saturatos impinguant, quia trahunt nutrimentũ ad membra exteriora, sed faciunt oppilatiões magnas in corpore. Illi verò, qui in fine primæ digestionis, ante quàm sit vacuitas stomachi ingrediuntur, impinguantur mediocriter. & tempus eorum, ante quàm intrent tale balneum post cibum, sint septem horæ, aut sex ad minus, vt ponit Anicē. in secunda primi capite De his, quæ proueniunt ex balneatione. Conferunt thermæ humidæ quãdo balneãtur Hecticis, propter quod humectari, & submergi debent in aqua tepida. Et si virtus tolerat, totus vngatur ex oleo rosato, cum exit Balneum, & detur lac ad bibendum, vel aqua hordei. Nota, ꝙ tale balneum, quando approximatur corporibus, facit nocumenta multa, quoniã facit superfluitates multas descẽdere ad membra debilia, & corpus & neruos impedit, resoluit calorem innatum, deijcit appetitum, virtutemque retinendi prosternit. Caueant à balneo isto podagrici, & corpora repletà, nisi primo purgẽtur.

B Aliorum autem balneorum, nos circundantium, quędam sunt Nitrosa, quędam Sulfurea, & quædam Cinericia, quædam Marina, quædã Salsa, quædam Aenea, quædam Ferrea, quædã Aluminosa. quæ omnia desiccant, aliqua plus, aliqua minus. & adhuc habent aliquas proprietates particulareis respectu aliquorum membrorum.

De Balneis Sancti Philippi.

NItrosa Balnea, quæ sunt balnea de S. Philippo, judicio meo, omniumq; medicorũ qui de his experientiã fecerũt, talis sunt effectus. quoniam subtiliant humores, eosq; resoluunt, laxitatemq; in membris tollunt. prosunt etiam scabiosis, debilibus iuncturis, podagricis, & habentibus in corporibus hepata dura. Ad quæ itur de mense Septembris, & Octobris, vsq; ad medium C Nouembris. Saluo semper, ꝙ tunc non sint multi venti, nec pliuiæ multę. quia magna pluuia, & humiditas, remittit virtutem illius balnei, & incenduntur humores, & corpora euntium. Præsuppositis semper purgationibus vniuersalibus materiæ prædominantis in corpore.

De Balneis de Turri S. Mariæ in Bagno.

SVlfurea balnea, quæ iudicio meo, & omniũ qui experti sunt ea, sunt balnea de Turri Sãctæ Mariæ in Bagno, quanquam apparet mihi ꝙ sint mixta de Auinione, & hoc vidi per experiẽtiã, & pluries expertus fui, effectus ipsorũ sunt. Quoniam iuuãt, & mollificant neruos omneis, mitigant dolores neruorum, remouent spasmũ, atque tetanum ex repletione, mundant superficiem à scabie, & bothor. ulcera, Morphęam, & Albaras resoluũt, & sup̃fluitates iuncturarũ, splenem grossum subtiliant, superfluitates matricis exsiccant, stomachisq; appetitum eliciunt. Ad tale balneũ de Turri p̃suppofita vniuersali purgatione,

tione, itur de mense Maij, vsque ad dimidium Iunij.

De Balneis Petrioli.

BAlneum vero de Petriolo, est complexiōis sulfureæ, & aluminosæ, & in ipso est plus de alumine, quod vidi per experientiam, & si ali qui tenent oppositum, non est curandū. effectus huius balnei sunt hi. prodest catarrhosis, podagricis, defectuosis in neruis. & principaliter valet catarrhosis, & habētibus caput frigidum, & hoc balneum principaliter confert, & nostro tempore multum operatum est, atq; notabiliter, debet enim duci super caput, ad quod eatur de mense Septembris, vsq; ad Februarium, semper præsupposita vniuersali purgatione capitis, vt dictū est.

De Balneis Marinis.

MArina verò Balnea, effectus tales faciūt. Quoniam in processu per longum tempus calefaciunt complexionem corporis, & specialiter matricis, & vesicæ, & coli, sed replent caput, & ideo balneans se in mari, non debet caput suum quocūq; modo balneare. In quibus balneis: balneari debent à medio Iulij, & per totum Augustum.

De Balneis S. Helenæ in agro Patauino.

CIneritia, Salsa, & Nitrosa balnea, Balnea sunt de Sancta Helena de Padua. Præbent quidem auxilium capiti, pectori repleto, & cōferunt stomacho humido, & habentibus hydropisim, & inflationem. Sed ista balnea per experientiam mihi visam, particulariter cōferunt humidis. & debilibus membris, propter frigidos, & humidos humores multiplicatos, aut propter frigiditatem, quoquomodo in neruis acquisitam.

Ad quę balnea eatur de mense Maij, vsque ad: Septembris.

De Balneis quæ sunt prope Pellicanum de Viterbio.

ÆNea, Ferrea, & Salsa Balnea, sunt balnea, quæ sunt prope Pellicanum de Viterbio. Conferunt quidem in ægritudinibus ex frigiditate, & humiditate, in doloribus articulorum, & podagræ. Conferunt laxitati, & asthmati, ægritudinibusq; renum, & fracturæ, & carbunculis, & vlceribus, & restaurationem fortem efficiunt.

Et quia ista balnea propè Pellicanum dicta, apparent mihi multum ferrea, quanquam sint salsa & ænea, sed non sic, vt sunt ferrea: multum iuuāt stomachum, & splenem, & habētes debilitatem in membris naturalibus, s. stomacho, & splene, intestinis, & renibus, & in hepate, et huiusmodi, & iuuant habentes asthma, & debileis pulmōes. Ad illa balnea, potest quilibet ire in qualibet an- D ni parte, præsupposita semper aliquali purgatione, vt dictum est.

De Balneo de la Porretta.

ALuminosa quidem balnea sunt quasi omnia balnea nos circundantia. sed magis & luminosum balneum apparet mihi (& expertus fui) balneum de Bononia, quod dicitur, & vocatur balneum de la Porretta. Et confert nimię egestioni sanguinis per hæmorrhoidas, & menstruis albis, & rubeis, et vomitui, & nauseæ, & multo sudori, & confert omnibus passionibus neruorū prouenientibus propter repletionem, sicuti guttosis, & matricibus repletis, & multum iuuat ad impregnationem, & hoc nostro tempore expertus fui, quia multæ mulieres, quæ multo tempore E steriles fuerant, per visitationem huius balnei, & aquæ assumptionem domum reuersę cōceperunt, præsupposita vniuersali euacuatione. Et valet quoq; hoc balneū ad omnes oppilationes hepatis, & splenis, & venarum, & prodest calculosis, & doloribus iliorum, & catarrhosis, ipsis primo purgatis. Ad quæ eatur de mense Augusti, ad mensem Septembris vsq;.

De Balneis Compositis.

ET sciendum, quod aliqua sunt balnea composita, quæ simul sunt sulfurea, & aluminosa, vt sunt balnea de Padua de monte Grotto, & eorum virtutes sunt compositæ secundum compositionem balneorum. Aliqua tamen sunt ferrea, & aluminosa, & ænea, vt est balneum Domi F narum, quod est in Sācta Maria in Bagno, quod, est oppositum passiōibus narratis ante, & est specialiter pro matricibus. Aliqua sunt, multum aluminosa, & parum sulfurea, & tale est balneum, quod est in San. Maria in Bagno, & vocatur Balneum de Medio. Aliqua sunt balnea, quæ hñt de alumine, nitro, & de sulfure, vt est Balneum de Luca. Aliqua sunt balnea, quæ sunt ænea, & aluminosa, & sulfurea, vt sunt balnea de Aurinione, & vt sunt balnea, quæ sunt in comitatu Senarum. Immo, vt uerius loquar, nullum balneum inuenitur simplex in partibus istis, quia omnia sunt composita, & hoc pluries fui expertus. Ex quo infertur quòd postquam omnia ista Balnea sunt composita, nec aliquod simplex, diuersa faciunt iuuamenta. Et hoc ad præsens sufficiat de balneis nos circundantibus.

Tractatus secundus de Balneis Gentilis de Fulgineo.

Hermæ, secundum medicos, sunt balnea naturaliter calida, quia habent aliquid de sulfureo, & postea diuersificantur, secundum diuersas mineras.

Balnea Petrioli, de comitatu Senarum, habent multum de sulfureo cum grossa substantia, & sunt fortia in exsiccando, & calefaciendo. Baloeum quod est prope ipsum (& vocatur le Caldanelle) habet de virtute ferrea cũ substantia subtili. ideo confert laxitati nutritiuorũ, exsiccando, & congregando, non manifeste calefaciendo, vel infrigidãdo. Balneum Maceretti propè ipsum Petriolum, habet de sulfureo nõ multum acuto. Baloeum Rapolani iuxta Senas, habet de sulfureo multum intenso, & ideo multum exsiccat materias cutaneas, & valet ad scabiem grossam. Et ego plurimos scabiosos misi, qoi statim sunt liberati. Valet etiam ad impregnationem, vt patet per experientiam. Balneum aquarum iuxta Pisas, habet multum de ferreo, cum aluminoso subtili. Ideo coofert multũ nutritiuis laxis, & remollitis laxis, vt etiam calefactis, & hydropisi, & icteritiæ antiquæ, mundificatq; renes. Balneum de Auinione in comitatu Senarum, est in virtute balnei aquarum de Pisis. est autem substantiæ grossioris, & ideo tarde imprimit virtutem suam. Balneum S. Philippi de comitatu Senarum, propè Radicosanum, est similis i virtute balnei Petrioli, & est subtilioris substantiæ ipso baloeo Petrioli, & ideo valde confert frigiditati neruorum, & capitis, & podagricis, ischiadicis ex materia frigida, præcedente conoenienti regimine, & ante, & post. Baln. S. Cassiani sunt dioersa, quædam enim sunt multum sulfurea, multum vtilia ad dolores iuncturarum, frigidos, & coosimileis, & quædam sunt tẽperatura magis, quibus vtimur in ægritudinibus hepatis, & splenis. & illa balnea sunt ibidẽ nota.

Balnea Viterbiensia, sunt plurimum sulfurea. Sed balneum Grottarum, quod est ibi, mondificat renes. Balneum Suaue, vel de Sauona, est vehementer sulfureum, ideo multum nocet cholericis in hepate. Balneum de Asculo est sulfureum multum. sed habet proprium q̃ nocet habentibus oculos debileis, quia mouet materias ad ipsos. Corsennæ, in comitatu Lucẽsi, sunt balnea tria. Primũ est balneum pricipale, quod denominatur Balneũ Corsennæ, & est aluminosum. Licet aliqui dicant, mineram eius esse salgemam, & est actu multum calidom, licet in potentia nõ sit sicut in actu, & aqua eius est multum clara, nullo sapore, vel odore infecta ita, q̃ potest eam bibere qui vult. & ut ita dicam, decoquendo carneis in ea. Veruntamen infert sitim vtenti ea, siue ab intra, siue ab extra. Et illud balneum confert ægritudinibus iuncturarũ, & oeruorum, & doloribus remaneotibus in membris neruosis post percussionem, & dissolutiõibus iũcturarum, & exsiccat vulnera, & vlcera antiqua, & consolidat ea, quæ sunt difficilis consolidationis, & multum exsiccat humiditates matricis. vnde, multum confert ad coocipiendum, & cõfert in quibus est necessaria multa exsiccatio, & ideo est ibi iuxta sudatio, seu stusa, & in aquam ingrediens vehementer sudat, & ab humiditatibus exsiccatur. Aliud Balneum est ibidem, quod dicitur balneum Rubeum, & sic nominatur, quia partes balnei rubedine participant, et est ęneu, & aqua pauca, quę calefacit, et exsiccat caput, abluẽdo se. Aliod est balneum della Villa, & est ferreum, & qoasi temperatum in actu, in quo quis potest stare diu, & multo tempore absq; læsione, & confert membris nutritiuis, augetq; famem, licet minuat sitim.

Nomen balnei apud Arabes, cadit sup balneo aquę dulcis, quę vocatur Stufa, cuius pars est Tina. & hoc balneum communiter non conuenit, quia non est potens in exsiccando. Cadit etiam super sudatiuo sine aqua, de quibus est fumus calefaciens, aut simile artificium, & hoc balneum conferre non potest, si virtus ęgri cõtradicat, & reliqua consentiant. Cadit etiam super balneo aquarum calidarum propriè hoc nomen balneum, siue sulfurearum, siue aluminosarum, ferrearum, salsarum, & similium, quæ balnea, appellant proprie Græci Thermas. Et ista balnea competunt duplici intentione scilicet exsiccationi materiæ aquosæ, & tunc conferunt, vel competunt sulfurea, uel salsa, vel consimilem virtutẽ habentia, vt patet illo capite, Quidam ornate loquentium, & in. xiiij. iij. Auicẽ. capite De cura Hydropisis, & septimo continentis. caoendo ne sit febris, vel calor extraneus existens in hepate, vt colligitur ex Ali. vij. Practicæ. Secunda intentio est confortationis laxitatis hepatis, quę cõsoeuit contingere, post fortia solutiua in virtute. & tunc competunt balnea ferrea, vel participantia tali virtute, sicut balneũ aquarum de Pisis, & balneum de Auinione, licet sit cum istis aliqua virtus aluminosa, & aliqua sulfurea. Ab aqua vero sulfurea forte balneum nullum calidum abso

lute,

lute, vt Aristot. in libro de proprietatibus elementorum, & problematum. 24. problemate. 38. & 39. Sed de alio sit dubium non paruum. Conuenit ergo balneum Sancti Philippi, Petrioli, Suaue, vbi sit mala complexio frigida. Balneum de aquis Pisarum, & Auinione concedunt moderni, vbi esset aliqua calefactio hepatis. In omnibus enim aquis Thermaticis, est laus una, quę nõ est in stufis, vel in aquis stufarum, quia homo habet liberiorem anhelitum, vt innuit Auicen. 14. 31. cap. De cura Hydropisis. Balneum de Porretta, de comitatu Bononien. est sulfureum, parum nitrosum, & ideo de ipso bibitur, non tamẽ multum mali odoris, aut saporis, & soluit sua nitrositate mirabiliter de toto corpore, & interficit hydropicos, & multum valet frigidis, & præparat fœminas ad concipiendum, exsiccando humiditates matricis superfluas, sed lædit habenteis humores adustos, quia vehemẽtius adurit ipsos.

Balneum Sanctæ Mariæ in balneo de Romandiola est virtutis, quasi consimilis illius de Corsenna, & est suaue, non ita acutum aliter calidum, nec forte ita potentialiter, sed satis propè.

Expliciunt Tractatus de Balneis nos circundantibus, & naturis eorum, & virtutibus, & temporibus ipsa visitandi.

Gentilis finis.

CONSILIVM DE BALNEO

Petrioli Magistri Francisci de Senis ad Reuerendum Dominum Episcopum Papiensem.

PRimò sciendum, quòd particulares virtutes istius balnei, sunt calefacere membra infrigiditata, & exsiccare nimium humectata. cuius aqua præ potens est ratione materiæ, super quam transit, quæ est sulfurea nimis. nec Gẽtilis in suo tractatu balneorum, aliquid vltra, vel citra, vel etiam de hoc balneo scripsit. Sed video quod virtutes istius aquæ sunt multæ, & variæ, præter istas tactas. qđ maxime apparet per experientias, quia nũquam audiui hominem conqueri de hoc balneo, nisi hommes excessiuæ caliditatis in hepate, vnde steriles, huius balnei beneficio concipiunt, malè videntes bene vident. malè audientes bene audiũt, & omnes virtutes corporis saniores fiunt, pręter appetitiuam, quæ aliqualiter hic læditur ex fumo

D sulfureo, & sitis crescit euidenter, & rationabiliter. Bene tamen video, quòd ista hic acquirũtur ex principalibus virtutibus præscriptis calefaciendi, & exsiccandi. Et bene cognouit hoc philosophus. 9. libro Problematum, problemate vltimo cum quærit, propter quid balnea sacra dicãtur. Sacrum enim sanctum, & secretum sonat, vtrunque quorum est hoc balneum. Item, sciendum, quòd cum cerebrum frigidæ, & humidæ complexionis, à natura, & frigidę, & humidę, ab ætate, vita, & communi regimine non laborantium, in nocumẽtis catarrhalibus, ad complexionem frigidam, & humidam permutãdam, & clarificanda instrumẽta sensuum. si hic aduerto, qđ expedit moram esse lõgam, quia sine tædio, aqua male potest sustineri, plus quàm duabus horis in die naturali, in quo quidem breui tempore, non

E potest multa actio fieri, quia in pricipio ista aqua dissoluit grossa viscosa, & liquida liquidiora reddit, & multiplicat sputum, aliasq; humiditates.

Deinde resoluit, & desiccat, & confortat, & ad naturalitatem reducit. Vnde semper illi, qui veniunt huc de meo consilio, hic stent, nec expedit hic salutẽ expectare, quia manifestatur in vere, & ĩ æstate magis, sed absit quadragesima, quæ tamen mihi adest. prӕterea, suppono uos esse purgatos. complexio autem, & ętas vestri mihi bene notæ sunt. Ad hæc, affirmo quòd si personam totam in aqua ponitis, nunquam expectetis tædiũ nec eius principium, & quòd stomachus sit vacuus, et quòd sudetis, & dormiatis post sudorem & post balneum. Nec bis in die balneamini, nisi forsan caput, & stomachus probaret sic agendum. In Balneo coopertus stetis in fine mansio

F nis vestræ, quia confert membris nutritiuis quia est ferreum, & æneum, & mundificat, seu abstergit sulfur. Super omnia oro vt ordinetis, quàm diu hic estis, vt Balneum mundetur omni nocte.

Particularia multa mouissem valẽtibus philosophis, qui sunt cum paternitate uestra de Balneis, quia tamen vicinitas nõ patitur, nec papyri conditio, taceo, & me vestrę gratię cõmendo.

Index morborum, quibus conferat aqua ferrea.

Fertur, et experientia comprobatum est, aquā ex minera ferri opitulari

Alopetiæ.	Tyriæ
Achori.	Scabiei etiam vlcerosæ.
Lepræ græcorū	Cutis desędationi
Humiditatibus sub cute contentis,	
Malo corporis odori.	Inflationibus
Bothor	Vesicis
Apostematibus vlcerosis.	
Splenis duriciei, & tumori.	
Pustulis paruis	
Vlceribus humidis sordidisq́.	
Prurituí	Escharis mēbris infixis.
Articulorum morbis	Neruorū mollificatiōi.
Conuulsioni ab humido contingenti.	
Stupori	Fracturæ instaurandæ.
Capitis humiditatibus.	Vertigini
Dolori capitis	Auris saniei
Dentibus commotis.	
Sputi multitudini, & oris humiditatibus	
Vuluæ humidæ	Illacrymationi.
Palpebrarū inuiscatiōi.	Asthmati
Vomitui.	Sanguinis sputioni
Ventriculo humido	Singultui
Nauseæ	Hepati
Diarrhœę	Torminibus
Ani procidentię	Matricis procidentię
Vrinandi impotentię & coitus.	
Renum extenuationi imbecillitati, & dilatatiōi.	
Mictui sanguinis	Vesicæ scabiei
Vesicę molliciei	Vrinæ ardori
Stranguriæ	Mensium profluuio.
Hæmorrhoidum fluori	
Humiditatum albarum ex matrice profluuio	
Diabeti	GonorrhϾ.

ANTONII FVMANELLI
Medici Veronensis de Balneorum aquę ferratæ facultatibus, & pręsertim Calderianæ.

De vniuersis Italiæ balneis scribere cum sibi propositum assumpsisset Michael Sauonarola medicus satis clarus, ne vllum quidē verbum fecit de ijs, quæ in agro nostro Veronensi tā salubria cōtinentur. cuius rei cām, rationēq́; sępissime admiratus, nunquam satis animaduertere potui, cum Patauinis suis adeo vicina hæc nostra essent. quòd .n. nullo in honore, nullo in vsu hæc haberentur, aut eius temporibus, aut antiquis, nequaquā potest existimari. nam & celebratissima semper apud antiquos, & sacra habita fuisse inuenio, primum illic Gadii Magullæ monumenta demonstrāt, quæ fori tem illum MAGNÆ IVNONI sacrum fuisse ostendunt. est in veteribus deinde Vrbis nostræ statutis, quæ supra ducentos annos fuere condita, cum per populum vrbs regeretur, decretum, Caldariana Balnea quot annis mense Martio mundanda esse. Quod vero & ipsius ēt Michaelis tēporibus deserta, aut insalubria, reddita non essent (vt alijs quoque fontibus sæpe accidisse vidimus certis temporum constitutionibus) inde videre licet, quòd eisdem ferè tempori bus Aleardus Pedemontius ciuis noster, & medicus haud ignobilis de hisce balneis tractatum edidit, qui adhuc extat.

Quid igitur causæ esse potuit proponentem de vniuersis Italiæ balneis scribere, antiquissima hæc nostra saluberrima, vicinitate notissima, silētio præterijsse? nam ego quidem haud vnquam illud mihi persuaserim, quod quidam autumāt, hæc ideo illum prætermisisse, ne nostra laudādo, suis dignitatem adimeret. neque enim vnquam existimare possem bonum virū, & præcipue philosophum in id vitium incidere potuisse, vt præ inuidia publicam vtilitatem mortalium occulta re studuisset. Quicquid igitur causæ fuerit, nō defuere certe è nostris quamplurimi, qui & humani generis saluti & balneorum nostrorum dignitati consulere studuerint: ac primum quidem Aleardus, post ipsum vero & Pantheus, hic quidem dialogo rem complexus, ille medico magis sermone, & quidam alij, inter quos extitit Gerardus

dus Bolderius medicus longe celeberrimus; nos quoq; iuuenili adhuc ætate nonnulla de eisdē scripsimus. Nunc verò cū audiuissem THOMAM IVNTAM, cui plurimū mortales debent, pp eā pietatē, ac curā, quam semper habuit, quaq; vsus est ad humanum genus per impresionem optimorum librorum, iuuandum, magno studio diligentiaque conquirere authores omnes, qui de aquis & balneis aliquid scripsere, vt in vnum corpus redactos, ad communem mortalium vtilitatem in lucem emitteret: cumq; is ad nos quoque hac ipsa de re literas dedisset, atque hortatus esset vt siquid haberemus, in commune conferremus. eadem qua ille pietate. & iuuādorum hominum cupiditate accensi diligentissime relegimus, quæ ad Calderiana balnea pertinent, & quum videremus quæ priores medici scripserūt, & ad manus paucorum peruenisse, & non paucis indigere, q̄ possent iure desiderari, qua potuimus diligentia, ea collegimus atque emendauimus quę olim scripseramus: ac non pauca etiam adiecimus, vt & nos qua parte possemus, mortalium saluti consuleremus, si forte nostra digna essent, quæ inter tot eruditissimorum hominum scripta, locum aliquem habere possent.

Primum igitur quod à multis expectari meri to posse videbamus tractādum putauimus de natura & temperatura nostrorum balneorum, & quādo, & per quos, & quomodo assumi debeāt, ac demum quæ sit ferratæ aquæ temperatura, & quibus morbis conueniat, quæ omnia pro virili nostra parte sedulo conabimur explicare.

DE AQVAE FERRATAE ORTV.

PARS PRIMA.

Nobis sufficit verba tantum Galeni afferre libro simplicium pharmacorū descripta, q̄ sunt: Aqua quæ est vere aqua pura, est in virtute sua frigida necessario. quod si ipsa oritur in loco in quo est pix, aut sulfur, aut nitrū, aut alumen, & resudat ex eo, & eradicatur, & fricatur cum ea de substātia illius loci aliquid, tunc nō est pura, sed permista: cuius uis nō est eadem cum viribus aquæ simplicis. & Auerroes in Canticorum commentario asserit huiusmodi aquas cōstare ex permistione cum partibus terreis & mineralibus, aquę propriam naturam præbentibus. Cumq; aqua fontium Gauderij in loco existat terræ ferreæ, ut indicant lapides locorum circunstantium, colorem, pōdus, ferriq; naturā pręD seferentium, nec minus cōstat aquam ipsam terræ ferreæ cōmistam esse ex ipsius aquæ sublimatione: residet enim pars feculenta, non ardens in ignem missa, ferro multum similis odore etiam, & gustu. idem constat, quoniam cum simplex aqua insipida existat, pariter & ferrum, vt habetur ab Auicenna secūdo Canonum: Horum balneorum aqua nullum, aut modicū alienum præfert saporem. ex tactu præterea idem potest afferri indicium, quoniam fęx ipsa exiccata dura est, & pōderosa. idem probari potest ex operationib. aquę ipsius, quæ & ferri sunt. ex pulsu præterea se balneantium, qui paruus efficitur & durus. itaque balnea, hæc ex minera ferrea ferri naturam suscipiunt licet aqua parum de ipso cōcipiat ferro, vt etiam fatetur Rasis.

De iuuamentis Balneorum mineræ ferreæ.

E Præscita ferri tēperatura (de qua erit sermo in quæsito de ipsius temperamento): facile est enunciare, quos inducat effectus thermarū ex ferro aqua, quos ordinē in præsenti congessi capite. operatiōes namq; ipsius, & pprietates sunt, q̄ aqua hęc modicæ existit caliditatis, adeo vt de ea dici possit, quod Ioannes Mesue dixit de cassia fistula, quoniam calido frigido temperata, nisi q̄ paulo est calidior. estq; aqua hæc sicca in ordine primo ad secundum, excrementa partium putrida valenter absumit, siccatq; partes molles, & laxas durat, & densat, atq; cogit, detergitq;: cōfert alopeciæ, & tineę. cutem mundificat, impetigini opitulatur, atq; scabiei. humiditates sub cute contentas desiccat, & malum abscindit corporis odorem. valet vesicis, inflationibus, splenis tumoribus, pustulis paruis à quibus egreditur humiditas virulenta. vlcera humida, maligna, sordida,
F ambulatiua difficilis consolidationis curat. confert psoræ, scabiei vlcerosæ, seu lepræ, pruritui, & membrorum putrefactioni. lenit escharas membris infixas. ab articulorum doloribus assuetos affici iuuat, & potu, & in sessione: neruorum dolori confert, conuulsioni ex pituita, & stupori: fracturas instaurat. confert ex ipsa lotio capiti humido, & rheumatizāti, destillationi, & dolori ex pituita progenito, auris saniei, dētium commotioni, multitudini sputi, oris humiditatibus, & vuulæ, oculorum illacrymationi, & palpebrarum inuiscationi, cōfert vomicæ pectoris, & pulmonis, asthmati, sputo sanguinis. ventriculi humiditates consumit sua siccitate, & partes laxas vnit. cōcoctricem fortiorem reddit, ipsius ventriculi partes vniendo, paratis ad hydropem succurrit. frigidiori autem ob imbecillam à ferro adeptā caliditatem nō ita opitulatur vt calidiori, quoniam

remisse

remisse calidum remittit intense calidum. prodest singultui, vomitui, & ipsius cõturbationi, hepar intensius calidũ eadem iuuat ratione, & sua siccitate roborat, & plurib. succurrit morbis ipsius causa cõtingentibus: splenem tenuat tumefactũ, si etiam quid salis addatur. bilem educit, simul et humiditates, & magis p vias vrinales expurgans. diarrhœę, dysenterięq; , & fluxioni, vitio hepatis contingenti proficit, ipsius nimiam remittendo caliditatẽ, & sua siccitate adiuuat ad venerea impotentes ob renum, & vasorum ad hæc deseruiẽtium nimiam caliditatem, aut humiditatem relaxantem, ipsisq; robur pręstat. vrinę difficultati apprime conducit, renum extenuationi, debilitati & dolori, ventositati, & nimię supercalefactioni, texturæq; raritati, ipsos mundificando, & cõfortãdo, ipsorumq; ex panniculis dilatationi, prodest, & arenulas patientibus. præseruat à lapide vesicę & lapidem patiẽtem manifestat. valet scabiei vesicæ, & mollificationi, vrinæ ardori, & distillationi, gonorrhœæ, superfluo mensium fluori, & hæmorrhoidum. matricis quoque exsiccat humiditates, si etiam injciatur, & impregnationis defectum ab huiusmodi prouenientem cã, inhibet.

PARS SECVNDA

Obiectio prima.

Væritur nunquid aqua ferrea sit salubris: videtur enim Hippocratẽ hæc attulisse verba, Aqua quæ surgit à ferreo metallo, vel ære, nulla omnino iuuatiua, vel salubris, sed omnino dura habetur. hæc eadem retulit sermone de capitis vulneribus, quæ & confirmant Alexander iatros, Halyabbas, Rasis, & Auicennas, qui hæc scripsit libro Canonum primo, fen. ij. capi. xvj. Aquæ quibus substantia admiscetur metallina, aut ei simile, omnes malæ sunt, sed ferreę admiscetur substantia metallina, ferrea itaq; mala est. huiusmodi obiectionibus verbo tantũ rñdere sufficiat, omnes aquas metallicas malas eẽ in sanitatis regimine, & loco potus, sicut & pharmacum quodlibet, quibus tamẽ vtimur ad morbos pellendos. & dixit Rasis tractatu primi libri vltimo, quòd aqua egrediens de terra ferrea minoris est malitiæ quàm alia aqua de terra mineræ: quia non concipit de qualitate ferri magnũ quid. hæc etiam subdens Auicennas inquit, In quibusdam tamen earum existit iuuamentum. Illa enim in qua virtus ferri superat, iuuamentum præstat ad hoc, vt in interioribus fortitudo tribuatur, & vt

A stomachi corruptio prohibeatur, & virtutes omnes desideratiuę procedant. Gentilis hæc exponens inquit, Ad hæc vt in interioribus fortitudo tribuatur .s. membris, quia ipsa stomachum cõfortat, & hepar, & alia interiora. confortat. n. stomachũ vel à peccato, vel à qualitate, quia ferrum habet exsiccare stomachi humiditates, quæ obtundebant eius calorẽ, & per consequens eius appetitiuam. præter hæc decet ostendere, quanta attribuant medici iuuamẽta aquæ de minera ferri. Auic. in fine præcedẽtis capitis agens de aquis secundum qualitates secũdas, inquit: Ferreę quidem splenem resoluunt, & nõ coire valentes adiuuant, ratione stypticitatis mẽbra vniendo, qua calor confortatur naturalis, & capite de ijs quæ proueniũt ex balneatione, & frictione ad solem dicit: Ferreæ & æreæ aquæ, & salsæ etiam iuuant

B in ęgritudinibus quę sunt ex frigiditate, & humiditate, & in doloribus articulorum, & podagræ, & conferunt laxitati. i. paralysi, & asthmati, & ægritudinibus renum, & fracturæ instaurationẽ fortem efficiunt, & conferunt carbunculis, & vlceribus, id est pustulis vlcerosis similibus carbunculis, & parum infra hæc posuit: Ferreæ stomachum iuuant & splenem. canone autem. ij. capite 59. hæc habet, Aqua ænea, & ferrea, conferunt vlceribus. additq; hæc: Aqua ferri confert spleni, & stomacho: quę eadẽ recitat Albertus Magnus libro mineralium. 4. capi. vltimo verbis istis: Cũ ergo secundum dicta ferrum siccum sit, & adustum habet operationem q confert spleni, & stomacho debilitatis ex mollificatione: & ideo præcipitur eis, vt bibant aquã, aut vinum, in quibus extinctum sit ferrum candens. Auic. denuo hæc

D enũcians. ij. canone ait: Aquę ferreę, & ęreę sunt bonę renibus & colicę. ostendit quoq; capite de ferro q aqua, aut vinum extinctionis ferri cõfert apostemati splenis, & mollificatiõi stomachi, & eius debilitati exsiccando, eius humiditates extiguẽtes calorem naturalem suffocando, & ei contrariãdo. & ad hoc fit ẽt decoctio descoria ferri, q̃ & Paulus Aegineta posuit libello de pręceptis dicens: Thermę ferri naturam habentes, & stomacho, & spleni conueniunt. & iterum inquit Auicẽ. In ferri scoria est virtus aliqua debilior ea quę in scoria ęris, & eius ærugo exsiccat hęmorrhoidas: & dictum est, q ferrum, ferrugo, & squamma ferri eiusdem ferè sunt facultatis, & operationis. ait pręterea Auic. & vinum in quo extinguitur ferrum, inhibet solutionem antiquam, & dysenteriam, & confert mollificationi ani, & insensibilitati vrinę, & fluxui menstruorum, & cõfortat coitum, & dixit Rasis. 21. continentis cap. 241.

Aqua

Aqua in qua extinguitur ferrum ignitum, valet contra fluxum ventris chronicum, liēteriam, dysenteriam, splenis duriciem, indigestiōem, & stomachi mollificationem. quæ verba etiam posita fuere à Dioscoride libro.5.cap.928.& ait Rasis in fine capitis: Dico certificatus experiētia, quod valet contra hæmorrhoidas, diabetem, & fluxum menstruorum, aqua autem vtebantur extinctionis ferri, quoniam non tam facile mineralis haberi poterat. & tertio Canonum, capi.33.tractatus primi, fen.13. hæc habentur: Aqua ferri mineralis aut in qua extinguitur ferrum ignitū multoties est iuuatiua stomachi humidioris. Ioannes Mesue cap. de fluxu sanguinis ab ore, inquit, Bibát aquam rosceatā, aut decoctionis rosarum, & aquā de minera ferri. Item Auic. decima fen tertij, capite sexto de sputo sanguinis, Aqua autem, quā potat, oportet vt sit aqua pluuialis, & in qua extinguitur ferrum. Halyabbas theoricæ quinto capite.29. de aqua habet hæc verba: Quæ autem à metallis oritur ferri, ventrem incarcerat, membra durat, & roborat, splenis prodest doloribus, & apostemati. pluraq; habent balnea iuuaméta, quæ magis experimento comprobari valent. ex prælibatis constat quæ facultates sint aquæ à prædominio ferreæ, & responsio ad rationes prædictas, quoniam non omnis metallica est mala nisi via potus in continuo vsu, etiam quod habitātes propè prædicta balnea aqua vtantur fontis ibidem constituti. Hæc que attulit Rasis dicens: Aquæ minerales in sanis non sunt laudandæ, & Halyabbas.5. theoricæ protulit omnes aquas ex minera insuaues esse, & potui non habiles, sed pro medicamento tantum quibus conueniunt morbis, siue cum eis balneentur, siue potu vtantur. Variantur autem thermarum vsus ob variam assumentiū naturam téperiem'ue, morborum exigentiam, varia anni tempora, assumendi modū. Nec incongruum fore putaui aquas facultate varias medici iudicio inuicem commiscere, aut simplicia incoquere medicamenta prout variç exigunt dispositiones. inquit namq; Galenus libro primo de simplicium medicamentorum facultatibus: Tibi quidem possibile est, vt facias aquam similem vnicuiq; specierum reliquarum aquarū.

Obiectio secunda.

DVbitat Gentilis in dictis Auicen. hæc congerens, Aqua ferrea est frigida. ergo nocet ægritudinibus frigidis, arteticis, podagricis, & paralysi, patet per principem medicorum, q̄d omnis curatio fit per contrarium. confirmatur, quia confert carbunculo qui morbus est calidus & siccus, non ergo confert arteticis, quia à ma- D teria frigida oritur, & humida secundum plurimum. Respondet ipse q̄ ferreç maxime conferunt prædictis ægritudinibus positæ super membrum cōfortando calorem naturalem propter earum stypticitatem, & fluxui resistendo, & addit, Salsç non competunt in principio, nec augméto, nec statu quia plus traherent de materia ad locū, tamen cōpetunt in fine, vt resoluant, & exsiccét vlcera, ferreç autem nō in fine, sed principio. Gétilis arbitratus in principio morbi alicuius materia fluente ad partes non principes repercutiētia cōuenire, quç frigida sunt, ideo & ferrum quod frigidum esse asserit, solū in principio extrinsece administrandum esse censuit, vt repercutiat cum nullibi repertum sit ferrum repercutere: non. n. omnia frigida repercutiunt. reprimentia namq; duplicia sunt, quędam propria quç humores ad E partem lęsam fluentes procul pellunt, alia cōia, quç membrum alterando à receptione vindicát: in quorum classe nusq̄ ferrum est reperire, ipsum. n. siccitate sua sistere tātum habet, et vnire: quibus sit potius humorum detentio, quos siccādo absumit. Rationi quam ipse assert, q̄ aqua ferrea carbunculo confert, qui morbus est calidus, ratione cuius dicitur, ferrum ipsi nō cōferre, nec ferream aquam, sed humiditates qua prçstat ipsam siccando, remissaq; caliditate carbúculo nocumentum non inferendo.

Resp. Gētilis.

Resp.

Obiectio tertia.

COnsequenter dubitatur, nūquid hęc aqua cōueniat fluxui, & pręcipue balneatio. q̄d enim vapores fumidos, & materias intus impellit, & coarctat, fluxui nō conuenit. verba sunt Ioannis Mesue in commentario de medicamentorum consolatione hęc scribentis: Debiles in arte F cum stypticis balneant ignorantes, quoniam coarctant, & fumos interius conuertunt. & hoc fit maior causa ad fluxum. aqua autem hęc coarctat, quare &c. Pro solutione dicendum primo quòd balnei aqua quis vti valet, vt potu, vt ue lauacro. hocque dupliciter, aut vt vniuersali totius corporis lauacro, aut partis, vt vniuersali quidem dicitur non competere existente in corpore cacochymia, malorum quidem humorum repletione, ob rationem adductam. At euacuatione peracta conuenit, & totum balneare, vt membra vniantur, roborenturque. & quod relictum est dissoluatur. pariter dicere prçstat de particulari balneo cum stypticis ventri pro cataplasmate imposito, ad robur sibi prçstandum, vt posuit Auicennas tertio canonum, capite de aqua ferrea. & si cui superuenit ex potu aquç huius aliqua ventris solutio, illud est, quia facul-

tas

tas naturalis fortior reddita materiam pellit, qua educta remanet ipsius vêtris stypticitas, quod & aquæ epotæ multitudine quandoque contingit.

Obiectio quarta.

Vlterius quærere decet, vtrum aquę ferreę splenem tenuare valeant, cum resolutio fiat à calido, & ferrum, vt quidam asserunt, frigidæ consistat naturæ. Respondetur ad hæc, q; non resoluit sua frigiditate, sed exiccans siccitate propria villos densat, atque vniens calorem natiuum, quo facultas mẽbri fortior reddita quod reliquum est digerit. idem dicere cõtingit de stomachi nocumento, at vnum tantum hoc addidero, vt quod frigidum est, & siccum siccitate solũ cõdensante humorem digerit. tutius tamen est aquam asserere ferream, hæc, caliditate, & siccitate efficere.

Obiectio quinta.

Quæsitum quintum est, nunquid ferrea aqua vrinæ conferat difficultati, & colicæ. quæ namque vrinæ efficiunt difficultatem, & colicam, ipsis minime conferunt. aqua autem ferrea vrinæ difficultatem inducit, & colicæ officit, vt Auicennas canonum secundo, capite quarto, cuius hæc sunt verba: Aquæ omnes minerales vrinæ faciunt difficultatem, parturiẽdi, & menstruorum, & plurimum earum soluit, & exiccat, vt quædam earũ sicut aluminosa stringit, & quandoque facit venire colicã. Hæc prius ediderant Hippocrates, Paulus Aegineta aliique quam plures vt retulimus, et Galenus commentario. xiij. de medendi methodo præcipit vt patiẽti secundum vesicam, vel pudenda, vel renes, vritica pharmaca ne transglutire iubeas, sed ad longissima antispasim semper facies. cum autẽ aqua hæc per vias educat vrinarias, neque vrinandi cõueniet difficultati. Nemini porro dubiũ est, minerales has aquas in quantitate modica atque potu assumptas humorum multitudine in corpore inexistente, vrinandi efficere difficultatem humores ad vias vrinarias educendo, & non deducendo. at euacuatione præmissa, & aqua multa ebibita omnibus innotescere potest quod relinquitur facile educi, & per uias vrinarias expurgari, & si quis affuerit dolor, remitti, aut penitus auferri. Piper enim in quantitate modica soluit ventrem, & maiori vrinam educit. Quæ autem ex Galeno relata fuere verba de tumorem patiente deducta sunt, vt per partem illam nequaquã fiat tractus, sed ad contrarium ante quidem præmissam euacuationem. Et si plura superfint trutina pensanda, de quibus quandoq; sermonem fecimus: hæc impræsentia sufficere arbitramur.

PARS TERTIA DE REGIMINE ob prædicta balnea seruando,

Caput primum, de quibus medicum cõsulere præstat.

Nte quam accedat aliquis ad balnea dicta consulat peritissimum medicũ, primum de propria complexione, an aquæ ipsi competant, secũdo de ęgritudine, tertio de corporis præparatione, quarto de tempore assumptionis quo ad ægritudinem, quia non competunt cuilibet ægritudini quo ad omnia sui tempora. & similiter de omni tpe atq; constitutione quia non cõueniũt oĩ tempore anni, nec respectu cuiuscũq; aspectus cœlestis. quinto consulat de modo assumẽdi tam interius, q̃ exterius, & de regimine in assumptione: sexto de regimine post assumptionem. hæc. n. habent diuersificari secũdum cõplexionẽ indiuidualiũ diuersitatem, & ægritudinũ diuersam cõplicationem.

B

Cap. ij. de modo quo quis his balneis vti debet.

Ationabile videtur q; huius aquę potus magis cõueniat ęgritudines patientib. intrinsecas, & debilitatem stomachi, splenis, renũ, vesicæ, & membrorum naturaliũ, præter hæc, in fluxibus ac sanguinis sputo possunt decoqui cibariã cum prædicta aqua, atq; permisceri. humectatio autẽ, seu balneatio magis oportuna est patientib. vlcera, scabiem, pruritum, mẽbrorum exteriorũ putrefactionem, eschatas, apostemata extrinsecas, corporis defœdationem, & arthritidẽ, pariter, & embrochatio, quæ fiat situãdo ligneũ vas ad duorum brachiorũ altitudinem in fundo perforatã, ĩponatur cãnula ex qua aqua cadat super locũ infirmum, qđ & guttus ẽt præstat. in ęgritudinib. aût capitis, vt plurimũsup futuram coronalẽ, quę inuenitur si manus extremitas vbi est linea restrĩcta ponatur ad nasi extremitatem vbi est intercilium, & digitus medius super caput versus verticem extendatur, quia ad extremitatem digiti terminatur. potus autem, & humefactio competũt ægritudinibus compositis.

C

Cap. iij. quæ generaliter seruanda sunt ad prædicta balnea accedentibus.

Voniã solus dominus langores sanat, et balnea inter sacras connumerantur res, ideo infirmi seipsos corde, & corpe firmo cõmittant opifici, vt eos sanitati restituat, & prædisponãt corpora digestiuis, & euacuationibus debitis: licet. n. sacris sacra addere.

Cauẽdus est q̃libet excessus in sex rebus nõ naturalib. & maxie cibi & potus. Inqt. n. Aui. do. a.

fen.3.primi libri,vidimus multos quibus in tempore sterilitatis cibus defecit.postea cum in tempore fertilitatis abundauit,repletos fuisse,&mortuos,licet vehemens repletio in dispositione qualibet sit pernecabilis siue ex commestione sit siue ex potu. quot namque homines superflue se repleuerunt, & suffocati interierunt? si verò geniti fuerint humores mali ex præcedenti malo regimine vacuentur,reiterata etiam euacuatione ne fiat eorũ agitatio,aut magis incrassentur,& quãdoque contingit, vt se balneantes propter delectationem graues incurrant ægritudines, & febres,vt nono,&decimo de ing.sanitatis habes.

Vitentur tempora non seruantia naturas suas quia eorum mutatio à proprijs qualitatib. affert mortalitatem,vt Auicen.sum.prima doct.& sen secundis primi libri, & Hippocates tertia partic. aphor.fugiant autem nimium calorem, quia vt in eadem summa virtutem debilitat, & operationes naturales,propter nimiam resolutionem. fugiant etiam tempora ventosa nimium,& pluuiosa,aut aliter male disposita,quia talis mala dispositio aduēticia balnea malis qualitatibus inficit, & ægritudines generat, vt euenit anno domini 1516. & tempore necessitatis præparetur solium seu tina in domo, & ibi balneetur patiens,& aquam bibat.

Quoniam aqua hæc non multam in se habet caliditatem,ideo eligere oportet tempus calidũ, vt à medio Iunij vsque ad Augustum, & diebus quidem canicularibus,quæ accipiatur scaturiens in ortu solis. & laudabilius est balneum aeri expositum,in quo vapores vndequaq; exhalant,& aqua solis caliditate purificatur.vnde habilior sit ad potandum.& sic etiam se madefacientes in eo liberiorem habent anhelitum,& caput à vaporibus magis tutum,& propter hoc quæ libera sunt reddũtur exsiccatiora in suis operationib. quàm quæ mœnibus circundata fuere temporibus nostris,q̃ olim infirmis multo magis opitulabãtur.

Non intret quis balnea, aut aquam bibat nisi post quietem ex lassitudine habita ab itinere lõgo,ne vlterius debilitetur,vt dicit Princeps libro primo.8.in.3.cap.de balneo.

Magna cura teste Galeno de alimentis obseruetur,regimen cibi maxime,&potus iuxta tamẽ virtutis tenorem,consuetudinem,& ęgritudinis indigentiam,nam non vna victus conuenit speciesomnibus,vt Gal.7.de ing.sanit.sint autem cibi eorum facilis concoctionis,& bonæ substãtię, & quoniam,vt alimẽtorum tertio,capi.secundo scribitur,triticum hominibus omnibus alijs granis magis conueniens,& magis proprium inue-

D nitur,vt sanguis ex eo generatus temperatior existit, vt Halyabbas quinto theoricæ, & Isaac.in dictis particularibus ideo primo dicetur de eo, vt quòd panis cõueniens est qui fit ex optimo tritico,spisso,graui,lucido,leni, nõ de facili frãgibili,nato in pigui terra,& aeri libera,ætatis medię. quia,vt Diosco.libro secundo capi.309. triticum sanis corporibus laudatissimum,quod recens sit, perfectęq; adoleuerit colore in lacteum vergente,& secundum Auerroem quinto Colliget, & Auicennam secundo cano.capi.proprio, & Rasim tex.3. Almã.panis sit mundus, fermentatus, cum sale,bene elaboratus,similis spongiæ,vt dicitur in canticis,coctus in clibano commensurate calido,vt Gal.in de euchymia, & primo de alimentis,&.7.therap. Sub cineribus decoctus non est bonus,etiam trispolæ,& frixa cum oleo generant nutrimentum crassum,& biscoctus est tar-
E di descensus.& non comedatur calidus, cum nõ sit receptibilis apud naturam,quia ex tali caliditate inducit sitim,& ex humiditate vaporosa supernatat,& est difficilis concoctionis,& descensus, & inflat,& replet velociter, & non pertranseat diem quartum,& dicit Abimerõ Abinzoar.Comedere panem bene fermẽtatum, & optime malaxatum,et coctum eodem die post recessum caliditatis acquisitæ ab igne iuuat in sanitatis cõseruatione.& quemadmodum panem frigidũ post diem vnam comedere prohibeo,ita & calidum, eo quòd si calidum comederint,infunditur ipsis calor igneus in stomacho, & ipsum corrumpit.

De carnium assumptione.

Quãta afferatur corpi humano vtilitas,& quæ sit carnium diuersitas, videantur quæ ponunt
F Rasis.3. ad Alm.23. con.rub. De carne, & Haly. v.theori.ex quibus dimittantur pinguedines, & adipes quia sunt mali,& pauci nutrimẽti cibum subleuantes,& stomachum lædẽtes,& nauseam facientes,& non est cõueniens ex eis fortassis nisi quantitas parua secundum mensuram, vt delectet, & quia hæc humida contrariantur dispositioni inducendæ per hæc balnea. Caro salita est sicca,parui,& mali nutrimenti,& ventrem constypans,porcina magis nutrit alijs nutrimentis, sed difficulter concoquitur, vt Gale.primo therapeuticæ,Caro porcellorum paruorum modice nutrit,& est abũdantis humiditatis,& bubula mala est, & melancholiam generans, licet nutriat abundantius,est tamen materia multarum ægritudinum melancholicarum, & tarde concoquitur, ideo nocet plegmaticis, & melancholicis,nam vt ait Abimeron,cauendum est ab omnibus carnibus antiquis, quia sunt materia multarum

tarum ægritudinum. agni vero lactantes humidissimam, & phlegmaticam habent carnem, vt.3.alimen. Ouina vero generat malum sanguinem, & tam ouina quàm agnina crudæ à stomacho egrediuntur. lepus autem generat sanguinem crassum, & siccum, & melancholicum, eodem modo dicatur de cuniculis. idem operatur caro ceruina. & cum hoc difficulter digeritur.

Conueniens autem caro hœdi pinguis modo eo tempore haberi possit, quia est boni nutrimẽti, & velocis concoctionis. ait enim Galenus tertio alimẽ. Animalia quidem natura ficciorem habentia complexionem à iuuentute in commensurationem ipsius remediatur, & caro etiam huiusmodi animalis castrati, annualis tamen, similiter & capreoli, & agni annualis, & maxime in terris calidis quia non sunt tantæ humiditatis, vt ait Auerro. tertio colliget cap.32. conueniens est etiam caro vituli, & laudabilior est ex masculis q̃ fœmellis, & ex nigris magis, quàm albis, & magis partis dextræ sinistris, & quæ circa ossa, & media masculorũ, & in stomachi debilitate sint potius elixæ, quàm assatę, quia vt Auicennas tertia primi doct. secũdã, Assata etiam difficilioris sunt concoctionis, licet in dyscrasia humida cum fortitudine aliquali virtutis magis conueniant assata, & meliores sunt carnes, quæ fuerint ex animalibus domesticis quàm syluestribus, vt Halyabb. v. theor. & magis caro illorum quæ in campis, q̃ quæ in domibus degunt, quia quæ exercitantur sunt meliora non exercitatis, & sunt comedẽdæ statim post eius necationem exceptis animalibus habentibus carnes duras. De Auibus autem dicendũ quòd volucres magnæ aquaticę, & habentes colla longa, vt strutiones, & grues, ciconiæ, pauones, & cycni habent duras carnes, & sunt difficilis concoctionis, & melãcholici nutrimenti, & palumbus, & passeres omnes mali, orthyx, & qualea calida, & humida ad secũdum difficilis concoctionis corpus ad febres præparãs & alias ægritudines, vide Auicenna secundo cano. dicit quòd ex comestione carnis coturnicum timetur tetanus, & spasmus, non quia comedunt elleborum tantum, vt Gal. immo quia in substãtia earum est hæc virtus. idem testatur Plin. capi. 23. lib. x. & Con. diffe. 68. & omnes in hoc conueniunt, & per coturnicem intelligũt coturnicem quæ proprie qualea appellatur. nam caro earum quæ lingua Italica coturnices nuncupãtur, est cu ro leuis, & cõueniens, & similiter caro perdicis, quia tenuis, & velocis concoctionis est, & ea quæ est perdicis masculi impinguat mulieres. De pullis autem gallinaceis, scrutẽtur dicta Ioannis

A Mesue in suo de simp. cuius verba sunt hæc, Gallorum gallinarumq; mediocriter pinguiũ nutrimentum cæterarum auium nutrimento præponitur. sunt enim propinquę conuersionis in sanguinem, & paucarum superfluitatum, sed caro gallinarum melior est carne gallorum, nisi castratorum, & nigriores ex eis sunt meliores, & leuiores. & ex gallinis quæ nondum peperit, & ex gallis qui nunquam calcauit. Laudantur etiam in tali regimine phasiani, attagenes, seu francolini, starnæ, & gallinæ deserti, pulli columborum, turtures, merulæ, turdi, ficedulæ, anates iuuenes, in veru, & earum hepata, & aues minutæ nemorales rostrum paruum, & molle habentes. quibus deficiẽtibus potest quis vti ouis gallinarum iuuenum pingium, & maxime recentibus, quoniam

B vetustissima sunt pessima, recentia autem plurimum nutriunt, & sunt conuenientia corpori humano, & vitellus valde confortat cor, vt Auicenna in libro de viribus cordis scripsit, & sint elixa fracta in aqua, mollia quia æqualiter coquuntur, & sunt magis temperata, quæ vero assantur sunt duriora ad concoquendum, & ficciora, vt ostendit Isaac.

De lacte dicitur, q̃ licet nulla res sit quæ magis nutriat, quia tamẽ non conuenit corporibus immundis, nec phlegmaticis, vt Auerr. 5. colliget æqualia sunt quæ ad balnea accedunt, ideo eis prohibẽdum est, nisi ęgro hoc exigat. & eligatur tũc secundum quod docet Gal. libro primo de regimine sanitatis. prohibetur etiam lac coagulatum quia peius omni alio lacte, & butyrum quoniam stomachum mollificat caseus quoq;. nam vt Ga-

C lenus tertio alimen. cap. 16. & in de euchymia, & cacochy. Cõmunis omniũ caseorum accusatio quòd sint crassi chymi, nec minus pisces sunt dimittendi. nam vt Almans. ca. 16. Omnis piscis est difficilis concoctionis, & complexionis fri. & humidæ, & modici nutrimenti, & ideo nocẽt phlegmaticis, & patientibus laxitudinem neruorũ, & senibus, & maxime hi qui degunt in paludibus, aut aqua turbida, aut sordibus ciuitatũ, aut apud arbores magnas. Auic. etiam. 2. cano. de piscibus ponit distinctionem eorum in bonitate, ratione suæ molis, modi substantiæ, saporis, odoris, locorum in quibus habitant, ciborum quibus vescũtur, & modi præparationis, propterea sicuti fuerint delectabiliores, dentur secundum conditiones ab authoribus dictas, vt marini orti in mari puro vẽtis agitato, vt pectines, cephali, gobij, aurate, & his similes laudati à Concili. diffe. 101. dicta & à Galen. in de euch. & qui comedãtur calidi, aut ex aqua dulci clara vento agitata. Septen-

trioni opposita, sicut dicit Auer.5.Coll.cap.33.Pisciu meliores sunt qui degunt in locis petrosis, & qui multas habent squammas, & quorum corpus est medium inter magnum, & paruum, qui sunt velocis motus, & paucę viscositatis. & piscibus hæc inest natura, vt alibi alij principatum obtinent. Et quia intendimus parti curatiuæ, & præseruatiuæ, ideo dicitur quòd ex ferculis pauca ipsis concedi possunt. non enim olera, quia modicum habent alimentum Galeno teste in secundo de alimentis, & frigida nocēt stomacho, intestinis, frigidis, mulieribus, & senibus. calida vero nocent hepati calido, renibus iuuenibus, & æstate maxime. Radices præterea omnes difficilis sunt concoctionis, & quibusdam ex eis nō est vtendum, nisi vt pharmaco teste Galeno. Legumina etiam, flatuosa sunt, vt Hippocrates sensit libro quarto de regimine sanit. de quibus etiā scripsit Dioscorides, libro secundo. propterea ę ferculis concedantur, ptisana hordei, panis ablutus, aut iure contritus, oua etiam conquassata, & in iure cocta, & aliquibus panicum, aut milium præparatum, & oryza in aqua surfuris pro nocte infusa, & lacte cocta, far etiam digestiua existēte forti, est enim commodioris cibi stomacho quàm oryza, vt Dioscorides libro secundo. Cibus quoque positus à Rasi dictus Psalmia. Potus autem bibentium aquam balneorum non sit vinum crassum quia stomachum aggrauat, vt.4. regi.sanit. Crassum enim, & turbidum coadunat repletionem in venis, & humores crudos plures & malos, inflat, difficulter concoquitur, & facit videre somnia mala. non aquosum quod stomachum debilitat, & præparat intestina ad colicā. non nouum, quia oppilat, difficulter concoquitur, & superfluitates generat. nō vetustum, quia inflammat, & nocet neruis, nisi sumatur tempore sanitatis in modica quantitate. non dulce, quia obstruit, & hepati nocet, quoniam rapit ipsum non concoctum, vt Hipp.3. parti. de regimi. acu. & dulce crassum est, tardæ penetrationis, generans oppilationes in hepate, & splene, licet eas dissoluat à meatibus pulmonis, laxat ventrem, & cito transmutatur in colorem rubeum, & generat inflationem. non sit acre quoniā stomachum & concoctionem impedit. cholericis vero posset concedi ponticum. plura autem de vini diuersitate scripsit Dioscorides lib.v. & Galenus lib. de vinis, & de subtiliante diæta, & de euch. & alibi. & Almans.tract.3. & Con.difle.70. ex quibus dicit quod vinum vinosum nouum, & proprie quod dulcescit, est calidum, & humidum, vinosum vero, & vetus odoriferum est, & calidum, & siccū,

D pauciferum etiam, & insipidum est frigidū, & humidum, quo vtendum est secūdum dyscrasię cōtrarietatem, ætatem, & complexionem, vt Gale. 7.therap.capi.6. & commentario de simplicium medicamētorum facultatibus, Omne vinum naturam vini propriam adeptū, calidum, & siccum esse asseruit, & abstineant tunc infirmi à potu alterius aquæ propter nocumenta recitata à Gale. .j.de Simpl. & per id tempus, & etiam post assumptionem aquæ balneorum ad mensem sit potus eorum vinum in forma purum colore subrubeū quod cisiolum dicitur, & conuenit habenti oppilationem phlegmaticam, vt.3.fen.primi doc.2.capi.8. & sit odore suaue, virtute, nec aquosum, nec potens, gustu, nec dulce, nec acre, ætate, nec nouum, nec antiquum, vt Gale.3.the.tex.commen. secundum Haly.212. tale enim expellit manationes de stomacho, & nocumentum ipsius de capite cito procedit, in corpore calefacit, cōfortat stomachum, & appetitum cibi, nutrit corpus, somnum prouocat, auget in virtute, & bonum odorem cito præparat. E

Quæ obseruanda sunt in victus regimine.

Modus autem seruādus in comestione docetur à Gal libro de dissolutione cont. et à Rasi.28. Cantico. qui per multum etiam tempo ris post discessum à dictis balneis est obseruādus, & seruetur primo Auicen. dictū.3. primi sic scribentis: ex cibo nullus est ita replendus, vt non sit ibi locus superfluus is ab eo est remouendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanētibus. ęgritudinum enim causa est multitudo superfluitatum, quæ fit quoties nutrimenti superabundantia fuerit, quo natura non indiguerit, & sic indigestum derelictum in superfluitates cōuertitur, quæ putrefactæ causant ægritudines, hocque aduertant habentes stomachum frigidum, aptum appetere, non bene autē concoquere. Secundus canon est, vt non comedantur diuersa cibaria non similia in virtute in vna mensa, quoniam faciunt stomacho inquietudinem, & sunt velocioris corruptionis, & inferunt naturæ in concoquendo multiplex fastidium, & ideo dixit Galenus vndecimo de ing. sanit. capite decimoquinto, Diuites ampliores habēt superfluitates inopibus. comestionis etiam tempus non debet multum prolongari, quoniam fit stomacho inquietudo, vt.2.primi, & si contingat cibariorum diuersitatem habere in vna mensa, præponantur leuiora ad concoquendum, & magis lubrica crudioribus, & tardioribus, vt præcipit Isaac, nec fiat motus post cibum nisi debilis, antea vero potest fortior F

tior fieri, præmissa tamen quiete per horam ante cibum. & tempus distãs inter vnam cibationem & aliam est completa cibi præassumpti digestione, quæ sola experientia cognoscitur. vt quando pars ventris inferior leuis efficitur, in qua nulla remansit tensio. Sunt igitur in modo viuendi attendenda quantitas, modus substantiæ, contrarietas ad appetitum, proprietas indiuidualis cibãdi, hora cibariorũ, diuersitas, & artificij malitia.

Exercitium quidem quantæ sit vtilitatis, scire volentes, legant Galeni dicta quę scripsit in libello de exercitio paruæ pilæ, & in de regimine sanitatis, quæ breuitatis causa omitto. ideo dicatur quòd licet sit deambulatio conueniens prædictã aquam bibentibus post ipsius potum, conualescẽtibus tamen, debilibus, habentibus ægritudinẽ in diaphragmate, phlegmaticis, hydropicis, habentibus dolorem renum ad hæc balnea accedẽtibus, exercitium moderatum valde dicimus cõuenire, ita tamen vt macer, & extenuatus ab eo abstineat, ne amplius eius fiat dissolutio, vt secũda parte Canticorum Auicennæ, & magis cõueniens exercitium post discessum à balneis est, qñ corpus est mundum, & in partibus intraneis, ac venarum non sunt chymi syluestres, & mali, & quando facta est concoctio in stomacho, hepate, & venis, quod declaratur ex vrinæ substãtia subtili, & colore citrino. & quando iam appropinquat alterius cibi hora, ne magna fiat resolutio, continuatur autem in fortibus, dum calor adhuc ad bonitatẽ augetur, & anhelitus nõ fit magnus.

Circa somni vtilitatẽ quia fiunt manifestæ ab Auicenna secunda, & tertia primi dimittuntur tanquam notæ. non sunt autem prætereunda nocumenta quæ sequuntur somnum meridianum quando potatur aqua, quia per balnea præparantur superfluitates ad expulsionem, & per somnũ retinentur, & humectãtur corpora, & extinguitur calor viuificans, caputq; repletur, laxãtur nerui, & febres generantur, vt tertia primi, sit itaque nocturnus post descẽsum cibi in stomachum inferiorem, vt distanter saltem à cibo per duas horas. et primo super latus dextrum modice, & post super sinistrum. & temperatus, vt doct. secunda fen tertia primi. quare sit spatium à septem horis ad octo vel nouẽ. Ab animi accidentibus sint infirmi alieni, quia talia, & motus corporei fortes concoctionem impediunt, vt princeps tertia primi doc. secunda cap. 7. & alibi. quandoque enim consequitur passiones animales. Et faciant peruenire syncopim, ideo cõsequitur, vt interficiant, & macer sibi caueat à lamẽto, & tristitia, quia vt Auerró. commen. 159. primæ partis Cant. Lamẽtum & tristitia interficit interdum macrum, magnum vero, & multum gaudium impinguat corpus; & ideo valde lædit pinguem, & crassum, vt ibidem. ira vero, & timor incitant frigiditatem, & quandoque lædunt in vltimo, vtque generaliter dicamus, dimittantur ira, iracundia, odium, furor, tristitia, pigritia, pusillanimitas, solicitudo, inuidia, & imaginatio. A coitu etiã tunc sum me caueant hanc aquam bibentes, & per mẽsem post, quia esset indebite factus, & sic posset afferre aliquid ex nocumentis recitatis à Conciliatore diffe. 124. & ab Auicen. primo Cano. fen. 20. & Galenus. 7. therap. ostendit rationem conuenientiæ ipsius, & libro de dissolutione continua docet sanitatis regimen, & diuersitatis modum in diuersis complexionibus, quæ breuitatis causa omitto. nec miretur quis, si in reliquis sermone prolixiori vsi sumus, quoniam absq; hoc regimine omnia sunt frustra. & quoniam hæc à medicis quidem, & non rhetoricis perscrutãda sunt.

Caput quartum, de his quæ particulariter obseruãda sunt ab eis qui se abluere volunt.

Quoniam vt inquit Hippocrates tertio regimi. acut. cum infirmus non bene balneatur, maximum inde patitur nocumẽtum; propterea obseruanda sunt quæ infra ponuntur, & primum, vt balnea sint munda, non infecta ex introitu scabiosorum, & leprosorum. nolunt enim authores, alios etiam ab ea infici posse, quia aqua est susceptiua alterationum æque, vt aer, licet non tantum in his persistet propter continuum fluxum.

Intrent ægri balnea paulatim, & ordinatim, ne à repentina mutatione natura terreatur, sintque prædocti de aquæ gurgitibus, morenturq; in eis quiete. & hoc obseruatur etiam ab Auic. fen 2. primi lib. cap. 19 per hæc verba. Qui autem in thermis voluerit balneari, oportebit vt balneetũ eis quiete, & suauiter, & ordinatim. hoc idem retulit Hipp. 3. reg. acu. dum dixit: & oportet vt qui balneetur sit quietus, tacitus, non faciens aliquã operationem.

Ingrediantur ægri balneum post beneficium ventris natura, aut arte factũ, vt enemate, aut suppositorio, aut pharmaco in fine describendo.

Intrent balneum hora tẽperata ante vesperas quidem facta concoctione prima, vt post prandium per horas sex vel plus, in mane autem post horam diei scd'am, aut iij. nec comedant tunc, nisi adsit aliqua particularis cõditio ad hoc cõtraria vt quia multum debiles, & vsi iterdiu cibari, aut quia à bile infestantur: aut quia superuenit nimia fames, aut syncopis, tunc enim non est inconueniẽs

ueniens vti pane vino madente, aut succo conuenienti, aut manuschristi, aut cõfectione de gemmis, aut fctã ex sãdalis, pistachijs, pineis, auelanis, amygdalis, seminibus frigidis maioribus, aut pauco cinnamomo secũdum diuersas intentiones.

Trahatur mora in balneis à media hora vsque ad vnam, aut plus minusue iuxta virtutis tenorẽ, vt donec digitorum superficies rugas cõtrahant, aut quousq; delectetur patiens, vt Gale. 9. therap. nec stet tunc tentorijs, aut aliter coopertus, vt vapores à corpore eleuati exhalare valeant libere.

Egrediens balneum lauetur, & pannis exiccetur calidis, vestibusq; induatur, verum si commode lectum intrare possit, ibiq; per horam morari, & dormire, prosperum inueniretur, & si sudare contingeret, oporteret abstergere & se proprijs induere vestimentis, & leui vti motu, & in debilibus loco exercitij, conueniunt frictiones molles & suaues extremis, nisi sit ægritudo aut dolor hoc prohibens, postea hora consueta patiẽs cibetur, & saltem per horam post, & sic prosequendum est per dies. 15. aut. 20. & quandoque per mensem prout exigit ægritudo.

Caput quintum de obseruandis ab illis, qui aquam bibere desiderãt.

PVrgato corpore, ipso non laxo, tempore sereno, quod p diem naturalẽ steterit absque pluuia, cœlesti seruato influxu, & bono aspectu, quia quandoque ex malo influxu vidimus sæuas ægritudines ex potu dictæ aquæ euenisse, remotis vaporibus malis, habẽs stomachum debilẽ bibat ex ea vsq; ad calyces nouem vel lib. 3. aut plus secundum cõsulentium iudicium. & postquam biberit. 6. aut. 5. diebus fastiditus quiescat per diẽ, & abstineat à potu aquæ, & post iterũ bibat per dies octo. si vero sit boni stomachi, potest plus bibere & primo quantitatem quę non aggrauat, et deambulare donec illa descenderit ad inferiora, & postea redire ad potum aquæ. sic enim tædio non afficitur, & aqua meliorem inducit effectũ; & seruetur ordo iste per dies dictos. & in hoc errant quamplurimi, qui paucis admodum diebus aquam potant, possunt etiam fercula cum prædicta aqua coqui. & vinum si sit potens permisceri, nec eo tempore quo quis bibit aquam, intret balnea, quoniam efficerentur motus contrarij, potest tamen post prandium hora assignata se humectare. qui vero propter impotentiam aut alia de causa nequeunt ad dicta balnea accederẽ & aquam ad diuersas regiones transferunt: bibant eam calefactam temperate seruato regimine prædicto. & si qui biliosi extiterint, in regione calida bibant eam frigidam, quia ab igneo ca-

D lore resoluitur virtus aquæ. aduertant tamẽ mulieres & alij quibus aqua epota nec p vrinæ meatus, nec secessus explet opus suum saltẽ post quartam diem, vt caueant à potu aquæ, & alio vtantur regimine.

Si accipiatur aqua propter pectoris ægritudines, melius est vt paulatim deglutiat, quia sic moram trahit in descensu & in itinere suam perficit operationem. aliter autem nõ est vis, nisi vt naturæ fiat acceptabilis.

Per horas quatuor post aquæ assumptionem cõpleta operatione, & aliquali impresione virtutis suæ, prandeat ęger assumens cibaria præmissa, & non ad saturitatem vt dictũ est, sed cũ aliquibus famis reliquis, vt sic natura melius quiescat.

Semel tantum in die sole oriente sumatur dicta aqua, ne naturã fastidio affectã, sequatur po-
E tius nocumentum, quàm iuuamentum, propter nimium potum, sole aũt oriente, quoniam aqua non amisit virtutem propriam ex attractione, & resolutione nimia facta à sole.

ANTONII FVMANELLI De Ferri temperatura Inquisitio.

PRæscire cupiẽti, cuius naturæ aqua existat, q̃ à terra surgit ferrea, aut quę arte conficitur cũ ferro candenti pluries in aqua extincto: operæpretium est prius scrutari, qua ferrũ tẽperatura prẽditũ sit, & præsertim
F secundum actiuas qualitates, cum hactenus exacte dilucidatum non fuerit. nõ. n. desunt, qui ferrum frigidi esse tẽperamenti affirment, quãpluribus suffulti rationibus, & authoritatibus. Galen. namq; cõmentario. 9. de medendi methodo inquit, Lapidis substantia est permanẽs pp frigiditatem & siccitatem, ita & quę ferri: & cõmentario 4. de simplic. medicamentorum facultatibus, ipsius hęc sunt verba, Corpus terreũ crassum est ferrum, & lapis. ex his inferunt ferrum frigidum esse, quoniam terreum crassum frigidum est, & siccũ, & terreum tenue frigidum, & humidum, & Auerroes quinto colliget capite vigesimosexto hęc posuit, Res cõdensatas à calore cum dñio partiũ terrestriũ iudicamus frigidas esse, & siccas vt ferrũ, & Albertus cognomẽto Magnus cõmẽtario de mineral. tra. j. c. v. scripsit hęc, Ferrũ aduritur in rubeum multum, eo quod terrestre in eo superat. idem retulit tractatu secundo, & alibi in

bi in quampluribus locis: ideo Petrus Patauus, de Apono cognominatus differentia centesima quinquagesimaquinta, inquit, Licet complexio ferri in actiuis non inueniatur sufficienter à pluribus expressa, ferrum est frigidæ, & siccæ temperaturæ. & differentia. ccxxviij. in addito, ait, ferrum vero sufficienter frigidum est, non enim satis exprimitur in actiuis qualitatibus. Gentilis de Fulgineo in quæstione de actuatione medicinarum, & in expositione secundi canonum Auicennæ assentitur opinioni affirmantium ferrum frigidum esse, & siccum, cuius verba in libello de balneis Gauderij retulimus. Ioannes Herculanus in sua commentatione libri noni Rasis ad Almansorem capite De vomitu, aquam extinctione candētis ferri factam inter frigida inserit. hæc autem aqua nec dissidet ab ea, quę à terra surgit ferrea, vt Sorani etiam verba affirmant. & Cælij Aureliani in libro Chronion quarto, capite. j. hæc sunt verba, Natatio marina, & aquarum naturalium frigidarum, quas stypteriatas vocauerunt, siue ferrugineas: Experientia prętere hęc fulciri contingit, constat namque æstate calidiore, bili citrina affectos aqua ferrea epota, nec calore nec siti vexari: quæ vtique non nisi à frigido eueniunt. nec dicere præstat aquam ferratam frigiditatem ab aqua acquirere, quoniam ratione eadem omnis aqua de minera frigiditatem acquireret: quod absurdum est asserere: constat enim quasdam ex eis calidas esse in gradu secundo, & quasdam in. 3. Galenus præter hæc libro. 4. simplicium astringentia frigida esse docuit. ferrum autē, & ex ipso aqua in fluxibus exhibetur vt astringant: præstat & rationę alia affirmare ferrum frigidæ esse naturæ, quoniam calefactum propere frigescit, quod indicium frigidæ est substantiæ, vt ponitur ab Auicenna canonum. 2. idem & ex colore, sapore, & odore, comprobari potest. frigidorum nanq; est odore carere atq; sapore. præterea quæ grauiora existunt, sunt & frigidioris naturę, vt marmor, nulla. n. qualitas grauitatem ducit nisi frigida, & leuitatem calida. quum nanque ignis in terram mutatur, grauitas in ipsam à frigore inducitur, sunt enim grauitas leuitasque motiuę qualitates, ex mixtis etiam ferrum constituētibus, hęc alia extat ratio. metalla omnia ex argento viuo sulfureq; conflantur, ex cōmixtis quatuor elementis, secundum tamen partes natura varias, & ex terrestrioribus cęnosisq; frigidis, & siccis, vt plures mineralium peritiores, ferrum cōstare arbitrantur, & ob id durum effici densum, fuscum, & graue, quæ omnia frigiditatem præferunt. Quapropter aqua ferro decocta, aut in qua

A ferrum candens extinctum fuerit, & aqua de minera ferri frigefacient. Albucasis commentario 2. suæ chyrurgię cap. 2. scribit vstionem super caluariā vbi coronalis sutura sita est, cum auro peractam ad capitis morbos frigidos, & humidos vt dolorem, destillationesq; proficere magis citiusque sanari, quam cum ferro peractam, non quidem ob diuersas in ipsis passiuas qualitates quum ambo sicca sint, nec qualitatem ab igne inductā quum ambo ignita esse constat, reliquum est, vt varietas hæc contingat ob diuersas qualitates agentes, cumque qualitas frigida cerebro frigido, morbisq; frigidis affecto obsit, ferrū frigidę erit naturę aurum vero calidę, aut saltem temperatę: propterea prædictis inhærentes rationibus ferrū frigidum esse enūciant in fine primi ordinis, aut

B initio secundi, & siccum in. 3. quoniam palam in frigidate siccareq; reperitur. hancq; ferri astruūt descriptionem: Ferrum vnum est metallorum septem frigidum, & siccum cæteris ignobilius, vtilius tamen à natura productum ex argenti viui parte terrestri, & sulfure immundo, aptum vt ex eo conficiantur instrumenta: quibus reliqua feriantur, & ob id ferrum nuncupari, vel vt alij referūt à ferendo eo quod in agros feratur colendi gratia, aridam situ quodam ex humore æruginē contrahens: quæ ipsum absumens ferrugo nuncupatur, & rubigo. his prælibatis enucleare decet quæ sint rationes secus opinantium, ferrum vtique calidum esse facultate, quo enim ad passiuas qualitates omnes cōueniunt, Galenum sequuti, qui commentario. 8. de simplicium medicamentorum facultatibus hæc protulit, Omnes metalli-

Ferri descriptio.

C cæ medicinæ commune habent exsiccare. Ferrū autem calidum esse probare nituntur authoritate Hippocratis, qui commentario de aere & aqua hæc præscripsit verba: Ad hanc itaq; quam prædiximus aquam pertinet, & ea quæ à calida surgit terra, aut à ferro, vel metallo, vel ære, & reliqua, omnes ab ingenti calore exire constat. ex ijs infertur, quod si huiusmodi aquæ ab ingēti exeunt calore, & omnes calidæ erunt. Scribonius Largus quem Galenus citare non erubuit libro de Compositione medicamentorum cap. cxlvj. ad tumorem, & dolorē vesicæ, & exulcerationē, bñfacere affirmauit aquā, in quam ferrū candēs demissum fuerit, & īquit, Hoc ego traxi ab aquis calidis quę sunt Thuscia ferratę, palā Scribonius aquas ferratas calore constare enunciat. nec minor est Pauli Aeginetæ authoritas verbis istis descripta libro de arte medendi. j. capite. lij. Thermarum naturalium, hoc est, quę vltro scaturiunt, quædam sunt nitrosæ, quędam aluminosæ, quædam sulfureę,

aliæ æris, alię ferri, denique naturam æmulantes sunt, & nonnullę, quę ex earum mixtura cõstant, adeo vt in vniuersum omnes quotquot per se vltro thermę emergunt, virtute arefaciendi calefaciendiq; prędite sunt, frigidis atque humidis naturis imprimis conducunt. Hęc Paulus, quę prius posuerat Oribasius. In quibus verbis hæc inserit, Omnes minerales aquas calefacere cum quibus, & ferreas enumerant, thermasque vocant, calidas quidem, & virtutem habere calefaciendi, & conducere naturis frigidis. adsunt & hęc Rasis verba commentario.xxj.cõtinentis capite de ferro authoritate filij Mesuai, q̃ sunt, Natura ferri calida est, & sicca in.iij.& cõsimilis virtutis est limatura eius. Halyabbas commentario v.theorices capite.xiij.inquit: Aqua cui virtus ferrea est, stomachum quidem, & splenem calefacit, & siccat, calefactio autem per se non nisi à calido est, aqua itaque hęc calida erit. Auicennas præterea commentario secundo dixit, Aqua ferrea resoluit splenem, resolutio autem non nisi à calido fit vt scripsit eodem.ij.& dixit alibi, ꝙ aquæ ferreę iuuant in ęgritudinibus, quę sunt ex frigiditate, & humiditate vt paralysi, nihil autem per se iuuat ęgritudinibus quę sunt ex frigiditate, pręter quod calidũ est natura, ferrum itaque calidum erit, cum curatio omnis contrario perficiatur, Scripsit & hęc Auicennas Scoria ferri est sicca in.iij.& scoria ęris est ei propinqua, reliquæ vero scorię sunt minus calidę. ex his habetur, quod si reliquę scorię sunt minus calidę quã scoria ferri, quod & quæ ferri ẽ, calida existit, sed ferri scoria, & ferrum vt omnes fatentur in proprijs non dissident facultatibus, ferrum itaque calidum erit: præter hęc Petrus de Apono in prima problematum particula Aristotelis problemate.xxxiiij. Ferrum calidũ esse asseruit, hęc scribẽs, Ferrum est notissimum in colore metallorũ & est siccum valde, vtrum autem calidum, vel frigidum, non satis exprimunt authores, sed credo ipsum magis ad latus caliditatis declinare. Ioannis Matthæi de Gradi in commentatione sua noni Rasis ad Almansorem verba in hunc se habent modum: illucidator eius non parua est authoritas: dicit ex sentẽtia propria, quod credit ferrum declinare ad caliditatem, & in hoc ego assentio suę authoritati licet stent rationes suasiuę in oppositum: posuit & hęc Albertus Magnus libro tertio mineralium capite.iij. De ęre autem, & auro non est dubium, quin illa sint calida, & maxime ęs quod est adustę substantię, & ferrum secundum aliquid. ex serie textus hęc dictio secũdum aliquid refertur ad alterum istorum, aut

D verbum illud calida, aut adustę substantię, rationibus firmatur: quod enim ex calidis cõstat, calidum est natura, ferrum ex argento pręcipue viuo consistit ab qd'authore circa instans calidum in.iiij.esse affirmatur, & sulfure ad caliditatis, & siccitatis quartum attingente gradum. Albertus cognomento Magnus commentario.iij. mineralium tractatu.2.capite.vj.hęc nobis tradidit, his autem adijciendum est omnibus mineralibus cõmune esse, quod propinqua est valde materia, ꝓpter quod est circularis metallorum generatio, cum autem ex re vna in aliam facilis non sit transitus nisi symboleitas affuerit, ĩ ijs enim quæ qualitatibus contraria sunt, non fit circularis generatio, quoniam materia eorum non est propinqua: cumque metalla cętera calida existant, et ferrum calidum erit, & dixit Galenus libro.9.de simpli-

E cium medicamẽtorum facultatibus: Quẽadmodum in terræ differentijs plurima inest essentia terrę elemẽtaris, paulum vero aeris, ita in metallicis plurimũ immixtum est igneę substãtię. pręter hęc chymicę artis ꝓfessores metallis singulis planetarum imposuere nomina ob quandam inter ipsa familiaritatem, & Martis nomine ferrũ intelligunt, Mars autem calidę siccęq; est temperaturę, & ferrum eiusdem erit temperaturę, nõ enim alia conueniens, aut similitudo maior quã hęc assignari potest. nec enim chymistarum est ideo ferrum Marti dicatum esse vel ipsius nomine vocari subdole indite, Ob bella ferro conficienda. Rursum ferrum magis proficit frigido vẽtriculo, & humido quam aliqua ex calidis confecta electuaria: ob quod existimandum est ferrũ calida constare natura, pręcedentia verbis Rasis notescunt libro.9.ad Almansorem capite de nocumento concoctricis vẽtriculi, vbi hęc sic digessit: Si cui vẽtriculus debilis extiterit, & acidum

F ructauerit (ructus autem acidus frigus protẽdit, vt Galenus voluit volumine de accidẽti, & morbo) & accidentia hęc vetusta fuerint, & cõfectio de cumino, aut de libario, non suffecerint (quæ calida sunt) scoria ferri cum vino tribuatur. iubet itaq; Rasis vẽtriculum frigidum cum calidis curãdum esse, inter quę scoriam ferri inserit. scoria autem ferri, ferrugo, & ferrum, vt omnes volunt, qualitatibus non dissident, & si gradu differant, suadet & ferrum calidum esse aqua quę in sua minera consistens, aut extra ipsam seruata frigore inualescente non congelatur, nec à natura propria immutatur, quod caloris est facultas. Sunt & hæc Matthæi Syluatici verba. haib Arabice, vel besa, Latine ferrum: vbi sciẽdum quod ferrum, ferrugo, & squãma ferri eiusdem sunt vir-

tutis & operatio͠is, sed ferrugo calida est, & sicca in .ij. praeterea scribitur à Rasi limaturam ferri (quae nihil aliud est, quam quod lima ferro abraditur) inflammationem facere in vētriculo: inflamma tio autem morbus est calidus, quę & a re inuehitur calida, ferrum itaq; calidum erit. In hac de ferri qualitatibus actiuis difficultate, & opinantium varietate afferam, quę Galen. attulit de aceto cōmentario .j. de medicamentorum simplicium facultate, quę sunt. nisi acetū iuxta mediū existeret lō ge ab extremis dissidens, non vtiq; tanta oborta fuisset controuersia, qm̄ non exoritur in ijs quę lon ge distant ab extremis, vti omnibus nota. enūcia uit tamen Galenus in aceto frigiditatem pręppollere. pariter & de ferri caliditate dicēdū, nisi mo dice à medio distaret caliditatis gradu, nō tanta fuisset orta lis. Asserendum itaq; est ferrum calidū, esse caliditate leui pariter, aquā ferream calidā, remisse tamē, obtunditur. n. ferri caliditas ab aqua quę nec magnum quid ex ferri cōcipit qualitatibus, ob ferri duriciam substantiamq; densio rem, vt etiam Rasi placuit. cumq; graecorum potiores Hippocrates quidē, Oribasius, Scribonius Largus, Paulusq;, & Mauritanorū, Rasis, Halyabbas, & Auicennas, atque Latinorum Petrus Aponensis, Ioannes Matthaeus de Gradi author circa instans, & Matthaeus Syluaticus enunciauerint ferrum calidi esse temperamēti, ab ipsorum con sensu minime abscedendum esse arbitror, et si scriptum sit ex ratione probationem sumendam esse, ex authoritate vero fidem. quę quum à pluribus in arte expertis discussa fuerint, arbitrandum est non absque ratione, & experimento verba ab ipsis prolata fuisse. nec defuere qui & dixerūt ferrum in propria repertum minera calida constare natura ob mineralium calidorum ferrum constituentiū, quod vero arte purius igne redditur, digestis quę ipsum constituunt tenuioribus vtiq; argenti viui parte, & sulfuris ob quę ferrum caliditate aut priuatur, aut minuitur, hęc enim facile inflāmatur, illud vero in vapores digeritur: quibus quicunque varia de ferro opinātur se tueri valent. aiunt enim aquam è minera ferri scaturientem caliditate remissa participem esse. ipsum verò ferrum depuratum frigida constare qualitate, quę nec rationi subiacent, cum scriptū sit, ferrum constare argento viuo, & sulfure, quibus priuatum, nō amplius ferrum est. Qui verò ferrum intrepide frigefacere aiunt, intensius tamen exiccare ipsius exiccationi effectus omnes arrogāt à ferro contingentibus, nullus tamen eorum obiecta diluit. Reliquum est, vt quę rationes ferrum frigidum esse probare videntur ad nihilum redi-

A gantur. verba enim Galeni .9. posita de medendi methodo empiricos redarguunt, qui praeterire se naturę inquisitionem profitebantur, insinuans Galen. in diuersis corporibus diuersam consistere naturam, vt quę corpora dicta sunt, aut substātia stabili, constantiq; existunt, non facile dissipātur, in vaporesue digeruntur: cuiusmodi omnia sunt quę ex terra constant. frigore, & siccitate in durata: quorum & multa sunt calidi tamen temperamenti, vt aurum, lapis pyrites, centauriū, alumen, nec quae etiam terrea sunt, & crassa oīa tēperamēto frigida esse de mineralibus scribētes affirmant, & solem mineralia non perficere nisi in ea multo egerit tempore. propterea Hipp. mineralia scripsit ab ingenti exire calore. quod verò infertur de Petro Aponensi asserenti, ferrum frigidum esse sibi respondeat prima problematum

B particula. arbitratus ipsum calidum esse. quumq; de facultate ista diuersae constiterint opinātium assertiones sibi inuicem assistere sufficiant. ęstate vero aestuosa, aqua ferrea vtentes, nec siti, nec valido calore affici, scriptum esse cōstat, remisse calidum remittere intense calidum. scire pręterea opus est, aquam hanc agere primo aquę qualitatibus, & tandem ferri, à cuius siccitate prouenit membrorum vnio, atque robur, id enim siccat vnitq;. mastiche quidē, & oryza sistūt, nec tamē frigidę sunt naturę, nec asserendum est ferrū calefactum cito infrigidari, cum experientia oppositum indicat, ex colore verò, aut odore sumere indicium non satis tutum est, quinimmo nec ex solo sapore, reperiuntur non pauca calidae facultatis nec odorem vibrātia, nec saporem vt esula, scamonium, nec omnia grauia frigida sunt, gra-

C ue est arsenicum non modo calefaciens, sed & adurens, grauis est marchasita, graue & guaiacum, quę & calida esse constat. Ratio vltimo apposita magis suadet ferrum calidum existere ob sulfur ipsum constituens, & argentum viuum, de quo varia enunciantur. combustionem autem ex auro capiti proficere, magis ob vim contingit quandam sibi insitam homini familiarem, non autem ferro, scripsit enim Auic. aurum à quadam proprietate cor imbecillum confortare, & pręcipue, quod loculos vacuos non derelinquit. Deo sempiterna sit gratia.

Fumanelli finis.

Opinio excellentiss. Doctoris magistri Girardi Bolderij Veroneñ. De minera Balneorum Calderianorum Ex .x. partibus octo cū dimidia sunt ferruginis, vna pars nitri, & dimidia ps sulfuris.

De

DE VIRTVTE
Balneorum Calderianorum ſm magiſtrũ Aleardum Pedemontiũ Phyſicum Veronenſem.

Valent omnibus ægritudinibus cum humiditate, vt in iuncturis.
Omnibus ægritudinibus renalibus.
Podagricis ex frig.& humida cauſa.
Rupturis membrorum genitalium.
Apoſtematibus. Vlceribus patridis.
Stomacho humido, fortificando ipſum.
Duriciei ſplenis.
Pectori, faciendo bonum anhelitum.
Dolori capitis. Hydropicis ex aqua
Inflatis hydropicis.
Neruis, mitigando dolores ſpaſmoſos.
Fœditati cutis & puſtulis.
Vlceribus antiquis & malignis.
Mũdificat cuti à pãnis, & morphęa nigra, & alba.
Vlcerationibus cutis
Reſoluunt ſuperfluitates deſcẽdẽtes ad ſplenem, & ad hepar in omnibus ægritudinibus ab ipſis deſcendentibus.
Primæ ſpeciei lepræ.
Confert decurſui humiditatis matricis, & ſubuenit impedimento conceptionis.
Dolori iliorum mirabiliter.
Fiſtuloſis bibentib.& balneantib. ſe cũ dicta aqua
Clyſterizata, & bibita purgat corpora, et inteſtina, & valet ſtypticis.
Mingentibus ſanguinem ex ſuperfluitate coitus, & alijs de cauſis.
Tertianis, bibita in mane.
Scabiei & alijs malignis puſtulis in mane bibitur & balneatur.
Duroribus mammillarum mulierum balneãdis,
Purgant humores melancholicos, alioſq; malignos humores.
Cõfert alopeciæ in principio facto lixiuio cum dicta aqua, & fricando cum luto balneorum, & cum ſabulis ſulfuris per multos dies.
Potata balnea conferunt patientibus aborſum, et in natando.
In principio rheumatis bibita conferunt,
Conſeruãt hoĩem in iuuẽtute, ſumẽdo quotãnis per.xv.dies ad minus, ſeruatis ſeruandis.
Hernię, volaticis, ſpaſmo, arteticę, vertigini, tinnitui auriũ, aſthmati, morbillis, teneſmo, coitui, gonorrhœę.
Experimento patet, ꝙ morbo gallico valent bibita, & innatando, exceptis doloribus iuncturarũ antiquis quia nocẽt: ſed vlcerib. vt ſupra.
Sumãtur de menſe Iunij, Iulij, & Auguſti ſeruatis infraſcriptis regulis, videlicet.
Primo purgentur, & non intrent in balneum ſtomacho pleno ſed uacuo, ſaltẽ pria digeſtione.
Prius hẽat bñficiũ corporis, anteq̃ intrẽt balneũ.
Siquis vult ſe balneare extra balneũ calefiat aqua & cum pannis vel filtro madefiant membra, poſt cũ lineis ſiccentur, & prouocetur ſudor.

De modo bibendi aquam.

PEr experiẽtiam viſum eſt multoties. debet æger bibere ad minus per dies.xx. & à diebus.xx. vſq; ad.xxx. temporizare, aliquando balneando, & aliquando bibendo, interpolãdo per vnum diem & duos dies. & in die in qua bibitur, non debet balneari. Item qui ſunt debiles, nõ tranſeant.xx.dies in bibendo, & antequam in-
E trent balnea, prius bibant aquam per dies.x. aut xij. ad hoc vt corpus ſit purgatum, exceptis patiẽtibus fluxum corporis, aut fluxum matricalem. quibus ſat erit, ſi per tres dies biberint aquã, quia bis balneando multum, immo plus confert balneum q̃ potus, et ſufficit bibere alternis diebus, et dẽnt balneare ſe hora tertiarũ, ſaltẽ ſemel in die.

Sed concludendo, habentibus proſperitatem conuenit vſus prędictæ aquæ per menſem, et facit perfectiſsimam operationem in temporibus ſiccis, & dimittendo ipſam poſt.xx.dies, dubium eſt de febre, & eſt vtile temporizare.

Aeger bibat dictam aquam in tribus vicibus à duabus libris groſsis vſq; ad tres libras paulatim bibendo, & nõ gurgitando, deinde deambulet, & poſt per horas quatuor, ſumat prandiũ ſuum.

Item vadat in aurora ad bibendum aquam ad
F fontẽ, quia trãſportata ꝑ dimidiũ milliariũ amittit medietatẽ virtutis reſpectu ſuæ debilitatis.

Nõ bibatur aqua in illo mane, ſi à medio die verſus ſero plueret, quia corrumpitur de facili ꝑꝑ pluuiã, quia nocet inteſtinis, & dubia eſt de febre.

Item caueat à ſumptione aquæ in coniunctione & oppoſitione lunari, quia eſt peſtifera.

Item dicta aqua debet bibi per duos annos cõtinuos, quia in primo anno eſt vt ſyrupus, in ſecundo vt medicina.

Exhortamur ꝙ omnes qui biberint aquam de Abano veniant ad iſta balnea per decem, aut duodecim dies bibendo & balneando, interpolatis prius.15.aut.20.diebus propter caliditatem ſulfuream balneorum de Abano.

Dieta ſumentium Balnea.

Primo vtatur exercitio ante prandium & cibetur hora tertiarum bonis cibis bene maſticatis & facilis digeſtionis, caueat à ſomno meridiano.

Item

Item vinum bibendum sit album, aut rubeum pauci coloris.
Item possunt vti vitellis ouorum.
Item cœna sit leuis ex pullis elixatis. vtatur panatella &c.
Item caueat à malis cibis, à frigidis.
Item caueat à passionibus animi.
Itē quiescat per duos dies anteq; sumat aquam.
Item redeundo domum non transeant decem millia pro vnaquaq; die.

De Somno meridiano.

Ea die non dormiat ęger qua aquā bibit, quia aqua exiccans in porositatibus corporis non regulatur tunc à natura, quoniā sumitur, vt desiccet humiditates stomachi extraneas, & reliquas malas dispositiones, quas somnus meridianus generat, vt supra recitauimus.

Recedentes à dictis balneis iter suum sic præparent, vt non patiantur lassitudinem ex itinere sitim aut famem, nil supra modum se repleāt, vt supra dictum est, quoniam, vt Aristo. proble. 5. primæ partis, tabescunt & qui esuriunt, quia nullum penitus capiunt nutrimentum, & qui viciose vescuntur, quia quod assumpserunt, perfrui nequeunt, & propterea regant se per tres, aut quatuor menses regimine prędicto, & post paulatim assuescant naturæ proprijs. B

De modo succurrēdi accidētibus superuenientibus.

Ad balnea accedētibus, aut in eis versantibus solent plura accidere, vt ventris stypticitas, capitis dolor, vigiliæ & huiusmodi. non sic autem sitis est, nec supercalefactio, immo per potum huius aquæ remouentur, propterea ventris stypticitati succurratur, aut cum enemate lenitiuo facto ex decoctione cōmuni, aut ex aqua balneorum, aut suppositorio, electuario lenitiuo, aut cassia, aut de sebest. & ea die qua tale sumit lenitiuum per os, non bibat ęger aquam. Capitis dolori subueniendum est cum fricationibus extremorum, lotionibus, ligaturis & vētosis post scapulas. Sed vigiliæ etiam euenietes post discessum à balneis, remoueantur cum lactucis coctis sumptis in fine mensæ, vt mos erat priscorum, aut cum emulsione. f. lactucę, aut papa. aut cū syrupo, vel loch de papauere aut vnguento populeo, aut alijs ad hoc compositis. possunt & ad hanc intentionem hora decubitus fieri lotiones cruribus & brachijs ex decoctione foliorum lactucæ, vitis, salicis, violarum, anethi, nenufaris & huiusmodi. Sunt etiam multa alia ad prędictas dispositiones facietia, quę dimittimus, cum hæc tanquam familiaria sufficiant. Quare sit laus summo opifici, qui pro languoribus nostris sanandis morti se subiecit.

Aleardi Veronensis finis.

LVDOVICI ZIMALIÆ Bergomatis Liber, cui titulus est, Index Balneorum. S. Pancratij vallis Transcherianæ agri Bergomatis,

Ad Illustriss. D. Bartholomæum Colleonem Capitaneum Generalem Exercitus Illustriss. Ducalis Dominij Venetiarum.

NIhil perinde reges, ac principes decet BARTHOLOMÆE Inuictissime, ac de hominum genere bene mereri. quod tū vel præcipue faciunt, quum præclara illa dona, quæ Deus ac natura ad vtilitatem mortalium terris indulsit, diligenter exquirunt: inuenta, in vsus hominum proferūt, & animi sui magnitudinem ac munificentiam in iis, quæ inuenerunt dirigendis ac conseruandis, & si fieri potest augendis, ostendunt. Id tu quum pro singulari quadam sagacis ingenij bonitate intelligeres, iā inde ab ineunte ætate ad hoc animum maxime appulisti, vt omnibus quidem, sed patriæ tuæ in primis prodesse posses. itaq; cum omni genere virtutum animum iam excoluisses, & parentibus, ac maioribus tuis, quorum nobilitas ac vitæ integritas ciuitatem nostram iampridem illustrauit, parem te probasses, militarē disciplinā ab optimis ducibus, CERPELIONE, BRACHIO, & SFORTIA summo studio percepisti, & assidua in vario bellorum genere exercitatione ita excoluisti, vt Italia parem hodie tibi habeat neminē. quod sapientissimus Senatus Venetus facile intellexit, & virtutem tuā admiratus, magno atq; excellenti pręmio à se quoq; honorādam iudicauit. Itaq; quod tribuere maximū potuit, id tibi vltro detulit: exercitumq; & imperium suum virtuti ac fidei tuę commisit. quod nō solum sanctissimæ illi Reip. sed vniuersæ plane Italię felix ac faustū fuit. Nam & consilij tui maturitate, & armorum splēdore inuidas atq; insidiosas quorūdam Principum cogitationes ita repressisti, vt nihil hodie, q̄ pacem malint. Et Saturnia ac plane aurea quędam per te nobis ætas sit restituta. Proinde in tāto totius Italię otio, cum arcēdis hostibus opus armis iā non esset, negocium patriæ vtilissimum tibi iniunxisti: vt maximis tuis impēdijs, & opere magnifico aquas ad agros irrigandos ex Serrio flumine regio deriuandas curares. Itaq; factum est, vt beneficio D

ficio tuo longe maxima pars agri Bergomatis, antea squallens, & prope sterilis, hodie sit aspectu iucunda, & cereali fruge foecunda, patriam nostram delectet simul, & pascat. Itaque gratulor tibi Princeps optime pariter, ac fortissime, quod in proposito isto honestissimo, quã diu materia corporis tui formam tenebit, permãsurus esse videaris. Nam etsi vsum breuis huius vitæ, mors naturalis aliquando auferet, tantarum tamen virtutũ fama aliam tibi longe diuturniorẽ vitam instaurabit. Viues enim quandiu Serrius fluet: quandiu permanebũt in rerum natura latifundia illa, quę maritandis virginibus, quæ pascendis ijs, qui in carceribus sunt, quæ sacerdotibus, & sacris ædibus ornandis, ac seruandis destinasti. quàm vero pulchrum illud, quã memorata dignum, quod eadem illa ingenij bonitate, qua cætera nouisti, illud quoque intellexisti in Valle Transcheriana balnea, saluti hominum commoda posse erigi. & oblatam tibi esse nouæ liberalitatis materiam, vehementer es gauisus. Nam quum ad cherium amnem, non procul ab æde diui Pancratij puteũ, quem Salinam nuncupabãt, & prope hunc etiam manantis ex abdito specu aquæ riuum vtrunque salsum, ac sulfurei odoris, iussisti homines rerum naturalium peritos, & medicos eruditos, rem diligenter inspicere. qui tum ex gustu, & colore, tũ ex decoctione aperte intellexerunt, eas aquas sulfuris, nitri, ac salis parteis quasdã trahere, & vim medicam aduersus innumerabiles morbos habere. nec alijs balneis, ac thermis quæ in diuersis Italiæ regionibus visuntur, concedere. Itaque sacrũ istud & cœleste donum ad tollendos morbos, & sanitatem seruandam, à Deo datum vniuersorũ commodis patere voluisti, magnificis, & ad rem accommodatis ædificijs locum ornasti, vt & medelæ recte exhiberentur, & ægrotis illuc confluẽtibus hospitium commodum, & propè gratuitũ aperiretur. Tuo igitur beneficio posthac, & ægroti salubria hinc adiumenta sentient, & patria nostra hac tam vtilium balneorum dote, fiet illustrior. Qua tua liberalitate ego quoque excitatus de ijs aqs, quæ memoratu digna sunt scripsi. sic enim speraui fore, vt & tu liberalitatis tuæ alacriori animo posses meminisse, & patria nostra tã præclaro Dei munere, & magnificentiæ tuæ largitate lætari. atq; ad imitationem tui ita excitari, vt hæc balnea per te erecta, perpetuo conseruanda, & celebranda curet. In hoc autem perbreui opere, aquarum ipsarum essentiam, vires, laudes, ac medicinas, vsumq;, & vsus ipsius modum, ac tempus, fideliter, ac breuiter explicabo. hoc vero totum quicquid est, tibi dicatum volo, cui me ipsum, & mea omnia iampridem dicaui, ac consecraui. Vale patriæ præsidium, ac decus. Bergomo die penultimo Decembris. 1470.

Consideratio Balneorum Sancti Pancratij Vallis Trescurij.
Ad Illustriss. Bartholomæum Coleonem.

Minera Balnei huius putealis depręsa est per lambicatiõem tenere sulfuris, salis & nitri partem, sulfuris quidem per odorem quẽ sulfureum habet emanans, & insuper argentum colore sulfureo tingens, & epota ventrem soluit. quod vero salis partem teneat, cognoscitur etiã ex nomine antiquo, nã puteus vnde hauritur, Salina nũcupabatur, nitrum quoque cum super lapides labitur persæpe reperitur, & necesse est dictas aquas minerarum, super quas fluunt, naturã detinere. nihil præterea dubitandum est, quin ad mineram istam concurrat influentia seu virtus astrorum, cum in quolibet tempore vniformiter operetur, seruatis debitis circunstantijs ad hoc requisitis.

Primo enim aqua ista, prout inferius declarabitur, prodest omnibus ęgritudinibus frigidis, et phlegmaticis, et melancholicis, vt sunt catarrhus in cerebro, & paralysis oculorum, & linguæ, & oris tortura, & similibus ægritudinibus in capite phlegmaticis. prodest etiam melãcholicis, impetiginosis, scabiosis, furfuribus, defluuio capillorũ & omni defectioni cutis capitis, & faciei. confert etiam omnibus ægritudinibus frigidis gutturis, pectoris, & pulmonis, vt sunt tonsillę tumefactę: dolores colli, mollificatio linguæ, & neruorum, gutturis, vt sunt etiam asthma, tussis phlegmatica, & maxime à phlegmate salso, vt etiã sunt oppilationes neruorum, pulmonis, pectoris, & hectica. valet etiam ad ægritudinis cordis, vt est cordiaca, cordis tremor. ad ægritudines membrorũ naturalium frigidas, vt sunt, humiditas stomachi & eius vẽtositas, appetitũ sopitum incitat, sitim remouet mendosam, vomitum phlegmaticum curat, eius quoque fluxum. os stomachi ab humore melãcholico, & acetoso mundificat. ægritudinibus intestinorum subuenit, vt sunt colica, ventosa phlegmatica, & fęcalis, vermes interficit ac educit, & maxime ascarides, lubricitatem matricis, & oppilationes ipsius remouet, & doloribus ventosis, & frigidis ipsius matricis prodest, ægritudinibus hæmorrhoidum confert, cęcas resoluendo, apertas consolidando, hepatis, & splenis oppilationem, ictericiam, & hydropem ascicticam, & febres oppilatas curat, arenulas in renibus

bus & vesica existẽtes, saniẽ & apostemata phleg
matica in eis existentia mundificat, excoriationi-
bus etiam eorum confert, ardorem vrinæ remo-
uet, dolores iuncturarum mitigat & resoluit, paſ
ſiones neruorum in toto corpore, vt est spasmus,
paralysis, podagra, iſchiadicos & artheticos re-
mouet morbos, sub cutaneos autem salsos & me
lancholicos pretiose mundificat, vt sunt lepra, im
petigo, scabies, serpigo, saphathi & similes ægritu
dines, à quibus plures vidi laudabiliter curari, &
ab eis iuuari in hoc.25. annorum spatio, quo in ip-
ſis balneis versatus sum, & multis aſtiti ipsas aquas
ſumentibus. balneũ & dicta aqua morbos supra-
ſcriptos similiter maturat, expulsiones præparat,
nodositates iuncturarum, & contractionem ner
uorum mollificat. si ex dicta aqua fiat gutta super
commiſſuras capitis ab alto cadens, catarrhũ exic
cat, attracta etiam per nares escharas & vlcera na-
rium sanat, ac earũ oppilationes remouet, lutum
præterea emplastratum super membra scabiosa,
ſerpiginosa, & leprosa mirabiliter mundificat, &
omnes defectiones cutis abstergit. vniuersaliter
omnes morbos phlegmaticos & melancholicos
interiores & exteriores aqua ista & lutum curãt,
ſi in ea sumenda modus hic teneatur.

Tempora anni magis congrua ad balneorum
vſum bene cõsiderari debent. nam si tempore in-
congruo vterentur pro iuuamento nocumẽtum
ſuſciperẽt. ideo obseruetur tempus, quod conue
niens secũdum cõmunem medicorum scholam
eſt veris & autumni, cũ ver naturaliter sit his tem
poribus magis temperatus. verum quia talia tem
pora, vtplurimum pluuijs abundant, quæ solent
virtutes balneorum corrumpere, ac præcipue eo
rum, quę mineralia sunt, & ut plurimum à prędo
minio materias humorales frigidas, viscosas, diffi
cilis eductionis curant, idcirco quia calore poten
ti corroborãt, concludo q̃ tempore Maij, Iunij,
Iulij, & Augusti, ad balneorum vsum eligãtur.
Volentes itaq; per dicta balnea curari antequam
ad ea accedant, purgẽtur vniuersaliter à suis phy
ſicis, deinde se conferant ad balneum, & ibi per
diem quiescant, in mane vero sequẽti in ortu So-
lis, vel parum ante, sumãt dictam aquam in loco
ipſius originis nitidam, et ipsam tepefaciant in va
ſe vitreo, & bibant tres vel quatuor cyathos dictę
aquæ sic tepefactæ, quæ sit quantitatis vnc. 36.
deinde ambulẽt per cameram ab aëre frigido co-
operti. & si non habent cameram, transeant per
viam pannis calidis taliter cooperti, q̃ frigus eos
non attingat, nec sudor eis accedat. & cum spatio
horæ sic ambulauerint, & dicta aqua operationẽ
fecerit, siue non, iterum reassumant similẽ aquæ
quantitatem, & iterum ambulent per horam mo

A re supradicto. & iterum tertio eãdem aquæ quan
titatem assumant. & si ab hora primæ assumptio-
nis vsq; ad horam sextam fecerit operationem per
inferiora, tunc hora octaua ab hora primæ assum
ptionis aquæ prandeant. Si autem solum per vo-
mitum, aut per vrinam eduxerit, aut nihil omni-
no eduxerit, quomodocũq; sit, fiat clystere ex di-
cta aqua, oleo oliuę & sale. & operatiõe facta, ho
ra supradicta prandeãt. deinde facto prãdio quie-
ſcant, & non dormiant aliquo pacto nisi existen-
te cõsuetudine aut debilitate, tũc assumpto pran-
dio per duas horas post, dimidiam horam dormi
re poterit eleuato capite, sed melius est à somno
abstinere, sodalitates quęrendo & delectabiles lu
dos, sermones hilares & ornatos, eadem die non
cœnando. & si hora cœnæ stomachum senserit à
prandio absolutum cũ naturali appetitu, cœnam
B leuem sumat, vt modicũ panis in aqua carnis ma
deſacti, vt duo oua sorbilia sine albumine, vt plu-
res bolos panis in vino infusos cum pauca vini bi
bitione. & post comedat coriandrorum præpara-
torum. q. s. deinde Solis in occasu vadant dormi-
tum. sequẽti autem die per duas horas ab ortu So
lis intrẽt balneum tepidum vsq; ad gulam, & ibi
per horam, vel dimidiã morentur, donec videãt
digitorum extremitatem corrugari. tunc balneo
egrediãtur & lectum intrent, & ibi quiescãt non
dormiendo donec sudauerint, & tunc se pãnis iu
beant exiccari. si vero non sudauerint, saltem ibi
per horam quiescant, deinde exurgant, & per di-
midiam horam quiescant. & postea prandium su
mant, quo assumpto, iocis, & honestis voluptati-
bus indulgeant vsq; ad duas horas ante cœnam,
& iterum balneum intrent, si fortis aderit virtus,
C & si debilis, sufficit semel in die balneum intrare,
& prosequãtur de balneo, vt dictum est de introi
tu balnei ante prandium. postea cœnent hora de
bita, & similiter vadant dormitum, & sic perseue
rent per singulos dies quousq; viderint aquam si-
cut biberint, claram exire. nam tunc denotat pur
gationem perfectam, quod cõmuniter erit vsque
ad. 20. dies, bibendo vna die & altera non, & die
intermedia balneum intrando. Si autem quis vi-
deat se multam aquam posse bibere, non tamen
tranſeat. 13. vel. 20. cyathos continentię. 14. vnc.
qualibet die, quia multæ aquæ assumptio aggra-
uat stomachum, ex quo à natura non regulatur,
ſed stomachum relaxat, & descendit sine humo-
rum eductione, & sine aliquo cordis iuuamẽto,
neceſſe est enim si operari debet, quod tempore
debito moretur in stomacho. tempus autẽ in pur
gatione, secundum aquę citam & tardam opera-
tionem abbreuiari & prolongari potest.

Volens aũt solum balneari & nõ bibere, facta
purga-

purgatione medicinali debet singulo die balneũ
intrare: si debilis fuerit ĩtret semel in die, si fortis,
bis ĩtret, s. mane & sero p duas horas ante cibũ, or
dinẽ supra scriptũ seruando quousq; sit liberatus.

Patientes autem catarrhũ possunt sumere gut
tam super caput secundum hunc modum. primo
purgentur, aut aquam bibendo, aut aliam medi-
cinam sumendo, facta purgatione vadat ad gut-
tam balnei, aut præparet ipsam cum aliquo vase
proportionato ad tale opus. & si vellent sumere
super verticem, extendant se supine. & si super oc
ciput proni in ventrem & in faciem iaceãt, & gut
tam cadere faciant super locum læsum ad minus
per mediam horam. Sed quando accipiunt super
partem occipitis, vngantur nares & frons oleo ro
saceo, aut epithementur cũ aqua rosata ad reper-
cutiendam materiam ne cõ fluat. & si sint fortis
virtutis possunt sumere per horam & bis in die,
scilicet in mane, & per duas horas ante cœnam, si
militer debent continuari per. x. vel. xij. dies, &
plus vel minus secundum iuuamentũ quod per-
cipitur. post autem guttę assumptionem quiescãt
per horam in loco separato cooperti ab aere frigi
do, humido & ventoso, deinde comedant, & sic
perseuerent quousq; viderint se liberatos.

Et quia lutum nõ minoris virtutis est q̃ aqua,
idcirco volẽtes vti ipso luto, oportet q; prius pur-
gẽtur, aut pharmacũ sumendo, aut aquam biben
do, postea luto vtantur in hunc modum.

Accipiatur de pinguiori & antiquiori luto,
quod cognoscitur ex lenitate, mollitie, & leuita-
te, & exponat se infirmus soli cum mẽbro ęgro-
tanti discooperto, & super membrum extẽdat lu
tum non multum grossum, non multum subtile
mediocriter extendendo, & dimittatur exiccari
à Sole, & cum exiccatum fuerit, habeat aquã bal-
nei calidam, qua membrũ lauetur, donec totum
lutum ceciderit, postea iterum lutum renouetur
super membrum. & sic faciat ad minus quater in
die, ac ita perseueret vsq; quo senserit se liberatũ:
euitet tamen ne calor Solis residuũ corporis mul
tum calefaciat & inflammet, quod posset esse cau
sa maioris ægritudinis inducendę. & sint hęc pro
declaratione potus aquæ balnei & luti.

Nunc vero in regimine vitæ, post recessum à
balneo me extendendo, & quia vita per sex rerũ
non naturalium regimen cõseruatur, idcirco mo
dum earũ declarabo. & primo de aere. Aerẽ itaq;
inhabitẽt temperatũ in caliditate et frigiditate de
clinantẽ parum ad siccitatẽ. debẽt pręterea euita-
re aerẽ nebulosum, ventosum, & maxime austri-
nũ, humidũ & superfluentẽ in qualitatibus primis.

De Cibis sumendis.

Cibentur pane frumenti bonæ terræ & mun-
D di à superfluitatibus suis, sitq; bene fermẽtatus ac
ordinatus, decoctus temporis duorum vel trium
dierum, euitent panem siliginis, milij, azymum,
male coctum & vetustũ: carnes sint vitulinæ, hœ
di, vel castrati anniculi, & sint elixatę: possunt &
cibari carnibus pullorũ iuuenũ, perdicũ, phasia-
norũ & merularũ elixatis, vt supra: debẽt insuper
euitare oẽs carnes aquaticas, salsas et assatas, qua-
modocũq;, ac oĩa animaliũ interiora præter hepa
ta gallinarum. vtãtur ferculo vt panata, brodetto
pane ĩfuso in aqua carnis, formẽtinis, farre amyg
dalato, & oriza. euitẽt oĩa nocẽtia, vt fructus cu-
iuscũq; gñis, similiter oĩa salsamenta, acetosa, acu
ta ac multũ dulcia. Tẽpus comestionis sit prãdiũ,
& cœna hora cõsueta, nihil aliud per diem come
dẽdo, nec bibẽdo. Vino vtãtur albo, claro, medię
potẽtię vel aliqualiter debili, oẽ aliud euitãdo vi-
E nũ &c. minime aũt tangãt aquã dulcem, & maxi
me in bibendo eam. & de cibo & potu sufficiat.

Non superflue se impleant cibo & potu, sed mo
derate his vtãtur, leuius tamen cœnando. euitent
etiam superfluam inanitionem, etiam euacuatio
nes medicinales, nisi stante magna necessitate.

Motus eorũ sint ordinati, leuiter se ipsos exer-
cendo ante cibũ per horã, quiescendo aũt post ip
sum, & si corpora remanerẽt sicca, fiat bis ĩ hebdo
mada clystere, aut ex aqua balnei, oleo & sale, aut
aq̃ carnis, cassia fistula, oleo et sale. et possunt bibe
re aquã carnis añ cibũ, vt puta librã. j. vel dimidiã.

Sõnus eorũ sit naturalis dormiẽdo ĩ nocte vsq;
ad medias tertias, totis viribꝰ somnũ vitãdo diur-
nũ, & superfluas vigilias, maxĩe noctis. dormiãt in-
sup in locis eleuatis vt ĩ solario, aut ĩ loco aliq̃liter
alto à terra, nõ suffocato nec humido, sed ĩ q̃litati
F bus tẽperato. aerẽ euitãdo fridũ & multũ calidũ.

Lętentur demũ aĩo, quęrẽdo iocos delectabi-
les, socios suaues, et sermones hilares, euitẽtq; oĩa
animũ pturbãtia, et melãcholiã, irã, rixã, cogita-
tiões, coitũ, visum & auditũ rerũ pterrefaciẽtiũ.

Regimen autem hoc continuetur ad. 40. dies
dimissionis potus aquę. & hęc sufficiant pro præ-
senti tabula edita.

Hęc sunt BARTHOLOMÆE Ducũ inuictis
sime, quę in spem gratię tuę, & cõmoda gñis hu-
mani de TRASCVRIANIS balneis diligenter
quęsita, & explorata mihi per multos annos me-
morię tradẽda existimaui: vt & medici rationem
vtendi his balneis à nobis longa expientia proba
tam sequi, & ęgroti optatã corporis sanitatem re
cuperare possint. Tu velim opusculum hoc no-
strũ qualecũq; est, alacri aĩo suscipias & clientem
tuum Zimaliã tibi deditissimũ, si mereri videbi-
tur, diligas. Vale. Penultimo Decembris.
Anno Domini. M CCCC LXX. Bergomo.

Guilhelmus

GVILHELMVS Gratarolus Ad Conradum Gesnerum medicum Tigurinum,

De Thermis Rhæticis, & Vallis Traschurij agri Bergomatis.



E Thermis Rhætię quod scribis, nondum plene oculata fide vidi: certior tamen factus sum à probis, & expertis viris, qui sępius perspexerunt, & gustarunt de his, quæ ad te breuiter scribã. Præcipua & famosiora balnea sunt propè Curiã itinere paruæ diei, iuxta pagulum, ductum vulgo Felisor. Locus dicitur el Vignu, & balnea ipsa dicuntur, L'Acqua marza. illa ego vidi, & gustaui. aqua tactu frigida est, odore sulfuris, et gustu non multum insuaui, nec sine parte nitri sunt, aut sulfur prædominatur. Aestatis tempore frequẽs est illic balneatio, ac continue adest homo qui maximo in vase æneo calefacit aquam, illamq; commode per multos canales transmittit ad decumbẽtes in balneo, quod tabulis ligneis varie interseptum multos simul capit. non desunt ibi hospitia, & reliqua pro tempore necessaria, licet parum commoda. Sunt præterea duo fontes, perpetuo manantes colore, ac sapore similes. alter in Engadina supiori apud Sanctum Mauritium, alter in inferiori apud vicũ dictum Schol. Aquæ illæ in vase suo rubentes ad modum sunt, exemptæ non ita. Sapor acidus est, & vulgo dicuntur Aqua forte. nam acetosa est valde, illa vtuntur vicini frequẽter in potu, cum ventriculum humoribus, aut cacochymia grauẽ sentiunt, illa purgãtur, ac in omnibus penè morbis internis vtuntur, ducti sola experientia, atque ita plures ex ea lædi quàm iuuari arbitror. pauci in ea balneantur, nec locus est aptus. Quartus thermarum locus in futurum (vt reor) extruendus, est propè Pesclauium sesquimiliaris itinere Italico, estq; contiguus magno lacui Pesclauino.

Minera aquæ omnino sulfurea cernitur, & sentitur omnibus sensibus. Lapides quos operit aqua illa, pingui lentore albescunt. estate sum ma tepescit aqua, cæteris temporibus frigida. facile in frequentem vsum trãsibit ex loci commoditate, & aquæ efficacia. Sed obstat pauperies.

De thermis Speluce montis an sint, nec dum expiscari potui, nedum quales sint. Cæterum mitto descriptionem integram Bergomatum thermarum, quæ à Rhætia non plus quàm bidui itinere distant. de his nihil vnquam typis excusum est, ac spero, vt antea fuere, in futurum quoque famosas futuras, præsertim cum penè occulta earum virtus palam facta literis cernetur, ni te pigeat Italica, Germanicis miscere.

De Balneis Vallis Treschurij agri Bergomatis.

Balnea Vallis Treschurij, à ciuitate Bergomi per decem Italica milliaria distãtia oriẽtem versus, iam vetustate dilapsa, postea per Illustrem, & generosum BARTHOLOMÆVM Coleonem nobilem Bergomatem, & exercitus & Venetorum Capitaneum generalem in lõge meliorem formam redacta sunt, anno dñi. 1470. quamuis etiam hæredum incuria, vel negligentia rursus penè diruta sint: quæ tñ non multa impensa restitui egregie poterunt, atque interim illorum non inutilis, nec infrequens est vsus. B

Aqua illa est actu frigida, quia non parum lõge educitur ab eis calida minera, estq; substantia clara, de sub terra plusquam per brachia decem; ascendit per puteum magna cum diligẽtia fabrefactum, ne illi vicina dulcis aqua præterfluens admisceatur, neq; mali est saporis, duciq; potest quatuor ad balneorũ loca separata (modo aptentur, vt futurum spero) & arte calida, prout oportet in quolibet eorũ apte gutta recipi potest, vbi opus fuerit.

Minera aquæ satis est sulfurea, nam à longe odor percipitur sulfuris, sicq; argentum in ea ponitur, illico in rubeum seu croceum vertitur colorem. est etiam nitrosa, & salsa. illucq; aues, & quadrupedes cõcurrunt tempore veris ad potum ob salsedinem. nitrum quoque super lapides quos lãbit aqua reperitur. atq; si aqua bullierit ad trium partium consumptionem, minime in ore præ nimia salsedine teneri poterit. ac præsertim merito nitrositatis solutiua est, vt experientia quotidiana demonstrat, & inter cæteros de effectibus cuiusque mineralis aquæ declaratur ab Auicenna libro primo fen secundo doct. secunda capite. xix. summæ primæ. D

Operatur hęc aqua in corpore humano quinque modis, videlicet eius potu, balneatione, guttæ, seu duciæ receptione in varijs mẽbris, vt oportet, clysterizatione, & luti linitione.

Mirabilis est virtutis aqua illa, vti experientia penè quotidiana docet. valet enim ad plures infirmitates, quas famosa Porretana aqua curare non valet, vt infra dicetur. neque est tanti, vt illa, timoris, & periculi in eius vsu, & vitæ obser-

uationis negligentia.

Vsus aquæ istius (modo inferius narrando) valet omnibus ęgritudinibus frigidis, phlegmaticis ac melãcholicis. curat siquidem capitis dolorem etiam antiquum, siue per essentiam, vt vocãt, siue per consensum aliorum membrorum, præsertim ventriculi & matricis: humiditates capitis superfluas exiccat, cerebrumq; debilẽ confortat, paralysi, conuulsioni, tetano, membrorum tremori, neruorumq; imbecillitati valde confert, oculorum defectui valde subuenit, tinnitum, & sibilum aurium, & surditatem non antiquam curat; antiquæ vero nõ parum prodest. Narium stricturam seu coryzam liberat, ac debiliter olfacientibus subuenit, nariumq; fœtorẽ curat, linguæ humiditatem ac resolutionẽ consumit, raucedinem vocis ex humiditate clarificat: laxatam columellam reducit, aphthas, seu alcolas, & gingiuarum vlcera curat, orisq; fœtorem remouet: difficultati anhelitus & asthmati cõfert, & curat, nisi sint antiquatæ. tussim curat, si non ex phthisi sit, aut vulnere pulmonis. ventriculo imbecillo mire subuenit, appetitum perditum restaurat, sitim extinguit, vomitum curat, ipsumq; ventriculũ ab omnibus superfluis humoribus, & inconcoctis purgat, ventriculi duritiem, ac splenis tollit, obstructiones iecoris, vẽtriculi, lienis, mesaraicarum & aliarum partium tollit, curat vtrunq; ictericiam, cachecticis summa est medicina, & ascíticis, hydropicis, clarumq; ac bonum colorem restituit. intestina mundificat & purgat à superfluis quibusque, vermes expellit, & quæcunq; alia præter naturã contenta. dolorem colicum, ileum, ac renalem curat, arenam ex renibus excludit, renesq; mundificat, & eorum debilitati conuenit. vesicam mundat, & lapidem in ea non confirmatum rumpit, & expellit, ardorem vrinę curat magnifice, & frequentem mictum tollit. stranguriæ subuenit. nam mirabiliter in renum ac vesicę passionibus operatur & breui tempore, omniq; ætate & conditione vt longo tempore expertum est. matricem purgat, fluxum materierũ albarum curat, obstructas matrices aperit, & mulieres ad conceptum pręparat, mirabiliter dolori dorsi, ancharũ, coxendicũque, podagræ & chiragræ confert, ac syderatis, in vniuersumq; neruorũ imbecillitati subuenit: tineam curat, phthiriasim, corporis totius pustulas, scabiem, pruritum, impetiginem, serpiginem, vlcera cacoethica, crura saniosa, tumescentiaq;, leprosos quam plures curauit, imbecilles roborat, extenuatos ac macie cõfectos impinguat, febribus antiquis putridis subuenit.

Modus autem seruãdus, anteq̃ ijs balneis quis D vtatur, talis sit, vt prius purgetur, iuxta periti medici consilium. nam aqua citius penetrabit, et breuiori tempore operabitur. Quo die ad balnea applicuerit, ob lassitudinem, non intret balneum, nec bibat aquam, sed quiescat.

Tempus conueniens illuc se transferendi, est tempus calidum & siccum, vt à decima die Iulij, vsq; ad .xx. Augusti, diebus scilicet canicularibus. nam in sicco tempore operatur.

Postquam igitur ad locum applicuerit, mane sequenti, si tempus fuerit clarum, in Dei nomine in ortu Solis balneum intret suauiter calidum, in quo moretur donec delectat. cõmunis vero mora est circa horam vnam, postea cũ placet exeat, & pannis calidis exiccetur, & intret lectum bene coopertus pannis calidis, ne sentiat frigus, ibique moretur donec sudauerit non dormiendo. & iterum E exiccetur cum pannis calidis, & parum quiescat. deinde surgat & prandeat mediocriter. sed se non exponat aeri, donec transactæ sint duę horę, interim vacet lectioni, aut honesto, nec serio ludo, aut confabulationi, donec hora cœnæ adueniat, nec post cœnam dormiat nisi transactis duabus horis. Mane sequenti incipiat in ortu Solis aquam bibere pro viribus absq; tamen violentia: deinde ambulet per amœna loca suauiter, & cum senserit aquæ potæ descensum à ventriculo, iterum bibat vt prius. deinde ambulet & tertio bibat, vt supra. cõsideretq; quot calyces biberit, & quot minget, aut p secessum emittat, aut p vomitũ. & si ipsam emiserit, nec sentiat ex ea corpus graue, prandeat comedẽdo panem infusum in iure conuenienti, aut panatam in eo factam, ac bibat calycem vini, cœnet autem mediocriter comedendo F de infrascriptis carnibus. Quod si non habuerit ventris beneficium, ante prandium recipiat clystere tepidum ex aqua balnei cum oleo oliuæ, sale & melle violato, aut rubei sacchari puluere. Si vero nõ emitteret aquam, intret balneũ vt prius, & potest etiam vesperi intrare horis duabus ante cœnam. & si est debilis non bibat, sed balneet. & talis debilis vno die bibat, altero nõ bibat. Sed balneum itret: si valde debilis est, quiescat per diem vnam pluresue, deinde vtatur. In bibendo autem perseueret, quousq; viderit aquam claram exire, vt eam biberit. nam tum perfectam denotat purgationem, & communiter erit vsq; ad .xx. dies, bibendo tamen alternatis diebus, die intermedio balneum intrando.

Patientes autem catarrhum, aut dolorẽ in aliqua parte corporis, aut debilitatem, postq̃ quinq; aut sex diebus biberint, incipiãt recipere guttam, aut ponere lutum in partibus læsis, & non anteq̃ & quo-

& quotidie sic faciant, & lutum permittant exficcari in dictis membris, deinde lauent donec sanitati restituti sint.

Qui guttam volunt recipere super caput, aut lutum ponere, prius dicta cum aqua abrasi sint: si fumant super verticem, extendant se supine. Si vero super occiput, super ventrem iaceant, & guttam cadere faciant super locum lęsum, ad minus per dimidium horæ. Cum accipiunt in occipite, vngantur prius nares, & frons oleo rosaceo, aut epithemetur aqua rosacea ad repercutiendum illuc materiam fluentem. si sint fortis virtutis, possunt sumere per horam bis in die, scilicet mane, & vesperi ante cęnam horis duabus, continuando per decem, vel duodecim dies, pro ut opus fuerit. post autem guttæ assumptionem quiescant per horam in loco temperato euitentque frigus, & ventum.

Et quia lutum non minoris virtutis est, quàm aqua, declarabo fusius, illo vtendi modum.

Accipiatur de pinguiori luto, & antiquiori, quod cognoscitur ex lenitate mollitieque, & exponat se infirmus soli cum membro ægrotante discooperto, ac superextendat lutum mediocriter, & dimittatur in sole exficcari desuper, tum habeat aquam balnei calidam qua membrum lauetur, donec totum lutum deciderit, postea lutum renouet super membrum, ac sic faciat ad minus quater in die, ita perseuerando vsq; quo se liberatum senserit. euitet tamen ne interim solis calor corporis residuum excalefaciat multum ac inflammet, quod vlterioris mali causa possit esse.

Aer ad siccitatem declinet, nec sit caliginosus, aut nebulosus. caueant se à vento, pluuia, & radijs Lunæ, frigoreq; habeantq; vestes opportunas, nec frigidam tangant aquam.

Pane vtantur triticeo probè confecto, carnibus pullorum iuuenum, hœdi, castrati anniculi vel circa, vituli lactentis, perdicibus, auiculis, hisque elixis præsertim in aqua balnei. vtantur insuper natante pane seu pannata, pane in brodio, ouis recentibus sorbilibus.

Vinum sit album, aut citrinum, & leue, si potens fuerit, misceatur cum aqua balnei, aut aqua simplici cocta: sed melius erit vinum oligophoron absque aqua. parce comedant ac minus solito.

A Dormiant transactis duabus horis post cœnam, & tota nocte vsque ad ortum solis, interdiu vigilent, dormiantq; in locis eleuatis non à terra suffocatis, nec humidis, aut frigidis.

Deambulent leuiter ante cibum non superca lefaciendo se. post cibum quiescant.

Si aluus ex se omni die non moueatur, vtatur clysteribus, vt supradictum est, aut potet aquam carnis ante cibum.

Gaudeant vitentq; graues animi perturbationes, & à coitu abstineant.

Tempus recedendi atque ordo à recessu seruandus is est. Cum duobus successiuis diebus aquam claram per vrinam, aut anum emittent epotę similem, signum erit bonæ, ac sufficientis purgationis: quare amplius non bibant. balneum tamen intrare possunt, guttam recipere, lutoque B linire ad placitum. Cum verò recedent, consulo, vt per quadraginta dies, vel ad minus triginta suprascriptum victus ordinem obseruent. sicque in dies fient validiores, ac securi, neque eo tempore aliam tangant aquam vllo modo, aut parte aliqua corporis. si aquam balnei pro lotione haud habuerint, vtantur vino albo, aut alterius coloris paucifero, & à coitu abstineant.

In recessu leniter ambulent, nec supercalefiant pedestres: equestres verò non multum equitent, sed milliaria quindecim Italica quaque die aut circiter, satis sunto.

Hæc ego Gulielmus Gratarolus doctor medicus cum ex mea oculata obseruatione, tũ aliorum Bergomatum medicorum veterum scriptis & longa praxi breuiter, & nõ obscure collegi ad C proximi commodum.

Faxit omnipotens Deus, vt Respub. Bergomatum in pristinum restitui hęc saluberrima balnea sedulo curet, quod equidẽ, et potest & debet.

Gulielmi finis.

PETRI DE TVSSIGNANO Liber de Balneis Burmi, in quo non ſolum aquarum vires & medicinę, ſed earum quoq; exhibendarum canones explicantur.

Enedictus dñs Deus Iſrael, qui cum iam cuncta alia creaſſet: hominem fecit ad imaginem ſui, & minuit eum paulo minus ab angelis, & omnia illi induſit opportuna. produxit etiam mirabile balneum, & ſalutiferum in ſancto Martino de Burmio, cuius aqua eſt nitroſa plurimum, participás aliquid ſulfuris. hoc autem euidenter patebit cuilibet volenti aquam diſtillare ad alambicum. Nam corpora remanentia poſt conſumptam aquam, plurimum erunt ſalſa, & aliqualiter ſulfurata. hoc etiam ſigno declaratur, quia in eo loco ſunt lapides multi producentes ſalnitrum, & panni loti in dicta aqua, & poſtea exſiccati habent odorem ſulfuris. aliud ſignum fortius eſt, quòd reperiuntur alij fontes eádem qualitatem præciſe cum aqua balnei in dicto loco producentes ſalnitrum in magna quantitate.

Dicet aliquis, forſitan hæc aqua non eſt ſalſa, & caret ſapore ſulfuris. Reſpondeo, quòd propter fricationem, & fortem miſtionem partium aquæ cum dictis mineralibus, tollitur odor, & mordicatio, & omnis ſapor, & remanét ſolę virtutes in dicta aqua. & ideo dicta aqua calefacit, exſiccat, extenuat, aſtringit, ſoluit, aperit, ventoſitatem diſrumpit, & vltimo propter ſiccitaté inductam, conſtringit. Effectus in ſpeciali quos ipſa aqua ſolet inducere, ſunt hi. In primis catarrhum exſiccat, diſtillando per canale ſuper commiſſuram capitis, quæ eſt vbi terminat digitus medius, ponendo palmam manus ad ſumitatem naſi. Balneare decet primo corpus totum, per duos dies. poſtea bis in die recipiat aquá ſuper caput per canale, & ad minus pro qualibet vice per vnam vel ſaltem mediam horam. & faciat hoc diebus quindecim, vel circa ſi fuerit ſenex: ſi vero iuuenis per duodecim, ſi puer, per x. quia craneum ſenis eſt groſſius, & durius craneo iuuenis: & craneũ iuuenis eſt groſſius & durius craneo pueri, & quanto eſt groſſius, & durius craneum, tanto virtus balnei difficilius exſiccat catarrhum, & quáto catarrhus, & materia exſiccanda, eſt groſſior, tanto longiori tempore opus eſt, ad exſiccandum. & eſt ſciendum quòd virtus balnei remanet longo tempore poſt receſſum à balneo continue operans, & complens operationem ſuam. & ideo etiam poſt receſſum à balneo, debet ſeruari bonum regimen: ſcilicet præcauendo à repletione, frigore, vinis potentibus, à potu poſt cœnam, à nimijs laboribus, à nimio ſomno, ab accidentibus animi, & coitu.

Confert dolori capitis à frigida cauſa, & habenti ſomnos profundos, & lethargum, incubum, & epilepticis, apoplecticis, ſubethicis, & habentibus aquam intra craneum, & cuius caput eſt aptum recipere ſuperfluitates, & hoc modo faciendo, primo balneando ſe, & poſtea recipiendo aquam per canale ſuper caput, vt dictum eſt etiam de cura catarrhi. confert
E etiam paralyticis, habenti ſpaſmum ex repletione, tremori neruorum, ſtupori in aliquo membro, torturæ, & ſaltui faciei, balneando ſe per dies octo primo, poſtea recipiendo aquam per canale ſupra caput bis in die, & aliquando ſuper membro infirmo, & omni die ſaltem ſemel ſe balneet totum. confert & fiſtulæ lacrymali balneando ſe per duos dies, poſt ea recipiendo aquam ſupra caput, & poſtea oculos bene lauando de aqua balnei, & portando petias infuſas in dicta aqua ſuper fiſtula die noctuque. & cum exſiccantur iterato balneentur. & hæc fiant per menſem. confert etiam ſurditati procedenti à frigore, ſonitu, tinnitu, & ſibilo, balneando, & per dies duos diſtillando ſuper caput de dicta aqua, ponendo in auribus, & eas cum ipſa bene abſtergendo per dies
F ſexdecim. Confert nocumento odoratus balneando ſe primo. poſtea recipiendo aquam ſuper caput, & trahendo eam per nares per dies viginti. Confert mollificationi, grauitati, deſtructioni loquelæ, & introitus in ſermone, balneando ſe primo, & poſtea diſtillando ſuper caput, & gargarizando aquam balnei calidam per dies viginti. Confert etiam conſeruandis dentibus, denti cauato, dolori dentium, congelationi ipſorum balneando ſe, & diſtillando ſuper caput, & lauando ſibi dentes quaſi omni ſeptimana &c. prodeſt difficultati anhelitus, tuſſi humidæ ac pectori apto recipere ſuperfluitates, balneando ſe, & bene fricando partes pectoris. Item prouocando lac in mámillis balneãdo ſe & bene fricando mámillas, & cum à balneo egreditur, bibendo drach. ij. cryſtalli puluerizati cum modico vini albi ſubtilis. Item dolori ſtomachi, & habenti ſtomachum humidum, ac multitu-

multitudinem sputi à stomacho, & habenti nau seatiuam satietatem, & appetitui corrupto, balneando se, & de dicta aqua bibendo summo mane vnc.xx.& illa die se balneet, & parum comedat, & tarde. Confert etiã cachecticis,& hydropicis,& hepaticis,& hepatis dolori balneando se continue. & si hepar inflammatur, epithemetur, vt infra in fine capituli. vtilis est doloribus colicis, iliacis, & spleneticis balneando se, & bibendo de aqua balnei, vt dictum est, & clysterizando cum dicta aqua. Confert frigori renum, & debilitati ipsorum, oppilationi à frigida causa balneando se. Confert in insensibili exitui vrinæ in somno, & ipsius inuoluntario exitui in vigilia, pollutioni, gonorrhϾ, & menstruorum prouocationi, balneando se diu, & continue. Cõfert adhuc desiccando menstrua, & aquæ matricis, & præfocationi eiusdem, erectioni virgæ, & ad impregnationem. Confert quoque duriciei matricis, vlceribus ipsius, & putrefactioni matricis, & ipsius inflationi ex ventositate, & aquositate, balneando se, & cum dicta aqua clysterizando matricem semel in die, vel pluries, prout expedire videbitur medico. Cõfert guttis si mẽbra nõ sunt destructa, omnibus doloribus iuncturarum, doloribus spinæ, gibbositati, doloribus calcanei, debilitati pedum balneando se totum primo, & recipiendo aquam super caput, & super nucam, & specialiter super membro infirmo. Confert etiam inflationi tibiarum, vlceribus tibiarum, scabiei, & pruritui, habenti maculas in cute, habenti fistulas, & vlceribus apparentibus profundis, & sordidis, balneando se & vlcera cum dicta aqua balnei. Confert porrò, inflaturæ bursæ, & testiculorum, scissuris pedum, & aliorum membrorum balneando se, & specialiter infirmum. Confert fœtori horribili axillarum, & cutis. curat à pediculis, & lendinibus balneando se, & distillando super caput. Confert habentibus quartanam, balneando se per horam ante paroxysmum, & ibi diu stãdo. & cum exitã balneo, stet in loco sudoris, etiam bibat in mane de aqua illa vnc.xx. vel circa ante diem paroxysmi, videlicet illis diebus quietis, etiam se balneet præmissis euacuationibus, & phlebotomia.

Siquis diceret quòd aliqui accedunt ad Balneum dictum, nihil tamen iuuamenti percipiũt: respondẽdum, quòd non est ex culpa balnei, sed qui accedunt ad ipsum non seruant seruanda, & sunt.xij.canones, quos seruare oportet.

Primus canon.

Qui accedis ad balneum, debes esse purgatus

A consilio medici, & phlebotomatus, si expedit.

Secundus canon.

Intrans balneum, non debet esse fricatus, neque supercalefactus, sed quietus, neque calore extraneatus.

Tertius canon.

Nõ debet esse corpus aptum inflammationi, vt conualescentes ex febribus acutis, vt dispositi ad hecticam, vt corpora macra, multum cholérica, & similia.

Quartus canon.

Non debet vsus fuisse coitu nimio, vel abstinentia nimia, vel alia re, qua multum potuerit debilitare virtutem.

Quintus canon.

Ante quàm intret balneũ, debet habuisse beneficium ventris, & si non posset habere, faciat sibi suppositorium, vel clystere, vel bibat de aqua balnei tres, vel quatuor cyathos, & soluere faciat, vel sumat cassiam, vel pilulas.

B

Sextus canon.

Quando intrat balneum, debet esse ieiunus, & si non posset tolerare balneũ, sumat cochlearia duo de passulis bene lotis pluries cum duabus partibus aquæ, & tertia vini, sumendo etiam de illo vino lymphato quãtũ capi potest in cochleari, vel sumat aliqua pruna siccã infusa in aqua. vel duo cochlearia micæ panis bene loti pluries cum aqua, & vino vt supra, vel sumat buccellam panis assati infusi in aqua, & vino vt supra, neq; bibat in balneo, neq; post, quousque comederit.

Septimus canon.

D

Debet stare in balneo per vnam horam vel circa, vt dictum est superius, vsque ad quindecim dies, vel circa, & continuet balneum omni die, & idem intelligendum est, quundo aqua debet distillari, vt infra.

Octauus canon.

Cum egreditur à balneo, intret lectum, & ibi expectet, quandiu sudet, & cum sudare cœperit, siccare se faciat, & fricare cum pãnis per totũ, & induat se, & capiat de aere recenti, & sic stet quandiu durauerit calor balnei, & postea prandeat, vel cœnet, & si sitiet, assumat saccharũ candidũ, vel passulas, vel aliud habẽs virtutem extinguẽdi sitim, sed non bibat. pauper autem qui lectum nõ habet, stet in stufis quousq; bene sudauerit, postea egrediatur, & faciat sicut dictum est.

Nonus canon.

Præcauendum est, ne corpus recipiat frigus vllo modo eo tempore, quo stat in balneo, etiam postquam recesserit per plures menses, quia vt dictum est supra, virtus balnei

durat post receum ab ipso per plures menses, videlicet per sex.

Decimus canon. Prima vice, quando intrat balneum, debet modicum in balneo stare. secunda verò vice debet plus stare. tertia verò adhuc plus. quarta debet stare vsque ad tempus superius ordinatum. similiter intelligendum est de distillatione aquæ supra caput, & in prima die debet solum semel se balneare, secunda die bis. & est sciendum, quod eadem die potest quis se balneare, & recipere aquam super caput. & melius est præmittere balneationem distillationi quàm distillationem balneationi.

Vndecimus canon. Qui vult distillationem, debet esse tonsus, vel rasus, vt capilli non impediant operationem balnei.

Duodecimus canon. Quia timetur hepatis inflammatio in paratis, & renum similiter: ante ingressum balnei vngantur loca prædicta vnguento sandalino.

Hæc sunt ordinata ad honorem Dei, beatæ Mariæ, & Sancti Martini pro cõmuni vtilitate corporum humanorũ per magistrum Petrũ de Tussignano medicinę monarchã excellentissimum,

Anno Domini Millesimo tricentesimo trigesimosexto, decimo tertio Martij, dum esset in dictis Balneis.

PETRI PAVLI Parauicini Nouocomensis medici, de Masinẽsium, & Burmiensiũ Thermarũ situ, natura, miraculisq́.

PETRO PAVLO PARAVICINO, Benedictus Iouius. S.

PEtosiris, & Necepsos, qui medicinam à se pro parte inuentam apud Aegyptios magna cum laude exercuerunt, & de illa literarum monumẽtis præcepta tradidere, tãti nominis, & authoritatis apud suos prouinciales fuerunt: vt respublica decreuerit non licere posterioribus medicis ægritudines quoquomodo curare, nisi ex proscripto librorũ ab illis editorum, quod si secus ex propria temeritate, vel agere tentarent, capitale (vt scribit Diodorus) illis foret. Plinius noster, medicinam omnium artium inconstantissimam vocat, posterioribus medicis, priorum dogmata antiquantibus, id ne dolo, an ita ratione suggerẽte facerẽt, experiẽtia rerum omnium magistra docuit. Præcipites igitur appellantur, qui solo suo ingenio freti maiorum traditiones vilipendunt, qđ si male cesserit, nouitiũq; inuentũ opinionẽ fefellerit, in promptu causas hñt, & sophismata, quibus astruant, ęgrotũ sua ipsius culpa, vel domesticorũ incuria, aut seplasiariorum inscitia perijsse. Quocirca maiorum semp vestigijs insistis, & eiusmodi calũnias euitare studes, & alijs qui tecũ philosophantur, vt ita faciant exẽplo es. quo fit vt hi, q tanq̃ Hippoliti ceu ab iferis in auras vitales postliminio restituti sunt, te maxime suspiciant, et admirentur. Vale data. vj. Idibus Decembris.

Eiusdem Sylua.

CRedendũ libris nũquã minus esse putaui,
Et si qua antiquæ referãt miracula chartę,
Audaci nimium tollentes inclita cantu
Gesta Iouis, simul Alcidæ mentita labores.
Fama minor visa ẽ, quã prisca volumia seruãt,
Quũmodo vel tãtis, vel tot me laudibus ornet,
Paulus, ab antiquo deductus origine Cygno,
Qui duras Lygurum quõdã tractauit habenas,
Quãdo ego vix primas hausi tradẽte magistro
Literulas, nec sacra mihi de vertice pendet
Laurea, nec facilem voluit facundia linguam,
Cæcus amor nẽpe est, qui tot mẽdacia nectit,
Et vero maiora canit, namq; optat amicum
Semper amor, magnis insignẽ reddere dictis,
Sic me Paulus amat, sic nostra volumina cẽset
Chalco-

Chalcotypis tradi, doctosq; subire penates
Musigenû, nostrumq; sonet per cōpita nomen.
Et me post cineres magnis æquare poetis
Ille cupit, quos & viderunt prisca disertos
Secla viros, viuum titulis, & stemmate donat.
Cygnigerum potius tali dignemur honore,
Cui cantu concedit olor moriturus ad vndas,
Cui philomena suum carmē dedit oris amœni,
Nestoreoq; fluit suauis de pectore sermo
Atq; Arpinati pulsat subsellia voce,
Rursus Apollineas exercet, & impiger artes,
Quis & femineces nigro reuocantur ab orco
Cerbereamq; famē ludit, cymbamq; paratam.
Hippolitus qualis superas remeauit ad auras,
Pœonijs reuocatum herbis & amore Dianæ
Quem referunt, talis nostri est solertia Pauli.
Nec tamen hæc piceo Iouis est obnoxia telo,
Haud vllis inuisa deis, mortalibus illa est
Grata nimis, magnûq; diu celebranda p̄ orbē.
Ergo age Thespiadû tandem penetralia tentes,
Et sacra conspersus aqua da carmina Paule,
Viuat vt æternum vatis de munere Porrus,
Qui potes Ascræum cithara superare Poetam,
Qui terras & saxa dedit syluasq; sequentes
Saltibus Ismarijs dulces audisse loquelas.

PETRVS PAVLVS Parauicinus Io. Ambrosio Cauenago. S. P. D.

Iteras tuas accepi vir doctissime, quibus efflagitas, vt tibi amicissimo Masinensium Balneorum locum, naturam, arcana, mirificosq; effectus conscribam. Quod petis, haud exiguum est, nec ex tempore expromendum, vel tam præcipiti (vt iubes) calamo absoluendum. Mira enim est horum balneorum naturā, quam nemo, rerum etiam omnium capax, breuiter, atque in transcursu facile contemplari, nedum exprimere posisit. vis illis tam varia, tam multiplex, tam efficax, tamque sacra inest, vt nullo narrari posit opere. Italia quidem scatebris, multisque calentibus aquis, ad miraculum vsque pollet, sed nostro, multorumque aliorum indicio, nullas habet, quæ his nostris merito comparari queant, tanta est harum ad varios, & multiplices morbos, nec minus ad voluptatem omnem vis, & efficacia. Ingrati tamen, ac segnis animi existimabor, si qđ Deorum munere patriæ nostræ, ad salutem omnium datum est, sub compendio, & vt Epistolæ mo-

A dus expostulat, petenti tibi, narrare voluero. Nec temeritatis notam effugiam, si cœleste donum, mille ab eruditis extollendum laudibus, longa diffusaque barbarie perscribere tētauero.

Nec mehercle amici officium persoluam, si te hac honesta voluptate defraudauero. quare petitioni tuæ, sine diuinarum thermarū infamia, cui vera debetur æternitas, & honoris nostri detrimento, satisfieri posse minime crediderim: precibus tamen tuis superatus, non solum hæc, quæ de balneis istis occurrere, raptim scripsi, sed de Burmiensibus etiam nonnulla, vt tibi compertum, exploratumq; sit, patriam nostram dignis etiam naturæ dotibus non carere. & cum Vulterena vtrisque thermis glorietur, & quidem mirabilibus, paruaque admodum inter eas distā B tia sit, indecorum, & reprehensione dignum esse existimaui, in præsentia, pro nostra virili vtcunque ambarum facultates, & miracula nō delibare. Dabis igitur veniam pro tua in me, & in omnes humanitate, si quid horridi, inculti, barbari, & quod fœlici ingenio tuo minime respōdeat, his in nostris abortiuis literis offendes. Rem igitur aggredior.

BAlnea Masini, medice clarissime, q̄ in agro nostro sita sunt, octo millia passuum à Caspano nobili, ac opulentissimo Vulturenæ vico distantia, & ab vrbe nostra ferme sexaginta, à fluuio in quem excurrunt, nomen accepere: licet & Balnea S. MARTINI ab incolis appellari interdū soleant, quòd villula S. Martini dicta in valle Masini extet, duo circiter millia passuum à thermis distans, vbi vix omnes grandioribus in fronte sa C xis, & noxijs quibusdam saltibus, ita confarciri incipiūt, vt iter agentibus, equis īsidere sine periculo minime liceat. his tñ exuperatis faucibus, & penetratis angustijs, patentia se se offerūt prata, altissimis circundata montibus: quorum apices, & cacumina dēsissimus operit pinaster, sub verticibus ad radices vsq; nudis omnia squallent saxis: à quibus vetustioribus, & admodum antiquatis, muscus quidā non sine magno misselli rasitantis vitę discrimine ad inficiendos pannos cō modissimus abradit̄. ab his deniq; abruptissimis mōtibus qui solis ibicibus, & platicerotis capreis peruij sunt, è dictarum angustiarū diametro, perpetua niuiū eliquatiōe, pręceps Masinus defluit. A læua armētorum pascua exporriguntur, à dextra verò limpidissimę hę, & calētes aquę per glabreta quędā ex fisso rimosoq; scopulo ac nigro, aspertoq; marmore erūpentes, in radice mōtis (ne effluāt) ligneis quibusdā fistulis colligūtur, binisque cellulis concameratis fundo ac parietib. exa-

musiim tabulatis excipiuntur, in quas magnis quidem delicijs descendimus, lauamur, & natamus. Eo tamen in loco nulla sudatoria, nec mehercle stillicidium vllum, arte concinnatum, quo gutta per angusta effluat, & extillet, inuenies. Verum singulę bina habent aquagia, quibus commodè caput, & vna quæque corporis particula suffundi potest. Ab huius loci honestæ hospitalitatis caupone salutariter exciperis, et licet diuersorium illud minimi sit ornatus, & elegantiæ, tanta tamen est morbido illo ac infestissimo anticanis tempore, aeris illius salubritas, & amœnitas, vt nonnullæ cellulæ ligneæ, rimosæ, in quibus strati lectuli fermè subdiales sunt, noctu cubitoribus suis nullo penitus sint offendiculo, sed salutaria, grata, iucundaque omnia videantur. Nitri subterranei contagio hæ aquæ maxime pollent, & illis etiam vis quædā ferrea inest. sed sulfuris quidem minima, hoc certe argumento quòd modestissime calent, & abrasi illorum mucores qui diutino aquæ lapsu, saxis inhærent, & cōtrahuntur, nec pingues sunt, nec virentes, aut oleosi, nec certe in his quicquam apparet, quod apyron sulfur oboleat, sed friabilis instar lapidis mucor ille candidis quibusdam notis, & rubigine nonnulla variegatus existit, acrimonię, & salsuginis tantillum habens. experientia etiam nostra, & olim peritissimi, ac pręstantis genitoris mei sæpe compertum est in aquis illis, si per botolarium distilletur, nihil residere quod nitrosum non sit, & ferri particeps, nullamq; vnquam in eis subsidentiam inuenimus, quæ odore, colore, gustuve manifestum sulfur ostenderet licet has & reliquas subterraneas, & calentes aquas, sine sulfure esse posse minime crediderim. Hinc est, quòd natura horum balneorum blanda admodum, & suauis est, tantæque temperaturæ, vt non solum natura validis, & natu maioribus, sed & pueris, senibus, & nimia imbecillitate fractis, citra omne periculum, in aduenticijs, & pertinacibus morbis expugnandis, præstantissimo semper auxilio fuerunt. Et hoc vnum saltem mortalibus commodissimum pręstant, alijs non concessum balneis: quod videlicet, si morbus quispiam ita alte radices suas egerit, vt ab illis expugnari non valeat, vel forte fortuna id genus vitij aquarum viribus obstrepet, neminem ob hoc necant, vel syderatione officiunt, aut aliqua ex parte lædunt. Non tamen vis earum ficulnea est, sed tam efficax: vt pediculationes, porrigines, psoras, psydracias, exāthemata, achoras, scabiem, omnemque capitis, & corporis totius asperitatem, & sordem egregie abstergant, inspersasque vitiligines emendent. Vir enim nobilis ciuis meus Andreas Peregrinus, verissime testari potest, quam breui latas, luridas & geni tales pectoris sui maculas, solis his aquis deleuerit, totumque corpus sine strigili, & olearia ampulla, miro quodam inducto candore fucauerit. Hæ etiā difficiles hemicraneas & immanissimas cephaleas placant, & demulcent, obliuiosis & stupidis eximie subueniūt. & multis etiam oculorū vitijs medētur, lacrymas enim siccāt, lippis marcorem diluunt, nephelia, idest nubeculas exterunt, obstructionesque quibus turgent, tendūtur, & rubent oculi, discussa aperiunt pituita, trachomata, & omnem eorum scabritiem emolliunt, hebetibus, lusciosis, & caligantibus oculis, ita speciem visumque exacuunt, vt nullum illis collyrium, oxydoricum, vel efficacius, vel suauius inueniri possit. Distillationes sistunt, noxias, & omnem ingruentem humorū superfluitatem reijciunt. Præterea aurium molestias hulcuscula, obstructiones, dysecias sanant. fœdas narium ozęnas, virulentasque pustulas, earumquæ dysodiam, idest graueolentiam emendant. Immundos, luxatos, ac commotos dentes, exterunt, corrigunt, firmant, viscidos succos anorexiam facientes, attenuant, flaccidum ventriculum roborant, flatus discutiunt. Acra tismate affectis, idest intemperantem, & ob ingentem ventriculi pituitam, incessanter ab ore fluentem saliuam expuentibus, pulcherrime succurrunt: malum habitum, ipsumque intercutem morbum curant. Anno enim proxime elapso Caspanensis quidam nobilis, turgescente in eo leucophlegmatia, & liuentiore vniuersum corpus occupante sanguine, de salute desperabat, sed horum balneorum vsu, citius quā quis credere posset, pristinæ sanitati restitutus est. Auruginosis in super, & hepaticis, spleneticis, obstructis, torminibus, & cordapso frigido correptis, & quibus distenduntur, & turgent hypochondria, auxilio sunt. vesicæ ac renum dolores, eorumque suppurata hulcuscula, vrinæ stillicidia, & dysurias leniunt, detergunt, aperiūt. Muliebris profluuij albi videlicet mucoris tędia, multaq; alia locellorum, & vuluæ incōmoda, quæ humano cōceptui offendicula sunt, amouent. Sanant vlcera extrinseca ita vt cicatricibus callum, imo naturalem obducāt membranulam. Vidi enim iuuenem, sente acutissimo in pede sautium, dolorem, & inflammationem maximā, tota etiam tibia rubente, & supramodū turgescēte, patientē: solis his aquis superfluētib. viginti dierum spatio, sanitati restitutū. Vidi equos hulcerosos,

cerosos,&(vt aquarij medici dicunt)verme, nullis alijs medelis expugnabili superposito, harum thermarum coeno quàm breuissime curatos.

Vidi cunctis paradoxum,& quasi incredibile,rusticam quandam mulierculam sua male disposita,& suffulta domo ruēte,à tichnis, & lapidibus cęterisq; ruinis comminutam,fractam,pertusam & ferè exanimem,in his positam balneis, conualuisse,&(vt ita dixerim)reuixisse.bis enim singulo die in ea balnea ferebatur,opportuna, & irreprehensibili victus ratione vtens,vnde instaurata,& in pristinum sanitatis suæ statum,non sine omniū admiratione redacta est.hoc solo excepto quod longo postmodum tempore obsurduit,mi sella,hoc pacto luxata membra reduxit,molopas vibices,& quæcunque sugillata,solo hoc malagmate emendauit,hoc pastillo,& cataplasmate tā tam doloris molestiam leniuit,his deniq; emplastris, vulneribus suis callum obduxit. Tanti miraculi testis non obscurus inter cęteros existit vir magnificus,& insignis Ioan. Iacobus Porrus patricius Mediolanensis,qui vt nobilissimæ,ac honestissimæ coniugis suæ saluti consuleret,liberali apparatu,& expensa non mediocri,me consulto,& socio,hæc sacra adiuit balnea. Quo etiam tempore vidimus tabidos quosdā,fragiles, ficulneos,quinimmo,& biliosa febre laborantes, qui in has aquas descendebant & diu immorabātur, breui ita pinguescere,vt cunctis miraculo fuerit.

Quantum vero attriticis,ischiadicis, conuulsis,distentis,resolutis,tremulis,spaticis, neruiceisque omnibus subueniant, exprimere facile non possumus. ob hæc enim corporis vitia potissime cerebres sunt,& omnium ore versantur. Testari hoc pulcherrime potest vir nobilis Dantes Stupanus Bellanensis Larij nostri accola, qui sydera tus,& omnīū corporis partium motu priuatus, his balneis ita conualuit, vt nunc in vniuersum viribus polleat,nisi quod dextræ(ni fallor)pernæ musculi contractiores,rigidioresque deambulāti illi,tantillum adhuc impedimento sunt. Andreas etiam Caluus municeps meus Frācisci Calui viri eruditissimi frater huius rei testis est locupletissimus,cui post molestissimos coxēdicis dolores,frigido intus,& extra adstringente humore,femur ad eo riguerat, concretis ceu gelu musculis, vt nullum medicamenti genus præter balnea hæc, sensum excitare potuerit. Bibuntur etiam hæ salutares aquæ, nam limpidissimę sunt & gustui non ingratæ. hisque propinationibus, & potibus, morbidi flacciduum ventriculum roborant, ac in eo congestas cruditates, & lentam omnem pituitam attenuant, discutiunt,propellunt,ita vt inde esuritio propè saguntina excitetur. Et vt breuiter omnia perstringam, ad innumeros ferè morbos diuīa hæc balnea vi sua potissime arcana,& caloris temperie commodissima sunt. Illa enim secundum caliditatis gradum(vt dicunt qui innato,& æquali mortalium calori auxiliorum omnium naturam comparāt) excedere minime crediderim, cum in eis nullum subardentis sulfuris vestigium appareat, & tam clementes prodeant effectus,cumque ferri natura latentis sulfuris,& eminentis nitri intemperiem, quæ hominem ad quartum vsque caliditatis,& siccitatis gradum deducunt, mitiget, temperet, & extinguat. Horum verò balneorum virtus, & efficacia, æstiuo solsticio peracto, seu ab ortu caniculæ ad occasum vsq;,longe excellentior est cæteris temporibus, & mea quidem multorumq; aliorum experientia, tempus illud quod ab Idibus Iulij vsque ad Idus Augusti, & ad sextum vsque Calendas Septembres includitur, si serenum, tranquillumque fuerit omnium aliorum temporum accommodatissimum est: Ea enim temporum intercapedine, mirifici solent prodire effectus, licet & mense Maio si calidus fuerit, fœlici etiam cœlo gaudeant, & non inutiliter à multis vsurpentur.

Burmienses vero thermæ quæ per milliaria centum ab vrbe nostra Comi distant,in extremis Vulturenæ partibus ad radices mōtis Addulæ sitæ sunt, ex quo in Septentrionem Rhenus,in meridiem vero Abdua fluuius illabitur, qui medium Vulturenæ vallis perlambens, & Fredolpho,Pusclauino,Tresenda,Malaro,Masino, Tonante, Tartano, multisque alijs amnibus omni ex parte turgescens, & sæpe non sine magna accolarum iactura exterminans,in lariū nostrum excurrit. Inter Abduam,& Burmij vicū hæ calentes aquæ eo in iugo per terræ viscera,anfractuosasque criptas introlabuntur, magno quidem sono immurmurantes, vel quia præcipites internas cautes percutiant,vel quia introclusæ,et aduersante spiritu aliquo reluctentur,siue(vt verius)quod sulfureo igne ferueant, & continuis agitentur ebullitionibus,calent enim summopere,&(vt rumor est)oua excoquunt, pullumque gallinaceam deplumant,si in profundioribus cauernis tantillum moræ traxerint,secus tamen cū arte decidunt,& balneatorijs cellulis excipiūtur, tunc enim,vel resolutis euanescentibusq; igneis quibusdam partibus,cum liberius in aera erumpunt,vel flante borea,quo frigida illa regio sæpe inhorrescit,temperatiores,suauioresq; reddūtur.

Quo fit, vt multi maxime Germani incolumes etiam, & nullo penitus morbo affecti annuatim, illa accedant balnea, & in eis longo dierum tractu die noctuq; canant, perpotent, sua de more exerceant symposia, & magnas capiant voluptates, in quibus etiam ita commode recumbũt, ac dormiunt, ac si in optimis, & pulchre cõcinnatis lectulis quiescerent, illæsa prorsus sanitate, quod me sæpe in summam adduxit admirationem.

Nam si illorum iuuenilis ætas, & exęstuans natura, & victus intemperies (sunt enim edaces, & voracissimi, & omnium bibosissimi) consideren tur: mirum est, quod in morbos grauissimos non incidant, licet id in Germanis fœminis tantæ admirationis esse minime crediderim, nam & natura dẽsiores sunt, & frigidioribus succis humidioribusq; abundant. Horum balneorum natura maxime sulfurea est, & non parũ nitri particeps, quod odore, colore, sapore, & eorum cœno in sanandis etiam equis opportuno, clarissime comprobatur. Et licet sulfuris, nitriq; natura ignea sit, & hominem ad quartum vsq; gradum excalfaciat, & exsiccet, aquæ tamen hæ, vix tertij caliditatis, & siccitatis gradus principium attingunt.

In causa esse possunt, vel simplicis aquæ repugnantia, vel alterius frigidi metalli, vt ferri, nobis ignota mixtura, longa tamẽ nos docuit experientia, quod balnea hæc longe efficacius quàm illa Masini calfaciunt, & exsiccãt, incidunt, discutiunt, consumunt, eliquant, attenuant, aperiunt, attrahunt, valentiusq; ac expeditius, spasticis, neruiceisq;, & omnibus ferme frigidis affectibus, sed maiori quidem violentia prodesse possunt. Quocirca ab illis caueant biliosi, & quibus nobilia mẽbra immodeste calẽt, & ij qui natura, vel casu imbecilles, & ficulnei sunt: immo asthmatici omnes, sed potissime Gallico morbo laborantes, & qui etiam ab eo conualuerunt. Sunt enim in hoc morbo sontica, & occulta quadam (vt dicunt) ꝓprietate inimicissima, nec in ea tute, & sine vitæ discrimine descendunt, qui impuri sunt, & malis succis abundant. hoc testari possunt q̃ plurimi, & præcipue Baptista Montinus ciuis Brixiensis vir minime obscuro loco natus, sed illustris et admodum diues, qui deliciarum tantum, & voluptatis gratia, sine vllo ordine his fruebatur balneis, & breui ad tantam morbi molem deuenit, vt octophoro ad me delatus pro conclamato, et deploratus haberetur. Dei tñ gratia conualuit. Circũspecte igitur & non nisi probe corpore expurgato, morbo & viribus bene perpensis in ea descendẽdum est. Minori tñ respectu, & examine eorum stillicidio in capitis affectibus, & rheumatismis

D vti quisq; potest, locus. n. est stillicidio accommodatus, & satis elegans, vbi strati infirmi in bregmate, vel secundum occiput, pro natura morbi has calentes aquas sensim guttatimq; suscipiunt, quæ destillationib maxime pituitosis pulcherrime medentur: illasq; sistunt egregie. Mẽse Maio miraculis pollent, & in eo plusq̃ in cęteris mensibus eorũ virtutes elucescunt, vel quia sol eo mẽse suo modesto calore sulfureas partes, q̃ frigido tpe residebant, cõmouet, exagitat: & illas aq̃ simplici ea tẽperie cõmiscet, vt nulla virtus resolui, aut exhalare possit, Qđ secus in maximo æstu, & solis flagrantia cõtingeret. In Masinensibus aũt balneis secus est, nam ferrũ non facile mobile, at dẽtia canis, aut Procyonis tpa expostulat, vel q̃a regio illa Burmij Iulio mẽse, & Augusto perpetuis ventorum flatibus vexatur, & tã diuersis, vt

E eadem ferme hora borealẽ, austrinum, vulturnũque ac circium simul oĩa impetuosissime miscẽtes, & vehementi collisione perstrepentes non sine magno corporis, & aĩalis potissime facultatis detrimento sentias. Mense aũt Maio tranquilla sunt oĩa. Hæc vero ventorum diuersitas, & aeris agitatio, neutiq̃ Masioensium balneorũ loca perturbat, vel quia eo mense videlicet Maio fœlicior i cœlo letetur, vtcunq; siue (vt Pedatius Dioscor. de aquis loquens inquit) Cœli conditio Astrorũ videlicet fęlix, & clemẽs aspectus, siue soli per qđ trãseunt proprietas, siue corporatura vel prima, qua constant elementorũ mixtura, siue aliæ res, occasiõesq; nõ paucę, siue (vt verius) Dei optimi bonitas, qui imbecillitatis nostrę ꝑpetuo miseretur, in cã fuerint: certissimũ est qđ ab his nostris balneis certis anni tpibus, mirabiles, & humano generi perq̃ salutiferi prodeunt effectus. Habes hac tua inuitatoria Epistola medice excultissime ineptiarũ mearum elenchũ, hẽs his nostris repen

F tiois literis, q̃ tua culpa modũ excedunt non solũ Masinensiũ thermarum ortũ, locum, nomenclationẽ, miracula, tps: sed & Burmiẽsium: vsum vero earũ in promptuario nostro quẽ Dijs fauentibus ad vmbilicum duximus: ꝓ morbi cuiuslibet qualitate, & ægrotãtis tẽperatura, & naturæ viribus passim in singulis eorũ morborũ historijs, q̃ thermarũ auxilio egent: adamussim inuenies. Superest vt tu ipse: cũ curare volueris, reliqua, scitu oportuna, ab antiquis medicis de metallicis balneis tractantib. accuratius diligentiusq; ꝑquiras.

Bene Vale: & me, vt soles, ama.

Parauicini finis.

Ludouici

LVDOVICI PASINI Medici Patauini Liber, in quo de Thermis Patauinis, ac quibusdam aliis Italiæ Balneis tractatur.

IOANNI BAPTISTAE RHAMNVSIO VENETO Ludouicus Pasinus Medicus S.

Vanti te faciam, quantoq; opere cupiam vir optime, idemq; doctissime IOANNES BAPTISTA RHAMNVSI, ꝓbari tibi studiū, ac volūtatē in te meam, hinc facile intelliges, quòd quum elapsis diebus ante ædes tuas hinc Venetias abiturū te offendissem, iniectusq; obiter nobis sermo esset de balneis Aponensibus, dixi Magnificentiæ tuæ, me aliàs de hac re fecisse quęstiunculā, Romam missam ad egregium virum Ferrantem medicum Pontificium: qui quidem à me per literas quæsierat, vt de tota ratione Balneorum nostrorum ipsum certiorem redderem. Hanc autem quæstiunculam quum significasses tibi voluptati fore, si videre cōtigisset, nihil prius habui, q̄ vt eam quamprimum describendam, tibiq; mittendam curarem: vt haberes cum iudiciū in ea re meum, tum monumentū, ac pignus qualecunque perpetuę meæ in te tuamq; domum, vel beneuolentiæ, vel obseruantiæ. Vale & me in tuorum numero habere non graueris: Patauio Nonis Octobris MDLII.

Quæstio de Thermis Patauinis vtrum bonæ sint an malæ, per Ludouicum Pasinum Medicum Patauinum.

Atis curiosa, nec forte minus vtilis quęstio in medium emergit, vtrum scilicet aquę thermarū, præcipue Aponensium, bonæ vel malæ sint. & q̄ dicantur malæ, arguitur sic.

Aquę omnium thermarum à tota specie sunt inefficaces, præsertim autem cū de loco ad locum portantur, & maxime in vasis ligneis. ergo malæ. consequentia nota. Antecedens probatur, quando transportantur, corrumpuntur ergo malę. consequentia clara, antecedēs probatur. Quippe mutatur odor, sapor, & qualitas, ergo pessimæ.

Omnes aquę minerales faciunt vrinæ difficultatē, ergo malæ, consequentia nota, antecedens est Principis secunda primi doc. secunda. summa prima cap. xvj. & c. ij. canonis capi. lix. vbi dicitur, aquę aluminosę, corpora, quæ febribus sunt apta fortiter ad eas perducunt. ergo malæ. probatur quia Ga. teste Deterrima ęgritudinum quę corpori humano accidere possunt, est febris.

Aquæ thermarum emendationem non suscipiunt. ergo malæ. paret, quia alteri aquæ non potest permisceri, qualiscunque aqua mineralis reperiatur.

Plures periclitantur q̄ sanentur ex aquis mineralibus, ergo pessimæ. consequentia patet. antecedens probatur quia hectici, phthisici, epileptici, hydropici, melancholici, & id genus, non sanātur. ergo malæ.

B In oppositum est ratio, authoritas, ac veritas ipsa experimēto comprobata. Imprimis ratione probatur, q̄ aq̄ minerales bonę sint hoc medio: Illud pharmacum est bonum quod sanat multas ægritudines, & ferè incurabiles à medicis. tale autem pharmacum sunt aquæ thermarum. ergo aquæ tales bonæ, & optimę sunt. discursus notus. maior probatur. omne pharmacum aperiens oppilationem fortem, est bonum. Aquæ thermarū Aponensium sunt pharmaca aperientia fortem oppilationem. ergo bonæ. discursus notus. maior ex se patet. minor quoq; sensu clara est apud omnes scientes, & non scientes, qui tales aquas bibūt congruis temporibus: digerunt enim, et euacuāt indifferēter omnem humorem, secundum Mōtagnanam, Sauonarolam, & Petrum Trapolinū conciuē ac pręceptorem meum, qui dicebat, q̄ C tales aquę minerales, nedum à qualitate manifesta, verum etiam à proprietate occulta operātur. & verba Gale. talia adducebat: Ea quorum actio » ex proprietate est, non rationibus vnde fit, cōpre » hendi potest. rationibus autem comprehēdūtur » tantum quę sensibus subministrantur. aliquādo » ergo quędam substantię habent proprietatē ra- » tione incomprehensibilem propter sui subtilita- » tem, & sensibus non substratam ob magnam sui » altitudinem: hæc Gal. Amplius probatur authori » tate tales aquas optimas esse. Auenzoar enim libro primo cap. j. dixit. Frequentare aquę therma » rum potus, est securitas ne priuetur sensus, & mo » tus. Gal. vero. vj. Methodi. dicit. Non inuenitur » aqua naturaliter calida quę non participet medi » cinali virtute. & Aristo. 24. par. problematū, Pro » blemate vltimo, ex proposito quęrēs, ꝓpter quid calida balnea sacra dicuntur, respōdet: Aut quia » à sacerrimis fiunt, hoc est sulfure, & fulmine, & » ibi Petrus de APONO diuinus expositor dixit,

quia

quià id quod videtur mirabile, & occultum, dictum est sacrum esse. quia etiã in huiusmodi balneis stupendę insunt virtutes, & elatæ.

Solutio autem huius problematis aureis literis scribenda foret: Quippe Seneca teste, si mira fulminis intueri velis, illi diuina inest virtus, & sublimis potentia. quia fulmen ignis est cœlestis: ergo sacer. & sulfur sapit fulmẽ cadẽs. ob id gręce θεῖον sulfur, & diuinũ numen dicitur, quis igitur negare potest, aquis sulfuratis nõ inesse diuinitatis quiddam? ideoq; Plinius libro. 35. cap. 15. dixit, Maxima ẽ, mira natura sulfuris, & vis eius sentitur in aquis feruentissimis. Auicenna secunda fen primi cano. summa prima cap. 15. Inquit, Ferreæ quidem aquæ, splenem resoluunt: & non coire valentes adiuuant, & idem cap. 18. Ferreę aquę stomachum iuuant, & splenem. Amplius mihi occurrit pharsalica strages, mirabile dictu, quam CORNELIVS augur sedens in thermis Aponensibus spectabat. & hæc Lucano accepta referam.

Euganeo si vera fides memorantibus, augur
Colle sedens, APONVS terris vbi fumifer exit,
Atq; Antenorei dispergitur vnda Timaui.
Venit summa dies, geritur res maxima, dixit:
Impia concurrunt Pompeij, & Cæsaris arma.

Si igitur tantus augur in thermis Aponẽsibus habitabat: signum ĩfallibile q locus erat ędificijs ornatus, nobilis, & apricus vt est videre in secundo libro Aurelij Cassiodori epistola quadragesima. quam Theodoricus Rex scribit ad Aloysium architectum, quę ĩcipit. Si audita veterum miracula, subiungit, delectat enim gloriosam APONI meminisse potentiam. vnde non tantum deliciosa voluptas acquiritur, quantum blanda medicina confertur. s. sine tormento curæ, sine horore remedia, sanitas inempta. Balnea contra diuersos dolores corporis attributa. Quę ideo Aponũ, gręca lingua benefica nominauit antiquitas. vt causam tanti remedij ægri cognoscerẽt. cum de tali nomine dubium nil haberent, eo q Apona dicuntur, quia contra morbos sint, & contra dolorem afferũt remedium, ò vere secretariũ iure verẽdum. Quando in ijs aquis non solum sensum, sed & verum constat esse iudicium, & q humana nequit altercatione dissolui, Fontium datum est æquitate definiri, loquitur illic tacita natura. dum iudicat, & sententiam quodammodo dicit, q̃ perfidiam negantis excludit, sed quis ista cõseruare negligat? q̃uis plurima tenaciter sordescat. Nã si qs forte pecus furatur pilis natiuis solito more spoliare pręsumpserit, vndis ardentib. frequenter immersum, necesse, vt ante decoquat quàm emundare præualeat. ò vere Secretarium.

D Hæc Cassiodorus.

Reliquum est, sensu & experimento declarare aquas minerales optimas esse, quandoquidem experimentum sermonum verorum est, vt conueniat sensatis, octauo physicorũ. 22. & ibi Auer. Opinio cui contradicit sensus nõ est bona, & qui negat niuem albam, & ignem calidũ indiget pœnã, vel sensũ: q autem ego expertus sum, id palã oĩbus facio. Anno MDXXVIII. Dum essem Pisauri physicus Illustriss. Vrbini Ducis, correptus fui intensissimo dolore stomachi: à quo dięta tenuissima, medicinis, pilulis, olei potu, fomentis, aut stupefacientibus, minime potui liberari: forte datum q Illustrissima Eleonora Vrbini Ducissa, in recessu ab Patauina ciuitate portari iussit duos cados ligneos aquarum Aponensium pro quadam domina Pisaurensi de Ardicijs, q̃ aqua E erat in camera mea. ego autem sentiens dolorem & alia symptomata perseuerare, desperans ferè de salute, quia solentia iuuare non iuuabant, inde præsagium non bonum trahebam, decreui de aquis thermarum nostrarum quas in cubiculo habebã bibere, de quibus per treis dies bibi vsque. xij. cyathos, ilicoq; liber fui. nec quidquã passus sum. esto q festiuitates essent Natalicię Iesu Christi Saluatoris. et satis intẽsum frigus. Illi igitur qui dicunt aquas minerales de loco ad locum translatas, ac in vase ligneo, virtutem amittere, falluntur, & sunt inexperti: à quibus cauendũ est vt dixit Ga. in libro de experimentis cap. vltimo. Adde q quilibet potest experiri, id q ego expertus sum. & certificabitur q non mentior. Quum enim sumitur, indicatio à veritate, & sensu, non fallimur, dicebat Gal. octauo Metho. & secundo F techni. omnibus ijs sensu dijudicatis non secundum ipsarum rerum naturam. Palam igitur omnibus sit aquas thermarum Aponẽsium, si etiam vltra Sauromatas portentur in vase ligneo, vel vitreo semper virtutem suam seruare.

Hic insurgunt aduersarij asserentes Gale. De balneis mineralibus nullibi tractasse, signum potissimum est ergo q apud ipsum pro nihilo existimantur, ad authoritatem Gal. vj: Methodi: Nõ inuenitur aqua naturaliter calida quæ non participet medicinali virtute: respondent Gale. ibi loquutum de balneis artificialibus cum decoctis appropriatis quæ habeant calefacere, & li, naturaliter exponũt. i. artificialiter, glossa non digna medico famoso, vt demonstrabimus.

In hac quæstione duæ sunt opiniones. quarũ vna nouissima est quorundam dicẽtium balnea omnia, ærea, marina, nitrosa, salsa, cineritia, sulfurea, aluminosa, ferrea, ænea, bituminosa, aut ex ijs mixta, & q si darentur balnea argentea, vel au

rea

rea, omnia mala sunt.

Alia est opinio vera iudicio meo, Latinorum, Arabum, ac Græcorum, videlicet Aristotelis, Galeni, Aeginetæ: & aliorum asserentium balnea bona, sacra ac diuina. vt superius demonstrauimus. Verum pro clariori doctrina, non erit ab re integrum capitulum Pauli Aeginetæ hic inserere, quod Gulielmo Copo Basiliensi acceptum referam.

Paulus Aegineta, De Lauacris naturalibus. Cap. LII.

QVæ per se, naturaliterq; proueniũt thermæ: aliæ quidem nitri, aliæ salis, aliæ aluminis, aliæ sulphuris, aliæ bituminis: aliæ æris, aliæ ferri naturã imitantur. Nonnullæ compositam ex eis vim obtinent. Igitur in totum omnes per se, sponteq; prouenictes thermæ exiccandi, calfaciendiq; vim habẽt, & frigidis, humidisq; præcipue prosunt. verum quæ nitri, salisq; mixtura constant, capiti & thoraci et fluxionibus affecto auxiliantur, & stomacho, quem humor infestat, et aqua inter cute laborãtibus, tumoribus ex morbo prouenientibus, & pituitosis. quæ aluminis vim habent sanguinem reijcientibus, stomacho vomiturienti, mulieribus quę inordinate purgantur, & quæ frequẽtes abortus faciunt. sulphuris vero naturam imitãtes, neruos mollificãt, calfaciũtq;, fatigationes soluunt, stomachum vero effœminant, subuertuntq;. At quæ bituminis natura, vel mixtura constant. caput replent, sensoria lædunt, calfaciunt vero atq; mollificãt, si quis diu immoretur. quæ vero æris vim retinent, ori, tonsillis, vuæ, oculis vtiles sunt. At ferri naturam habentes, & stomacho & spleni conueniunt. ingrediẽdũ vero in aquã sine tumultu est, vt ipsius vis sensim accedẽs, facilius i corpus demergatur.

Ex ijs lector candide habes opinionem Grecorum, balnea mineralia bona & vtilia fore in diuersis ægritudinibus. Reliquum est nunc soluere id quod isti impingunt Galeno exponẽtes auctoritatem suam. Nõ inuenitur aqua naturaliter calida, quæ non participet medicinali qualitate, dicẽtes naturaliter, id est artificialiter. glosa hęc destruit textũ, quia si sic, ergo natura esset ars. hoc autem est impossibile: quia ars imitatur naturam in quantum potest secundo Physic. xxij. igitur si ars imitatur naturam, ars non est natura, nec natura ars. Relinquitur ergo Galenum balnea mineralia naturalia medicinalia approbasse, & per consequens bona ac vtilia esse.

Pro ista igitur opiniõe, quæ apud me verissima est, ponuntur tales conclusiones.

A Prima. aquæ minerales omnium thermarum bonæ sunt. quinimo optimæ.

Secunda. diuersitas minerę in vnoquoq; balneo, diuersos effectus producit.

Tertia. Omnis inde effectus proueniens nedum à qualitate manifesta resultat, verum & ab occulta.

Quarta. Non incõuenit diuersas ægritudines specifice distinctas, à diuersis balneis sanari.

Conclusiones istæ omnes clare patent, ex iis quæ superius diximus, & ex dicẽdis certius manifestabuntur. omittentes semper loqui de ægritudinibus incurabilibus à medicis, illas ĩfinito altitonanti cõmendantes curandas, secundum ꝙ sui ordinis celsitudo meretur.

Diuersitatem aũt minerę, quilibet solers intellectus ex stillicidijs põt agnoscere: ppea quod quędã frigidæ sunt, quia eius minera frigida existit, s. B ex minera ferrea, vt Lucenses della villa, & Veronenses de Calderio: de quibus Antonius Fumanellus præceptor meus aprime doctus librum diligenter cõscripsit. Aliæ calidæ sunt, vt aluminosæ, sulphureæ, salsæ, cineritiæ, æneæ, bituminosę, vt sancti Bartholomæi, & S. Helenæ. De quibus Montagnana, ac Sauonarola conciues nostri diligentisśime scripserunt. Vtrum autem reperiãtur balnea argentea, vel aurea nõ liquet, quia tamen terra immensa est, posśibilitasq; res ampla in aliquo loco forte nobis ignoto dari possent. nec inconuenit. quia maxima pars eorum, quæ scimus est minima eorum quæ ignoramus.

Quicquid sit, Curtius cũ suis sectatoribus operationes omnium balneorũ damnat. & certe mihi videtur ꝙ assimiletur illis, de quibus Aristo. 8. C physic. 22. qui dicebant omnia quiescere, & huius rationem quærere, testimoniũ vero sensus in hoc dimittere, est infirmitas intellectus. Quapropter talis opinionis auctores nauigẽt Anticyram, vel mittantur ad Hippocratem purgandi elleboro. Reliquum est vt eorum argumentis, seu potius obiectionibus respondeamus.

Ad primum. Cum dicitur aquæ thermarũ omnium sunt inefficaces, quando de loco ad locum portãtur. ergo malæ. nego antecedens. & cum dicitur, odor, sapor, & qualitas corrũpuntur, negatur. Quinimo esto ꝙ p annos seruentur. remanet odor, sapor, posse, & omnis qualitas. De hoc fidisśimi testes sunt Ferrariẽses. Quippe Illustrisśimus Dux Alfonsus Estensis, semper in palatijs suis vasa lignea habebat plena aquarum Aponensium. de quibus in quocũq; tempore bibebat: sicut ego Pisauri in festis natalitijs Iesu Christi etiam conualui, quemadmodum superius ostendi.

Ad

Cum dicitur: aquæ minerales faciunt vrinæ difficultatem, respondetur q si corpore immundo, ac feculento sumantur tales aquæ: vtique præcipitantur materiæ ad vias vrinæ, & sic faciũt difficultatem, sed corpore purgato aperiunt vias vrinæ. Cuius signum quòd ex potu talium aquarum sanantur calculosi locupletissimus testis est SPERONVS SPERONIVS nobilis Patauinus vtriusque linguæ cognitione prestãtissimus: qui ex potu aquarum Aponensium ex toto liber remansit à calculosa passione. Negatur præterea q corpora non febricitantia deducantur ad febres, si debito vtantur regimine. actu verò febriẽtes eas non bibant.

Cum dicitur: Aquæ thermarum emendationem non suscipiunt. ergo malæ. nego sequelam, & q non possint emẽdari hoc est ratione suę nobilitatis, ac occultę proprietatis: quia sacræ sunt.

Vbi dicitur: Plures periclitantur quàm sanentur ex eis. ergo malæ. nego totum. immo de centum potientibus eas assumentibus, nonaginta sanantur, vel maximum iuuamentum percipiunt, & quòd omnes aquæ thermarum bonę sint, legatur Paulus Aegineta in primo De arte medica. ca. 52. vbi dixit. Omnes thermæ in vniuersum calefaciunt, & exiccãt, diuersisq; ægritudinibus conducunt, & signanter Balnea enumerat, nitrosa, salsuginosa, aluminosa, ærea, sulfurea, ferrea, & mixta ex ijs: si igitur conducunt tales aquæ, ergo bonæ: & si dicatur hectici, phthisici, melãcholici non sanantur: cõcedo. quia est munus dei benedicti, sanare ægritudines incurabiles, & suscitare defunctos. & dixit Gal. q Mercurius cum musis stolidum non sanaret. ergo secundum Galen. melancholici sunt insanabiles.

Cæterum, vbi ostẽsum est aquas thermarum sacras, & bonas esse, vtile ac necessarium duxi nõ nulla de balneis nostris Patauinis in præsentia disserere, supponendo multa à Montagnana, & Sauonarola ciuibus nostris scripta. qui diligentissime tales aquas scrutati sunt, et distillarũt, pręcipue Montagnana. quippe tunc non deerant MOECENATES. Quapropter concors cum tãtis viris, ego quoq; de earum minera, operatiõe, ac vi, paucula quędã pstringam: postremo exponam, quem ordinẽ seruare debeãt illi, qui aquas bibũt, duciam, lauacrum, aut suffumigia capiũt.

De Balneis quæ in agro Patauino sunt.

Dicamus igitur, q Balnea quæ in agro Patauino reperiuntur plura sunt: sed quæ hodie visuntur, hæc præcipua. Aponi, Sancti Petri, D Domus nouæ, Montis Grotti seu ęgrotorum, Sanctæ Helenæ, Sancti Bartholomæi, Montis Orthoni.

Balnei APONENSIS minera, quod in pręsentia pro potu in vsu est, sulfurea cum cinere, & calce dicitur, vt ex odore, & gustu percipitur. Cuius vis est calfacere malam complexionem, frigidam remouere: crassam attenuare: stomachi, splenis, ac hepatis apostematibus, & doloribus subuenire, subcutaneam humiditatem tollere, dolorem iuncturarum mitificare, & cuiuscũque membri humiditatibus præsertim matricis mire subuenire: sicq; ad mulierum fœcunditatẽ apprime valere, vt Princ. in. 2. cano. & sen secunda primi declarauit.

Balnei SANCTI PETRI minera aluminosa est cũ modico æris, vt color testatur. Balneum autem hoc bipartitum est. s. vrbem versus, & versus Mõtem. vis à parte vrbis minus calida est. & cõfert mirifice vlceribus crurum, ani, scabiei, prurituì salso oculorum, aurium· pars autem balnei in capite montis, magis calida est, cõferẽs fluxui sanguinis menstrui, hæmorrhoidum, doloribus colicis, iliacis, ac cæteris ventositatibus.

E Balnei DOMVS NOVÆ minera, forsan hẽt salẽ cũ sulfure: in quo loco Cararrięses, faciebãt salẽ; vt ex tractatu IACOBI de DONDIS, seu de Horologio ciuis nostri apte patet. aqua eius minus solutiua est q̃ prima. s. Aponensis. aliud balneũ est versus occidẽtẽ, cuius minera est calx, alumẽ & sal. & valet in hydrope, ventriculo humido, & catarrho fluente à capite.

Balnei MONTIS GROTTI vel ęgrotorũ minera, sulfurea, cinericia existit. in eo oriẽs dñatur. F vbi riuulus sulfureus est, Equorum appellatus. Ambo fontes nocent stomacho.

Balnei SANCTI BARTHOLOMÆI minera, est bitumẽ, aspalto mixtũ, sulfure subdominãte. id quod in eo preciosum est, lutum existit, podagrarum emplastrum appellatum. Cuius vis est neruis opitulari contractis, spasmo, catarrho, sciaticæ, genagræ, chiragræ, & id genus. tantum etenim auxilium in ijs ęgritudinibus præbet, vt soliti adire tale balneum lutosum, tum eruditi, tũ idiotæ, id certissime affirment. Cæterum dubitabit aliquis, quid sit bitumen, & aspaltum. Pro solutione dubij, videas Mattheum Syluaticũ in cap. de Brasalendi. vbi optime declarat, quid bitumen, aspaltum, naphtha, petroleum, stercus dæmonis, & oleum liquidũ, eo q idem ferè sunt. Amplius, sciendum q vltra ea, quæ dicunt Montagnana, & Sauonarola de Balneo seu luto Sãcti Bartholomæi, testor me vidisse dictu miranda

in neruis emolliendis ac doloribus sedandis, modo non sapiant morbum gallicum.

Balnei SANCTÆ HELENÆ minera est multi sulphuris, leuioris aluminis, & remissi cineris. Locus eius est môticulus vallibus circundatus. in cuius parte meridionali, in decliui parte monticuli exit aqua calidissima, efficiens Balneũ & docciam. in monticulo vero est stuffa. In valle autẽ propinqua domui, est lutum, cui oriens & meridies dominantur. eius vis valet ad ægritudines frigidas, simplices & cõpositas; pptẽrea qđ cõpositæ virtutis existit: calfacit enim poteter, neruos mundat, dolores sedat, spasmum tollit, prohibet membra recipere superfluitates: eiusq; virtus cõposita est, vt in cæteris balneis.

Balnei MONTIS ORTHONI minera, licet difficulter cõprehẽdatur: credimus tñ q sit salsa, sulphurea, pinguis: eius vis experimẽtis cõprehenditur: nõ quia calidum, frigidum, humidum, aut siccum: sed quia tale valet in doloribus neruorũ frigidis antiquis ac duriciebus articulorũ. splenẽ minuit, membra laxa confortat: omnia aũt dicta hæc, velle ratione demonstratiuâ probare, impossibile est: sat aũt sit q sensu hæc videmus & palpamus. Dicamus aũt de mente Arist. q experimentum rationẽ vincit, & negare hoc, est infirmitas intellectus. octauo Physicorũ vigesimosecundo. Hęc de minera, vi, & effectis balneorum agri Patauini, sint nobis dicta. Reliquum est pauca docere, quid seruandum sit ijs qui ad balnea Patauina valetudinis causa se conferunt.

De temporibus petendi Balnea.

TEmpus congruum balnea petendi est mense Maio & Septembri. ille igitur qui Aponi aquas vult sumere, talem regulam obseruet. In primis patiens careat febri. sit bene purgatus. & sapientis ac experti medici consilio id faciat: vt voluit Gal. in libro de experimentis cap. vltimo.

A vbi dicebat. Caueas à medicis inexpertis: & maxime in potu aquarum mineralium. Supponamus ergo corpus purgatum & pro crastina die aquam bibiturum: hoc vesperi pro cœna accipiat tantum panatellam cum modico vini pauciseri, & ad horam eat dormitum. Sequenti autem die, tempestiue surgat & bene indutus capiat. xij. cyathos aquæ in termino vnius horæ, continue deambulando inter parum & nihil sedendo vsq; ad horam prandij. Quę erit quando vrina incipit habere tincturam, scilicet vltra quatuor horas. Prandium autẽ sit pullus elixus cum brodio simplici: vitulus etiam laudatur: vinum tenue & clarum, à prandio ad cœnam nil penitus dormiat. Ludat aut spatietur. Hora. xxiij. cœnet: & sit contentus sola panatella cum. xx. granis coriandrorũ,

B vel seminum cõmunium cõditorũ. Hora. xxiiij eat dormitum, semperq; summo mane surgat: singulis diebus augendo numerum cyathorum vsq; ad. xxij. vel. xxiiij. & quia multi reperiuntur qui in potu talium aquarũ sudant, sicut ego cum illas accipio: admoneo tales illico apud ignẽ cum camisia calida permutare se, sudore cum linteolis exsiccato: si vero aliquis Patauij, Venetijs, vel alibi has aquas bibere vellet, quia actu frigidæ sunt, calefiant in phiala vitrea posita in lebete, in quo sit de eadẽ aqua, bibaturq; vt diximus. Sunt enim aliqui cupientes oppilationes suas aperire, quia obstructio mater fere est omnium ægritudinum, dixit Gordonius: eapropter volunt bibere magnam aquæ quãtitatem: quæritur vtrũ hoc sit laudabile. Rñdetur q in cura coacta licet oĩa facere: & sępe bene succedit. Sed vbi qs talia auxilio

C egeat, tuto ad eas vadat, aquam bibat, docciam, suffumigia, lutum & balneum capiat, sapiẽtis ac experti medici consilio. At vbi thermas ipsas adire nõ posset, tuto mittat ad aquas capiẽdas in vasis ligneis, vel vitreis, illisq; vtatur secundum patientis necessitatẽ. Ad laudem Dei opt. max.

Et quoniam in hunc de ORTHONE MONTE sermonem incidimus, libuit antequã ædis Deiparæ Virginis, & Augustiniani Cœnobij eidem adiuncti originem referamus, versus quosdam quos iuuenes adhuc de Orthone, quasi Gigante quodam cum dijs pugnante, & à Ioue interfecto, atq; huic monti subiecto lusimus, hic apponere. In quibus, ex illius fulmine icti vulnere, sudore, atq; excremẽtis, immissum proximis aquis calorem, salsedinẽ, ac vim sulphuris & bituminis fabulose ostendimus. Tu velim lector candide, qualescunq; sunt, boni consulas.

FVderat anguipedes immania monstra gigantes
Iuppiter,& cœlo meditatus vincla Typhoeus
Conditus Inarimes ęterna mole gemebat.
Impositam Enceladus membris fumantibus Aetnam
Vix perferre gemens poterat. semusta Vesęui
Saxa super victum male Porphyriona premebant
Luctantem, flammasq; atro sępe ore vomentem.
Iam rigido Mauors transegerat ense Pelorum,
Et te sæue Mimas, & te procere Damastor.
Verterat in faciem saxi Tritonia virgo
Aegide protensa, longas Pallanta trahentem
Serpentum spiras,& dijs infanda minantem.
Cętera phlegræis proiecta cadauera campis
Aethera turpabant putri grauεolentia tabo.
Vnus tot cæsis superabat fratribus Orthon,
Orthon,supremo quem nixu irata crearat
Terra parens,vnum cunctis opponere diuis
Ausa(nefas) vnique arces promittere Olympi:
Tantum animo robur,tantasq; immanibus illa
Addiderat vires membris.hic vnus ab arce
Rhœtorum alpina, celsiq; à vertice Baldi,
Inq; deos inq; astra ferox conuicia iactans
Tentabat montes imponere montibus altos,
Et structis arces gradibus conscendere cœli:
Quum procul instructam videt aduentare deorum
Hinc aciem atque hinc, seq; peti tot ab hostibus vnum.
Ergo vt erat manibus centum præsignis,& acri
Corpore,centenas nunc intorquebat in hostem
Ingentes montis partes,nunc impete facto
Proturbabat agens aciem,vultuq; proteruo
Et voce horrisona diuos terrebat. ibi illi
Aut subito versis se se occuluere figuris,
Aut latere,& celeri freti pede terga dedere.
Certatim trepidis tribuunt sua quisq; coloni
Hospita tecta deis:nusquam illis læta voluntas,
Non hilares vultus,non largæ copia mensæ
Defuit. hæc hominum pietas bene cognita diuis,
Grandia percepit meritorum pręmia; nanq;
Flaua Ceres illis messes,sua vina Lyæus,
Pacales oleas Pallas,armenta gregesq;
Magna Pales,pauperq; tulit sua dona Priapus.
Durat adhuc concessus honos,& dona deorum
Certa manent,ridetq; suo bona copia cornu.
At Mars,non dirum aspectum,non brachia centum,
Non fremitum infandum metuens,petit ense furentem
Cominus,& getico tentat dum rumpere ferro
Se miseri vastum latus,intolerabile vulnus

Accipit,& magnis implet clamoribus æthera.
Audijt incertis torrens Liquetia ripis,
Atq; Athesis metuens imo se condidit alueo,
Et retro pressis celer Abdua substitit vndis:
Horruerunt'q; alpes,& nubifer Apenninus.
Iuppiter & sæuo turbatus vulnere nati
Et trepido diuum discursu:quem prius hostem
Spernebat,metuens pariter cœloq; sibiq;
Victorem trifido transfixit fulminis ictu.
Illum indignantem & vasto fumum ore vomentem
Turbine corripuit subito,ventisq; rotatum
Protinus Euganeis moribundum extendit in agris.
At Tellus(neq; enim illa sui non gnara doloris
Esse potest) scindi subito atq; dehiscere terram
Imperat,inq; domos vacuas atq; intima duci
Antra iubet flentem natum:qua mille columnę
Atria nigra deę magni Iouis inuia telis
Hinc illinc pariter subeunt:qua flumina fontes
Cuncta suos magnam subterlabentia terram
Agnoscunt:ibi mœsta parens stipata caterua
Natarum,quas illa Erebo commista crearat,
Vt stetit,impleuit mœstis vlulatibus antra:
Incusansq; Iouem,dixit quæcunq; iubebat
Insanus dolor:hinc illi phlegetontides vndę
Respondent,illinc resonant Acherontia saxa,
Et qui nigranteis voluit Cocytus arenas.
Dumq; extinctum Orthona parens,Orthona sorores
Ingeminant,ripæq; vndęq; Orthona reclamant.
Dumq; aliquid superest animæ,reuocare sorores
Non cessant,reuocant nymphæ clamore secundo.
Verum vbi iam exangues vita indignata sub vmbras
Fugit,inextincti viuebant sulphuris ignes,
Pascebantq; atros immensi corporis artus,
Et feruens omni sudor de parte fluebat.
Prima parens sacros extinguere fontibus ignes
Nititur:hanc natæ vna omnes famulæq; secutæ.
Vix tandem gelidis vicerunt sulphura lymphis.
Quæ miros illinc subito traxere calores
Sulphureasq; simul vires,vsumq; medelæ:
At salibus fontes sudor vitiauit amaris,
Inq; nigrum ventris fœda excrementa bitumen
Mutata,affectis præbent medicamina neruis.
Fumiferum feruens Aponus caput extulit aruis
Primus,vicini post quem longo ordine fontes
Calfacti,superas venēre in luminis oras.
Tum fletum satis ingenti texēre sepulchro
Rupe sub aeria,quæ nunc ORTHONIS ab illo
Dicitur,& seruat post tot quoq; sęcula nomen.

Non ab re mihi videor esse facturus, si hoc loco pappēdice addidero, vnde habuerit ortū siue originem ædes illa virginis deiparę Orthoni mōtis. Anno siquidem à Christi redemptoris ortu. MCCCCXXVIIj. qdā PETRVS FALZONIVS quum grauiter cruribus esset affectus, & multa tentata pharmaca nihil proficerent, ad hæc se contulit balnea, atq; in id balneolum quod nunc est iuxta ędem virginis, quotidie se demittebat. quumq; id sedulo per multos dies fecisset: singulis horis Dei genitrici suam valetudinem comēdabat. mota virgo Deipara hominis calamitosi precibus, illi astitit inenarrabili quadā specie humana maiore. quæ sic visa est alloqui hominem. Petre, mitte manum in imum aluei angulum quodq; ibi offenderis extrahe. quod vbi fecisset vir pius, eduxit tabellam quandam ligneam pictam Dei genitricis effigie. quam ille conspectā supplex veneratus pristinę incolumitati illico restitutus est. huiusce rei fama cum ad aures Reuerendissimi Episcopi nostri Patauini peruenisset, (is erat tum PETRVS DONATVS Patricius Venetus Florentię pontificis Maximi inter nuncius) p literas don Dominico ordinis sanctæ Mariæ in Vancio eius in vrbe nostra vicario mandauit, vt montem Orthona statim peteret, req; vt erat, explorata, ac diligenter perspecta, studiose operam daret: vt eodem loci sacra ędes diuę Marię virgini illico extrueretur. in qua sacra illa effigies collocaretur. quod ille q̄ citissime effecit. O vltra q̄ dici possit sanctissima virgo. palā vtiq; oībus est q̄ potens sit diuina manus tua & ex hoc maxie dignosci potest. ab anno nanq; 1428. ad annum. 1548. ex infinitis manifestissimis miraculis hoc extat maximum, q loca syluestria, sterilia, inaccessa, ac vix lupis cognita, impręsentiarū in star Hesperidum hortorum elucescant. adde præterea religiosissimum, & longe pulcherrimum templum ipsi virgini dicatum, & heremitarum Augustini cœnobio adiūctum, quod ad Orthoni montis radices iacet. is mons ad aquilonem & occidentem vergit. ornat locum tum ipsius ædificij pulchritudo, tum innumerabilia penè dona voto per totam ędem vel tholis suspensa, vel donarijs affixa. Aedes porro mediocris, & quæ situ ipso, crucis speciem præferat. primus ingressus vsq; ad aram maximam, vbi mirifica effigies beatę Virginis est collocata, late patet. vbi ab ea deflexeris in dextram ac lęuam partem, tanq̄ in crucis brachia quædam, hinc inde protenditur. Heremitę Augustiniani loco præsunt, sacraq; ibi quotidie Deo & Virgini faciunt: ad quam salutādam, & vota persoluenda, innumeri populi mira

Descriptio Aedis. D. Mariæ montis Orthoni.

E pietate confluunt. Hoc singulare Dei opt. maximi munus, thermas etiam ipsas loco vicinas celebriores reddit.

Quod reliquū est, intrantibus monasteriū per portam cōem curuā, diuersi fonticuli se offerunt calidi: sed vnus maior cæteris, à quo quodā ligno cōcauo lutū extrahitur. & patiētes ægritudines superius enumeratas, hora. xij. & xxj. sub ardēti Sole emplastrātur: lutoq; exsiccato nouū lutū apponitur spacio vnius horæ. demum eadem aqua lauantur, & exiccati in lecto se ponunt per dimidiam, vel vnam horam, non vt dormiant, sed vt membra restaurentur. Sicq; per. xv. vel. xx. dies id fit. quia longa ægritudo ad curationem tempore longo indiget, quippe actio omnis fit in tēpore, dicebat philosophus. In hortis etiam sunt piscinę scaturientes eiusdem virtutis.

F Hæc de Balneis nostris Patauinis in præsentia dicta sint. quòd si rudi sermone (doctissime lector) non expolito, & auribus tuis digno, dicta hæc videbis, non sis immemor vulgati carminis illius,

In tenui calamo latitat mel sæpe suaue,
Et modici fontis temperat vnda sitim.

Postremo libuit hoc medicorū veteri carmine aquarum Aponēsium sumendi ordinē claudere.

Balnea qui sumunt Aponi, sint febre soluti,
Luce fugent somnū, sit quoq; cœna breuis.
Elixas comedant carnes: venereq; sequestrent:
Prouocet vrbanos quælibet hora iocos:

De Balneis Patauinis tractatus explicit.

G
QVAESTIONES NONNVLLAE circa prædicta balnea.

AD hæc cū iā de Balneis nostris Patauinis doctissime RHAMNVSI Quæstiunculam terminatam arbitraremur, noua ecce orta est speculatio. Quippe q ALOYSIVS Luisinus Vtinēsis academiæ Patauinæ scholaris nemini secūdus, dubia hæc nobis discutienda proposuit, eo q primo Metaphy. iij. dixit Arist. Veritatem inquirentes sine dubitatione, similes sunt nescientibus quo ire debent, & consequenter fas est de singulis dubitare. Dubium aūt propositum à doctissimo iuuene tale est. Aquę thermarū in qualitatibus actiuis calidæ sunt actu & potentia, in passiuis vero humidæ actu, potentia siccæ, iis statibus arguo sic. Aquæ thermarum calidæ sunt & siccæ.

& ficcæ.ergo habent calfacere & exiccare.

Quæritur modo si corpus calidæ & ficcæ tẽpe naturæ, aliquo symptomate affectũ repiatur, pro cuius cura congruum sit ei tales aquas exhibere. Quæritur inquã nunquid tutum sit patienti con fulere, vt illas bibat. In primis arguitur q̃ non, quia corpus naturaliter calidũ in naturalibus, spi ritalibus & animalibus, ex quibus totum resultat calidum, quod quidem potius indiget refrigera tio q̃ fupercalefactione, vt voluit Gal. iij. techni. 90. textu, vbi dixit, q̃ curatio cuiuscunq; ægritudinis est alteratio cum oppositis in qualitate, quia con traria contrarijs curãtur. exhibere aũt has aquas, est addere caliditatẽ caliditati propter symbolei tatem, ad quam facilis est transitus. Tunc arguo sic, simile additum simili facit furere. hic est simi litudo inter aquas & corpus. ergo inde furor ma ximus accendetur. discursus notus. Maior est Ari sto. primo de generatione. Minor conceditur. re linquitur igitur tales aquas nullo pacto conueni rẽ corporibus cholericis.

Quæritur vlterius, si tales aquæ mane bibun tur, vtrum in sero conueniens sit bibere aliquem syrupum, vel iuleb cum aquis distillatis, vel deco cto aliquo, ad hoc vt fiat contraoperatio, ne cor pus igniatur. Quippe tanta biliosa materia moue tur, quæ fere omnium morborum mater existit, vt voluit Galenus in libro de Dynamidijs. Cum ergo tãta biliosa materia moueatur propter aquę eductionem in mane, videtur quòd in serò pars quæ non est educta, veniat præparanda cum dige stiuis ad exitum in sequenti die, auctoritate Hip pocra. Cõcocta medicari & mouere non cruda. Quapropter concludẽdum videtur in serò dige stiua propinanda esse.

Quæritur amplius, vtrũ bibẽtibus tales aquas, hepar inungendum sit cum oleo rosaceo, vio laceo, vel vnguento sandalino, mane & sero ante cibum æstate quòd in thermis, vel extra, aquæ fumantur[illegible]

Ad dubia ab Iuuene studiosissimo acutissime & docte proposita libentissime respondemus. Ad primum quãdo dicitur. Aquæ thermarum ca lidæ sunt actualiter, & siccę virtualiter. concedo. ergo calfaciunt & exiccant, transeat. at cum in fertur. ergo tales aquæ non sunt corporibus cali dis & siccis, id est cholericis exhibẽdæ. nego istã. Ad argumentum, cum dicitur tales aquę calidæ sunt & siccæ, ergo calfaciunt & exiccant. Respon deo, quòd calefacere & exiccare contingit dupli citer per se, vel per accidens, & certum est quòd per se calefaciunt, per accidens vero dico, quòd refrigerant, pariter & humectant, quia tanta

A materia biliosa euacuatur per secessum, & quan doque per vomitum, quòd corpus priuatiue re manet frigidum & humidum. quòd autem maxi ma quantitas materiæ biliosæ euacuetur: sciunt illi qui aquas bibunt. in quibus dum egerunt, tan tus ardor in ano excrescit propter euacuationem materiæ biliosæ in vna hora, vel ad summũ qua tuor, vt vix cum spõgia madefacta possint illum tãgere & abstergere: & ex hoc eliciebat adagium Petrus Trapolinus, quòd certum per accidẽs, ma gis eligendum quàm per se dubium.

Ad aliud. De digestiuis & iuleb exhibendis. Respondetur quòd nõ sunt ad propositum, quia aquę nostræ minerales digerunt, & euacuant, qđ in nullo alio pharmaco reperitur. ea propter non egemus digestiuis, aut aliquo alio alterante. sat. B est quòd potus thermarum præsupponit corpus syrupizatum, ac purgatum exquisite.

Ad aliud dubium, de inunctione hepati appli canda cum oleis, aut vnguento sandalino, quo communiter aliqui medici vtuntur. dico q̃ nul lo pacto id fiat, & ratio est. quia extrinseca inun ctio calorem in hepate coaccentrat. quo fit vt he par magis calidum reddatur, vt placuit Aristote. secundo Metheororum, vbi dixit, Cõtrarium cir cunstans suum contrarium fortificat ipsum, per antiperistasim. Exemplum patet in fabriferrarijs, vbi ferrum cum carbonibus accensis volunt ma gis ignire, qui aspergunt carbones ignitos cum aqua frigida, ad hoc vt maior fiat caloris coac centratio.

Hi sunt excellentissimi huius scientiæ profes sores, vnde & hæc & alia didicimus, Petrus Ro C chabonella, Hieronymus della Turre Veronen sis, Gabriel Zerbus, Marinus Brocardo, Franci scus de Caballis, Bartholomeus gibbus Monta gnana, Ludouicus Tosetus, Benedictus Fauen tia, Laurentius Saxoferrato, Franciscus Memo ria, Bernardinus Malsporono, Victor Maripe tro, Baptista Barzizio, Nicolaus Ianua, Ioannes Aquilanus, ac Petrus Trapolinus, Patauinæ vr bis splendor, qui singulis diebus fastis, per duas horas legens, & tantudem in circulis in sero di sputans, arcana philosophiæ, ac sacræ medicinæ aperte demonstrauit, & qui vidit testimonium perhibet: & scimus quòd vera dicit, vt tu do ctissime lector etiam credas, nos tripode Apol lineo certiora enarrasse. Palam autem omnibus sit, hos citatos doctores de balneis Aponensibus loquutos, ex sententia Montagnanæ: nec non id totum edocuisse, & vbi aliter sentiret Michael Sauonarola, id tantum inexperiẽtiæ ipsius ascri batur: hic nanque. Ferrariæ, Montagnana vero

Patauij legebat,& ad vota singulis annis ꝑ multos dies balnea adibat, & easdem aquas stillabat ad libitum.

Et quia Deo benedicto fauente, dum essem in partibus Romãdiolæ medicus optimi et præstãtisſimi Ducis Vrbini Frãcisci Mariç Feretrij, ita annuente excellentissima Ducissa Eleonora Gonzaga eius Consorte, iui ad videnda balnea satis famosa Vrbis veteris ac Viterbij. Eapropter dum essem in thermis illis ea quæ scripsi, hic fideliter ascribam.

De Balneis Vrbis veteris, ac Viterbij.

DIe.25. Iulij. M D X X I I I. Illustriss. Vrbini Ducissa misit me ad videndũ balneum Ficoncellæ, laudatum à D. Hieronymo à Corrombono de Eugubio, pro excellẽtia sua, quod est in Castro S. Cassiani, distanti. xv. milliaribus ab vrbe veteri. ibique fui per tres dies & exquisite oĩa cupiens cognoscere, & eorum reddere rationem, ducem habui Fran. Antonium Didrellum balneorum expertisſimum, ibi habentẽ domicilium, & commorantem. Imprimis ostendit mihi vir iste expertus.

Balneũ magnum, appellatum DE LA TERRA naturæ aluminosæ ac ferreæ. in quo se balneãt patientes, & bibunt. est autem tantæ caliditatis, vt vix tolerari posſit. Toleratur tamẽ in angulis, & locis non scaturientibus. mundificat renes à calculis. stomachum corroborat. adiuuat fœcunditatem. Distat à Castro per iactum vnius lapidis.

Secundum Balneum est CALDAGNA, distans vt primum, aperit oppilationes, sudorem ꝓuocat copiose, rustici in hoc stantes subterfugiũt phlebotomiam, ac scabiem sanant, dolores frigidos expellentes.

Tertium balneum est DE BVXO, sic dictum quia ibi tantum nascitur buxus. Dicitur et Grotta, eo quia iacet in quadam grotta. De eo bibitur. & vis sua est in eleuandis cicatricibus inductis à combustione ignis, valet in fistulis, & neruorũ pũcturis ac vlcerib. et est aqua satis turbida.

Quartum balneum dicitur CALDAGNA COCTA. Calidũ & ſiccum. in quo est ducia exſiccans humores calidos, & humidos. valet in podagra. & circuncirca balneum, vidi & tetigi magnam quantitatem capillorũ veneris, recentisſimosq́; collegi, & ipsos in vna pyxide reposui, et Vrbinum portaui.

Quintum balneũ est SANCTI GEORGII calidũ, & ſiccum. De quo à fidedignis dicebatur in præsentia Reueren. ac Illustriss. Cardinalis Senensis de PICOLOMINIBVS. qui tunc ibi

D erat. q̃ mense Maij, & Iunij illo anno à quodam milite Triuiano, ferrum quodam extractũ fuit, quod sub genu erat infixum, & ab alio pila plumbea ex cauilla: à Molẽdinario, pũcta partisanç, quæ erat coxæ infixa, à Comestabili Florentino 24. squamç osſis. amplius à quadã muliere iuuene de Lerona, quæ putridum crus habebat, id totum absciſſum est, & cõualuit virtute balnei. Diligenter quæsiui à multis incolis de minera. dicebant ferè omnes à prædecessoribus semper audiuisse, q̃ minera erat de calamita, ex quo ita potenter attrahit. hoc autem apud me est valde dubiũ, & eapropter curro ego ad occultam proprietatẽ.

Sextum Balneum est SANCTÆ MARIÆ. Calidum & ſiccum, valet in podagra, gumis, cõtractione, spasmo, in resoluenda calositate cicatricis, gangræna, ventriculum confortat in. xxv.
E diebus.

Septimum balneum est FICONCELLE tẽperatum ad tactum in caliditate, ferreum, aluminosum. Bibitur pro hepatis inflammatione. leprosos curat.

Octauum balneum est DE LVTO, dictũ Poyus. valet in vulneribus, gumis, ac membro debilitato.

Nonũ balneum est de FRATICELLIS. valet vt balneum de Luto: Hęc balnea à me pluries in tribus diebus continuis visa sunt, Duce semp Fran. Antonio Didrello qui in balneis habet domicilium. nec illi fui ingratus.

Die. 29. Iulij M D X X I I I. fui Viterbij, Sermonemq́; habui de Balneis Sancti Cassiani, & Viterbiensibus, cum D. M. Octauio, D. M. Matthæo de Colle, & D. M. Marcoantonio Turrino.
F Demum ad balnea Viterbiensia me transtuli. & imprimis vidi BALNEVM DE SERPIS appellatum, quod distat ab vrbe tribus stadijs, mirifice valens in vlceribus.

Balneum est NAVES, VEL NAVSÆ. vel LAVES. Calidũ aluminosum. In quo lacuna est satis ampla: cuius aqua lactei coloris existit, & satis calida, ad distantiam vero decem cubitorum, duo foramina terram erumpunt. Quorum vnũ distat ab alio per vnum cubitum, foramina autẽ aliquanto tribus digitis latiora sunt, è q̃bus prosilit aqua extra foramen quatuor digitis. aquam amborum foraminum tetigi decies in vna hora, mirabile dictu, alterum erat calidisſimum, alterum frigidisſimum, & extra foramen prosiliebat frigidisſima aqua, & hora erat. xx. dum ibi essem sub ardẽtisſimo sole, coactusq́; fui bis permutare camisiam prę sudore nimio nec inde poterã recedere quin iterato tangerem aquas vix vno cubito distantes,

distantes.alteram calidissimam alteram frigidissimam instar niuis. res certe speculatione digna. & dũ essem Romæ coram CLEMENTE VII. ibi existente D. Matthæo Curtio hoc dixi sanctitati suæ, pro re fere miraculosa. Pontifex illico quæsiuit causam tantæ diuersitatis, in tam breui spacio. respondit Curtius non esse hoc possibile. subrisit inquiẽs, non credo ꝙ magister Ludouicus mẽtiatur, sed causa est occulta: subiunxitq; vltraq; dici possit sapientissimus Pontifex. videre nostrum est, orificium aquæ calidæ, existens versus balneũ Nausæ, circa suã caliditatem causam manifestã habere. Quippe ortum attestatur principio suo: orificium vero frigidam emittẽs aquã, causam habere potest influxum Lunæ, Veneris, vel Saturni, propterea quia Planetæ sunt frigidi, vel influxum ab aliqua stellarum fixarum existẽtiũ in octaua sphæra. ꝙ modo tanto impetu aqua frigida saliat, vt videatur sicut calida ebulliens: id à vẽto subterraneo esse potest, propellẽte aquam illam ad extra. Tunc ego cum omni reuerẽtia dixi, Pater beatiss. planeta ille, vel sydus octauæ sphæræ causans talem influxum, quodcunq; sit, illud paulo minus, æquale aut maius est tota terra, quippe ꝙ omne sydus octauę, quantũcunque paruum, octies decies maius est tota terra secundum Alphagranum. Quomodo ergo tãta moles in distãtia cubitali, effectus adeo contrarios producere potest? Subrisit Pont. inquiens. Aduc modicum lumen in vobis est. nonne dixit vester Aristo. ꝙ maxima pars eorum quæ scitis, est minima eorum quæ ignoratis? Dicas quæso si non darentur influxus frigidi, quomodo entia frigida generarentur, & conseruarentur, vt puta ferrum, argẽtum viuum, ac id genus multa? Ad hæc tremulus dixi, Sanctitas vestra tetigit scopum. Tunc vero Pontifex iniunxit magnifico Canallerino dilecto suo dicens, Scribas magistro Marcoantonio Thurrino physico Viterbiẽsi, vt quamprimum eat ad balneum Nausę, diligenterq; videat ac tangat duos fonticulos, alterũ in sinistro cornu versus balneum calidum, alterum in dextro frigidũ, distantiam annotans, necnon latitudinẽ orificiorum. ac de oĩbus certiores nos ꝗprimum reddat.

Tertiũ ad distantiã iactus vnius arcus in quadã domũcula diruta fere, per medium magno impetu currit quædam aqua calidissima adeo feruens, vt eam manus tolerare nequeat. videtur autem hoc potius flumen currens ꝗ̃ balneum.

Quartũ post hoc ad distãtiã vnius milliaris, vidimus balneũ DE BVSSETIS, aluminosum in quo nec musca quidem erat, oẽsq; cameræ nudæ.

Quintum. recedẽs ab hoc iui ad famosissimum balneũ della GROTTA, vel Gripta, seu Papę, ex

A eoq PAPA NICOLAVS V. ob imẽsum beneficiũ receptum ab illa aqua, ad futurorum cõmodum, multas ædes ædificari mãdauit: aqua est coloris æris, ingrata satis gustui meo, & trium famulorum qui mecum erãt. lauimus manus & faciem, ex qua lotione, tantus fœtor impressus est in manibus nostris chirotecis, linteaminibus ac vestibus per multos dies, vt nec fuerit dare modũ cũ sapone, aut aqua muscata, fœtorẽ illum hircinum pellere. aiunt tamen Viterbienses balneum illud, vnico verbo, ad omnes ægritudines valere. vtrum autem hoc verum sit, scrutator omnium Deus optim⁹ maximus nouit. Talia sunt balnea à me visa in agro Viterbiensi, nec vsquã fuit dare modum aliquem vt inuenirem in pallatijs illis, qui ea ostenderet. forte quia tunc temporis, aer esse potest insalubris. ego vero etsi ex nimio

B æstu fessus, non tamẽ videndi satulus, Balneum Grottæ iterum ingressus, certificatus de colore glauco, minera glauca, & eius fœtore: ibi tres horas consumpsi, nullo etiam villico apparente, eo relicto Romam petij. Multosque medicos alloquutus, scire cupiens, nũquid balnea enumerata à Sauonarola reperiantur. dixerunt ipsum nunquam vidisse, sed quæ scripsit accepta retulit. De balneo autem Pontificio quæritans eius scire dotes, vnanimes responderunt, Nos Romæ de balneis parum curamus, sed ignorantes medicinæ canones, ad balnea confugiunt.

Hęc sũt doctissime, ac ꝑstãtissime RHAMNVSI Mœcenas optime, quæ ad Ferrantem Pontificis maximi medicum iampridem misimus: quæ, si tibi non vsquequaq; displicuisse intellexerimus, tum demum satis laborum nostrorum vberem

C fructũ percepisse gaudebimus: quòd ea scilicet tu vir tantus, tam præstantis ingenij, tam exactę doctrinæ nõ improbes. Et nobiscũ bene actum esse non mediocriter lætabimur, quod scripta nostra sub illius noĩe in lucẽ exierint, qui sua, qua pręditus est, authoritate, eos qui vere iudicare, aut propter imperitiã nõ possunt, aut pp maleuolentiam nolunt, à consilio detrahendi possit deterrere.

Hæc sup & thermis Aponi, & feruentibus vndis,
Sit scripsisse satis: quando iam hortatur Apollo
Inuentor medicinæ, alias me incũbere in artes,
Et medica reuocare animas ope sedibus orci.
Tu vero patriæ decus, & noua gloria gentis
RHAMNVSI, venetũ quẽ vrbs tota ãplectitur, atq;
Diligit, & meritos optat cui reddere honores
Cum benefactorum testes, tũ præmia laudum,
Perlege quæ voluit nimis acris feruida amici
Cura, vel inuitũ me, hominũ dare nup in ora.

Finis Ludouici Pasini.

AD LECTOREM

Cum summa diligentia, quæ vel ab antiquis, vel à iunioribus de aquarum medicinis scripta sunt, vndique summa diligentia conquisita non incuriose legissem, animaduerti Illustres aliquot Medicos cum de Puteolanis Balneis disputant, ALCADINI Poetæ Siculi auctoritate vel imprimis niti. Itaque librum illius de xxxi. Puteolanæ regionis balneis aliquot vetustis exemplaribus collatis quàm licuit diligenter emendatum: typis nostris imprimendum curaui, non ingratum tibi futurum existimãs si præstitissem, vt tu quoque eos versus posses legere, quos clari illi viri quasi oracula quædam suis operibus inserere pulchrum putarunt. subieci & IOANNIS ELYSII medici Neapolitani libellum, in quo fidelem eorum versuum paraphrasin, ac præterea de AENARIAE insulæ thermis perquam diligentem considerationem deprehendes. atque ex his omnibus probabilem coniecturam facere poteris, antiquitus in singulis quibusq; balneis scriptum fuisse, quo quisque morbo fuisset liberatus, & quæ ibi scripta erant, à medicis postea obseruata, & ab ALCADINO in versus fuisse coniecta. neque mirari oportet si hodie, aut pauciora, aut fortasse plura inueneris ibi balnea, propterea quòd tota illa ora propter subterraneos spiritus atque ignes, terræmotibus obnoxia est. atque inde euenit vt aquæ, aut meatus mutent, aut pereant. aut etiam nouæ prorumpant. verum, vtcũq; se res habet, NEAPOLIS illa nobilissima ciuitas tum præclaris alijs multis dotibus, tum, diuinis istis aduersus omnes morbos aquarum suarum miraculis iure gloriari potest. ac dijs immortalibus gratias agere debet, & quæ ibi sunt ædificia sarta tecta seruare, vbi autem desiderantur, noua excitare, vt quæ Italicarum ciuitatum clarissima est, eadem in omnes mortales liberalissima, ac maxime hospitalis iure prædi

ALCADINI POETAE SICVLI
De Balneis Puteolanis.
AD HENRICVM IMP.

INter opes operum Deus est laudandus in illis,
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,
A phlegetonteo prouenit amne salus:
Nam quæ defunctos aqua feruens vrit in imis,
Hæc eadem nobis missa ministrat opem.
Cætera quę multæ non curant membra medelæ,
Balnea quæ curent TERRA LABORIS habet.
Copia queis nulla est argenti, aut diuitis auri,
Quęrite, quę gratis auxilientur, aquas.
Quarum virtutes & nomina maxime Cæsar
Pręsens pro iusta laude libellus habet.

Balneum Sudatorium.

Absque liquore domus, hinc sudatoria dicta,
Nam solo patiens aere sudat homo.
Ante domum lacus est ranis plenusq; colubris,
Nec fera, nec piscis inueniuntur ibi.
Ingreditur siquis paruæ testudinis vmbram,
More niuis tactæ corpora sole madent.
Euacuat chymos, leue corpus reddit, in ipso
Quouis apposita est, vase tepescit aqua.
Hęc aqua languentes restaurat & ilia sanat,
Vlcera desiccat sub cute siqua latent.
Hac re Germanus Capuę caput, ęde repertum
Ad sacra PASCHASI pascua te retulit.

Balneum de Bulla.

Est aqua quę bullit, & ob hoc bene Bulla vocatur,
Humani quantum Bulla timoris habet.
Vt rogus inspirat saxis crepitantibus intus,
Sic locus inuito frigore corda mouet.
Quàm metuenda magis, tanto magis vtilis ęgris,
Si studeant in ea sępe lauare caput.
Et si forte carent, quo possint membra lauari,
Alterius curent sumere fontis aquam,
Hæc virtute loci præstat calefacta salutem.
Luminis antidotum, seu medicina potens.
Hęc caput emendat: matricem purgat: & inguen
Liberat & splenem purgat, & ipsa iecur.

Balneum à Strunis.

Dentibus à Strunis prodest, quos rheuma relaxat.

Hoc,redit ad ſolitum ſi cadat vua,locum.
Faucibus apta ſatis,branchos ex rheumate paſsis,
Et læſis oculis hæc aqua præſtat opem.
Pulmonem recreat,quem tusſis anhela fatigat:
Inflammat corpus,cui dominatur aqua.
Incitat os dapibus,ſtomachi faſtidia tollit:
Aufert in multis rheumatis omne malum.
Pigritiem tollit membrorum,pectora lenit:
Vocis ad obſequium gutturis aptat,iter.
Sæpius vnde ſolet morbis occaſio naſci,
Ne fluat à ſummo vertice,phlegma vetat.

Balneum Foris cryptæ.

Lympha foris cryptæ iuxta maris edita littus,
A ſtomacho pellit debilitatis onus.
Sed nocet hydropicis,cum ſit dulcisſima potu,
Vim conſumendi non habet,inde nocet.
Leniter ignitos aſſumpta refrigerat artus.
Pulmonem læſum ſanat et inde iecur.
Pectoris antidotum,tusſi medicamẽ amicum.
Deſiccata febris caumate,membra rigat.
Ipſa per occultos telluris ducta meatus
Subuenit ægrotis,eſt quibus ægra cutis.
Vt dicunt veteres(ſatis eſt,mirabile dictu)
Ipſa Foris cryptæ bulla miniſtrat aquam.

Balneum Iuncariæ.

Balnea Iuncaræ quæ ſunt in littore Ponti
Proſunt conſumptis,ni ſit aduſta cutis.
Pectoris amiſſas reparant in corpore vires:
Lætificant animos,gaudia ſumpta fouent.
Quæ veniunt per ſe, mentis ſuſpiria tollunt,
Et faciunt alacres ad meliora viros.
Efficiunt Veneris renes ad prœlia fortes.
Confortant ſtomachum,lumina læſa iuuant.
Quas hominum febres certus interpolat vſus,
Ad nihilum redigunt.purificantq; iecur.
Talibus vſus aquis diſcrimina nulla timebit,
Quæ quandoque ſolent extenuare cutem.

Balneum Plagæ ſeu Balneolum.

Inter aquas pelagi prope littus ſub pede rupis
Magnus in effectu fons breue nomen habet.
Balneolum dictum tantæ virtutis amœnum,
Vt patiens,illic ſentiat eſſe Deum.
De morbo quocunq; doles,ſeu caumate quouis:
Lotus aqua tali corpore liber eris.

Et caput,& stomachum,renes & cætera membra
Confortat,tepidam si renouabis aquam.
Hæc prodest oculis, oculorum nube fugata,
Consumptos reficit, quos tenet ægra fames.
Materiam tritæi consumit & amphimerinen.
Plus alijs genus hoc Parthenopæus amat.

Balneum de Petra.

Cui petra dat nomen,mirum reor esse lauacrum,
Quod lapidem possit frangere nomen habet.
Infestos capiti solet hoc arcere dolores.
Auribus auditum præstat,& addit opem.
Lumina detergit nebulis maculosa fugatis
Pectoris & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit,de renibus vrget arenam,
Huius aquæ potus interiora lauat.
Quamplures vidi calidam potare petrosos,
In quibus vrina post lapidosa fuit.
Vos igitur quibus est durus cum pondere mictus:
Assiduus talis liberat vsus aquæ.

Balneum de Calatura.

Pulmoni præbet solitam Calatura quietem,
Inde fugat tussim,quam graue rheuma parit.
Hæc stomacho vires reparat,vim præbet edendi,
Sæpius assumptas decoquit illa dapes.
Hæc clarat faciem,mentem corroborat,& cor
Lætificat,turpes radit ab ore notas.
Formidat quisquis phthisim cum tusse paratam,
Vt timor abscedat,sæpius intret aquam.
Inueterata (suis veluti radicibus arbor)
Auelli è terris absq; labore nequit:
Sic etiam veteris serpentia semina morbi,
Haud facile euelli qualibet arte queunt.

Balneum Subueni homini.

Ex re nomen habet lympha hæc, quod subuenit ægris.
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat pulmonem, deponit pondera splenis.
Depurat tumidum certa medela iecur.
Tristitiæ causas gelido de pectore tollit.
Humores veteres leniter vnda lauat.
Defectum stomachi tollit,confortat & ipsum,
Vt cupido solitas appetat ore dapes.
Vocem syncerat,genus aufert omne doloris,
Talis amatores recreat vnda suos.
Hic etiam deponit onus longæua podagra

Detur vt articulis ſæpe petita, quies.

Balneum Sanctæ Anaſtaſiæ.

Aſcribunt homines tibi Anaſtaſa lauacrum.
Vſibus humanis commoda multa parit.
Corporis ægroti recreatos efficit artus.
Virtutes omneis corporis vnda nouat.
Res miranda quidem eſt, vbicunq; cauaris arenam,
In medio foſſæ feruida manat aqua.
Illa recens in fonte ſuo ſymptomata tollit
Languenti, ardoremq́ ſi patiatur aquæ.
Fonte relicta ſuo nihil affert vtilitatis,
Hæc eadem prodeſt frigida facta parum.
Qui petit inuiſo ſe ſe languore leuari,
Sentiet auxilium, ſi renouabit aquam.

Balneum Orthodonicum.

Hæc manet abſconſo telluris lympha meatu
Hanc via ſub terris plena timoris habet.
Tu caue ne ſubeas thermas ſpirantibus auſtris,
Ne calor incluſus ſit tibi cauſa necis.
Hæc aqua mira nimis conſumptis eſt bona valde.
Reſtaurat corpus nobilis vſus aquæ.
Infirmos ſicui febris tenuauerit artus,
Et putat extremam triſtis adeſſe diem,
Has fidens intrabit aquas, & ſæpe frequentans,
Sentiet in robur ſe rediſſe vetus.
Phthiſis, ephemerinæ febres & nauſea turpis
Pellitur his thermis, hectica victa fugit.

Balneum ſulfurariæ.

Hi verſus Alcadini eſſe non exiſtimanſ.

Mollificat neruos lauacrum à ſulfure dictum.
Ceſſat in hoc ſcabies, infectaq; membra nouantur.
Fœcundat ſteriles. capitis ſtomachiq; dolorem
Deſtruit, & lacrymas in lumine ſtringit aquoſas.
Ad vomitum prodeſt. oculos bene reddit acutos.
Phlegmata diſſoluit, febrim cum frigore tollit,
Præſertim ſi præueniat purgatio terna,
Intrabis ſecurus aquas. nam corpora pura,
Quam ſemel accipiunt, ſeruant ſine labe ſalutem.
Hæc oleant quocunq; modo, ne balnea culpes,
Effectum virtutis ama. nam ſæpe medela
Quam fugiunt nares, fugat hæc à corpore morbos.

Balneum Cantarelli.

Inter aquas pelagi feruens aqua manat, & ipſa
Ne fluat ad pontum ſectile claudat opus.
Cantarus humana fruitur virtute medendi,

Nam

Nam plagas veteres consolidatque nouas.
Cantarus educit ferrum infixum ossibus. idem
Ossibus effractis ossa minuta trahit.
Vlcera quae patitur cutis ex humoribus extra
Cantarus abstergit, lumina clara facit.
Sanguinis obturat venam quocunque fluentem.
Subuenit artheticis, fit medicina pedum.
Vtilis ad febres,& frigora, sed tamen huius
Vsus aquae lateri continuatus obest.

Balneum Ciceronis, quod & de Prato dicitur.

Est aqua quam vulgo de Prato balnea dicunt.
Creditur à multis hoc Ciceronis opus.
Est via difficilis quae ducit ad interiora,
In quibus inueniet, quam petit ęger, aquam.
Haec bene visceribus fertur conferre molestis.
Alleuat haec corpus quod grauat humor iners.
Dicitur & duros mire mollire lacertos,
Et caput & spatulas ad sua iura trahit.
Lipposos oculos haec clarat,& vlcera tergit:
In toto pariter corpore pręstat opem.
In sudore madens fugiat pro tempore frigus,
Nec potum sumat, dum sua membra calent.

Balneum Tripergulae.

Est locus, effregit quo portas Christus Auerni,
Et sanctos traxit lucidus inde patres.
Haec domus est triplex, hinc iure Tripergula dicta,
Vna capit vestes, altera seruat aquam.
Tertia languentes late excipit, atque lauacrum
Suggerit: & medicam fida ministrat opem.
Vtilis vnda satis nimium sudantibus: aufert
Defectum mentis cum grauitate pedum.
Haec stomachi varias potis est releuare querelas,
Flebile de toto corpore tollit onus.
Huius amator aquae symptomata nulla timebit.
Incolumi semper corpore laetus erit.

Balneum de Scrofa.

Has dictas aiunt scrofę de nomine thermas,
Scrofula quod foetens tollitur hic subito.
Vel quia tum primum vis est deprensa lauacri,
Cum scrofa his se se languida lauit aquis.
Pellitur & morbus qui sumpsit ab impete nomen,
Si fuit à salso phlegmate causa mali.
Hae thermae scabiem infestam, lepramque fugabunt,
Prosunt articulis, proficiunt podagrae.

Ventribus

Ventribus & prosunt plenis intercute lympha
Cum tumet ascites, & graue sentit onus.
Harum ope qui sanus fuerit, cauet omne legumen.
Prouidus hic idem salgama cuncta fugit.

Balneum Sanctæ Luciæ.

Hæc lympha veniente replentur balnea semper,
Semper & illimi limpida fonte nitent.
Parthenope tamen his raro vtitur, hæc quia tristis
Aduena languentum turba replere solet.
Hæc iunctarum pellit capitisq; dolores:
Hæc etiam præsens est medicina oculis.
Seu catarracta nocens modo non vetus, occulit illos,
Seu nebula exurgens lumina fida premit.
Vidi egomet maiora fide, qui venerat orbus
Discussis tenebris rettulit inde pedem.
Tinnibant aures, remeauit sanus vtraq;:
Cœpit & auditum qui modo surdus erat.

Balneum Arculi.

Qui breue nomen habet, magnæ virtutis habetur
Arculus, à flammis, quod calet, arcet hepar.
Rheumatis & stomachi vitium de corpore tollit,
Liberat à multa frigiditate caput.
Hic ægris oculis medicamina fida ministrat.
Arculeæ cedit triste papauer aquæ.
Et si forte fugit vigilantia lumina somnus:
Arculus aduecto membra sopore fouet.
Balnea quòd Trituli, quod Culmæ lympha ministrat,
Arculus in multis hoc operatur idem.
Quamuis inter aquas Trituli sit gratior vnda,
Consulo ne dubites hoc breuiore frui.

Balneum de Cruce.

Nunc Crucis est multis laudabilis vnda lauacrum
Quos semper querulos lenta podagra domat.
Confortat neruos, flatus expellit ab ipsis
Ilibus, hæc sanat fida medela latus.
Prodest hydropisi quæ fit ex phlegmate crasso,
Consumitq; cauum splene tumente, iecur.
Proficit & ventri, siquando hypochondria lassant,
Insita seu neruis frigida gutta nocet.
Vidi ego cui fuerat quondam manus arida dextra,
Nec poterat positos tollere ad ora cibos,
Viribus huius aquæ paruo post tempore sanam
Huc illuc lætum vertere sæpe manum.

Balneum

Balneum Succellariæ.

Eſt Succellariæ lauacrum quod conuenit ægris,
  Lucida quo multum dulcis & vnda fluit.
Pondus & ardorem veſicæ tollit in ægris.
  Prouocat vrinam tentio cuius obeſt.
Hac oris labia hac leuiter curantur in vnda,
  Dentes:gingiuas mundificando iuuat.
Paſſus in æſtate hemitritæum,aut quotidianam,
  Aut typicas febres ſentiet huius opem.
Pulmonis,iecoris vitio,ſpleniſq; medetur.
  Tuſsis ab hoc lauacro pectore pulſa fugit.
Appetit & ſtomachus iſta perlotus in vnda,
  Non bene digeſtus redditur vnde cibus.

Balneum Cryptæ palumbariæ.

Crypta Palumbarię eſt,fuerit quia grata palumbis,
  Vel quoniam lumbis fertur obeſſe parum.
Vnda ſuo hæc læſos feruens medicamine renes
  Sanat:& vrinæ ſumpta recludit iter.
Auxilium nuſquam inuenies pręſentius vllum,
  Perpetuus capitis ſi tibi forte dolor.
Ex oculis nebulas,& ab auribus excutit euros,
  Cardiacam tollit,artheticamq; fugat.
Et maiora facit,ſi ſcis ſeruare dietam.
  A ſalſis caueas,frigida quęq; fuge.
Algentis vitabis aquę conſueſcere potu.
  Vtere lymphato,quod parit vua,mero.

Balneum Syluianæ.

Syluia diua parens inuenit forte lauacrum,
  Et dedit è proprio nomine nomen aquę.
Hæc aqua matrices quouis humore grauatas
  Corrigit:hęc ſteriles fœtificare facit.
Menſtrua ſi fugiant fortaſſe,inuita redibunt,
  Et facit hoc lauacrum,ne ſine lege fluant.
Quos patitur matrix caſus,hęc temperat:ęgra
  Vnde queri poſsit fœmina,cauſa perit.
Nunc igitur ſteriles optant qui inſignia prolis,
  Ni vetet annoſi temporis ęgra dies,
Tam vir,quàm mulier te Syluiana frequentent.
  Tam vir quàm mulier frigidus eſſe poteſt.

Balneum Trituli.

Est locus antiqua testudine ductus in altum
Rupe sub ingenti celte cauata domus.
Plena figuratis morborum conscia formis,
Ad quid aquę valeant, quęq; figura notat.
Res miranda satis, satis est horrendaq; dictu,
Huc veniente die mittitur vnda semel.
Hęc eadem partim primum petit æquora, partim
Extenuata fluens refluit vnde venit.
Hęc plusq; Solymi templi est aqua, quæ semel anno
Vni præstabat mota salutis opem.
Nanq; hæc quotidie quàm multis mota medetur.
Rheuma fugat, stomachum roborat, atq; caput.
Liberat hydropicos, hic omnis gutta fugatur.
Phlegmaticis prodest, febricitare vetat.

Balneum Sancti Georgij.

Est aqua quæ poterit de iure Georgica dici,
Abdita telluris vena ministrat aquam,
Qua nullus poterit, flamma non indice, fungi:
Nam via sub terris plena timore latet.
Quantum mens hominis timet ingrediendo lauacrum,
Mirificam tantum læta reportat opem.
Hęc lapidem frangit, vrinam soluit ad vsum.
In multis prohibet articulare malum.
Si ischia, si crura, & si pes, si brachia, si frons
Aegrotant, sumptis his releuantur aquis.
Hoc bene contestor, quidam cum mingere vellet,
Euomuit lapides virga coacta duos.

Balneum Pugilli.

Cum maris vnda tumet, Pugillus tum vacat vnda,
Pro breuitate loci, tum breue nomen habet.
Est iter obliquum paruam quod ducit ad vndam.
Vix hominum septem creditur illa capax.
Ani tollit onus, ventrem cessare solutum
Cogit: & hydropicos attenuare potest.
Si patitur cum splene caput, si frigore corpus
Febrierit, certam sentiet æger opem.
Quid de te referam nimis admirande Pugille?
Quod proprio vidi lumine, testor ego.
Aridus huius aquę baculis aduectus amicis
Discessit baculi nulla ope sanus egens.

Balneum

Balneum Petrolei.

Non procul à Culma locus est, qui fundit oleum,
Hoc lauacrum multum commoditatis habet.
Vesicam curat quoties vrina negatur
Nulla potest melior renibus esse salus.
Si lapides vllos, seu si patiantur arenam;
Quælibet à morbo membra grauata iuuat.
Non opus est intrare semel: nam balnea quanto
Quis magis ingreditur, tum magis ipsa iuuant.
Quin etiam lepras, genus & serpiginis omne
Tollit, et à stomacho phlegmata salsa fugat.
Extenuat crassos, & tristes reddit ouantes.
Exhilarat mœstos, cor bene reddit ouans.

Balneum Culmæ.

Inter aquas omnes mirabile Culma lauacrum,
Cuius ad accessum non via recta patet.
Nanque per obliquum montis accedis ad vndas
Monstrat iter dubium præuia flamma tibi.
Si nequeat clausis sudare meatibus æger,
Sudores intus prouocat vnda latens.
Si neruos pituita grauat cui forte molesta,
Præsentem huc intrans sentiet æger opem:
Luminibus lumen reddit, vestigia claudis,
Passio ni fuerit inueterata diu.
Rem loquimur certam, & quæ sit cognita multis,
Culma nocet sanis; morbida membra iuuat.

De Balneo Cæsaris, quod Sol & Luna dicitur.

Vt Sol illustrat radijs fulgentibus orbem
Et vegetat splendens numine cuncta suo,
Vtque inter stellas resplendet sola minores,
Et tenebras noctis candida Luna fugat.
Balnea sic Lunæ, & Solis discrimina morbi
Tollunt, & vitæ lumina restituunt.
Vincere quam solers nescit medicina podagram,
Hanc calidæ norunt vincere Solis aquæ.
Norunt occultum membris educere ferrum:
Menstruaque & venas sistere prima queunt.
Vulnera consolidant. his turpis fistula cedit
Quam vix vlla artis vincere cura potest.

Balneum Gibbosi.

Est aqua mirandi nimium noua dicta lauacri,
  Quæ de Gibbosi nomine nomen habet.
Pene per octo gradus patiens descendit ad vndas
  Circuit inter aquas per latus omne gradus.
Ilia componit,prohibetq; dolore matricem,
  Sanguineos fluxus in muliere vetat.
Dicitur & duros mire mollire lacertos.
  Et caput & scapulas ad sua iura trahit.
Disijcit & lapides,siquos vesica recepit,
  Depositoq; æger pondere lætus abit.
Renibus illa pilos illa & deducit arenas,
  Atque iter vrinæ recte aperire solet.

De Balneo quod dicitur Fons episcopi.

Nomine Fons tali fruitur,quod competat ægris,
  Vel quia pontificis cura refecit opus.
Artheticis prodest,tollit genus omne podagræ;
  Hunc habet expertum pontificale genus.
Et quia Prælatis requies nocet.atq; paratus
  Deficiunt miseri sępe dolore pedum.
Cum constipantur,ventus concluditur intus.
  Inde dolent ventres,ilia tensa crepant.
Pontifices fontem perquirite pontificalem
  Vtilis est vobis Pontificalis aqua.
Indulgete cibis,non digestiua fatigat,
  Quę morbi causa sæpius esse solet.

Balneum Bracculæ.

Braccula Bacunas inter celeberrima nymphas
  Euboicas medicis viribus ornat aquas.
Faucibus antidotum bene confert Braccula crassis,
  Et si vox fuerit rauca fit apta sono,
Si patitur puppis capitis,vel prora dolores,
  Et dolet oppressum splene tumente iecur.
Si caligo diem noctis germana minorat,
  Omnibus his vitijs Braccula præstat opem.
Braccula quartanam,nec non vetat amphimerinam,
  Hic intermissæ febris origo perit.
Vos igitur quibus infesta est planetica febris,
  Huius si sapitis,quærite fontis opem.

Balneum Speluncæ

Vltima terrarum laudes Spelunca meretur,
Cuius aqua poterit simplice nemo frui.
Ingenio faciente modum capit vnda calorem,
Sic intrabit aquas ingeniosus homo.
Cuiuscunq; velis perimit symptomata guttæ.
Hac fugit hydropisis: tussis iniqua perit.
Vt Galenus ait, si drachmas quinq; calentis
Quisquam quotidie sumere curat aquæ
Siue nocens vitium subter diaphragmate lædit,
Siue etiam supra est improba causa mali:
Fortior hinc surget tum morbo liber ab omni
Dijs grates tanto munere lætus aget,

AD HENRICVM CAESAREM.

Suscipe Sol mundi tibi quem transmitto libellum
De tribus ad dominum tertius iste venit.
Primus habet patrios sublimi Marte triumphos,
Mira Friderici gesta secundus habet.
Tam loca quàm vires quàm nomina penè sepulta,
Tertius Euboicas iste reformat aquas.
Cæsaris ad laudem tres scripsimus ecce libellos.
Firmius est verbum quod stat in ore trium.
Si vacat annales veterum lege Cæsar auorum,
Pauper in AVGVSTO nemo poeta fuit.
Euboici vatis Cæsar reminiscere vestri.
Vt possit nati scribere facta tui.

AD LECTOREM

Hæc quicunq; legis, vitium quodcunq; repertum,
Corrige, correctum credo placebit opus.

Ioannis

IOANNIS ELYSII
Medici Neapolitani
Breue Compendium de totius Campaniæ Balneis.

Ad Illustrissimum Bernardinum Sanseuerinum Bisinani Principem.

AD communem omnium salutem, vt vnusquisq; faciliter inueniat aquarum salutiferã, suæq; indispositioni côuenientem, talem præmittimus indicem.

Ad Alacritatem Valet bal.Iũcariæ, Succellarij, Bal.Colaturæ.Bal.de Fatis . Baln. Petrolei,
Amphimerinæ Valet Bal.Plagæ, seu balneolũ, Bal.de Bracula.
Ano valet Bal.Pugilli.
Ardori valet Bal.Succellarij, Sanctæ Anastasię
Artheticis valet Balneum Cantarelli, Bal. Palũbariæ.Bal.Fontis epi, Bal. Scrofæ, & Trituli.
Artubus valet Bal.Foris cryptæ,& Bal.Sanctę Anastasię,ac Baln.Petrolei.
Articulis valet Bal.Subueni hominibus, Baln. Cantarelli.
Auribus valet Bal.de Petra, Baln. Palumbariæ, & Sanctæ Luciæ.
Brachijs valet Bal.Sancti Georgij.
Branchis valet balneum à Strunis
Capillis valet Bal.Succellarij.
Capiti valet Sudatoriũ Trituli, Bal. Sulfatariæ, Bal.de Bulla, Bal.Petræ.Bal.Prati.Bal.de Ferris, Bal.Pugilli & bal.Braculæ
Cardiacis valet Bal.Palumbariæ.
Catarrhatæ valet Bal.Sanctæ Luciæ.
Chymis valet balneum Sudatorij.
Cicatricibus valet bal.Rainerij.
Claudis valet bal.Culmæ.
Choleræ valet bal.Petrolei.
Consumptis valet bal.Iuncariæ Bal.Plagæ, bal. Arcus, Bal.Orthodonici.
Cordi valet Bal.de Bulla; Bal.Petræ, Bal. Colaturę, ac etiam bal.Petrolej.
Corpori valet bal.Sudatorij, bal.de bulla, baln. Sanctæ Anastasiæ, Bal.Prati, bal.Arcus Tripergulæ, Rainerij.
Crassis artubus valet Bal.Petrolei.
Cruori valet bal.Gibborosi
Cruribus valet bal.Sancti Georgij.
Cuti valet bal.Iuncariæ, bal.Foris cryptæ, bal. Cantarelli.
Debilibus valet bal.Sancti Nicolai
Dentibus valet bal.à Strunis, ac Succellarij.
Dolori cuicunq; valet bal.Subueni hominibus, bal.Solis & Lunæ
Diaphragmati valet bal.Speluncæ
Ephemeris valet bal.Orthodonici
Extractioni ferri Valet baln. Cantarelli, balne. de Fatis.
Faciei, valet bal.Colaturæ, bal.Succellarii.
Faucibus valet bal.à Strunis, bal.Braculæ.
Febribus valet bal.Sulfatariæ, Iuncariæ, Foris cryptæ, baln.Trituli, baln.Braculæ,& Orthodonici.
Fistulæ valet bal.Solis & Lunæ, bal.Cantarelli,
Fluxui valet bal.Gibborosi.
Frigoribus valet bal. Petrolei.
Fronti valet bal.Sancti Georgii.
Gaudia mouet bal.Iuncarię.
Genibus,& Genis valet bal.Petrolei.
E Gingiuis valet bal.Succellarii.
Guttæ valet bal.Trituli, bal.Solis & Lunæ, bal. Speluncæ, bal. Gibborosi.
Hemicraneæ valet bal.de Ferris, Sanctæ Luciæ
Hepati valet Bal.Bullæ, bal. Iũcarię Bal.Arculi
Humores euacuant Sudatorium Trituli, Sudatorium Aniagni.
Hypochondriis valet Bal.Crucis.
Iecori valet Bal.Foris cryptæ, Bal.Subueni hominibus, Bal.Arcus, Bal.Succellarii.
Iliacis valet Balne.Sudatorii, Gibborosi, Fons episcopi.
Impetigini valet Bal.de Scrofa.
Inguinibus valet Bal.de Bulla, Baln.de Scrofa.
Interioribus valet Bal.de Petra & bal.de Arcu.
Lacertis valet bal.de Prato.
Lacrymis oculorum valet Bal.Sulfatariæ.
E Languentibus valet Bal.Sudatorii, Bal.Sanctæ Anastasiæ.
Lapidi valet Bal.de Petra, Baln. Sancti Georgii, ac etiam Bal.Giborosi.
Lateri obest Bal.Cantarelli.
Lentigini valet Bal.Succellarii.
Lepræ valet bal.Petrolei, Bal.Scrofæ.
Lætitiam prouocat bal.Iuncariæ
Lumbis obest Bal.Palumbariæ.
Lacti ac Lubricitati ventris. Lac multiplicat bal. Fontanæ. Lubricat ventrem etiam Fontanæ lauacrum.
Matrici valet bal.Bullæ, Sulfurariæ, bal. Syluianæ, bal.Gibborosi.
Membris valet bal.à Strunis, bal.Plagæ, bal. Arculi.Bal.Gibborosi.
Menstruis valet bal.Syluianæ, Bal.Gibborosi.
Menti valet bal.Colaturæ, bal.Tripergulæ.
Morphęæ valet bal.Petrolei.

Morbo

Finis Tabulæ.

OPVSCVLVM Balneorum Neapolitanę,ac Puteolanę Ciuitatis.

De Sudatorio.

PVteolos Neapoli petens cum mediũ viæ perrexerit,si paulũ dextrorsum declinauerit lacũ inueniet piscibus ferisq; carentẽ,sed ranis,hirudinibus,& serpentibus abundantẽ, ad cuius lacus orã domus sita est operta testudine: in qua ex hiatu terræ copiosus,& calidus fumus emanat.hanc domunculam siquis nudus intrauerit,sentiet statim totũ corpus in sudorẽ resolui,& ob hoc Sudatoriũ dicta est. Sudor hic ebymos humoresq; euacuat,corpus alleuiat, languidos restaurat.sanat ilia,vlcera interiora desiccat,& podagricis multũ cõfert. hæc facit aqua vndecunq; sumpta,et hoc fumo calefacta.In hoc loco beatus Germanus Capuanus Antistes aĩam Pascasij Cardinalis inuenit.quã historiam beatus Gregorius in quarto dialogorũ libro ꝓsequitur.

De aqua Bullæ.

A Sudatorio in occidentẽ tendẽs postq̃ inter lacum & Spinum montẽ trãsierit à dextris dictũ lacum, è lęua viã qua Puteolos itur deserẽs, obuium habet montẽ aridum ardentem,& continue fumigantem,quem feræ nõ incolunt, neq; aues,ad cuius mõtis radices infra terræ cauernas magno cũ fragore aq̃ bullit,& ob hoc Bulla voca

tur.hęc aqua parũ ad superficiem exiens non sine arte & industria cõgregatur in balneum.hęc mirabiliter emũdat caput,acuit lumina, purgat matricem,liberat inguen,splenem curat & hepar.eadem aiunt alienam aquam hic calefactam virtute loci efficere.hic locus ob solitudinem animantium ac surgentis fumi nebulas, ac aquæ feruentis terribilem sonitum,timorem ei,qui solus fuerit, facile incutit. D

De Balneo,quod à Strunis dicitur.

VErte ad Septentrionem, & paruum stagnum circunda:occurret tibi à sinistris mirabilis efficaciæ lauacrũ quod à a Strunis, nomen accepit.hic duo sunt fontes,sed aqua eadem rheumatibus,& phlegmaticis semper aduersa,quæ cerebrum confortat,læsis oculis subuenit,gingiuas stringit,dentes roborat,fauces aptat,branchos ex rheumate curat, vocem syncerat. si vuula quæ in gutture est,ceciderit,ad locum reuocat,pectus lenit,appetitum mutat, stomachi fastidia & membrorum pigritiam tollit, pulmonem à tussi recreat,corpus phlegmaticũ,seu aquaticum inflammat.omne malũ phlegmatis ac rheumatis aufert. E

De Balneo Foris Cryptæ.

SItus loci iuitat me,vt retro veniã, itaq; à Crypta exiẽs ꝑ radices Falerni mõtis incedẽs ad orã maris, repio balneũ qđ à situ loci Foris Crypta dicitur. hæc aqua cum sit potu & operatione dulcissima, ignitos artus refrigerat, desiccata febribus mẽbra rigat,pulmonẽ læsum, iecur & pectus sanat.debilitatẽ stomachi tollit, tussi & ęgræ cuti,hoc est tineæ medetur.nocet tñ hydropicis.

De Balneo Iuncariæ.

VLtra per arenam procedenti occurrit vnda Iuncariæ, quæ à iuncis ibi nascentibus nomen habet.hæc vnda mẽtem lætificat, gaudia fouet,tollit suspiria vltro venientia:venerem prouocat,& ad eam fortes efficit,renes confortat,stomacho ꝓdest,& lęsis luminibus, vires iecoris reparat,hepar sanat,corpus impinguat,febres erraticas annihilat,& prouidet, ne cutis extenuetur. F

De Balneolo,seu Balneo Plagæ.

SI adhuc per arenam processeris,balneolũ inuenies.hoc nomẽ olim à breuitate fontis inuenit. Sed tanta est virtutis efficacia, & eius præstãtia,vt infirmus non solum aquam ibi,sed Deũ adesse putet.nam caput, stomachum, renes & cætera membra confortat.fugat nebulã oculorum, cõsumptos & debilitatos reficit. materiam quartanæ, continuæ & quotidianæ destruit. à doloribus ex quocunque morbo, vel febre procedentibus liberat. hac aqua Neapolitani plus cæteris vtuntur.

De Balneo de Petra.

DE Petra lauacrum sequitur, quod in fine huius littoris sub rupe montis positum ab effectu consecutum est nomen. nam petrã frangit,vrinam prouocat, renes mundat, educit arenulas,caput à doloribus liberat, detergit ab oculis maculam. auditũ auribus præstat, & sonitum remouet,cordi,pectoriq; medetur.huius aquę calidus potus interiora mundat.

De Balneo quod Calatura dicitur.

EX alio rupis latere vnda surgit aquæ, quæ à descensu montis Calatura dicitur. hæc vnda clarat faciem:morphęam,& alias turpes maculas ab ea remouet,cor lætificat,mentem roborat, stomachum confortat, præteritas crapulas digerit, appetitum incitat, tussim fugat, dat pulmoni quietem, & prouidet ne phthisis ex tussi parata procedat.

De aqua Subueni hominibus.

IN capite sequentis littoris, quod Puteolos vsq; protenditur infra Cryptam in rupe cauata saluberrima manat aqua,quę obstructis ob incuriam venis & fonte relicto,sub aqua arena ĩtra dictam cryptam & mare perquiritur.& quia ægrotus hominibus mirabiliter subuenit, Subueni hominibus nomen accepit.egesta igitur arena locum dispositum intrans æger statim scaturientium stillarum sentit auxilium.fons iste animi tristitiam & defectum stomachi tollit, ipsum confortat, & facit vt appetat,pulmonis,iecoris,splenis,& tumidi ventris deponit onera,vocem clarificat. antiquæ podagræ induciatam dat requiem, & omnem speciem doloris aufert. Excellens tamen eius operatio in restauratione debilitatorum membrorum lucidius enitet.

De Balneo sanctæ Anastasiæ.

OBstruitur arena simili balneũ sanctæ Anastasiæ,quod nomen, quia prope capellam huic sanctæ dedicatam aqua surgebat, assumpsit. facta ergo fossa aqua recẽter egrediens igniti corporis recreat artus, & eorum virtutes nouat, tollit languidis symptomata vel defectus. si surgentis aquæ patiantur ardorem.

De Balneo Orthodonici.

VTilis & mirabilis aqua prope Puteolos in horto dñi episcopi nascitur, & ob hoc ortodompnicũ dicitur. in hoc lauacro per hostium ad australem plagã dispositũ multos per gradus descenditur:et ideo cum auster flat, calor intus inclusus, nec exhalatus facile intrantes suffocat: aqua tamen etiam foras portata, consumpta febribus restaurat corpora, remouet nauseam stomachi

machi, & illum confortat, ephemeras, & erraticas febres tollit, maxie paratas ad phthisim.

De aqua Sulfuraria.

IN summitate mōtis qui Puteolis præeminet, planicies est, in qua sulfur conficitur, & ibi nascens aqua sulfuraria dicitur. hæc neruos mollificat, acuit visum: lacrymas, & vomitum stringit, capitis, & stomachi dolorem aufert: fœcūdat steriles, tollit febres cum frigore, & infecta scabie membra purgat. hic tamen odor grauis, & locus vndique fumigans terribilis est, cuius tamen fumus rheuma, & frigus capitis aufert.

De balneo Cantarelli.

NOmen Cantarellus à forma balnei sumpsit. hic primus in littore, quod à Puteolis vltra Tripergulas vadit, admirandas operationes exequitur. antiquas enim, & nouas plagas, ac fistulas mundat, deficcat, & solidat. Fluxum rheumatis ꝓhibet, clarificat lumina, obturat venas fluentis sanguinis. subuenit arthriticis, vtilis est ad febres, & frigora, extrahit mirabiliter ferrum, & fragmenta, seu particulas ossium fractorum quæ latēt in corpore, & arte chyrurgici fungitur. cum autem hæc aqua styptica sit, prægnantibus multū confert, sed nimis continuata obest.

De balneo quod Fontana dicitur.

AD Cantarelli latus, aqua consurgit, ꝓprietatibus Cantarelli cōtraria, nouiter reperta, & ab alijs non descripta, quæ cum more fontis semper scaturiat, Fontana dicta est. hæc somnum dat, vētrem lubricat, lac multiplicat, infantes soporosos, & placidos facit. nauseam stomachi remouet, indurata mollificat. super autē alia lauacra renes purgat, educit arenulas, aperit vesicam, lapillos cogit exire. vulneribus, & podagricis nocet. hac aqua Puteolanæ matronę cum suis pueris semper vtuntur.

De balneo Ciceronis, quod de Prato dicitur.

CIceronis creditur opus lauacrum quod in Prato situm est, & ideo de Prato nomē habet. Euntes à Tripergulis Auersam post hospitalis transitum ad sinistram semitæ statim cryptam inuenient, & per subterraneum descensum, aquā reperiūt, quæ multum placida lipposis oculis bene confert, eorum vlcera tergit, a pigris humoribus corpus alleuiat, torturam viscerum remouet mollit lacertos, caput, & spatulas trahit ad debitum, & toti demum corpori subuenit.

Plinius secundus in illis celebratissimis libris naturalis historiæ libro vno, & tricesimo, cum aquas quæ in Baiano emicant sinu vltra cæteras laudasset, affirmassetq́; nusquā alibi largius, nec pluribus auxiliandi generibus aquas emicare: po- A stremo, & hoc balneū tetigit, ibique inserit quædam in laudem Ciceronis in hanc fermè sententiam. ait enim villam esse ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impositam littori, celebratā porticu, ac nemore, quam vocabat Marcus Cicero Academiam ab exemplo Athenarum, ibi cōpositis voluminibus eiusdem nominis, atque huius in parte prima exiguo post obitum ipsius Antistio Vetere posidēte asserit idem Plinius erupisse fontes calidos perquam salubres oculis celebratos carmine Tullii Laureę. L. quod ipse operi suo inseruit, & tale est.

Quo tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa viret,
Atq; academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus.
B Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

De balneo quod Arcus dicitur.

IN sinistra parte lacus Auerni, in quo alta profunditas, & diuersorū piscium magna est copia, decem sunt balnea, quorum primus ab ædificii forma Arcus dicitur, cuius in restaurandis defectis, & consumptis corporibus mirabilis virtus est: restaurat membra, confortat stomachū, & interiora omnia iuuat, ventribus tamen tumidis, & inflatis iecoribus, & spleneticis non confert.

De balneo Raynerii.

C OPtima aqua Raynerij sequitur, quę ab inuentore nomen sumens salsi phlegmatis hostis est, scabiem, impetiginem, seu serpiginem sanat, putridum corpus mūdat, cutim restaurat, leprosis prodest. exigit tamen vt sanitatem consecutus Trituli aquis vtatur.

De balneo Veteri, seu Tripergulæ.

DIspositio loci dedit balneo sequenti vocabulum. Nam cum tripartita sit domus, in qua vestes, seu aqua, vel lecti seruātur, iuris vocabulo Tripergula dicta est. plurimi eā Balneū vetus vocant, eo quod primum in hoc loco inuētum balneum circumpositum domibus nomen dedit vt ipsum suburbium etiam Tripergula vocetur. hæc vnda accōmoda omnibus aufert mentis defectum, cor exhilarat, corpus alleuiat, membrorum onera tollit, fugat varios dolores stomachi, pedum remouet grauitatem. hac aqua vtens accidentia mala nulla timebit.

Ex hoc loco ferunt dominum Iesum Christum à mortuis surrexisse,& ab Auerno, seu iferno tulisse prædam. vnde & altus mons eminens, Mõs Christi dicitur. D

De balneo Sancti Nicolai.

OMnia balnea potentes, aut magis soliciti occupant. Hoc solum more mirifici confessoris, pauperibus subuenit,& ideo Sancti Nicolai dicitur. hæc aqua ab aliis descripta non est, nec ab intelligentibus satis experta. quantum tamen compertum habeo, debiles fouet, consumptos restaurat. stomachum confortat, & vires reparat.

De balneo Scrofæ.

MIrabilis vnda quæ sequitur, ideo de Scrofa dicta est, quia scrofulas sanat: & quia in hac aqua volutari scrofa reperta est. purgat enim mirabiliter scabiem,& leprosis prodest, impetigines ex phlegmate salso sanat, sarcinam ventris deponit. arthriticis, & podagricis bene confert qui in hoc, aut Raynerii balneo lauãtur, salsis aut leguminibus non vtãtur. F

De balneo Sanctæ Luciæ.

IN proximo Sanctæ Luciæ balneum est, sic dictum, quia mirabiliter confert oculis, quorũ defensionem hanc gloriosam virginem habere dicitur. dolores capitis,& iũcturarum tollit, oculorum etiam catarrhatas non inueteratas, & nebulas destruit, auribus præstat auditum,& remouet sonitum. hæc aliquando cæcos illuminat.

De balneo quod Arculus dicitur, alias Sanctæ Mariæ.

NOn minus laudabilis Arculus à forma fabricæ,& breuitate loci diminutiuum nomen accipiens, qui feruens, & calidus hepar aptat à nimia frigiditate,& rheumate caput absoluit, oculos à lippitudine, & ophthalmia liberat, stomachum roborat, somnolẽtiam nimiam, vel vigilantiam remouet,& vtranq; extremitatẽ deducit ad medium. Arculus à quibusdam Sãctæ Mariæ dicitur. G

De balneo Sanctæ Crucis.

IN hoc Crucis balneo sæpe miracula cernimus, si quis miretur quod alienis brachijs, & pedibus adductos, seu baculis sustentatos hoc lauacrum annis singulis sine alterius adiutorio remittat ad ꝓpria. à podagra enim pro tempore mirabiliter liberat, iuncturas,& neruos sanat, phlegma ipsis imbibitum expellit, tumorẽ splenis,& iecoris soluit, hydropicis ex grosso phlegmate subuenit,& hypochondriis prodest,& quia confert manib. pedibus,& lateri, in quibus sunt insignia Dñicæ passionis, ideo de Cruce vocatũ est.

De balneo Subcellarij.

PRopè & subtus horrendam Cumanæ sibyllæ domum, quæ Auerno præeminet: quasi ex quadam cella dulcis lucida,& præ cæteris vtilis aqua labitur,& ob hoc subcellarium dicitur. saporem habet brodij decocti caponis. capillos ꝓlixos,& claros facit, labia sanat, dentes, & gingiuas mundificat, turpem pãnum faciei, lentiginẽ, & scabiem remouet, pulmoni,& iecori, & spleni medetur. ardorem,& põdus vesicæ soluit, vrinam prouocat, arenulas eiicit, quartanã, & quotidianam,& tepidas febres sanat, tussim tollit. super autem omnes alias aquas stomachum cõfortat,& incitat appetitum, ac totum corpus exhilarat.

De balneo de Ferris.

AB alia parte horrendæ domus,& quasi intra Auernum aqua scaturit colorem, & spumam habens ad instar ferruginis, & ideo de ferris dicta est, quæ dolorem capitis,& supercilii super alias aquas remouet, ab oculis sanguinem, caliginem,& pãnum tollit,& eos sinceraᵗ, auribus dat auditum,& somnum, vẽtumq; remouet. tres cerebri cellulas purgat.

De Crypta Palumbariæ.

PAlũbariæ crypta ideo dicta est, quia palũbi ibi nidificãt: sed eius aqua caput, & renes sanat, aperit meatus vrinæ, nebulas ab oculis & ventos ab auribus fugat, passiones stomachi etiã quæ ad cor tendunt expellit, & arthriticis confert, vtens tamen hac aqua à salsis, & frigidis caueat.

De balneo Syluianæ.

EVntibus per mare Baias primo Syluiana occurrit, quod balneum Syluia dea credita inuenisse describitur,& ab ea accepit nomen. Hæc vnda muliebri sexui magis confert, nã matrices ab omni humore purgat,& ĩfirmitates eius tollit, prouocat menstrua si desint, & si super effluxerint, reducit ad medium, steriles fœcũdat, & facit concipere.

De balneo Trituli.

PRopè est locus Trituli, in quo balneum,& sudatorium sunt, à loco sumentia nomẽ. quartana ibi sanatur, est balneũ præclarũ atq; mirabile. nam ad radices rupis altissimæ ampla cauata domus est. & in ea artificis ingenio compositæ imagines, manus tenentes ad loca passionũ, quibus medetur hoc lauacrũ, aqua aũt semel in die,& semel in nocte iuxta ortũ,& occasum Lunæ calida,& fumigãs venit ĩ balneũ. quo repleto pars aq̃ in ęquor refunditur,& ꝑs reuertitur, vñ exiuerat. hęc fugat rheuma: caput stomachũq; cõfortat,

fortat, omnem guttā sanat, liberat hydropicos, prohibet febres, phlegmaticis prodest, et omnem balneorum virtutem roborat. & ob hoc vbicūq; balneatus vltimo aliquibus vicibus hic lauetur.

De Sudatorio Trituli.

Rupes hæc eadē in summitate sui per ascensum multorum graduū sudatoriū habet: est quidē crypta manu cauata, stricta admodum, sed in longum multum protēsa, odoris suauis & delectabilis, quam si erectus intraueris, statim sudor erumpit: si te inflexeris, refrigeraris. vltra procedēs, semper dextrorsum post aliqualem descensum inuenies aquām perspicuā, sed calidissimā, et vix tangibilem: quā multi putāt in suprascriptum balneum latenter effluere. quod si ad aquā ire volueris, ad sinistram recipe iter. quod postquā per duos tantū passus intraueris, incipe aliā à dextris viam, per quā procedens obuiū habebis lapidem, qui de rupe ruit, & Caballus dicitur. vltra hunc incedens, super calidū puluerem, inuenies finem Cryptæ & celtis vestigia reuertere nunc ad locū, vbi hanc partē criptæ intrasti, et inuenies foueam profundam & largā, & aliā cryptā prope ad meridiem tēdentē, quam caue ne intres. Nam si per eam processeris, absq; excessu caloris, vel frigoris absq; vento vel motu aeris: flāma sursum tendens deliquat ceram, & faces per se extinguūtur. & vltra euntes homines ex vertigine capitis mortui decidunt. hoc sudatorium humores euacuat, caput et stomachū liberat, rheumata curat, phlegma excutit, corpus alleuiat, hydropicis & podagricis multum confert.

De balneo sancti Georgij.

Occurrit tibi deīde Georgicū balneū. ideo dictū est qd sub terris aqua q̄ratur. Ge nomen Græce terrā significat. nūc à vocabuli similitudine. S. Georgij dicitur. hæc aqua mirifice lapidem frāgit & eijcit, vrinā soluit, frōtem, brachia, manus, schiā seu ancham, crura & pedes à doloribus liberat, & p̄hibet podagrā fieri vel crescere.

De balnea Pugilli.

Tam breuis huius balnei locus est, vt pugillus vocetur. virtus tñ mirifica. nā ventrē solutum restringit. ani pōdus tollit: attenuat hydropicos, caput & splenē à doloribus liberat, à febribus cum frigoribus sanat, confortat debiles, & consumpta membra restaurat.

De Balneo olei Petrolei.

Hoc lauacrū ideo de oleo petroleo dicitur, quia liquorē istum cū aqua exire, & in eadem esse, & visu & odoratu percipitur. situm est propè ecclesiā beatæ Mariæ virginis ad litus maris. hæc salutaris vnda ex se omne genus serpigi-

A nis, morfex & impetiginis tollit, turpes notas à facie radit, lepræ vitium sanat, choleram & salsa phlegmata extinguit, cor exhilarat, grossa membra subtiliat, & ab eis imbibitum frigus expellit, ac artus singulos vigori & officio suo reddit.

De Balneo Culmæ.

Ob altitudinem suā mons, qui prædictę ecclesiæ præeminet, Culma vocatur: et aqua quæ ad pedes montis huius per cauatam & obliquam cryptam muenitur, ab eo Culma dicitur. acuit multum lumina, pedum passionibus subuenit, non tñ inueteratis. Grossum phlegma à neruis remouet. hæc aqua prodest ægrotis, sed nocet sanis. & caue ne in ea diu moreris.

De Balneo Solis & Lunæ.

B Nobilissima aqua & admirāda præ cæteris Solis & Lunæ sic dicta, quia sicut Sol stellis, sic ista p̄ualet aquis. Nō est ad ipsam peruium iter: sed per ruinas antiquorum ædificiorum descenditur ad antiquum balneum dirutum & occupatum à mari. ibi effossa arena, scaturit aqua grossa, pinguis & discolor. hæc aqua sanctissima omne genus guttæ, omnem speciem doloris tollit, vlcera, plagas & fistulas, si non sint radicatæ, in ossibus sanat. venas fluentis sanguinis stringit, menstrua siue plus, siue minus fluant, reducit ad legem, occultum in corpore ferrum extrahit, podagricis mirabiliter confert. si fracta loca non fuerint. hoc, vt antiqui scribunt, Imperatorum balneum fuit.

De Balneo Gibborosi.

C Mittēdum nō est balneum Gibborosi, sic dictum, quia forma ædificij sui desuper ad gibbi modum eleuata erat. hęc aqua salutifera, ad quā per gradus descenditur, lapides, arenulas, pilos, vel humores impedientes vrinam, à renibus trahit, ilia componit, vesicā aperit, nec melior salus renibus reperitur, dolorē matricis remouet, fluxum sanguinis in mulieribus stringit, & adiuuat membra quolibet morbo grauata.

De Balneo, quod fons episcopi dicitur.

Tenent antiqui, quòd hoc balneum episcopus quidam fecerit, & ideo fons Episcopi dicitur, vel quia hac aqua prælati magis vtuntur, qui propter ciborum & quietis abundantiā plus podagrizant. confert enim mirabiliter arthriticis, podagricis, doloribus iuncturarum, & cuilibet generi podagrarum.

De Balneo de Fatis.

Ascenditur per aliquot passus ad balneū de Fatis, sic dictū, q̄ nouiter fato repertū est, vel propter pulchritudinem operis, quo testudo

eius elaborata est, hoc nomen accepit. aqua ista perspicua roborat stomachum, prouocat appetitum, nauseam remouet. podagricis multum confert. præ omnibus autem aquis extrahit ferrum absconsum in corpore, & oīa membra exhilarat.

De balneo quod Braccula dicitur.

RECipit nomen Braccula ab humiditate, seu depressione, & rotūditate loci. hęc pręstantissima aqua grossas fauces subtiliat, raucam vocem sincerat, dolorem capitis siue anterius, siue posterius remouet, caliginem oculorum tollit, spleni & iecori medetur. quartanam, tertianam, & interpolatas febres interimit, & earum causas delet.

De Balneo quod Spelunca dicitur.

IN istis thermis vltimū locum Spelunca semp tenuit, ex re nomen habens, quia in Spelunca lauacrum est, rheuma, & tussim sanat, hydropisim fugat. accidentia cuiuscunq; guttę remouet, & confortat cerebrum. posuit Galen. ꝙ siquis. v. drachmas calentis aquæ diebus singulis biberit, ea quæ sunt supra & subtus diaphragma curaret.

De Balneo Fœniculi.

VLtimo tangenda est aqua Fœniculi, sic dicta ꝙ inter mortuum mare, & Misenum montem inter huius multas generis herbas scaturiat, vel quia acutos oculos reddit. hic fons nondum formam balnei accepit, nec propter distantiam loci satis expertus est. sed hoc compertum habemus, ꝙ lippos oculos abstergit, eorum vlcera sanat, maculas delet, & super omnes alias aquas, visum acuit, & clarificat.

De mirabili Piscina, & Crypta Draconaria, & alijs ædificijs Baiarum.

SVrgūt præterea per totum sinum qui à Falerno, seu Pausilippo monte vsq; Misenum interiacet, multæ aliæ calentes aquæ, quarum virtutes, & nomina ꝑpter penuriam, vel magis incuriam hominum obliuio possidet. fuisse tamē eas efficacię magnę antiquorum lauacrorum forma & ruina demonstrat. stāt enim adhuc apud Baias mirificorum operum quædā præclaræ reliquiæ, quas vetustas abolere non potuit, sicut est illud maris mortui, vbi iussu Octauiani Augusti terra per magna spatia profunde effossa, & per incisas radices Miseni montis introductum mare, stationem classibus tutam dedit. Stat & propè hoc mare terribilis, & mirę magnitudinis crypta: quę totum Misenum montem cauare videtur, & propter sinuositates, & varios reflexus suos Draconaria dicitur. hæc stillantes desuper sugiter aquas recipit, & conseruat. est etiam mirabilis piscina Neronis quadraginta octo pilis innixa quæ cur-

D rentes à Sarno flumine quadraginta quinq; millibus passuum distant, per fistulas, & ductus recipiebat aquas. stat & insignis Baiarum portus, nauibus omni vento securus. cernuntur etiam adhuc pilæ, & fragmenta confracti, & disiecti pontis illius magnifici, quo Caius Caligula Romanorum tertius Imperator per tria milliaria ꝑ fundissimi maris Puteolos Baiasque coniunxit. videntur etiam in alto mari siue illud excreuerit siue terra subsederit, antiquo ædificiorum muri, & viæ stratę silicibus, & totus Baiarum aspectus, dulcis, & placidus, & suauis, vt non sine causa ab illustri poeta dictum credatur.

Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis.

sed hęc melius visus quàm scriptura discutit.

Nunc superest vt aliquos salubres monitus tibi tradam, per quos balneandi modum, & regulam assequeris.

E

Pauca quædam præcepta, quibus balneum ingressuri instituuntur.

QVia balnea acuunt, & prouocāt humores, nunquam ad balnea venias nisi purgatus, cum ad balnea veneris, dimitte turbationes, & curas animi, operantur enim ꝑ alacritatem, sicut artifex per instrumentum. non intres balneum nisi digestione perfecta: non comedas, nec bibas in aquis, nec post, nisi refrigeratus, ne attrahatur indigestum, et fiat oppilatio. comede in balneis bonos cibos, & īfirmitati tuæ cōcessos, ne malos humores euacuās, peiores generes. dum in balneis es, à frigoribus & ventis caue, vino vtere bene lymphato, vt sitim extinguas. semel tantum balneeris in die, ne multa euacuatio te debilitet, tantum intres aquas vt cooperiāt humeros, nisi vlcus, aut plaga prohibeat. in aquis Cātarelli, ac Solis & Lunæ immerge plagas, tantum moreris in aquis, quātum incipias sudare in fronte, vel quātum sine fastidio stare delectet. Egrediens aquas, statim circunda te linteamine, & compone in lecto prius parato, & bene cooperias. sustine in lecto sudorem, & somnū si venit, cū sudaueris paulatim, & per interpositas morulas depone cooperimēta, & absterge sudorē. bene vestitus reuertaris domū, & iterū qesce. sed nō iterū sudes, nō delecteris in mutatione balneorū: vnū ex multis elige, quo vtaris: dirige cursum balnei tui, vt aqua semper in mare defluat: alioquin regulariter ait frigida, cum balneandus es, eijce si potes totam aquam de balneo, vt noua, & recenter surgente vtaris. balnea sicut alia remedia operantur cum tempore. & ideo si non statim curaberis, non desperes, sed potius prosequaris, balneorum iuuamenta processu tp̄is magis senties.

F

Ioannes

IOANNES ELYSIVS LECTORI. S.

QUoniam tibi curiose lector non iniucundum fore putauimus de ALCADINO, *quem secuti sumus aliquid intelligere: illud tibi, quod vere possumus, affirmamus nos tum ex scriptis, tum ex sermonibus diligentium, & eruditorum hominum intellexisse* ALCADINVM *hunc Poetam Siculum floruisse temporibus Henrici illius Imperatoris qui regnum Neapolitanum, & Siciliæ diu possedit, & Fridericum filium hæredem reliquit. Ad hunc ipsum* HENRICVM ALCADINVS *hic libros tres metro conscripsit. primum quidem de triumphis illius Imperatoris, secundum de his quæ à filio Friderico præclare, & fortiter gesta sunt. tertium hunc de calentibus Baiarum aquis. quem nos librum quia videbamus omni parte consentire cum his quæ à nostris medicis scripta sunt de medicinis thermarum, quæ ab eo commemorantur, ita è versu in solutam orationem transtulimus, vt nihil prorsus eorum, quæ ab illo scripta erant, omiserimus. In quo illud annotatu non indignum tibi videbitur, quòd .xxxi. balnea ita versibus adornauit, vt duodenos versus singulis balneis attribuerit, & tam paucis verbis ita medelas variorum morborum comprahenderit, vt nihil ab eo prætermissum conqueri possis. Uale.*

DE BALNEIS AENARIAE insulæ, eiusdemq; mirabili incendio.

INsula Ischia, Aenaria dicta olim quę in ambitum patet .x. & octo milliũ passuum iuxta Puteolos ad .x. millia passuum, q̃ plurimis gloriatur thermis: surgunt. n. in ipsa multæ calentes aquæ natura, ac ẽt frigidæ, quarũ vires, & nomina paucis cõplectemur, prout ab antiquis expertis, & ex quorũdam scriptis accepimus. primo igitur dicemus de Furnelli balneo. *De Balneo Furnelli.*

FVrnelli Balneũ est aqua valde mirabilis distans ab vrbe eius insulæ per mill. pass. iuxta locum S. Petri ad Pantanellum. tale mirandũ lauacrum testantur valere ad quartanã nõ veram, ad quotidianã, & quartanã veram, ad splenem et hydropẽ, ac dolorem capitis. rumpit lapidem, & educit arenã, aperit vesicam, podagricos iuuat, & stomachi dicitur sedare fastidium. dicitur aũt Furnellus, eo q aqua exit à quodam loco furni spẽm pferente. *De Balneo Fontis.*

LIcet dictũ sit de Baln. Furnelli, dicamus & de alio egregio lauacro qđ Fontana dicitur iuxta prędictũ Bal. à quo intra iactũ lapidis, repit̃ fons ex vno latere dicti lauacri. multa. n. aqua ibi dẽ abũdat, & est valde iuuatiuũ. sanat oẽs plagas, & mirabiliter extrahit ferrum. iuuat hepar, pulmonem, & sanat scabiem facit capillos, prolixos, & pulchros. restaurat cõsumptos, fragmẽtaq; ossiũ, & ossa efficaciter extrahit. *De bal. Castilionis*

IDeo hoc lauacrũ tale nomen assumpsit, eo qđ iuxta ipsum fuit quoddã castrũ, cuius adhuc mœnia apparent, qđ est iuxta litus maris. aqua calida est & valde mirãda, remouet oẽm stomachi debilitatẽ faciendo bene digerere cibum. cõfert morphęę. iuuat leprosos. cõfortat cor, remouẽdo ab illo oẽm tremorem. restaurat visum, sanat plagas, incitat appetitum, &c, vt dicu..t, ipsa aqua bibendo facit multum assellare.

De balneo Speluncæ.

ADmiranda est vnda lauacri Spelũcæ iuxta maris litus, ppè Casam Comã. Aqua valde dulcis, & clara fortiter scaturiẽs, & tã calida, vt nõ possis in ipsa lauari absq; ingenio, ipsam videlicet ĩ labellũ mittẽdo, atq; ibi refrigerãdo, donec possis in illa lauari. valet ad podagras, iuuat arthriticos, ad dolorẽ iliorum, & ancharũ ac mãnuũ. Et vniuersaliter ad guttã, & tussi. &c, vt asserũt expti, eos q hãc aq̃ biberit, mirabiliter purgat

De Balneo Gurgitelli.

NVnc dicamus de ptiocissimo illo lauacro vulgariter dicto Gurgitello, & eius circũstãtijs. vt. n. cõiter fertur iuuat steriles, cõsumptos restaurat, cõfortat stomachũ. educit lapidem, iuuat hepar, sanat scabiẽ, incitat appetitũ. &c, vt asserunt incolę, hoc mirabile fecit, quod extraxit ferrum è corpore cuiusdã, quod p annum in pectore hęserat, nec extrahi potuerat.

De Circunstantiis eius.

ITẽ exeunti ex ianuis positis in occidente, est fons calidissimus, cuius aqua dicitur cõfortare, & corroborare stomachum.

Itẽ extra ab oriẽte ad iactum lapidis, est quidã fons, cuius aqua vtilis est dolori dentium.

Itẽ adhuc in occidente per iactum balistæ, vbi vocatur Sinagalla, est aqua quæ iuuat iuncturas, & vniuersaliter quemlibet dolorẽ manuũ, pedũ

& ancharum, et omnium aliorum membrorum. Et aqua ipsa dicti lauacri est clara, dulcis, splendida, atque transparens.

De Sudatorio decocto.

NOn dimittamus illud sudatoriũ Casę nie zulę, dictũ Decocto, inuentũ à quadam vetula in agro suo, quod fracturam tibiarũ illius sanauit, & multũ iuuat arthreticos & neruos, valens ad inflationem ventris & splenis.

De Balneo dicto vulgariter Mezza uia.

BAlneum de Mezza uia dictum, iuxta præfatum lauacrum vocatur de lignis, mollificat neruos, sanat scabiem. omni membro dicitur conferre, et fœcunditati mulierum. valet ad dolorem capitis & stomachi, strigit lachrymas, restaurat visum, prodest vomitui, dissoluit phlegma, tollit rigorem homini purgato.

De Balneo Cytharæ.

HOc balneum à præfato parum distans, valet spasmo, phrenesi, tenasmo, valet et̃ mulieribus sterilibus ad concipiendũ, omniq; dolori capitis. prodest frigori, & maxime quartanæ. & vt referunt, hominibus facit abundare sperma, mulieribus vero lac.

De Balneo Vlmitellæ.

BAlneum Doyani, modo dictũ de Vlmitella, est aqua dulcissima, calida, & clara: vtile est guttæ frigidæ, stricturæ cannæ, & rugitui stomachi, atq; tenesmo, vitio lapidis, & dolori iliorum, lippitudini oculorum, difficultati anhelitus spleniticis, quartanę, leprosis, tremori cordis, omnique vitio phlegmatis & pulmonis.

De Balneo Succellarij.

HOc balneũ quod est in plaga Romana pro pe ciuitatẽ Hischię, est aqua clara & ferruginosa valens ad phlegma salsum, & sanguinem ac pruritum oculorũ tollit, lachrymas stringit, & oculos restaurat, purgat choleram, valet debilitati cordis ac stricturæ pectoris & cannę pulmonis. Confert tussi, capillos cadentes à capite refirmat, & rupturas, pruritumq; tibiarum & aliorũ membrorum mirabiliter sanat.

HOc balneũ de Succellario vere dicitur Cellarium balneorum, cuius aqua est dulcissima & clara multũ. valet omni vitio vesicæ & tenesmo, ardoresq;, ac stricturas dissoluit, ægritudinesq; tertianarum interpollatarum, & quotidianarum veniẽtes ex causis frigidis resoluit, & corpus facit aspectu iucũdum, scabiẽ abstergit, capillos facit claros, & longos & pannos vrgentes faciem mulierum ex sanguine, scilicet melancholico dissoluit & abstergit.

De Balneo Plagæ Romanæ.

D *De Balneo Nitroso.*

HOc lauacrũ nitrosum dictũ in eadẽ existẽs plaga, est aqua calidissima, valens scabiei, & pruritui ex phlegmate, & choleræ nigræ, seu melancholiæ, ac doloribus renũ & matricis, constipatos iuuat, atq; cõsumptos, tussiq; ac rheumati, & omni vitio pectoris prodest.

De Balneis Saxi.

BAlnea saxorũ duo sũt, quorũ vnũ est iter saxa, valẽs ad oẽm guttã frigidã, & aliud prope littus maris, valens ad oẽm guttam calidam.

De incendio Aenariæ.

DE eiusdem Aenariæ destructione ad præsens dicendum videtur. nam anno à natiuitate Domini. MCCCI. regnante in hoc regno Siciliæ Carolo secundo, in dicta insula Hyschię vicina, pcessit ex venis terræ ignis sulfu-
E reus, qui magnã ipsius insulæ partem cõsumpsit, quasi vsq; ad ciuitatẽ Hyschię, q̃ tunc Gerõda nominabatur, quo igne multi homines & animalia consumpta fuerunt, & ea peste perierunt, quæ duobus fere mensibus perdurauit, multiq; ex eisdem, vt hanc pestẽ effugerent, insula ipsa derelicta aliqui ad viciuã insulam processerũt, alij ad insulã Capreas, alij Baias, Puteolos, et Neapoli con fugerunt: cuius ignis vsq; in hodiernum diem vestigia remanent, nec in eo loco herba aliqua, vel aliud quicquã virens nascitur, nec locus alicui rei cõmodus existit. sed asper & incultus, protensus in duo mil. pas. longitudine, & quingentos passus in latitudine. & vulgo dicitur le Cremate.

Hæc igitur sunt Illustriss. Princeps, quæ de nominibus ac virtutibus thermarũ Aenariæ insulæ colligere potuimus, & his de q̃bus supra diximus
F balneis annectẽda putauimus. Puteolano. n. in sinu existens, licet diuersa sortiatur noĩa, quia Pandataria, Aenaria, ab Homero Inarime dicta, à Gręcis Pythecusę, non à simiarum multitudine, vt aliqui sentiunt, sed verius à figlinis doliariorum, hodie vero Ischia ex robore monumentoq; loci nominant. omnes tñ eam fructuum diuersorum, electissimiq; frumenti ac vini egregij, sulfuris, aluminis, auriq; feracissimã asserunt. pluribus enim amœnissimis villis ornatur, & nobili ciuitate antistiteq; sanctitate, non minus q̃ doctrina decorato, arceq; munitissima optimorũ Aragonũ Regũ cõsilio: hodie vero Illustriss. Cõstãtię de Daualos Frãcauillę Ducissę adeo sapiẽtis, vt inter Illus. viragies alterã Amalthęã diuinarũ rerũ studiosissimã, oẽs vno ore fateãtur, pspectis eius pręclarissimis virtutib9, studijs, eloquẽtia, ac sanctimonia, q̃bus fere toto orbe extat celeberrima.

Ioannis Elysij finis.

LECTORI

NE quid eorum quæ in legendis libris vel ad vsum, vel ad voluptatem requiri solent, in hoc opere deesse tibi lector amice pateremur, ex optimis poetis quæcunq; ad balneorum, & aquarum rationem facere iudicauimus, hic apponenda curauimus: vt animus prolixa, & ingrata tot medicorum lectione, quasi longo aliquo & aspero itinere defessus, in hoc iucundo, & amabili musarum diuersorio aliquantisper acquiescat, ac recreetur. vt de hinc iam vegetior ad studia grauiora reuerti facilius possit.

EX T. LVCRETII CARI DE RERVM NATVRA, LIBRO. VI.

NVnc ratio quæ sit, per fauces montis vt Aetnæ
Expirent ignes interdum turbine tanto:
Expediam: neq; enim media de clade coorta
Flammæ tempestas, Siculum dominata per agros
Finitimis ad se conuertit gentibus ora:
Fumida cum cœli scintillare omnia templa
Cernentes, pauida complebant pectora cura:
Quid moliretur rerum natura nouarum.
Hisce tibi in rebus late est, alteq; videndum:
Et longe cunctas in parteis dispiciendum:
Vt reminiscaris summam rerum esse profundam:
Et videas cœlum summai totius vnum,
Quàm sit paruula pars, & quàm multesima constet:
Nec sit pars homo terrai quota totius vnus:
Quod bene propositum si planè contueare:
Ac videas, planè: mirari multa relinquas.
Nunquis enim nostrum miratur, siquis in artus
Accepit calido febrim feruore coortam:
Aut alium quemuis morbi per membra dolorem:
Obturgescit enim subito pes: arripit acer
Sępe dolor denteis: oculos inuadit in ipsos:
Existit sacer ignis: & vrit corpore serpens
Quancunq; arripuit partem: repitq; per artus:
Nimirum, quia sunt multarum semina rerum:
Et satis hęc tellus morbi, cœlumq; mali fert:
Vnde queat vis immensi procrescere morbi:
Sic igitur toti cœlo, terræq; putandum est
Ex infinito satis omnia suppeditari:
Vnde repente queat tellus concussa moueri:
Perq; mare, & terras rapidus percurrere turbo:

Ignis abundare ætnæus: flammeſcere cœlum:
Id quoq; enim fit: & ardeſcunt cœleſtia templa.
Et tempeſtates pluuiæ grauiore coortu
Sunt: vbi forte ita ſe tetulerunt ſemina aquarum.
At nimis eſt ingens incendij turbidus ardor,
Scilicet & fluuius, qui viſus maximus ei,
Qui non ante aliquem maiorem vidit, & ingens
Arbor, homoq; videtur: & omnia de genere omni,
Maxima quæ vidit quiſq;, hęc ingentia fingit.
Cum tamen omnia cum cœlo, terraq;, mariq;,
Nil ſint ad ſummam ſummai totius omnem.
Nunc tamen illa modis quibus irritata repente
Flamma foras vaſtis ætnæ fornacibus efflet:
Expediam. primum, totius ſubcaua montis
Eſt natura, ferè ſilicum ſuffulta cauernis.
Omnibus eſt porro in ſpeluncis ventus, & aer.
Ventus enim fit: vbi eſt agitando percitus aer.
Hic vbi percaluit: calefecitq; omnia circum,
Saxa furens, qua contingit, terramq;: & ab ollis
Excuſſit calidum flammis velocibus ignem:
Tollit ſe, ac rectis ita faucibus eijcit alte:
Funditq; ardorem longe: longeq; fauillam
Differt: & craſſa voluit caligine fumum:
Extruditq; ſimul mirando pondere ſaxa:
Ne dubites, quin hæc animai turbida ſit vis.
Prætcrea, magna ex parti mare montis ad eius
Radices frangit fluctus: æſtumq; reſorbet.
Ex hoc vſq; mari ſpeluncę montis ad altas
Perueniunt ſubter fauceis: hac ire fatendum eſt,
Et penetrare mare: & penitus ſe cogier arcto:
Atq; efflare foras: ideoq; extollere flammas:
Saxaq; ſubiectare: & arenæ tollere nimbos.
In ſummo ſunt vertice item crateres: vt ipſi
Nominitant, nos quas fauces perhibemus, et ora.
Sunt aliquot quoq; res, quarum vnam dicere cauſam
Non ſatis eſt, verum plureis, vnde vna tamen ſit.
Corpus vt exanimum, ſi quod procul ipſe iacere
Conſpicias hominis: fit vt omneis dicere cauſas
Conueniat, leti dicatur vt illius vna:
Nam neq; eum ferro, nec frigore vincere poſſis
Interijſſe: neq; à morbo, neq; forte veneno:
Verum eſſe ex genere hoc aliquid, quod contio credat,
Scimus: item in multis hoc rebus dicere habemus.

Et paulo post.

Nunc

Nunc age, Auerna tibi quæ sint loca cunque, lacusque,
Expediam quali natura prædita constent.
Principio, quod auerna vocantur: nomen id ab re
Impositum est: quia sunt auibus contraria cunctis:
E regione, ea quod loca cum venere volantes:
Remigij oblitæ pennarum vela remittunt:
Præcipitesque cadunt molli ceruice profusæ
In terram: si forte ita fert natura locorum:
Aut in aquam, si forte lacus substratus auerni.
Is locus est Cumas apud, hetruscos & monteis,
Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.
Est & Athenæis in mœnibus, arcis in ipso
Vertice, palladis ad templum tritonidos almę,
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucæ
Cornices: non cum fumant altaria donis:
Vsqueadeo fugitant non iras Palladis acres
Peruigili causa, Graium vt cecinere poetæ:
Sed natura loci opus efficit ipsa suapte.
In Syria quoque fertur item locus esse videri:
Quadrupedes quoque quo simulac vestigia primum
Intulerint: grauiter vis cogat concidere ipsa:
Manibus vt si sint diuis mactata repente,
Omnia quę naturali ratione geruntur:
Et quibus è causis fiant, apparet origo.
Ianua ne potius Orci regionibus esse
Credatur: posthinc animas, Acherontis in oras
Ducere forte deos maneis, inferna reamur:
Naribus alipedes vt cerui sępe putantur
Ducere de latebris serpentia secla ferarum.
Quod procul à vera quàm sit ratione repulsum
Percipe: nanque ipsa de re nunc dicere conor.
Principio, hoc dico, quod dixi sæpe quoque ante:
In terra cuiusquè modi rerum esse figuras:
Multa cibos, quæ sunt vitalia: multaque morbos
Incutere, & mortem quę possint accelerare:
Et magis esse aliis alias animantibus aptas
Res, ad vitę rationem ostendimus ante:
Propter dissimilem naturam, dissimileisque
Texturas inter sese, primasque figuras.
Multa meant inimica per aureis, multa per ipsas
Insinuant nareis infesta, atque aspera tactu.
Nec sunt multa parum tactu vitanda: neque autem
Aspectu fugienda: saporeque tristia quę sint.
Deinde videre licet, quàm multæ sint homini res

Acriter

Acriter infesto sensu, spurcæq́ue, grauesq́ue.
Arboribus primum certis grauis vmbra tributa,
Vsqueadeo: capitis faciant vt sæpe dolores:
Siquis eas subter iacuit prostratus in herbis.
Est etiam magnis Heliconis montibus arbos
Floris odore hominem tetro consueta necare.
Scilicet hæc ideo terris ex omnia surgunt:
Multa modis multis multarum semina rerum,
Quod permista gerit tellus: discretaq́ue tradit.
Nocturnumq́ue recens extinctum lumen, vbi acreis
Nidore offendit nares: consopit ibidem:
Concidere vt pronos qui morbus mittere sueuit:
Castoreoq́ue graui mulier sopita recumbit:
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei:
Tempore eo si odorata est quo menstrua soluit.
Multaq́ue præterea languentia membra per artus
Soluunt: atq́ue animam labefactant sedibus intus.
Deniq́ue si calidis etiam cunctare lauari:
Plenior & fueris solio feruentis aquai:
Quàm facile in medio fit, vti des sæpe ruinas?
Carbonumq́ue grauis vis, atq́ue odor insinuatur
Quàm facile in cerebrum, nisi aquam præcepimus ante?
At cum membra dominus pertexit feruida seruis,
Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar.
Nónne vides etiam terrà quoq́ue sulfur in ipsa
Gignier? & tetro concrescere odore bitumen?
Deniq́ue vbi argenti venas, auriq́ue sequuntur,
Terrai penitus scrutantes abdita ferro:
(Locus vbi argẽtum effodit, ἀπὸ τοῦ σκάπτειν.) Qualeis expiret scaptensula subter odores?
Quid've mali fit, vt exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualeisq́ue colores?
Non'ne vides, audis'ue perire in tempore paruo
Quàm soleant? & quàm vitai copia desit?
Quos opere in tali cohibet vis magna vacare?
Hos igitur tellus omneis exæstuat æstus:
Expiratq́ue foras in aperta, promptaq́ue cœli.
Sic & Auerna loca alitibus summittere debent
Mortiferam vim: de terra quę surgit in auras:
Vt spatium cœli quadam de parte venenet.
Quos simulac primum pennis delata sit ales:
Impediatur ibi cæco correpta veneno:
Vt cadat è regionè loci, qua dirigit ęstus,
Quò cum corruit: hic eadem vis illius æstus
Relliquias vitæ membris ex omnibus aufert.

Quippe

Quippe etenim primo quasi quendam conciet æstum:
Posterius fit, vti cum iam cecidere veneni
In fonteis ipsos, ibi sit quoque vita vomenda:
Propterea quod magna mali sit copia circum.
Fit quoque, interdum vis hæc, atque æstus Auerni,
Aera, qui inter aueis cunque est, terramque locatus:
Discutiat: prope vti locus hinc linquatur inanis:
Cuius vbi e regione loci venere volantes:
Claudicat extemplo pennarum nisus inanis:
Et conamen vtrinque alarum proditur omne.
Hic, vbi nixari nequeunt: insistereque alis.
Scilicet in terram delabi pondere cogit
Natura: & vacuum prope iam per inane iacentes
Dispergunt animas per caulas corporis omneis.
Frigidior porro in puteis æstate fit humor:
Arescit quia terra calore: & semina siqua
Forte vaporis habet, propere dimittit in auras.
Quo magis est igitur tellus effœta calore:
Fit quoque frigidior, qui in terra est abditus humor.
Frigore cum premitur porro omnis terra: coitque,
Et quasi concrescit fit scilicet in coeundo,
Exprimat in puteos, siquem gerit ipsa calorem.
Est apud Hammonis fanum fons luce diurna
Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.
Hunc homines fontem nimis admirantur: & acri
Sole putant subter terras ferueſcere partim,
Nox vbi terribili terras caligine texit:
Quod nimis a vera est longe ratione remotum.
Quippe vbi sol udum contrectans corpus aquai,
Non quierit calidum supera de reddere parti:
Cum superum lumen tanto feruore fruatur:
Qui queat hic subter tam crassi corporis terram
Percoquere humorem? & calido sociare vapore?
Præsertim cum vix possit per septa domorum
Insinuare suum radijs ardentibus æstum.
Quæ ratio est igitur? nimirum terra magis quod
Pura tenet circum fontem, quam cætera tellus.
Multaque sunt ignis prope semina corpus aquai.
Hinc vbi roriferis terram nox obruit vmbris:
Extemplo subtus frigescit terra, coitque:
Hac ratione fit, vt tanquam compressa manu sit,
Exprimat in fontem, quæ semina cunque habet ignis,
Quæ calidum faciunt laticis tactum atque vaporem.
Inde vbi sol radijs terram dimouit obortus:

Et rarefecit calido miscente vapore:
Rursus in antiquas redeunt primordia sedes
Ignis: & in terram redit calor omnis aquai:
Frigidus hanc ob rem fit fons in luce diurna.
Praeterea solis radijs iactatur aquai
Humor: & in lucem tremulo rarescit ab aestu:
Propterea fit, vti quae semina cunque habet ignis,
Demittat: cum saepe gelum, quod continet in se
Mutat: & exsoluit glaciem: nodosque relaxat.

Lucretij finis.

EX P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBRO XV.

Quattuor aeternus genitalia corpora mundus
Continet: ex illis duo sunt onerosa: suoque
Pondere in inferius Tellus, atque vnda feruntur:
Et totidem grauitate carent: nulloque premente
Alta petunt, aer, atque aere purior ignis.
Quae quanque spatio distant: tamen omnia fiunt
Ex ipsis, & in ipsa cadunt. resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras:
Aeraque humor abit: dempto quoque pondere, rursus
In superos aer tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt: idemque retexitur ordo.
Ignis enim densum spissatus in aera transit:
Hinc in aquas tellus glomerata cogitur vnda:
Nec species sua cuique manet: rerumque nouatrix
Ex alijs, alias reparat natura figuras:
Nec petit in tanto quicque (mihi credite) mundo:
Sed variat: faciemque nouat: nascique vocatur
Incipere esse aliud, quam quod fuit ante: morique
Desinere illud idem: quum sint huc forsitan illa:
Haec translata illuc, summa tamen omnia constant.
Nil equidem durare diu sub imagine eadem
Crediderim: sic ad ferrum venistis ab auro
Secula: sic toties versa est fortuna locorum.
Vidi ego quod fuerat quondam solidissima tellus
Esse fretum: vidi factas ex aequore terras:
Et procul a pelago conchae iacuere marinae:
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

Quodq́; fuit campus,vallem decursus aquarum
Fecit:& eluuie mons est deductus in æquor.
Estq́; paludosa siccis humus aret arenis.
Quæq́; sitim tulerant,stagnata paludibus hument.
Hic fontes natura nouos emisit:& illic
Clausit:& antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina prosiliunt:aut excæcata residunt.
Sic,vbi terreno Lycus est epotus hiatu
Existit procul hinc:alioq́; renascitur orbe.
Sic modo com bibitur tecto modo gurgite lapsus
Redditur argolicis ingens Erasinus in agris.
Et Mysum,capitisq́; sui,ripæq́; prioris,
Pœnituisse ferunt:alia nunc ire Caicum.
Nec non Sicanias voluens Amasenus arenas
Nunc fluit:interdum suppressis fontibus,aret.
Ante bibebatur,nunc quas contingere nolis
Fundit Anigrus aquas,postq́;(nisi vatibus omnis
Eripienda fides)illic lauere Bimembres
Vulnera,clauigeri quæ fecerat Herculis Arcus.
Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus
Qui fuerat dulcis,salibus vitiatur amaris:
Fluctibus ambitæ fuerant Antissa,Pharosq́;
Et Phœnissa Tyros:quarum nunc insula nulla est.
Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt.Zancle quoq́; iuncta fuisse
Dicitur Italiæ:donec confinia pontus
Abstulit:& media tellurem reppulit vnda.
Si quæris Helicen,& Buran,Achaidas vrbes:
Inuenies sub aquis:& adhuc ostendere nautę
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.
Est prope Pyttheam tumulus Trœzena sine vllis
Arduus arboribus,quondam planissima campi
Area,nunc tumulus,nam(res horrenda relatu)
Vis fera ventorum,cęcis inclusa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataq́; frustra
Liberiore frui cœlo,cum carcere rima
Nulla foret toto:nec peruia flatibus esset:
Extentam tumefecit humum:ceu spiritus oris
Tendere vesicam solet,aut direpta bicornis
Terga capri:tumor ille loci permansit:& alti
Collis habet speciem:longoq́; induruit æuo.
Plurima cum subeant audita,aut cognita nobis:
Pauca super referam:quid non & lympha figuras
Datq́;,capitq́; nouas:medio tua corniger Hammon
Vnda die gelida est:ortuq́;,obituq́; calescit.

Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cum Luna recesſit in orbes.
Flumen habent Cicones: quod potum ſaxea redit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt, auroq́ꝫ capillos.
Quodq́ꝫ magis mirum, ſunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda?
Aethiopesq́ꝫ lacus: quos ſiquis faucibus hauſit:
Aut furit: aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Clitorio quicunq́ꝫ ſitim de fonte leuarit:
Vina fugit: gaudetq́ꝫ meris abſtemius vndis.
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino:
Siue quod indigenæ memorant: Amithaone natus
Prœtidas attonitas poſtq́ꝫ per carmen, & herbas
Eripuit furijs: purgamina mentis in illas
Miſit aquas: odiumq́ꝫ meri permanſit in vndis.
Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis:
Quem quicunq́ꝫ parum moderato gutture traxit:
Haud aliter titubat: quàm ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores:
Ambiguis ſuſpectus aquis: quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ: ſine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliasq́ꝫ, lacus, & flumina vires
Concipiunt: tempusq́ꝫ fuit, quo nauit in vndis:
Nunc ſedet Ortygie. timuit concurſibus Argo
Vndarum ſparſas ſymplegadas eliſarum:
Quæ nunc immotæ perſtant: ventisq́ꝫ reſiſtunt.
Nec quæ ſulfureis ardet fornacibus Aetna:
Ignea ſemper erit: neq́ꝫ enim fuit ignea ſemper:
Nam ſiue eſt animal tellus, & viuit: habetq́ꝫ
Spiramenta locis flammam exhalantia multis,
Spirandi mutare vias: quotiesq́ꝫ mouetur:
Has finire poteſt, illas aperire cauernas:
Siue leues imis venti cohibentur in antris,
Saxaq́ꝫ cum ſaxis, & habentem ſemina flammæ
Materiam iactant: ea concipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis.
Siue bitumineæ rapiunt incendia vires,
Luteaue exiguis ardeſcunt ſulfura fumis:
Nempe vbi terra cibos, alimentaq́ꝫ pinguia flammæ
Non dabit, abſumptis per longum viribus æuum,
Naturæq́ꝫ ſuum nutrimen deerit edaci,
Non feret illa famem, deſertaq́ꝫ deſeret ignes.

Ouidij finis.

IOANNIS IOVIANI PONTANI EX LIBRO SVO METEORORVM

De fontibus & fluminibus.

AD LVCIVM FRANCISCVM FILIVM.

HInc ego digrediens fonteis te nate docebo,
Et cur perpetuis decurrant flumina venis,
Extremus labor,& vigilatæ ad lumina noctes.
Tu mea dicta puer memori nunc accipe corde.
Spiritus hic(graij fecerunt aera nomen)
Qui terras,pontumq; leui circuntegit vmbra,
Et penetrat rimosa means in viscera terræ,
(Certa fides)facile humentem permanat in vndam,
In liquidumq; coit contracto frigore rorem.
Mox abit in latices,& ripis plenior errat,
Et magno labens intrat cum murmure pontum,
Armatas etiam raptans ad littora classes.
Ipse vides sæpe in foribus sudantia saxa,
Et guttas de marmoreis stillare columnis.
Namq; aer circumfusus dum frigora sentit,
Paulatim sese cogit,mox defluit humor.
Ille quidem sicco ducens è marmore guttas,
Speluncis quoq; de gelidis manare liquorem.
Continuum,vnde fluunt crepitanti murmure riui.

Magna flumina è montibus defluere.

Si Rhenum, Rhodanumq; vides, magnūq; Garumnā,
Aut Hebrum,Eridanumue,aut clari nominis Istrum,
Aut qui per latos populos mare peruenit Indus,
Aut septemgemini rumpunt qua flumina Nili,
Perscrutere ortum,& fontis sacra antra reclusi,
(Non dubium)inuenies summis è montibus illos
Delabi,genus & gelidis deducere ab antris.
Namq; aer terræ immistus,molemq; sub ipsam
Inclusus,montana rigens vt frigora sensit,
In stillas abit,& longo fluit agmine multus.
Desuper ima petens,donec iam viribus auctis
Erumpit vallo,atq; in campos turgidus exit.
Multum etiam stillante solo,multusq; liquatis

Auxilium accedit venis tellure sub ipsa,
Multum etiam nebulosa iugis immanibus aura
Tabescens cœlo gelido cum stringitur humor,
Vnde sibi occulti sumunt alimenta meatus.

Terram esse cauernosam.

Nec vero quamuis solido stet robore tellus
Mole sua grauis,& denso se robore firmet,
Non vastis intus specubus patet,atq; hiat alte
Immensum ductis abrupta sede cauernis.
E quibus aut Euri sparsim funduntur anhelis
Faucibus,Adriacosq; attollunt flatibus æstus,
Et stragem dant arboribus,tectisq; ruinam:
Aut amnes subter lapsi de montibus altis,
Erumpunt cursu rapido,& solida æquora findunt.
Quippe aer antro inclusus lentescit in vndam
Frigida sub loca,& æternum fluit abditus humor
Æterno de fonte liquens.hinc Caspia claustris
Antra,tot accipiunt fontes,tot flumina:mox quæ
Rursum diuersis emergunt partibus orbis:
In mare seu tacitis delapsa meatibus intrant.
Quin & qua Herculei rident sata lęta Tarenti,
Qui piger humectat flauentia culta Galesus
Saxa subit,tacitusq; cauo se condit in antro,
Condit & in latebris Nilus.post liber apertis
Insultat campis,septeno & gurgite fertur,
Felix fruge noua,fœcundisq; vber aristis.

De fonte Cornu.

Est Prgcutinis in montibus horrida cautes,
Indigenæ vocitant Cornu,de vertice cuius
Manat aquæ gelidus per saxa rigentia torrens.
Hunc non antra caui montis,non humida vallis
Eructat, non vis superas impellit ad oras.
Verum aer ripæ admotus,circumq;,supraq;
Rimosoq; latens sub fomite sudat:vt ipsum
Frigus,& algentem sensit per membra rigorem,
Stillatimq; cadit fluitans,cursumq; secundat.
Ergo & perpetuus tenor est stillantibus vndis.
Perpetuiq; fluunt fontes,& flumina,et amnes,
Perpetuum quoniam seruat natura tenorem
Aeris,aeriam sese vertentis in vndam.

Fabulosę-

Fabulosè de Fontibus.

Nec vero faciles Nymphæ,queis flumina cordi,
Et sacri fontes,atq; antra liquentia riuis,
Non ipsę dulceis latices,non larga ministrant
Pocula,non gratas longe sitientibus vndas.
Ergo nudatis pedibusq;,& pectore nudo
Cœruleæ per stagna agitant liquentia Nymphæ:
Alternisq; implent vndanteis roribus vrnas:
Alternis simul effundunt. Tum murmure magno
It præceps per saxa sonans spumantia riuus,
Mox crescens findit tacito plana æquora cursu.
Nunc fessæ lætas ducunt per prata choreas
Arboribus tectæ,ac circumuariantibus vmbris:
Nunc tenueis mulcent gratis concentibus auras,
Aut amne in medio ludunt,vitreisq; sub vndis
Lasciuæ alternant agiles per brachia motus,
Lubricaq; intorquent niueis vestigia plantis.
E natat hæc,leueisq; manus,& brachia monstrat,
Aut tenerum latus,aut molleis cum poplite suras,
Desilit illa petens imum,splendetq; sub vndis
Marmoreum femur,& ceruix argentea,& illæ
Deducunt cœlo diuos quę ad furta papillæ.
Mox resilit,flauumq; caput,nigrantiaq; affert
Lumina,tum niueo quæ purpura fulget in ore.
Hic aliquis,cannosa latens post flumina pastor,
Agrestis deus,& Satyrorum è stirpe procaci,
Concepit postquam ardentem sub pectore flammam
Huc,illuc oculos agit,& suspiria ducit,
Insertatq; caput cannis,refugitq; videri,
Dumq; videt,frigetq; simul,feruetq;,cupitq;,
Desperatq;,audetq;,ferox'q; libidine,in vndas
Desilit,atq; cadens sonitum dedit. At chorus antrum
Attonitus petit,& latebris sese abdit opertis,
Ipse deus vano frustratur gaudia tactu.

Aquas naturaliter esse sine colore, & sapore.

Nec sapor,aut color vllus aquis fluuialibus. Ipsæ
Tellure hos de matre trahunt,hinc sæpe venenum,
Sæpe salus. adeo variat tellusq;,solumq;
Terra salutiferas vires,eadem ipsa nocenteis,
Præbet aquis,succoq; suo prodestq;,nocetq;.
Terra eadem argento large fœcunda,sed aer
Vber aquis,Nereiq; nouas hinc sufficit vndas.

Præcipue tamen arctoo sub cardine, qua se
Vis ingens cohibet, quaq; & Sol languidus errat
Defessus spatijs, obliquo & tractus ab orbe,
Inde perennis aquæ manat fluor, oceanusq;
Aestuat, arctooq; fluunt e cardine riui.

De fontibus calidis.

Baiano sed ne fumare in littore thermas
Mirere: aut liquidis fluitare incendia venis:
Vulcani fora sulfureis incensa caminis
Ipsa mouent, late multum tellure sub ima
Debacchari ignem, camposq; exurere opertos.
Inde fluit calidum referens ex igne vaporem
Vnda fugax, tectis feruent, & balnea flammis.

De amaris fontibus.

Hinc etiam salsum fontes traxere saporem,
Et laticem longe ingratus infecit amaror
Tellure incocta exudans, cineriq; maligno,
Quem liquit quondam accensis fornacibus ignis,
Post æuo extinctus longo monimenta relinquit
Exustum cinerem, & cocto sola subdita saxo.
Hinc alibi exhaustos antris putealibus amnes
Vulcano feruente coquunt, dum crassior humor
Stringitur, inq; salem tepidæ cessere lacunæ.
Ast alibi in lapidem transit liquor, vsqueadeo vis
Telluris variat. videas lapidescere Sarni
Coeruleo sub fonte alnum, filicisq; maniplos,
Et paleæ intortos lento cum vimine culmos.

De riuo Venafrano.

Decurrit tenui labens aspergine riuus
Rupe venafrana, fessus quem sæpe viator
Incusat gelidos raptim occuluisse liquores.
Sæpe repentinos fracto de monte tumultus
Erumpentis aquæ timuit sub vomere taurus.
Ipsa suas nunc diues opes natura profundit,
Nunc retrahit defessa manum, seq; ipsa remittit.
Hic lactis fluitare amnem sua ad vbera mater
Lętatur, dolet hic omnem obriguisse liquorem.
Materiam sæpe ingenio, instrumenta vel arti
Deficere, ipse operis prudens dolet autor, & actor.
Nunc ergo ingenteisq; animos, viresq; valenteis
Præsefert natura, opibusq; & robore pollens,

Nunc inculta situ,longeq; effeta senecta
Languescit,propriumq; negat retinere vigorem,
Dum reparat vires,renouataq; robora firmat.
Ipsa suos tunc plena sinus,vterumq; relaxat.
Quiq; vigor fuit ante,refert se ad munera nota.
Nec vero casusq; inopes,cessantiaq; arma
Naturæ,nec rursus opes,luxumq; fluentem
Non hominum,non alituum genus,& pecus, & grex
Squamigerum sensere,graui & doluere ruina,
Hinc etenim miseranda lues mortalibus,hinc &
Dira fames,sæuitq; malum per vulnus vtrunq;.

De fonte Ammonis.

Ammonem fama est medijs sub noctibus altum
Feruere,& in medijs rursum frigere diebus.
Causa quidem vel certa subest. nam frigora noctis
Intus alunt ignes;nocte & vapor æstuat intus,
Vnde fluunt calidi noctis per tempora riui.
Luce autem cum Sol terras populatur,& ardens
Exhalat vis,tum venæ recreantur hiantes,
Vnde redit gelidus sua per vestigia torrens.
Rara igitur natura soli, quæ frigora Lunæ
Quæ Solem facile admittit resoluta diurnum.
Hinc facile,& recreat sese & feruescit in horas.
Hinc terræ varium mutat fons ipse tenorem
Longinquo veniens loca per variantia ductu.
Nam neq; sese orbe ex alio vis torrida Solis
Immittens,penetretq; vterum,& grauida vbera terræ
Immensumq; maris spatium,tantumq; profundi.

De fluuio Trigella, in Lucania.

Horrescit quoq; Lucanis in saltibus antrum,
Vnde petunt trepidi afflictis oracula rebus,
Præcipitat longo immanis descensus hiatu.
Septem aræ circum, & fumos flant tura Sabæos.
Antistes Zeno lituum tenet,& vocat ore
Præsentemq; Deum,& pia numina sistit ad aram.
Turba fauet,mox & voti damnata recedit.
Ipse autem fruiturq; dijs,atq; imperat antro,
Vnde fluit gelidus salebroso fonte Trigella,
Arescitq; hyeme in media,atq; æstate liquescit.
Vere nouo,cum se tellus adaperta relaxat,
Tum videas tecto antri stillare fluentum,
Hic fluos fluitare,illic concrescere fontem

In clatros.hiat ecce alibi fumosa vorago,
Vnde aditus imi ad manes,& tartara mundi.
Parte alia sonat abruptis specus atra cauernis
Horrendum.Ruit acta repente canalibus vnda
Occultis,siccoq; diu deuoluitur alueo.
Pastores cohibete gregem sitientem,& ab vnda
Pellite. non foetum optatum,non vbera vaccæ
Distenta,aut tenerum cum matre aspexerit agnum
Errantem,qui pota frequens ad flumina pastum
Egerit armentum,& crudo saturauerit amni.
Capripedis potuit tantum dolor,iraq; Fauni.
Luserat aspernata procum Ripenia,& vdis
Abdita fluminibus detestabatur.Ibi amens
Deturbatq; pedum,pecudesq; a fonte repellit
Inclamans,nulli foetus,non vlla propago
Sit pecudi,quoties sitientia guttura ad vndam
Admorit,potoq; grauis de flumine abibit.
Semamnem fugitate boues,fugitate capellæ
Iratusq; gregi,in nemus,& loca sola recedit.
At cum declinat rapidus Sol,& fugit annus,
Ac lassata situ,tellusq; effœta senescit,
Aruit & venis humor,mirabere fontem
Vel biduo effluxisse,ac flumina tanta requirens,
Incusesq; Deos,naturæq; abdita damnes.

Vetustate temporum mutari fontes, ac maria.

Sed nec perpetuæ sedes sunt fontibus vllæ,
Aeterni aut manant cursus. mutantur in æuum
Singula,& inceptum alternat natura tenorem.
Quodq; dies antiqua tulit,post auferet ipsa.
Hoc mare,quod nunc ingenti duo littora tractu
Europam,Lybiamq; secat.(non fabula)quondam
Tellus vna fuit. medio stetit æquore taurus
Insudans sulco,atq; attrito vomere fessus,
Nunc mersa tellure natat vento acta carina.
Vulcano sacra,& fumoso vertice anhelans
Insula Cyclopum horrisonis incudibus antrum,
Nulla olim. nunc nulla Elice Nonacria,vt illam
Fluctibus,iratoq; absorbuit æquore Nereus.
Aegyptum Casij soluens de rupe secabat
Nauta vagus. non dum vllum illi nomenq;,decusue
Sed pelago stagnante palus,vdæq; lacunæ.
Nunc regio & populos late fœcundat,& vrbes,
Pyramidum ostentans monumenta,& nomina Regum.

Situm terræ mutari, & terras ipsas renouari.

Quid mirum fontes, ſiccato & flumina curſu
Deſinere? aduenient luſtris properantibus ætas
Cum pelago emerget tellus noua, cum mare terris
Incumbens mole ingenti, ſimul oppida, & arces
Cultaq; ſub rapido ſecum feret hauſta profundo.
Nullus honos regum tumulis. Impune deorum
Templa ruent. Idem fluctus pecudumq; Iouemq;
Auratum affliget ſcopulo. exitium omnibus vnum,
Et clades vna abſumet iuueneſq;, ſeneſq;,
Matres, atq; viros, & corpora chara nepotum.
Nec natum complexa parens miſerabilis vdis
Proficiet lacrymis, clamantem, & acerba gementem
Cœruleus cano vortex abſorbet hiatu,
Et vota, & pictos ſecum feret vnda penateis,
Non vllæ vltra relliquiæ, aut monimenta manebunt.
Non rerum labor, aut operum vis edita cœlo.
Maieſtas ipſa ingenii, decora illa ſororum
Aonidum, confecta ſitu, atq; in nube iacebunt,
Cunctaq; ſub tenebris, & opaca nocte tegentur.
Parte alia exurgent immani corpore montes,
Et nigra primo cœlum caligine tingent
Fumoſis iuga verticibus, non dum aere aperto,
Nec ſicca tellure ſatis. Poſt tempore certo
Terra recens, cœlumq; nouum, noua littora, & vdi
Labentes paſſim lymphis crepitantibus amnes
Incipient præbere nouis alimenta colonis,
Paulatimq; nouus fato inſtaurabitur orbis.
Te quoq; vel iuuet ad finem veniſſe laborum
Vranie, licet & fontis leue murmur, & ipſæ
Spirarint placidæ Zephyris felicibus auræ.
Rura ſenem, vatemq; ſuum, ſua ad ocia felix
Parthenope vocat, & feſſo blanditur alumno.
Non hederæ, mea non lauri per tempora ſerpant.
Me ſat erit ſi cœruleo Sebethus ab amne
Intactæ ſalicis fluuiali munere donet,
Ac mihi pomiferis vacet Antiniana ſub hortis.

Finis.

EX VGONIS Senensis Consiliorum medicinaliũ Libro, Excerpta De Balneis.

De Menstruorum fluxu indebito, cum humiditatibus matricis, & cum doloribus in alcatim, & ventre, Cons. LXXXV.

IN Comitatu Patauino Balnea sunt, quæ Aponensia nuncupantur. iuxta quæ inueniuntur foramina emittẽtia fumũ. super quibus multæ mulieres iuerunt ad sedendum in scanno perforato. & earum matrices mirifice sunt mundificatæ. & stabant ibi cum vna trabacca coopertæ. & hæc conueniunt.

At, q̃m sępe accidit pruritus fortis matricis, oportet, si virtus cõstet, vt fiat phlebotomia de vena cõi, trahẽdo vnc. vj. sanguinis. & purgetur cũ vnc. viij. seri caprini, in quo parum bullierint foliorum senæ drach. ij. epithymi drach. ii. passularum vnc. j. salis drac. i. ʒ. & coletur. & capiatur in aurora. & potest inungi hoc vnguento fricando,

Recipe acaciæ
Hypo cisthidos
Rosarum
Sandalorum
Fecis aceti
Ana vnc. ʒ.
Olei rosari. q. s. ad incorporandum, & est vtile, si sumantur folia mentæ, & cortices granatorum. & leuiter excorticatæ decoquantur in vino & superponantur.
vel Recip. croci
Camphoræ
Ana scrop. ʒ.
Plumbi vsti scrop. i.
Baccarum lauri dra. ʒ. misc. fiat puluis subtilis. cõficiatur cum albumine oui, & oleo rosato, & aliquantulo vino, & imponatur.

Et quia purgatio, quæ fit cũ bal. Porrectæ purgat choleram, & phlegma, & melancholiam, & vniuersaliter ab omnibus membris corporis, & quando vtimur illa, debite multum facit: consilio meo bonum est, quando erit fortificata incipiat vti ista aqua hoc modo, q̃ quãdo debet eam capere, primo die mane in aurora ingrediatur tinam, in qua sit aqua dicti balnei calida caliditate bene tolerabili, ita tamen q̃ nõ ibi multũ sudet, & maneat ibi per mediam horam ita q̃ ante ortum solis egrediatur, & quiescat in lecto, quousque sit sicca. & post horam bibat primo libras. ii. illius aquę balnei calefactæ. dein ambulet leuiter per domum. inde ad quartam horæ aliam. tertio duas alias libras calidas. postea sedeat, vel leuiter ambulet. & expectet per tres horas eius operationem per sedem, vel per os, vel per sudorem. Si nõ operatur, faciat sibi clystere imponi ex eadem aqua sine alio adiuncto, & non sumat tamen plus illo die. expectet, quousque videatur sibi stomachus vacuus, dein prandeat pullum, vel carnem capreti coctã in eadẽ aqua. pro illa die quiescat: non amplius comedat. Sequẽti die balneetur mane quemadmodum in præcedenti. si non fuerit purgata, post balneum iterum faciat sibi clystere ex eadem aqua. postea quiescat, vel blande ambu-F let vsque ad horam prandii. postea prandeat, & solatietur. quiescat, cœnet, & hac die non capiat aquam balnei. Die tertio mane in aurora tempestiue ingrediatur balneum. ibi moretur per horę dimidium. postea egrediatur, & in lecto exiccetur bene, & post vnam horam exitus à balneo incipiat bibere aquã. & bibat lib. viij. in vna hora in quatuor vicibus, lib. ii. pro vice. Si operantur, bene est. sin minus, post quatuor horas fiat clystere, & seruetur ordo scriptus in prima die. non tamẽ plus bibendo, s. q̃ prandeat, & q̃ nõ comedat nisi semel in ista die. Die quarta balneet̃ bis de mane & sero. comedat bis in die. Die quinta balneetur mane. in quinque vicibus in hora vna sumat lib. x. aquę dictæ, lib. ii. pro vice, & nũquam in sequentibus diebus istam quantitatem transcẽdat. toties bibat istam aquã, q̃ saltem sex diebus, vel G octo in ea fuerit operata. Si inuenit operationem facilem in hac aqua, bonum est, q̃ in vltima die in qua sumit eam, toties bibat libr. ii. pro vice interponendo inter vnam vicem, & aliam, quartã partem horę, q̃ egerat aquam claram. Si debilitatur, aut difficile operatur, sufficit q̃ octo diebus capiat lib. x. istius aquæ interponendo semp̃ inter duos dies vnum diẽ in quo non capiat, & in quo balneetur. Postea quiescat per horam antequam bibat aquam. & post hos dies, quibus cepit aquã, seruet ordinem balnei per mensem. s. q̃ non bibat aliam aquam, miscendo. s. cum vino, aut per se. sed bibat vinum pauciferum purum, aut si potens fuerit, temperet cum aqua balnei. & non lauet manus cum alia aqua, nec alio mõ tangat. & per hunc mensem comedat carnes aut pullorũ, aut capretorũ paruorũ, fasianorũ, perdicũ, aut vitulorum lactentiũ, & castratorũ. dimittãtur aũt oẽs fructus, herbęq; per totum hunc mensem.

Eiusdem

Eiusdem, de aqua Porrectana, Consil. CIX.

AQuæ Porrectæ Bononiensis agri minera, manifestior, est baurach, seu salnitrum. sapore enim salsa est, styptica, aliquãtisper, habet & aliquid sulfuris, vtilitas enim aquæ prædictæ in passionibus phlegmaticis, viscosis, crassis est manifestior. sed quoniam experimento certum est, hanc aquam, quando bibitur, statim penetrare in venas: obseruandi sunt canones, dum sumitur. Quia vero baurach per se nõ valde soluit, bibitur aqua multa, antequam soluere queat. dum bibitur, cauendum ab aqua communi, ceu debilitante concoctricem. cauendũq; à concoctu difficilibus, vt bouum carne, salita, viscosis, pastilib. suillis carnibus. Id vero falsum est quod scripsit Thura Bononiensis, q. s. aquæ huius tanta ante cibũ debet bibi quãtitas, quousq; aqua, vel per virgam, vel per sedem, vomitum ve exeat, ita clara, vt fuit assumpta. error hic meo iudicio, causa est mortis hominum multorum. Verum tanta bibẽda est q rationabiliter debeat purgare hominem sufficientis tẽperiei valetudinisq;, sexties scilicet, aut septies. Debiliores tantam bibant, quæ bis, plus minus, aluum ducat. Aqua hæc sumpta sufficienti quantitate, si soluit, bene est: sin minus, fiant clysmata ex eadem. post clysteris emissionem tribus horis, parce comedat. Si aqua operatur sine clysmate, si homo non valde debilis est, ingrediatur in balneum, vt ea aquæ pars dissoluatur quæ in venas penetrauerit. stet horæ dimidiũ in lecto calido, tergeatur pannis calidis. & ad horæ dimidium induatur, ac prandeat. vbi prãdiũ concoxerit, si tibiæ videantur graues quoniam intrinsece aqua remansit, iterum ante cœnã balneum ingrediatur. post cęnam duabus horis dormitum eat. placide dormiat bene coopertus sex septemue horas. si sudat, tergeatur. caueatur frigus. Quiescat duos, vel tres dies, ob purgationẽ, debilis factus. deinde iterum incipiat mane aquam sumere, vt priore factum est die. seruentur canones prædicti. illis diebus quibus aquam non sumit, semel quotidie mane balneum ingrediatur per horæ dimidium. postea ingrediatur lectum calidum, tergeatur, exficcetur. comedat, bibat vt supra. Si aqua sumpta aluum non ducit vel vrinã per tres dies ad minus, fiat clysteres. deinde ingrediendum est balneum, in eoque dimidium horæ commorandum. ingrediatur lectum calidum, exficcetur. post tres dies iterum sumenda est aqua. nec ordo primi diei negligendus est. Porrectæ tantum temporis immorandum, quo

A vsque sexties, vel septies aqua bibatur. cibi sint faciles concoctu, vt caro pulli, & castrati. Non tangat aquam communem: venæ enim necdum bene mundificatæ sunt à balnei aqua. Hæc satis.

Eiusdem, De modo & ordine standi in balneo Sanctæ Helenæ, Consil. CX.

HIc nobilis dum erit in balneo, habeat mane beneficium ventris. dein balneum ingrediatur, primo in parte vbi est minus calidum, postea paulatim ad locum calidiorẽ accedat. ibi moretur, quousq; sentiat se incipere anxiari. tũc statim exeat è balneo. Ponatur in lecto. dormiat si potest, & sudet. postea bene tergeatur, quoad sudor cessat. surgat. paruum stet, & prandeat. Post prandium non dormiat, nisi transactis horis tribus. tunc, si cõsueuit dormire, dormiat capite bene eleuato, & non nisi per horam. in sero anteq̃

B cœnet si non habet ventris beneficium, communiter clysterizetur. emisso clysteri cœnet. post cęnam duabus horis dormitum vadat. secunda die faciat, vt in prima, sed potest plus stare in balneo. Sero ante cœnam, si sentiat bene concoxisse, Balneum ingrediatur. in eo stet quartam horæ partem. hac secunda die dum est in balneo, potest accipere aquam balnei super capitis anteriorẽ partem ab alto. Bene tergeatur, & exiccetur caput, antequam ad vomendum accedat. Non ingrediatur Balneũ nisi concoxerit præcedentẽ cibũ. In Balneo, non comedat, non bibat. post secundam diem ita situetur in Balneo, q aqua calida cadat à Balneo super doloris locum per bonum tpis spacium. Saltem tertio quoq. die clysterizetur clysteri cõi: ob ætatem. n. purgationibus vti non potest.

C Item Recip. pinguedinis anatis

Anseris

Ana vnc. ij.

Serapini

Opopanacis

Galbani.

Ana drach. ij.

Olei vulpini vnc. j. ss.

Dissoluantur gummi in vino. fiatq; vnguẽtum, quo doloris regio inungatur, quando post exitũ Balnei, à sudore sufficienter est abstersus.

Comedat carnes tenellas semper elixas, ouorumq; vitellos. temperate comedat. Vinũ sit rubeum aqua mixtum. tẽpus standi in Balneis erit, secundum quod videbitur suscipere iuuamentũ vsq; scilicet ad dies. xv.

Vgonis finis.

EX IOANNE DE SANcto Amando, De Balneis exceptum.

An Balneum competat ante exhibitionem medicinæ.

Væritur igitur de balneo, vtrũ competat ante exhibitionem medicinæ. & videtur ꝙ non. Corpora vbi quis vult purgare, oportet prius fluida facere: &, vbi repit natura, inde ducere oportet per conuenientem regionem. Ex his duobus habetur, ꝙ ante exhibitionem medicinæ, oportet purgare materiam & facilem facere ad currẽdum ad locum, per quem medicina eam debet euacuare. & hoc vult Auic. cum dicit, ꝙ ante vomitum, debent capi cibi pingues ad debilitãdum os stomachi, vnde materia melius recipiatur. sed balneũ attrahit materiam ad locum contrarium loco, per quem medicina euacuat humorem, cum ad extremã corporis trahat materiam, & medicina ad stomachum. ergo &c. oppositum vult Aui. fen. iiij. cap. v.

Iuxta hoc quæritur, vtrum eadem die competat, in qua datur medicina: videtur ꝙ non, secundum Gale. iij. Aphoris. qui dicit, ꝙ balneum & somnus impediunt medicinam à sua operatione: vnde non debent iniungi, nisi velimus medicinam impedire ab euacuatione. oppositũ ait Aui.

Tertio quærimus, vtrum post medicinã competat: & videtur, ꝙ non. quia post medicinã corpus non debet repleri illa humiditate, quæ per medicinam euacuatur. sed balneũ replet corpus humiditate accidentali, & illa per medicinam est euacuata, quia secundum Galenum supra illum Apho. Ad elleborum &c. aqua humectat corpus humiditate accidẽtali, balneum autem est aquã: ergo &c. Contrarium dicit Auic.

Iuxta hoc quæritur, in qua die magis competat. Hæc omnia soluta sunt, visis regulis de modo operandi prius. dico ergo ꝙ conuenit ante, & eadem die, & post. Ante, duplici de causa: quia corpora vbi quis vult purgare &c. & illa corpora, quæ debẽt præparari, sunt duo, s. corpora quæ habent euacuari: vt humores fiant labiles per venas facile, & membra, per quæ fit euacuatio, vt sint lenita, & per ea humores lubricent: & aperta vt pateat eis transitus, humores subtiliando: balneum etiã liquefaciendo fluere facit, etiam venas emollit: ideo conuenit aliquãdo per tres dies ante medicinam. Vnde Aui. in. j. cap. dicto. qui debet per medicinam solui, balneum est intraturus ante solutionem, quia est præparãs corpora, nisi aliquid prohibeat: & quod illud est, vt vulnera, apostemata, & hydrops. tunc enim non competit, nec in morbis humidis humiditate accidentali: quia per balneum plus multiplicatur.

Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ, licet balneum in hora balneandi trahat materiam ad exteriora, quia humores liquefactos facit per corpus fluere, post balneum reuertuntur ad interiora. & hoc etiam, vt dictum est, membra præparat vt possit materiæ fluere per ea, & medicina in balneo non debet dari, licet ego dederim in vno casu, scilicet cuidam dominæ, quæ habebat melancholiam, & nolebat accipere medicinã: feci eam initiare balneum, & mitigata fuit, & libenter accepit, deinde feci eam statim à balneo auferri, & post longum tempus ipsa fuit curata.

E Ad secundam quæstionem respõdeo & dico, ꝙ balneũ habet duas facere operationes, vel tres. prima extrahere materiam ad exteriora. secunda stringere ventrem, per hoc ꝙ illa materiam trahit ad exteriora, et tale est vehementis caliditatis. Tertia operatio est calefacere, non tamẽ fortiter. dico ergo ꝙ in tempore calido non conuenit intrare balneũ, in hora solutionis, neq; in die, quia traheret materiam et medicinam ad exteriora, et tu arguis ꝙ per hoc ventrem stringit. Sed in tempore frigido, & in hyeme antequã medicina moueat, confert balneum: non ꝙ tale sit attrahẽs, sed solum cõmouens materiam, & meatus aperiens. Istis duobus indigent humores frigidi, cum crassi sint, & meatus sint stricti per aeris, aut temporis frigiditatem, indigẽt apertione. propter quod

F non euacuarentur de facili, nisi mouerentur, & meatus aperirentur. Vnde Auic. Non intret quis balneum post medicinam ꝙ attrahit: ingredi tamen potest primam casam, id est tinam aquæ calidæ: balneum bonum est, & id fit ad molliendum.

Ad tertiam questionem dicẽdum, ꝙ post medicinam conuenit balneum, vel æqualitas, vt stufa. & hoc propter duo. Vnum est vt membra per medicinam fatigata, per balneum confortentur. Secũda causa vt fumi subcutanei per medicinam eleuati, sã materia mala, & à medicina euaporentur. Ad argumentum dicẽdum, ꝙ balneum non replet venas & poros. ideo non remanet diu humiditas illa accidentalis q̃ inducit, sed per sudorem soluitur. adhuc cõuenit, ꝙ membra sunt per medicinam desiccata.

Ad quartam quæstionem dicendum est, ꝙ debet fieri balneum ante medicinam per tres dies. post medicinam vero in die sequenti, secundum Auic.

Aui.dum tamen virtus sit fortis.

Vltimum quæritur vtrum stufa melius sit q̃ balneum post medicinam. Dico q̃ si corpus sit vacuatum à cholera, aut à melancholia, & sit illud corpus rarum, competit Balneum.s. aquæ calidæ ad humectandum, quia tale corpus est valde desiccatum per medicinam, cum esset sua natura siccum. & quia corpus est rarum, Balneum sufficit ad euaporandum fumos. sed si vacuamus humores humidos, aut corpus non sit extenuatũ sed pingue, & solidum, & vacuata est materia frigida. tunc stufæ, quia fortiores, & desiccantes, meliores sunt, quia tale corpus non indiget tanta humectatione, sicut primum, sed magis desiccatione, ergo &c.

Io. de Sancto Amando finis.

EX TVRRISANI Plusq̃ comm. in Microtechnes Gal. librum tertium, Commẽ. LXXXI. Balneãdi Canones.

Vdoribus sæpe vtimur, tam Balneis q̃ exercitijs prouocãtes illos, maxime cũ humores purgãdi fuerit propè cutim. Sunt aũt, & Canones circa balneum, s. q̃ oportet ne exercitatus velociter ad Bal. pgat, anteq̃ quiescat, neq̃ post cibum, ob timorem oppilationis. & q̃ casus Balnei secundum ordinem ingredi debet, vt non deueniat in locum fortis caloris subito. & hoc eodem ordine exire, vt gradatim regrediatur in locum frigidum, & q̃ in pauimentum est aqua effundenda, vt fiat aer vaporosus, & facilius prouocans sudorem. & q̃ fricandus est in principio, vt facilius aperiantur pori cutis, & eliquetur humiditas educenda, & in fine abluendus cum aqua calida ad abstersionem, & lubricationem sudoris. Et q̃ in exitu ex Balneo cooperiẽdus est pannis, neq̃ caput est discooperiendum. quoniã apertis poris frigus penetrat in profundum, & incurrunt catarrhos, & coryzas. In exitu quoque cauẽdum est, ne potum frigidum actu bibat, aut etiam in ipso Balneo. quoniam apertis existentibus corporis poris, frigiditas festinat ad membra principalia, & ipsorum corrumpit virtutes. Cauendum etiam est à potibus vehementis caliditatis, & præcipuè ab aqua calida, quoniam cito penetrat ad mẽbra principalia, & accidit inde phthisis, & hectica, & eiusmodi omnia, q̃ circa hæc & alia scripta sunt è medicorum cętu. hoc satis.

Turrisani finis.

EX CONCILIATORIS Petri Aponensis Differentiarum Libro, differẽtia. CXXVIII.

Vòd Balneum non competat post purgationem, ostenditur quia prima quarti, post medicinam nõ ingrediatur aliquis Balneum, quoniam trahit ad exteriora materias, & neq; bonum est, nisi ratiõe strictionis ventris, in quam opinionem descẽdit Mesue simplicium primo. Rursus, nõ est facienda tractio in diuersum. vna enim reliquam impedit, & peruertetur natura. sed huiusmodi occurrit hic tractio. B quoniam pharmacum trahit de circunstantijs ad centrum: Balneũ vero contra. Oppositum scribitur prima quarti. Illud cõpetit post euacuationem, quod potest educere, quod medicina per distantiam non potuit, qualia sunt, quæ cuti viciná tur distantia: huius naturæ est Balneum, cũ euacuet soluni, quæ secundum cutem: apho. tertia & quod membrorum inflammationem, consumptionem, & laxitudinem tollit: Almã. 4. & quietat; competit post purgationem cum corpus istis remaneat affectum: hoc autẽ Balneũ complet debite commensuratum. refrigerat, et à mẽbris cõtemperando humores, & superfluitates expirare facit. Item Balneum solutionem amputat laxatiui medicaminis. igitur Balneum post purgationem confert supreme.

Propter primum sciendum, q̃ Balneum est C corpus subtile, vel liquidum corpori circunferẽtialiter occurrens, ipsius immutatiuum. Balnei quoque nomen assimilatum est à βαλανειον. Balneum autem est multiplex, ceu notificatio eius insinuat. Quoddam est aereum, quod tangitur per id quod dictum est subtile quod proprius dicitur Balneum. Aliud aqueum, verius dictum lauacrum dulce. Interdum quis vtitur solo aere pro Balneo, vt therma, vel alia stufa. ĩterdum vtitur aqua dulci, corpus in eam infundendo, vel ipsam super se proijciendo. Horum aliud calidum, aliud frigidum. quandoq; vtitur his ambobus, vt euenit multoties in thermis. vnde. x. ingen. secundum hoc quatuor distiguit Balnei partes, prima est aer calidus, secũda ingressus in calidam, tertia exitus in frigidam. quarta sudoris abstersio. Amplius Balneum diuersificatur, quia quoddam est simplex, vt duo prædicta. aliud compositum, qđ duplex est etiam. aliud naturaliter est tale vt sulfureum,

fureum, piceum, aluminosum, & huiusmodi. aliud arte construitur, ceu quando herbæ, frondes, & huiusmodi calidæ, vel frigidę in aqua decoquuntur balnei, vel in aere prosternuntur ipsius secundum vtilitatem à medico intentam. Balneum tripliciter variatur. aeris causa secundũ quod fuerit calidus, frigidus vel medius, diuersos inducens effectus. aut ex parte, vt dictum est, aquæ. vel causa qualitatis vtendi, quoniam quidam eo vtuntur cum frictione simplici. alij cum frictione oleorum. alij cum frictione farinæ granorum, & aliorum, secundum quod videtur magis expedire ad eorum intentiones. Ait Halyab. Balnei sunt tres aeres. primę Domus aer, & est tepidus, nil in corpus inducens caloris. secundus secundæ calore medius, corpus aliquo calefaciens calore, & quadam dissoluẽs dissolutione. tertius q tertiæ, vehementer corpora calefaciens, plurimasq; dissoluit superfluitates, & à corpore euacuat. distiguitur etiam balneum triplex. quoniã quoddam præparatiuum ad euacuationem, vnde secũdo practicę: velociter sumere laxatiuum, prius opus est corpus aptare suum, vtendo anteq̃ accipiat, duobus, aut tribus diebus balneo temperati caloris, & suauis aquę superfusione tepidę fit per corpus. Quare prima quarti. Balneum quoq; ingredi, antequam ventris solutio fiat aliquantis diebus est ex eis quæ bene præparant, ni aliquid prohibeat. ideo præcipitur phlebotomandos, & ventosandos habẽtes sanguinem grossum, prius balneari. Oportet tamẽ, vt inter balneum, & haustum medicinæ sit parum temporis. Est & aliud balneum prohibitiuum, sicut in hora operatiõis cathartici administratum, cum eius sit actio in diuersa cathartici actioni, & ipsius distractio, nisi effrenitat illa. quoddam vero est perficiẽs, vt qđ secũdum quosdam administratur cessante actione cathartici. resoluit.n. quod non potuit educere medicinam. Quid autem purgatio, differentia. CXXV. ostensum est cum alijs.

Propter secundum sciendum q̃ Aui. & Mes. videntur sibi vtcunq; in hoc aduersari quæsito. primi nãq; scribitur quarta. Ille qui medicinam solutiuam bibit secunda die balneum est intraturus. quia si aliquid ex humoribus ipsius fuerit relictum, balneum mundare poterit. Iste quidem communis est modus practicantium. præcipiendum si firma est virtus, secunda die post purgationem balneum ingrediendum. Mesue de pharmacijs nullum vult balneare post pharmacum, nisi illum in quo effrenitet medicinæ actio. quare secundo practicæ. Qđ si in aliquo superabundat intãtum solutio, vt defectus etiam timeatur

D virtutis, hunc balneo introduc, & aquam superfunde calidam, & maxime pedibus, & manibus. Et in hoc concidit Mes. repellens illos q præcipiunt frigidis, & stypticis tales balneari aquis. Ignorantes quoniam poros coarctant, & medicinas, & fumos interius conuertunt, vnde causa crescit ad fluxum. ideo visum non parum epithema ex frigidis, stypticis super ventrem positũ fluxum augmentare, & sanguinem etiam ad fluxũ incitare. quare raro confert, nisi in corporibus impuris. imo debet esse intentio dilatare poros, & ad exteriora trahere, et proprie quãdo balneum fuerit ex aquis dulcibus, in quibus decoquantur poros aperiẽtia, vt chamæmilla, absinthium, sampsucus, folia citri, & huiusmodi. in hoc non parũ conferunt frictiones, & sudores prouocari. Vulgares, & arte imperitiores balneant communi-
E ter tam illos, in quibus non superfluit pharmaci actus, quàm illos, in quibus effrenitauit. Quorũ error ostenditur primum, quia balneum ad exteriora trahit: medicina vero ad interiora. propter quod humores debentes à medicina trahi ad interiora, actione balnei trahentis ad contrariũ ad exteriora non poterunt euacuari, sed remanentes in partibus moti, & non educti nocent illis. Fatigatur etiam virtus, & dissoluitur propter attractionem simul in partes stringentem oppositas, cum in tali motu scissionem oporteat interuenire. propterea aphor. 4. inhibetur, ne pharmaca detur ante canem, & sub cane. Item praua est illa eductio, quando fit transitus materiæ super nobilia membra, differ. 197. sed per balneum materia mota in extrinseca transmittitur ab ignobilibus per nobilia ad ignobile: vt à ventre ad cu-
F tis superficiem per nobilia in medio horum sita. Rursus materia melius ex propinquioribus ducitur vijs, & ductibus: & maxime consuetis p quos est euacuare naturæ. vnde aphor. prima. oportet ducere vnde repetit natura, per conuenientia loca. Adhuc propter talem actionem contrariam materia ineuacuata oppilationes gignit in vijs, aut in cutẽ educta defœdationes in ipsa. Itaq; Balneum post medicinam non congruit, nisi quãdo pharmacum effrenitat. tuncq; ad constringendũ suuat ventrem. Concedit tamen Auic. q sibi videtur dissonus in hoc quæsito, q post medicinæ sumptionem immediate non sit timendum primam casam balnei intrare, & proprie tẽpore frigidiori modo tali, ne calor sit vllo modo impediens ad attrahendum: quoniam frigus intẽsum lædit effectum medicinæ.

Propter tertium scias, q virtus balnei, aut est fortis, aut imbecillis prostrata, qua ente cessandum

dum à balneo. nam cum virtus sit dissoluta, spiritusq; resoluti, & corpus consumptum, balneúq; ista augeat, eidem parcendum: ne virtus eo dissoluatur. vnde in marasmo prohibetur balneũ summe imbecilli virtute. & si res postulat, ne mors contingat, sicut euenit medico balneanti adolescẽtem. prognost. primo. Si vigor constiterit, tũc aut pharmacum effrenitat. & sic apud omnes balneãdum, non quidem cum frigidis, stypticis, sed calidis, temperatis, aperitiuis, vel non effrenitat: quia aut cessauit motus & agitatio medicinæ, aut minime. Quòd si primum est sufficienter purgatus cum omni conferentia, aut imperfecte: nam quod prius & præcipue si fuerit ex illis qui nec diligit balneum, nec consuetus, non oportet hunc post purgationem balneo inquietare, cum potius inde nocumentum habiturus sit. Aliquando tamen hos balneant ambitiosi, vt videãtur aliquid diligentius agere, forte inde sperantes ampliora suscipe. Si inueneris immissum in balneum post medicinam æstuationem in ipso pati, cum tolle. non enim medicina inuenit egentia resolutione. Si motus cessauerit humorũ & agitatio cathartici, & ipse sufficienter nõ fuerit purgatus, nec omnis rationabiliter consecuta sit conferentia, & si balneum diligit, hic secũda die post medicinam balneetur, & maxime in eius fine, & forte die tertia, vt agitatio sit omnis quieta, & maxime quando quis vacuatur materiebus difficilis eductiõis, aut quia sunt inuiscatę, remotæ, vt in iũcturis: aut quia sunt versus extrinseca delatæ, & ꝓprie quando corpora fuerit pinguia compacta. In his enim vis pharmaci non potuit ad extra corpus perueni re omnino. Quod innuit Auice. dicens: Si videris ꝙ balneum sit ei sapidum, & in ipso delectetur: signum est ꝙ balneũ ipsum ab eo, quod relictũ est mundificat: eum ergo dimitte in eo. Et fulcitur. nam post vniuersalem purgationẽ, cum corpus non fuerit per omne purgatum, particularis debet subsequi purgatio. Huiusmodi est quę est per balneum euacuatiuũ materiarũ cuti vicinarum. ait Gale. euacuatio facta per exercitium & balnei humorum est subtiliũ, qui ad cutis perueniũt partes, & parati sunt egressui. Amplius corpora redduntur pharmaco exiccata & superfluis, maximo secũdum exteriora humectata, cum plures etiam fumi in actu pharmaci à centro tendant ad circũferentiam refracti. Sed balneum habet eiusmodi mouere, quia exiccata humectat, & humectata exiccat secundum dispositiones differentes, cum debite fuerit administratũ. vnde de tabe. Mirabile hoc balneis inest calidis cõferre siccitatibus & frigidis, vt & siticulosos non siticulosos reddit:

A insiticulosos, siticulosos. & velut fere vinum operatur, vt in problem. xxx. & in diætis particularibus. Quare Damascenus: Balnea non sunt nobis necessaria, supple tantum ad refrigerandum calidum, vel ad calefaciendum frigidum, sed vt dissoluant & sudare faciãt, desiccent & humectent. Inquit etiam, ꝙ balneatio post purgationẽ competit in hoc casu. Et huic protestui nil Mesuę derogant inducta, cum humores sint interiores purgati & quieti, nec moueantur ad cutem de ignobilibus per nobilia, neq; euacuatur, nisi vnde repetit natura. Neq; etiam cutis inficitur, at potius depuratur, cum ipsius deducantur superflua.

Circa prædicta dubitatur, quia non solum videtur balneãdum secunda die imo etiam eadem. Nam tertio. xxij. Expedit qui vult sumere medicinam, vt sumo mane sumat, quæ tardet cibum, B deinde sumat post horas tres. xx. aur. panis cum vino & aqua pauca, & post sex horas ingrediatur balneum, & egrediatur. Dicendum, ꝙ Auice. loquitur in cura doloris iuncturarum, cum medicina ventris in principio lenitiua & non solutiua, vt naturæ sic vniuersaliter acquirantur lenitas & mollities: & maxime, quando hæc materia fuerit sicca. Dicit etiam ꝙ balneum ingrediatur & egrediatur mox, supple. ne medicina exagitetur inde. Si autem medicina sit in actu purgationis, & materia in fluxu, nec de ipsiũs timeamus effrentatione, non est balneandum. Sicut quẽdam regẽ Boemiæ pharmaco sibi tradito in balneo reperi ascellationibus quibusdam. Et id voluit Auic. ꝙ post medicinam per modicum tempus assumptam, nõ ingrediatur aliquis balneum, cum materiam trahat ad exteriora. Et secundum hunc præcipue intellectum Mesuæ rationes procedunt.

C Propter quartum ad Aui. & Mes. primo quid dicendum apparuit. Ad aliud dicendum, ꝙ non est facienda tractio in diuersas partes, quando medicina adhuc euacuat, nisi vt dictum, actio effrenitet medicinæ. Ad aliud dicendum, ꝙ verum esset, si medicina, & balneũ educerent per eandem viam. sed ostẽsum est, ꝙ per diuersas. nã balneum cutem tangit, non autem pharmacum. nam magis potest operari eo. Ad aliud dico ꝙ non est inconueniens idem pluribus modis curari non eadem ratiõe sumptis. Somnus enim curat fluxum medicinæ superfluę, quia trahit à circunferentijs ad centrum, motum fluxui causando cõtrarium, & virtutem confortando, & calorem naturalem aggregando, & vigorosum reddendo in fumorũ medicinæ dissolutionẽ. Adhuc licet in facto esse, somni accidat quies: in fieri tamen ipsius, quando calor mouetur ad intra interuenit motus. Balnea sistunt

ſiſtunt fluxum & fumos medicinæ in cõtrarium D
trahendo & eos reſoluendo. cum pororum edu-
cantur apertione, ita vt ſomnus & balneum tra-
hant influxus oppoſitum q̃q̃ modo differẽti. Ad
aliud dicẽdum, ꝙ ſi pharmacati ſint debilitati vel
exiccati, ſeu vehementer inaniti: non tamẽ vt di-
ctum, docet eos balneari: niſi viribus reſumptis et
habitu corporis, vellemus eos tanquam conuale
ſcentes ad meliora reducere per humectãtia quę-
cunq;, neq; omnia balnea fiunt reſolutiua, ſed plu
rima humectantia. partis autem alterius arguta,
verum includunt ſub intellectu relata.

Differentia.173.

QVòd balneum nõ competat in febribus,
oſtenditur à Philipppo. 10. de ingenio.
Adhuc balneum aut erit calidũ, vel fri-
gidum. calidum nõ competit, ꝙ dyſcraſiam febri
lem auget. Neq; frigidum, cũ ſui frigiditate mem E
bra percutiat, & oppilationem putredinis cauſet
inductiuam. & per conſequẽs nec tepidum, cum
ſit remollitiuum. mediumq; calidi & frigidi natu
ram ſapiens exteriorũ. Item balneum petitur pro
pter humectare, vel ob euaporationem, ſeu reſo-
lutionem. non quidem prout primum. quoniam
aqua neq; bibita, neq; extrorſum accedens hume
ctare apta nata eſt ſolidas animalis partes. neque
euaporat, ſeu reſoluit, ſed magis attrahens ad ex-
tra obſtruit & oppilat. Amplius de inge. 10. Bal-
neũ notabiliſſimũ eſt his qui repletionem habẽt
ad vaſa, vel ad virtutem. Sed has vel alterã ſolum
puta quoad virtutem, omnes videntur febricitan
tes habere, cum eorũ virtus ſenſibiliter lædatur.
Item humor phlegmaticus nõ reſoluitur per bal-
neum, cum ſit groſſus & viſcoſus, & per conſe-
quens melãcholicus minus. cholericus autem in- F
flammatus amplius illo; ebullit enim ſecundùm
Gale. ex balneo in corpore. talibus autẽ non com-
petit. Rurſus ꝙ humores quietos mouet, & præ-
parat putrefactionẽ ad membra etiam debilia de
clinare faciens, & ſic apoſtemans, non competit
in febribus. tale quidem eſt balneum prima tertij.
ergo balneum non competit in febribus.

In contrarium cõmuniter ſunt medici præci-
pientes in febribus acutis etiam balneari. vnde 3.
re. acu. Iuuantius eſt in peripneumonia q̃ in acu-
tis balneum. Cum ergo comparatiuũ poſitiuum
derelinquat, iuuatiuum ſimiliter in febribus erit
acutis. Palin. ꝙ aperit poros corporis & male reſi
ſtit complexioni, confert in febribus. huiuſmodi
vero eſt Eucratę balneum aquæ. ergo balneum
iuuat in febribus.

Ad primum ſciendum quid ſit balneũ & mo-
di eius, differẽtia viſum. 128. ſimiliter quid ſit feb.
& quæ reliqua. 87.

Ad ſecundum ſciendum, ꝙ quidam medico-
rum Philippus introductus. 10. de inge. Balneum
in hecticis prohibet. Motiuum forte habẽs ex ali-
quo paruo effectu balnei indebite adminiſtrati ſi
bi occurrente, vel ratione concitatus, vt ꝙ calidũ
dyſcraſiam auget febrilem. quod frigidũ eſt par-
tes debilitat & mortificat, vel quia balneabat in-
caute, puta cum adeſſet putredo, vel apoſtema,
volebat balneare vt cæteros. Adhuc balneũ non
ſolum calidum eſt aut frigidum. ſed horum me-
dium, vt tepidum. quod et malę cõplexioni oppo
nitur febrili, membra quaſi refrigerans & hume-
ctans, conſumptionem prohibens radicalis humi
di. Hoc etiam frigidum nocet, cum calidum pro-
ceſſerit, vt apparebit ex dicendis. Gale. ad Glau.
indifferenter quaſi concedit balneum. ille enim
liber etſi eiuſdem, raro tamẽ inuenio ſeipſum ibi
dem in alijs locis ſermonem ipſius allegare.

Ad tertium ſcias, cum tria ſint genera febriũ,
balnea cõmuniter laudantur in ephemeris & ma
xime in contingentibus à cauſa manifeſta, & pro
prie quando iam declinent. Vnde. 8. de inge. Du-
cere ad balnea oportet omnes in declinatiõe poſt
paroxyſmum. qui tamen febriunt à furore, triſti-
tia, vigilia, ſolicitudine, nec balneis indigent, nec
frictionibus multis. quare quarti prima. Concedi
tur in ephemeris balneum, cum earum paroxyſ-
mus cõſumitur propter accidentia, de quibus eſt
humectatio, ſudatio, pororum rarificatio, infrigi
datio in quieta diſpoſitione & prohibetur, vbi ca
ſus timetur putredinis. Non oportet vt balneum
vitet, niſi ephemerans ex oppilatione, ꝙ balnea-
tio ægritudinem generat putridam, & ſimiliter
qui patitur ex ſatietate nauſeatiua. vnde. 8. de in-
ge. Balneari concedit in ea, ſi certiſſime infebriẽs
fuerit. & qui etiam patitur ephemeram ex bubo-
ne. In his enim timendum, ne balneo cõcitati hu
mores in putredinem decidãt: Signum autem ꝙ
non oportet eos balneare, aduentus eſt rigoris in
ipſo. Quòd autem balneum ſic competat in ephe
meris apparet. rarificat enim cutem, ſpiritus con-
tẽperat, fortificat, reddens ipſos ad expulſionem
aptos vaporis capnoſi. & cum hoc materiam non
concitat humoralem, cum nõ ſit parata, vt his in
quibus contingit putreſcere. In his enim veren-
dum. neq; balnei aqua oppilãtur pori, ſed potius
aperiuntur exoppilati, tum propter calidum, cu-
ius eſt aperire, tum etiam ob ſpiritum qui intrat
purificans & viam faciens, ꝙ extraneum ſpiritus
impellit ad extra. Etiã oportet hos magis omnes
in aqua balnei, q̃ in aere ipſius immorari, ni febri
citarint ex cutis ſoliditate. his nanq; vt aperiãtur

pori

pori conuenit, vt prolongent moram in aere balnei, donec sudet. Hectici vero, & hectici de senectute oportet indifferentius per se balneare sicut ferè omnes præter Philippum testantur. Modus balneationis horum notatus est sufficienter, de inge. x. & de Marasmo & quarti prima. oportet enim eos in aere balnei modicum consimiliter plurimis ephemerizantibus commorari, plurimum vero in aqua: oportetq; primo hos in calida aqua mista, demum in frigida, vt pori stringantur aperti, & humidum aqueum remaneat in eis. Expedit interdum in aquam proijcere frigidã, & maxime quando iam tabidi facti sunt, & incurabiles. his enim in hecticam traducũtur senectutis, & ipsis vitæ additur prius celeriter relictis morituris. Balneum hecticis præ alijs competit, cum temperet eorum calidum febrilem, & humectat, maxime præparans cibum ad distributionem per corpus. Nec timendum est hic fluxus materiæ, vt in alijs, ad loca, & vniuersaliter cum omnis cura perficiatur contrarietate. & aqua sui oppositione febri huic cum reliquis iuuamentis conuenit non parum, & non solum se briẽtibus, sed omnibus communiter extenuatis. quare antiqui maxime soliciti fuerunt in regimine balnei. Si dicatur balneum non hic cõferre, quoniam est de euacuantibus, resoluentibus: dicendum ꝙ balneum multiplex est. non enim hic balneum euacuatiuum, resolutiuum quæritur, sed magis humectatiuũ, & repletiuum, quale qđ aquæ dulcis est eucratæ, & mensuratæ in calore, & frigore. Febricitantes quoq; febre putrida, si quidem fuerit cum apostemate maxime timendum balneari, fortasse modo quocũq;. balneum enim materias excitat, & ad locum debilem apostematum reducit. quod demum fit causa maioris febris, & periculi. vnde Auicẽ. in his febribus non cõceditur potus aquæ frigidæ nec introitus balnei. qui si forte competat erit extraneum, et per accidens, vt ad doloris mitigationem, quod tamen non aggrediendum nisi materia fuerit digesta. 3. re acu. & tunc videtur non hac intẽtione conferre, cum dolor iam sedetur: circa enim generationem saniei dolores, & feb. amplius fiunt, ꝙ facta sanie. vnde. 10. de inge. phlegmones propter balneum augentur. Effunduntur enim humores à calido tendunt, vasorum tunicæ, virtus etiam ipsa male patitur. 3. regi. acu. ponitur balneum conferre in feb. adurentibus, in quibus nõ est apostema calidum nec aliquod factum à cholera citrina tantum, quoniam ebullit in corpore. Si febris putrida fuerit simplex, tunc aut erit in declinatione materia iam digesta, & ita commu-

A niter præcipitur balneum propter intentionem aperiẽdi pororum angustiam, & materiã euacuãdam: totum enim corpus euacuat per cutem. Similiter humectat sui aqua, & contemperat. In hoc tempore Gal. 2. curatiuæ concedit febricitantes balneãdos, & rarefactiuis vti pharmacijs, vel aquam frigidam, aut bibere vinum, quando viderimus cognitiones eorum quæ digerũtur. sub densq; demum, corpus quando trãspirauerit moderate, balneum non paruam facit vtilitatẽ, vniuersim ex ipso vacuãs lucernosas, fumosas superfluitates, quando modo non fuerit ꝙ viscerum imbecillitatum horrorem faciat incurrere, tres enim oportet in omnibus feb. in balneo intentiones habere. vnam si absq; horrore contingat, eo enim febris generatur, & augetur. aliam si particularum nulla imbecillis permaneat pricipaliũ.
B in eam namq; humores recipiuntur balneo effusi. tertiã ꝙ multitudo humorum crudorum nõ sit. secundum primas venas. Ibidem. Quando declinat ægritudo, non est tunc introitus balnei ante cibum malus. 7. vero colliget: Scias ꝙ balneum in feb. declinatione collaudatur, quoniam superfluitates vacuat. in principijs vero non. quia rigores habet prouocare, & dissoluit humores, multiplicatq; oppilatiões, & superfluitates per corpus dispergit omne, & non est tutum, quin inde proueniat apostema in pricipe parte. q̃uis. n. humidũ euacuat, caliditatem febris multiplicat, et siccitatem. Si materia fuerit indigesta, tunc aut balneum quæritur propter humectare, aut euacuare, ac resoluere: & propter secundum quidem iã apparet non debere fieri balneum. Multa. n. adducit incõmoda. vnde breuiarij sexto, Caueatur
C ne balneetur ante digestionem. quoniam quãdo facimus id, attrahimus tres malas res. quia effunditur materia, qua generatur oppilatio, & putredo. & quia materia retẽta, & putrefacta in membro vno, quando calefit, effũnditur, & permiscetur cum humiditate alia non putrefacta. permistio ergo fit benigni cum maligno, & per consequens corruptio amplior redditur, & feb. & quia balneo resoluitur quod subtile, remanetq; grossum. vnde prima quarti Balneum facit descendere humorem indigestum, qꝫ effunditur ad locum putredinis, & permiscet humorem malum cum putredine, & resoluit subtile, & facit remanere spissum. & quia talia magis accidunt in principio morbi, inquit Oribas. Nõ est bonum ab initio lauari in balneis, sed quando iam digestio apparet. Si sit intẽtio balnei humectatio, & calefactio quãdoq; moderata, sic videtur etiã ante materię digestionem balneum cõcedi. nam de illis, quibus fit iuuamen-

iuuamentum est sessio in aqua calida dulci añ cibū omni die, & balneatio quæ humectat, & non facit sudare, nec excitat caliditatē, sed huic videtur ex tertio practicæ aduersari de curā melācholiæ ita. nō omnino vti oportet hoc in feb. bal. nisi qñ status aduenerit, & declinatio cœperit: est nanque balnei humores euacuare subtiles. Dicendū, q balneum vt dudum apparuit est duplex, tū humectatiuum temperate calefactiuū, & tale materia etiam indigesta competit in quartana, cū humor sit frigidus siccus, & non paratus, vt pluries balneo concitari, & effundi. est & balneum concitatiuum humorum, euacuatiuum, resolutiuū, qđ voluit non competere Haly. ibidem. Notādū euitandum balneum in febribus syncop. hum. n. de inge. ei contrarijssima sunt balnea. ideo neq; balneare congruum, cum adsit virtutis debilitas balnei prohibitiua. vnde. 3. acu: balneum neq; de fectis conuenit. Nosce balnei operationem, vt visum non parum diuersificari, ratione cōsuetudinis ipsius, & amoris ad illud. Græci enim, & Arabes vsq; hodie magis videntur latinis delectari, si bis consuetudinem fecisse. ob id magis iuuātur inde, cum debite aduenerit. minus læduntur, cū inconuenienter occurrerit. Humores amplius balneo concitati in apostemata deueniunt. ideo hæsito non tantum in febris declinatione, sed et post cessationem non parum balneare.

Ad quartum, ad auctoritatem Philippi dico per interemptionem. potius enim accusatur is, q̃ auctoritatibus redditur. Ad aliud dicendum q non solum balneum est calidū, & frigidum, imo et temperatum. Adhuc etiam calidum confert, vt ostensum suo tempore poros aperiēdo, & materias euacuando. similiter et sua hora, & dispositione cōpetit frigidum. Vnde Gal. 2. therapeu. si quis fuerit iuuenis fortis, bene carnosus, complexio calida, & sicca si in piscinam natatoriā immiseris frigidam, mox sudat, & venter quibusdam ipsorum egessit cholerica. Frigidum itaq; in hoc schemate membra non percutit, neq; mortificat, imo potius ipsa congregat, & solatur. medium et licet sapiat extremorum naturas, non tamen eorum habet operationem omnino, cum ea participet incomplete. Ad aliud dicendum q balneum habet humectare, & vniuersaliter aqua exterius applicata. vnde. 2. j. Neq; attēde verba illius dicētis q aqua nō humectat interiora, qñ bibitur membra, vel ei obuiant. sciendum q humectatio duplex. vera, quæ est alicuius conuersio, est propria forma in corporis naturam, & ita proprie humectare dicuntur, quæ verius alimenta, quod bal. asserit. vnde cum huius humectare sit, tanq̃ nutrire, aqua vero simplex non taliter humectabit, cū nullum nutriat simplicium. Est & alia humectatio quæ est quædam irroratio, & ita simplex, & omne humidum habet humectare. Similiter neque ad balnei resolutionem sequitur attractio, et oppilatio cum corpus fuerit iam purificatū, materiaq; digesta. Ad aliud dic. q habentes repletionem ad vasa, non sunt balneandi, ni prius educatur ea, imo periculum imminet suffocationis, neque habent repletionem quoad virtutem infirmantes quidam, quia materia est iam digesta, & corpus rarificatum: licet quidam effectus adhuc remāserit repletionis virtualis. vnde ipsa ente cū sua causa non est balneandum: causa expulsa, vel in via per bal. expellendi, potest aliquis balneari.

E Ad aliud dicendum q humor phlegmaticus, aut melācholicus non resoluitur per balneū in principijs ægritudinum, sed in declinatione quando fuerit subtiliatus: neq; tunc cholera inflāmatur: imo magis ipsa digesta refrenatur ab ipsius acuitate mulcebri, & eucrata caliditate aquæ, & per poros inducitur manifestos. Ad aliud dic. q balneum prædicta operatur ante materiæ digestionem, non autem post ipsam. ideo tunc prohibendum, non autem nunc, vt & rationes partis aduersæ ostendunt. propter th Hip. simpliciter proferentem, balneandum in peripneumonia, pleuritide, & excretionis, & mitigationis doloris causa: id non absolute fiat, sed post materiæ digestionem, eiusq; deductionem. vnde Comm. ibidem. Hipp. inquit q balneum sedat dolo. & maturat, quod excreari necesse est per sputum, sed manife-

F stum q oportet vti aris balneo post euacuationem corporis. Item nosce, q balneum vniuersaliter si ante euacuationem administratur corporis, attrahit ad loca quæ sunt sub hypochondrijs materias, quæ si post, adiuuat ad maturationem.

Nam cum calidis balneis non fit securitas ad cursum humorum ad pulmonē, cor, cerebrū. Frigida vero digestionē prohibet, & oppilationem auget.

Conciliatoris finis.

EX CHRISTOPHORI Barzizij Bergomatis Practica medicinali, De Balneis excerpta.

De Balneo tertia primi, doctrina tertia capitu. quinto. Quia balneum cadit frequenter in consideratione medici, & supplet vices exercitij, & fricationis: ideo sumuntur canones ex Auicenna capitulo suprascripto.

Balneum administratur, aut propter resolutionem fiendam, & caloris confortationem, aut ad humectationem, vt balneum dulce: patet in principio capitis: Huic autem homini &c. B

Omnes balneandi ingredi debẽt casas, seu domos: patet illic: Verum tamen.

In domo calida non morẽtur, nisi secundum quantitatem quę eis non noceat: patet illic: Et neque in domo calida &c.

Qui vult impinguari, ingrediatur balneum post comestionem, scilicet circa finem primæ, & secundæ digestionis, dummodo non sit paratus ad oppilatiões. & talis si fuerit calidæ complexionis, bibat oxymel: & si frigidæ, diamentastrum sumat, vel diatrionpipereon: patet illic: Qui vero impinguari.

Qui vult macrefieri, & vult resolutionem, balneetur cum est famelicus, & in ipso multum moretur: patet illic: Qui autem macrefieri.

Qui vult sanitatem cõseruare, se balneet post primam, & secũdam digestionem: patet illic: Sed qui sanitatem &c.

Qui timet, ne cholera rubea ebulliat, ante balneationem comedat rẽ subtilem, vt panem infusum in succo fructuum, vel aqua rosa. patet illic: Et si timet &c.

In Balneo, nec in egressione balnei res actu frigidæ, quia periculum est ne subito veniant ad principalia, & ipsorum corrumpant virtutes: patet illic: Et se custodire.

Ab omni re vehementis caliditatis, & præcipue ab aqua se custodire debent balneati, ne accendantur principalia, et ne sequatur phthisis, & hectica: patet illic: Ab omni quoq; re.

Dum egrediuntur Balneo caueant, ne caput, et corpus ad recipiendum frigiditatem expõnant. patet illic: Præterea sibi caueat.

Si fuerit hyems, egrediantur bene cooperti pãnis: patet illic: A balneo vero.

Qui habet febrem, vel solutionem continui, vel apostema, phibeatur à balneo: patet illic: Sed qui febrem habet.

Iuuamenta balnei sunt, facere somnum, aperire, abstergere, resoluere, digerere nutrimenta, trahere ad circunferẽtiá, retinere vẽtrem, fatigationem, & similia: patet illic: Et eius quidem iuuamenta.

Nocumenta sunt, debilitare cerebrum per lõgam moram, facere syncopim, & nauseam, mouere humores quietos, & ipsos præparare ad putrefactionẽ, & facere declinare ad mẽbra debilia. ideo faciunt apostemata in occulto membrorũ, & in superficie: patet illic: Eius autem impedimenta &c.

Fen secunda, doctrina secunda, summa prima. Cap. XIX.

Operatio Balnei naturalis est, calfacere suo aere, & humectare sua aqua: patet in principio capituli: Debes autem scire &c.

Prima casa est infrigidans, & humectans, secunda calfaciens, & humectans, tertia calfaciens & desiccans: patet illic, Et prima casa.

Mutationes à balneis aliæ sunt per essentiam, aliæ per accidens: exemplum primi, vt calfacere: exemplum secundi est infrigidare propter resolutionem caloris innati: patet illic: Sed plerunq; ex balneo.

Aqua balnei superfluæ caliditatis horripilat cutem, & inspissat, quare prohibet humectationem à balneo, & etiam resolutionem: patet illic: Cumq; eius aqua. C

Aqua cuius calor est minor, quàm tepidus, infrigidat, & humectat, & quandoque retinet calorem, & vigorat interius propter constitutionem exteriorem: patet illic: Et cum eius calor.

Aqua balnei infrigidat, cum se quis multum balneauerit, quia licet calida actu, & in principio, in fine tamen redit ad frigiditatem, & dum penetrauerit, multum infrigidabit. secundo propter humiditatem quæ est obtusiua caloris: patet illic: Eius vero infrigidare.

Balneum aliquando calefacit, cum nutrimẽtum nondum digestum, & humorem crudum digerit, & maturat: patet illic: Est etiam.

Balneum siccum exiccat, & confert hydropi, & laxitati: patet illic: Est præterea.

Humidum humectat: patet illic: Et est cum.

Qui ingrediuntur balneum, vt humectetur, D vt hectici, summergatur in aqua, postea inungant oleo, vt aqueitas in poris constringatur, & non stent diu in balneo. Sit locus temperatus, & terra. multa proiiciatur in aqua, vt vapor egrediatur, & aer humectetur. & deferantur à Balneo sine labore, deinde odorent redolentia frigida, & dentur eis humectantia ad bibendum, sicut aqua hordei, & lac asinæ: patet illic: Qui autem balneum ingrediuntur.

Plures canones balneorum conuenientes hecticis collegi, & ordinaui in inferioribus, quas prima quarti declaraui.

Vltra suprascripta nocumenta, balneare facit ad membra debilia superfluitates descendere. laxat corpus. impedit neruos, resoluit calorem innatum, deiicit appetitum comedendi, & coeundi debilitat virtutē. patet illic: in balneo præterea. E

Balnea diuersificantur secundum aquas nitrosas, & similes à natura, vel ab artificio, vt si coquantur in eis, vel apponuntur, sunt staphisagria, bacæ lauri, sulfur, alumen, & similia: patet illic: Balneum quoq;.

Aquæ æreæ, ferreæ, & salsæ conferunt ægritudinibus frigidis, & humidis, doloribus articulorum, podagræ, laxitati, asthmati, ægritudinibus renum, carbunculis, vlceribus, & fortem faciunt restaurationem fracturæ: patet illic Aereæ vero.

Aereæ conueniunt ori, vuluæ, oculo laxo, & humiditatibus auris: patet illic, Et æreę quidem.

Ferreæ iuuant stomachum, & splenem, patet illic: Ferreæ vero.

Nitrosæ & salsæ conferunt capiti, & pectori F recipientibus materias, & stomacho humido, hydropi, inflationi: patet illic: Et nitrosæ quidem.

Aluminosæ, & attramentales conferunt sputo sanguinis, hæmorrhoidibus, menstruis, nauseæ, vomitui, cachexiæ, & multo sudori: patet illic: Sed aquis aluminosis.

Sulfureæ mundificant neruos, & dolores extensiuos sedant, spasmum, mundificant superficiem corporis à bothor, & vlceribus malis antiquis, signis violaceis, panno, morphæa, albaras, resoluunt superfluitates iuncturarum, splenis, & hepatis, & duriciei vuluæ conferunt, sed laxāt stomachum, & appetitum deijciunt: patet illic: Sulfureæ vero.

Marinæ replent caput, ideo ipsum nō balneetur in eis. calfaciunt pulmonem, matricem, vesicam, colon: patet illic: Marinæ autem &c.

De lotione cum aqua frigida caput. 6. fen tertiæ, doctrinæ secundæ.

Balneatio cum aqua frigida non est conueniens nisi virtus, ætas, figura, tempus sint conuenientia, nec fastidium, vomitum, ventrē, vigilias, rheumatismos habuerit, neq; si puer est neque senex, & in hora in qua corpus est leue, & motus conueniens: patet illic, in principio capituli: Hoc quidem conueniens.

Post aquam calidam aliquādo lauamus cum frigida non multum frigida, sed temperata, vt calor retineatur, & similiter post exercitium, facta fricatione ante ipsum fortiore solito. Et exercitium sit temperatum, vel parum velocius solito. Et perseueret in aqua secūdum mensuram & ante horripilationem, deinde fricetur, et comedat notabiliter, & parum bibat, & reuer o sui caloris ad statum solitum declarabit, si materia fuerit in aqua moderata: patet illic: Et est cum hoc.

Qui vult ingredi aquam frigidā ingrediatur in hora calidiore diei in æstate, & caueat vēto: patet illic: Sed qui hoc agere noluerit.

Nullus ingrediatur aquā frigidam post coitū, vel cibum indigestum, vel euacuationem, neque post cholericam passionem, vigilias, corporis debilitatem, vel stomachi, neque post exercitium, nisi sit satis. & secūdum modum dictum. patet illic: Et ne illud post coitum.

Lauari aqua frigida modis suprascriptis confortat calorem naturalem, & pellit ad interiora, vt fortior ingrediatur: patet illic: Cū autem aqua frigida.

Ex eodem auctore canones de lotione.

Lotiones extremitatum, & etiam capitis secundum plurimū debent actu esse calidę. Et si sint frigidæ potentialiter, vel saltem tepidæ, vel aliquando fiat infusio extremitatum, vel etiam totius, siue impositio in aqua frigida in effusionibus sanguinis, & similibus fiat stomacho ieiuno, & proprie in mane, si non fuerit aliquod impediens, vt paroxysmus, in cuius fine ipsas facimus, sed non in principio, nec prope ipsum per horas quatuor.

Illa quæ fiunt gratia somni, fiunt in sero ante cœnam. prius euaporentur extrema membra lauanda vapore decoctionis. ex qua lotione facere intendimus deorsum trahendo, deinde membra bene fricata, optime regantur pannis secundum necessitatem temporis per horam vnam & plus.

In capite autem non fit euaporatio talis ante lotionem

lotionem,sed aliquando leuis scalptio.

Non comedat,vel aliter moueatur vel agitatur,nisi per horam post lotionem.

Fiant post digestionem,& euacuationem humorum euacuandorum.& hoc canonice.

Non fiant,nisi virtute constante, nam in corporibus debilibus nocent, agitando humores,& per exhalationes spirituum,& caloris naturalis. plus nocent lotiones capitis ipso debili.& prohibentur ipso repleto, etiam si sint potētialiter exsiccatiuæ.

Ex eodem auctore Canones in Vsu Balneorum.

Balnea aquæ dulcis,quæ exhibentur hecticis,habent canones plures perquirēdos prima quarti,loco proprio de hecticis.

De Balneis mineralibus canon. subscripsi aliquos, & aliquos infra apponam,magis spectantes ad vsum.

Balnea verò encathisimata ve matricis similiter fiunt, stomacho ieiuno vt plurimum, nisi aliquando ante somnum in sero, & cum facimus ad sterilitatem remouendam.& sedeat in eis mulier,aqua attingente vsq; ad vmbilicum, cooperiendo totum femur.

Illa vero, quæ fiunt ad menstrua prouocanda,fiunt post restaurationem, scilicet per horas sex vel septem.

Et si fiunt eum emboto, sit canna longa,quæ imponatur vsque ad medium colli matricis, coto, vel lana inuolutis in superiori parte, quæ ét ponitur in vulua, dum non obturatur foramen cannæ. propter hoc primo imponatur ipsa canna plus, & postea modicum extrahatur deorsum, ne ipsa caro matricis adhæreat orificio cannæ.

Suffumigia similiter fiant,& cum eisdem similiter regulis.

Balnea mineralia non conueniunt, nisi post euacuationes.secundo post complementum digestionis primæ,& secundæ &c. Tertio post beneficium corporis naturaliter,vel

A artificialiter. Quarto post exercitium notabile si fieri potest. Quinto mora nō sit per quartum horæ vsque ad medium horæ,vel ad horam ad maius, prius aliquandiu stando in aere balnei cū toto corpore. sed pars specialis corporis posset stare diutius in balneo.tñ ista est communis mensura. Sexto ingrediatur lectum statim post exitū à balneo, inuolutus pannis, bibendo prouocatiuum sudoris vbi oportet, vt vnc.vj.aquæ hordei excorticati calidæ cum zuccaro.& experiatur dormire debite coopertus, secundum temporis dispositionem.

Septimo differat comedere per horam, postquam surrexerit de lecto, si virtus patitur,vel bibat brodium pulli si virtus nō patitur morā. nec bibat vinum nisi parum post cibum assumptum.

B Octauo hora conueniens ad ingressum in balneum in mane circa medias tertias.vel parum ante si caliditas aeris eēt fortis,& in sero post prādium ad minus sex horas, ita vt sit completa digestio prima,nec tamē aduenerit fames,quia neque exercitium, neque balneum conueniunt in indigentia,idest stante fame, nisi in casu necessitatis fortis resolutionis.In sero omnia suprascripta seruentur,& in mane.

Prouideatur tribus accidentibus quę solent sequi balnea.quorum primum est stypticitas ventris. cui succurritur cum pilulis communibus, datis in sero per horam ante cœnam,vel cum clysteri, vel suppositorio communi, vel alio simili vt supra. Secundum est sitis, cui succurritur cū potu aquæ hordei excorticati, iulep violato,vel rosato,& similibus, prout conueniunt respectu ægritudinis. Tertium est vigiliæ. quibus succurritur dando lactucam coctam in fine cœnę cū agresta, vel emulsione papaueris, vel vngendo tempora cum vnguento populeo, & hoc nisi aliquid prohibeat.

C

Aliqua tamen balnea habent canones sibi proprios, circa eorum vsum vt Balneum de Porrecta.

Barzizij finis.

EX HIERONYMI Gardani Contradictionibus, Contradictione. III.

Articulari morbo, an balneum competat.

Rthriticis iubet Aui. vt balneum ingrediatur. dicebat Gal. xi. artis curatiuæ ca. 20. Balneũ duobus modis podagram excitat: primo q humores colliquat: secundo q venas aperit: hocq; modo dum podagræ nocet, febrem iuuat: iuuat autem duobus modis, dicit, & quod humores digerit, & q calorem febrilem remittit. hæc sunt generalia iuuamenta, nam tertium illud solis conuenit patientibus defluxum humorum in articulos: & hanc sententiam idem ipse scripsit Princeps 22. tertii tracta. 2. cap. 24. dicens, Et minorẽtur in balneationibus quoniam ipsę liquefaciunt humores: & faciunt ipsos currere ad iuncturas. ex quo patet quod cõuenit cum Gal. in sententia: sed non in reddendo causam: cum sint duæ. & nota quod concedit in hora resolutionis effusiõem aquæ frigidæ, & aquas thermarum. verum primum horũ paruipendunt medici nostri temporis, vt pleraq; alia optima auxilia. sed vt ad rem reuertar, Alexáder balneum aquæ dulcis suadet: ita tñ vt illius effusionis solum miminerit, quæ per frigidam fit, libr. 4. capi. 1. vbi de lauacris agit: verum illud mirum quod thermas omnino prohibeat, Principe eas admodum laudante. Secundo q à cibo in calida intemperie balneum exhibeat. verum in hoc, errorem fu spicor esse: quis enim nescit illico crudis humoribus distracta concoctione, artus implendos esse? At Paulus lib. 3. capit. 78. Balnea laudat: & in affectus tẽpore, & in interuallis ex aqua dulci prohibet. in humida podagra thermas cõcedit. at Alexander in frigida, aut pituitosa admittit balnea dulcis aquæ: volẽs ea dolorem ipsum lenire. quin ĩmo consulit vtendum esse illis. existimo balneũ omne ex aqua calida noxium esse propter rationem vltimam Gal. aperit enim ac dilatat vias si solum admittatur: verum superfusione aquæ frigidæ addita iuuabit. cauendum tñ à frigida ex toto, vbi iam tumor in articulis fuerit excitatus, vt Aetius dicebat cap. 48. Principis textus sic interpretandus est. Thermarum aquæ vi iuuant: calore nocent: ob id pensanda est vtilitas, nam commodæ sunt interdum quæ ferri plurimum continent: conueniunt interdum etiam balnea dulcis, ac tepidæ aquæ cum adeo dolor extinguitur, vt fluxum materiæ prohibeat: quo casu detrimentum iuuamento pensatur. *Gardani finis.*

LECTORI

Operam lusisse me colligendis medicorum commentarijs ad aquas medicatas, & balnea pertinentibus existimarẽ, nisi ijs addidissem quæ de eisdem rebus à VITRVVIO, L. ANNAEO SENECA, *&* C. PLINIO *viris sine controuersia doctissimis, scripta sunt. Nam neq; Vitruuium vlla prorsus ex his, quæ circulum doctrinæ efficiunt, disciplina latuit, quod ex eius libris omnes facile intelligunt. Annæus autem Seneca perfectus plane Stoicus, vt interim dialectica et mathematica omittam, totam rem ethicam ita calluit, vt hunc fere solum de moribus, & vita hominum serio loqui, alios putes ludere. de Physicis autem, & his quæ Physicen transcẽdunt, cum libuit ita disputat, vt naturam ipsam, aut deum loqui arbitreris. nã de Plinio quid opus est verba facere? cuius vnum illud aureum de rerum natura opus facile ostẽdit, & ingenium, et doctrinã hominis eiusmodi fuisse: vt non solum cum latinis omnibus, sed cum ipsis etiam græcis certare potuerit. tam multa certe scripsit, tamq; vtilia, q̃ multa, & qualia pauci legere potuerunt. quòd si tres isti è nostris doctissimi viri nihil aliud omnino fecissent, hoc certe fecerunt, q veterum inuenta, & doctrinam ab interitu vindicarunt. quorum quanquan scripta perierunt, in horum tamen libris illorum cogitationes, & scita perdurant. tam vberes enim messes ex illorũ agris quasi seduli agricolæ fecerunt, vt his contenti esse possimus. hinc certe medici multa de aquis doctissime à veteribus disputata haurient. & his innixi opiniones aut veras cõfirmare, aut falsas refellere, aut probare credibiles, tũ demonstrantibus, tum veri similib. rõnibus facile poterũt. quãtoq; erunt ingenio doctrinaq; præstantiores, tanto libentius hæc legẽt, et perpendent, nõ obliti ex illis esse hausta fontibus, è qbus oĩs solida, et excellens doctrina manauit.*

Ex

EX M. VITRVVII

LIBRO. VIII.

De aqua Hymbrium. *Cap. II.*



ITaque quæ ex hymbribus aqua colligitur salubriores habet virtutes, eo quòd eligitur ex omnibus fontibus leuissimis, subtilibusque tenuitatibus: deinde per aeris exercitationem percolata tēpestatibus liquescendo peruenit ad terram. Etiamque non crebriter in campis confluunt hymbres, sed in montibus, aut ad ipsos montes: ideo quòd humores ex terra matutino Solis ortu moti, cum sunt egressi in quamcunque partem cœli, sunt proclinati, trudunt aera: deinde cum sunt moti propter vacuitatem loci, post se recipiunt aeris ruentes vndas. Aer autem cum ruit trudens quocunque humorem præuium, spiritus, & impetus, & vndas crescentes facit ventorum. A ventis autem quocunque feruntur humores conglobati, ex fontibus, & fluminibus, & paludibus: & pelago, cum tepore solis contingunt, exhauriuntur: & ita tolluntur in altitudinem nubes: eæ deinde cum aeris vnda nitentes, cum perueniunt ad montes, ab eorum offensa, & procellis propter plenitatem, & grauitatem, liquescendo disperguntur, & ita diffunduntur in terras: Vaporem autem, & nebulas, & humores ex terra nasci, hæc videtur efficere ratio: quòd ea habet in se, & calores feruidos, & spiritus īmanes, refrigerationesq́;, & aquarum magnā multitudinem. Ex eo cum refrigeratur noctu, ventorum flatus oriuntur per tenebras: & ab humidis locis egrediuntur in altitudinem nubes: Sol oriens impetu tangit orbem terræ, tum aer ab Sole percalefactus, cum roribus ex terra tollit humores. Licet & ex balneis exemplum capere. nullæ enim cameræ, quæ sunt caldariorum, supra se possunt habere fontes: sed cœlum quod est ibi, ex præfurnijs ab ignis vapore percalefactum, corripit ex pauimentis aquā, & aufert secum in camerarum curuaturas, & & eam sustinet: ideo quòd semper vapor calidus in altitudinem se trudit: & primo non remittitur propter breuitatem, simul autem plus humoris habet congestum: non potest sustineri propter grauitatem, sed stillat supra lauantium capita. ita quoque eadem ratione cœlestis aer cum ab Sole percipit calorem, ex omnibus locis hauriendo tollit humores, & congregat ad nubes. Ita enim terra feruore tacta eiicit humores, vt corpus hominis ex calore emittit sudores. indices autem sunt eius rei venti, ex quibus qui à frigidissimis partibus veniunt procreati Septentrio, & Aquilo, extenuatos siccitatibus in aere flatus spirant. Auster vero, & reliqui, qui à Solis cursu impetum faciunt, sunt humidissimi, & semper apportant hymbres: quòd percalefacti ab regionibus feruidis adueniunt: & ex omnibus terris lambentes eripiunt humores: & ita eos profundunt ad Septentrionales regiones. Hæc autem sic fieri testimonio possunt esse capita fluminum: quæ orbe terrarum chorographiis picta, itemque scripta plurima maximaque inueniuntur egressa ab Septentrione. Primumque in India Ganges, & Indus à Caucaso monte oriuntur. Syria, Tygris, & Euphrates, Asia, item Ponto Borysthenes, Hypanis, Tanais. Colchis Phasis. Gallia, Rhodanus, Belgica, Rhenus. citra alpes, Timauus, & Padus. Italia Tybris. Maurusia, quam nostri Mauritaniam appellant, ex monte Athlante Dyris, qui ortus ex Septentrionali regione progreditur per Occidentem ad lacum Eptabolum, & mutato nomine dicitur Nigir: deinde ex lacu Eptabolo sub montes desertos subterfluens per meridiana loca manat, & influit in paludem Coloe: quæ circumcingit Meroen, quæ est Aethiopum meridianorum regnum. Ab hisque paludibus se circumagens per flumina Astasobam, & Astaboram, & alia plura peruenit per montes ad catarrhactam: ab eaque se præcipitans per Septentrionalem peruenit inter Elephantida, & Syenem, Thebaicosque in Aegyptum campos: & ibi Nilus appellatur. Ex Mauritania autem caput Nili profluere ex eo maxime cognoscitur: quòd ex altera parte montis Athlantis sunt alia capita item profluētia ad occidentis oceanum: ibique nascuntur Ichneumones, Crocodili, & aliæ similes bestiarum pisciumque naturæ præter Hippopotamos. ergo cum omnia maxima flumia in orbis terrarum descriptionibus ab Septētrione videātur profluere: Afriq; campi, qui sunt in meridianis partibus subiecti Solis cursui, latētes penitus habeant humores, nec fontes crebros amuesq; raros: relinquitur vti multo meliora inueniantur capita fontium, quæ ad Septētrionem, Aquilonemue

lonem vespectant, nisi si inciderint in sulfurosum locum, aut aluminosum, seu bituminosum tunc enim permutātur: & aut calidæ aq, aut frigidæ odore malo, & sapore profundunt fontes. neque enim calidæ aquæ est vlla proprietas, sed frigida aqua cum incidit percurrens in ardētem locum efferuescit: & percalefacta egreditur per venas extra terram: ideo diutius nō potest permanere, sed breui spatio fit frigida. namque si naturaliter esset calida non refrigeraretur calor eius. sapor autē & odor, & color eius non restituitur, q intinctus, & commixtus est propter naturæ raritatem.

De aquis calidis, & quas habeant vires à diuersis metallis prodeuntes, & de variorum fontium, fluminum, lacuumque natura. Cap. III.

SVnt autem etiam nonnulli fontes calidi: ex quibus profluit aqua sapore optimo, quę in potione ita est suauis, vt nec fontanalis ab Camœnis, nec Martia saliens desideretur. hæc autem à natura perficiūtur his rationibus: cum in imo per alumen, aut bitumen, seu sulfur ignis excitatur, ardore percandefacit terram, quæ est circa se: supra se autem feruidum emittit in superiora loca vaporem: & ita si qui in his locis qui sunt supra, fontes dulcis aquæ nascuntur, offensi eo vapore efferuescunt inter venas: & ita profluunt incorrupto sapore. sunt etiam odore, & sapore non bono frigidi fontes, qui ab inferioribus locis penitus orti, per loca ardentia transeunt: & ab his per longū spatium terræ percurrentes refrigerati perueniunt supra terram, sapore, odore, coloreq; corrupto. vti in Tyburtina via flumē Albula, & in Ardeatino fontes frigidi eodem odore: qui sulfurati dicuntur, & in reliquis locis similibus. Hi autem cum sint frigidi, ideo videntur aspectu feruere, quòd cum in ardentem locum alte penitus inciderunt humore, & igni inter se congruentibus offensi vehementi fragore, validos in se recipiūt spiritus: & ita inflati vi venti coacti bulliētes crebre per fontes egrediūtur. Ex his autem qui nō sunt aperti, sed aut saxis, aut alia vi detinentur: per angustas venas vehementia spiritus extrudūtur ad summos grumorum tumulos. itaque qui putant tanta se altitudine, qua sunt grumi capita fontium posse habere, cum aperiunt fossuras latius, decipiuntur. namque vti æ-

D neum vas non in summis labris plenum, sed ⅔ quæ mensuram suæ capacitatis habens è tribus duas partes, operculumque in eo collocatum cum ignis vehementi feruore tangatur, percalefieri cogit aquam. ea autem propter naturalem raritatem in se recipiens feruoris validam inflationem, non modo implet vas, sed spiritibus extollens operculum, & crescens abundat. sublato autem operculo emissis inflationibus in aere patenti, rursus ad suum locum residet. ad eundem modum ea capita fontium cum sunt angustijs compressa, ruunt in summos spiritus aquæ bullitus. Simul autem latius sunt aperti exinaniti per raritates, liquidæ potestatis residunt: & restituuntur in libramenti sui proprietatem. omnis autem aqua calida, ideo quidem est medicamentosa,

E quòd in peruijs rebus percocta aliam virtutem recipit ad vsum. namque sulfurosi fontes neruorum labores reficiunt: percalefaciendo, exugendoque caloribus è corporibus humores vitiosos. aluminosi autem cum dissoluta membra corporum paralysi, aut aliqua vi morbi receperunt: fouendo per patentes venas refrigerationem contraria caloris vi reficiunt, & ex hoc continenter restituunt in antiquam membrorum rationem. bituminosi autem interioris corporis vitia potionibus purgando, solent mederi. est autem aquæ frigidæ genus nitrosum vti Pinnæ Vestinæ, Cutiliis, aliisque locis similibus, quod potionibus depurgat, per aluumque transeundo etiam strumarum minuit tumores. Vbi vero aurum, argentum, fer-

F rum, æs, plumbum, reliquæque res earum similes fodiuntur: fontes inueniuntur copiosi, sed hi maxime sunt VITIOSI. habent enim vitia contraria aquæ calidæ, quam sulfur, alumen, bitumen emittit: qui per potiones, cum in corpus ineunt: & per venas permanando neruos attingunt, & artus: eos durant inflando. igitur nerui inflatione turgentes, ex longitudine contrahuntur: & ita aut neuricos, aut podagricos efficiunt homines: ideo q ex durissimis, spissioribus frigidissimisque rebus intinctas habent venarum raritates. aquæ autem species est, quæ cum habeat non satis perlucidas venas, spuma vti flos, natat in summo, colore similis vitri purpurei. hæc maxime considerantur Athenis. ibi enim ex eiusmodi locis, & fontibus, & in Asty, & ad portum Pyræum, ducti sunt salientes, è quibus bibit nemo propter eam causam, sed lauationibus, & reliquis rebus

rebus vtuntur. Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorũ vitia, Troezeni non potest id vitari, quomnino aliud genus aquæ nõ reperitur, ni si quod Cibdeli habent. itaque in ea ciuitate, aut omnes, aut maxĩa parte sunt pedibus vitiosi. Ciliciæ vero ciuitate Tarso flumẽ est nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes leuãtur dolore. Sunt autem & alia multa genera quæ suas habent proprietates: vti in Sicilia flumen est Himera, quod à fonte cum est progressum, diuiditur in duas partes: quæ pars profluit contra Aethnam, quòd per terræ dulcem succum percurrit, est infinita dulcedine. altera pars, quæ per eam terram currit vnde sal foditur, salsum habet saporem. item Paretonio, & quo est iter ad Hammonem, & Casio ad Aegyptum, lacus sunt palustres: qui ita sunt salsi, vt habeant insuper se salem congelatum. sunt autem & alijs pluribus locis & fontes, & flumina, & lacus qui per salifodinas percurrentes necessario salsi perficiuntur. alij autem per pingues terræ venas ꝓfluentes, vncti oleo erumpunt. vti Solis (quod oppidum est Ciliciȩ) flumẽ nomine Liparis. In quo natantes, aut lauantes, ab ipsa aqua vnguntur. similiter Aethiopiæ lacus est, qui vnctos homines efficit, q in eo natauerint: & in India, qui sereno cœlo emittit olei magnam multitudinem. item Carthagini fons est, in quo natat insuper oleum odore, vti scobe citreo quo oleo etiam pecora solẽt vngi. Zacyntho, & circa Dyrrhacchiũ, & Apolloniam fontes sunt, qui picis magnam multitudinem cum aqua vomunt. Babilone lacus amplissima magnitudine qui Limne Asphaltites appellatur, habet supra natãs liquidũ bitumẽ: quo bitumine, & laterȩ testaceo structo muro Semiramis circundedit Babilonem. Item Iop po in Syria, Arabiaque Numidarum lacus sunt immani magnitudine, qui emittunt bituminis maximas moles; *quas diripiunt, qui habitant circa. id autem non est mirandum. nam crebræ sunt ibi lapicidinæ bituminis duri. cum ergo per bituminosam terram vis erumpit aquæ secũ extrahit: & cum sit egressa, extra terram, secernitur, & ita reijcit ab se bitumen. etiamque est in Cappadocia in itinere, quod est inter Mazaca, & Tuana lacus amplus. in quem lacũ pars siue harundinis, siue alij generis si demissa fuerit, & postero die exempta. ea pars, quæ fuerit exempta, inuenietur lapidea: quæ autem pars extra aquam manserit, permanet in sua proprietate. ad eundem modum Hierapoli Phrygiæ efferuet aquæ calidæ multitudo, ex qua circum

A hortos, & vineas fossis ductis immittitur. hæc autem efficitur post annum crusta lapidea: & ita quotannis dextra, ac sinistra margines ex terra faciendo inducunt eam, & efficiunt his crustis in agris septa. hoc autem ita videtur naturaliter fieri, quòd in his locis, & ea terra, quibus is nascitur succus, subest coaguli natura similis. deinde cum commixta vis egreditur per fontes extra terram, à solis, & aeris calore cogitur congelari, vt etiam in areis salinariis videtur. item sunt ex amaro succo terræ fontes exeuntes vehementer amari, vt in Ponto est flumen Hypanis qui à capite profluit circiter millia quadraginta, sapore dulcissimo: deinde cum peruenit ad locum, qui est ab ostio ad millia centum sexaginta, admiscetur ei fonticulus oppido quam

B paruulus. is cum in eum influit, tunc tantã magnitudinem fluminis facit amaram. ideo quòd per id genus terræ, & venas, vnde Sandaracha foditur: ea aqua manãdo perficitur amara. hęc aũt dissimilib. saporib. à terræ ꝓprietate pficiuntur, vti ẽtin fructibus videtur. si.n. radices arborum aut vitium, aut reliquorũ seminum non ex terræ proprietatibus succum capiendo ederent fructus: vno genere essent in omnibus locis, & regionibus omnium sapores. Sed animaduertimus insulam Lesbon vinum Protyrum, Maloniam Catacecaumenem, item Lydiam Meliton, Siciliam Mamertinum, Cãpaniam Falernum, in Terracina, & Fundis Cecubum, reliquisque locis pluribus innumerabili multitudine genera vini virtutesque procreari: quæ non aliter possint fieri, nisi cum terrenus humor suis

C proprietatibus saporum radicibus infusus, enutrit materiam per quam egrediens ad cacumen ꝓfundat proprium loci, & generis sui fructus saporem. quod si terra generibus humorum non esset dissimilis, & disparata nõ tantum in Syria, & Arabia in harundinibus, & iuncis herbisque omnibus essẽt odores, neq; arbores Turiferę, neque piperis darẽt baccas, nec Myrrhæ glebulas, nec Cyrenis in ferulis laser nasceretur: sed in omnibus terræ regionibus, & locis eodem genere omnia procrearentur. has autem varietates regionibus, & locis, inclinatio mundi, & solis impetus propius, aut longius cursum faciendo, tales efficit terræ homores: quæ qualitates non solum in his rebus, sed etiam in pecoribus, & armentis discernuntur. hæc non ita dissimiliter efficerentur, nisi proprietates singularum terrarum in regionibus ad solis potestatem temperarẽtur. Sũt enim Boetiæ flumina Cephysos &

Melas, in Lucanis Cratis: Troiæ Xāthus: īq; agris Clazomeniorum, & Erythreorum, & Laodicē sium, fontes ac flumina, cum pecora suis temporibus anni parantur ad cōceptionem partus, per id tempus adiguntur eo quotidie potum: ex eoque quamuis sint alba, procreant alijs locis leucophęa, alijs locis pulla, alijs coracino colore. Ita proprietas liquoris cum init in corpus, proseminat intinctam sui cuiusque generis qualitatem. Igitur quoniam in campis Troianis proxime flumen armenta rufa, & pecora leucophęa nascuntur, ideo id flumen Ilienses Xanthum appellauisse dicuntur. etiamque inueniuntur aquæ genera mortifera, quæ per maleficum succum terræ per currentia, recipiunt in se vim venenatam. vti fuisse dicitur Terracinæ fons, qui vocabatur Neptunius, ex quo qui biberant imprudētes vita priuabantur: qua propter antiqui eum obstruxisse dicuntur. & Cychros in thracia lacus, ex quo non solum qui biberint moriuntur, sed etiam qui lauerint. Item in Thessalia fons est profluens, ex quo fōte, nec pecus vllum gustat, nec bestiarum genus vllum propius accedit: ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo colore. non minus in Macedonia, quo loci sepultus est Euripides, dextra ac sinistra monumēti adueniētes duo riui concurrunt in vnum, accumbentes viatores pransitare solent, propter aquæ bonitatem. Ad riuum autem qui est ex altera parte monumenti, nemo accedit, quod mortiferam aquā dicitur habere. Item est in Arcadia Nonacris nominata terrę regio, quæ habet in montibus è saxo stillātes frigidissimos humores: hæc autem aqua Stygos hydor nominatur, quam neque argenteum, neque ęneum, neq; ferreum vas potest sub sistere, sed dissilit & dissipatur. conseruare autem eam, & continere nihil aliud potest, nisi mulina vngula. qua etiam memoratur ab Antipatro in prouinciam, vbi erat Alexāder per Iollam filium perlatam esse, & ab eo ea aqua regem esse necatum. Item alpibus in Cotti regno est aqua, quam qui gustant, statim cōcidunt. Agro autē Falisco Via Campana in cāpo Corneto est lucus, in quo fons oritur, vbi anguium & lacertarum reliquarumq; serpentium ossa iacentia apparent. Item sunt nonnullæ acidæ venæ fontium vti Lyncesto, & in Italia Virena * Cāpania Theano, alijsq; locis plurib. quæ hanc habent virtutem, vti calculos in vesicis qui nascuntur in corporibus hominum potionibus discutiāt. fieri autem hoc naturaliter ita ideo videtur, quod acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acri

D tudine: & ita cum in corpus inierunt, dissipant quæ ex aquarum subsidentia in corporibus, & cō crescentia offenderunt. Quare autem discutiantur ex acidis eæ res, sic possumus animaduertere. Ouum in aceto si diutius appositum fuerit, cortex eius mollescet, & dissoluetur. Item plumbū, quod est lentissimum & grauissimum, si in vase collocatum fuerit, & in eo acetum suffusum, id autem opertum, & oblitum si erit, efficietur vti plumbum dissoluatur, & fiat cerussa. Eisdem rationibus ęs, quod etiam solidiore est natura, similiter curatum si fuerit, dissipabitur, & fiet ęrugo. Item margarita, non minus saxa silicea, quæ neq; ferrum, neq; ignis potest per se dissoluere: cum ab igni sunt percalefacta aceto sparso dissiliunt, & dissoluuntur. ergo cum has res ante oculos ita fieri videamus: ratiocinemur ijsdem rationibus

E ex acidis, propter acritudinem succi, etiam calculosos è natura rerum similiter posse curari. Sūt autem etiam fontes vti vino mixti, quemadmodum est vnus Paphlagonię, ex quo, etiam sine vino potātes, fiunt temulenti. Equiculis autem in Italia & in alpibus natione Medullorum, est genus aquæ, quam qui bibunt, efficiuntur turgidis gutturibus. In Arcadia vero ciuitas est non ignota Clitori, in cuius agris est spelūca profluens aq̄, quam qui biberint fiunt abstemij. Ad eum autē fontem epigramma est in lapide, inscriptum hac sententia versibus græcis, eam nō esse idoneam ad lauandum, sed etiam inimicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus sacrificijs purgauisset rabiem Prœti filiarum: restituissetq; earū virginum mentes in pristinam sanitatem. epigramma autem est id quod est subscriptum.

F Αγρότα σὺν ποίμναις τὸ μεσαμβριν ἐν ἤν σε βαρύνῃ
Δίψος ἀν' ἐσχατιὰς κλείτορος ἐρχόμενον,
Τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἄρυσαι πόμα, καὶ παρὰ νύμφαις
Ὑδριάσι στῆσον πᾶν τὸ σὸν αἰπόλιον.
Ἀλλὰ σὺ μήτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε καὶ αὔρη
Πημήνῃ θερμῆς ἐντὸς ἐόντα μέθης,
Φεῦγε δ' ἐμὴν πηγὴν μισάμπελον, ἔνθα μελάμπους
Λουσάμενος λύσσης προιτίδας ἀργαλέης
Πάντα καθαρμὸν ἔκρυψεν ἀπόκρυφον, εὖτ' ἀπ' ἄργους
Οὔρεα τρηχείης ἤλυθεν ἀρκαδίης.

Item est in insula Chio fons, è quo qui imprudēter biberint, fiunt insipientes. & ibi est epigramma insculptum ea sententia, iucundam esse potionem fontis eius, sed qui biberit saxeos habiturum sensus. Sunt autem versus hi.

Ὕδ' ἀπὸ ψυχροῖο ποτοῦ λιβὰς ἣν ἀναβάλλει.
Πηγὴ ἀλλὰ νόου πέτρος ὁ τῆς δὲ πιών.

Susis autem, in qua ciuitate est regnum Persarū, fonti-

fonticulus est, ex quo qui biberint amittunt dentes. Item in eo est scriptum epigramma, quod significat hanc sententiam, Egregiam esse aquam ad lauandum, sed ea si bibatur excutere è radicibus dentes, & huius epigrammatos sunt versus græce,

Ὕδατα ταῦτα βλέπεις φοβερὰ ξένε. τῶν ἀπὸ χερσὶ
 Λουτρὰ μὲν ἀνθρώποις, ἀβλαβῆ ἐστιν ἔχειν.
Ἢν δὲ βάλῃς κοίλης ποτὶ νηδύος ἀγλαὸν ὕδωρ,
 Ἄκρα μόνον δολιχοῦ χείλεος ἁψάμενος,
A Αὐτῆμαρ πριστῆρες ἐπὶ χθονὶ δαιτὸς ὀδόντες
 Πίπτουσι, γενύων ὀρφανὰ θέντες ἕδρη.

De proprietate item nonnullorum locorum, & fontium. *Cap. IIII.*

SVnt etiam nonnullis locis fontium proprietates, quæ procreant, qui ibi nascuntur egregijs vocibus ad cantãdum, vti Tharso, Magnesię alijsque eiusmodi regionibus: etiamq; Zama est ciuitas Afrorum, cuius mœnia rex Iuba duplici muro sepsit, ibiq; regiam domum sibi constituit. ab ea millia passuum viginti est oppidum Ismuc, cuius agrorũ regiones incredibili finitæ sunt terminatione. cum esset enim Africa parens, & nutrix ferarum bestiarum, maxime serpentium, in eius agris oppidi nulla nascitur: & si quando allata ibi ponatur, statim moritur. neque id solũ ibi, sed etiam terra ex his locis si alio translata fuerit similiter effic.t. id genus terræ etiam Balearibus dicitur esse. sed aliam mirabiliorem virtutem ea habet terra, quam ego sic accepi. C. Iulius Masinissæ filius, cuius erant totius oppidi agrorũ possessiones, cum patre Cæsare militauit is hospitio meo est vsus, ita quotidiano conuictu necesse fuerat de philologia disputare. interim cum esset inter nos de aquæ potestate, & eius virtutibus sermo, exposuit esse in ea terra eiusmodi fontes, vt qui ibi procrearentur voces ad cantandum egregias haberent. ideoque semper transmarinos cãtatos emere formosos, & puellas maturas, eosq; coniungere, vt qui nasceretur ex his, non solum egregia voce, sed etiam forma essent non inuenusta. Cum hæc tanta varietas sit disparibus rebus natura distributa: quod humanum corpus est ex aliqua parte terrenũ: in eo autem multa genera sunt humorũ, vti sanguinis, lactis, sudoris, vrinę, lacrymarũ. ergo si in parua particula terreni tanta discrepantia inuenitur saporum, non est mirãdum si in tanta magnitudine terræ innumerabiles succorum reperiantur varietates: per quarum venas aquæ vis percurrens tincta peruenit ad fontium egressus: & ita ex eo dispares varijque perficiuntur in proprijs generibus fontes propter locorum discrepantiam, & regionũ qualitates, ter-

A rarumq; dissimiles proprietates. ex his autem rebus sunt nonnulla, quæ ego per me perspexi, cætera in libris græcis scripta inueni. quorum scriptorũ hi sunt auctores, Theophrastus, Timæus, Posidõius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna vigilãtia & infinito studio locorum proprietates, aquarũ virtutes, ab inclinatione cęli, regionum qualitates ita distributas esse scriptis declarauerũt: quorum secutus ingressus in hoc libro perscripsi quæ satis esse putaui de aquæ varietatibus: quo facilius ex his perscriptionibus eligant homines aquæ fontes: quibus ad vsum salientes possint ad ciuitates municipiaq; pducere. nulla. n. ex omnibus rebus tantas videtur habere ad vsum necessitates, quantas aqua. ideo qomnium animalium natura si frumẽti fructu priuata fuerit, arbustis ve, aut carne, aut piscatu, aut etiam qualibet ex his reliquis rebus escarum

B vtẽdo poterit tueri vitam. sine aqua vero nec corpus animalium, nec vlla cibi virtus potest nasci, nec tueri, nec parari. quare magna diligentia industriaque quærendi sunt, & eligendi fontes ad humanæ vitæ salubritatem.

De aquarum experimentis. *Cap. V.*

EXpertiones autem & probatiões eorum sic sunt prouidendæ. si erunt profluentes, & aperti, anteq̃ duci incipiant, aspiciantur, animoque aduertantur qua membratura sint qui circa eos fontes habitant hoĩes. & si erunt corporibus valentibus, coloribus nitidis, cruribus non vitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi, item si fons nouus fuerit fossus, & in vas Corinthium siue alterius generis, quod erit ex ære bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit. optima erit: itẽque in aheno si ea aqua deferuefacta & postea re

C quieta, & defusa fuerit: neq; in eius aheni fundo arena, aut limus inuenietur, ea aqua erit item pbata. item si legumina in vas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, celeriter percocta fuerint indicabunt eam aquam esse bonã, & salubrem. nõ etiam minus ipsa aqua, quæ erit in fonte, si fuerit limpida, & perlucida, & quocunque peruenerit aut profluxerit, si muscus nõ nascetur, neque iuncus, neq; inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit: sed puram habuerit speciem, innue-tur his signis esse tenuis, & in summa salubritate.

Vitruuij finis.

L. Annæi

EX L. ANNÆI SENECÆ Libro Tertio Naturalium Quæstionum.

I. Væramus ergo de aquis,& inuestigemus,qua ratione fiant. Siue, vt ait Ouidius,
Fons erat illimis nitidis argenteus vndis. Siue,vt ait Verg.
Vnde per ora nouẽ vasto cum murmure montis It mare præruptum & pelago premit arua sonanti.
Siue vt apud te Iunior chariſsime inuenio,
Eleus ſiculis de fontibus exilit amnis. Quomó aquas ſubminiſtret,quomodo tot flumina ingentia per diem & noctem decurrant: quare alia hybernis aquis intumeſcant: alia in defectu cæterorum omnium creſcant. E Nilum interim ſeponamus à turba,propriæ naturæ & ſingularis, illi diẽ ſuum dabimus. nunc vulgares aquas proſequemur, tam frigidas q̃ calentes. In quibus quærendum erit,vtrum calidæ naſcantur,an fiant. De cęteris quoq; diſſeremus, quas inſignes aut ſapor, aut aliqua reddit vtilitas. quædam enim oculos, quædam neruos iuuant: quædã inueterata & deſperata à medicis vitia percurant. quædam medentur vlceribus. quædam interiora fouẽt potu, & pulmonis ac viſcerum querelas leuant. quædam ſupprimunt ſanguinem. tam varius ſingulis vſus,quàm guſtus eſt.

II. Aut ſtant omnes aquæ, aut fluũt,aut colliguntur,aut varias habent venas. Alię ſunt dulces,alię variæ, aſperæ quippe interueniunt, ſalſæq;, amaræq;,aut medicatæ:ex quibus ſulfuratas dicimus, ferratas, aluminoſas. indicat vim ſapor. habent præterea multa diſcrimina. Primum tactus, frigidæ,calidæq; ſunt: deinde ponderis, omnes leues, F aut graues ſunt. deinde coloris, puræ ſunt & turbidæ, cęruleæ, lucidæ. deinde ſalubritatis. ſunt enim ſalubres & vtiles,ſunt mortiferæ, ſunt quæ cogantur in lapidem. quædam tenues,quædam pingues, quædam alunt, quædam ſine vlla bibentis ope tranſeunt, quędam hauſtę fœcunditatem afferunt.

III. Vt ſtet aqua aut fluat,loci poſitio efficit,in deuexo fluit, in plano continetur & ſtagnat: & aliquando in aduerſum ſpiritu impellitur: tunc cogitur,nõ fluit. colligitur ex imbribus, ex ſuo fonte natiua eſt. nihil tamen prohibet eodem loco aquam colligi et naſci. quod in Fucino videmus, in quem montis circumiecti fluuij deriuantur. ſed & magnæ latenteſq; in ipſo vndæ ſunt, itaq; etiam cum hyberni defluxere torrentes, faciem ſuam ſeruat.

IIII. Primum ergo quæramus, quomodo ad continuandos fluminũ curſus terra ſufficiat, vnde tantum aquarũ exeat. miramur, quod acceſsionem fluminum maria non ſentiant. æque mirandum eſt,quod detrimenta exeuntium terra nõ ſentit. quid eſt, quod illam ſic impleuit, vt præbere tantum ex recondito poſsit, ac ſubinde ſuppleat? quamcunque rationem reddiderimus de flumine,eadem erit riuorum ad fontium.

V. Quidam iudicant terram quicquid aquarum emiſerit,rurſus accipere: & ob hoc maria nõ creſcere,quia quod influxit non in ſuum vertũt,ſed protinus reddunt. occulto enim itinere ſubit terras,ſecreto reuertitur,colaturque tranſitu mare, quod per multiplices anfractus terrarum verberatum, amaritudinem ponit: & prauitatem ſaporis in tanta ſoli varietate exuit: & in ſynceram aquam tranſit.

VI. Quidam exiſtimãt,quicquid ex imbribus terra concipit, in flumina rurſus emitti. & hoc argumenti loco ponũt,quod pauciſsima flumina ſunt in his locis, in quibus rarus eſt imber. ideo ſiccas eſſe aiũt Aethiopię ſolitudines, paucoſq; inueniri in interiore Africa fontes. q̃a feruida cœli natura ſit,et penè ſẽp ęſtiua. ſq̃lidę itaq; ſine arbore, ſine cultu arenæ iacent: raris imbribus ſparſæ,quos ſtatim cõbibunt. at contra conſtat Germaniam, Galliamq;, & proxime ab his Italiam, abundare riuis & fluminibus,quia cœlo humido vtuntur: & ne æſtas quidem imbribus caret.

VII. Aduerſus hæc multa dici poſſe vides. Primum ego tibi, vinearum diligens foſſor, affirmo, nullam pluuiam eſſe tam magnam,quę terram vltra decem pedes in altitudinem madefaciat. omnis humor intra primam cruſtam cõſumitur: nec in inferiora deſcendit. quomodo ergo poteſt imber ſuggerere amnibus vires: qui ſummã humũ tingit? pars maior eius eſt,q̃ per fluminũ alueos in mare effertur. exiguũ eſt qđ ſorbet terra, nec id ſeruat. aut enim arida eſt, & abſumit quicquid in ſe fuſum eſt: aut ſatiata, ſi quid ſupra deſideriũ cecidit, excludit. & ideo primis imbribus nõ augentur amnes: quia totos in ſe ſitiens terra trahit. Quid, quod quædam flumina erumpunt ſaxis & montibus? his quid conferẽt pluuiæ, quæ per nudas rupes deferuntur, nec habent terram cui inſideant? adijce, quod in ſicciſsimis locis, putei in altum acti, per ducenum aut tricenum pedũ ſpatia, inueniũt aquarum vberes venas, in ea altitudine, in quam aqua nõ penetret: vt ſcias illic non cœleſtem eſſe, nec collectitium humorem, ſed

quod dici solet viuam aquam. Illo quoq; argumēto hæc opinio refellitur, quod quidam fontes in summo montis cacumine redūdant. apparet ergo illos sursum agi, haut ibi concipi, cum omnis aqua pluuialis decurrat.

VIII. Quidam existimant quemadmodum in exteriore parte terrarum vastæ paludes iacent, magni & nauigabiles lacus, quemadmodum ingēti spatio terræ maria porrecta sunt, infusa vallibus: sic interiora terrarum abundare aquis dulcibus, nec minus illas stagnare, quàm apud nos oceanū, & sinus eius, imo eo latius, quo plus terra in altū patet. ergo ex illa ꝓfunda copia isti amnes egeruntur: quos quid miraris si terra detractos non sentiat, cum adiectos maria non sentiant?

IX. Quibusdā hæc placet causa. aiunt habere terram intra se cauos recessus, & multū spiritus, qui necessario frigescit, vmbra graui pressus. deinde piger & immotus, in aquam cum desijt conuertitur. quemadmodum supra nos mutatio aeris imbrem facit, ita infra terras riuum agit. supra nos stare non potest segnis diu & grauis. aliquando enim sole tenuatur, aliquando ventis expāditur. itaq; interualla magna imbribus sunt. sub terra vero quicquid est, quod illum in aquam conuertat, idem semper est, vmbra perpetua, frigus æternum, inexercitata densitas: semper ergo præbebit fonti aut flumini causas. placet nobis terram esse mutabilē. huc quoq; quicquid efflauit, quia non aere libero cōcipitur, crassescit, & protinus in humorem conuertitur.

X. Habes primas aquarum sub terra nascentium causas. adijcias etiam licet, quod fiant omnia ex omnibus. ex aqua aer. ex aere aqua. ignis ex aere. ex igne aer. quare ergo non terra fiat ex aqua, & ex terra aqua? quæ si in alia mutabilis est, & in aquam, imo maxime in hanc. vtraq; cognata res est, vtraq; grauis, vtraq; densa, vtraq; in extremū mundi compulsa. ex aqua terra fit: cur non aqua fiat è terra? at magna flumina sunt. cum videris, quanta sint, rursus ex quanto prodeant, aspice. rursus miraris, cum labantur assidue, quædā vero cōcitata rapiantur, quod præsto sit illis semper aqua noua. quid si mireris, quod cū venti totum aera impellant, nō deficiat spatio spiritus: sed per dies noctesq; æqualiter fluat, nec vt flumīa certo alueo feratur, sed per vastum cœli spatiū lato impetu vadat? quid si vllam vndam superesse mireris, quæ supueniat tot fluctibus fractis? nihil deficit quod in se redit: omnium elementorū alterni recursus sunt. quicquid alteri perit, in alterum transit. & natura partes suas velut in ponderibus cōstitutas examinat, ne portionum æquitate tur-A bata mundus præponderet. omnia in omnibus sunt. non tantum aer in ignem transit, sed nunquā sine igne est. detrahe illi calorem, rigescet, stabit, durabitur. transit aer in humorem, sed nihilominus non sine humore. & aera & aquam facit terra, sed non magis vnq̄ sine aqua est, quam sine aere. & ideo facilior inuicē transitus est, quia illis, in quæ transeūdum est, iam mixta est. habet ergo terra humorem, hūc exprimit. habet aera, hunc vmbra hyberni frigoris densat, vt faciat humorem. ipsa quoq; mutabilis est in humorem, natura sua vtitur.

Quid ergo, inquis, si perpetui sunt amnes, vel causæ quibus flumina oriuntur ac fontes: quare aliquando siccantur: aliquando quibus non fuere locis exeunt? Sæpe motu terrarum itinera turbātur, & ruina interscindit cursum aquis: quæ re- XI.
B centes & nouos exitus quærunt: & aliquo impetu faciunt, aut ipsius quassatione terræ aliūde alio transferuntur. apud nos euenire solet, vt amisso cannali suo flumina primum refundantur: deinde quia perdiderunt viam, faciant hoc, quod accidisse ait Theophrastus in Coryco monte, in quo post terrarum tremorem noua vis fontium emersit. sed & alios quoq; casus interuenire quidā opinantur: qui aliter euocent aquas, aut à cursu suo *deijciant, atq; auertant. fuit aliquādo aquarum *ali. decidant. inops Hemus, sed cum Gallorum gens à Cassandro obsessa in illum se contulisset: & syluas cecidisset: ingens aquarum copia apparuit, quas videlicet in alimentum suum nemora ducebant: quibus excisis humor, qui desijt in arbusta consumi, superfusus est. idem ait circa Magnesiam accidisse. sed pace Theophrasti dixisse liceat, nō hoc est
C simile veri: quia ferè aquosissima sunt, quæcunq; vmbrosissima. quod non eueniret, si aquas arbusta siccarent: quibus alimentum ex proximo est. fluminum vero vis ex intimo manat, vltraq; excipitur quam radicibus euagari licet. deinde succisæ arbores plus humoris desiderant, non tantum id quo viuant, sed & id quo crescant. idem ait, circa Arcadiam, quæ vrbs in Creta insula est, fontes & lacus substitisse, quia desierit coli terra diruta vrbe: postea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepisse: causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere. quomodo ergo plurimos videmus in locis desertissimis fontes? plura deniq; inuenimus, quæ propter aquas coli cœperūt, quàm quæ aquas habere cœperint, quia colebātur. non enim esse pluuialē hanc aquam, quæ vastissima flumina à fonte statim, magnis apta nauigijs defert, ex hoc intelligas licet: quod

per

per hyemem,æstatemq; par est à capite deiectus. pluuia potest facere torrentem, nõ potest autem æquali inter ripas suas tenore labẽtem. aquã non faciunt imbres,sed excitant.

XII. Paulo repetamus hoc altius si videtur, & scies te nõ habere quod quæris, cũ ad veram amnium originem accesseris. Flumẽ nempe facit copia cuiuscunq; aquæ perennis. ergo si quæris à me, quomodo aqua fiat, interrogabo inuicem, quomodo aer fiat, aut terra. si rerum elemẽta sunt quatuor, nõ potest interrogari vnde aqua sit, quarta enim pars est naturæ. quid ergo miraris, si rerum naturæ portio tam magna, potest aliquid ex se semper effundere? quomodo ergo aer & ipse quarta pars mũdi ventos & auras mouet, sic aqua riuos & flumina. si ventus est fluens aer, & flumen est fluens aqua. satis & multum illi virium dedi, cum dixi elementum est. intelligis quod ab illo proficiscitur, non posse deficere.

XIII. Aqua, ait Thales, valentissimum elementum est, hoc fuisse primũ putat, ex hoc surrexisse omnia. sed nos quoq; aut in eadem sentẽtia eius, aut in vltima sumus. dicimus enim ignem esse qui occupet mundum, & in se cuncta conuertat. hunc euanidum considere, & nihil relinqui aliud in rerum natura, igne restincto, quàm humorẽ. in hoc futuri mundi speciem latere. ita ignis exitus mundi est, humor primordium. miraris amnes ex hoc posse exire semper, qui pro oĩbus fuit, & ex quo sunt omnia? hic humor rerum primordiũ sic positus est, vt fluminibus edendis sufficere, vt riuis & fontibus posset. quæ sequitur Thaletis inepta sententia est. ait enim terrarum orbem aqua sustineri, & vehi more nauigij, mobilitateq; eius fluctuare, tunc cum dicitur tremere. nõ est ergo mirum, si abundat humor ad flumina fundenda, cũ mundus in humore sit totus. hanc veterem & rudem sententiam explode. nec est quod credas in hunc orbẽ aquã subire, & p rimas facere semitã.

XIIII. Aegyptij quatuor elementa fecere, deinde ex singulis bina, marem & fœminam. aerẽ marem iudicant, qua ventus est. fœminam, qua nebulosus & iners. aquam virilem vocant mare, muliebrem omnem aliam. ignem vocant masculũ, qua ardet flamma, & fœminam qua lucet innoxius tactu. terram fortiorem marem vocant, saxa cautesq;, fœminæ nomen assignant huic tractabili ad culturam.

XV. Et mare vnum est, ab initio, scilicet ita constitutum, habet suas venas, quibus impletur atque æstuat. quomodo maris, sic & huius aquæ mitioris, vasta in occulto via est, quam nullius fluminis cursus exhauriet. abdita est virium eius ratio. tan-

D tum ex illa, quantum superfluũ sit emittitur. quædam ex istis sunt quibus assentire possumus, sed hoc amplius censeo. placet natura regi terram, & quidem ad nostrorum corporũ exemplar, in quibus & venæ sunt & arteriæ, illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. In terra quoq; sunt alia itinera, per quæ aqua, & alia p quæ spiritus currit: adeoq; illam ad similitudinẽ humanorũ corporũ natura formauit, vt maiores quoq; nostri aquarũ iter appellauerint venas. sed quemadmodum in nobis, non tantum sanguis est, sed multa genera humoris, alia necessarij, alia corrupti, ac paulo pinguioris, in capite cerebrum, in ossibus medullæ, musculi, saliuæq; & lachrymę, & quiddam additum articulis, per quod citius flectantur ex lubrico: sic in terra quoq; sunt humoris genera complura. quædã quæ mature durentur. hinc est omnis metallorum humus, ex quibus aurum argentumque petit auaritia: & quæ in lapidem ex liquore vertuntur. in quibusdam vero locis terra, humorq; liquescit, sicut bitumen, & cætera huic similia. Hęc est causa aquarum, secundum legem naturę, voluntatemq;, nascẽtium. cęterum vt in nostris corporibus, ita in illa sæpe humores vitia concipiunt, aut ictus, aut quassatio aliqua, aut loci senium, aut frigus, aut æstus corrupere naturã, & sulfuratio contraxit humorem, qui modo diuturnus est, modo breuis. ergo vt in corporibus nostris sanguis cum percussa vena est, tãdiu manat, donec omnis effluxit, aut donec venę scissura subsedit, atq; interclusit, vel aliqua alia causa retro dedit sanguinem. ita in terra solutis ac patefactis venis, riuus aut flumen effunditur. interest quãtum aperta sit vena, quomodo cõsumpta aqua sit, modo exiccatur aliquo impedimento, modo coit velut in cicatricem, premitq; quam fecerat viã: modo illa vis terræ, quam esse mutabilem diximus, desinit posse alimenta in humorem conuertere: aliquando autem exhausta replentur, modo per se viribus recollectis, modo aliunde translatis. sæpe enim inania apposita plenis humorẽ in se attrahunt. ipse transire facilis in aliud. sępe ipsa terra in tabem resoluitur & humescit. idẽ euenit sub terra quod in nubibus, vt spissetur, grauioréq; q̃ vt manere in natura sua possit, gignat humorem. sępe colligitur roris modo, tenuis & dispersus liquor, qui ex multis in vnum locis confluit. sudorem aquileges vocant: quia guttæ quædã vel pressura loci elidũtur, vel æstu euocantur. hic tenuis vnda vix fonti sufficit, at ex magnis causis, magnisque conceptibus excidunt amnes: nonnunquam leuiter, si aqua pondere suo se tantum detulit, nonnunquã vehementer, & cum sono suo,

sillam

si illam spiritus intermixtus eiecit.

XVI. Sed quare quidam fontes senis horis pleni, senisq; sicci sunt? superuacuum est nominare singula flumina, quæ certis mensibus magna, certisq; angusta sunt, & occasionẽ singulis quærere, cum possim eãdem causam omnibus reddere. quemadmodum quartana ad horã venit, quemadmodum podagra ad tempus respondet, quemadmodum purgatio, si nihil obstitit, statum diem seruat, quemadmodum præsto est ad mẽsem suum partus: sic aquæ interualla habent, quibus se retrahant, & quibus reddant. quædam autem interualla, quia minora sunt, ideo notabilia, quędam maiora, nec minus certa. & quid hoc mirũ est, cum videas ordinem rerum & naturam per constituta procedere? hyems nũquam aberrauit. æstas suo tempore incaluit. autumni, verisq;, vt solet, facta mutatio est. tam solstitium q̃ equinoctium suos dies retulit. sunt & sub terra minus nota nobis iura naturæ, sed non minus certa. crede infra, quicquid vides supra. sunt & illic specus vasti, sunt ingẽtes recessus, & spatia suspẽsis hinc & inde montibus laxa. sunt abrupti in infinitum hiatus, qui sæpe illapsas vrbes receperunt, & ingentem in alto ruinam condidere. hæc spiritu plena sunt. nihil enim vsquam inane est, et stagna obsessa tenebris & locis amplis. animalia quoq; illis innascuntur, sed tarda & informia, vt in aere cæco pinguique concepta, & in aquis torpentibus facta, pleraque ex his cæca vt talpæ et subterranei vermes, quibus deest lumen, quia superuacuum est. inde vt Theophrastus affirmat, pisces quibusdã locis eruuntur. Et paulopost.

XIX. Sed vt ad propositũ reuertar, accipe argumentum magnam vim aquarum in subterraneis occuli fertilem fœdo situ piscium. si quando erupit, affert secum immensam animalium turbam, horridam aspectu, & turpẽ ac noxiã gustu. certe cum in Caria circa Myndum vrbem talis exilisset vnda: periere quicũq; illos ederant pisces, quos ignoto ante eum diem cœlo nouus amnis ostẽdit. nec id mirum. erãt enim pinguia & differta, vt ex longo otio, corpora, cæterum inexercitata, & in tenebris saginata, et lucis expertia, ex qua salubritas ducitur. nasci autem posse pisces in illo terrarum profundo, sit indicium, quod anguillæ quoq; latebrosis locis nascuntur: grauis & ipsæ cibus ob ignauiam, vtiq; si altitudo luti penitus abscondit. habet ergo non tantum venas aquarum terra, ex quibus corriuatis flumĩa effici possunt: sed & amnes magnitudinis vastæ, quorum alijs semper in occulto cursus est, donec aliquo sinu deuorẽtur: alij sub aliquo lacu emergunt. iã quis ignorat esse

A quædam stagna sine fundo? quorsum hæc pertinent? vt appareat hanc magnis amnibus æternam esse materiam, cuius non tanguntur extrema, sicut fontium fluminum.

At quare aquis sapor varius? propter quatuor causas. ex solo prima est, per quod feruntur. secunda ex quadã similitudine eius ex quo nascitur. tertia ex spiritu, qui in aquã trãsfiguratus est. quarta ex vitio, qđ sæpe cõcipiunt corruptæ per iniuriã. hæ causæ saporem dant aquis varium. hæ medicaminum potẽtiam. hæ grauem spiritum, odoręq; pestiferum. hæ leuitatem, grauitatemq;, aut calorem, aut nimium rigorem. interest vtrum per loca sulfure an nitro, an bitumine plena transeant. hac ratione corruptæ, cum vitæ periculo bibuntur. hinc illud de quo Ouidius ait, XX.

B Flumen habẽt Cicones quod potũ saxea reddit
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Medicatum est, & eius naturæ habet limum, vt corpora & adglutinet & induret. quemadmodũ Puteolanus puluis, si aquam attigit, saxũ est. sic econtrario, hæc aqua si solidum tetigit, hęret & affigitur. inde est, quod res abiectę in eundem lacum lapideæ subinde extrahuntur. quod in Italia in quibusdam locis euenit, siue virgam, siue frõdem demerseris, lapidem post paucos dies extrahis. Circũfunditur enim corpori limus, alliniturq; paulatim. hoc minus videbitur tibi mirum, si notaueris Albulam, & fere sulfuratam aquã circa canales suos, ripasq; durari. aliquam harũ habẽt causam illi lacus, quos quisquis faucibus hausit, vt idem poeta ait,

C Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporẽ.

Similem habet vim mero, sed vehementiorem. nam quemadmodum ebrietas donec exiccetur, dementia est, & nimia grauitate defertur in somnum: sic aquę huius sulfurea vis habet quoddam acrius ex aere noxio virus, quod mentem, aut furore mouet, aut sopore opprimit. hoc habet mali & amnis,

Quem quicũq; parũ moderato gutture traxit, XXI.
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

In quosdam specus qui despexere moriuntur. tam velox malum est, vt transuolantes aues deijciat. talis est aer, talis locus ex quo letalis aqua distillat. quod si remissior fuerit aeris & loci pestis, ipsa quoq; temperatior noxa, nihil amplius q̃ tentat neruos, velut ebrietate torpentes. nec miror, si locus atq; aer aquas inficit, similesq; regionibus reddit, per quas & ex quibus veniunt. pabuli sapor apparet in lacte, & vini vis existit etiam in aceto: nulla res est, quæ non eius à quo nascitur, notas reddat.

Aliud

XXII. Aliud est etiam aquarum genus, quod nobis placet cœpisse cum mundo. siue ille æternus sit, hoc quoque fuit semper, siue initium aliquod est illi, hoc quoque cum mūdo dispositum est. quid sit hoc quæris? oceanus, & quodcunq; ex illo mare terras interluit. iudicant quidam flumina quoque. quorum inenarrabilis natura est, cum ipso mundo traxisse principia, vt Histrum, vt Nilum vastosq; amnes, magisq; insignes q̃ vt dici possit, eandem illis originem q̃ cæteris esse.

XXIII. Hæc est ergo aquarum diuisio, vt quibusdam videtur. post illam cœlestes, quas ex superioribus nubila eijciunt. ex terrenis aliæ sunt, vt ita dicam supernatantes, quæ in summa humo repunt, aliæ abditæ, quarum reddita est ratio.

XXIIII. Quare quædam aquæ caleant, quędam etiam ferueant in tantum, vt non possint esse vsui, nisi aut in aperto euanuere, aut mixtura frigidæ intepuere, plures causæ redduntur. Empedocles existimat ignibus, quos multis locis terra opertos tegit, aquam calescere: si subiecti sunt solo, per q̃d aquis transcursus est. facere solemus dracones, & milliaria, & complures formas, in quibus ęre tenui fistulas struimus, per decliue circundatas, vt sæpe eundem ignem ambiens aqua per tantum fluat spatij, quantum efficiendo calori sat est. frigida itaq; intrat, effluit calida. idem sub terra Empedocles existimat fieri, quem nō falli credebāt, ij q̄bus balnearia sine igne calefiunt: spiritus in illa feruens loco æstuanti infunditur. hic ꝑ riuos lapsus nō aliter q̃ igne subdito, parietes & vasa balnei calefacit. omnis deniq; frigida transitu mutatur in calidam: nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur. quidam existimant per loca sulfure plena exeuntes, vel introeuntes aquas, calorem beneficio materiæ, per quam fluunt, trahere: quod ipso odore gustuq; testantur. reddūt enim qualitatem eius, quā caluerunt, materiæ. quod ne accidere mireris, viuæ calci aquam infunde, feruebit.

XXV. Quædam aquæ mortiferæ sunt, nec odore notabiles, nec sapore. Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis, aduenas fallit: quia nō facie, non odore suspecta est, qualia sunt magnorum artificum venena, quæ deprehendi nisi morte non possunt. hęc autem, de qua paulo ante retuli aqua, summa celeritate corrumpit: nec remedio locus est, quia ꝓtinus hausta duratur, nec aliter q̃ gypsum sub humore constringitur, & alligat viscera. est autem noxia aqua, in Thessalia circa Tempe, quam & feræ, & pecus omne deuitat: per ferrum, & æs transit: tanta vis illi inest etiam dura molliendi: nec arbusta quidem vlla alit, &

D herbas necat. quibusdam fluminibus vis inest mira. alia enim sunt quę pota inficiunt greges ouiū: intraq; certum tempus, quæ fuere nigræ, albam ferunt lanam, quæ albæ venerant, nigrę abeunt. hoc etiam in Bœotia amnes duo efficiunt, quorū alteri ab effectu Melas nomen est: vterq; ex eodē lacu exeunt, diuersa facturi. in Macedonia quoq; vt ait Theophrastus est flumen, ad quod qui facere albas oues volunt, adducunt. quod vt diutius potauere, non aliter q̃ infectę mutantur. at si illis lana opus fuerit nigra, vel pulla, paratus gratuitus infector est, & ad Peneum eundem gregem appellūt. autores nouos habeo esse in Galatia flumen, quod idem in omnibus efficiat. esse in Cappadocia, quo poto equis, nec vlli pręterea animali color mutatur, & spargitur albo cutis. quosdā lacus esse, qui nandi imperitos ferant, notum est: E erat in Sicilia, est adhuc in Syria stagnum, in quo natant lateres, & mergi proiecta non possunt: & si grauia sint. huius rei palàm causa est, quamcūque vis rem expende: & contra aquam statue, dū modo vtriusque par sit onus: si aqua grauior est, leuiorem rem, q̃ ipsa est, feret, & tāto supra se extollet, quanto erit leuior: grauiora descendunt. at si aquæ, & eius rei quā contra pensabis, par pōdus erit, nec pessum ibit, nec extabit, sed æquabitur aquę, & natabit quidem, sed penè mersa, ac nulla eminēs parte. hoc est cur quędam tigna supra aquā, penè tota, efferātur: quędam ad mediū submersa sint, q̄dam ad ęquilibrium aquę: quędā descendant. namq; cum vtriusq; pondus par est, neutraq; res alteri cedit, grauiora descendunt, leuiora gestantur. graue autem, & leue est, nō æstimatione nostra, sed comparatione eius, quo vehi debet. itaq; vbi aqua grauior est, hominis corpore, aut saxi, non finit id, quo non vincitur mergi. sic euenit, vt in quibusdam stagnis ne lapides qui F dem pessum eant, de solidis, et duris loquor. sunt enim multi pumicosi, & leues, ex quibus quę cōstant insulę in India natant. Theophra. est autor. ipse ad Cutylias natantem insulam vidi. alia in Vadimonis lacu vehitur, alia in lacu Stationēsi. Cutyliarum īsula & arbores habet, & herbas nutrit, tamen aqua sustinetur: & in hanc atq; illam partem non tantum vento impellitur, sed & aura. nec vnquam illi per diem: & noctem in vno loco statio est, adeo mouetur leui flatu. huic duplex causa est. aquę grauitas medicatę, ob hoc pōderosę, & ipsius insulę materia vectibilis, quę nō est corporis solidi, quamuis arbores alat. fortasse enim leues truncos frondesq; in lacus sparsas pinguis humor apprehendit, ac vinxit. itaque etiam si qua in illa saxa sunt, inuenies aquosa & fistulosa

losa: qualia sunt quæ duratus humor efficit vtiq; circa medicatorum fontium riuos, quæ vbi purgamenta aquarum coaluerunt: ex spuma solidantur. necessario leue est, quod ex ventoso inaniq; concretum est. quorundam causa non potest reddi, quare aqua Nilotica fœcundiores fœminas faciat, adeo vt quarundam viscera longa sterilitate præclusa, ad conceptum relaxauerit. quare quædam in Lycia aquæ conceptum fœminarum custodiant: quas solent petere, quibus parum tenax vulua est. Quid ad me attinet? pono, sta inter temere vulgata. creditum est quasdam aquas scabiem afferre corporibus, quasdam vitiliginem, et fœdam ex albo varietatem, siue infusa, siue pota sit quod vitium dicũt habere aquam ex rore collectam. quis non grauissimas esse aquas credat, q̃ in crystallum coeunt? contra autem est, tenuissimis hoc enim euenit: quas frigus ab ipsa tenuitate facillime gelat. vnde autem fiat eiusmodi lapis apud Græcos ex ipso nomine apparet: κρύσταλλον enim appellant æquè hunc perlucidum lapidem atque illam glaciem, ex qua fieri creditur. aqua enim cœlestis minimum in se terreni habens, cũ induruit, longioris frigoris ptinacia spissatur magis, ac magis: donec omni aere excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat, lapis effectus est.

XXVI. Aestate quædam flumina augentur, vt Nilus, cuius alias ratio reddetur. Theophrastus est autor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore æstiuo. quatuor autem esse iudicãt causas. aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est. aut quia maiores in remoto imbres sunt: quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus ventis ostium ceditur, & reuerberato fluctu, amnis resistit, qui crescere videtur, quia non effunditur. Quarta ratio est syderum. hæc enim quibusdam mensibus magis vrgent, & exhauriũt flumina, cum longius recesserunt, minus consumũt atque trahunt. itaque quod impendio solebat, id incremento accedit. quædam flumina palam in aliquem specum decidunt, & sic ex oculis auferuntur: quædam consumuntur paulatim, & intercidunt: eadem ex interuallo reuertuntur, recipiuntque & nomen, & cursum. causa manifesta; est, sub terra vacat locus. omnis autem humor natura ad inferius, & ad inane defertur. illo itaque;

A recepta flumina cursus egere secreto: sed cum primum aliquid solidi quod obstaret, occurrit, prærupta parte, quæ minus ad exitum repugnabat, repetiere cursum suum.

Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc, alioque renascitur orbe.
Sic modo combibitur, tacito mõ gurgite lapsus,
Redditur argolicis ingens Erasinus in vndis.

idem & in oriente Tigris facit, absorbetur, & desideratus diu tandem longe remoto loco purgamenta eiectat, vt Arethusa in Sicilia, qnta quaque æstate per olympia. inde opinio est Alphęon ex Achaia eo vsque penetrare, & agere sub mare cursum, nec ante, quã in Syracusano litore emergere: ideo quibus diebus olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illic redũdare. & hoc etiam à te traditum est, vt in prima B parte Lucili charissime, & à Virgilio qui alloquitur Arethusam.

Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.

est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum interuallum temporis fœda quædã turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusq; est: hoc quibusdam locis fontes faciunt, vt non tantum lutum aut folia, sed testas quoq;, & quicquid putre iacuit, expellant. vbiq; autem facit mare, cui hæc natura est, vt omne immũdum stercorosumq; litoribus impingat: quædam vero partes maris id certis temporibus faciunt, vt circa Messanam, et Mylas, fimo quiddam simile, turbulentum in litus mare profert, feruetq;, & exæstuat, non sine odore fœdo: vnde illic stabulari Solis boues fabula est. sed difficilis ratio est quorun- C dam, vtique inibi * tempus eius valde quo purgatur obseruatum, sed incertum est. itaq; proxima quidem inueniri, & vicina non potest causa, cæterum publica est illa. omnis aquarum stantium clausarumque natura se purgat. nam in his quibus cursus est, non possunt vitia consistere, quæ sua vis defert, & exportat. illæ quę non emittunt quicquid insedit, magis, minusve æstuant. mare vero cadauera stramentaq; et naufragiorum reliqua similia ex intimo trahit, nec tantum tempestate fluctuque, sed tranquillum quoque placidumq; purgatur.

Senecæ finis.

Lectori

LECTORI

NEque ægrotantibus inutile, neq; medentibus ingratum fore putauimus: si huc illa quoq; contulissemus, quæ C. PLINIVS homo multæ lectionis de calidarum aquarum medicinis, deq; alumine ac nitro erudita breuitate conscripsit: quæ si quis cum placitis medicorum conferre non grauabitur, facile intelliget tum ex Dioscoride (quamuis eum non nominet) tum ex optimis quibusq; auctoribus fuisse collecta. Quin illud quoq; animaduertet, multa quæ ad medicinas atque vsum vitæ pertinent, hodie ignorari, quæ tamen veteribus fuere notissima. Medici sanè diligentes, vbi hæc non incuriose legerint, etiam atque etiam considerabunt, quid sit nitrum, quid alumen. nam cum vtrunque & natiuum & factitium fuisse constet, haud facile inuenias qui nitrum agnoscat. In aluminis etiam mentione quædam leguntur non apud Plinium modo, sed apud Dioscoridem quoque, quæ hæsitare homines cogant, ac fateri neutrum horum satis hodie cognosci. proinde ad diligentem totius rei inquisitionem excitati, mentem, animumq; intendent, & operam dabunt, ne in re tanta diutius hominum vita fallatur, & salus interdum periclitetur. quis enim (vt taceam compositiones medicamentorum, in quæ hæc expetuntur) scire potest, quæ sint aquæ nitrosæ, aut aluminosæ, nisi prius nitro atque alumine agnito? quis porrò nitrosæ odor, quis sapor? quo pacto aluminosas ab alijs dignoscemus? nisi medicorum cura hæc fuerint exquisita atq; comperta? quod hoc seculo tam erudito, tamq; diligenti futurum non diffido. In quo nulla iam superest artis medicæ pars, quæ non iuniorum doctrinis, atq; ingenijs, & squallorem pristinarum sordium exuerit, nouarumque inuentione nitorem induerit, & pulsis veterum errorum tenebris, splendore nouæ lucis enitescat.

EX C. PLINII
Libro Secundo Naturalis Historiæ.

Miracula Aquarum, Fontium, & Fluminum. Cap. CVI.

Irabilius id faciunt aquę dulces iuxta mare, vt fistulis emicātes. nam nec aquarum natura à miraculis cessat. dulces marinis inuehūtur leuiores haud dubie. iō & marinæ, quarum natura grauior, magis inuecta sustinent. quędam vero & dulces inter se supermeant alias. vt in Fucino lacu Iuuētus amnis. ī Lario Abdua, in Verbano Ticinus, ī Benaco Mintius, & in Sebino Ollius, in Lemāno Rhodanus. hi trans alpes superiores in Italiam multorum millium transitu hospitales suas tantum, nec largiores q̃ intulere aquas euehentes. proditum hoc & in Oronte amne Syriæ, multisq; alijs. quidam vero odio maris ipsa subeunt vada, sicut Arethusa fons Syracusanus, in quo redduntur iacta in Alpheū, qui per Olympiam fluens Peloponesiaco littori infunditur. subeunt terras, rursusq; redduntur Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. & quæ in Aesculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur. & in Atinate cāpo fluuius mersus post. xx. millia passuum exit. & in Aquileiēsi Timauus. nihil in Asphaltite Iudeę lacu, qui bitumen gignit mergi potest, nec in Armeniæ maioris Arethusa, is quidem introrsus pisces alit. in Salentino iuxta oppidum Māduriam lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neq; infusis augetur. in Ciconū flumine, & in Piceno lacu Velino lignum deiectum lapideo cortice obducitur: & ī Surio Colchidis flumine, adeo vt lapidē plerunq; durans adhuc integat cortex. similiter in flumine Silari vltra Surrentum non virgulta modo immersa, verum et folia lapidescunt, alias salubris potus eius aquæ. in exitu paludis Reatinæ saxū crescit. & in Rubro mari oleæ, virentesq; frutices enascuntur. sed & fontium plurimorum natura mira est feruore. idque

etiam

& in iugis alpiũ ipsoq; in mari, iter ĩ Italiã, & Ae
nariã, vt in Baiano sinu, & ĩ Lyri fluuio multisq;
alijs. nã dulcis haustus ĩ mari plurimis locis, vt ad
Chelidonias ĩsulas, & Aradũ, & in Gaditano o-
ceano. Pataninorũ aquis calidis herbæ virẽtes in
nascunť, Pisanorũ ranę. ad Vetulonios in Hetru
ria nõ ꝓcul à mari pisces. In Casinate fluuius ap-
pellatur Scatebra frigidus abũdãtior æstate. in eo
vt in Arcadię Stymphalo enascũtur aquatiles mu
sculi. in Dodone Iouis fons cũ sit gelidus, et ĩmer
sas faces extĩguat, si extĩctę admoueãtur, accẽdit.
idẽ meridie semp deficit, qua de cã ἀναπαυόμενον
vocãt. mox increscẽs ad mediũ noctis exuberat,
ab eo rursus sensim deficit. In Illyrijs supra fontẽ
frigidũ expãsæ vestes accẽdũtur. Iouis Hãmonis
fõs interdiu frĩdus, noctib. feruet. in Troglodytis
fõs solis appellatur dulcis, et circa meridiẽ maxĩe
frigidus, mox paulatĩ tepescens, ad noctis media
feruore, & amaritudine ĩfestatur. Padi fons me-
dijs dieb. ęstiuis velut interquiescẽs ſparet. in Te
nedo insula fons semp à tertia noctis hora in. vj.
ab ęstiuo solstitio exũdat. & in Delo insula Ino-
pus fons eodẽ quo Nilus mõ, ac pariter cũ eo de
crescit augeturq;. cõtra Timauũ amnẽ insula pua
in mari est, cũ fontib. calidis, qui pìter cũ ęstu ma
ris crescũt minuũturq;. in agro Pitinate trãs Apę
ninũ fluuius Nouanus oĩbus solstitijs torrẽs, bru
ma siccať. In Falisco Clitũni amnis aqua potata
cãdidos boues facit, in Bęotia amnis Melas oues
nigras. Cephisus ex eodẽ lacu ꝓfluẽs albas, rursus
nigras Peneus, ruffasq; iuxta Iliũ Xanthus, vñ &
nomẽ amni. in Põto fluuius Astaces irrigat cam-
pos, in quib. pastæ oues nigro lacte æq̃ gẽtes alũt.
in Reatino fõs Neminia appellatus, alio atq; alio
loco exoritur annonæ mutationẽ significãs. Brũ
dusij in portu fons incorruptas ꝑstat aquas naui-
gãtibus. Lyncestis aqua, q̃ vocatur Acidula, vinĩ
mõ temulẽtos facit. Itẽ in Paphlagonia, & ĩ agro
Caleno, in Andro insula tẽplo Liberi patris fon
tẽ nonis Ianuarijs ſp vini sapore fluere Mutianus
ter coss. credit. Διὸς θεοδοσία vocatur. Iuxta No-
nacrin Arcadię Styx nec odore differẽs, nec colo
re, epota illico necat. itẽ in Beroso taurorũ colle
tres fontes sine remedio, sine dolore mortiferi. ĩ
Carrinẽsi Hispanię agro duo fontes iuxta fluũt;
alter oĩa respuẽs, alter absorbẽs. in eadẽ gẽte alius
aurei coloris oẽs ostẽdit pisces, nihil extra illã aq̃
cæteris differẽtes. In Comẽsi iuxta Lariũ lacum
fons largus horis singulis semp intumescit, ac re-
sidet. in Cydonia ĩsula añ Lesbõ fons calidus, ve-
re tñ fluit. lacus Sinnaus in Asia circũnascẽte ab-
sinthio ĩficitur. Colophone in Apollinis Clarij
specu lacuna est, cuius potu mira reddũtur oracu
la, bibentiũ breuiore vita. Amnes retro fluere, &

A nostra vidit ętas, Neronis principis annis supre-
mis, sicut in rebus eius retulimus. iã oẽs fontes æ-
state q̃ hyeme gelidiores esse, quẽ fallit? sicut illa
ꝑmira naturæ opa, ęs & plũbũ in massa mergi, di
latata fluitare. eiusdẽq; ponderis alia sidere, alia
inuehi. onera in aqua facilius moueri. Thyreũ la
pidẽ q̃uis grãdem innatare, eundẽque cõminutũ
mergi. recẽtia cadauera ad vadũ labi, intumescẽ-
tia attolli: inania vasa hand facilius q̃ plena extra-
hi: pluuias salinis aquas vtiliores eẽ q̃ reliq̃s. Nec
fieri salẽ nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius
gelare, & celerius accẽdi. hyeme mare calidius es
se, autũno salsius. oẽ oleo trãquillari. & ob id vri
nantes ore spargere, qm̃ mitiget naturã asperam:
lucemq; deportet. niues in alto mari non cadere.
cum omnis aqua deorsum feratur, exilire fontes
atque etiam in Aetnæ radicibus flagrantis in tñ
B vt quinquagena, & centena millia passuum are-
nas flammarum globus eructet.

Ignium & aquarum iuncta miracula, & de Maltha. *Cap. CVII.*

IAmq; & igniũ qđ est naturæ quartũ elemẽtũ
reddamus aliqua miracula. sed primũ ex aq̃s.
In Comagene vrbe Samosata stagnũ est emittẽs
limũ (Malthã vocant) flagrantẽ, cũ quid attingit
solidi, adhæret. præterea tactus sequitur fugien-
tes. sic defendere muros oppugnãte Lucullo, fla-
grabatq; miles armis suis. aquis ẽt accenditur. ter
ra tantum restingui docuere experimenta.

De Naphtha. *Cap. CVIII.*

SImilis est naturę Naphtha. ita appellať circa
Babyloniã, & in Austagenis Parthiæ ꝓfluẽs
bitũmis liq̃di mõ. Hnic magna cognatio igniũ:
trãsiliũtq; ꝓtinus in eã vndecũq; visam. ita ferũt
C à Medea pellicem crematam, postquam sacrifica
tura ad aras accesserat corona igne rapta.

EX LIBRO XXXV. Naturalis Historiæ.

De Sulfure, alumine, & generibus eorum & medicinis. *Cap. XV.*

HAec sint dicta de laterib. in terræ aũt
reliquis gñibus, vel maxĩe natura mi
ra est sulfuris, quo plurima domãtur:
nascitur in ĩsulis Aeolijs ĩter Siciliã et
Italiã, quas ardere diximus. sed nobilissimum in
Melo ĩsula. in Italia quoq; ĩuenitur in Neapoli-
tano cãpanoq; agro collib. q vocãtur Leucogæi,
qđ è cuniculis effossũ ꝑficitur igni. gña quatuor.
viuũ, qđ gręci apyron vocãt, nascitur solidũ, hoc
glebosum. eo solo ex oĩbus gñib. medici vtũtur.
cætera. n. liquore cõstãt, & cõficiũtur oleo incoo-
cta. viuũ aũt effodiť trãsluceťq;, et viret. alterũ ge
nꝰ appellãt glebã, fullonũ tñ officinis familiare.

tertio quoq; generi vnus tm̃ est vsus ad suffiẽdas,
quoniam candorẽ tm̃ mollicieq; confert. Egula
vocatur hoc genus. quarto autem elycnia maxi-
me conficienda. cætero tãta vis est, vt morbos co
mitiales deprehendat nidore, ĩpositum igni. lu-
sit & Anaxilaus eo candens in calyce nouo, pru-
naq; subdita circũferens exardescentis repercus-
su pallorem dirum velut defunctorum effunde-
re cõuiuijs. natura eius excalfacit cõcoquit. sed &
discutit collectiones corporũ, ob hoc talibus em
plastris, malagmatibusq; miscetur. renibus quoq;
& lumbis in dolore cum adipe mire ꝓdest ĩposi-
tum. aufert & lichenas à facie cũ terebĩthi resina,
& lepras. Harpachticon vocatur à celeritate auel
lẽdi: auelli. n. subide debet. prodest & suspiriosis
linctum. purulenta quoq; extussientibus, & con
tra scorpionũ ictus. vitiligines viuum nitro mix-
tum, atq; ex aceto tritũ, & illitum, tollit. idem lẽ-
des in palpebris, aceto sandaracato ammixto. ha-
bet & in religionibus locũ ad expiãdas suffitu do
mos. sentitur vis eius & in aqs feruentib. neq; alia
res facilius accẽditur, quo apparet, igniũ vim ma
gnã ẽt ei inesse. fulmina & fulgura quoq; sulfuris
odorẽ habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est.

De Bitumine.

ET bituminis vicina ẽ natura, alibi limus, ali
bi terra. limus à Iudęę lacu, vt diximus emer
gens. terra in Syria circa Sydonẽ oppidum mari-
mũ. spissantur hæc vtraq;, & in densitatem co-
eunt. est vero liquidũ bitumen sicut Zacynthiũ,
& quod à Babylone inuehitur. ibi quidem & cã-
didum gignitur. liquidum est et Apolloniaticũ,
quę oĩa græci Pissasphalton appellãt, ex argumẽ
to picis, & bituminis. gignitur & pingue liquo-
risq; oleaci in Sicilia, Agragantino fonte inficiẽs
riuum. incolæ id harũdinum panniculis colligũt
citissime sic adhærescens. vtunturq; eo ad lucer-
narum lumina olei vice. item ad scabiẽ iumento
rum. sunt qui & naphthen, de qua in secundo di
ximus volumine, bituminis generi ascribunt. ve
rum ardens eius vis igniũ naturæ cognata procul
abest ob omni vsu. bituminis probatio, vt quam
maxime splẽdeat, sitq; ponderosum, ac graue. le-
ue aũt modice quoniam adulteratur pice. vis bi-
tuminis quæ sulfuris, sistit, discutit, attrahit, glu-
tinat. serpentes nidore fugat accensum. ad suffu-
siones oculorũ, et albugines Babylonium efficax
traditur, itẽ ad lepras, lichenas, pruritusq; corpo
rũ. illinitur & podagris. omnia aũt eius gña incõ
modos oculorũ pilos replicant. dentiũ doloribus
medentur simul cũ nitro illita. tussim veterẽ, &
anhelitus cũ vino potum emẽdat. dysentericis ẽt
datur eodem modo. sistitq; aluũ. cum aceto vero
potũ discutit cõcretũ sanguinem, & detrahit. mi

D tigat lumborũ dolores, item articulorũ. cum fari
na hordacea impositum, emplastrũ peculiare fa-
cit sui nominis. sanguinẽ sistit. vulnera colligit.
glutinat neruos. vtuntur ẽt ad quartanas bitumi-
nis drachma et hedyosmi pari põdere cũ myrrhę
obolo subacti. comitiales morbos vstũ deprehen
dit. vuluarũ strangulatiões olfactum discutit cũ
vino & castoreo. procidentia sedis suffitu repri-
mit. purgationes fęminarũ in vino potum elicit.
in reliquo vsu æramentis illinitur, firmatq; ea cõ
tra ignes. diximus & tingi solitas ex eo statuas, &
illini. calcis quoq; vsum præbuit, ita ferruminita-
tis Babylonis muris. placet in ferratis fabrorum
officinis tingẽdo ferro, clauorumq; capitibus, &
multis alijs vsibus.

De Alumine.

NEc minor aut ab eo dissimilis est alumi-
nis opera, qđ ĩtelligitur salsugo terrę. plu
E ra & eius genera. in Cypro candidũ, & nigrũ, exi
gua coloris differentia, cũ sit vsus magna, qm̃ in-
ficiendis claro colore lanis candidũ liquidũq; vti
lissimum est. contraq; fuscis, aut obscuris nigrũ.
& aurũ nigro purgatur. fit aũt oẽ ex aqua limoq;
hoc est terrę exudantis natura. corriuatũ hyeme,
ęstiuis solibus maturatur. qđ fuerit ex eo prçcox:
candidũ fit. gignitur aũt in Hispania, Aegypto,
Armenia, Macedonia, Ponto, Africa. insulis Sar
dinia, Melo, Lipara, Strõgyle. laudatissimum in
Aegypto, ꝓximũ in Melo. huius quoq; duæ spẽs
liquidũ, spissumq;. liquidi ꝓbatio, vt sit limpidũ,
lacteũq; sine offensis fricandi: cũ quodã igniculo
caloris. hoc Phorimõ vocãt. an sit adulteratũ, de-
prehenditur succo punici mali. sincerũ. n. mixtu-
ra ea nigrescit. alterũ genus est pallidæ, & scabræ
F naturæ, & quod inficitur galla. ideoq; hoc vocãt
Paraphorõ. vis liqdi aluminis astrĩgere, ĩdurare,
rodere. melle admixto sanat oris vlcera, papulas,
pruritusq;. hæc curatio fit in balneis duab. mellis
partibus, tertia aluminis. virus alarũ sudoresq; fœ-
dat. sumitur pilulis cõtra lienis vitia. pellendũq;
pruritũ, ac per vrinã sanguinem. emendat & sca-
biẽ nitro, ac melanthio admixtis. concreti alumi
nis vnũ genus Schiston appellãt græci, in capilla
menta quædã canescentia dehiscens. vnde qdam
Trichitin potius appellauere. hoc quoq; fit ex la-
pide, ex quo & id Chalcitin vocãt, vt sit sudor q-
dam eius lapidis in spumã coagulati. hoc genus
aluminis siccat, minusq; sistit humorẽ inutilẽ cor-
poribus. sed auribus magnopere prodest infu-
sum, vel illitum, vel oris vlceribus, dentibusq; si
saliua cum eo contineatur. & oculorum medica-
mentis inseritur apte, verendisq; vtriusq; sexus.
coquitur in patinis, donec liquari desinat. iertio-
ris est et alterum genus, quod Strongylen vocãt.
duæ eius species, fungosum atq; omnium ore di-

lui

lui facile, quod in totum damnatur. melius pumicosum, & foraminum fistulis spongiæ simile, rotundumq; natura candido propius, cum quadā pinguedine, sine arenis, friabile, nec inficiens nigritia. hoc coquitur per se carbonibus puris, donec cinis fiat. optimum ex omnibus quod Melinum vocāt, ab insula Melo, vt diximus. nulli vis maior neq; astringendi, neque denigrandi, neq; indurandi. nullum spissius. oculorum scabricias extenuat. combustum vtilius epiphoris inhibendis. sic & ad pruritus corporis. sanguinem quoq; sistit in totum foris illitum. Vulsis pilis ex aceto illitum, renascentem mollit lanuginem summā. omnium generum vis in astringendo. vnde nomen græcis. ob id oculorum vitijs aptissima sunt. sanguinis fluctiones inhibēt cum adipe. sic & infantium vlcera, putrescentia vlcerum compescit cum adipe. & hydropicorum eruptiones siccat, & aurium vitia cum succo punici mali. & vnguium scabricias, cicatricumq; duritias, & pterygia ac perniones. phagedænas vlcerum ex aceto, aut cum galla pari pondere cremata, lepras cum succo olerum. cum salis vero duabus partibus vitia quæ serpunt. lendes, & alia capillorum animalia permixtum aquæ. sic & ambustis prodest, & furfuribus corporum cum sero, & pice, infunditur & dysentericis. vuam quoq; in ore cōprimit, ac tonsillas. ad omnia quę in ceteris generibus diximus, efficacius intelligitur ex Melo adnectum. nam ad reliquos vsus vitæ in corijs lanisque perficiendis, quanti sit momenti, significatum est. ab his per se omnia ad medicinas pertinentia terræ genera tractabimus.

EX LIBRO XXXI. Naturalis Historiæ.

De differentia aquarum, medicinis, & obseruationibus. cclxvi. *Cap. II.*

EMicant benigne passimq; in plurimis terris alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi iniūctæ, sicut in Tarbellis Aquitanica gente. & in Pyrenæis montib. tenui interuallo discernēte. alibi tepidę egelidęq; auxilia morborū confe rētes. & e cūctis aīalium hominū tantū causa erūpentes augent numerū deorum noībus varijs vrbesq; condunt, sicut Puteolos in Cāpania, Statielas in Liguria, Sestias in Narbonēsi ꝓuincia. nusq̄ tñ largius q̄ in Baiano sinu, nec pluribus auxiliādi gñibus, aliæ sulfuris, aliæ alumīs, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, nōnulla ēt acida salsave mixtura. vapore quoq; ipso aliquæ ꝓsunt. tantaq; eis

A est vis, vt balneas calefaciāt, ac frigidam et in solis feruore cogant, quę in Baiano Posideanæ vocātur, noīe accepto à Claudij Cæsaris liberto. obsonia quoq; ꝑcoquunt. vaporāt & in mari ipso quę Licinij Crassi fuere, medio sq; iter fluctus existit aliquid valetudini salutare. iam gñatim neruis ꝓsunt pedibusve, aut coxēdicibus, aliæ luxatis fractisve. inaniūt aluos. sanāt vlcera. capiti auribusq; priuatim medentur. oculis vero Ciceronianæ. digna memoratu villa ē ab Auerno lacu Puteolos tendentibus iposità litori, celebrata porticu, ac nemore. quā & vocabat M. Cicero Academiā ab exēplo Athenarum, ibi cōpositis voluminib. eiusdem nominis. In qua & monumentū sibi instaurauerat. ceu vero nō & in toto terrarū orbe fecisset. huius in pte prima, exiguo post obitum ipsius

B Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi, perq̄ salubres oculis, celebrati carmine Laureæ Tullij qui fuit è libertis eius. vt ꝓtinus noscatur etiam ministerium eius haustus ex illa maiestate. ponam enim ipsum carmen dignum vbiq; & non ibi tantum legi.

Quo tua Romanæ vindex clarissime linguę
Sylua loco melius surgere iussa viret,
Atq; Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbē,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In eadem Cāpanię regione Sinuessanę aquæ sterilitatē fœminarū, & virorum insaniā abolere ꝓ

C duntur. in Aenaria īsula calculosis mederi. & quę vocatur Acidula ab Teano Sidicino quatuor M. passuū frigida. itē in Stabiano quæ dimidia vocatur, & in Venafrano ex fonte Acidulo. idem contingit in Velino lacu potantib. item in Syriæ fonte iuxta Taurū montem, auctor est M. Var. & in Phrygiæ Gallo flumine Callimachus, sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat. quod in Aethiopia accidere his, q̄ è fonte Rubro biberint Ctesias scribit. iuxta Romā Albulæ aq vulnerib. medētur prægelidę eę. sed Cutilię, in Sabinis gelidissimæ suctu quodā corpora inuadūt, vt ꝓpe morsus videri possit, aptissimę stomacho, neruis, vniuerso corpori. Thespiarum fons cōceptus mulieribus repræsentat. item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem partum Linus fons in eadem Arcadia, abortusq; fieri non patitur. E diuerso in Pyrrha flumen quod Aphrodisium vocatur, steriles facit. Lacus Alphion vi-

tiligines tollit. Varro auctor est Titium quendã prætura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur, sicut apparet in epistola Cassij Parmensis ad M. Antonium. contra aquarũ culpa in Troezene omnium pedes vitia sentiũt. Tũgri ciuitas Galliæ fontem habet insignem plurimis bullis stellantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus itelligitur. purgat hic corpora. tertianas febres discutit, calculorumque vitia. eadem aqua igne admoto turbida fit. ad postremum rubescit. Leucogei fontes iter Puteolos, & Neapolin oculis, & vulneribus medẽtur. Cicero in admirandis posuit Reatinis tantũ paludibus vngulas iumentorum indurari. Eudicus in Hestiæ Otide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oues nigras fieri, Melam ex quo albas, ex utroq; aũt varias. Theophrastus in Thurijs Crathin candorem facere. Sybarim nigriciam bobus, ac pecorib. quin & homines sentire differentiam eam, nam qui Sybarim bibant, nigriores esse durioresq;, & crispo capillo. qui ex Crathide candidos, molliores q; ac porrecta coma. Item in Macedonia quæ velint sibi candida nasci ad Haliachmõ ducere. quæ nigra, aut fusca ad Axium. Idem omnia fusca quibusdam in locis tradit nasci, & fruges quoq;, sicut i Messapijs. at in Lusis Arcadiæ quodam fonte mures terrestres bibere, & cõuersari. Erythris aleos amnis pilos gignit in corporibus. in Bœotia ad Trophonium deum iuxta flumen Orchomenõ duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem affert, inde nominibus inuentis. In Sicilia apud oppidum Iusgum riuus fluuit vnus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri, Varro tradit, In Cea insula fontem esse quo hebetes fiant, Zame in Africa quo canoræ voces. Vinum tedio venire his qui ex Clitorio lacu biberit. at Eudoxus, & Theopompus inebriari fontibus his quos diximus asserunt. Mutianus Andri e fonte Liberi patris statis diebus septenis eiusdem dei vinum fluere. si auferatur è cõspectu templi, sapore in aquã transeunte. Polyclytus explere olei vicem iuxta Solos Ciliciæ fonẽt. Theophrastus hoc idem fieri in Aethiopia eiusdem virtutis fonte. Lycos in Indiæ terris fontem esse, cuius aqua lucernæ ardeant. idem Ecbatanis traditur. Theopompus in Scotusis lacũ esse dicit, qui vulneribus medetur. Iuba in Troglodytis lacum insanum malefica vi appellatum, ter die fieri amarum salsumq;, ac deinde dulcem, totiensq; etiam noctu scatentem albis serpentibus vicenum cubitorũ. idem in Arabia quoq; font em exilire tanta vi, vt nullum non

D pondus impactũ respuat. Theophrastus Marsyæ fontem in Phrygia ad Celenas oppidũ saxa egerere. non procul ab eo duo sunt fontes Claeõ, & Gelon ab effectu græcorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo potãtes amorem deponere Mutianus credit. Crãnone est fõs calidus citra summum seruorẽ, qui in vinum additus triduo calorem potionis custodit in vasis. sunt & Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorũ haustus triduo feruet, circa margines vero pumicẽ faciunt aq. quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturæ maiora esse miracula, q̃q̃ inter initia operis abũde multa retulimus. Ctesias tradit Siliam vocari stagnum in Indis, i quo nihil innatet, sed omnia mergãtur, Celius apud nos in Auerno ait etiã folia subsidere. Varro aues quæ aduolauerit

E emori. cõtra in Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil imergitur. item in Siciliæ fonte Pythia, vt Appion tradit. & ir. Medorũ lacu puteoque Saturni fons Limire trãsire solet in loca vicina portendens aliquid. mirũ quoq; est, q cum piscibus trãsit. responsa ab his petunt incolæ cibo, quẽ rapiunt annuentes. si vero euentũ negẽt, cau dis abigunt. Amnis Olachas in Bithynia Brietiũ alluit, hoc est & tẽplo, & deo nomen, cuius gurgite periuri notantur pati velut flãmam vrentẽ. in Cãtabria fontes Tamarici in augurio habẽtur, tres sunt octonis pedibus distantes, in vnũ alueũ coeunt vasto amne. singulis siccantur duodecies diebus, aliqñ vicies, citra suppressionẽ vllã aquæ, cum sit illis vicinus fons sine intermissione largus. dirũq; est, non ꝓfluere eos aspicere volentib. sicut ꝓxime Lartio Licinio legato post præturã, post septẽ dies accidit. in Iudæa riuus sabbatis omnibus siccat. ẽdiuerso miracula alia dira. Ctesias in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pi

F sces illico mortẽ afferre in cibis. quod & citra Danubij exortũ audiui, donec veniatur ad fontẽ alueo appositũ, vbi finitur id genus piscium. ideoq; ibi caput eius amnis intelligitur, fama. hoc idem & in Lydia in stagno nympharũ tradunt. in Arcadia ad Phoeneum aqua ꝓfluit è saxis Styx appellata, q̃ illico necat, vt diximus. sed esse pisces paruos in ea tradit Theophr. letales, & ipsos, q̃ nõ in alio genere mortiferorum fontium. necare aquas Theopompus, et in Trechea apud Cychros dicit. Lycus in Leontinis tertio die si quisquam biberit. Varro ad Soractẽ scripsit esse fontem, cuius sit latitudo quatuor pedum, sole oriente eum exundare feruenti similem, auesque quæ gustauerint, iuxta mortuas iacere. namq; & hæc insidiosa conditio, quòd quædam etiam blandiũtur aspectu,

aſpectu,vt ad Nonacrin Arcadiæ.omnino enim nulla deterrent qualitate: ſed hanc putāt nimio frigore eſſe noxiam,vtpote cum proflues ipſa lapideſcat.aliter circa Theſſalica Tempe,quoniam viſus omnibus terrori eſt.traduntq; etiam æs ac ferrum erodi illa aqua.profluit vt indicauimus breui ſpacio.mirumq; ſiliqua ſylueſtris amplecti radicibus fontem eum dicitur,ſemper florens purpura.& quædam ſui generis herba in labris fontis viret.in Macedonia non procul ab Euripidis poetæ ſepulchro duo riui confluūt alter ſaluberrimi potus,alter mortiferi. i Perperenis fons eſt, qui quacunq; rigat, lapideam facit terram.item calidæ aquæ in Eubœa. Lebedon namq; alluit riuus in quo ſaxa in altitudinem creſcunt.in Eurymenis deiectæ coronę in fontem lapides fiunt.in Coloſſis flumen eſt,in quo lateres coniecti lapides extrahūtur.in ſcyretico metallo arbores quæcunq; flumine alluuntur, ſaxa fiunt cum ramis. Diſtillantes quoq; guttæ in lapides dureſcunt,in antris Corycijs: nam Miezæ in Macedonia etiā pendentes in ipſis cameris: at in corynthocum decidere in quibuſdam ſpelūcis vtroq; modo columnas faciunt, vt in Phauſia Cherſoneſi Rhodiorum in antro magno etiā diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus exemplis.

De qualitate aquarum in ſalubritate, vel commoditate earum. Cap. III.

QVæritur inter medicos,cuius generis aq́ ſint vtiliſsimæ.ſtagnantes pigraſq; merito damnant,vtiliores quæ profluunt, exiſtimantes.curſu enim pręcurſuque ipſo extenuari atq; proficere.eoq; mirum, ciſternarum ab aliquibus maxime probari.ſed hi rationem afferunt,quoniam leuiſsima ſit imbrium aqua, vt q́ ſubire potuerit ac pendere in aere. ideoque & niues præferuntur imbribus,niuibuſque etiam glacies,velut ad infinitum coacta ſubtilitate.leuiora enim hæc eſſe,& glaciem multo leuiorem aqua. horum ſententiam refellere intereſt vitæ. in primis enim leuitas illa deprehendi aliterquam ſenſu vix poteſt,nullo pene momento ponderis aqs inter ſe diſtātibus.nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiſſe eam in cęlum, cum etiam lapides ſubire appareat,cadenſq; inficiatur halitu terræ.quo fit vt pluuiæ aquæ ſordiū ineſſe plurimum ſentiatur,citiſsimeque ideo calefiat aqua pluuia.niuem quidem glaciemq; ſubtiliſsimum elementi eius videri miror,appoſito grandinum argumento,è quibus peſtilentiſsimum potum eſſe conuenit.nec vero pauci inter ipſos è cōtrario ex gelu ac niuibus inſaluberrimos potus prædicant,quoniam exactum ſit inde, quod tenuiſſi-

A mum fuerit.minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur,& rore nimio ſcabiem fieri,pruina vredinem, cognatis & niuis cauſis. pluuias quidem aquas celerrime putreſcere conuenit,minimeq; durare in nauigatione. Epigenes autem aquam quę ſepties putrefacta purgata ſit,perhibet amplius non putreſcere. nam ciſternas etiam medici confitentur inutiles,aluo duritias facientes faucibuſq;: etiā limi non alijs ineſſe plus,aut animalium,quæ faciunt tedium confeſſum habent.nec ſtatim amnium vtiliſsimas eſſe, ſicuti nec torrentium vllius,lacuſq; plurimos ſalubres maxime.quædam igitur & huius generis aptiſsimæ,aliæ alibi. Parthorū reges ex Coaſpe, & Euleo tantum bibūt.& eæ quamuis in longinqua comitantur illos.& horum placere potum, non quia ſint amnes apparet,quoniam nec è Ti-
B gri,nec Euphrate,nec è multis alijs bibūt. limus aquarum vitium eſt,ſi tamē idem amnis anguillis ſcateat,ſalubritatis indiciū habetur. ſicuti frigoris,tineas in fonte gigni.ante omnia damnantur amarę,& quę ſcrobem ſtatim implent, quod euenit Troezene.nam nitroſas, atq; ſalmacidas, & fœculentas in deſertis Rubrum mare petentes addita polenta vtiles intra duas horas faciunt, ipſaque veſcuntur polenta. Damnantur in primis fontes qui cœnum faciunt, quiq; malum colorē bibentibus referunt,& ſi vaſa ærea inficiunt,aut ſi legumina tarde percoquunt. ſi liquatæ leniter terram relinquunt,decoctęq; craſſis obducūt vaſa cruſtis.eſt etiamnum vitium non fœtidæ modo,verum omnino quicquam reſipientis, iucundum ſit illud licet gratumq;,& vt ſępe ad viciniā lactis accedens.aquam ſalubrem aeri quamſimil-
C limam eſſe oportet.vnus in toto orbe tradit̄ fons aquæ iucunde olentis in Meſopotamia Cabure. fabulæ rationem afferunt,quoniam eo Iuno pfuſa ſit. de cætero aquarū ſalubrium ſapor odor ue nullus eſſe debet.quidam ſtatera iudicāt de ſalubritate,fruſtrante diligentia,qn̄ perrarum eſt, vt leuior ſit aliqua.certior ſubtilitas inter pares meliorem eſſe quæ calefiat refrigereturq; celerius. quin exhauſtā vaſis quæ minus pēdat,depoſitiſq; in humū tepeſcere affirmant.ex quo nā ergo gn̄e maxime probabilis cōtingit? puteis nimirum,vt in oppidis cōſtare video.ſed his quibus exercitatiōis ratio crebrò hauſtu cōtingit & illa tenuitas colante terra.ſalubritati hæc ſatis ſunt.frigori,& opacitas neceſſaria,vtq; cœlum videāt, ſuper oīa obſeruatio vna,eadē & ad perennitatē pertinet, vt illa vado exiliat vena non è lateribus.nā vt tactu gelida ſit, ēt arte contingit.ſi etiam expreſſa in altū,aut è ſublimi deiecta,verberatu corripiat

aera. In natando quidem spiritum continentibus frigidior sentitur eadē. Neronis principis inuentum est decoquere aquam, vitroq; demissam in niues refrigerare. ita voluptas frigoris contingit sine vitijs niuis. omnem vtique decoctam vtiliorem esse conuenit. item calefactam magis refrigerari subtilissimo inuēto. vitiosæ aquæ remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. aqua frigida iniecta sistitur sanguis. æstus in balneis arcetur, si quis ore teneat. quæ sunt haustu frigidissimæ, nō perinde & tactu esse, alternante hoc bono multi familiari exemplo colligunt. clarissima aquarum omnium toto orbe frigoris, salubritatisq; palma, præconio vrbis, Martia est, inter reliqua Deū munera vrbi tributa. vocabatur hæc quondam Aufeia. fons autē ipse Piconia. oritur in vltimis montibus Pelignorum. transit Marsos, & Fucinū lacum, Romam non dubie petens. mox specu mersa in Tiburtina se aperit. ix. milibus passuū fornicibus structis perducta. primus eam in vrbem ducere auspicatus est Ancus Martius, vnus e regibus. postea Q. Martius rex in prætura. rursusque restituit M. Agrippa. idem & Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo duo millia pas. Prænestina via. iuxta est Herculaneus riuus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. horū amnium comparatione differentia supradicta deprehenditur, cum quantum Virgo tactu tantum præstet Martia haustu. quanquam vtriusque iampridem vrbi perijt voluptas, ambitione, auaritiaq; in villas, ac suburbana detorquentibus publicā salutē.

Nō ab re' fit quærendi aquas iunxisse rationem. reperiuntur in conuallibus maxime, & quodam conuexitatis cardine, aut mōtium radicibus. multi Septentrionales vbiq; partes aquosas existimauere. quā in re varietatem naturæ aperuisse conuenit. In Hircanis mōtibus à meridiano latere nō pluit, ideo syluigeri ab Aquilonis tantum parte sunt. at Olympus Ossa Parnasus, Appēninus Alpes vndiq; vestiuntur, amnibusque perfundūtur. aliqui ab Austro, sicut in Creta Albi montes. nihil ergo in his perpetuæ obseruationis iudicabitur. Aquarum sunt notæ, iuncus aut harūdo, aut herba de qua dictum est. multumq; alicui loco pectore incubās rana. Salix enim erratica et Alnus, aut vitex, aut hedera sponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è superioribus defluentis augurio fallaci. certior multo nebulosa exhalatio est ante ortum Solis lōgius intuentibus. quod ex edito quidam speculantur proni terram mento attingente. Est & peculiaris æstimatio peritis tantum notata, quam feruentissimo æstu sequuntur, dieiq; horis ardentissimis,

D qualis ex quoq; loco repercussus splendeat. nam si terra sitiente humidior est ille, indubitata spes promittitur. sed tanta intentione oculorum opus est, vt indolescant. quod fugientes ad alia experimenta decurrūt, loco in altitudinem pedū quinque defosso, ollisq; è figulino ope crudis, aut peruncta pelui ęrea cooperto, lucernaq; ardente concamerata frondibus, dein terra. si figlinum humidum ruptumue, aut in ære sudor, vel lucerna sine defectu olei restincta, aut etiam vellus lanę madidum reperiatur, non dubie promittūt aquas. quidam & igne prius excoquunt locum, tanto efficaciore vasorum argumento. terra vero ipsa pmittit candidatibus maculis, aut tota glauci coloris. in nigra enim scaturigines non fere sunt perēnes. figularis creta semper adimit spem. nec amplius puteum fodiunt, coria terræ obseruantes, vt à ni-

E gra descendat ordo supradictus. aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in toso. nanque & hic probatur. dulces enim, leuesq; facit, & colādo continet sordes. sabulum exiles, limosasq; pmittit. glarea īcertas venas, sed boni saporis. sabulum masculum & arena carbunculosa certas, stabilesq; & salubres. rubra saxa optimas, speiq; certissimæ. radices montium saxosæ, & silex, hoc amplius rigentes. oportet autem fodientibus humidiores assidue respondere glebas, faciliusq; ferramenta descendere. depressis puteis sulfurata, vel aluminosa occurrentia putearios necant. experimentum huius periculi est demissa ardens lucerna, si extinguatur. tunc secūdum puteum dextra ac sinistra fodiuntur æstuaria, quæ grauiorem illum halitum recipiant. fit & sine his vitijs altitudine ipsa grauior aer, quē emendant assiduo lin-

F teorum iactatu euentilando: cum ad aquam ventū est, sine arena opus surgit, ne venæ obstruantur. quædam aquæ vere statim incipiente frigidiores sunt, quarum non in alto origo est: hybernis enim constant imbribus. quædam canis ortu, sicut in Macedoniæ Pella vtrunq; ante oppidum enim incipiente æstate frigida est palustris, dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget. hoc & in Chio euenit. simili ratione portus & oppidi Athenis enneacrunos nimbosa ęstate frigidior est quàm puteus in Iouis horto. at ille siccitatibus riget.

Aquarum subito nascentium, aut desinentium ratio. Cap. IIII.

MAxime autem putei circa arcturum. nam ipsa æstate deficiunt, omnesque quatriduo eo subsidūt. iā vero multi hyeme tota, vt circa Olympū vere primū aqs redeūtibus. in Sicilia quidem

quidem circa Messanam, & Mylas hyeme in totum inarescunt fontes, æstate exúdant, amnemq; faciunt. Apolloniç in Ponto fons iuxta mare æsta te tantum superfluit, & maxime canis ortu, parcius si frigidior fit æstas. quædam terræ imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro. quod admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodēs, imbre autem puluerem. omnis aqua hyeme dulcior, æstate autem minus, autúno minime, minusq; per siccitates. neq; æqualis amniū plerunq; gustus est, magna aluei differentia. quippe tales sunt aquæ, qualis terra per quam fluunt, qualesq; herbarum, quas lauant succi. ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur insalubres. mutant saporem, & influentes riui, vt Borysthenem victiq; diluuntur. aliqui vero & imbre mutantur. ter accidit in Bosphoro, vt salsi deciderent, necarentq; frumēta. totiēs & Nili rigua pluuiæ amara fecere, magna pestilentia Aegypti. nascuntur fontes decisis plerunq; syluis, quos arborum alimenta consumebāt. sicut in Hemo obsidēte Gallos Cassandro, cū valli gratia syluas cecidissent. plerunq; verò damnosi torrentes corriuātur, detracta collibus sylua, continere nymbos ac digerere consueta. & coli moueriq; terram, callumq; summæ cuti solui aquarum interest. proditur certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes amnesq; q in eo situ multi erant, rursus condito, post sex annos emersisse vti quæq; cœpissent partes coli.

Obseruatio historica. Cap. V.

TErræ quoq; motus profundunt, sorbentq; aquas, sicut circa Pheneum Arcadiæ quinquies accidisse constat. sicut & in Corico monte amnis erupit, postea quā cœptus est coli. illa mutatio mirabilis nulla euidēte causa apparet, sicut in Magnesia calidas, factas frigidas, alias non mutato sapore. & in Caria, vbi Neptuni templū est, amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in salem. est et illa miraculi plena, Arethusam Syracusis fimū redolere per olympia: veriq; simile, quoniam Alpheus in eam insulā sub ima maria permeet. Rhodiorū fons in Cherrōneso nōno anno purgamenta egerit. mutantur & colores aquarum, sicut Babyloniç lacus æstate rubras habet diebus. xj. & Borysthenes æstatis tēporibus cæruleus fertur, quāquam omnium aquarum tenuissimus, ideoq; innatans Hypani. in quo & illud mirabile, austris flantibus superiorem Hypanim fieri. sed tenuitatis argumentum & aliud est, quod nullum halitum non modo nebulam emittit. qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt aquas grauiores post brumam fieri.

A *Ratio aquæ ducendæ, & quomodo medicatis vtendum, & quid prosit nauigatio, & medicinæ aquæ marinæ.* Cap. VI.

CAeterum à fonte duci fictilibus tubis vtilissimum est, crassitudine binum digitorum, commissuris pyxidatis, ita vt superior intret calce viua ex oleo leuigatis. libramentū aquæ in centenos pedes sursum elici, minimum erit, si vno cuniculo venit in binos actus. laminæ esse debebūt, per quas surgere in sublime opus fuerit, è plūbo. subit altitudinē exortus sui, si longiore tractu veniat, subeat crebra, descendatq;, libramenta ne pereant. fistulas denum pedum longitudinis esse legitimum est. & si quinariæ erunt, sexagena pondo pendere. si octonariæ centena. si denariç centena vicena: ac deinde ad has portiones. denaria ap-B pellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur digitorum decem est, dimidioq; eius quinaria. in omni anfractu collis quinariā fieri, vbi domectur impetus, necessarium est. itē castella, prout res exiget. Homerū calidorum fontium mentionem non fecisse démiror, cum alioquin lauari calida frequenter induceret, videlicet quia medicina tunc non erat hæc, quæ nunc aquarum perfugio vtitur. est autem vtilis sulfurata neruis, aluminata paralyticis, aut simili morbo solutis. bituminata aut nitrosa qualis Cutilia vtilis est bibendo, atq; purgationibus. pleriq; in gloria ducunt, plurimis horis perpeti calorem earum, quod est inimicissimū. nanq; paulo diutius quàm balneis, vti oportet. ac postea frigida dulci discedentes, nec sine oleo, quod vulgus alienum arbitratur, idcirco nō alibi corporibus magis obnoxijs. quip-C pe & vastitate odoris capita replentur, & frigore infestātur sudantia, reliqua corporum parte mersa. similis error quo quidā plurimo potu gloriantur. vidiq; iam turgidos bibendo, intātum vt annuli integerentur cute, cum reddi nō posset hausta multitudo aquæ. nec hoc ergo fieri conuenit sine crebro salis gustu. vtuntur & cœno fontium ipsorum vtiliter, sed ita si illitum sole inarescat. nec vero omnes quæ sint calidæ, medicatas esse credēdum, sicut in Egesta Siciliæ, Larissa, Troade, Magnesia, Melo, Lipara. nec decolor species æris, argentiue (vt multi existimauere) medicaminum argumentum est. quando nihil eorum in PATAVINIS fontibus, ne odoris quidē differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus idem & marinis erit, quæ calefiunt ad neruorum dolores: ferruminant & fracturas, ossaque contusa. Idem ad corpora siccanda, qua de causa & frigido mari vtuntur. Præterea est

 alius

alius vsus simplex. principalis vero nauigandi phthisi affectis, vt diximus, aut sanguinem egerẽtibus, sicuti proxime Annæum Gallionem fecisse post consulatum meminimus. neq; enim Aegyptus propter se petitur, sed propter lõginquitatem nauigandi. quin & vomitiones ipsæ instabili volutatione commotæ pluribus morbis capitis, oculorum, pectoris medentur: omnibusq; ꝑpter quæ eleborum bibitur. Aquam vero maris per se se efficaciorem discutiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur hordeacea farina ad parotidas. emplastris etiam maxime albis, & malagmatis miscẽt. prodest & infusa crebro ictu. bibitur quoque quamuis non sine iniuria stomachi ad purganda corpora, bilemque atram, aut sanguinem concretum reddẽdum alterutra parte. quidam & in quartanis dedere eam bibendã. & in tenasmis, articularibusq; morbis asseruatã, & in hoc vetustate virus deponentem. aliqui decoctam, omnes ex alto haustam, nullaque dulcium mixtura corruptam. in quo vsu præcedere vomitum volũt, tunc quoq; acetum, aut vinum aqua miscent. qui puram dedere, rhaphanos supmandi ex mulso aceto iubent, vt ad vomitiones reuocent. clysteribus quoq; marinam infundunt tepefactam. testium quidem tumori fouendo nõ aliud perferunt. item pernionum vitio ante vlcera. simili modo pruritibus, psoris, & lychenũ curationi. lẽdes quoq;, & tetra capitis animalia hac curantur. & liuentia reducit eadem ad colorem. in quibus curationibus post marinam aceto calido fouere plurimum prodest. quin & ad ictus venenatos salutaris intelligitur, vt phalangiorum, & scorpionum, & ptyade, aspide respersis, calida autem in his assumitur. suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. tormina quoq;, & choleram calida infusa clysteribus sedant. difficilius perfrigescunt marinę calefactę. mammas rigentes præcordia maciẽq; corporis piscinę maris corrigũt. aurium dolores: capitis grauitates cum aceto feruentium vapor. rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. pecorum quoq; scabiem sanant, lanasq; emolliũt. nec ignoro hæc mediterraneis superuacanea videri posse. Verum & hæc cura præuidit inuenta ratione qua sibi quisq; aquam maris faceret. illud in ea ratiõe mirum, si plusquam sextarius salis cum quatuor aquę sextarijs mergatur vinci aquam, salemque non liquari. cætero sextarius salis cum quatuor aquæ sextarijs salsissimi maris vim, & naturam implet. moderalissimum autem putant supradictam aquæ mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita & neruos calefaciat, & corpus non exa-

D speret. inueteratur quod vocatur thalassomeli æquis portionibus maris, mellis, imbris ex alto. & ad hunc vsum aduehunt, fictiliq; vase, & picato condũt. prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione, & sapore grato, & odore. hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris, veluti innocentiore potu. damnatum iam multis annis ijsdem vitijs quibus vinũ, nec ijsdem vtilitatibus. quia sæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborant, hæc quoque subsidia demonstrabimus. expãsa circa nauim vellera madescunt, accepto halitu maris, quibus humor dulcis exprimitur. item demissæ reticulis in mari cõcauæ è cera pilæ, vel vasa inania obturata, dulcẽ intra se colligunt humorem. nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit. luxata homi-

E num corpora, & quadrupedum, natando in cuiuslibet generis aqua facillime in artus redeunt. est & in metu peregrinantium, vt tentent valetudinem aquę ignotæ. hoc cauent à balneis egressi statim frigidam suspectã hauriẽdo. muscus qui in aqua fuerit, podagris illitus prodest. item oleo admixto talorũ dolori tumoriq;. spumaq; aquæ affrictu verrucas tollit. necnõ arena litorum maris, præcipue tenuis, & solibus candens in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum, aut rheumatismos sentiẽtium. et hactenus de aquis. nunc & de aquatilibus. Ordiemur autem vt in reliquis à principalibus eorum, q̃ sunt sal & spongia.

De generibus salis, & confecturis, & medicinis, & obseruationibus. *Cap. VII.*

F SAl omnis aut fit, aut gignitur. vtrunque pluribus modis, sed causa gemina coacto humore, vel siccato. siccatur in lacu Tarentino æstiuis solibus, totumq; stagnum in salem abijt, modicũ alioquin altitudine, genua non excedẽs. item in Sicilia in lacu qui Cocanicus vocatur, & alio iuxta Gelam. horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia. Aspẽdi vbi largius coquitur, & vsq; ad mediũ lacum, aliud etiam in eo mirabile, quod tantũdem noctu subuenit, quãtum die auferas. omnis est alius sal minutus, atq; nõ gleba est. aliud genus ex aquis maris sponte gignitur spuma in extremis litoribus, ac scopulis relicta. hæc enim omnis rore densatur. Et est acrior qui in scopulis inuenitur. Sunt etiam naturales differentię tres. namq; in Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythias versus, alter ad Arios sale æstuant. sicut ad Cittium in Cypro, & circa Memphin extrahunt lacu, dein sole siccãt: sed & summa fluminum densantur in sale, amne

reliquo veluti ſub gelu fluente, vt apud Caſpias
portas, quæ Salis flumina appellantur. item circa
Mardos, & Armenios. pterea apud Bactros am-
nis Ochus, & Oxus ex appoſitis montibus defe-
runt ſalis ramenta. ſunt & in Africa lacus, & qui
dem turbidi, ſalem ferentes. Ferunt quidem, &
calidi fontes ſicut Pegaſei. & hactenus habent ſe
genera ex aquis ſponte prouenientia.

Sunt & mõtes natiui ſalis, vt in Indis Orome-
nus, in quo lapidicinarum modo cęditur rena-
ſcens, maiuſque regum vectigal ex eo eſt, quàm
ex auro atq; margaritis: effoditur & è terra, vt pa
lam eſt humore denſato in Cappadocia. ibi qui-
dem cęditur ſpecularium lapidum modo. põdus
magnum glebis, quas micas vulgus appellat. Car
rhis Arabię oppido muros domoſque maſsis ſalis
faciunt, aqua ferruminantes. inuenit & iuxta Pe-
luſium Ptolomæus rex cum caſtra faceret. quo
exemplo poſtea inter Aegyptum, & Arabiam ẽt
ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis
arenis. qualiter & per Africæ ſitientia vſque ad
Hammonis oraculum. Is quidem creſcens cum
luna noctibus. nã Cyrenaici tractus nobilitantur
Hammoniaco ipſo, quia ſub arenis his ĩueniatur
ſic appellato. ſimilis eſt colore alumini, qđ Schi-
ſton vocant, longis glebis, neq; perlucidis, ingra-
tus ſapore, ſed medicinæ vtilis. probatur q̃ maxi-
me perſpicuus, rectis ſciſſuris. inſigne de eo pro-
ditur, quod leuiſsimus ĩtra ſpecus ſuos, in lucem
vniuerſam prolatus, vix credibili pondere ingra
ueſcat. ſed cauſa euidẽs, cuniculorum ſpiritu ma-
dido ſic adiuuante molientes, vt adiuuant aquæ.
Adulteratur Siculo, quem Cocalicum appella-
uimus, necnon & Cyprio mire ſimili. In Hiſpa-
nia quoque citeriore Egelaſte cęditur glebis pe-
ne tranſlucentibus. cui iam pridem palma à ple-
riſque medicis inter omnia ſalis genera perhibe-
tur. omnis locus in quo reperitur ſal, ſterilis eſt, ni
hilq; gignit, & in totum ſponte naſcens.

Inter hæc ſunt factitij varia genera. Vulgaris
plurimuſq; in ſalinis mari adfuſo, non ſine aquæ
dulcis riguis, ſed imbre maxime iuuãte, ac ſuper
omnia ſole multo, non aliter inareſcens. Africa
circa Vticam conſtruit aceruos ſalis ad collium
ſpeciem. qui vero Sole Lunaq; induruere, nullo
humore liqueſcunt, vixq; etiam ferro cęduntur.
fit tamen & in Creta ſine riguis, in ſalinas mare
infundentibus. & circa Aegyptum ipſo mari in-
fluente in ſolum (vt credo) Nilo ſuccoſum. Fit &
è puteis in ſalinas ingeſtis. prima denſatio Baby-
lonæ in bitumen liquidum cogitur, oleo ſimile,
quo & in lucernis vtuntur. hoc detracto, ſubeſt
ſal, & in Cappadociæ puteis, ac fonte aquã in ſa-

A linas ingerunt. In Chaonia excoquunt aquam ex
ſonte, refrigerandoq;, ſalem faciunt inertem nec
cãdidum. Galliæ Germaniæq; ardentibus lignis
aquam ſalſam infundunt. Hiſpaniæ quadam ſui
parte è puteis hauriunt muriam appellantes. & il
li quidem etiam lignum referre arbitrãtur. quer-
cus optima, vt quæ per ſe cinere ſyncero vim ſa-
lis reddat. alibi corylus laudatur, ita infuſo liquo
re ſalſo. carbo etiam in ſalem vertitur. quicunq;
ligno conficitur ſal niger eſt. apud Theophraſtũ
inuenio Vmbros harundinis, & iunci cinerem
decoquere aqua ſolitos, donec exiguum ſupereſ
ſet humoris. quin è muria ſalſamentorum reco-
quitur, iterumque conſumpto liquore ad naturã
ſuam redit: vulgo è menis iucundiſsimus. mari-
norũ maxĩe laudatur cyprius à Salamine. at è ſta
gnis Tarẽtinus, ac è riguis Phrygius qui Tattæus
B vocaẽ. hi duo oculis vtiles. A Cappadocia vero q
laterculis affertur cutis nitorẽ dicitur facere. ma
gis tamen extendit is quem Cittieum appellaui-
mus. itaq; à partu ventrem eo cum Melanthio il-
linũt. ſalſiſsimus ſal qui ſicciſsimus, ſuauiſsimus
omnium Tarentinus atq; cãdidiſsimus. & de cæ
tero fragilis qui maxime cãdidus. pluuia dulce-
ſcit omnis. Suauiorem tamen rores faciunt. ſed
copioſum aquilonis flatus. auſtro non naſcitur.
FLOS vero ſalis non fit, niſi aquilonibus. in igne
nec crepitat, nec exilit Tragaſeus, neq; Acãthius
ab oppido appellatus, nec vllius ſpuma, aut ramẽ
tum, aut tenuis. Agrigentinus ignium patiẽs ex
aqua exilit. ſunt & colorum differẽtię. rubet Mẽ-
phi. ruffus eſt circa Oxum. Cẽturipis purpureus.
circa Gelam in eadem Sicilia tanti ſplẽdoris, vti
C imaginem recipiat. In Cappadocia croceus effo-
ditur tranſlucidus, & odoratiſsimus. ad medici-
næ vſus antiqui Tarentinum maxime laudabãt.
ab hoc vero, quẽcũq; è marinis, ex genere eo prę
cipue ſpumeum. iumẽtorum vero, & boum ocu
lis Tragaſeum, & Beticum. ad obſonium, & ci-
bum vtilior quiſquis facile liqueſcit, item humi-
dior, minorem enim amaritudinem habet, vt
Atticus & Euboicus. Seruandis carnibus aptior
acer, & ſiccus, vt Megaricus. conditur etiam odo
ribus additis, & pulmentarij vicem implet exci-
tans auiditatem. inuitãſq; in omnibus cibis, ita vt
ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera cõ
dimenta. ita eſt in mãdendo quæſitus garo. quin
& pecudes, armentaq;, & iumenta ſale maxime
ſolicitãtur ad paſtum, multo largiores lacte mul
toq; gratiore etiam in caſeo dote. ergo hercule
vita humanior ſine ſale nequit degere: adeoque
neceſſarium elementum eſt, vt tranſierit intelle-
ctus ad voluptates animi quoq;. Nam ita ſales ap
pellantur,

pellantur, omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumq; requies non alio magis vocabulo cõstat. honoribus etiam militiæq; interponitur, salarijs inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine salariæ viæ, quoniam illa sal in Sabinos portari cõsueuerat. Ancus Martius rex salis modia sex millia in congiario dedit populo, & salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarij vice vsos veteres auctor est. esitasse enim salem cum pane, & caseo, vt prouerbio apparet. maxime tamen in sacris intelligitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa. salinarum synceritas summam fecit suam differẽtiam. qdam. n. fauilla salis, quæ leuissima ex eo est, & cãdidissima flos salis appellat, in totũ diuersa res humidioris; naturæ, & crocei coloris, aut ruffi veluti rubigo salis; odore quoq; ingrato ceu gari, dissentiens à sale, non modo à spuma. In Aegypto inuenitur vt q; Nilo deferri, & fontibus tñ quibusdam innatat. optimũ ex eo quod olei quandam pinguitudinẽ reddit. est enim & in sale pinguitudo, quod miremur. adulteratur autem tingiturq; rubrica, aut plerunq; testa trita. qui fucus aqua deprehenditur diluẽte factitium colorem; cum verus ille non nisi oleo resoluatur: & vnguẽtarij propter colorem eo maxime vtantur. Canicia in vasis summa est, media vero pars humidior vt diximus. Floris natura aspa, excalfactoria, stomacho inutilis. sudorem cit. aluum soluit in vino & aqua, acopicis, & smegmaticis vtilis. Detrahit, & ex palpebris pilos efficacissime. fæces imæ cõcutiuntur, vt color croci redeat. præter hæc etiãnum appellatur in salinis Salsugo, ab alijs Salsilago tota liquida marina aqua salsior, vi distans.

Et paulo post.

De natura salis, & eius medicinis Cap. IX.

SAlis natura est per se ignea, & inimica ignibus fugiens eos, omnia erodens. corpora vero astringens, siccans, alligans. defuncta autem, ac putrescentia ita vendicans, vt durent ea per secula. in medendo vero mordens, adurens, repugnans, extenuans, dissoluens: stomacho tantum inutilis præterquam ad excitandam auiditatem. aduersus serpentium morsus cum origano, melle, hyssopo. contra cerastem cum origano, aut cedria, aut pice, aut melle. auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus. aduersus scorpionũ ictus cum quarta parte lini seminis, ex oleo vel aceto sl litus. aduersus crabrones vero, vel vespas similiaque ex aceto. ad heterocraneas, capitisq; vlcera, et pustulas, papulasve, & incipientes verrucas cum

D seuo vitulino. item oculorum remedijs, & ad excrescentes ibi carnes, totiusq; corporis pterygia, sed in oculis peculiariter. ob id collyrijs emplastrisque additur. ad hoc maxime probatur Tragasæus, aut Caunites. ex ictu vero suffusis cruore oculis, suggillatisq; cum myrrhæ pari pondere, ac melle, aut cum hyssopo ex aqua calida, vt que foueantur salsugine. ad hæc Hispaniensis eligitur, contraq; suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. priuatim suggillationibus in linteolo inuolutus, crebroq; ex aqua feruẽti impositus. vlceribus oris manantib. in linteolo conceptos gingiuarum tumori infricatus. & contra scabriciem linguæ frictus comminutusq;. aiunt dẽtes non erodi, neq; putrescere si quis quotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua, donec liquescat. lepras idẽ, & furunculos, & lychenas, & psoras

E emendat, cum passa vua exempto eius ligno, & seuo bubulo, atq; origano, ac fermento, vel pane, maxĩe Thebaicus. hic & ad pruritus eligitur. Tonsillis & vuis cum melle prodest. quicunque ad anginas hic amplius cum oleo, & aceto. eodẽ tempore extra fauces illitus cum pice liquida. emollit & aluum in vino mixtus. idem noxia tinearum genera pellit in vino potus. æstus balinearum conualescentes vt tolerari possint, linguæ subditus præstat. neruorum dolorem maxime vsurpanda obseruatione circa humeros, & renes in saccis aqua ferũenti crebro madefactus leuat. colum, torminaq;, & coxarum dolores potus, & in ijsdem saccis impositus candens. podagras cum farina ex melle, & oleo tritus. ibi maxime obseruanda vsurpatione, qua quidẽ totis corporibus nihil esse vtilius sale, & sole dicunt. itaq; cornea videmus corpora piscatorum. sed hoc præcipuum dicatur in podagris. tollit & clauos pedum. item perniones. ambustis ex oleo imponi-

F tur, aut commanducatus, pustulasque reprimit: ignibus vero sacris vlceribusque quæ serpunt ex aceto, aut hyssopo. carcinomatis cum vua taminia. phagedænis vlcerum tritus cum farina hordei superimposito linteolo madente vino. morbo regio laborãtes donec sudent ad ignẽ contra pruritus quos sentiũt, ex oleo & aceto infricatus iuuat, & fatigatos ex oleo. multi & hydropicos sale curauere. feruoresq; febriũ cum ex oleo perũxere, & tussim veterem linctu eius discussere. clysteribus infudere ischiadicis. vlceribus excrescentibus, vel putrescentibus, imposuere. crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis, ita vt battuerentur ante ictum vlcera: bibitur & cõtra opium ex aceto mulso. luxatis imponitur cum farina, & melle. item extuberationibus. dentium dolori cũ

aceto

(aceto potus,& illitus cum resina pdest. Ad omnia autem, spuma salis iucūdior vtiliorq;. sed quicunq; sal acopis additur ad excalfactiones: item smegmaticis ad extendendam cutem leuādamque. pecorum quoq; scabiem,& boum illitus tollit. daturq; lingendus,& oculis iumentorum inspuitur. hæc & de sale dicta sint.

De nitri generibus,& confecturis,& medicinis,& obseruationibus. Cap. X.

NOn est differenda,& nitri natura nō multum à sale distans,& eo diligentius dicēda, quia palam est,& medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam. nec quēquam Theophrasto diligentius tradidisse. exiguū fit apud Medos canescentibus siccitate conuallibus, quod vocāt Halmiraga. minus etiam in Thracia iuxta Philippos sordidum terra, quod appellant Agrium. nā quercu cremata nunquam multum factitatum est,& iam pridem in totum omissum. aquæ vero nitrosæ pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus dēsandi. optimum copiosumq; in Clitis Macedoniæ, quod vocant Calastricum, candidum, purumq;, proximumq; sali. lacus est nitrosus exiliente è medio dulci fonticulo. ibi fit nitrum circa canis ortum nouenis diebus, totidemq; cessat, ac rursus innatat,& deinde cessat. quo apparet soli naturam esse quæ gignat: quoniam compertū est nec soles proficere quicquam, cum cesset, nec imbres. mirum est et illud, scatebra fonticuli semper emicāte, lacum nec augeri nec effluere. ijs autem diebus quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius commouēt limum. et hic quidem nascitur. In Aegypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius. nam fuscum lapidosumque est. fit pene eodē modo quo sal, nisi quòd salinis mare infundunt. Nilum autem nitrarijs. excedente Nilo siccantur, decedente madēt succo nitri quadraginta diebus continuis, non vt in Macedonia statis. si autem imbres affuerint, minus de flumine addunt: statimq; vt densari est cœptum, rapitur, ne resoluatur in nitrarijs. sic quoq; olei natura īteruenit. ad scabiem animalium vtilis. ipsum autem cōditum in aceruis durat. mirum in lacu Ascanio & quibusdam circa Chalcida fontibus summas aquas dulces esse potarique, inferiores nitrosas. in nitro optimum quod tenuissimum, & ideo spuma melior. ad aliqua tātum sordidum, tanquā ad inficiendas purpuras tincturasq; omnes. magnus & nitro vsus qui dicetur suo loco. nitrariæ egregiæ Aegyptijs. nam circa Naucra-

A tin,& Menphin tantum solebant esse. circa Mēphin deteriores. nā & lapidescit ibi ī aceruis, multiq; sunt tumuli ea de causa saxei. faciunt ex his vasa. necnon frequenter liquatum cū sulfure coquentes in carbonibus. Ad ea quoq; quæ inueterari volunt illo nitro vtuntur. sunt ibi nitrariæ, in quibus & russum exit à colore terræ. spumam nitri quæ maxime laudatur, antiqui negabant fieri nisi cum ros cecidisset, prægnātibus nitrarijs, sed nondum parientibus. itaq; non fieri incitatis ēt si caderet. alij operimentorum fermento gigni existimaueere. proxima ætas medicorum Aphronitrum tradidit in Asia colligi in speluncis mollibus distillans. specus eos Colligas vocāt, dein siccant sole. optimum putatur Lydium. probatio vt sit minime ponderosum,& maxime friabile, colore pene purpureo. hoc in pastillis affertur. Ae-
B gyptium in vasis picatis, ne liquescat. vasa quoq; ea sole inarescentia perficiuntur. nitri probatio, vt sit tenuissimum, & quàm maxime spongiosum fistulosumque. adulteratur in Aegypto, calce. deprehēditur gustu. syncerum enim facile resoluitur. adulteratum pungit. calce aspersum reddit odorem vehementer. vritur in testa opertum ne exiliat, alias igni non exilit nitrum, nihilq; gignit, aut alit. cum in salinis herbæ gignantur, & in mari tot animalia, tantum algæ. sed maiorem esse acrimoniam nitro apparet, non hoc tantum argumento, sed & illo, quòd nitrariæ calciamenta protinus consumunt. alias salubres, oculorumquè claritati vtiles. in nitrarijs non lippiunt. vlcera allata eo celerrime sanantur, ibi facta tarde. ciet & sudorem cum oleo perunctis, corpusq; emol-
C lit. in pane salis vice vtuntur Calastrico. ad raphanos Aegyptio, teneriores eos facit. sed obsonia alba & deteriora, olera viridiora. in medicina autē calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulcerat. vtile his quæ euocanda sint, aut discutiēda,& lenius mordenda, atq; extenuanda, sicut in papulis pustulisque. quidam in hoc vsu accēsum vino austero restingunt, atque ita trito in Balneis vtuntur sine oleo. sudores nimios inhibet, cum arida iride adiecta oleo viridi. extenuat, & cicatrices oculorum,& scabricias genarum cum fico illitum, aut decoctū in passo ad dimidias partes. item contra argema oculorum, vngues decoctum cum passo in mali punici calyce adiuuat nitrum. claritatemq; visus cum melle inūctum. Prodest dentium dolori ex vino si cū pipere colluantur. item cum porro decoctum. nigrescētes dentes crematum dentifricio ad colorem reducit. capitis animalia, & lendes necat cum Samia terra illitum ex oleo. auribus purulentis vino li-

quatum

quatum ĩfunditur. sordes eiusdem partes erodit ex aceto.sonitus & tinnitus discutit siccum additum.vitiligines albas cũ cymolia creta æquo põdere ex aceto in sole illitum emendat. furunculos admixtum resinæ extrahit,aut cum vua alba passa,nucleis eius simul tritis.testium inflammationi occurrit.item eruptiõibus pituitæ in toto corpore cum axungia.contraq; canis morsus addita resina initijs cum aceto illinitur. sic & serpentiũ morsibus,phagedænis,& vlceribus quę serpunt, aut putrescunt cum calce ex aceto,hydropicis cũ fico tusum datur illiniturq;.discutit & tormina, si decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta,vel anetho,vel cymino. reficit lassitudines cũ oleo ex aceto perunctorum,& cõtra algores horroresque prodest,manibus pedibusq; confricatis cum oleo.comprimit & pruritus suffusorum felle,maxime cum aceto datum.succurrit & veneni fungorum ex posca potum. Aut si buprestis pasta sit ex aqua,vomitionesque euocat, his qui sanguinem tauri biberint cum lasere datur. In facie quoque exulcerationes sanat cum melle, & lacte bubulo.ambustis tostũ donec nigrescat tritumq; illinitur,infunditur ventris,& renum doloribus,aut rigori corporum neruorumq; doloribus.paralysi in lingua cum pane imponitur.suspiriosis in ptisana sumitur.tussim veterem sanat flore mixto galbani,resinę,terebinthinę,pari põdere omnium,ita vt fabę magnitudo deuoretur. coquitur,dilutumq; postea cum pice liquida sorbendum in angina datur.flos eius cum oleo Cyprio articulorum doloribus in sole iucundus est. regium quoq; morbum in vino exterminat potum.& inflatiões discutit sanguinis.profluuium sistit è naribus ex feruẽti aqua vapore naribus rapto.pruriginem alumine permixto tollit. alarũ virus ex aqua quotidiano fotu. vlcera ex pituita nata cera permixtum. quo genere neruis quoq; prodest.cæliacis infunditur,perungi ante accessiones frigidas nitro, & oleo multi præcepere. sic & aduersus lepras, lentigines, podagricis in balneis vti solio nitri prodest, atrophis opisthotonis, tetanis.sal & nitrum sulfuri concoctum in lapidem vertitur.

Plinij finis.

EX PEDACIO Dioscoride, Excerpta.

De Bitumine. *Cap. XC.*

Asphalthon, Romani Bitumẽ dicunt. Bitumen omne aliud antecedit Iudaicum.probatur quod purpuræ modo splẽdet: ponderosumq;,& firmo odore est.damnatur contra quod nigro colore sordet.adulteratur enim admista pice.nascitur in Phœnice,Sydone, Babylone, & Zacyntho insula. gignitur & in Sicilia Agrigẽtinorum agro liquidum, fontibus supernatãs.quo ad lucernarum lumina vice olei incolæ vtuntur: Siculum oleum falso appellantes: siquidem liquidi bituminis genus est. E

De Naphtha,quæ & bituminis genus est.Ca.XCII.

Vocatur & quoddam Bitumen Naphtha, quæ Babylonij bituminis destillatio est colore candidum:inuenitur & nigrum.trahendi ad se ignes tantam vim habet, vt ex interuallo ét ad se rapiat: cõtra oculorũ suffusiones, & albugines efficax.potest oẽ bitumen inflammationes arcere.glutinat,discutit,mollit,facit ad muliebriũ locorum in fœminis strangulationes,& ꝓcidentias,in quem vsum apponitur,suffitur,& olfactãdum naribus admouetur. suffitu idem comitiales quo lapis gagates modo deprehendit. bibitur ciendis mensibus cum vino,& castoreo vtiliter. prodest diutinis tussibus,spiritus angustijs suspirijs,serpentium morsibus,coxẽdicis,& lateris doloribus.datur deglutiendum cęliacis: & ad disijciendum concretum sanguinem:cum aceto vtiliter bibitur.clystere infunditur contra intestinorum tormina,cum ptisana liquefactum. à capite in subiectas partes distillationes suffitu sanat, & dentium dolores circunlitum mitigat. quod in bituminis genere cõcretum est,palpebrarum pilos glutinat,calens specillo impositum.idem podagris,articulorumque doloribus,& veternosis cum cera,nitroq;,& hordei farina hydrelæo macerata vtiliter inungitur.potest picibitumen omnia quæ possunt mista simul pix,& bitumen. F

De Aqua. *Cap. X.*

Hydor.Romani aquam dicunt. non facile in vniuersum de aquis decernitur ob locorum proprietates,propria earum temperamẽta, aerem,nec pauciora alia. plerunque tamen probatissima est quę pura,dulcis,& cuiuscunque alterius

terius qualitatis expers, quęque nec minimo etiã tempore præcordijs immoretur, quę sine dolore descendit, non inflat nec corrumpitur.

De Maris aqua. *Cap. XI.*

THalation hydor, Romani Marinam aquã dicunt. calida, acris, & stomacho noxia est marina aqua: aluum turbat, bilemque, & pituitã trahit. fouentur calida maris aqua quæ extrahenda discutiendaque sunt. neruorum vitijs pernionibusq; nondum exulceratis eadem accommodata est. miscetur apte malagmatis quæ macerata hydrelęo hordeacea farina conficiuntur. vtilis eadem emplastris, malagmatisque quæ discutiendo sunt. facit ad exinanitiones, in quem vsum tepida infunditur. ĩfunditur et torminib. calida. fouetur marina aqua scabies, prurigines, ĩpetigines capitis lendes, & à partu copiã lactis non ferẽtes mammæ. liuores eadem disijcit: in quem vsum feruente ea fouentur. contra venenatorum morsus quicunque tremores perfrictionesque faciũt, præsertimq; scorpionum phalangiorum, & aspidum eadem vtilis. contra quos, si in calidam eam descẽderit aliquis pariter prodest. corporum diutinos malos habitus quos cachexiam vocant neruosque maxime marinæ aquæ calidę balnea emẽdant. calente eadem vtiliter fouentur cutem subeuntes aquæ, dolores capitis, & aurium grauitates. q̃ sincera & nulla admixta potabili aqua diu seruabitur, marina aqua vetustate virus suũ amittet. quidam antea decoquunt, decoctamque seruant. datur ad purgationem etiam per se, aut cũ posca vinoue, aut melle. veruntamen post purgationem gallinaceorum pisciumue esculentũ ius dandum est ad infringẽdam erosionis eius acrimoniam.

De Alumine. *Cap. LXXVII.*

STypteriam, Romani Alumen dicunt. in Aegypto aluminis ferè omne genus in ijsdem inuenitur fodinis. si quidem quod scisile alumẽ vocant, glebosi quod bolitidem nominant veluti flos est. nascitur alijs locis etiam Macedonia, insulis, Melo, Lipara, Sardiniaque, Hierapoli Phrygiæ, Lybia, Armenia, pluribusq; alijs locis rubricæ modo. sunt eius plura genera, sed in medicina vsum habent scisile, rotundum, & liquidũ. probatissimum omnium scisile, et in hoc genere qđ recens candidissimum nec lapidosum. quod validissime adstringit. itemq; non glebæ modo, aut assulatim concretum, sed singillatim quasi in capillamenta canescentia diuisum. quale est quod priuatim Trichite.i. capillare nominãt. nascitur hoc in Aegypto. Inuenitur eodem loco, & lapis illi maxime similis, qui gustu deprehendendus

A erit non adeo adstringens. in rotũdo alumine qđ manu hominis eam formam acceperit reprobandum. ex figura autem cognoscitur. anteferendũ quod naturaliter rotundum bullosumq; est, modice candidum validissime adstringens, palloris, & pinguedinis aliquid habens. & præter hæc nõ lapidosum friabileq;. natione præfertur alijs ex Melo insula, & Aegyptium. in liquido pellucens & lacteum præcipue probatur, quodq; sine asperitate est omni sui parte succosum, nõ lapidosum cum quodã igniculo caloris. habent alumina omnia calefaciendi, adstringẽdi, repurgandique vires. exterunt quę claritati oculorum officiunt. absumunt palpebrarum carnosa vitia aliasque carnium excrescentias. rotũdo scisile efficacius est. cremantur chalcitidis modo alumina omnia. cõpescunt exedentia, profluuia sanguinis, humẽtes

B gingiuas cohibent, mobilesque dentes ex aceto aut melle cõfirmant. oris vlceribus quas aphthas dicũt cum melle prosunt. prosunt & papularum eruptionibus, itemq; aurium destillationibus cũ seminalis herbę quam polygonon dicunt succo, lepris autem cum brassicæ succo, aut cum melle cocta. pruriginibus itidem, scabris vnguibus, digitorum pterygijs, & pernionibus ex aqua illita. contra vlcera quæ phagadænica nominant cum aceti fece pariq; gallæ cinere inunguntur. contra vero ea quæ pascendo serpunt cum duplo sale. furfures cum pice, & eruo inuncta exterunt. contra lendes pediculosq;, & ambusta ex aqua inũgũtur. inunguntur ijsdem præterea ad arcendũ odoris virus alæ, & inguina. ex Melo insula alumẽ priuatim sterilitatem impedito conceptu facit naturalium hostio ante coitum appositum. quinetiã

C fœtus ex vtero pellit. oris vlceribus quas epulidas nominant, vuæ tonsillisque accommodata sunt. ex melle etiam ori, auribus & genitalibus inunguntur.

De Sulfure. *Cap. LXXVIII.*

THion, Romani Sulfur dicunt. probatissimum habendum sulfur, quod quia ignem expertum non est viuum appellant, quodque in eo genere splendet pellucet nec calculosum est. in eo aũt quod ignem expertum fuerit primam bonitatis æstimationẽ habet, quod viride, & pinguissimum est. plurimum nascitur insulis Melo, & Lipara. calefacit antedictum sulfur, discutit & celerrime maturat. tussi præterea, purulentis excreationibus suspiriosisque suffitu, & in ouo sumptum opitulatur. suffitu etiam fętus trahit. lepras itemque impetigines, & scabros vngues pellit terebinthina resina exceptum. ex aceto idem contra

tra lepras vtiliter inungitur, & vitiligines tollit. medetur scorpionum ictibus resina mixtum. ex aceto eadem vtilitate cõtra scorpij,& marini draconis ictus vtiliter inungitur. sedat & toto corpore pruritus cum nitro confricatum. fellis suffusiones purgat cochlearis pondere fronti inspersum, aut in sorbili ouo sumptum. facit præter hæc ad narium mucum,et in subiectas partes à capite destillationes. sudores idem compescit corpori inspersum. podagræ eo ex aqua vtiliter inungũtur. grauitati aurium medetur per fistulam subeunte in aures vapore eius. prodest eodem suffitu veternosis etiam. sanguinis profluuia cohibet. sanat & cõtusas aures ex vino addita myrrha eo inũctas.

De omni sale. *Cap. LXXX.*

HAlas, Romani salem dicũt. in toto salis genere efficacissimus fossilis est. communiterque in hoc qui cãdidus, pellucidus, densus, cõ E cretione sua æqualis, nec lapidosus est. priuatim vero genere hammoniacus. i. arenarius scissilis, venis per longitudinem rectis. in marino probãdus maxime densus, candidus, & sine asperitate æqualis. optimus hic in Cypro, & Cypri Salamine fit. in Sicilia etiã sal, fit Megaris, & Lybia. inter prædictos autẽ palustris anteferẽdus cunctis est. validissimusque in hoc genere Phrygius quem Tatteum vocant. multiplicem communiter prædicti sales vim omnes habent. adstringunt, exterunt, repurgant, disijciunt, reprimunt, extenuãt, & crustas vrendo inducunt solo magis, & minus inter se differentes, exedentia compescunt. miscẽtur & his quæ ad exterendas cutis asperitates, & scabies conficiuntur. reprimunt quæ in oculis excrescunt. vngues oculorum absumunt. tollũt præterea carnium excrescentias omnes alias. clysteribus vtiliter miscentur. cõtra lassitudines ex oleo F pari vtilitate inunguntur. inunguntur eodẽ modo etiam salibus subeuntium cutem aquarum tumores. calentes ijdem saccis inditi, impositiq; dolores leniunt. prurigines sedant ex oleo, & aceto vsq; ad sudorem prope ignem inuncti. impetigines quoq;, lepras itidem & scabies, cõtra anginas ex melle aceto, & oleo vtiliter inunguntur. contra tonsillas columellamque oris cum melle tosti, vlceraq; itidem quas aphthas vocant. humore diffluentes gingiuas, & vlcerum phagedænas cum polenta emplastri modo imponuntur. scorpionum ictibus cum lini semine, viperarum vero morsibus cum origano melle, & hyssopo emplastri modo impositi medentur. cõtra cerastem cum pice, aut cedrino liquore, aut melle. contra scolopendras cum aceto, & melle. contra vespas, crabronesque, & capitis vlcera quæ phlydracia,

D & quæ thymos appellant, necnõ panos vitulino a dipe excepti. cum vua passa suillo ve adipe, aut melle tubercula quos dothienas vocant, & testium tumores discutiunt. cum origano fermentoq; celerrime eadem tubercula maturant. crocodilorum morsibus remedio sunt triti, et in linteo lo colligati, tum in aceto demersi, in quem vsum vinculis locum adstrinxisse prius oportet & c. venenatorum morsibus succurrũt. sugillata ex melle delent. contra opium, fungosq; cum aceto mulso bibuntur. Luxatis cum farina, & melle imponuntur. bullare ambusta ex oleo impositi prohibent. podagris vtiliter etiam imponuntur, & in dolorem aurium ex aceto. sacros ignes, & vlcera quos herpetas dicunt ex aceto inuncti, aut cum hyssopo impositi compescũt. cremandi sales hoc modo sunt. in testaceum vas conijcito sales, & ne dissiliant diligenter operculato, tum carboni bus obruito, donec igniti candeant. quidam fossiles crusta pistorio opere panificij modo confecta circũlinentes carbonibus iniectos dimittunt vsque dum crusta illa tota cremata sit. licet & communes sales hoc modo cremare. Aqua eos ablui to dimissosq; donec siccentur in fictile conijcito, operculatosq; vrito continue miscens donec amplius non dissiliant.

De Salis spuma aut lanugine. *Cap. LXXXI.*

HAlosachnen, Romani salis spumam, aut maris lanuginẽ dicunt. spumosa maris lanugo salis spuma est. inuenitur in saxis easdem sali vires habens.

De Salis flore. *Cap. LXXXIII.*

HAlos anthos, Romani Salis florem nominant. defertur Nilo Aegypti flumine Salis flos. ĩnatat & paludibus quibusdam. probatur qui fit croceo colore, odore ingrato ceu gari non nũquam etiam grauiore, maiore in gustu erodẽdi vi cum pinguitudine aliqua. improbatur qui rubricæ colore rubet, grumosusq; est. sincerus oleo tantum resoluitur. adulteratus iniecta aqua defluente colore diluitur. facit ad malefica dolosaq; vlcera, & vlcerum phagedænas salis flos. facit ad ea quæ in genitalibus pascendo serpunt: purulentas aures, & hebetes oculos. cicatrices albuginesque eorum tollit. additur in emplastra. miscetur & vnguentis qualiter in rosaceo fit coloris causa. sudorem cit. aluum turbat cũ vino & aqua sumptum. stomacho nocet. miscetur acopis, & his quæ exterendo sunt ad extenuãdos palpebrarum pilos. in vniuersumque salis modo feruidus & acer est.

De

De Nitro. *Cap. LXXXIIII.*

NItron.Romani pariter Græcis nitrum dicunt.probatur quod leue & sine pondere est,roseo colore aut albo:& spongiarum modo fistulosum: quale est quod ex Bunis affertur. vires ex alto in summum euocandi habet.

De Spuma Nitri. *Cap. LXXXV.*

APhron nitri,Romani spumam nitri dicũt. probatissima nitri spuma:quæ leuissima et sine pondere est:quęq; crustacea,friabilis,colore pene purpureo,spumosa, gustumq; erodens: qualis ex Philadelphia Lyciæ affertur. secundam bonitatis æstimationem habet Aegyptia.nascitur & in Magnesia Cariæ. vires habent & nitrum & nitri spuma sali æquales:cremanturq; illi similiter. amplius tamen id nitrum, nitriq; spuma possunt vt tormina finiant trita, & in aqua dulci addito cymino pota, aut cum decocto aliquo eorum, quæ inflationes disijcere possunt: quale est rutæ, anethi uè,aut anisi. Inũguntur his etiam in suspitione accessionis circulares febres. miscentur empla stris, quæ discutiendo,extrahendo,exterendo,& extenuando sint. medentur purulentis auribus: earumque inflationibus & tinnitibus cum calida aqua,vino ue illis instillata.purgãt & sordes cum aceto iisdem instillata.cum suillo,asinino ue adipe rabidorum canum morsus & abscessus,quos dothienas vocant terebinthina resina excepta sanant:cum canicis contra cutem subeuntes aquas emplastri modo imponuntur. Exceptis melle ad claritatem inunguntur eis oculi.bibuntur & contra fungos vtiliter in posca: in aqua contra bupre stim, contra taurinum sanguinem cum silphio. Imponuntur emplastri modo etiam vtiliter his qui cibum nõ sentiunt. cum cera luxatis & in scapulis rigentibus in decessione,& cum iam decrescit malum. miscentur pani etiam vtiliter: dantúrque vescenda ad linguam resolutam.coquunt quidam prædicta nitrũ, scilicet & nitri spumam in noua testa ignitis carbonibus,donec candeant superposita.

De Gypso. *Cap. LXXXVIII.*

GYpson.Romani pariter græcis Gypsum dicunt.est gypso adstringẽdi vis.glutinat,sanguinis profluuia & sudores compescit.potũ stran gulatione perimit gypsum.

Dioscoridis finis.

IOANNIS FRANCISCI Braucaleonis Neapolitani,de Balneis Dialogus.

Personæ Dialogi:Brancaleo,Diaulus,Sobarus, Illustr.Martinus à Portugallia.

AVdita PAVLI. III.cum doctrina, tum sanctitate, Romam venimus,eo cõsilio vt viso protinus reuerteremur Neapolim. forte fortuna,Reuerendissimus ac illustrissimus Martinus à Portugallia tunc æger erat.eum accersiti vifimus.assistebant tres medici concertantes de valetudine illius viri, ac iis quæ ad morbũ B pellendum spectabant.ingredientes,et eo qua decet reuerentia salutato(est enim vltra illas dignitates,Regis Lusitanorum nepos,& apud Pontificẽ Legatus) iussi sedere,grauiter tulimus eũ non nouisse sanum. maior enim indiciorum pars mutatur in ægro,quæ ad temperamẽti cognitionem nos ducunt.vtcunq; ea colligo quæ firma permanent:secedo in angulum, domesticos quosdam, atque familiarem medicum scifcitor,nunquid sanitatis tempore caleat,vltra cõmunem gradum: caro lenis an aspera:pigus, macer ue, albus vel ruber:quibus facile qualitatibus afficeretur, quibus denique delectaretur: num impiger ac celer, an iners ac deses: qualis vox: quis pulsus tenor: qualia,quæue corporis excrementa:præcipue tamen candide & ingenue referrẽt suos mores, vna fuit omnium vox,auream quãdam in iis omnibus exprimere mediocritatem. omnẽ victus rationem C percunctor.diem natalem ac horam ijs quæ serua uerã signa adijcio:corpus medium inter glabrũ, & hirtum,rufum pilum,harmonicam membrorum symmetriam,hilarem ac iucundam faciem, &(vt Lucianus ait)comicam,exertas venas,latiq; resq;, perspicax ingenium,fidelissimã memoriã, mores sanctissimos.ijs recordati astantes addiderunt colorem ex albo,roseoq; temperatum .compertio deniq; dominum genituræ Iouem.hisce sic vestigatis atq; in vnum redactis, ideam temperatissimi corporis, Galenicã illam Polycleti statuã inter Lusitanos(qui principium incolunt quinti climatis)formo animo.ad hanc proxime accedere descriptam temperiem video, labi pauxillum ad calidam ac humidam: accidentaliter tamen, &(vt Gale.ait)natura acquisita ad phlegmaticã, quem enim hisce scopulis non illiderent nocturna diurnaq; studia?perpetuę cogitationes abditarum

rum literarum,& præcipuæ recōditææ mysticæ theologiæ, cui se ab ineunte ætate emancipauit: etenim quem admodum vmbra corpus,lux solē, sic literatos viros ventriculi imbecillitas, capitis fluores,pituita atraque bilis comitantur. proinde podagra atque calculo annis superioribus laborasse commemorabant.

Iuxta igitur suæ crasεos rationem signa imaginatus sana, ætatis & aliorum, passim ad morbi cognitionem, eiusq; magnitudinis atque causarum omnium descendimus, quot antea dies febris corripuisset interrogamus,& reliqua, p ordinem responderunt nouem, hora vnde vigesima,præcedentibus oscitationibus, pandiculationibus,dorsiq; acri punctura,nausea quadam, ac vomitu flaui succi, saporis amari, paulopost calor aggreditur,vniuersum corpus occupat. ecce sitis,linguæ ariditas,vigiliæ, acuta cephalalgia, pulsus velox ac magnus, rubrum mediocriterq; tenue lotium,astringitur aluus, intēditur calor, æstuat,hinc inde se iactat,dolent renes,oculi,geneq; rubent,calor tangenti primo occursu mordax,perseuerante manu quasi victus cedens. hora noctis prima sudare incipit, febris decrescere, quinta sextave calore soluitur. tempus erat vernum, non procul ab æstate,erat enim Sol in vigesimotertio geminorū gradu,Luna in. 13. Leonis,nec procul quartus lunæ aspectus. totaq; victus ratio subtilem producere sanguinem aptissima,qui putrescens cōtinuo in flauam bilē cōnertitur,mixtamq; sauguini,& pituitam quam nominant dulcem,ex quibus comburente calore, occasione data,sæpe salsum phlegma sanguini ad miscebatur, plerunque spurium genus choleræ quam vitellinam aliqui nuncupant, coalescebat. prudentes ac periti medici tepescente febre spiritus ptisanæ cremore recreant, hordeaceaq; aquā adhuc calentia viscera refrigerāt: mane horis antelucanis potionem(syrupum vocant) propināt, molli clystere ducunt aluum,paneq; loto cibant. Inuadit febris serius quàm pridie irrepserat, fitque remissior,tertio citius irruit,et acrius afflixit. victum medici tenuissimum seruarunt. sequenti die(qui quartus erat)venis turgentibus, coctionisq; signis visis,incisa basilica sanguinem mitti iubent.syrupos iterant.octauo ex cathartico (qd receperat de more,manna,reubarbarum, triserā quam dicunt persicam, pharmacum solutiuum ex prunis,idq; quod ex rosis)aluum deijciunt. excreuitque diuersorum humorum nonnihil, ventriculus adeo deiectus est,vt attagenem,aut perdicē audiens nausearet,ac vomeret.calor auctus est,nec dimisit amplius,flammeū apparuit lotiū

D omnia symptomata intēsiora.horum factus certior,obseruo illo die naturæ motum,animaduerto prorītando sudori intentam esse,cutisque obstructionem insigniter reluctari.his omnibus diligenter perpensis,ac rite memoriæ seruatis,nunciari medicis iubeo,vt mane conueniremus. aduenerūt.Antistes, vt est φιλοσοφώτατος,imperat in conspectu suo disseri, non oblitus miserabilis illius inscriptionis,turba medicorum perij. erant tres illi medici natu maiores,barba cana,aspectu quē reuerendi,apud vulgū nō postremæ classis, purpurati, anulati, aurū ructātes,& smaragdos. eorum mores,vt postea compertum habui, maxime diuersi.Iccirco non patiens ego actorum rationem reddi, summam earum rerum, quæ ad officium meum magis necessariæ videbatur, perstrinxi.orationisque exitus fuit,potabilis aquæ tē-

E perato balneo,mane proximo abluendum esse, & ni rigeret,iterādum sequenti die, chamæmelino oleo,aut anethino spinam perungendam,interim pastillos ex seminibus diureticis, & syrupos,si voluerint,propinarent.vbi finem fecimus cœpit vnus ex illis ridere,cui Diaulo nomē erat, arrisit alter Sobarus,Eusebius,q tertius erat,nec laudabat,nec damnabat.Tū Diaulus illotis manibus,perfricata fronte,priusquam cōceperit, pariēs, ait quid hoc portenti est,quod in mediū affers iuuenis?quæ noua remedia?fortassis recordatus es piscinæ illius,cuius meminit euangelium; quæ agitata ab angelo, qui primus iniijciebatur, cōualescebat?sed reiectis iocis caue deinde isthęc commemores,quæ nemo laudauit vnq̄, quibus nemo vtitur. SOBARVS. turpe est de huiusmodi re verba facere,ordinemus quid debet come-

F dere hoc mane,& ordinemus syrupum, & relinquamus istas philaterias scholaribus.fortassis latinissare volumus,morbi curantur medicinis,non eloquentia,(hisce enim emblematis tota erat distincta oratio,hisce vernabat flosculis) fortassis volumus iterum componere artem medicinæ. BRAN. Simplicissime,& candidissime,venerāde senex,ac probe,loquutus sum,& si præsciuissem vos tam iniquo animo hæc ferre, ne hiscere quidem fuissem ausus.putabam libere quod sentiram,exprimere posse.me non reclamante excandescitis.rogo quicquid dixi,boni consulatis. loquentis voluntatem,non opinionem perpendite.Eusebius tunc,qui tertius erat, Absit,vt candorem tibi,ac pietatem vitio vertam,si talis esset sententia,qualis animus,continuo me subscribere vidisses,sed cū de hmōi re ambigā,alterutram partem,nec dānō, nec affirmo.hoc balneorū genus huius æui (quos nouerim) medici arcuere omnes.

omnes.contra communem vsum operari periculosum est.nec me prẹterit nonnulla quo communiora, eo esse peiora,idq; sæpe melius esse, quod à paucis probatur. vtcúq; Brancaleo caue, ne dú cœlum colis,terram amittas,negocium sibi facessit, qui alijs refragatur. iam scis vetus adagium. obsequium amicos, veritas odium parit. verum si perstas in eadem sententia, vtrinq; in medium rationes adducantur & si dilutis nostris,tuę efficaciores erunt, expeditis pedibus me in tuá sententiam currere videbis, herbamq; porrigere.

ANT. Video vos paratos ad pugnam,gaudeo, modo ne descendatis ad arma.res est seria.iocis non est opus, non scommatis, non pusillanimitate. Aristotelia quiescere quiete, mori Platonica morte eum oportet, cui veritas cordi est. absint nugæ supercilium, arrogantia,sint procul ambitio & auaritia,& si qua est alia teredo, quæ medicorum, in maximam nostram calamitatem, rodere animos soleat. laudo Eusebij sententiam, verum cum tanta nunc non vrgeat necessitas, hora nanq; aduenit capiendi cibi, placeat vobis (viri eruditi ac mei amantissimi) huiusmodi disputationem in crastinum differre diem, tum exoriente sole aut more peripatetico deambulando, aut academico sedendo meditati, disserere pulcherrime poteritis. non deest hic mollis & frigida gestatio pictura admirabili conspicua,& vice platani illius apud Platonem,citriorum redolentium silua, quæ ab æstuantis solis iniuria deferere poterit. (habitat enim Ghisianas ædes trans Tyberim ad fluminis ripam,quibus Romę admirabiliores nullæ.) delectabunt & horti mira florum suauitate fragrantes, topiario opere spectabiles.aures suauissimo garritu mulcebunt aues,& nos dabimus operam,vt lingua etiam ac palatum conqueri non possint,nec labor,pro tenuitate nostra erit irritus. Hæc ipse. Nos iussa capescimus,reuertimur mane, spectamus lotium, pulsus numeros scrutamur, nonnulla indagamus.hoc officio functi in coronam sedimus, mihiq; veluti natu minori loquendi prouincia demãdatur.Rogauimus tum, ipsi obijcerent prius quicquid aduersus opinioné meã argumentorũ possent,ne frustra tẽpus repetendo tereretur.

DIA. Paucissimis me expediã, à medicorum consuetudine ne latum vnguem discedere volo. Balnea non sunt in vsu, ego nolo esse author, scyrupus ex radicibus mihi exhibendus videtur, & electuarium ex seminibus communibus frigidis, & si necessum erit, post quartumdecimum, soluere aluum, ex pharmaco diaprunis, rosaceo, reubarbaro,& reliquis.

A SOBAR Ego astipulor opinioni dñi Diauli. ANTI. Iam videtis Eusebi & Brancaleo in vos duos omnium oculos esse cóuersos, perpetuum silentium huic controuersiæ hodie imponendum est, rogo tam arduam ac vtilem quæstionem (vt vester mos est) scilicet non illotis manibus tractate, paucioribus quoad fieri potest, citra tamen obscuritatem, rem absoluite, reiectis fucis, bracteis, cincinnis disserite. scopus sit veritatis inuentio,& salus languentis. EVSE. enitar pro virili tibi morem gerere, si quo tamen in loco lapsus fuero, ignorantiæ ascribito non voluntati. dixit, ac fixis terræ oculis cogitabundus aliquantisp pmansit, deinde mira gestuũ omniũ cõpositione, doctus Eusebius hãc habuit orationẽ.

Si amicitiæ causa veritatis leges, quibus quotus quisque est parere in primis debet, violari citra notam possent, si priuatum munus publico B prępονendũ esset, vnius tui gratia (amice Brancaleo) & veritatis hostis euaderem, & commune bonum ne pili quidem facerem. verum cum officium nostrum sit veritati adesse perpetuo, intrepideq; pro ea digladiari, omnibus deniq; posthabitis vitæ ægri prẹsto esse,& prẹsertim huius, cui (quod procul hinc sit) siquid sinistri accideret, ob eius maximas virtutes, aliasq; dotes corporis, atq; fortunę munera, deflerent reges, lugerẽt musæ, oésq; boni. argumenta obijciã quibus μισόλουτροι balnea eliminarunt. quamuis non sim nescius nil me tibi φιλαλυθεῖ præstare posse gratius, ac iucũdius. Si quod ex balneo subsidiũ expectaremus, aluo deiecta illud sequeretur. Galenus enim tertio regiminis acutorum hæc verba scripta reliquit. Scias vniuersaliter quòd si bal C neum administratur ante corporis euacuationem, attrahet ad loca quæ sunt sub hypochondrijs materiam. & quæ sequuntur. Namq; balneum quamuis calidum, crassas materias (quales esse consueuerunt quæ illic continentur) à ventriculo, intestinis, iecinoris sinu eluere non potest, tum ob distãtiam, tum ob lentorem atq; crassitiem. ab alui vero solutione non expedit, prodest igitur nunquam. nulla enim per artem tam exquisita euacuatio fieri potest, quin virtutis sequatur deiectio, debili vero existente virtute balneum esse noxium nemo ambigit.

Porro post euacuationem aut natura mouet aut non. Si mouet non eget ope medicaminũ, & si egeret alijs à balneo præsidijs, siue vrinam ciens, siue sudorem iuuari posset, sin minus aut propria imbecillitas in causa est, aut humoris ipsius ineptitudo. quodcunque istorum fuerit, balneum fieri prohibet.

Huc accedit quod omne potestate frigidum virtuti est inimicum, calori enim naturali aduersatur, contrariando, deijcitur, extinguitur, mors sequitur. & vt multa simul argumenta conglomeremus carnis obstruit poros, cutisque exhalare humorem non permittit. audi Galenum tertio de sanitate tuenda. Sanè cogit clauditq; tum frigida, tum feruens aqua. hoc ne ipse quidem Oedippus soluere posset. cùm ergo morbi intus detinet, seruat, cuius & ars & natura nil aliud quęrunt quàm interitum. ad hoc facinoris perpetrandum complex fit & ipsa humiditas. hæc.n. & claudit, obstruit, atq; obturat, cũ sit crassitiei veluti parens, at enimuero veluti non contenta hoc damno, aliud parit non minus malum: putredinem auget. omne enim humidum si Ioanni Mesue, Auicennę, Galeno, Aristoteli quarto meteoron, si ipsi sensui creditur, est maxime putrefactioni obnoxium. fructus enim quo humidiores eo facilius putrescunt, aquę gutta si in vulnus ceciderit continuò in saniem conuertitur. aquam esse humidissimam pariter ac frigidam, quis est qui nesciat? quicquid verò auget putredinem putrida febre languentibus pestilens est. Nunc ad ea veniamus incommoda ad quæ quatenus est actu calida detrudit, intendit febrem (quæ aliud nõ est quàm calor) accensa viscera magis inflammat, ipsaq; bilis ignescit. & enim frigidum quandiu est energia calidum, calfacit aer dum aquarius annum infrigidat frigidus est: dum cancer æstuat, calfacit & ipse quod ambit. constant hæc authore sensu. Nec desinamus Galenum ad partes adducere: qui decimo therapeutices scribit. quicunq; hectica febre laborant, atq; ex ijs præcipue qui iam marasmode febriunt: modo ijs alia nulla febris nec ex putrescente humore nec ex phlegmone sit adiuncta, eos oẽs andacter lauabis. Ergo si ex putrescente humore fuerit, lauare non expedit. Colligitur hoc necessario ipsius exceptionis natura, quam negatio perpetuo comitatur. Ad hanc sententiam alludit & illa quæ primo ad Glauconem legitur. At qui ex multitudine laborant, non ita illis membra quamplurimum fricare oportet, calfacere atq; alligare: à vino vero & cibis abstinendum, & balneis etiam si febricitauerint. Hippocrates tertio regiminis acutorum de balneo loquens secundum antiquã tralationem. Quandoq; est rectius vt minuatur vsus eius: & quæ sequuntur. Non contemnendus Auicenna, secunda primi nocumenta balnei sic colligit. Facit inquit superfluitates ad mẽbra in quibus est debilitas leuiter descendere: & laxat corpus & impedit neruos: & resoluit calorem innatum, & comedendi desiderium deijcit & coeundi debilitat virtutem. Tertia eiusdem subdit. Hæc eius impedimenta sunt debilitare cor si multum morati fuerint: & facere syncopẽ & nauseam, & humores quietos mouere & eos ad putrefactionem præparare, & cũ eis ad membrorum nobilium receptacula declinare: ergo ab eis accidunt apostemata in occulto membrorum & in superficie. hæc ibi. Particulatim verò loquens de balneo prima quarti de cura nothæ tertianę prohibitum est inquit in ea balneum: facit enim descendere phlegma indigestum, ꝓpter illud quod effunditur ad locum putredinis & per miscet humorem malum cum putrido: & resoluit subtile & facit remanere crassum. Rasis inter classicos medicos non postremæ notæ vir, prorsus è salubrium medicaminum numero explodit sic scribens. dico non vidi balneum febricitantibus in aliqua dispositione esse vtile: maxime tamen ipsa vitare consulo in febribus putridis quantum possibile est. Et in diuisionibus capite de tertiana præcipit, vt in cura tertianæ medicus vino & balneo prorsus interdicat. Eumq; sequuti sunt neoterici penè omnes: Fulginas, Herculanus, Nicolus, Conciliator, Mattheus gradius, Dinus, Iacobus, Arnaldus, Sauonarola omnesq; huius æui quos norim, ij omnes in quęstionibus balnea laudant: postremo (vt Cõciliator & Nicolus) oppositum suadent. Siquis verò vsus erat tempore Galeni, nõ iccirco idem nunc conducit: non enim (vt Cõciliator ait) eadem ratio corporum, non vitæ, cõsuetudinis, aliorumque multorum. omnium rerum vicissitudo est eadem res vno tempore prodest, alio obest. Hinc accedit: ꝙ si renitentibus cæteris soli vellemus vti & male cederet, omnes (vt sunt ad alienam iniuriam propensi) nobis culpæ verterent: atque iurarent nos hominem necasse. Nemo compos mentis huic se discrimini obijcere debet. Cum igitur balneum vires exhauriat sensibili calidita te, febrim viscerumq; æstum intendat, humores agitet, abscessum causa sit, frigiditate itidem essentiali calorem naturalem pessundet, humiditate etiam obstruat, augeatq; putredinẽ: cum tot tantorumq; virorum authoritate eius liqueat insalubritas, quotidianoque periculo comprobetur, cum nobis tutius iter per cathartica sit syrupis & catharticis vtamur. Si qua ergo rationum siqua authoritatum, si qua est consuetudinis vis (quæ legis dubio procul uicaria est) in nostram classem vir modestissime migrato, nobisque suffragatus consule marsupio, vmbratilemque istam opinionem reijcito: hisce Plinij manes

nes ne lacessamus, horumque peritorum senum sententiæ subscribamus. Dixi.

ANTI. putabam Eusebi præcipuam in te virtutem esse pietatem: vt nomen indicat ipsum, & experientia compertum habeo esse maximam. nunc ambigo vtra maior sit, pietas an eruditio: videris ea iecisse fundamenta opinionis tuæ vt nullo ingenij acumine, nulla arte dilui possint. Certe Brancaleo cordati hominis esse censerem suæ assentiri sententię. satius enim est honeste cedere quàm infeliciter certare. Vtcúque, si adhuc aliter sentis, tuere audacter opinioné tuá: nos & si ægroti, attétas tñ pbere aures nó grauabimur.

Tum nos attoniti penè atq; exanimati, quo nos verteremus nesciebamus. tamen inter illos mentis anfractus cogitare cœpimus, vtrum melius esset blande assentiendo honori consulere veritate deserta, an pro veritate ipsa ægrotique vita & barbarissando & blaterando pugnare. Vicit pietas, cœpitq; necessitas deos facere: loca in mentem reuoco e quibus mutuari aliquid poteram, dispono: deinde demere hæsitans, sic effutire incipio. Tanta est eloquentiæ vis, tantum valet differendi acumen (præsul prudentissime, viriq; integerrimi) vt nulla ferè sit tam certa & constans mens quin facundiæ armis capi possit. nó ab re de Orpheo & Mercurio fabulata est antiquitas, & Sirenarum cantus picatis auribus metuit Vlysses: non mentitus est Cicero, scribens disputante Carneade omnia fuisse ambigua. etenim dum doctus Eusebius inuehitur in balnea, dum flexanima *illa* linguam ac labra mouet, vix mihi ipsi consto: & certe ni arguméta euidentissima, primorum medicorum authoritas atque experientia multos ab hinc annos oppositum demonstrassent, me in suam dubio procul sententiam traxisset. Succurrunt & Sileni apud Platonem: quibus docemur & admonemur in rebus humanis longe aliud vnumquodq; esse quá fronte polliceatur. præsto est & antrum illud apud eundem, in quo ligati homines vix rerum vmbras prospiciebant. Latet sæpe veritas, rationibus fides non illico adhibenda est, ad examen prius reuocare oportet. Quod si intentus vt soletis auribus auscultaueritis, atq; æqua lance perpéderitis, spero duce ac auspice Paracleto Spiritu cognoscetis, tanto orationem meam esse veriorem, quanto sua politior magisque ingeniosa.

ANTI. & si interpellamus, parcas rogo: fidimus amore erga nos tuo. olfacio iam multa & noua & optima de balneis te dicturum: huiusmodi materiam examussim intelligere opto, & consulere vitæ meæ non solum inter morborum angu-

A stias conflictatæ, verum etiam in tranquillo atq; quieto portu sanitatis quiescenti. & me exorante, quod extra limites vagaris, vitio dabit nemo.

At ego. obtemperabo lubentissime, modo hi probi viri ne succenseant. Annuere illi. Tunc sermonem prosequens. priusquam ad argumenta descendam, quum quorundam testimonio vti opus sit, volo inter nos cóueniat Hippocratem, Galenum, & post eos Auicennam esse irrefragabiles, & si quando res expostulabit vt citemus Aristotelem: Galenum vero excepto Hippocrate, præponi omnibus volumus, est enim fons e quo absque contrauersia hausere omnes, cuius sententia concertantes arabes suas dirimunt lites: ei aduersari aliud non est, quam vniuersam artem subuertere, ei tamen atq; omnibus præferendam ducimus sensui concinentem rationem

B non contemnentes Paulum, Aetium, Oribasiú, Rufum, Archigenem, Andromachum, aliosq; Græcos: ex Latinis Celsum, C. Felicé, Q. Scribonium, vtrumque Plinium dico secundum & Valerianum, Octa. Oratianú, Q. Serenum, & reliquos tot Arabes, tot interpretes barbarolatinos, etiam vulgares ac plebeios, omnes tamen adducere ostentationis esset, vtilitatis nullius. adde quod nec breuis ambitus nostri laconismi capere tot posset.

Igitur vt sciamus quid sit de quo disputatur, in ipso limine balneum distribuimus in id quod arte concinnatur & quod natura constat: hoc vero in id quod ex dulci aqua, vt a natura producitur, vel ex salsa, sulfurea, aluminosa, bituminosa, ferruginea, & id genus cæteris. Arte structum aut simplex aut compositum. simplex cuius sola

C energia aquæ mutata est, compositum quod aut plantas aliquas, floresúe, aut salem, aut nitrum aut sinapi, recipit, vel in quo hœdorum, atque veruecum capita bulliendo dissoluta sunt quo nonnulli ad emaciatos atq; consumptos instaurandos vtuntur. Hoc Galeni temporibus fornicibus quatuor distinctum erat. Primus hypocaustum siue æstuarium dicebatur: Seneca sudatorium nuncupat, ibi sola ambientis caliditate sudor excitabatur. Secúdus labrum siue lauacrú, quo calida corpus lauabatur, tertio frigida, quarto madorem abstergebát. Hæc ex Galeno. x. therapeutices. Rursus balneum hoc vt Galenus. 3. de sanitate tuenda scribit, scinditur in feruens, temperatum, tepidum, frigidum.

Nunc altius ordiendo postquam rem tibi gratam facere cognoscimus, in primis disputabimus quàm vtilia sint ad tuendam sanitatem, mox ad morbos curandos.

Dicimus igitur balneum arte paratū ex aqua potabili ad tuendam bonam valetudinem esse summum pręsidium, siue compositum siue simplex. Illud enim saluberrimum est, quod imminentium morborum penè omnium causam adimit: huiusmodi esse balneum probabimus. intemperiei nanq; absq; materia calidæ, balneum medebitur sensibiliter frigidum, frigidę calidū virtute recepta chamæmeli, anethi, & cōsimilium, siccæ tepidum, humidæ calidum, salubrium ad huc plantarum vim spirans. istę enim qualitates illis prorsus contrariantur: quę omnes in balneo (vt inferius clarius elucescet) cōperiuntur. Similiter morbos declinat materiales, humores absumens ac destruens qui causæ sunt, & prohibitam transpirationem (vt aiunt) cutim reserās, tollens. Plurima morborum pars euenit, aut ab acribus mordacibus fumidis ac fuliginosis excrementis, aut a crudis crassisq; siue putridis siue non putridis: & maxime si cutis obstructa fuerit, ac proinde excrementorum exitus prohibitus. In omni enim nutricatione priusquam cibus assimiletur omni ex parte, corporique nutriendo vniatur, dum multiplex fit concoctio, nonnihil superflue re opus est: quod per diuersos meatus natura salutis prouida excernit per aluum, vesicam, os, nares, aures, oculos, ac cutim, quod postremum aut sudore fit, aut insensibiliter, sensibiliter tamen sordescente cute: quis enim non videt si decem dies illotus permanserit, dum se postea lauat in malluuio turbidam ac sordidam aquam & illuuiem? eijcit natura passim seruandæ vitæ solicita quicquid superfluit sordium ac putredinis: purū enim tactum ab impuro putrescit. huiusmodi igitur excrementa, impeditaq; exhalatio causę sunt ephemerę, tertianarum, quotidianarum, quartanarum, cephalçæ, scotomiæ, apoplexiæ, comitialis morbi, furoris, anginæ, pleuritidis, catarrhi, calculi, podagræ, & id genus cæterorum. hinc erisypelata, œdemata, scirri, phimata, psorę, carcinomata, herpetes, elephantiases, quid nō morborum parit disposita causa? hæc ita se habere, scio neminem vestrum fugere, qui in proprijs istorum morborum capitibus legistis, centies de nique vidistis, paucas a sanguine, innumeras a pituita, à bile excitari. balneum vero recludere cutim, crudos cōcoquere, fuliginosos acresq; excire, argumento hoc euidentissimo probatur. omne (licet substantia frigidum) quandiu est tactu calidum, calfacit, & effectus caliditatem consequentes inducit, experiētia liquet hoc. ambiens nanque aer idem subiecto est æstiuo tempore & hyberno: hoc tamen frigefacit, poros astringit, D excretionem prohibet, cutim obduratillo calfacit, aperit, exoluit. Ista cum sensus testimonio manifesta sint, non ijs opus esse videtur, quæ Aristoteles, Hippocrates, Galenus, & Auicenna scribunt, quorum sententia non semel aut bis ista confirmare possem. pariter asserere debemus calfacere aquam quamdiu calet. quod si quis ceruicosus adhuc inficiari vult, is lebeti cum maxime feruet digitum intingat & neget si calfacit, proprij calefacientium effectus sequuntur (quos Ioānes Mesue i canonibus, quarto meteoron Aristoteles, quibus trium medicorum volumina scatent) reclusio apertioue, excretio, incisio atq; attenuatio, concoctio, exiccatio. Hæc omnia ad tactum vsq; & visum ob Diaulum reuocare voluimus & Sobarum, nam Eusebium eodem loco aduersus me visum esse non sum oblitus. balneū E igitur calidum obstructionem reserat, quicquid fuliginosum, fumidum atque acre est excernit, quod crudum est concoquit, idemq; cōcoctum exhaurit: auulsis ergo radicibus, quicquid inde morborum accidere poterat, ab humano corpore prohibet.

Sed obijciet ingeniosus Eusebius, si crudos concoquit, cur Galenus in febribus humore existente crudo, interdicit balneo. Dicimus huiusmodi cruditatem habere gradus. Galenus intelligit de maxima cruditate, quæ balnei caliditate concoqui non potest. Dignum hoc loco speculatione est, acerbiores succos balneo ad maturitatem deduci posse a medico tuente sanitatem, quam febrem curante. potest enim vti intensiore caliditatis gradu, qui febricitantibus maxime contrarius est. Hæc aliena fide non egent, sed si F in re tam clara testes exquiritis, audite in primis Galenum tertio de sanitate tuenda sic scribentē, Si probe balneum adhibeas, ipsum quoque apoteraphiæ pars est, siquidem duras tensasque partes emollit, excrementum putreque siquod intus ad cutem hęret, euocat. Eodemque volumine. Simili ratione & medij temperamenti aquis esse lauandum, verum fateor. Ea tamen quæ antea dixerat non omittamus. Dulcium calefactarum aquarum si media temperie sint, vis calida & humida est: sin tepidiores sint, humida & frigida: quod si iusto calidiores fient, calida, quidē sed non perinde humida. & infra. Euenit tamen ex accidente vt aut per halitum digerant humores, aut vires firment. & quæ sequuntur. Quarto eiusdem operis. Quoniam ergo duo prima sunt, quibus intentus sit oportet qui huiusmodi medebitur affectibus, crudorum siue semicoctorū qui ante sanguinis perfectionem fuerunt percoctio

ctio, & acrium ac mordacium qui secundi sunt & sanguine posteriores eductio, abstinere eos conuenit ab omni valido motu, blande vero vnctos atque oleo perfrictos perquam suaui lauare balneo, inde in ocio abstinentiaque habere atq; etiam somno si fieri potest: minime ignorantibus nihil esse, quod æque concoquat ea quæ con coqui possunt, & malos succos per halitum dige rat, sicut somnus post balneum. cũ igitur primo die experti sumus an facile finita lassitudo sit, similiter grauatum hoiem cernimus, tum mittendus in balneum secundo etiã die est: tum quieto abstinentiaq; habendus. æque vero & si iterum & tertio oportere videris, itidem ieiunum lauabis, quietem ac somnum ipsis lauationibus interponens. Audire etiã ne pigeat, quid de Primigene Mytilenæo qnto eiusdem lib. scriptum reliquerit. Cum de Primigene audirem nisi lauaret **B** omnino febricitare, collegi ratione eum fumida excrementa gignere, quæ transpiratu emitti postularent. cæterum cum densior cutis esset quam vt ea transmitti omnia sineret, collecta sub cute calorem excitare. Itaque balneum huiusmodi naturis vtilissimum esse, non ob id solum q fumidum euocet, sed etiam q humectet idque dulci humore. & inferius. Quin etiam alios quosdam vidimus quibus mordax calor erat similiter vt huic, non tamen vna intermissione balnei febricitabant, propterea quod per sudorem excremẽta ijs vacuabantur. post subdit. Itaque etiam alteri cuidam, cui æque ac illi mordax color erat, tametsi balneum vno die intermittebat, contigit non febricitare, propterea q nec studijs deditus erat. hæc Galenus. quam alta voce, quã sonora in sanitate seruanda balneum celebrat: & præ **C** sertim eorum, qui interdiu noctuque sese studijs macerant. Erat enim Primigenes, vt ibi Galenus ipse testatur, nemini peripateticorum sui temporis secundus. memini etiam tertio de sanitate tuẽda legisse hæc verba. Nam quoniam à vigilijs & tristitia magis graciles magisq; aridi, ac minus dicto audientes planè cernuntur, siccius existimãdum ijs corpus esse redditum eiusmodi affectus partim molli frictione cum multo oleo, partim temperato balneo sanatur &c. Cresceret in immensum oratio si omnia loca recensere vellem, quibus quàm salutaria sint seruandę incolumitati affirmauit. ea tantum adducamus, quæ quasi anacephaleosim faciẽs decimo therapeutices expressit. Si quis balneum ingressus nõ inhorruit, sed remissa est illi laxataque cutis, huic sane necessario prędicta succedent, excrementorum vacuatio, æqualis per omne corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, densatorum fusio, & reliqua. Inferius. hęc itaque ex omnibus quæ de balneis retulimus, vna summa colligitur, q vacuatur quidem quicquid in corpore vel fuligino sum vel fumidũ fuit. cõsistũt vero ĩ naturali sym metria tũ caro, tũ ipsa cutis, solidarũ partiũ aridi tas corrigit, & calor nõ modo is q ex lauacro accessit, verũ etiã q prius fuit ex frigidæ vsu sũmouetur. Eiusdẽ libri. xiij. volumine inqt. Plethora hoc est plenitudo tum sanguinis missione tũ fre quẽti balneo curatur. ei succinit interpres Auicẽna secunda primi scribens. Iuuamẽta balnei sunt somnũ facere, aperire, abradere, resoluere, digerere, & nutrimentum ad cutis superficiem attrahere. (& alio capite.) est etiam cũ balneum resolutione calefacit, & cum inuenit nutrimentum quod non fuit digestum, aut inuenit humorẽ frigidum qui non fuit maturatus, illum digerit, & hunc maturat. (& alibi) qui sanitatem vult conseruare, balneum debet ingredi postquam concoctum est quod est in ventriculo & hepate. Hippocrates. 2. de ratione victus, scribit dulcis aqua madefacit ac refrigerat, corpus enim humidum facit. & inde. calida balnea ieiunum emaciant ac refrigerant, nam calorem de corpore & humiditatem trahunt, caro autem humido vacua corpus refrigerat, saturum vero calefaciunt & madefaciunt, & quæ superant in maiorem cumulum diffundunt. contra frigida vacuum corpus calefaciunt, & aliquatenus frigefaciunt, saturum vero siccant, quodq; est frigidũ siccitate complent, non lauari vero nec vngi humido cõsumpto siccat. Hęc sunt noua illa remedia, quæ supra mille & quadringentos, immò duo millia ab hinc annos in maxima celebritate & vsu frequẽtissimo fuerunt. Sed ijs inauditis, nonne solo hoc argumẽto moueri debent, q Romæ degũt? Quotidie vident Antonini Cæsaris aliorũq; thermas, perinde ac vnũ ex septẽ orbis spectaculis, tãto sumptu, tanto labore ædificatas, vectis ab vltimis penè orbis regionibus ĩmensis columnis, vt adhuc mõtes & quibus erutæ fuerũt, de romana potẽtia cõqueri videantur, & mare gemere, q tã grane ipsum presserit onus. Num arbitrandum, ob delitias ac voluptates, frugi, sapiẽtissimũq; imperatorem, cuius tempore Galenus ipse Romæ florebat, tantum pecuniæ erogasse, tantum studij ac laboris impendisse. quẽ prõptissimũ ad curã corporis. 6. de sani. tuẽda Gal. testatur his verbis. Antoninus. n. ĩperatorũ, quos ipsi vidimus, prõptissimus ad curam corporis venit. Et si hęc cõiectura non mouet, moueat hæc altera, quod ipse, ipse inquã Galenus quotidie lauabat: vt Pliniũ,

ac Cęsares, Homericos proceres, Callimachi Pal lada, innumerabilesq; illustres, ac magnos viros taceam φιλολουτρούς, qui ad centesimum vsque annum peruenerunt, hæc insuper ibidem leguntur. Ergo quod ipse facere cõsueui diebus ijs quibus vel propter infirmos visitãdos, vel ciuilia negocia, putaui me ferius ad balneum accessurum, dicere non grauabor. &. x. therap. Quippe simile quiddã nobis accidere videtur, cum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei quod ferro accidit cum tingitur, & reliqua. At memoratu dignum est quod subdit, Atque huius rei causa ad imbecilla corpora inuenta sunt balnea, quę ea præcalfaciant, atque ad frigidum solium præparent. non dissimile quidã faciunt, qui sine balneo frigida vtuntur, cum scilicet se ab exercitatione in eam saltu demittunt: siquidem cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi est illis exercitatio, & quæ sequuntur. Nemo igitur ambigat ad seruãdam sanitatem balneum docta adhibitum manu saluberrimum esse præsidium. Nec minor eius est vis ad morbos curandos, tum eos qui mẽbratim affligunt, tum eos qui vniuerso corpori noxam inferunt. Galenus in Cephalalgijs confugit ad Balneum.

Hippocrates tertio regiminis acutorum, Balneo lateris dolorem sedat, peripneumonicos curat, quod screatu educendum est maturat, facilẽ anhelitum reddit, & sedat pœnam, lenit iuncturas, cutim humectat, lotium cit, capitis grauedinem adimit, & nares emollit. Hæc omnia enarrans Galenus confirmat, ac probat. idemque Auicenna. Ioan. Mesue ad fluxum ventris, balneũ ad cœlum efferunt. omnes in ephemeris febribus commune præsidium Balneum esse conueniunt. scatet balneis totus therapeutices octauus liber. mementote illic quàm honeste duos illos medicos solam inediam præcipientes deluserit, ipse bis in die ægrotum lauans. Recordemur q̃ acriter decimo volumine Philippum, & quicunque (pace vestra dixerim) voluerint esse Philippo similes, balnea damnantem increpet: videtur (inquit) Philippus ignorare quàm salubris res Balneum sit, & quæ sequuntur. Hecticas vero febres nemo est tam barbare, ac praue institutus ex ijs qui aliquid literarum monumentis mandarunt, quin balneis curet. Vnde ergo irrepsit iste veternus, ne furorem dixerim, medicorum cerebro, vt balnea ab ægrorum domibus prorsus expulerint, nec vti aliquo pacto velint? hoc dicere non erubescam aliud non esse in causa, vt tam paucæ hac tempestate hecticæ curentur, quàm balneorum neglectum. Solis enim lacte, & testu

D dinis carne, quæ ambo calida sunt, extinguere se brem contendunt. etenim citra auctoritatẽ quid respõdebimus, rebus et naturæ sic argumentantibus. ephemera & hectica simplices calores sunt. frigida igitur perpetuo remedium erit, si verum est omnis cura fiat per contrarium, ait. n. Gal. xj. therapeutices. Quippe ipsius frigida pota perpetuo est remedium, & decimo. Ac si quidẽ omnia curiose administrabuntur, tum quo ad Balneum, tum quod nutrimenta spectat, vtique sanandi eum quem marasmus consumit, spes est: & octauo ex Hippocrate, Febris omnis prệter naturam est, ideoq; victus rationem humidam frigidamq; exigit. Si quando igitur variatur, non ratiõe febris illud fit, sed causæ. sed de his hactenus. Ad putridas nunc febres descendamus. & ne inanibus fabellis vos detineam, de balneo in huius-

E modi morbis sic sentimus. afflictis febre putrida balnea temperata ex aqua dulci arte adhibita prosunt. sigillatim vero discurrendo dicimus.

In exquisitis tertianis (& si raro accidunt) balneo vti vel inter initia expedit.

In nothis impurisve, non admodum turgente corpore, simulac concoctionis notæ apparuerit. Si maxima plethora fuerit deiecta aluo, in ijs tamen omnibus virtutis, et eorum quę virtuti ancillantur, assensum postulo, ipsarumque insuper rerum, quas non naturales vocant, ex his infero eos, qui solis syrupis, & catharticis has febres curare volunt, exorbitare nimium, atq; abuti arte. istarum primam dilucidam facimus hoc modo. De febre putrida in communi, & qua putrida est xj. therapeutic. Galenus accuratissime disseruit. testis est ipse autor in principio libri sic scribens,

F Febrium quas putrescens accẽdit humor, primæ & cætera. Nunc vnico cõtentus formo hoc epicherema. Illud remedium in putridis febribus saluberrimum est, quod febrilem calorem extinguit, & causam multifariam contrariando adimit, huiusmodi Balneum est, igitur saluberrimum. prima antecedentis pars apud eos qui oculis non carent, & manibus, probatione non eget. verum pro his qui solo vtuntur auditu, citemus Galenum illic ita nos docentem.

Quisquis propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet, & calorem qui ab ea excitatus est refrigeret. hæc ibi.

Sed obsecro vos per Christianam pietatem, deposito omni affectu, attentis auribus accipite, quæ. x. eiusdem absolutissimi operis scripsit.

Hac igitur causa est, cur vulgo medicorum ignotum sit, & quòd febrium omnium, qua febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit,

siue

siue ea talis actu sit, siue potestate. & quòd alia multa ex accidenti febrem refrigerantia, sunt remedia, de quibus & dictum nõnihil in præcedentibus est, & in sequẽtibus dicetur. Quædam nanque complicatam quodam modo, duplicemque facultatem habent, ita vt & prima rõne, seu magis per se proficiant, & ex accidente, quod genus balneum est. liquet igitur febrem, qua ratione febris est, balneo curari. ergo & materia exquisitæ tertianę, immo cholera quatenus talis, eodẽ medicamine abolebitur. est enim febri consimilium qualitatũ ac naturæ. at similium cura similis est. obiicies, materiam excernendam esse, quod febri non contingit. respondemus temperata caliditate balnei, vt superius demonstratum est, aptissime & citra impendium euacuari. nullus enim humor facilius per cutim expũgitur quàm bilis. nanq; humorum omnium tenuissimum est, suapteque natura à centro ad circumferentiam expanditur, igni in microcosmo similis. quocirca ad educendam bilem conuenientissima regio est cutis: argumento sunt naturæ motus cum particulares, tum communes. videre licet tertianarum paroxysmos semper ferme sudore terminari. ait Auicenna à Galenicis thesauris mutuatus. cum videris paroxysmũ incipere cum rigore, & terminari cum sudore, scito esse tertianam cõmunem, id est crisim ipsam frequentius fieri per sudorem quàm per quoduis aliud euacuationis genus. nec in vere exquisitis, puris, ac legitimis tertianis humoris concoctio expectanda est, vt in alijs. crassities enim & tenacitas humorum, qualitates illæ sunt, quæ impediunt quominus per cutaneos meatus excerni possint. concoctio vero bilem crassam reddit ac lentam, ergo ad huiusmodi excretionem magis ineptam. porro superius Galenus docuit balneo quicquid acre fumidum, fuliginosum expirare, huiusmodi bilis ipsa est quid plura? audimus, videmus, tangimus quanto quippiam acutius, quanto tenuius est, tãto exire per angustos meatus facilius. Vnde Glauconẽ suũ priori libro sic alloquitur. Balnea vero ex aqua potabili ꝓsunt, tũ quia aliquid bilis educunt, tum quia qualitate sua plurimũ iuuant: nam huiusmodi balnea humectant, ac potentia refrigerant, & subdit. Atqui balneis admodum delectantur, si bis in die laueris non delinqueris. In ijs nulla de concoctione mentio fit. postea sequitur. Si vero concoctionis signa apparuerint, si sæpius laueris, non errabis. ergo superius intelligit sine concoctione. confirmant quæ dicit in cura nothæ proximo capite, scilicet, Neque statim circa initia balneare expedit, sed cum pri-

A mum coctionis signa apparuerint: perinde ac diceret. non est vtile velut in exquisita, in hac, corpus cum febris incipit, abluere. certe aliam ob causam dicere Galenus ista nõ potest, nisi vt quo interstitio nothæ ab exquisitæ cura discrepet doceat. Ecquænam alia differentia esse potest quàm hæc? formo igitur hoc argumentum. aliquo tempore balneum conuenit in legitima, quo nocet in notha, si enim eodem tempore tunc vtriusque materia esset pariter disposita, proindeque eiusdem qualitatis, in spuria vero post signa concoctionis vtile est. in exquisita ergo & post tales notas, & antea. omnis huiusmodi ratio temporis ab humoris ipsius aptitudine sumitur, quę à crassitie, tenuitate, tenacitate, atque fluxibilitate proficiscitur. habet tamen quemadmodum & aliæ res, pura tertiana suos gradus, vt vna pu-

B ra, alia purior, alia purissima nominari possit. vltima inuentu rarissima est, de qua nos loquimur, & si quando accidit, solius potu frigidæ, & dulcis aquæ balneo curatur. Auicenna vero cum prima quarti, capite de cura tertianæ puræ præcipit, vt non nisi post concoctionem lauemus. de pura loquitur, tum quia frequentior, tum quia minus hoc modo errabimus. ego quidem, siquid duodecim annis, quibus artem exercui medicam, omni adhibita diligentia obseruare potui, vix quatuor puriores tertianas ostendi, tantum abest vt purissimas. sed ad medicorum Homerum reuertamur. xj. de morbis curandis. itaque tum maxime eos, id est putrida febrientes, cum fiducia, vel in balneo lauamus, vel ijs quæ habitum rarefaciunt medicamentis vtimur, vel aquam frigidam, vel vinum ad bibendum

C damus, cum notas humoris concoctionis cernimus. & infra, Si mediocris est febris, & vires non validæ, sed cum notis concoctionis, his qui ita se habẽt, balneũ prodest. inferius. Quare in cura istarum febrium quoad licet agendũ, vt quæ minus calfaciat, materia deligatur, aut si qua inueniri potest, quę non calfaciat, queãdmodum in hoc casu balneũ, vtiq; ea est petẽda. hisce subdit hæc. si horror loto non acciderit, nullũq; primæ notę viscus sit imbecillũ, quodue multitudo crudi humoris in primis venis non contineatur, ex balneis duo hæc ægro compendia accedent, & quod redundantiæ humorum aliquid vacuabitur, & quod multũ febrilis caloris trãspirabit. paucisq; interiectis. quippe balneũ totũ corpus euacuat, tũ quod fumidũ est ac fuliginosum digerit. vlterius, in ꝓgressu tñ morbi, & loquitur de quacũq; putrida, quo tpe absumpta iã superuacua sunt, & tũ cruda, tũ putrescẽtia concocta, et catapla smatis rela-

xantibus & balneis intrepide vtare. quid de his vobis videtur grauissimi patres? aut à Galeno deficere opus est, aut confiteri in febre putrida, certis temporibus ac dispositionibus nihil esse æque salubre ac balneum. sed iam satis, superq; hominum authoritatibus immorati sumus, suauissimo speculationis nectare nunc reficiamus animum. si quid obstaret quominus balneum conferret in putridis febribus, esset humoris ineptitudo, at cõcocta materia non est inepta, impedit ergo nihil. concoctio enim cum putredinem inhibet: tum eas qualitates remouet, quæ exitui impedimento sunt. nãque quod fumidum est ac tenue, crassum reddit. quod crassum ac lentum, liquat dissecatque. proindeque disponit ad euacuationem. nec opus esse opinor omnimoda cõcoctione (vt probus quidam senex in cura Cardinalis Barẽsis contra nos argumentabatur). quemadmodum enim nec natura, nec medici errant quando semicoctã materiam passim atque suauiter educũt, illa crisim in plures vices distributam faciens, ij materiam minuentes sic, nec balneo delinquemus, si ad cutem tendentem exceperimus, obiter hoc dicere audeo, vix semel vidisse catharticum tribui indicijs apparentibus perfectæ concoctionis. Porro (vt repuerascere bono omine incipiamus) Galeni propositio indefinita est. quæ æquiualet particulari. cum enim ait signis concoctionis apparentibus. nec omnibus signis dicit, nec perfectæ cõcoctionis. porro eo tempore educere eam portionem potest, quę prima est, à qua febris ipsa depẽdet, bilem dico. ad hęc accedit, ꝙ cum vim habeat concoquendi, poterit semicoctum humorem concoquere, si hunc enim non potest, nec aliquem alium. cum ergo mediocriter coctum digerat, & digestum euacuet, quid dici salubrius aut existimari potest? Isti duo termini circa materiam putridæ attingendi sunt, concoctio & euacuatio. nec nos adeo rudes sumus, vt arbitremur quamcunque cruditatem posse concoquere, atque humorum quamlibet quantitatem educere: scimus ex philosophiæ sacrarijs, effectum non sequi nisi ex iusta proportione virium causarũ suarum. Romanam arcem pugnis, aut lapidibus iactis, dirui non posse, quis est qui nesciat? nutãtem vero ac labantem bombardarum impetu, violentiaque non admodum difficile. sic mediocriter dispositum humorem, nec nimium, balneo ad promptitudinem deducere, atque euacuare rationi cõsentaneum, nos morbi Gallici materiam incisam ac dissolutam virtute balnei vidimus: quæ adeo rebellis, pertinax atque indomita est, vt perpetuos morbos, saxeaque tubercula (vt in D crea sæpius apparent) parere cõsueuerit. & si non tam forte, id eligam ad tertianam, quod proportione respondeat. ad de quod si eadem decoxero, quibus illi suos conficiunt syrupos, digeram extrinsecus, vt illi faciunt intrinsecus. & cum materia post cutim latet, longe aptius & elegantius, caliditateque intensa, & vim digerendi augebo, effectus enim causæ respondet suæ. balneum igitur ex aqua potabili. quo decet ingenio, & coniectura adhibitum, quod paratum est materiæ excernet, quod semicoctum cõcoquet. eadem qualitate cutim recludet, vt pręconio authorum nostrorum superius constitit. Aridam, calidamque intemperiem, siue primorum viscerum, siue totius corporis, ad suam harmoniam reuocabit genuinis, natiuisque qualitatibus. causas ergo omnes putridæ febris detruncat. tres enim esse non E oscitanter è Galenico penu deprompsimus, scilicet, omissis procatarcticis, impeditam transpirationem, intemperiem, & putridum humorem. horum vnicuique contrariari balneum abunde probatum arbitror ex quibus omnibus propositum à nobis epicherema, immo epistemonicum syllogismum, acri iudicio, viris, scilicet balneum febrilem calorem extinguere, & causas rescindere, sic (vt opinor constat) vt siquis negaret, parmularius esset, quemadmodum apud Fabium orator ille, rationi denique ac sensui repugnaret. si vero plethora, vti diximus, nimia fuerit, pharmaco prius purgandum censemus. non enim à balneo vltra vires expetere debemus. quoquomodo se habeat mollem clysterem semp præponẽdum affirmamus, quando alui excrementa, & quę proxima illis, & loco & crassitie ad excretionem bal F neo faciendam inepta sunt. cum igitur in hac tertiana febre non modo concoctionis apparuerint signa, sed cum clystere, tum pharmaco deiecta aluus sit, eductisque ventriculo & intestinis, proximioribusque visceribus, ex crementis, atque humoribus, secundum cutim conditæ materiæ remanserint, naturaque expungere illas sudore gestiat, transpiratio impedita sit, refrigeratio maxime necessaria, tum ob febrem, tum ob intemperiem. ætas florens sit, tempus anni calidum. nullum ex proceribus viscerum adeo imbecillum, vt fieri hoc prohibeat balneum præ cæteris remedijs præsentissimam feret opem. pharmacum vero maxime noxium, ac perniciosum. quid enim est quod ventriculo, iecinori, capiti, cordi magis officiat, quàm huiusmodi medicinę, si mera toxica, medicamina nuncupari possunt. iam in adagium venit, medicinam qualibet naturam sapere veneni. prædicant hoc veteres, recentiores nõ discrepant,

ſcrepant, ſenſus & ratio confirmant. humores naturæ per ſudorem excernenti à circunferentia reuocans ad centrum impedimẽto eſt, calidam intemperiem auget. Dumq; è longinquis corporis partibus attrahit, nonnihil bonorum qui in propinquioribus ſunt educat oportet. porro ſi humores diuerſi ſunt, ſi loca denique diuerſa, qui fieri pôt, vt idem euacuationis genus ſemper conueniens ſit? Nec pharmaca damnamus, alioqui vtilisſima ſed hanc pernicioſam frequentiam, tumultum iſtum (paceq; omnium dixerim) abuſum medicaminum. Video paſſim reiectis alijs, ſiue per incuriam omisſis ad ea omnes, quos norim, medicos conuerſos. Memini in ægrotum incidiſſe qui viginti dierum ſpatio quinque medicorum impulſu, cathartica vorauerat. quod ferreum, quod adamãtinum corpus tantę non ſuccumbere violentię potuiſſet. Certe vereor, & doleo quàm maxime, ne plures necauerint pharmaca quàm gula, & gladius. & citra controuerſiam, exiſtimo, inter alias huius tẽporis calamitates, hanc eſſe, vel in primis connumerandam. O abuſum maximũ o communem perniciem, execrabilem peſtẽ, lõge ipſis febribus peiorem. teſtis eſt ipſe humanarum mentium cõditor, & afflator Opt. Maxim. Deus non oblatrandi, nõ lancinandi cauſa inuehi in ψευδιατρούς, ſed orationem meam à cãdore atque pietate totam proficiſci. Quis nõ ſtomachaſetur videre quoſdam ſic ſe ad cathartica contuliſſe, dedidiſſe, vt nec Pontus, & Bithinia vniuerſuſque oriens radicis barbarę, caſiæ, & ſcamonei ſufficientem ſubminiſtrare quantitatem poſſint? Excanduit animus, dum iſta recordor, nec intra limites me cõtinere poſſum. ad ſeria reuertor, de his alias fuſius dicturus.

Igitur ſi humanæ vitæ hoſtis pharmacum eſt, ſi venenum, vſque adeo vt paululum modum excedens necet, aut ad ſuprema pericula deducat: Aqua verò corporib. noſtris familiarisſima, amicisſima, vt vel terminos egrediens, nocumẽtum vix ſentiamus. inſuetũ illud hæc incõſuetis ẽt cõſueta magis. illud ingreditur. hæc forinſecus alterat, illud ſimulac hauſtum eſt, corrigi non pôt, hæc ſi obeſſet, quod ex rigore cognoſcitur, citra impẽdium amouetur. qualitas illius, excepto veneno, intemperiem auget, febrem intendit, hæc verò & temperat, & febrem frigiditate ſua extinguit. illud naturam mox à ſudore, ſanitate potituram, impedit, hæc ſic proficiſcentẽ adiuuat calfacta. Galen. ſemel aut bis illud in febribus nominat atque laudat. hæc vniuerſa methodus, atq; curandi ars ſcatent. ſed quid opus eſt eam laudare, cuius beneficium nemo non ſentit? quæ necesſi-

A tate, ſi manum ſubtraheret, laudari cogeret. hæc nos pia parens vagientes excipit, ſordẽtes abluit, fœtorem remouet, vix nati ea aſſueſcimus, mane ac veſpere bibimus, carnes elixamus, fercula paramus. quid plura, ſi aqua humanum corpus magna ex parte conſtat? Thales Mileſius, vnus ex ſeptem illis Græcię ſapiẽtibus, aquam principium rerum naturalium eſſe dixit. non ab re plerique aquam nominari putauerunt, quòd ea viuamus. quãdo citra ſuam opem ne vnum quidem diem viuere posſimus. Quid igitur familiarius? quod à teneris vnguiculis nos comitatur, naſcentes non debilitat, timemus adulti. Gal. propter imbecilla corpora balnea inuenta ſcribit, & nos quauis debilitate territi balnea explodimus. Ipſe maraſmo de hectica laborantes velut vltimo præſidio, balneis curat, & nos decimo tertianæ die, vix ſemel B deiecta aluo, in corpore cuius tota debilitas à grauamine depẽdet, amicam vim balnei metuimus. cur iſta debilitas non deterret potius ab exhibendo pharmaco quod longe maius requirit virtutis robur? Cur etiam cruditas, cum non minus requiratur ad ſoluendam aluum concoctio? manifeſta hæc ſunt & ante oculos poſita, aut negare Galenum Græcoſque omnes, ipſumque Ariſtotalem qui in metaphyſicis, aliisq; locis explicans quot modis ſanum dicatur, balneum ſemper ponit, vt misſa faciam quæ in enciclis leguntur quęſtionibus. Rationem denique ac ſenſum, aut noſtra confirmari oportet. Cæterũ obiectiones eruditisſimi Euſebij (bona ipſius pace) confutandæ diluendæque ſunt, & ſi ex ſuperioribus, ad fontes eos digitum intẽderimus, è quibus omnis huiuſmodi rõ hauriri poteſt. Nec adeo lippus ſum, C quin viderim alienam perſonam ſumpſiſſe Euſebium, disſimulaſſe quis neſcit Glauconem Platonicum, Ciceronianum Antonium in oratore, & dum eloquentiam damnat, acerrimũ eloquẽtiæ aſſertorem Ioannem Picum, ſapienter imitari voluiſſe. Seruata itaque ſerie reſpondemus. Primæ ratiocinationis vis erat, poſt alui deiectionem ob virtutis qui ſequebatur defectum, balneum fugiendum eſſe. Nos liquido monſtrauimus non ſemper medicamine ſubduxiſſe aluum oportere. vbi tamen præcedere debet (vti frequẽtius euenit) ſi ad artis ſigillum paratum fuerit, naturæ gaudium, ac quies tãtum abeſt, vt imbecillitas caſuſque ſequantur. Et ſiquid eueniret imbecillitatis, nõ idcirco deteſtãda ilico balnea ſunt. maxima enim debilitas ea eſt quæ impedit ablutionem, ac multo magis ventris ſolutionem. Prȩclara ſententia Galeni eſt ad hoc ſpectans xi. curã di Methodi hæc ſcribentis. Si verò nec concoctionis

nis habet signa,nec virtutem validam, seruari is planè non potest, quominus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs quæ rarefaciant vngendus,aut vinum illi dandum,frigidave offerenda.in quo enim omnino desperata salus est,imprudentis consilij fuerit, apud vulgum infamare præsidia quæ multis fuere saluti &c. Cumque natura ad cutim pellit,nihil tam expedite succurrit,vt balneum.nec illud perpetuo verum,materiæ cruditatem,aut propriam debilitatem in causa esse, quominus natura manum conferat.si.n.hoc esset:nunq̃ trāsactis eius statis(vt sic dixerim)horis,ignauæ ac desidis, curanti medico supplendæ vices essent. cōtra commune illud iactatumq; dogma, si natura non mouerit moue tu.sæpe.n. nō impetit,aut quia nō irritata est, aut siderum non fauet aspectus,vel quia alijs intenta est,vel largiore diæta impedita vti sæpe vidimus,aliasq; ob causas.Satius,vt Plinius inquit,naturæ in hoc voluntatem quærere,quàm rationē. Quod tertio loco ieceras fundamētum, tale est, vt superstrui nihil posit.nanque quod frigidum est, dum febris coercet caloris excessum naturæ amicissimum est, & si ingenitum sibi esset obstruere,qua tamen actu calet, dissecat ac aperit.Galen.6.de tuenda sanitate de frigida atq; feruente loquitur,nos vero de mediocri,ac temperata.illarum enim altera innata vi, accidenter altera stringit densatque.eademque est & humiditatis ratio,quæ dum siccitati,infesto calori annexe repugnat,caliditate aduentitia atque accidentaria ipsius aquæ,putredinem augeri prohibente,salutaris admodum esse periculo deprehēditur.Nec finit prudens, ac sagax natura oblato contrariarum virtutum remedio,morbum illud in suum cōmodum vertere.ipsa velut mēte prædita distribuit,contraria cōtrarijs opponit. secus frustra simplicia componerentur,si temere vnūquodque nulloque naturę regimine operaretur. cuius vel hoc solo,admirabile ingenium atq; curā videre licet,quod incisa vena is primo sanguis exeat,qui ater quiue crassior est,ad fluxumq; ineptior.Nec temperatus calor mali quippiam perpetrat.Gale.eos non lauandos docet putrida febrientes,quorum aut turget corpus, aut notæ cōctionis non apparent.

Nocumenta quæ Hippocrates,Auicenna, & Galenus etiam ipse enumerant,omnia sequūtur ex intemperato balneo,absque arte,temere adhibito.Quid est tam bonū quod temeritas,& ignorantia non reddant pessimum?forma,diuitiæ, vires,facundia abutenti perniciosismę sunt.At malæ existimanda non sunt (vt Fabius inquit) quibus bene vti licet.

Balnea,vina,venus corrūpūt corpora nostra,
Atq; eadem faciunt balnea, vina,venus.

Non tot formulas abluendi,non tot pręcepta tradidissent,si quàm maxime vtilia nō putassent. In tertianæ nothæ cura nō absolute prohibet Auicenna balneum, sed non concocta diminutaque materia.argumento sunt verba quæ subdit. ait enim,rationem reddens qua balneo interdicit.Nanque balneum facit descendere phlegma indigestum propter illud quod effunditur ad locum putredinis,& permiscet humorem malum cum putrido,& resoluit subtile,& facit remanere crassum.hæc ipse. Igitur si humor concoctus fuerit minutusque,absurda isthæc non sequētur, quando ex cruditate,& multitudine eueniāt omnia.Auicennæ consilium est,in notha serius lauādum esse,quam in legitima,cū eius materia peruicacior duriorq; sit.At verò quid respondeā Rasi,eiusque asseclis nescio,Pudet dicere in hac arena euidētissime lapsum fuisse,secumq; barbarolatinos(sic enim ipsos isti Grammatici appellāt) qui neglectis præceptoribus,fontibus, exemplaribus, & archetypo,ad discipulos,ad tenues, ne sordidos,ac lutulentos riuulos dixerim,ad deprauata exempla,sese contulerunt. à Galeno quem imitatur,& suspicit defecisse,tot rationibus sibique ipsi repugnasse.etenim in diuisionib.in quartanæ cura balneum laudat,quod execratur in tertiana.doleo te respōdere non posse, sed postquā dempta tibi facultas hæc est,respondeant sectatores tui quique in hac causa patrocinantur tibi. Si in quartana cōuenit,qui morbus diutinus est, cuius materia tāto crassior,ac tenacior alijs est, quā to tertianæ tenuior incompactiorque. cur nō in cholerica febre?nullum quippe hic locum habēt distinctiones,nulla tergiuersandi, aut subterfugiendi via.Vobis vero qui credere possum(Petre ebane,Nicole alijq;)in hac causa, quos à Rase edoctos,balnea damnasse prius video,quàm experiri voluisse.vestra itereat barbaris dare leges, nō accipere.Sed quid quæso istud est quod legimus in vestris monimentis,disserentes balnea esse salubria confirmatis,deinde pro virili vitanda esse consulitis,eadem(vt inquit Seneca)epistola eundem,& amicum,& inimicum esse scribitis. Pugnant hæc,& simul vera esse non possunt. Nec ij sumus qui nomini,ac dignitati vestræ derogare velimus,vos plurimi semper fecimus, igeniosos viros, atq; pios existimauimus. Sed Hippocrati, Galeno,rationi denique atque experientiæ adhęrere maluimus. vtrunque experti sumus, & pharmaca iterare,& post balneum lauare contra receptam

ptam à vobis Rasis sententiam, illud non ad votum hoc fœlicissime cessit. viderunt ista sæpe dilecti discipuli magnæq; spei iuuenes, Leonardus Pomus, & Calistus Siculi, vt multos alios missos faciam, qui eadem apud nos aluo subducta lauantes obseruarũt. Nec quotidianus hominum vsus rerum mutat naturam, sed potius vtentem (si malus est) refractarium reddit, malo comparato habitu. Num quia consuetum est odisse bonas literas, cuiuis vel docto, ac ꝓbo detrahi, nihil nõ dãnari, modo alienum sit, ignauos, ac sycophantas sublimari, philosophos pro nihilo haberi prorsus ἀτεχνῶς, quatuor, & quinq; composita cathartica commisceri, gemmas tritas, & aurum ad vorandum præberi, & id genus sex cẽta, idcirco laudabile est. etenim cum multa mala sint, vna praua consuetudo omnia superat. Quod verò assumitis, humana corpora mutata esse proindeque nõ conferre nunc, quæ tempore Galeni Alexipharmaca existimabantur. primo ambigimus an corpora mutata sint, non desunt qui putẽt robustiora esse quàm olim. sed esto quòd ab illo statu declinarint. nil quod nobis repugnet sequitur, non enim eæ rationes variatæ sunt, è quarum sinu curatiuam methodum colligimus. nonne hoc seculo vt illo bilis tenuis est, à centro ad circulum mouetur, cutis porosa est? calens aqua reserat, liquat, dissecat. frigiditas cum caliditate pugnat, & humidum cum sicco, naturaque operatur, ac si mente prædita esset. præcipuum medici munus est iuuare naturam, omnisque cura contrario absoluitur. Dices corpora esse imbecilliora. At Galenus ꝑ debiliora corpora balnea inuenta esse ait. Dices hodierna ingluuies maior est. corpa crassis lẽtisq; humorib. magis abũdãt. Nil contra nos qui concocta materia, aluoq; deiecta si tumuerit, lauandũ præcipimus. Quãto plus mihi q̃ pharmacorũ patronis cõsuetudo faueat, si repeterẽ Pleonasmũ cõmisisse me Valla clamaret. dãnũ verò qđ sequitur malo, q̃ turpiter lucrari. nec me præterit q̃ belle cõspirent, pedariũ agãt, & mulus mulũ scabat. semel ab hmõi Zoilis, Thessalis, Lamijs & Momis bellũ ꝓbis viris indictum fuit. desinẽt oblatrare nunq̃, suo potius q̃ alieno ĩpendio. purus ac integer offendi nõ põt? magnũ theatrum conscientia est. nõ deserit Iupiter Homericus terris, & vndis agitatũ Vlissem. turpissimum est ob eas causas ab honesto declinare. Sed iã satis supq; nugatus sum, natiuũ vitium nõ facile imperio coercetur. etenim quẽadmodũ hęsitare principio mihi genuinum est, nec arte, aut industria diluere hoc possum: sic vbi nugari incepimus desinere nunq̃. receptui cano, velaq; cõplico, rogãs vt, si li-

A bueñt, barbarũ, ac nebulonẽ appelletis, impium verò, & iniquũ me esse nullo pacto putetis. Dixi. DIA. Iste sermo fuit valde ꝓlixus. ego partim pręlongitudine, partim quia talis modus loquendi non est mihi cõsuetus nihil intellexi: SOB. Nec ego, etsi ĩtellexisse neqñaq̃ facerem, vt ipse dixit. EVSE. pependi ab ore tuo attonitus. hic formosissimus annus, iam redeũt Saturnia regna. reuiuiscet medicina, è Barbarorũq; faucibus eripietur. iã passim vbiq; bonę literę florent, auctores optimi legũtur, è specu (nescio quo) video quotidie ꝓdire vindices nõ inertes optimorũ studiorũ. Dij faxint vt laurũ aliq̃ nãciscãtur, sub cuius vmbra suauissimi cantus musarũ oĩm auscultari liceat. Equidem tã vera tua mihi argumẽta vñr, vt repugnãtes non coarguẽdi verbis, sed flagris cedẽdos censeã. tergiuersari impium est, non pudet me

B victum fateri, doleo q̃ maximeserius esse superatũ. Quid. n. homini accidere põt vtilius ac gratius, q̃ vt detersa ignorantię caligine bene operandi formula potiatur? ingẽtes gratias ago, uel relaturus quũq; si potero, nec aliquis è tuo latere me discedere videbit amplius. ANT. cãdidissimo (& si noua licet vti metaphora) aureo mihi signãduslapillo, aut smaragdo hic dies est. Certo scio de me actũ fuisse, si ad potionem aliã descẽdissem. Deus Opt. Max. nostri misertus ẽ. misericordię suę gratias ago quotquot possum (vobisq; ẽt ꝓbi, ac peritissimi doctores) qui tñ ꝓ mea salute laborem suscipere voluistis. delectauit modestia, ꝓbitas, ac pietas oĩm. senum catoniana grauitas, iuuenis diligentia, humanitas ac pleraq; aliaq; palato meo mirũ in modum satisfaciunt. vtrinq; acriter certatũ est, lauari volo. famuli parate labrum, audite

C medicũ. lauabor & sanus si Deo placet. artẽ scire aueo modũq;, balneũ tẽperatum quibus cognoscã. frigidę quis sit vsus, ac naturaliũ. obseruaui ẽt Branchaleo te obiter, & quasi per trãsennã decõposita cathartica dãnasse, auri & pretiosorum lapillorũ pulueres. qui in vsu frequentissimo sunt. digna quidẽ intellectu, & nos audiẽdi desiderio flagramus. BRA. alias de hmõi rebus sermo erit satagamus nunc sanitatis tuæ. deinde doctã Neapolim (oĩm bonarum artiũ, & scientiarum alumnã) reuersus, ope librorum adiutus, otij mei rationem reddã, nõ oblitus trium amplissimorũ Cardinaliũ Cornelij, Cãpegij, ac doctissimi Parisiensis. ANT. Quod tacite promittis expectabo, sed iam parata est mensa, œconomus dat signũ. pulsatur tintinnabulũ, mẽte satis laborastis. dãdum est et aliqđ corpi, interim vt pręcepistis, lauabimur. Deo Opt. Max. gratias.

Branchaleonis finis.

BARTHOLOMAEI à Cliuolo Medici Taurinensis De Balneorum Naturalium viribus

LIBRI QVATVOR.

INDEX.

BARTHOLOMAEI à Cliuolo Medici Taurinensis

LIBER PRIMVS,

In quo continentur Balneorum Aquensium Historia.

IN MARCHIONATV Montisferacis vel Montisferrati vulgo sub potestate Ducis Mantuæ, in planitie quadam vndique monticulis circundata vini & tritici satis feracibus (terra etenim pinguis, tenax & succosa, est subrufi coloris, operi figulino aptissima) ciuitas constituta est, quæ ab aquarum excellentia in ea scaturientium Aquæ appellationem sibi vendicauit. Hinc Aquensis Episcopatus nomen. In medio huius ciuitatis, quæ non omnino plana est, sed quoquo pacto monticulosa in parte quasi inferiori fons quidam scaturit amplissimo alueolo copiosissimam aquam fundens, limpidam adeo, vt nummus in fundo cerni posit, adeo calidam, vt nemo eius cōtactum ferre queat. Quin multorum puerorum periculo, experientia compertum est neminem euasisse, qui in eam decidens aluo tenus fuerit immersus. Tibię etenim & brachia ab ea aqua exusta curationem admittunt. at vel ipsa membra naturalia repentinam adferunt mortem. Hic fons cameratus est, lapidea testudine calce non incrustata, aut crusta iam corrosa à vaporum acrimonia, qui perpetuo tolluntur ab aquæ haud secus ac feruentis caliditate. qui materiam quādam hisce lapidibus affixere lucidam parte extima, subnigricantem, duram. Infima qua lapidem tangit cinericei coloris, mollem, arenosam cum substantia, tum sapore, quam inferiorem substantiam talem existimo, eo ꝙ non vapor concretus sit: sed lapidis portio corrosa à vaporum acrimonia & calore, vel hoc vno argumento persuasus, ꝙ pars eorum lapidum extima solo manuum contactu dissiliat. Sed huic substantiæ explicandę suum seruabimus locum: hic enim nudam balneorum historiam narramus. Postea illorum facultatem tam ex ijs quæ sensibus nostris sese offerunt, q̃ ab affectibus demonstrare contendemus. A dextra huius fontis parte fons alius oritur quasi illi contiguus, nec enim duobus palmis ab alio distat, à quo aqua frigida scaturit, non minus iam dicta limpidissima: de quo nil sum dicturus, quia nec alteri miscetur, nec aliquid supra aliarum regionum aquas habet. Calidus hic fons hoīs altitudinem æquans, ferè quadratæ latitudinis quauis parte duarum vlnarum longitudinem non superans siphunculum è medio emittit, ex quo submurmurans aqua in quadrum spatiolum eructat ex vna parte quatuor foraminibus, ex altera tribus, septem subterraneas fistulas replet, quæ frustis ligneis pro arbitrio occludi & recludi solent. Tres versus dextram fontem inspicienti thermis duabus sufficiunt. Tubulus vnus in domum quorundam de Baueus nulla vtilitate producitur: habitantium enim negligentia dirutus balneorum locus est. Alij duo labūtur in domum quorundam qui de Becchu vocantur, vnus ad laconicum, alter ad gutturniū & lauacrum. Ex quatuor alijs cuniculis à quadrato spatiolo versus

B lęuam prodeuntibus tres cōstituuntur thermæ. Primus ad ędes Franciscanorum repit. Secūdus in hospitium diui Georgij nomine insignitum labitur. Tertius in Reipublicæ thermas prorumpit, hodie dirutas aliqua ex parte & inutiles. Quartus in propatulam & sub dio expositam piscinam aquam eructat. Quæ & ipsa arte constructa, vndique altis parietibus cingitur, lateribus substrata, gradibus à duabus partibus ornata, quæ inuicem angulum acutum faciunt.

Atque cum duobus balneis contiguis Sancti Georgij & Reipublicæ, in lōgum ac latum cum prædictis duobus graduum lateribus incidentes quadratum constituunt. In quam lacunam per vnicum hiatum descensus est, probaticam illam Hierosolymarum piscinam diceres. Nec temere id à me prolatum putes. Ferunt enim

C ob prohibitos à balneis pauperes leprosos, & alijs morbis contagiosis vexatos, vim & facultatem eius aquæ deperditam fuisse, quam denuo totius populi precibus recuperarunt. Et piscinam illam publicam ædificarunt, in quam vnicuique paratus est aditus. Nec enim vt cætera balnea hostium & balneatores habet, qui ab introeuntibus præmium accipiant. Nunc lauandis pānis eam mulieres frequentant. Sic itaq; ab eodem fonte à septem subterraneis cuniculis ex lateribus & lapidibus constitutis quinque fiunt balnea. Ex quibus duo collapsa, vsui hodie non sunt, veluti nec tertium Franciscanorum scilicet. Relinquuntur duo maximo & incredibili mortalium commodo vsitata. Quorum alterum si descripsero, omnium quinque descriptionem habebimus: non enim multum dissimili constitutione & artificio fabrefacta sunt.

Particularis

Particularis Balnei descriptio. *Cap. 2.*

A Fonte circiter passus quinquaginta in hospitium Diui Georgij nomine insignitum, secundus tubulus quatuor leuæ partis, quos è quadro spatiolo fonti contiguo protendi iam diximus, primum ex alto decidit in angustum locum cameratum vndiq; stipatum adeo vt vapori non sit exitus. Locus hic Laconicum seu hypocaustum, aut sudatorium, & vulgo stupha dicitur: aerem habet calidum, sed adeo crassum, vt vix parietes cerni posint, huius latera & ostium varijs sunt instructa foraminibus, vnum capiti exerendo accommodatum, aliud brachio immittendo, aliud tibiæ, aliud vtrisque cruribus, sic brachijs. Aliud vt per alteram aurium vapor ille recipiatur. Hæc eadem aqua quæ hactenus per cuniculum vndiq; conclusum labebatur, ne calorem perderet: nũc extra Laconicum E per canalem apertum per domum satis alta testudine fabrefactam defluit in vicinum quadratum spatium, lateritio pauimento, & lateritijs parietibus lustratum. Nec tamen tota, sed per occultum meatum canali prædicto suppositum prope fundum eius loci defertur. Huic loco peculiare nomen est Lauacrũ. Ita vt egredienti è Laconico sese offerat balneum non amplius calidæ aquæ, sed tepidæ. In cuius solium descensus est per gradus totũ illud latus occupantibus à summo ad imum vsq;, adeo vt magis vel minus immergi liceat, & interim sedere. Demũ aqua quæ per dictum canalem ad hominis altitudinem parieti domus annexum ferebatur, per meatum quendam in quadratam lacunam labitur, quam nõ temere posthac Gutturnium appellabimus. nam vtriusq; idem vsus & eadem constitutionis F causa. Inibiq; feruidum calorem amittens in canalem parieti annexum ingreditur, qui prędicto canali per rectam lineam incidẽs, angulum acutum constituit. In huius alueoli atq; adeo totius quadri pariete quinque aut sex frusta lignea intus caua infixa sunt, in quibus veluti in gutturnijs prominens quiddam angustæ linguæ inest in fronte, quod epistomium Marcus Varro & Seneca appellarunt, à quo aqua tepida ad auricularis digiti magnitudinẽ epistomio recluso defluit. His epistomijs se supponentes infirmi embrochas, seu Latinè irrigationes in cõmissuram coronalem supini super puluinari cubantes recipiunt. Alij in spinam dorsi, aut in brachium, aut genu, breuiter in suppositam partem, idq; vel sedendo, vel cubando. Populus ille locum illum Guttæ nomine insigniuit. Paries eius lateris, per quod aqua destillat ad embrochas totus candi-

D dus est Alabastri modo nitens, quam crustam si quis cultello seiungat, nec enim digitis potest, præduram ac nitrum referentem inueniet. Eius loci custodes certo affirmarũt illam purificatam in puluerem recipi, qui ad globulos tanta violentia è bellicis tormentis emittendos aptus est. Reliquum deinde aquæ extra domum vt inutile, ꝑ communem omnibus subterraneum meatum in proximum fluuium defertur. Sic tota domus thermarum tribus partibus absoluitur, & via ad has Laconico, Lauacro, & Gutturnio seu embrocha. Nec interim id omittendum est, in Lauacro & Gutturnio aquam calidiorem reddi, si vberius è canali parieti annexo sinatur effluere. Quod si minus calidam desideres, occluso superiori foramine id assequeris. In Gutturnio superiori occluso, & recluso altero qui à Gutturnio in quo aqua colligitur per epistomium prodit. Sũt & annexa huic cubicula, ad quę delati è balneo ægrotantes in lecto sudant. Reliqua balnea huic adeo sunt similia, vt superfluum iudicem ea describere. Non prætereũdum est, aqua fontis pistores & populum panem pinsere, pullos, capos, & similia immersa deplumari: sicq; capita, pedes, & viscera vitulorum, hędorum, & talium animalium, aptissime eius aquæ caliditate depilantur, expurgantur, & candidissima redduntur. Aquæ frigidæ vicini fontes plurimi. at calidæ vnicus in tota vrbe est.

Luti & Gutturnij descriptio, sitorum extra ciuitatem. *Cap. 3.*

A Dicta vrbe circiter quingentos passus à meridionali septentrionalem horam versus præterfluit nauigabilis fluuius nomine Burmida, cui ex aduerso latere opponitur monticulus, terra tenacissima opertus, subrufa, operi figulino aptissima, nec sterilis, nec admodum fertilis, alteram fluuij partem constituens. Et parte qua fluuius eum rodens superficiem destruit, videre est vastam rupem saxosam, fixis per laminas sese diffringentibus, operiendis tectis aptissimas, nec alia ex materia ea in ciuitate operiũtur. Alia parte fontis totus lapidosus est ex ijs lapidibus, qui calcem constituunt. Sunt inibi fornaces plures coquendæ calci accommodatæ, quę dum coquitur, sulfuris odore vicina loca mirum in modum inficit. Ab huius monticuli pede fontes oriuntur aquæ calidæ, omni destituti architectura: minus tamen calidæ ea quæ in vrbe est. Quæ adeo sulfur olet, vt circiter sexaginta passus quaquauersum sulfuris odor sentiatur. Quorum fontium aqua per apertum cuniculum per imbricem in proximam paludẽ aliqua ex parte labitur.

labitur. Hac ratione Guainerius aquam cupi vocauit. In hac palude, vt aiunt, similis aquæ fontes scaturiunt. Lutosa sunt paludis latera, & terræ subrufæ lateribus conficiendis aptissimæ. Ab eius paludis fundo homines lutum accipientes in proximam domum deferunt, ad id tantum fabrefactam satis quidem superbo ædificio, si cum vrbis opibus conferatur. Ab huius ædificij altera parte alia palus seu fossa est satis ampla, quæ non aliunde aquam recipit, sed in ea scaturit. Ibi videbis feruentis aquæ bullas sursum continuo ferri, idq; non vno in loco, sed permultis. Homines ibi sunt lutum in domum adferentes, quod è fundo vtriusq; paludis fodiunt, non eo loci vbi aqua scaturit: ibi enim arenosum & minus leue est, sed è vicinis & finitimis locis ea aqua tam calida est, vt in ea immersam manum nemo nostrũ diu ferre quiret. Homines tamen illi luto fodien-
B do destinati, (mirabile dictu) se toto corpore immersos continent, donec ligone maximum vas ligneum luto implerint. Deinde natando è medio profundissimæ lacinæ decẽ cubitorum aut circiter altitudinem superantis ligneum vas luto plenum nonnunq; duo, & ligonem ad littus deferunt: cui deinde à littore in proximam domum deferẽdo duo insudant. Horum vultum & vniuersi corporis cutem si contempleris, coctorum cancrorum rufescentem illam crustam conspicere existimabis. Hæc cutis siccitas ab adustione contracta calidæ contactum minus noxium reddit. Quàm egregie hi potent, fabris ferrarijs iudicandũ relinquo: hi enim ad siccitatem & calorem ab ore ad pulmones protensa inhibendis, potione egent. Illi verò vini aut frigidæ
C inundantes amplissimos crateras exsiccant, quo hęc à summo capite ad imos pedes diffusa retundant: à natura, vt puto, edocti τὰς ἐναντίας τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματος. Hic ægrotantium alios videbis tibiam alteram in lignea capsula ex quatuor asseribus constituta detinentes, vndiq; luto illo obductam. Alios ambo crura. alios alterum è brachijs. alios ambo. alios totum corpus ad collum vsq;. alios cernes super puluinari stratos lutosam coronam, aut, si mauis, infulam gerentes. alios solam manum. alios solum pedem. alios vtraque. alia aquæ pars per riuulum descendit in infimam quandam domunculam, in qua per canalẽ alto loco situm lata, per epistomium vt superius in thermarum Sancti Georgij descriptione dictum est delapsa; ad embrochas in quauis corporis parte faciendas vsui est, ratione & modo iam eo loci enarratis. Sic etiam in riuulo in domunculam nondum ingresso

A plurimi aut brachia, aut crura felici successu immergunt.

De qualitate aquæ fontis in Vrbe scaturientis. Cap. 4.

CVm omnium rerum inueniẽdarum, tum demonstrandarum duo prima sint instrumenta sensus & intelligẽtia, & ab his aggredienda nobis est huius rei indagatio. Sensibus autem & intelligentiæ inter alia sese offerunt effectus, à quorum cognitione ad causas descendimus, demonstratione vtentes, qua quia aliquid tale est, talem eius effectus causam esse demonstramus, idq; in hisce quæ non admodum sensibus peruia sunt. Ipsam etenim rationem quærere ipsum posthabendo sensum, imbecillitas est profecto & mentis hebetudo. Iccirco si in hac aqua, aut in terra in qua scaturit sal, nitrum, alumen,
B sulfur sese oculis nostris offerrent, non esset opus, nisi mihi recensenti quod vidissem præstita fide. Sed tantum sese offerunt spectãda hæc, aqua limpida adeo, vt nummus in eius fundo cerni possit: adeo calida, vt nemo eius contactũ diu ferre queat, gustui satis grata, paululum astringens, à qua vapores multi tolluntur ingrati, qui quasi bitumẽ referunt, mihi tinctoriæ seu infectorię pannorum artis odorem referre videbatur. Guainerius in sedimine factæ ab eo destillationis triplo sal, nitrũ superasse affirmat. Alumẽ, (vt inquit) superabatur, minima portio sulfuri relinquebatur. Vidi ego ex decoctione prædictæ aquæ plurimum salis relinqui: gustaui penidios à pharmacopæo ea aqua icoctos & confectos admodum salsos, alios ex eadem massa, sed aqua puteali dissolutos nullam salsedinem
C habentes. Ex his neminem arbitror hæsitare, q̃n salis plurimum in se habeat. Præsertim cum si ea aqua in ęneo lebete ad consumptionem vsq; deferueat, liquido cernatur in fundo relictum sal, quod ego ipse expertus sum. Nitrum, præter dicta arguit paries Gutturnij, de cuius suprema crustà depurata nitrum haberi omnes vno ore affirmant. Præterea cum sal fossile inter nitri species à scriptoribus enumeretur, atq; inter se facultate non multum dissideant, quinimo tanta inter eos sit affinitas, vt vicissitudinalem transmutationem facile suscipiant, non in eis seiungendis diu laborandum est. Demum si sumatur per os ea aqua aluum subducit, ventriculum roborat. Mihi semel tantum & leuiter in ea loto aluum laxauit. Ob id vt longa experientia etiam docuit, à sale et nitro vim maximam accepit dissecandi, extenuandi, digerendi, calefaciendi & siccandi. Quę oĩa summa cum fœlicitate pręstat.

Siquidem

Siquidem sulfur vim illam repěte in corpus deducit. Alumen ob paruam sui quantitatem eam deductionem astringendo nō impedit: quinimmo astrictio illa nulla noxa coniunctam miram vtilitatem adfert: omnes enim partes roborat, sicq; illatam ab alijs relaxationem tollit. At horum omnium exiguam quantitatem secum vehit paulo maiorem Maio mense, hac coniectura persuasi, q̄ subuiridem cerni ferāt. Hyeme cum ambientis frigiditate impedita vaporum exhalatione & densata finitimæ ædes aut secus ac nebulis & caligine offuscantur. Tūc sulfuris odorem sentiri manifeste aiunt. Eius vrbis peritissimus Medicus Dominus Baptista asserit eam aquam eo imperante ab Alchymistis destillatam, ratione qua elementa à rebus solent seiungere, liquido sulfuris maiorem quātitatem demonstrasse, deinde salis, postea nitri: inter hæc minima horū quantitas alumini relinquebatur. Sed esto. Id ego persuasum habeo in horum quantitate cognoscēda nos frustra laboraturos, cum eam perspectā & cuicunq; aquæ mixtam, certo teneam, longo interuallo ab huius facultate & vi distare. Præter materiam etenim perfectissimam & eo perfectionis numero dotatam, qualem alibi nō est inuenire, concurrit solis benignus calor, & astrorum aspectus eam mirabilem vim illi aquæ tribuens, quam qui ex arte sequitur, nunq̄ assequetur. Non minus q̄ Alchymistarum turba, aurum ex varia metallorum mistione nunq̄ generabit: sed semper in fumum omnes illorum conatus euanescent. Et tandem cum præceptore Raymundo Lulio, per ignorantiæ & miseriæ siluas errantes delirabunt. Nec habebunt qui tali in caligine constitutos solentur, nisi fortè qualem habuit Lulius eius delirameti Monachum aliquem, vt similes nanciscantur labra lactucas. Quis quæso est calor ille? quæ est illa ars, aut industria, quæ ad imitationem caloris naturalis, & innatæ homini facultatis, ex pane, carnibus, lactuca, vino, & similibus, chylum, sanguinē, deinde carnem, ossa, & eius generis alia poterit generare? Ita in illis terræ visceribus cōtentum esse quendam calorem innatam quandam facultatem iudico, in hac parte huius rei generandæ, in illa illius, quam nulla ars, nullus labor, nulla industria assequi potest. Sed vlterius q̄ par sit sermo noster veluti equus effrenis verborum consecutione deductus est. Ad rem redeuntes concludimus non modo difficile, sed ferè impossibile esse arte illius aquæ perfectionem assequi misti partes exacte seiungere, ab effectu omnia quę compositum cōstituunt ad vnguem cognosce-

D re. Postrema duo vnico exemplo ita ob oculos subijciam, vt nemo inficias ire possit. Quæ à natura fit mistio multo perfectior est ea quæ à nobis fit, vnde eam mistionis nomine non dignatus est Arist. sed potius quandam partium adinuicem appositionem vult esse. In hac tñ exempli gratia Sarcoticum medicamentum assumamus, nec ceram, nec æruginem, nec oleum posses ostendere. Sed horum trium adinuicem mistorum confusio talis est, vt neutrum separatum cernere liceat, & ea abinuicem seiungere arbitror impossibile. Neque ab effectu partes componentes dignoscere conceditur. Non q̄ putem aquam esse mistum quoddam ex sale, nitro, sulfure, & alumine: sed cēseo horum qualitatem & vim in aqua esse, & non seruari seiunctam, sed ita alijs immistam deperdi. Et tertiam quandam
E diuersam à mistis resultare, quam si experientia examines, componentium nullum per eam cognosces, nisi forte illorum aliquod reliqua longo interuallo superās, sui aliquod indicium manifestum prodat. Haud secus ac in dicto Pharmaco, ne à proposito discedamus exemplo, ærugo per se carnem liquat, rodendo: oleum eā putrefacit, cera etiam non est vsui, quia nec abstergit, nec exsiccat at hæc omnia simul mista sarcoticum medicamentū generant: cuius vim si contempleberis, nunq̄ æruginem, oleum, & ceram, id præstare suspicaberis. Sic aquæ huius, vt ita loquar, fodinam falleris, si te posse diuinare existimas ex solius facultatis animaduersione. Nec.n. sulfuris vim exerit, neq; nitri, neq; salis, neq; aluminis, sed ex ijs mistam, quæ neq; hoc, neq; illud refert. Nec hallucineris destillatione: si enim nō
F salis genera, nitri, & similium facile solubilium habeant venæ per quas ea transit: sed duræ alicuius materiæ, nil substantiæ secum adferent, sed solam vim, haud secus ac chalybeatæ aquę nunquam aliquid chalybis subsidebit. Ita alijs in omnibus non modo metallis, sed & nitri, ac salis generibus censendum, si dura fuerit & non facile solubilis fodina per quam labitur: qualis est argentaria, plumbaria, ferrea, aurea, & similium metallorum: vim enim solam ea aqua adferet, non substantiam. Qua de causa ne mirere etiam si plurimum habeat sulfuris & aluminis, exigua tamen illorum quantitas appareat. hoc enim nitro & sale difficilius liquescit, illud facile euanescit. Dicamus igitur, & nostrā imperfectionem cognoscamus nobis datū esse vniuersales rerum causas cognoscere: at particularem omnium rerum generationis transmutationem, & mistionis modum omnem non perfecte conceditur.

Sic

Sic igitur sermonem omnẽ resecamus, vt huius facultatem teneas, te ad caput septimum tanquã ad tutissimam anchoram relego, in quo eius facultatem longa experientia obseruatam disces, Hic quæ ratio dictare potuit in medium attulisse sat fuit.

De qualitate aquæ fontis vltra Burmidam scaturientis. Cap. 5.

FOns ille è montis pede scaturiens aquã habet coloris ad subuiride inclinantis, aut melius in subcæruleum. Sulfur vehementer olet, ita vt vndiquaque ad passus circiter sexaginta odor ille sentiatur. Sapor & odor ingratus, gustanti paululum astringens sentietur manifeste. Substantiæ non est tenuis, sed crassioris paulo q̃ altera, quæ in vrbe scaturit. Non adeo limpida vt illa, sed quasi subobscura, præsertim parte qua per prædictum in eius historia riuulum fluit. Nam ab imbrice vnde in fossam atq; in riuulum prorumpit limpida cernitur. Multo plus substantiæ seu essentiæ eorum per quæ permeat secum vehit q̃ alia, quod pluribus rationibus compertum est: quod vehementer oleat sulfur, & tamẽ plus aluminis q̃ sulfuris habeat: ferunt enim in luto grumos aluminis & salis inueniri, plures tamen aluminis q̃ salis. Gustaui sal concretum in epistomijs illis embrochæ seu gutturnij miræ salsedinis. Effectus præterea id indicat: omnes enim qui ex ea potant intollerabili siti vexantur. Ante quatuor aut quinque dies ventris onus nisi ope medica deponere nequeunt. Inde alumen in ea prædominari omnes consentiunt, nemine reclamãte. Atq; in hac parte ab altera differt: itidem ab illa diuersa est q; plus fodinę, vt aiunt in se habeat. Tanta etenim est suæ fodinæ quantitas, vt à me suppositum stillãti ab imbrice aquæ argenteum nummũ, ante horæ minutam in croceum colorem primum, deinde in ceruleum immutarit. Multa alia sunt argumẽta color, odor, substantiæ crassities, pondus, & similia. Cõueniunt autem hi fontes, quia vterq; eandem participat fodinam, sed differunt per magis, & minus, hac de causa inter se facultate sunt diuersissimi. Ille.n. in vrbe scaturiens dissecat, aperit, dissoluit, extenuat, deinde sequitur moderata astrictio ad partiũ robur. Hic vero nimia astrictione alijs & sibi viam occludit: vnde factũ censeo q; illic nulla habeantur balnea à ciuitatis fonte plurima.

De Luti qualitate. Cap. 6.

EFundo vtriusq; fossæ de quibus antea cœnum colligitur non absimile luto terreæ massæ, ex qua figuli fictilia vasa conficiunt, quæ non subrufa sunt, sed coloris cuiusdam à cineritio perspicuo ad nigrum tendentis, eius generis multa Lutetiæ Parisiorum conspiciuntur. Si in cineribus aqua dissolutis fuscum consideres colorem, illius luti colorem habebis. Substantia nil asperitatis in se habet tactui manifestæ: quinimmo adeo molle, lene, & vniforme tãgenti apparet, vt holosericum superna parte conduplicatum tractare videaris. Gustanti terreus sapor omnem alium offuscat: asperitatemq; aliquam lingua sentiet, cuius contrarium tactus iudicabit. Adeo calidum est, vt statim post emulsionem citra noxam corpori nequeat admoueri. In eo grana aluminis, & salis pisi magnitudinẽ equantia inueniri ferunt, plura tamen aluminis q̃ salis, eandem illi luto cum sua aqua facultatem tribuunt, nisi q; in suis operationibus tanto eam virtute superat, quanto efficacius operatur solidum corpus tenui, vt ferrum candens, flamma, & emplastrum, perfusione ex earundem rerum decoctione facta. Ac nõ modo densitate, verum & multitudine suæ materię vehementius suas facultates membris imprimit q̃ aqua, & diutius ea impressio durat, nec tam facile euanescit, q̃ quæ ab aqua inducitur. Hęc autem felicius præstabit, si parti hærens refrigescere non sinatur: sed tandiu ibi relinquatur, quãdiu calorem seruauerit. Non tamen exsiccandi & adstringendi facultatem habere experientia demonstrauit, quin potius omnino cõtrarias vires liquido prestare cernitur; siquidem mollificandi quæ dura sunt trahendi, & resoluendi maximam vim habere cernitur. Quod tam experientia omnibus manifestum est, & omnibus perspicuum, vt id probare longiori sermone superuacaneum iudicem.

Quinam affectus profligari possint ex horum Balneorum vsu. Cap. 7.

INter morborum differentias à Galeno libro de differentijs morborum enumeratas: morbi quidam sunt in intemperie consistentes frigidi, alij humidi, alij frigidi & humidi, idq; vel citra humorẽ, vel cum humore pituitoso. Hosce affectus in quauis parte consistentes horum Balneorũ, Laconici, Embrochę, aut luti, aut potionis vsu felicissime curari nõ dubitamus. facilius autem vel difficilius pro diuturnitate morbi, humoris tenacitate partis, ætatis, ac similium diuersitate. Atq; non solum has morborũ species profligari posse reor, sed has tanq̃ primam aliarum regulam & scopum propono, ad quem intentus Medicus facile diuinabit, ac prædicere poterit, hunc pituitoso affectu ac frigido vexatum, maximum cõmodum ex eorũ vsu sensurum: illũ vero bilioso affectu laborantem, concalfactũ & exsiccatum,

catum, nil cōmodi sed plurimum damni reportaturum. Ita de mistis affectibus iudicandū, magis aut minus iuuandos, quo magis ad huius aut illius naturā accesserint. Interim nō inficiamur, quin melancholicus succus maximam in melius mutationem non sit accepturus: vt pote ob sui frigiditatē & crassitiem calfactione & extenuatione egens. Sic & sanguinis participes affectus, in ambientē celerius dissipari poterunt. & pars affecta aquæ vltra Burmidē astrictione roborari, ne facile fluxionē recipiat. Sed iam sermone vniuersali præmisso eum in particularibus elucidemus, morbos qui à pituita originem trahunt ꝑcurrentes, à capite exorsi. vexetur aliquis intolerabili & antiquo capitis dolore à pituita, si ita videtur vitrea (quę in colo intestino detēta colico dolori similem passionē Galeno excitauit) huic præsentaneum remedium erit balneū, sub quo illius partes comprehendo. Sic resolutos. i. paralyticos duos allocutus sum sanitati restitutos huius solius remedij auxilio, alijs præcedentibus, q̃ præmittenda erant. Præterea ea oīa, quæ Guainerium verè narrasse censeo. Ita spasmo idest neruorum contractioni, à repletione pituitę opitulabitur, veluti & oris torturæ, Lethargo, congelationi, affluentiæ frigidæ fluxionis, & vt paucis absoluam, oībus cum cerebri, tū neruorum frigidis affectibus. Eadē ratione suffusioni præsertim si adhuc in generatione est succurrēt. Sic tinnitum aurium à vapore crasso dissoluēt. Itidē olfactui & auditui obstructis ab humore frigido. Haud secus linguæ & gingiuarum mollitiei, defectui gustus, fluxui humiditatum ab ore, tussi humidæ. Asmathi, ac alijs pectoris morbis à causa frigida genitis. Sic & ventriculo laxato & humido subuenit, in quo pituitæ copia infarcta est. Ita iliacæ passioni, & colico dolori à flatibus crassis & viscidis. Quin & vteri superfluā humiditatem tollit: hacq; de causa mulierem sterilem fœcundam reddere potest. Ferunt & eius aquæ, quæ in vrbe est, potu calculum diffringi. Eodem pacto Arthritidas à pituita ortas, ac ischiadicum dolorem supra hominū opinionem iuuat. Sic vidi plurimos, quibus ob acceptum in genu, aut in cubito vulnus materiæ copia in eam partem defluxerat, quæ œdematosum tumorem excitauerat, à quo aut brachiū, aut crus adeo rigida detinebātur, vt earum partium motum perdiderint, pristinum motum omnino recuperasse. Admirabilem enim facultatem habent in duritie etiam scirrhosa dissoluenda, & neruis roborandis, ex quouis duorū vltimorum duritiei generum fuerint. Triplex enim durum

D est Galeno libro. 5. cap. 4. simpl. durum siccitate, cui non auxilio sed damno esset. Durum tensione, & durum concretione, duobus his auxilio euidentissimo est: præsertim vbi tensio à frigidæ materiæ multitudine fit. Nollē tamen à me iam dicta ita intelligeres, vt existimares te à quauis Balnei parte promissos effectus assequi posse. Longo etenim interuallo seiunguntur, quæ Laconicum, Lauacrum, Embrocha, Lūtum et eius aquæ potio in corpus nostrum agere nata sunt, vt sequenti capite docere speramus. Felicissime etiam morbi, qui vniuersum corporis habitū fœdant, & afficiunt: cuius generis sunt psora, impetigines, vitiligo, elephantiasis, & similes, abiguntur: diuino potius q̃ humano sacrorum istorum Balneorum vsu.

E

LIBER SECVNDVS

Quo dictorum Balneorū Aquensium rectus vsus continetur: Et ex consequenti omnium similis fodinæ & facultatis.

Facultatum vniuscuiusq; partis Balnei explicatio, & primum de Laconico. Cap. 1.

MORBORVM curationes methodo prosequi non possumus, nisi prius saltem crassa Minerua, aperuerimus variarū balnei partium vim & facultatem. Has autē tres esse dicebamus, Laconicum, Balneum, & Embrocham, quibus Lutum, & aquę potionem addemus. Quidam enim sunt affectus, quædā corporum constitutiones, quibus ex vsu est solū Laconicum, aut solum Balneū, aut solum Lutum, aut sola Embrocha, aut sola potio. aut ex ijs duo aut plura, aut pauciora, atq; modo hęc, modo illa. In quibus ratione præscribendis hallucinabitur: quisquis horum facultatem non prænouerit, quam vt doceam horum curiosas & inanes Conciliatoris, Sauonarolæ & similiū definitiones præmittere, non minus absurdum iudico, q̃ si Grāmatices præcepta enumerare aggrederer, vt dictiones & phrases quibus vtor facilius intelligerētur. Neq; n. oīs qui de re aliqua suscipitur sermo debet à definitione ꝓficisci: sed solū is qui est de his, de qbus non facile intelligitur quid sit id, de quo sermo habetur. Longe igitur præstantius et ꝓposito sermoni aptius iudicamus, nouisse, Laconicum duplex īueniri, siccū & humidū.

F

Siccum

Siccum appello cóclusum vndiq; locum, in quo aer calidus habetur ignis calore concalfactus. Eius generis hypocausta in Germania hodie frequentissima visuntur. Humidum voco, in quo aer calidus quidem est non ab igne, sed ab aquæ vaporibus inibi retentis, & aeris congenitam qualitatem alterantibus & perspicuitatem offuscantibus. Tale illud est de quo nunc sermonem habemus. Cuius facultas cum in aeria substantia consistat, duplici rõne in corpus opatur: quia admouetur cuti, & quia intro sumitur per inspirationem. Atque suas facultates aer ille facilius alijs in corpus insinuabit. Siquidem nemo inficias ire potest, quin tenuior substantia facilius crassiori sese insinuet, in reliquis seruata æqualitate. Præterea non modo facilius suas operationes exercebit, sed & vniuersalius, nulla etenim est vel minima particula exterior, quæ eius contactum effugiat. Adde hunc quaqua versum, promptius permeare foris intusq;. Potest autem prima hęc totius balnei pars Laconicum dicta, materias per totum corpus tum calfacere, tum vero liquare. Prętere quæ inæqualia sunt ęquare, & cutim laxare, & multa excrementa quæ sub hac detenta fuerunt vacuare. Humores liquare, non solum quantum laconicum siccum, de quo Gal. x. Met. sed & magis verisimile est. Cum nil aliud esse existimem humores liquare, quàm eos qui vel à siccitate, vt in melancholia contingit, vel à frigore, vel à crassitie, vel à viscididate, vt in pituita pręsertim vitrea fieri solet, parti alicui hęrent humidiores, tenuiores & vt vno verbo absoluam, fluxiles magis reddere. Hæc autem à vapore & aere calidis, nec admodum siccis, nec admodum humidis cum non ab aqua dulci emergant, sed salsa, nitrosa, & sulfurea, cui incidendi, extenuandi, abstergendi & calfaciendi vis inest non solum quantum à laconico sicco posse præstari: sed etiam multo potentius verisimile est: si vulgatum illud principium consideremus quo admonemur contraria contrariorum remedia esse. Eadem ratione & maior ab isto sequetur cutis laxitas, & maior excrementorum circa cutem hærentium exhalatio. Haud silentio inuoluendum iudico, quod cum summe sit obseruandum, negligi tamen conspexi: aerem hunc quotidie mutare conuenit, ne vitium contrahat: siquidem omnia calida & humida in loco calido & humido detenta, nisi disflentur prompte putrescunt. Id vt fiat, fenestras vitreas septentrionales circa solis occasum aperire oportet. Deinde linteolo vel flabellis contentum aerẽ explodere. Sicq; nouo se insinuan-

A di potestatem facere: demum aquam ex qua vapores tolluntur mundam, puram, limpidam, ac fluentem esse necesse est. Non infectam cœno vel lotione mulierum quibus menstrua fluunt, aut elephantiasi, Lepra, morbo primum Neapolitano, nunc communi, aut simili affectu laborantium: alioqui plus damni quàm vtilitatis ex his vaporibus sentient: nam humores ab illis cõcalfacti prompte putrescent, & febrem excitabunt putridam, aut alios affectus humorum putredinis soboles. Alia multa dici possent, præsertim circa loci & tubulorum structuram, veluti canales neq; æneos, neq; plumbeos debere esse, nec locum angustum nimis, & humili contignatione, nec ligneis, sed lateritijs parietibus conclusum, tot & talibus cubiculis contiguum, & similia multa: quæ omnia prætereunda iudico. Non
B enim architectum, sed Medicum instituendum suscepi. Haud tamen tacendum est, præter iam dictum Laconicum, vehementissimum & in agendo efficacissimum parari posse, si occlusus ille canalis de quo in balnei historia, perforaretur: illi etenim foramini affectum membrum suppositum, incredibile sentiet iuuamentum.

De Balnei facultatibus. *Cap. 2.*

CVm balnei cum nomen, tum facultas, hac in disceptatione primas partes sibi vẽdicent: de illo ex Hip. & Gal. varijs locis merito disserendum est. Balnei nomen dupliciter sumi consueuit. Aliquando omnes simul balnei partes compręhendit Laconicum (de quo primo loco egimus, quia primum est situ & vsu) lauacrũ, Embrocham seu Gutturnium, lutum, & alia loca Lauacro contigua, quæ ante ipsius vsum vel
C post sunt vtilia. Aliquando solum lauacrum balnei nomine intelligimus. At aqua ex qua perfundimur vel simplex, nec mista est, ac ex eorum natura quæ Græci ἄτεγκτα vocare consueuerunt, vel mista ab arte, vel à natura. Priorẽ dulcem appellat Galenus. Ex posteriori quam à natura mistam dixi, sponte nascentem vocat. De quarum facultate & vsu tertio sanit. tuendæ se dicturum pollicitus quidem est, at promissi immemor verborum consecutione deductus, hoc omisso ad lassitudines diuertit. Nec de illis alibi mentionem fecit, nisi obiter & per transennam, vt com. in Aph. II. sect. IIII. & 8. Meth. vbi ex lotione in aquis aluminosis quendam in diariam incidisse scribit ob cutis stipationem quam inferunt. At de balnei aquæ simplicis seu dulcis viribus, varijs in locis scripsit, ex quibus eas collegimus, quas proposito balneo aquensi in vrbe scaturienti conuenire censemus. Qua-

lia sunt balneum dulcis aquæ calidæ calfacere, partes duras, densas, tensasque emollire, fundere, rarefacere, ac meatus dilatare: excrementum putreque, si quod intus ad cutem hæret, euocare, totum corpus vacuare. Quod fumidum ac fuliginosum est digerere. Sitibundos, eos qui nõ sitiunt efficere. Liquefactis in corpore excremẽtis fluxiones excitare. Alimentum in corpus distribuere. Adhæc lateris pectorisq; & dorsi dolorem mulcet, sputum maturat educitq;, & spiritum facilem reddit, lassitudines tollit, vrinas ciet, capitis soluit grauitatem, & similia iuuamẽta præstat. vt. 3. sanit. tuendæ, & com. II I. in lib. de Rat. vic. in Ac. ac alijs in locis. qui effectus cũ particulares sint, non veniũt enumerandi, quandoquidem methodico vniuersales facultates tradidisse sat est. Qui omnes effectus si moderatæ caliditati & digestioni simplicis aquæ tribuuntur, quanto magis huic sunt tribuendi: in qua præter acquisititiam caliditatem est & innata caliditas: deinde tenuandi, incidendi & abstergendi vis à sulfure nitro & sale: vt ex i x. simp. est manifestum. Ascribuntur quidem balneo dulcis aquæ alij effectus, humectare, calfactos, & à sole adustos refrigerare, febricitantibus etiam ardente auxiliari, somnum prouocare, sitim sedare: quos proposito balneo cõuenire non putamus, nisi forte per accidẽs vacuata materia calida horum aliquod præstent. Nec etiam huic balneo conuenit quod habetur com. in Aph. xv. sect. II. Quæ fit per balneas euacuatio parua est, & ferè solam cutem euacuat: quæ autem sunt per carnẽ & partes solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter balneis vacuãtur. Cuius oppositum asserere videtur x i. Meth. inquiens Balneum totum corpus euacuat. Et cõ. in Aph. I I, sect. I I I I. scribens. Balnea calida præsertim sulfurea, nitrosa & bituminosa totũ corpus æqualiter euacuãt. Quæ sententiæ si non seorsim examinentur in morem eorum, qui Galeni flosculorum aut verius fæcum sunt studiosi, haud difficile erit iudicare nil illis inesse contrarietatis. Quandoquidẽ duplex Galeno constituitur euacuatio, particularis vna, altera vniuersalis. Particularis est, quæ partem duntaxat aliquam excrementorum onere pressam leuat: Vniuersalem vero appellat, quæ cõmuniter ab vniuerso corpore humorem subtrahit. Cum itaq; à Galeno dictum sit totum corpus balneo vacuari, non iccirco dictum est, quòd omnes etiam in alto delitescentes partes perfecte expurgentur, quales sunt quæ primæ regionis nomine comprehenduntur: sed quia vniuersalis vacuatio fit vniuerso primum corporis

D ambitui exinaniendo accõmodata: postea vlterius & diutius agẽdo etiam alijs partibus. Adde non inficiari Galenum per carnes & solidiores partes dispersas superfluitates balneo vacuari, sed non sufficienter inquit. Adhæc cum per solam cutem dispersas superfluitates vacuari dixit, addidit ferè. Duplex igitur responsio inuenta est. Prior ex varia significatione totius. Posterior ex additione duorum aduerbiorum ferè, & sufficienter. Si itaq; à toto corpore vacuare balneo simplicis aquæ conceditur ob leuem resoluendi & digerendi facultatem, quam nactum est, quanto magis id nitroso & sulfureo attribuendum est. Alia obiectio sese offert, quam diluere non erit absurdum, ne cuipiam negotiũ facessat, & eam quam meis dictis tribueret fidẽ imminuat. Cõ. I I. in lib. de rat. vic. Ac. scripsit

E γιγνομένου δὲ καυσώδους πυρετοῦ διὰ ἁλμυρὸν φλέγμα σηπόμενον, ἴσον ἐπ᾽ ἐκείνων ἐναντιώτατον ὑπάρχειν τὸ βαλανεῖον. οὔτε γάρ, διαφορεῖται κατὰ τὸ δέρμα, καθάπερ ὁ πικρόχολος χυμός, οὔτω καὶ ὁ φλεγματικός, διὰ τὸ παχὺς τε καὶ γλισχρὸς ὑπάρχειν οὔτε σβέννυται πολυχρονίου πέψεως δεόμενος. Ipsamet Galeni verba adferre oportuit, quòd Galeni sententiam interpres non fidem seruarit, alioqui Græca ascribere nõ solemus. Quæ si Latio sermone donentur sic habent. At si febris ardens à pituita salsa putrescente gignatur, aduersissimum illis esse balneũ scire oportet. Haud etenim ita pituitosus humor per cutem dissoluitur, quemadmodum biliosus, ob ipsius cum crassitiem tum lentorem; Neq; extinguitur cum diuturniori concoctione egeat. Hæc verba sententiam nostram de affe-

F ctibus pituitosis horum vsu profligandis non infringunt, idq; pluribus nominibus. Primo q̃a in tali febre, cum in venis maximis ea pituita putrescat, duplici ratione vacuationi resistit, qualitate crassa & tenaci, ac partium in quas primo balneum operatur interuallo: ob id longo horum vsu egemus, vt aliquid euacuemus. At balneum calfacere iam diximus: ardenti autem febri calfactio perniciosissima: plus itaque caloris ex ijs balneis sensurus est æger, quàm refrigerationis ex vacuata materia calida. Hac enim spe vbi non destituimur, in febribus, & pharmaca cathartica propinamus, etiam si calfaciant. Secundo cur in pituitam parum possit, causam adferens non scribit eam per cutem non posse dissolui, sed addit καθάπερ καὶ οὔτω. hoc est, quemadmodum, & ita, quasi fateatur quidem vtrũq; sudoribus & insensili transpiratione dissolui, sed dissolutionis facilitatem imparem esse. Atq; hac

hac de causa postrema particula nō balnei vsum in hoc affectu, sed vtendi tempus auersari videtur, nempe ante coctionem, quæ pituitę necessaria est, bili non æque. tandem demus, si ita vis, id non præstare dulcis aquæ balneum, quid vetat quin id præstet propositum balneum, cui decuplo maior vis inesse liquido conspicitur ab imistis, quæ sua tenuitate, sua abstersione, suo calore hæc potentius & citius agere nata sunt? Sed si inter hæc balnea tanta est viriū diuersitas, quorsum à nobis calidæ & dulcis aquæ effectus enumerātur? Cùm mistæ potius ex nitro & alijs iam dictis sint adferendi: id optima ratione factum iudicabit quisquis ex iam factis hypothesibus didicerit, hasce facultates à moderato illo calore & humorum euaporatione emanare. Quę vires cum potentius & efficacius hæc nitrosa & sulfurea sequantur, cur denegabitur probandi ratio, B quæ à minori ad maius deducitur? Hac ratione moti iuitio eas subtraximus facultates, quæ à frigiditate & humiditate congenitis pendent. Absurdum iudico huic narrationi hoc loco particulares balnei effectus inserere, siqui idem & numero infiniti & fallaces sunt, adeo vt sine limitatione talia pronunciantes non errare sit impossibile. vnde Galenus. v i. sim. in plantarum historia enarranda summum & grauem virum Dioscoridem reprehendit, q̀ simplicium aliquot particulares effectus aliquando stylo sit prosequutus. Quis. n. non irridebit si audierit balneum idem calfacere, refrigerare, impinguare, & idem corpus gracile reddere? Cùm tamen hæc vera sint. sed refrigerat, & gracile reddit nō per se, sed per accidēs: non id corpus ex illius vsu, sed ex & abusu patitur, abusum autem sub vsu, de quo postea C comprehendere par est. Quare his erimus cōtenti, nedum propositæ rei aliquid luminis adferre contendimus, in tenebras incidamus, vt populo accommodatam disserendi rationem sectemur.

De embrochæ facultatibus. Cap. 3.

Εμβροχὴ Grecis, Latinis irrigatio dici posset. Si quidem eam indicat irrigationem (à verbo βρέχω, quod pluo ac irrigo significat) qua per aquam per epistomium è gutturnio defluētem, aut alia ratione profundimur, vt ī impluuio imbrium tempore fit. Hæc embrocha suæ aquæ vires & effectus iam dictos præstabit, eo differens ab eiusdem balneo, q̀ vni tantū particulæ etiam minime accommodari possit & cuilibet, vt capiti, spinæ, cubitis, & alijs artubus, illud vero nequaq̄. Deinde q̀ in profundum promptius penetret, quod vehementius, & potentius agat, id quod ratio & experientia demōstrarunt, in phre A nitide, in sistendo è naribus sanguinis fluore, & in alijs affectibus, in quibus ex alto aquam simplicem, aut decoctum aliquod stillamus. Quare si antedictas harum aquarum qualitates desideremus, vbi frigido & craso humore occupatam vnam solam particulam liberare volemus, fœlicius id assequemur embrocha aquæ in vrbe scaturientis, q̄ eius quę extra. Hæc enim ad neruos humectatos & relaxatos art' accōmodatior videtur: quandoquidem potētissime exsiccat & astringit. Illa vero ad ea, quæ ob humoris copiā calfactione, exsiccatione, extenuatione, incisione, abstersione, digestione, & similibus egent.

De luti & potionis facultatibus. Cap. 4.

AD Luti facultatem cognoscendam sufficiant quæ initio proprio capite de Luti qualitate inscripto diximus, ne eadem bis sint repetenda. Potata illa aqua quæ in vrbe scaturit, aduersus humores in ventriculo, intestinis & venis mesaraycis hærentes potentissime suas vires exercebit nullo enim interueniente & integris viribus eas partes attinget. Idipsum in pulmone & thorace faciet, facilius tamen & difficilius prout pars propinquior aut remotior erit à meatibus per quos illa transit. Hę tamen omnes multo fœlicius ex huius potu q̄ ex balneo, iā dictos effectus assequentur. Quæ extra vrbem est ad relaxationem earundem partium ex sola intemperie humida prodeuntem aptior videtur, q̄ ad eundem affectum ex intéperie & humore compositum. At cum harum vniuersali facultate ex proprio loco cognita vnicuiq; de embrocha & potione ratiocinari facile sit, illis omissis ad rectam vtendi rationem properemus. Multa alia, de his, in balneorum vsu adferemus, quę temere multi huic loco inserunt.

Eorum enumeratio quæ ante balnei vsum, in quouis morborum genere profligando, sunt consideranda. Cap. 5.

METhodum exactam vnum aut alterum morbū curandi in Galeni operibus non probè exercitato Medico paucis verbis aperire est difficile, inexercitato impossibile. Siquidem methodo quidpiam inquirere, inuenireque nil aliud est, q̄ via quadam & ordine ita in disquisitione progredi, vt aliquid primum proponatur, aliquid secundum, tertium, & quartum, atq; ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demum ad ipsum quod ab initio est propositum sit peruentum. Id autem legitime præstare non possumus, nisi ea omnia nobis perspecta sint, quæ methodum necessario præcedunt. Quorum elenchus lib. ij. meth. habetur. Hac de causa à Gale-

nō probatas conclusiones principiorum vice assumemus. Sicq; breui narratio hæc optatū finem sortietur. Quibúsnam in morborum differētijs seu formis ex horum balneorum vsu salus speranda sit, paulo antea recensuimus. Nunc eorūdem neq; causas, neq; signa à nobis audire nemo expectet. Sed qua ratione illis vtendum sit, vbi recensuerimus quod sequimur assequemur. Ex iam perpensis aquæ & luti facultatibus præcipue sex morborum genera, seu mauis species sanari posse conijcimus. intemperiem frigidam, humidā, frigidam & humidam. aut frigidam cum humore, aut humidam cum humore. aut frigidam & humidam cum humore. Quibus tamen instrumentalium & vtriq; parti communium morborum differentiæ plurimæ complicātur. Sed cum hæ & illæ quæ à partium diuersitate sumuntur, si adinuicem connectantur, modo cum his, modo cum illis, veluti ex vigintiquatuor literarum mutua connexione vocum numerus nobis infinitus giguitur, ita infinitus ex tali differētiarum cōnexione morborum numerus resultabit, qui methodi limites superat, ob idq; in eo tradendo non rationalem viam, sed confusionem ingredi oporteret. Si quæ tamen à partium diuersitate, aut aliorum humorū mistione, aut ab alijs erunt sumendæ indicationes, illæ non omittentur. frigidam & humidam cum humore, proposito in exemplum alicuius partis affectu ita examinemus, vt curationis aliarum partium, & aliorum affectuum veluti index esse possit. Proponatur aliquis podagrico dolore vexatus, cui in vtroq; pede œdematodes tumor adsit. Hic dolor symptoma est à duplici morbo excitatum ab intemperie frigida & humida, & à solutione continui nempe à tensione. Tensio autem à morbo instrumentali à magnitudine aucta pendet. Magnitudo aucta causam habet pituitæ multitudinem. Vt igitur hunc dolorem tollas, intemperiem & tēsionem tollas oportet. At ambo hæc à pituitę multitudine fiunt, hanc igitur semouere oportet, vt summoueatur cōsiderandū, num proprio affectu, num per cōsensum, pars affecta laboret. Num vtroq; proprio & per consensum. Aut si mauis, perpendere oporteret, num is humor ibi genitus sit, & adhuc generetur. An eo transmissus fuerit, & transmittatur, ac transmitti consueuerit. Si aliunde transmittitur, ex proprijs indicijs intemperiei vniuscuiusq; partis cognoscēdum, num à capite male affecto, num ab hepate, num à ventriculo, num à toto genere venoso, aut alia parte, alijsúe, ad intemperiem frigidam vergentibus id accidat. Hoc cognito, vi-

D dēdum est an sola intemperies in ea parte adsit, an vna eum intemperie pituitæ quātitas. Adhæc num solita euacuatio aliqua suppressa, huius causa sit. Demum cōsiderandum cum plethorane, vel quæ ad vasa, vel quæ ad vires spectatur, an sine plethora sit. Demus hominem esse sanguinē calidi & humidi temperamenti plethoricum, qui ob cibos mali succi, & vitā ociosam, vel ingluuiem, ac vorandi cōsuetudinem diuturnum somnum, vel aliam quampiam causam vt subitum à cibo largum veneris vsum in cerebro ac ventriculo multam pituitæ copiam collegerit, qua veluti onerata natura, tanq̄ superfluo, & inutili excremento, eam p periodos ad pedes transmittat. Nullaq; in eo suppressa sit vacuatio. nam si aliqua esset suppressa, in primis eius euocationem curationis ordo expostularet. Siquidem epi-

E lepsiam vidimus multis remediorum generibus per annos aliquot à doctissimis medicis tentatā, nulli vnquam auxilio cessisse. Postremo reuocata vacuatione per tibiam fieri solita, hominem penitus liberum reliquisse. Sic in alijs cum morbis, tum vacuationibus necessario faciendum ratio Gal. authoritati septimo Meth. inixa docet, & experientia confirmat. Sed ad nobis propositum ęgrotātem redeamus. Huic ob plethoram mittendus sanguis est à virium robore, & morbi magnitudine sumpta indicatione, non omissis indicationibus coadiuuantibus, (quorum plurimas sub virium robore comprehendi nō ignoramus) à corporis constitutione, ab ætate, ab aeris intēperie, à secuturis euacuationibus, & alijs. Si enim propositus vir carne sit laxa, molli, pingui & alba, ac gracilibus venis, & modici sangui-

F nis, huic aut sanguinem non mittes, aut parum detrahes. Quòd si præter hæc tempore æstatis in regione æstuosa, & cœli statu calido ac sicco versetur, huic planè sanguinem non mittes. Quandoquidem virium robur in isto veluti in eo qui nondum decimumquartum annum attigit, non adesse conijcies. Deinde ita earum euacuationum quæ postea fient pharmacis, balneo & inedia rationem habebis, vt ex his omnibus inuicem iunctis eam vacuationis quantitatem assequamur, quam animo concepimus necessariā esse. Postea cerebri & ventriculi, à quibus eā pituitam gigni supposuimus, ratio habenda est.

Complicatorum affectuum consideratio. Cap. 7.

IAmq; hic complicatorum affectuum consideratio sese offert, quam hisce paucis verbis cōprehendimus. Vt quid à quo, quid ante quid, quid cum quo, quid post quid, sanari queat consideremus.

sideremus. Nisi vel morbus, vel symptoma aliquod maius vitæ periculum minetur. Tunc.n. vt proprie loquar, non seruato sed potius interrupto ordine illi occurrere oportebit. at si nec à iã propositis morbis, nec à symptomatibus eos concomitantibus ordinate curandi induciæ denegẽtur, liberam sectabimur viã, non coactam, qualem eam esse sæpenumero contingit, quam Sept. Method. docuit Galenus. Cùm ab eo exordiendum admonet, à quo maius vitę periculum impendet, perpẽdamus igitur, quid à quo, id est quisnam horum affectuum ab alio dependeat, aut generetur, aut augeatur, aut ex alterius recuperata sanitate sanitatẽ recipiat. Quid ante qd, id est, si horum affectuum vnus ab altero ita dependeat, vt alterius causa sit. ille vero illius effectus, is qui alterius causa est ante aliũ venit summouendus. Illud pro comperto habentes, non posse ad perfectionẽ vllum affectum sanari, manente adhuc ipsa vnde natus est causa. Quid cũ quo nobis indicat considerandum, num eodem tẽpore vno aut pluribus remedijs illis pluribus morbis, liceat occurrere. Ordo etenim curationis ita se habet, vt aliquando simul & semel plurium curationem non modo moliri, verumetiam assequi concessum sit. Aliquãdo vni affectui succurrere conceditur citra alterius noxam. Aliquando ita cõtraria remedia expostulant, vt dum vnum propulsas, alterum augeas oportet. Sicut in phlegmone vlceri coniuncto, in quibus manifestum est quæ phlegmonem sanant, ea maius reddere vlcus. Atq; sub hisce particulis, si negatiue sumantur, cõprehendere possemus, quod Galenus considerandum initio dixit. A quo maius vitæ periculum impendeat. Nam quid cum quo sanari non possit nobis indicabit, temerarium esse velle alicuius affectus curationem aggredi, neglecto eo vel affectu, vel symptomate, quo non ablato homini periclitandum est, præsertim vbi illum oppugnando id à quo in mortis discrimen homo deducitur non oppugnas. Exẽplo euidentissimo tibi sit febris cum lipothimia, cui si sanguinis missionem & catharticum medicamentum, quæ febri debentur, adhibueris, non medici, sed carnificis munere fungeris. Id autẽ vnde indicatur, nisi ex consideratione eius cum quo coniungitur febris? Sic vt in proposito exemplo lectorem exerceamus. Demus eo peruenisse ventriculi intemperiem iam dicti podagrici, vt coctionem omnino labefactare cernatur. Pituitæ quæ in huiusce pedibus hæret euellendæ, non alienus à ratione eẽt vsus catapotiorum, quæ hermodactylos, scamoneam, turbith, colocynthida, & similia recipiũt. Huius etiam generis est compositio illa celeberrimi viri domini Petri à Bayro, quã Garicostinum appellari voluit. Hisce tamen si vtaris ventriculi imbecillitate neglecta, hominem ad extremam debilitatem deduces, nec postea virium robur recipere fas erit eo labefactato, sine quo vana sunt omnia auxilia. Id autem non aliunde indicabitur, q̃ ex eo cum qua coniungi podagrã contingit. Is itaq; affectus cum quo alij coniunguntur, si magnitudine longo interuallo illos superet, ab eo incipienda erit curatio. Superabit autem duplici nomine, vel quia facultatem lædit, quæ corpus gubernat. Vel vt clarius loquendo duo sub vno comprehendam, quia actionem labefactat præstantiorem, & corpori magis necessariam. Ne iuxta hanc considerationem ratiocinandi actionem vẽtriculi aut iocinoris opus excellere putes. Altera affectus magnitudo ab eius propria essentia desumitur, quam iterum bipartito secamus, in ipsius morbi vehementiã, & malignitatem, vt colicus dolor cum ventris aut intestinorum intemperie, aut alio quopiam affectu. Huius enim doloris vehementia ad se curationẽ trahit. Sic etiã si malignior vt vulneri iniectum venenum, aut nerui punctura, aut conuulsio, & talia si vulneri cũ phlegmone & similibus complicentur. Sed iam ad institutum redeo, ne si verborum consecutione deductus, vlterius digrediar, illud Horatij mihi obijciatur.

Sed nũc non erat his locus, et fortasse cupressum
Scis simulare, quid hoc, si fractis enatat expes
Nauibus, ęre dato qui pingitur? amphora cœpit
Institui currente rota cur vrceus exit?

Reliquum est, vt quid post quid sanari debeat consideremus. at si verum est contrariorum eandem esse disciplinã. Si ex iam dictis nouimus qd ante quid sit faciendum. Iterato quid post per quid examinare superuacaneum est: hoc enim ex illo iam cognitum esse debet. Iam itaq; ad ordinem in propositis affectibus examinandũ accedamus. Dolor podagricus primus sese offert tollendus. At ille ab intẽperie & à tensione morbis pendet. Sed hæc à ventriculi & cerebri intemperie frigida à qua pituitæ copia gignitur fiunt. Hæc intemperies facta est à pituita, quæ à cruditatibus, aut alijs causis inibi collecta, in sibi similem intemperiem tandẽ partes illas immutauit. In hoc causarum affectuum & symptomatum complexu, si iam dicti ordinis nõ es immemor, à quo maius vitæ periculũ impendeat spectabis. Aut si mauis considerabis, num hi cum aliquo complicentur, qui reliquis maior manifeste con

ſpiciatur. Sit enim exépli gratia dolor hic adeo vehemens, vt ab eo vires proſternantur. Ab iſto demulcendo exordienda curatio eſt, non ſolum per vere anodyna, quę doloris cauſę ſummouédæ ſunt accommodata, ſed etiam per ſtupefaciétia, ſi aliorum remediorum omnino deplorata ſpes eſt, alioqui non. Fingamus cum miti dolore eo deueniſse ventriculi intemperié, vt coctionem labefactet. Quia hæc intemperies reliqua magnitudine vincit, ea inquam magnitudine quæ à præſtantia læſæ actionis ſumitur. Ab ea frigiditate retundéda calidis cum admotis, tum ſumptis, erit curatio incipienda. Atq; ſi quæ ab horum natura ſuggeritur indicatio ſimilia expoſtulet, facilis eſt curandi via. Siquidem ſolum actioni quantitatis remediorum, intentioni qualitatis, frequentiori eorundem repetitioni aut immutationi, Medicum intentum eſse oportet. At vbi contraria expoſcunt, veluti propoſita doloris vehementia, ſtupefacientia quæ impenſiſſime refrigerant. Affectus doloris cauſa, nempe frigida intéperies calida hic opus, hic labor eſt: hic Medici prudentia, quam non temere neceſſariam prædicauit Hippocrates, erit exercenda, qua ſi proſpere velit vti, ita horum vſum moderabitur: vt illatam noxam poſtea reſarcire concedatur, ne relictum ſecundo loco curandum affectum incurabilem reddat. At ſi horum nullus ſit qui vires labefactans ad ſe curandi ordinem reuocet, expoſtulat ratio ab illius curatióe exordiaris, qui alterius cauſa eſt, ac alterum fouet. Spectemus igitur num ventriculus proprio affectu laboret, num per conſenſum cum cerebro, num vtroq; proprio & per conſenſum. Demus enim continuam à cerebro in ventriculum pituitæ fluxionem intemperiem ventriculi & generaſse & augere. Sanè priuſquam ventriculo prouideas, hanc ſiſtere oportet, deinde alios affectus eodem ordine curare. Sic enim nobis indicarunt quæ ſub his particulis comprehendi explicuimus. Quid à quo, Quid ante quid, & quid poſt quid. Sed à poſtrema particula, quid cũ quo ſanari queat admoniti, conſiderabimus num eodem tempore, num eiſdem remedijs omnibus his affectibus liceat occurrere. Cumque omnes hæ intemperies fouentem cauſam habeant humorem pituitoſum huius vacuationem aggredi oportet: præſertim cum harum partium connexio ita ſe habeat, vt nec à cerebro, nec à pedibus vacuare poſsis, quin & ventriculum vacues. Facilis itaq; iudicari debet ea connexio, in qua omnia in vnum remedij genus conſpirant, vt hic propoſita complicatio ad pituitæ va-

D cuationem. At quæ à vacuatione & humoris vacuandi natura ſuggeritur indicatio, cómonſtrant præmittendam eſse aliquam præparationem: ſed quid ſit præparatio hæc, ſequenti capite aperiemus.

Quid ſit humorum præparatio, & quæ in ea requirantur. *Cap. 6.*

Quid ſit præparatio hæc, vnde melius diſcere poſſumus quàm ex ipſius rei propoſitę natura? Præparamus vt facile trahamus: At vt id proſpere aſſequamur, tria etiam cuiuis plebeio neceſſaria videbuntur. Vt fores ac tota via per quam res trahenda tranſire debet pateant: vt res quæ trahitur trahentem facile ſequatur: vt id quod trahit virium robore rem trahendam vincat. Poſtrema hæc conditio adſeruanda eſt conſiderationi, quæ cathartici medicamenti exhibendi rationé dimetitur. Priora duo E præparantium ordini debentur. Atq; vt à primo exordiar, viæ per quas humores tranſire debent ſunt venæ & inteſtina, ne hæc pateant impedimento eſt horum occluſio: huic recluſio debetur, vt hæc perficiatur occludentis cauſæ remotio eſt neceſsaria. At hæc cauſa varia & multiplex eſse poteſt: aut enim quia hi meatus coaleſcunt, aut quia conſtipantur ab occupantibus cauitatem internam, aut quia comprimuntur à vicina parte, aut quia ipſorum meatuum eſsentia reſidet & contrahitur. Atque hæc, nempe compreſsio & contractio, vel fiunt ob ſiccitatem, vel duritiem, inflammationem, corruptionem à ſphacelo, ſuppuratione, inflationem, vel dum alia quauis ratione hæ partes hoſce meatus conſtituentes, vel conſtituentibus contiguæ aduen F titia magnitudine turgent: deinde ſua mole cauitates occupant, & meatus obruunt. Idque de trunco venæ cauæ, de porta, meſaraicis inteſtinis, & hiſce contiguis, vt hepate, meſereo, pancrea & ſimilibus intelligi velim. Nam etiam ſi aliarum venarum quæuis fuerit obſtructa nil aut parum vacuationi officiet, niſi fortaſse eius partis quæ ab illa nutrimentum accipit. Nulla tamen eſt meatuum aſtrictio quæ non ſit noxia: vnde in ſumma ambientis frigiditate velut & in caliditate, periculoſa eſt. In illa ob meatuum nimiam aſtrictionem, in hac ob immodicam apertionem, quam virium diſsolutio ſequitur. Aut non patent, quia obſtruuntur ab humoribus multis craſsis, lentis. Cui igitur propoſitum erit ita corpus præparare, vt feliciter illi purgatio ſuccedat, hunc morbos hoſce inſtrumentales, ſi qui adſunt tollere oportet accommodata vnicuiq; curatione. Quam ſi narrare aggrediar, non

nō quod mihi ꝓpositum est docere videbor, sed ex multis in vnū coaceruatis cōfusionē aliquam constituere. Iam priorē pręparādi viā attigimus nunc posteriorem explicemus. Non satis esse dicebamus vias ꝑ quas res trahenda transire debet apertas esse, sed & oportere eādem facile sequacem habere. Facile sequetur corpus quidem terreum, & solidum, si leue sit collatum robori rei trahentis, si sphæricę figurę: sic enim trahēti aut impellēti facilius cedet. Corpus vero humidum de quo hic sermonem habemus, si suapte natura fluxile sit. Videndū igitur quæ sint impedimento quo minus humida prompte & apte fluant. Imprimis crassities: sic enim flumina minus rapide labi cernimus, quæ crassiorem aquam habent, loci seruata paritate. Adhæc non facile sequetur glutinosus humor, quod ex ipsa glutinosi definitione facile cōmonstratur. Siquidem id glutinosum seu viscidum appellant: quod quid quid tetigerit, huic ęgre dissolubilis adhæret. At ambo hæc impedimēta in pituita inueniuntur, substantiæ etenim crassæ ac lentæ est. Vt itaque eam fluxilem & sequacem reddamus, ambo hęc demoliri cōuenit. Id autem contrariorum vsum indicat. at crasso opponitur tenue, lēto ῥύπτικον quasi detersiuum dicas. Si itaq; contrarij nomen paulo vlterius protrahamus ꝙ lubeat Aristo. quemadmodum Galeno placet vndecimo Methodi, suam illis cōtrarietatem opponere dicemur, cum extenuantibus, detergentibus, incidentibus, & eam fluxilem facientibus vtemur. Atq; cum hæc fueris executus, ne te omnia assecutum putes, quæ ad præparationem necessaria videntur. vnum enim & potissimum in animato corpore adhuc desideratur. Non. n. quemadmodum in inanimatis omne, cum præparandi, tum trahendi munus externis tales effectus producētibus causis committitur. Quinimmo cum animantia hisce quas hic optamus viribus sint dotata attractrice & expultrice, nisi has coadiutrices habuerimus, infœlices & improsperi erūt nostri conatus. At expultrix si recte suo fungatur munere non solet insurgere, nisi post absolu tam concoctricis facultatis actionem. Sed elaborari & concoqui nequit res aliqua, nisi retineatur. Quatuor itaq; facultatum naturalium actio consideranda, pręsertim duarum ordine postremarum, concoctricis & expultricis. nam attractricem & retentricem ea tantum ratione perpendi solent, quatenus concoctrici veluti ancillantur. Constituendus itaque alius, pituitam aut alium humorem apparandi modus, qui est omnium primus, potissimus & dignissimus, quem

A natura facit, quam, cum nos eius tātum ministri simus, non solum adiuuare, sed etiam imitari & sequi par est. Hic cōcoctio proprie vocatur, quā expulsio consequitur. Quandoquidem solet natura seu īnatus calor in humores agere crudos et aptos, vt in vtilem substantiam transmutentur, qualis est pituita, ea coctione bonum mutat, reliquum deinde expellit. Crudos vero & ineptos ad eam transmutationem suscipiendam, vt pote quibus nulla est substantiæ familiaritas cum transmutantis substātia, quales sunt bilis vtraq; serum sanguinis ἰχῶρες & similes concoquere dicitur, cum eos superat ac vincit, ab alijs seiungit & separat. Sic enim concoctionis vocabulum sumi vult Gale. com. in lib. Hipp. de ra. vic. acut. vt igitur apparata materia sit, vel eam turgere oportet, vel concoctam esse. Turgere autem constat,

B quando inordinato quodam motu ab vna parte in aliam transfluit. Veluti concoctam dicimus, cum natura humorem vincens ac superans malignum à bono secreuit, & eius excretionem aggreditur. Hæc tamen non semper est expectāda, sed solum in his morbis, in quibus fieri solet, vt in febribus continuis, & similibus. In alijs vero morbis in quibus nulla fit coctio frustra expectaretur, vt in podagra, colico dolore, elephantiasi, scabie, impetigine, & similibus. Priores igitur duos præparationis scopos nempe meatuum reclusio, & humoris fluxibilitas à quibus sæpe tertius nempe concoctio pendet Laconico, & balnei vsu assequi possemus, si nobis propositum esset totam hanc pituitam per cutem insensili transpiratione euacuare. at id nō possumus multis de causis. nam eam præparāt quæ circa cutem

C est, pręparando euacuant, euacuando trahunt in venis & alijs partibus contentam. Sicq; obstructiones augent, totius corporis habitum vitioso succo replent: ꝙ si pergas vacuare donec tota primum pręparata, deinde tota vacuata fuerit, cum indiscriminatim illa vacuatio fiat & primo omnium tenuiorum ac promptiorum ad transpirationem, proculdubio hominē ad summam debilitatem deduces, natiuo calore resoluto. Sicque vel ad mortis discrimen eū perduces, vel intemperiem frigidam summopere augebis. Adde ꝙ ab horum vsu ad pharmaci purgantis vsum transire non oportet: contrarij enim horum motus sunt: hoc enim ad interiora, illud vero ad exteriora trahit, vt postea in eius vsu docebo. Quare alia via ineunda est, ex qua citra damnum quam sequimur vtilitatē, assequamur. Id fiet ꝑ sumpta serapia vel decocta ex herbis, aut earum partibus humorem hunc præparantibus, aut etiam

potione

potione aquæ in vrbe ſcaturiẽtis,præſertim poſt vſum mitiorum. Ne ſi initio id fortioribus moliamur,materiæ multitudo ad motum incitata è venis maioribus in minorum oſculis ſeſe impingat,ibiq; reuocationi contumax hęreat. Eius generis ſunt mel roſ.ſerapium de mẽtha, de abſinthio,de ſtœchados,de duabus rad. & ſimilia. Itidem decocta ex ſaluia,betonica,ſtœchados, mentha,abſinthio,apio, fœniculo & ſimilibus. Quæ fruſtra à me cõnumerantur Medico . . Sed obiter ſic pauca dicere lubuit,ne viderer poſt vniuerſalium præceptorum enumerationem exercitationis,quę in particularibus verſatur,obliuiſci. vbi non terno ſerapiorũ numero(quod ignari faciunt)ſed ex ſignis cõcoctionis præparatam pituitã cognoueris phlegmagogo medicamento educẽda eſt. Huius generis ſunt hiera picra, agaricũ,diaphi.& ſimilia.aut ſi catapotia magis ex vſu videntur azaireth,elephanginæ,de agarico,cochiæ,artheticæ,& ſimiles. In quibus præſcribendis rationali Medico opus eſt,qui & partiaccommodatum, & conuenienti quantitate norit eligere,cui non ſatis ſit ſemel præparaſſe, ſemelq; purgaſſe,ſed id iterũ atq; iterum faciet, donec vniuerſam cacochimiam ſublatam viderit. His peractis,poterit capiti embrocha in cõmiſſuram coronalem, ventriculo potione eius aquæ ſuccurrere. At quia in calfaciendo hæc parum poſſunt,ob id quod intemperiei frigidę reliquum erit,id calidis tã ſimptis,q̃ admotis propulſabis. Eodem tempore pedes ĩ laconicum inſeremus præcipue ſi cutem dẽſam, & humorem admodum craſſum eſſe conſpexerimus. nam & foramina ad id apta, & huiuſce aeris vim id poſſe præſtare iam diximus. Ab eo in balneũ pedes transferet. Sit autem aqua temperatæ caliditatis nam quæ calidior eſt, ſibijpſi viam occludit cutem contrahens & denſans. Ab horũ vſu cum maiorẽ et tenuiorem partẽ exhalaſſe conſpexeri mus ad relictã craſſiorẽ & duriorẽ diſſoluẽdam embrochę pedes ſupponemus aliquo tpis ſpatio. Vbi hęc facta ſint,ad luti vſum tranſibit. Vbi ex horũ vſu nil pituitę relictũ cõſpexeris, ſed ſolam humidã intemperiẽ,ac dictarum partiũ debilitatem & relaxationẽ vſu aquæ vltra Burmidã ſcaturiẽtis hanc aptiſſime tolles. A capite embrocha,à vẽtriculo potione,à pedibus embrocha & balneo. Horã aũt ad id accõmodatã & oĩa q̃ veniunt obſeruanda in balneorũ vſu explicemus.

Peculiaris & propria enarratio vſus balnei Laconici & Luti. *Cap. 8.*

VT balnei vſum certa quadam & ordinata ratione tradamus,ad limitatos quoſdam

D ſcopos reducendus non temere videtur. Hi autẽ primaria & vniuerſaliori partitione ternario numero ſecabuntur. Primo enim videndũ eſt quibus ſit vſui.ſecũdo quo tempore,poſtremo qua ratione adminiſtrandum ſit. atque velnti in eius facultate indaganda vexillarius nobis fuit diuinus Hip. Ita hic ab eiuſdem voce tanq̃ ab Apollinis oraculo exordiamur. Id enim nobis licere ex cap.ij.huius libri manifeſtum eſt. nam ſi dulcium calfactarum aquarum effectus in quibuſdam conuenire cum ſulfureis & nitroſis oſtendimus,quid vetat quin & vſus, in multis, ſit ratio eadem. Nos autem non omnia nulla adhibita diſcretione adferemus,ſed ea tantum quę vtriq; accommodata iudicabimus. Atq; vt appoſite hæc itelligas,prius caput illud perlege. alioquin ſcãdalum patieris,ſed erit acceptum (vt cũ ſcholaſticis loquar)non datum ſcandalum. Is igitur

E lib. de rat.vic.ac.ſic ſcriptum reliquit. Qui in morbis aluum plus iuſto humidiorem habent,ij non ſunt lauandi,neq; ij quibus magis q̃ decet, detinetur,& ſoluta non ſit,neq; quibus vires languent,nec cibum faſtidientes,nec nauſeabũdi, nec bilioſa ructantes,neq; quibus ſanguis è naribus pfluit,niſi minus q̃ decet fluxerit,nec quod decet te latuerit. Nam ſi minus q̃ decet fluat,lauabis,& ſi vniuerſum corpus in cæteris,& ſi caput dũtaxat,iuuerit. Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint,ęgerq; fœliciter balneum ſuſcepturus ſit,lauare oportet. Quibus ex verbis & com.3. Galeni quatuor vniuerſales conſiderationes colligimus,vt quibus ſit vſui, cognoſcamus: quod primo ſectionis mẽbro quærebatur. Ab affectus ſpecie,à viribus,à vacuationis mo-

F do,à conſuetudine. Obiter etiam attigit tẽpus opportunum,ſed conſiderationi huic iam proprius dicatus eſt locus,ĩ primę partitionis ſecundi membri examine. Ab affectus ſpecie,quę habetur conſideratio iam dicta eſt,ob id non eſt q̃ pluribus id aperiam,id tantum dixiſſe ſat eſt nemini non manifeſtum eſſe debere elephãtiaſim, ſcabiem,impetiginem,vitiliginẽ, alphos, exanthemata,ſeu papulas,ac ſimiles extremarum partium affectus,ab humore mordaci,acri,et putri, aut alio humore vitioſo genitos fœlicius horum vſu profligari,q̃ partium in corporis profundo ſitarum affectus. Atq; hos vel illos promptius vel ægrius curari,quanto ad horum vel illorum naturam magis minuſúe acceſſerint. A viribus quia ijs vel deficientibus,vel defecturis vel ob vacuationem,vel quãuis aliam cauſam eo non eſt vtendum,veluti nec alia quapiam vacuatione. Ob id ne debilitatis quidem viribus longo viatico,

tico,vt eo perueniatur, balneum primo die ingrediendum,sed prius biduo aut triduo praesumendae vires:deinde reliquis nō repugnantibus balneum adhibendum. Sic igitur circa id considerationem hanc versari iudicamus, vt ea ratione adhibeatur,ne vires plus satis deijciantur: sed quid ferre queant diligenter metiamur. A consuetudine quae sumitur indicatio eiusdem ordinis est cum ea,quae ab ętate,à temperamento,ab ambientis cōditione,à tolerādi facilitate, promptitudine,& similibus. Quae etiamsi scopū nostrum non omnino imutent,tamen augent, aut imminuunt. Et quod seorsim authoritate nequeunt,id iuncta multitudine possunt. A vacuationis modo, quia cum balneum vacuando ab intimis ad extremas corporis partes trahat: si vel natura,vel ars ad interiora impetum fecerit, vel sit factura, vt per alui deiectionē, vomitum, hemorrhagiam, aut similem vacuationem non est illi opponendus motus ad exteriora. Nec si adsit fex alui,aut humor multus praesertim crudus,eo vtendum est.Hęc enim à balneo ad exteriora trahente per vacua spatiola,& extremas venulas dispergentur,sic vniuersum corporis habitum inficient.ob id prius talia excrementorum genera leui medicamento sunt educenda,vt postea ostendemus.In temporis opportuni obseruatione tria animaduersione digna vidētur. Ne ante ingesti alimenti absolutam coctionem, ne ante humorum praeparationem, ne ante totius euacuationē adhibeatur. Quae vt confirmemus, ne longa rōcinatione vti cogamur, praestat Gal. authoritates suis rationibus,vt sui moris est, munitas,i medium afferre.lib. de Marasmo scribit,
» Balnearum vsus ad alimenti in corpus digestio-
» nem est efficacissimum praesidium,non tamē ab
» inedia diuturna,sed à coctione vtentibus. Huic
» enim qui nuperrime cibaria ingesserit balneae
» adhibitae crudis corpus succis & incoctis im-
» plent. Iisdem ab inedia eliminantur vires. In
» alijs autem conditionibus in mox citato praeci-
» pue lauacra sunt à coctione adhibenda. Idipsum
» in sanis imperat lib.san.tuen.Sic Hipp. loco iam
» dicto.Lauari is non debet,qui modo sorpsit vel
» bibit. Absolutam autem coctionē duplicem intelligit,ventriculi scilicet & hepatis, quam non hora ante prandium,& ante caenam dimetieris, nec hora diei temperatiori, nec vbi sol à nostro Zenith maiori interuallo seiungitur, vt circa ortum & occasum,vt quidam cum suo Mōtagnana facere solent. Etiam si magnopere optādum & strenue conandum sit, vt absoluta coctio in hanc horam incidat,quod prudens medicus co-

A gnita aegri natura ex diligenti animaduersione qualitatis & quantitatis ciborum facile assequetur.Sed proprijs & accommodatis ad id signis est dicta coctio cognoscend a,quę ex.2.san.tuen. disces,vbi horam ineundę exercitationis pręscribit.Ex horum numero est vrina,quae multo coloratior & magis tincta sit q̄ esset praecedens. nā vere hic cum Gale.pronuntiare non possumus. Cum mediocriter est rufa mediocriterue pallēs secundę coctionis terminum esse. Siquidem ille temperatum hominem. nos vero aegros in quibus variae causae lotium magis minusue tingere possunt tractādos suscepimus. Coniectari etiam licet ventriculi coctionem peractam esse per abnegationem signorum nondū peractae aut cruditatis:vt pote si neq; tensio, neque magnitudo, neq; grauitas,neq; pondus, neq; ructus, aut acidus,aut nidorulentus,aut cibi qualitatem referens sentiatur. Praemittendam autem esse humorum concoctionem,& totius corporis vacuationem pręd icto com.asserit ijs verbis. Est quoque »
B
expositum quonam pacto coctis morbis ptisana »
vti velit,quo tempore & balneum sine periculo »
conciliatur. Deinde in expositione sequētis par- »
ticulae. Dolorem balneum mitigare ait,& sputa »
maturare,sed sanè vacuato prius corpore id fa- »
ctitandum. Sciuerisq; in vniuersum de balneo- »
rū viribus,q̄ si non antea vacuato corpore exhi- »
beatur,membris affectis fluxionem parit. Va- »
cuato aūt si exhibeatur,coctionem iuuat. Nem- »
pe corpore toto ante vacuato adhibitū vacuato- »
riam obtinet facultatem. Alij multi sunt loci, in quibus monet Galenus, ne ante concoctionem & euacuationem balneo vtamur. Sed animad-
C
uersione dignum est quodnam uacuationis genus itellexerit. Ex.x.Meth.Med. ex Aph.xlvij. sec.vij. et zi.sec.vj.eam esse uacuationem conijciendum putamus,quae plethorae debetur. Si.n. eā intellexisset,quae cacochimiae debetur, quam cathartico medicamēto assequimur,frustra concoctionis meminisset.Haec enim uacuatio eam sub se comprehendit. Nec uacuamus,quin prius praeparemus uacuandum humorem.nec balneo sed uacuationi talis concoctio deberetur. nec post concoctionem balneo liceret uti, si haec totius corporis uacuatio pcedere debet. nec utraq; simul connectenda,& illis tertio balneum subiungendum: sic enim non post concoctionem adhiberetur,sed post uacuationem,q̄ concoctionē sequitur. Praeterea semp Gale. seorsim modo uacuationem, modo concoctionem ante balneum pręscripsit:quodsi aliquando utriusq; meminit, illa disiungentem particulam addidit, vt

Aph.

Aph.xlvij.sect.vij.inquiens. Non tamen vbi inflammatio aliqua aut absq; inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneæ vtiles sunt, antequam noxij humores euacuentur, aut concoquãtur. Hanc igitur esse Gal. mẽtem iudicamus. In his in quibus lauacra sunt vsui si plethora adsit, hæc est summouenda, deinde expectanda noxij humoris balneo euocandi cõcoctio. Hoc tam opportuno tempore si admoueatur, nõ solum fœliciter vacuabit, sed etiã nondum plene absolutam concoctionem perficiet præsertim propositum balneum cui nõ minorem præparandi quàm vacuandi facultatem inesse demonstrauimus. Hæc vera quidem esse videntur: his tamen addenda esse quædam dictant prius enumeratæ rationes: quas quisquis didicerit, haud dubie non solum quæ plethoræ debetur vacuationem, sed & eam quæ cacochymiæ necessariam sæpenumero iudicabit. Nam cum balneum, vt prius ostensum est, quæ circa cutem sunt primo dissipet, & dissipando vires magnopere deijciat, si maximam humorũ quantitatem in prima & secunda regione contineri conspexerimus, aut si mauultis in ventriculo, intestinis, vena caua, & alijs maioribus venis, huic proculdubio si balneum ante sufficientem purgationem adhibueris, fluxiones & morbos ab ea genitos, vt podagram, & similes augebis, vires deijcies, atque ita deijcies, vt ad absolutam vacuationem vsque deuenire non concedatur, sic vniuersi corporis habitum vitioso succo plenum relinques: vnde is humor promptius putrescet, & morbos excitabit, ægrius à natura vincetur. Nam quę concoquuntur mouere uõ oportet. Is autem non solum balneo motus fuit, sed etiam è proprio loco euulsus. Adhęc expulsioni quæ crassis humoribus accõmodata est, nempe per aluum ineptior est reditus cũ ob loci distantiam, tum naturam. Postremo cathartici Medicamenti exhibendi occasio præterfluit: quæ primo apposite sese offerebat. Eadem hæc consideratio docet alui excrementa, vrinas, sputum, & similia ante balnei ingressum excernenda esse, vel sponte naturæ vel arte: clysteres aut catapotia præscribendo, quæ ei humori qui in ventriculo & primis venis est leuiter vnã cum alui fæcibus educendo sunt accommodata. Dum tamen leuissima sint, & eorum operatio omnino peracta sit antequam balneum ingrediamur. At his non obseruatis phlegmone laborantes, podagricos, ischiadicos, breuiter eos omnes qui affectu aliquo à fluxione genito laborant summopere lædes: nam vt prius dicebamus, vbi hu-

D morum multitudo adest, his balneo vel motis, vel liquefactis fluxiones augentur. Id tamen nõ silentio prętereundum est, nobis nonnunquam duo posse sufficere, alimenti coctionem, & totius corporis euacuationem, vt pote in leuibus affectibus solam corporis superficiem infestantibus. Nam propositum balneum non exiguam præparandi humores circa cutem existentes facultatem nactum esse liquido constat: quam facultatem dulcis aquæ balneo temere ita ascriberemus. Iam duo primæ & potissimæ partitionis membra explicuimus, nunc tertium nempe vtendi rationem aperiamus. Atque iterum hic diuinus Hipp. sit nobis viæ cõmonstrator: ipse iam dicto libro de rat. vic. Ac. sic scribit, Via ad solium breuis: facilisq; tum ingressus, tum egressus. Qui lauatur componat sese, taceat, & nihil
E agat, sed cęteros tum abstergere, tum perfundere sinat: multæ quoq; aquæ misturæ parentur: celeresq; faciant perfusiões, & spongijs pro strigili vtantur. Deinde. Caput vero spongia quoad maxime fieri potest reficcare oportet. Neque caput ipsum modo, verũ & extrema, & quãuis aliam corporis partem a frigoris iniuria prohibere cõuenit. Et alia. Sed nos hæc omnia, & quæ à Gal. dicuntur eo Com. & vij. Meth. ad paucas obseruationes reducemus, quæ rationi consonæ videantur: & non solum febri cuius gratia hęc protulit Hip sed & propositis affectibus accõmodari queant: has autem ternario numero comprehendimus. In ea quæ ante balneum, quę in balneo, & quæ post balneum sunt obseruanda. Quę ante iam ostendimus, vbi oportunum vsui tempus explicabamus. In balneo tria potissimũ
F obseruamus: Aquæ qualitatẽ, Moræ in Balneo mensuram, Agenda ab eo qui aqua perfundendus est. Aquæ qualitas est, vt aqua pura & sincera sit, non infecta ab aliqua causa, vt ex lotione mulierum quibus menses fluunt, aut laborantium epidemia, elephantiasi, morbo Neapolitano, vel similibus affectibus. Tunc enim tota eijcienda est, & noua introducenda. Deinde obseruãdum est, vt temperatæ caliditatis sit: quę enim mediocri frigidior aut calidior est, sibiipsi viam occludit, vnde ne prompte penetret impedita, quos ab illo expectamus effectus ægrius inducere potest. Atque hanc iterum mediocritatem in varijs corporibus, vario gradu dimetiendam existimamus: Cui enim mollis rara, laxa, & admodum sensilis caro est, is calidam iudicabit eã, cuius caliditatem agrestis quispiam durę, densę, ac veluti callosæ cutis vix sentiet. Sed horum & similium quantitatem vnicuiq; accõmodatam

verbis expromere est impossibile. Nec sat est aquam talem esse,sed & locum aut calidum,aut temperatum esse oportet. Talia sunt balnea illa duo hospitij quod D. Georgij nomine insigni-tur,et domus illorũ de Becchu. Quod si aeris lauacrum ambientis tẽperies talis nõ sit,sed potius frigida,uentis uel pluuia alterata, quod fortasse alijs in Europæ balneis accidet, quorũ fons sub dio collocatus est. Tunc in calidum cubiculum aqua deferatur tam balneo q̃ embrochæ vsui futura. Siquidem in frigido aere exui, perfundi & vestiri perniciosum est. Iam sese offert consideranda diuturna vel breuis in balneo mora. Huius mensuram nobis indicabunt virium robur, humoris præparatio, præparati & eliciendi quantitas. Atq; sub virium robore comprehendimus corporis affectum, propriam laborantis naturam, ætatem, anni tempus, regionem, præsentem cœli statum, tolerãdi facilitatem, & eius generis alia. Perniciosum enim est ĩ balneo perseuerare, donec euidentem debilitatem senserint: hac de causa diligẽti animaduersione opus est, præsertim vbi qui lauacro immergitur temperamenti calidi est, aut rara, laxa, & molli carne, aut succos habet tenues: aut congenitam, aut accidentariam debilitatem patitur. Quæ omnia & his similia omne immoderatum vacuationis genus respuũt. Qui vero robusti, pleni, pingues, frigidi & humidi sint: aut simili corporis constitutione, ij longiorem moram patiẽtur. tertia & vltima consideratio eorum quæ in balneo sunt agenda circa ea versatur quæ ægrotantem agere oportet, cui conducunt quæ Hip. dixit. Qui la-
» uatur componat sese, taceat, & reliqua. Quibus
» verbis nil aliud sibi vult Hipp. vt exponit Gal. q̃
» ægro non laborãdum: siquidẽ ægrotantis quies,
» vt corpus in balneo tum laxius, tum rarius red-
» datur est idonea. Nam cũ monetur corpus mu-
» sculi extenduntur, qui minus tum moliuntur,
» tum relaxantur. Nos qui non febri, sed multis, ijsdemq; inter se diuersissimis cum morbis, tum naturis accommodatam horum vsus rationem tradimus, non alienum à ratione putamus omnes motiones, quę ante balneum, in ipso, & post obeuntur, affectus qualitate, & virium robore metiri. Et si quæ in particularibus inueniuntur, quæ sub ipso comprehendi nequeant, qui illi assistet Medicus eas facile adiunget. Nobis iam ad postremam considerationem properandum, in qua quæ post balneum sint agenda explicamus. Si cui cutis sordida sit, aut pruritu vexetur, hic statim vbi è balneo emerserit, syndone inuolutus in proximum cubiculum deferẽdus videtur,

A in quo aer calidus sit, inibi pro nitro asperis linteolis, celeriter, vndiq;, & multis simul manibus detergendus, atq; ab his frigida immergendus: verum quia id nec omnibus, nec semper conuenit. Nos autem neq; hic, neq; in alijs, ob morborum & naturarum multiplicem varietatem, in particularibus aliquid citra multas limitationes pronuntiare solemus: ne, vt prouerbio dici solet, vno calipodio omnes calceantes, medicinæ tyrones in errorem deducamus. Cẽsemus, eorum quæ nunc sunt agenda, duos saltem proponendos esse scopos, vacuationis quantitatem, & virium robur, quos qui diligenter examinauerit, quanti sit momenti Hip. dictum intelliget, quo multas aquæ misturas parãdas admonet. Vbi. n. plurimum vacuare proposuisti, vel ob affectus naturam, vel humoris quantitatem, vel alia de
B causa, & viriũ robur id ferre posse iudicas. Tunc vbi è balneo emerserit, non frigida perfundendus, sed calidus syndone & vestibus diligẽter cir conuolutus in calidum cubiculum, & calidum lectum ita deferendus est, ne ob ambientis frigiditatem lædatur, aut quoquo pacto refrigescat: ibi sudor vberrime sinendus est effluere, deinde mollibus linteolis, aut spongijs siccis abstergendus. Atq; inter alias partes capitis exsiccandi magna habeatur diligentia, siquidem & humidum & multarum fluxionum causa cerebrum esse solet, quibus non paruo erit nocumento, detenta recrementorum exhalatio, ob stipatam capitis cutem, quæ constipatio refrigerationem relictæ humiditatis sequitur. Demus nunc insignem vacuationem non desiderari, aut vires hanc ferre non posse, aut vtrunq; simul cõiungi, nempe
C cum virium imbecillitate, euacuationem sufficientem: ijs proculdubio cutem contrahere, cogere & densare oportet. Nam vt recte Gale. ait,
Id ad virtutis robur confert, facitq; vt non facilę »
homo lædatur, nisi subita quædam in ambiente »
aere fiat ad frigidum permutatio, ob id qui recte »
valent, à balneo calido sese in frigidã proijciunt »
aquam: sed qui ęgrotant, contactum frigidę non »
sustinent citra læsionem. Quapropter frigidam »
calidæ mistione retundimus. Mistionis autem »
modum inuenemus, imprimis quidem si corpo- »
ris affectionem inspexerimus: deinde & propriã »
laborantis naturam ætatemq; & anni tempus, et »
regionem, & præsentem cœli statum. Probè au- »
tem faciet, qui à calido balneo tepidas ad minus »
trium generum aquas, quæ inter se differant pa- »
rabunt: vt prima quidem admodum tepida sit, »
secunda vero minus, & tertiam adhuc quæ ma- »
gis ad frigidam declinet. Tale autem quippiam »
velle

" velle visus est Hip. cum præcepit misturas parari.
" Nempe quod paratur, id non simpliciter modo
" multum, verum & varium multiplexq; esse est
" melius, vt paulatim à calido in frigidum proce-
" datur, cum subitam ad contrarium mutationem
" æger non ferat. Hactenus Gal. Nos vt proposi-
tæ consuetudinis rationem habeamus, qua omnes per sanitatem balneis abstinere videmus, si, vt iam diximus, vacuandi quantitas, vires, aut vtrunq; maiorem vacuationem non admittunt: cum in frigidam immergendus nō sit, siquidem ægrum frigidæ contactum ferre nō posse ex Galeno didicimus, saltem in lauacri proximo solo, mox è balneo eductum ægrum collocabimus: ibi enim aer calidior est, q̃ in cubiculis dicti hospitij D. Georgij. Inibi stantem celeriter, multis simul manibus operantibus, vndique linteis, vel spongijs abstergemus, si sordescat cutis. Postea E non frigida, sed tepida īmersis linteolis, vel spongijs lotum eadem celeritate perfundemus, deinde iterum confestim exsiccatum, ad quietem & somnū illum relegabimus. Nam ferè omnibus somnus & leuis sudor est vtilis: hic quia circa cutem attracta excrementa dissoluit, ille quia spiritus cum calore ad interiora retrahit, sic lassitudines tollit, vires instaurat & roborat. Hoc tēpore conuenit vnctio, si qua parti alicui est adhibenda, vel ex costino, laurino, & similibus oleis, vel vnguētis quod in ischiadico affectu, podagrico, et similibus non parum laudamus. Idipsum post laconicum, post embrochā, post lutum fieri potest et debet. Extremis ita examinatis intermedijs rectam vsus rationem præscribere Medico est facile, modo hoc, modo illud adaugens, aut imminuens pro indicantium varietate. Eadem F omnino consideratio est habēda, & ineunda ratiocinatio, de laconico & luto: præsertim vbi vni
" uerso corpori admouentur, aut paulo minus q̃
" toti. Siquidem horū affectus quos humanis cor-
" poribus imprimere nata sunt, nō multum inter
" se dissimiles iam ostendimus: ob id in omnibus
ferè, quæ ante horum vsum, quæ in ipso, & quæ
" post sunt obseruanda, conueniunt. Quandoqui-
" dem prius q̃ vel laconicum ingrediatur æger, vel
luto inuoluatur, perpendere oportet, num mor-
" bus ille ex eorum numero sit, qui id requirant.
Si id spēs morbi exigit, num vires id ferre queāt. num vacuationem genera, vel præcedentia, vel sequutura id respuant. num consuetudo, & quæ sub ea comprehendi diximus ad hoc remedij genus indicandum concurrant. Si ex iam dictis horum alterum vtile esse coniectaueris, opportunum vsui tempus obseruabis: nēpe post alimenti

D absolutam coctionē, post totius euacuationem, ac post humorum educēdorum præparationem. Demum nec vtendi rationem negliges, quæ vt aquæ qualitatem, sic laconici, luti, & loci dimetitur: sub qua & morā comprehendi docuimus, cuius diuturnitatem, vel breuitatē à virium robore, & præparati ac eliciendi humoris quantitate indicari diximus. Postremo vel in lecto ab horum vsu eos vberius sudare permittes, vel frigidæ, aut potius tepidæ perfusione, & diligenti exsiccatione sudorem sistes, prout humoris eliciendi quantitatem exigere, et virium robur admittere iudicabis, modo & ratione in balnei vsu enumeratis, & ijs præhabitis considerationibus, quæ suo loco narrata fuere.

De embrochæ & potionis vsu, breuis narratio. *Cap. 9.*

NVnc de embrochæ vsu paucis agamus. Posteaq̃ aliquot dierum spatio balneo fueris vsus, si humor in vna tantum parte consistat, ad embrocham transeundum est: sic enim vniuersales vacuationes particulares præcedere iam ostensum est. Si cerebrum exsiccare intendimus, quod in multis accidit morbis, siquidem illius humiditas ferè omnium fluxionū pituitosarum causa esse solet: tunc quia caput est irrigandum, hanc in os bregmatis instillare conuenit. nam rarioris texturæ est. Sed prius caput linteo in circulum contorto circundare conuenit. at si propter neruorum molliciē, paralysim, & similes neruorum & spinę morbos illa vtendum est, tunc in occiput aquā instillare oportet, nec eam partem linteo circundare, sed ita per dorsum finenda est effluere, vt etiam in spinam eius virtus insinuari queat. Esto autem terminus vsus, vbi calorem ad interiora penetrasse manifeste sentiet. Quod ad reliqua attinet, multa à nobis de balnei vsu prolata embrochæ vsui sunt accōmodāda, ne toties eadem repetere cogamur: eadem enim qualitas est desideranda in embrocha, quę in balneo: ne calidior, ne frigidior sit debito, ne infecta contagio aliquo, & similia. Præterea & horam accommodatam eligendam, & roboris rationem habendam. Sic de potione aquæ balneorum ratiocinandum, quam nec omnibus affectibus pituitosis, nec omnibus naturis conuenire iam ostēsum est. Sed quibus dictum est eam vsui esse, ij debent eam in aurora sumere à minori quantitate ad maiorem progredientes, vt ab vncijs quatuor ad octo, aut secundum Sauonarolam à libra media ad libras tres. Atque in eius assumptione ventriculi non exiguam rationem habere oportet. Hic non omittendum est eam

ad

ad longinquas regiones asportatā in ligneis vasis, aut aliter, suarum virium maiorem partem amittere, quod ratione à simili meo iudicio probari posset. nemo est qui inficias eat recte à Gal. v. Meth. scriptum esse lac phthisicos debere ab vbere si fieri posset, suggere, aut illico à mulctione sumere, prius q̄ refrigescat: non quia vereatur corruptionem id fit, sæpenumero etenim vno die seruatum lac videmus, prius q̄ acescat: non itaq; ob corruptionem pro maximo præcepto id habet Galenus, sed ne euaporet innatus ille calor, non modo q̄ ille naturā adaugeat, sed etiam q̄ omnes lactis operationes fœliciores reddat. Sic in aquarum, quæ è fodinis suis calidæ exeūt, calore ipso quis negabit congenitam esse facultatem non modo contrarietatis ratione frigidis morbis accommodatam, sed etiam ipsius caloris ratione vim illi inesse aptissimam ad deducendas, distribuendas, ac augendas aquæ illius vires: at si hic euanuerit simul & sulfuris vis, euanescet & aliorum omnium à quibus vim accepit operandi efficacia languescet. Hortamur itaq; omnes quibus potanda præscribetur, ad loca fonti contigua accedant, sed quātum ferre poterunt, calidam assumant, tum quia vehementius operatur, tum q̄ tepida ventriculi robur dissoluūt. Aquę quantitatem ad quorundam Medicorum præscriptum iudicare non ausim: scio etenim nec errore, nec culpa, nec reprehensione me cariturum. Quis enim sanæ mentis, audebit cum Sauonarola, citra multas limitationes pronunciare tria vascula eius aquæ assumat, deinde iterum alia tria, interposita breui temporis deambulatione? & ita repetitis vicibus id facere non desistat, donec vel per os, vel per excessum, vel vrinam ea aqua exeat adeo calida ac erat dum assumeretur? quod, inquit, vt melius ab eo comprehendatur, in vase vitreo mingat. Ego multorum non sanandi, sed destruendi ventriculi aptiorem rationem excogitare non possem, quo labefactato, veluti & hepate, quid homini ad sanitatem recuperandam, & retinēdam reliquum sit, nescio. Hanc igitur Medico limitandam relinquamus, cui indiuiduum curandum proponitur: non solum enim aquę, sed & omnium medicamentorum quātitatem verbis exacte describi nō posse iudicamus. Varium enim morbi genus, varia temperamenta, totius & ventriculi varium robur, & multa alia, variam medicamenti quantitatem exigunt & indicant.

De victus ratione balneantium. Cap. x.

NE vlterius q̄ par sit sermonem protrahamus, quod multoties iam admonuimus,

A prosequamur. Dicebamus horum omniū quantitatem veluti sanguinis eliciendi, præparātis, & humorem euocantis, vel alterantis medicamēti, à solo medico, ęgroto assistenti dijudicari posse, haud secus ac virium robur: sic & victus ratio. Quandoquidem hanc modo vberiorem, modo parciorem indicabunt, varia dispositio roboris virium, morbi, ægri, consuetudinis, aeris, temporum morbi, & similium. Ex quorum diligenti animaduersione diuersissima iudicantur, vt aliquando bis in die sumendum cibum, aliquando ter & quater: aliquando parcius, aliquando lautius aut cœnandum aut prandendum: aut et cœnandum, & prandendum largius, parciusúe. Sic & alimēti qualitatem aliqn̄ immutare oportet, vt multum nutriens in parum nutriens, & sic in similibus. Aliqn̄ vel ipso in balneo, vel parū ante

B illud, vel post aliquid eorum porrigendum est, quæ vires statim instaurant, q̄ facile transmutentur, vt vino immersam panis buccellam, ex saccharo cōdita pignolatum manus christi, panem dulciarium, quem marcium panem appellāt, & similia, quæ prudentis medici consilio ad necessitatis exigentiam moderanda relinquuntur. Recte igitur Hip. itelligamus & Gal. com. 2. de rat. vic. Ac. sumendi cibi horam præscribentes his verbis, neq; confestim à balneo sorbēdum, neq; bibēdum. Addit Galenus. Sedata quæ ex balneo „
est turbatione: tum esse, tum bibere melius est, „
veluti & composita ea quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potum sumere, ca „
put replet, deuoratumq́; interdum superfluitare „
facit. Hęc itaq; Hip. & Gal. verba semper locum „
habent, nisi vbi virium imbecillitas ordinē præ-

C uertere nos cogit. Tunc igitur sumendi cibi tempus erit, cum agitationē quieuisse sentiet, & concitatum balneo calorem ad natiuam temperiem redijsse, q̄ de balneo dicimus Laconico & luto recte conueniunt: si vt balneū, ita illa toti admoueantur corpori: tunc enim effectus specie non multum absimiles operātur. Cibi qualitas omnibus propositis affectibus pituitosis cōueniens est extenuans victus ratio, de qua peculiarem libellum à Gal. habemus, ex quo quæ tenuandi facultate prædita sint deprompsisse nō sat est, nisi addideris ex libris de alimentis, de cibis boni & mali succi, quę laudabilem sanguinem generare soleant. Huius generis sunt panis congrue subactus, fermentatus, salsus et coctus. Aues monticolæ, perdices, phasiani, turdi, merulæ, alaudæ, capi, pulli, & similes. Deinde & pisces saxatiles admittūtur in puris & nitidis aquis p saxa fluētibus capti, qui mollem ac friabilem carnem hn̄t.

Adhæc

Adhæc vinum vel album, vel fuluum, vel rubeum, sed consistentiæ tenuis, aut mediæ, &, vt vocant, bene maturum. Ex herbis, radicibus, seminibus, fructibus, & cerealibus, quæ gustanti acria, mordacia, & calida sentiuntur, tenuanti victus rationi ascribit Gal. tamen non omnibus vti oportet. Nam ferè hæc omnia sunt mali succi: poteris quidem alios cibos illis condire, veluti & pipere, & alijs aromatibus: si nil aliud obstet. Nam præparandi ratio alimenti facultatẽ non solum augere, sed & immutare potest. Sed hanc prętereamus, vt pote ex alijs locis petendã, veluti & seruandum in cibis ordinem: nempe liquidiora prima mensa, ficciora postrema esse sumenda, & similia. Atque ita & victus ratio, & omnia remediorum genera ab initio moderanda sunt, vt ad finem vsq; singula ferre possint. At cum aqua ista statutis quibusdam temporibus, nempe vere & autumno tantum sit vsui, si temporis angustia iam dictum ordinem non admiserit, in aliud tempus quod reliquum erit differendum est. Nam ad extrema properare medijs relictis perniciosissimum iudico. Siquidem non exacte vacuato humore aquam extra Burmidam scaturientem si vel sumpseris, vel admoueris, eum humorem magis impinges, & contumacem curationi reddes. Sic Laconico balneo & luto maiorem eius humoris quantitatem, ad eas partes quibus hæc admouebuntur, trahes, quàm vacuabis, & alia multa incommoda sequētur. Quapropter ijs peractis, quę tunc fieri poterunt, præscripta congrua victus ratione reliquum in ver aut autumnum sequentem seruandum est.

Breuis commemoratio varietatis curationis, quæ à varietate temperamentorum, partium affectarum, et affectuum simplicium, desumitur. Cap. II.

HActenus balneorum Aquensium vsu curandi rationem in sanguineo calidi & humidi temperamenti sermone percurrimus: nũc reliqua temperamenta obiter attingamus. Si frigidi & humidi temperamenti sit, ac vniuerso corporis habitu cacochymus Laconici moderato vsu, deinde balnei illi succurres. Roboris virium maximam habens rationem, vt pote sine quibus vana sunt omnia auxilia. Et quæ tamen horum duorum nimio vsu, veluti & sanguinis missione largiori, mirum in modum resoluuntur, & corpus in frigidam intemperiem deducunt, sicq; affectum adaugent. Si frigidi & sicci temperamenti sit, in omnibus ijs remedijs multo cautius agendum est, ne hominem in extremam siccitatem, aut extremum marasmum deducamus: Nam & potenter exsiccant, & per exhalationem nõnihil caloris imminuitur, nec in calfaciendo magnoperę horum vim laudo. Si calidi & sicci temperamenti sit gracilis & modici sanguinis, huic Laconicum balneum & lutum vniuerso corpori admota summo erũt nocumento: siquidem intemperiem illam augebunt, & longo vsu in hecticam deducẽt. Sic de simplicibus intemperaturis quisq; iudicare poterit. Age nunc esto corpus vacuum & purum in vna tantum parte humor contineatur, nec alibi fouentem causam habeat. Hic solius in ea parte existentis humoris rationem habebimus, vacuatione & ijs remediorum generibus vtentes, quæ pedibus prædicti ægrotantis accõmodabamus. Tuncq; multo facilior est curatio vt pote vna & simplex. Eadem ratio est quorũcunq; morborũ, qui à pituita, vel à flatibus præsertim crassis et frigidis, aut humore melancholico, aut similis naturæ originem traxerint. Huius generis sunt paralysis, conuulsio, lethargus, scabies, & similes affectus, quos proprio capite enumerauimus. Atque haud aliter ac qui à sola pituita fiunt affectus: horum balneorum vsu curantur, ità qui longissime ab horum natura distant, horum curationem nõ recipiunt. Haud dissimili ratione, qui non simplices affectus sunt, sed hos aut illos humores admistos habent, curandi rationem & facilitatem variant, pro quantitate & qualitate humoris admisti: exempli gratia œdema, schirrodes, minus alijs phlegmonodes magis curationi, quæ harum aquarũ vsu fit resistit, erisipelatodes omnium maxime. Nunc solius intemperiei citra humorem curatio examinanda relinquitur: Nempe frigidæ, humidæ, ac frigidæ & humidæ. Frigida in quacũq; parte existat, quia alijs remedijs & tutius & facilius curatur, ac multis alijs de causis balneorũ vsum non exigit, præsertim cum citra noxam ob admistas alias facultates quam calfaciẽdi illo vti nequeas. Adde quòd suo calore innatum dissipando, vt prius ostensum est, fortasse non minus refrigerabit quàm calfaciat. In humida propulsanda nõ parum possunt pręsertim aqua vltra Burmidam scaturiens. Frigidam & humidam horum recto vsu prudens Medicus poterit in melius mutare iam à nobis dictarum considerationum rationem habens, ac ipse alia vbiq; adiungens quæ veniunt consideráda. Qualia sunt supra alia indicatio quæ à partium differentia sumitur. Hæc etenim etiam eodem in affectus genere maximam remediorum varietatẽ suggerit quando-

quidem

quidem in superiorum partium affectibus, si venæ sectio sit necessaria, superiores venas aperire oportet, sic in inferiorum partium sub renibus sitarum affectibus inferiorum aliqua est aperienda. Quòd si à parte affecta vel humorem vacuare, vel reuocare tibi propositum sit, eam secabis venam, quę per fibrarum rectitudinem illi opponitur. tractus. n. per has fit, & aptior sanguinis consecutio. Eadem ratione in serapijs & catharticis medicamentis præscribendis affectæ partis habenda ratio est. Siquidem alia capiti, alia thoraci, alia iocinori, alia renibus, alia vtero, alia artubus, alia alijs partibus sunt familiaria. Hinc affectæ parti familiaribus vtendum commonstratur, quibus si destituamur, quæ ad affectam partem vim medicamenti deducunt esse miscenda. Sic & admouẽdorum eadem est ratio: nec enim ventriculus, hepar, viscus aliquod, oculus & similes partes eadẽ remedij genera sustinent, quæ ignobiliores, aut sensus obtusioris. Eodem modo & loci per quem congrue & apte ea pars sua excrementa reijcere consueuit ineunda consideratio. Quandoquidem nos oportet singularum partium meatus, qui ijs ad superuacuorũ emissionem sunt idonei, & proprij fluxiles reddere. Intestinis, ventriculo, mesenterio, & concauis iocinoris, intestinum rectum. Renibus, vesicæ, vtero, iocinoris gibbis, venæ cauæ, arteriæ magnæ, & omnibus quæ in lumbis habentur, eum qui vrinis est delegatus. Pulmonibus & pectori ipsam asperam arteriam & fauces. Cerebro & eius inuolucris, eum qui per palatum, & per nares descendit. A qua meatuũ diuersitate non modo remediorum diuersitas, sed & diuersa forma indicatur. Hinc serapia, foměta, insessus, clysteria, pessi, gargarizatus, errhina, apophlegmatismata, odoramenta, & similia inuenta fuere. Et modo huius, modo illius vsus præscribendus indicatur, adhibito eius quod cum ab affectu, tum à parte affecta cõmonstratur delectu. Quibus omnibus ratione seligendis, & congrue administrandis, rationali Medico opus est, cui quæ diximus haud sufficere non ignoramus. Pauca etenim hæc in medium afferre placuit, non quo vniuersam hosce affectus curandi methodum aperirem: id enim alterius & grauioris est negotij: sed ne enarratio hæc potiori & digniori parte penitus destituta, in vulgus prodiret, quædam dicere aggressus sum, qbus ita repetitis vicibus sese annexuit oratio nostra, vt veluti equus quidam effrenis verborum consecutione deducta, hactenus cohiberi non potuerit.

LIBER TERTIUS

Totius orbis Balneorum vires, Et multorum historiam complectens.

Cap. I.

TERTIAM nostri laboris partem aggredimur: opus sanè vt difficile, & abstrusum, sic omnium calumnijs obnoxium. Naturæ secreta omnia rimari est impossibile, sensuum cognitionem transcendere citra exactam methodum perdifficile: aliorum relationi semota probatione credere, dubium, & erroris plenum, experiẽtia quæ alij scripsere ad examen
B reducere non conceditur. Quid? num ob id res tanta, tam vtilis, à tam multis expetita intermitetur? minime. Quinimmo aliorum etiam mendacia recensuisse non erit inutile: sic enim Medici eruditi qui illis præsunt balneis, aut aliquando eo accedũt, mortalium miserati conditionẽ, aut ipsi aliquid verioris scribent, aut nostris scriptis id addent. Nobis omnia balnea visendi facultas denegatur. Sed cum Aquẽsia viderimus & descripserimus, visum nobis est tertiam hanc partem subnectere, quæ omnium aliorum naturam, fodinam & vsum aperiat. Qua in re si aliquando à fida narratione deflectimus, ne nobis vitio vertatur, siquidem aliorum verba & scripta sequuti sumus. At si hęc excusatio non planè satisfacit, vitio vertatur Valerio Maximo, Tito Liuio, Platinæ, & similibus Historiographis qui
C infinita scripserint ex aliorum narratione. Quid quæso Auicennæ, quid Aetio, quid Paulo, quid Plinio reliquum erit, si aliorum scripta ab illis subtraxeris? Sed prius quàm illam partem aggrediamur, facultates & vires recenseamus oportet, eorum ex quibus fodina constitui potest: à qua scaturiens aqua varijs facultatibus prædita conspicitur, ob eorum per quæ permeat varietatem. Quandoquidem vndecim esse didicimus, quæ aquæ è terra erumpentis vim illam ἄποιον Græcis dictam immutare solent. Sulfur, Alumen, Sal, Nitrum, Calx, Gipsum, Bitumen, Aes, Ferrum, Plumbum, & Aurum. Quorum omnium facultatem seorsim recẽsebimus: nam si compositum componentis naturam redolet, nemo vnquam dubitabit, quin horum præcognita facultas aquarum, quibus immiscentur, vires edoceat. Et ad illarum demonstrationem tanquam principia seu media sint assumenda.

De Sulfure. *Cap. 2.*

SVlfuris substantiam descriptione aperire superuacaneum existimo, siquidem nemo est, cui audito sulfuris nomine res non innotescat. Nec etiam illius varietates Plinium sequutus, quadrimẽbri partitione secabo: imo ne bimembri quidem: vnicum enim sulfur est metallicum medicamentũ in terræ visceribus natum. Quod si ignem non sit expertum, ἄπυρον Græcis dicitur, id est ignis expers. Latini viuum sulfur appellant. Cum vero igne fusum, & veluti coctum in teretem formã redigitur, tunc malè quibusdam sub altero genere à Dioscoride collocari videtur. Scribit enim, sulfur optimùm existimatur viuum, quod ἄπυρον vocant, nitedulæ modo splendidum, perlucens, minime calculosum. Probatur i genere sulfuris ignem experti, quod viret, ac præpingue spectatur. Vnica igitur specie res est, quæ coctione vt vires, sic differentiam diuersam assumit. Viuum enim id est ex fodina sua desumptum & citra coctionẽ medicinæ vsui accommodatum, multo efficacius operatur, & isto pro cocto vti deberent Pharmacopæi. Tenuis substantiæ est, calidum & siccum, cui abstergendi, trahendi, & digerendi tãta facultas inest, vt aduersus è toto corpore irrumpentẽ scabiem, obseruatis vniuersalibus præceptis, nullum præstantius medicamentum inueniri queat, præsertim si qui vtitur frigidi & humidi temperamenti sit, & scabies humida. Quartum caliditatis & siccitatis gradum attingere scribit Auicennas, quod Musæ falsum videtur, siquidem eo gradu calida venena esse censet, nec per os sumi ab ore præcipue cochlearis mẽsura, quam Diosc. præscribit, ob id illud tertio collocat gradu: maxima autem & incredibilis illi vis tribuitur à Mercurio Trimegisto, à Raymundo Lulio, & alijs Alchymistis ad metallorum & aliorum commistionem iuuandam, & absoluendam. Vnde ipsum in metallorum constitutione masculei seminis instar, mercurium fœminei cõcurrere asseruerũt. Vnde de eo Theotonicus magnus magis artificiose q̃ eleganter quædam protulit, quę quia ad id quo de agitur, summopere cõferunt, ea recẽsebo: sunt autem illius verba hæc, cum de sulfure agit in libro de Mineralibus. Sed obseruandum quod fumus eius indicat terrestrẽ substantiam, in ipso esse valde ignibilem & cremabilem, fœtor vero suus indicat ipsum valde indigestum & non terminatũ, sed potius calore corrumpente esse corruptum, q̃ digestione completum. Et hæc sui incompletio facit ꝙ possit esse vniuersalis materia omnium metallorum. Si n. esset completum ad completionem vnam determinate, tunc proculdubio non esset conuertibile ad alia, nisi primo illa tolleretur: sed nunc propter sui incompletionem, cõuertibile est ad oĩa, sicut semen, & alia ex quibus generantur res naturæ. Et ideo sagax natura abundat in sulfure vbicunque est locus generationis metallorum, fuitq; multorum opinio nullas Thermas, quę calidæ tactui è terra scaturiãt sulfuris expertes esse posse, quod calorẽ à sulfure accipere credantur.

De Alumine. *Cap. 3.*

ALuminis naturam trimembri partitione contentam iudicamus, in alumen rochæ, plumæ, & rotundum, quæ in fodinis inter metalla inueniuntur. Quibus ad exactam aluminis cognitionem tria alia addi possent, scaiolæ, catinę, & zuccarinum: quorum duo postrema non legitima, sed spuria & factitia sunt: nempe alumen catinæ & zuccarinum. Nil aliud est alumen, vt Plinius cap. xv. lib. xxvj. censet, q̃ salsugo terræ. Est enim veluti terræ aqua & limo exudantis natura hyeme corriuata, ac æstiuis feruoribus ad maturitatẽ deducta. Multa illius genera fatetur Diosc. sed tria tãtum vsui medico opportuna scribit. Alumen rochæ liquidum à Diosco. vocatur. nam cum defoditur, liquidum est, postea durescit: argumento euidentissimo est, ꝙ supra alia genera siue igni, siue lucernæ illud admoueris, statim ebullire & dissolui videbis. Alumen itaq; rochę à loco in quo coagmentatur appellari censemus, liquidum à forma, quãuis & integrum reperiatur. Probatur hoc si sit limpidum, lacteum, æquale, & semper succo madens, sine lapidibus, atq; quendam coloris igniculum expirans. Secundum genus cui plumę nomenclaturam vulgus coaptauit à Græcis σχιστόν vocatur, quod fissile latine sonat, dicitur & τριχῖτις, hoc est capillare, quod sigillatim in capillamẽta quædam facile ex solo contactu findatur. Optimũ est candidissimum, gustu perquam astringens, graueolens, calculorum expers, nec glebulose, nec assulose compactum, sed sigillatim in capillamenta quædam canescentia dehiscens. Illud est cuius aspersione intolerabilis pruritus excitatur, cuius affrictu genę rubescunt. Vnde florem lapidis recte mulieres appellarunt. Nam proprie quidam canus flos ex lapide exiens videtur. huic similis est amianthus lapis, nisi ꝙ multis ligneis venulis distinguitur, atq; ambo flammam facile concipiunt, conceptam citra consumptionẽ retinent: non tamẽ æque, sed magis amianthus. vnde impostores quidam cuculati pro ligno crucis, cui Saluator infixus pependit, illum plebi venditare

non

non sunt veriti hoc argumento, q non comburatur. Quasi vero necessum sit crucis illius lignũ vstioni obnoxium nõ esse. Tertiũ est quod non arte, sed suapte natura rotundam formam accepit, bullis turgẽs, albo ꝓpius, atq; validius astringens, præterea nonnihil palloris cum quadã pinguitudine præ se ferens, sine arenis, friabile. vocatur à Græcis στρογγύλη καὶ ἀστραγαλώτη denominatione sumpta à dicta forma rotunda. Vim habent astringendi vehementissimam: vnde Gręcis στυπτηρία nuncupatur, quod astrictorium latine sonat, excalfaciendi & expurgandi. Crassiorum sunt partium omnes Aluminis species, tenuius est fissile, proximum rotundum, alijs crassius est liquidum, seu alumen rochæ dictum, & plinthites. Atq; hæc tria sunt, quæ nostro proposito conneniunt. Cum etenim sola hæc in fodinis reperiantur, ipsa sola aquæ sponte nascenti immisceri possunt. Alumen scaiolę in gipsi massis inuenitur lucẽs sicut vitrum, latum & tenue, nec in capillamenta dissoluitur vt alumen plumæ, sed in laminas. vnde nõ, vt Pandectarius existimauit, σχιστόν Galeni est, sed potius plinthites, hoc est laminosum. ix. simp. Breuiter est crudi gipsi exquisitissima pars: vnde ab antiquis flos Gipsi appellari videtur. Alumen catinæ factitium est, sic dictum vel à Catino in quo fieri solet, vel à cali herba, Arabibus dicta, ex qua componitur, quæ vsnem species esse dicitur secus maris littora nascens. Et ab aliquibus gentibus seminatur, vt in Gallia fit. Hanc herbam exsiccatam accipiunt & cõburunt. Postea ex illo cinere lixiuiũ fit, quod si aut vi ignis, aut solis induruerit, cum subtiliores partes exhalarint, id, sal alcali appellatur. Cinis vero ille induratus alumen Catinum dicitur: quandoq; & sal, & cinis permiscentur. Hoc vtuntur Chymistæ, vitreolarij, & mulieres ad faciem abstergendam. Alumen etiã zuccarinum factitium est, ex alumine liquido, aqua rosacea & albumine oui massas quasdã turbinatas in modum globorum sacchari fingẽtes, à cuius formæ similitudine nomen accepit. Habet & albedinẽ exquisito saccharo, quod finum dicimus, non absimilem.

De Sale. *Cap.* 4.

SAlis naturam prima partitione, bimembri diuisione secamus. Alius enim ex aqua concrescit. Alius ex terræ fodinis eruitur, atque ex aqua itidem vel marina, vel stagnorum quorundam, vel etiam puteorum, vt in Germania. Fit autem sal ex horum consumptione, vel solis calore, vel ignis, donec tenuiori parte absumpta, quod terreum solum est remanserit. Cumq; ijs
A aquis artificij aliquid requiratur, vt in salem conuertantur, sub hoc partitionis membro sal alcali dictum non temere reponemus. Quandoquidem arte fit ex herba cali cõbusta, quæ Vsnæ herbę assimilatur. Ex pluribus alijs herbis, & carbonibus, ac lignis varia salis genera apud diuersas nationes fieri creditur. Qui vero ex terræ fodinis eruitur, fossile appellatur, ĩ multas diuisus species. Quarum aliæ nominibus quibus à seinuicem seinngantur, sunt destitutæ. Alię vt facultate, ita nominibus à seinuicem secernuntur. Vnde, sal saxeus, sal gemmæ, sal hammoniacus. Hoc sale fossili, seu metallico in Germaniæ & Pannoniæ plurimis locis vescũtur. Montes vsq; ad duo miliaria in profundum excauãt, sursum ingentes salis massas funibns trahentes. Saxeus dicitur hic sal & marmoreus, q tantæ sit duri-
B tiei, vt ferreis pistillis opus sit vt teratur, optime tamen salit. Probatur in hoc genere, qui candidus, pellucidus, & densus. At qui candidissimus in hoc genere, valde lucidus & densus inuenitur. Sal gemmæ appellatur, quoniam exigua portione supra alias massæ partes vt gemma nitet. Hammoniacus vero nõ in eisdem fodinis eruitur, sed sub arena in Aphrica apud Ammonis oraculum, à quo nomen sortitum est. Et in Cirenaica regione. Ibi arena defossa vbi loca sitientissima sunt, frusta salis oblonga, extra nigra vel æruginosa, intus alba, & ad similitudinem aluminis scissilis non multũ lucentia, inueniuntur. Hic adeo salsus est, vt ingrato sapore gustanti sit fastidio. Ex Germania simile genus portatur. Condiendis cibis inutilis est. at in balanis nonnunquã vsui, vbi acriorem vim requirimus.
C Reperio & alia tria genera, quæ sub fossili non reponuntur. Sal indus, sal nitrum, & sal naphticus. Indus in India in cannarum extremitatibus zuccaro cando similis concrescit. Sed cum eins facultas proposito sermoni non quadret, de illo nil dicemus. Sal nitrũ, inter salis genera enũmeratur, verum nos de nitro peculiari sermone disserem⁹. Sal naphticus, Asphaltites Plinio, Galeno sodominus dictus, quòd naphta asphalti specie separata fiat. Et ex mari asphaltite iuxta Sodomos montes sito, in Palestina Syriæ. Is tamen non fossilis, sed marinus est dicendus. Sal abstergit, liquat, incidit, tenuat, mordet, purgat, densat, adstringit, siccat, reprimit. à putredine ob hæc vindicat, ventriculum euertit, turbat, ad vomitũ incitat, purgat humores crassos, lentos ipsos vi sua liquando. Postea stringendo, appetentiam excitat, profligato cibi fastidio, purgantibus additus actionem eorum iuuat,

clyſteri iniectus pituitam vitreã & lentam educit. Hos tamen vel illos effectus alius alio remiſſius intenſiùsve operatur cuius varietatis guſtus certum feret iudicium, ſi prius in 4. lib. Simp. Gal. fueris exercitatus. Hoc tamen non omittendum, quòd ſalis è terra effoſſi ſubſtantia magis ſit compacta, ac proinde in hoc maior eſt & partium craſſities, & adſtringendi potentia. Ob id quòd marinus affuſa aqua protinus liqueſcit, at foſſili hoc non euenit. Porrò eiuſdem ſpeciei cũ marino eſt, quæ ex ſtagni, fontis vel putei aqua concreſcit.

De nitro. *Cap.* 5.

Nitrum de quo mentionem facere propoſiti eſt inſtituti, olim è terræ fodinis eruebatur. Atque vbi illius magna eſt copia, ſi ſcaturiant, aquæ nitroſæ vocantur. Et illis ſæpenumero innatat ſpuma nitri Græco nomine aphronitrum appellata. Olim cum mortalium ſanitati conſeruādæ vſui eſſet, ſub terræ latebris ineffoſſum non totum relinquebatur: nunc vero proh dolor, cum eo cæcitatis deuenerit humana conditio, vt ferè omnes magis opum & famæ aucupandæ, quàm ſanitatis conſeruandæ ſint ſtudioſi, Balnea & gymnaſticæ ſcholæ diruta perſeuerant: Nitrum non ſolum effodi, ſed & cognoſci à fodinarum effoſſoribus deſiit. Atque in ipſius nitri locum ſucceſſit ſalnitrum Italis, ſalpetre Gallis dictum vtile ad laudatiſsimum, ſi Dijs placet, inuentum non ad ſtrenuos & potentes viros conſeruandos, ſed nulla difficultate enecandos, & vrbes depopulandas. Id etenim eſt ſine quo neq; cũ ſtrepitu, ita neq; cum violentia è bellicis tormentis globuli emitterentur. At etiã ſi antiquorum nitrum deſiert videri, non tamẽ aquæ nitroſæ: vnde illius vim ex antiquorũ ſententia aperiendam iudicauimus, vt nitroſorum balneorum vis facilius cognoſcatur. Eſt itaque Nitrum calidum initio tertij gradus, ſiccum tertio, ſalſum maxima ſui parte, ſubadſtringens, tergit, incidit humores craſſos, purgat etiam vomitu, præſertim cum melle & pituitam crudam, craſſam, lentam partibus valenter impactam: ob id colico affectui pituitoſo & flatulẽto prodeſt, vermes necat & vacuat. Si intro in corpus ſumatur, ſecat, extenuat, craſſos lentoſq; ſuccos potẽtius multo quàm ſal. Quin & aduerſus fungorũ ſtrangulationes pręſentaneo remedio eſt.

De Calce. *Cap.* 6.

Calx iuxta antiquorum præſcriptũ duorũ eſt generũ, vna fit in locis maritimis. Buccinarum teſtas feruenti clibano recondunt, donec inalbuerint: frigida immergentes extingũt,

D in fictile conijciunt, & vſui ſeruant. Sed hæc propoſito ſermoni nil congruens habet. Altera lapidea eſt Italiæ, & multis alijs nationibus operi cęmentitio frequentiſsima. Duriſsimum quoddã lapidum genus ſeligunt, quod & ſuper terram inuenitur & effoditur: in fornacem conijciunt, coquunt, coctione calx viua appellatur, vis illi ignea, mordens, adeo exſiccans & calfaciens, vt inflammare, adurere, & cauterij inſtar cruſtas inducere poſſit. Veneni malitiam habet, ſiquidẽ pota aluum & inteſtina cum vehementi eroſione excruciat. Dum aqua irroratur, vrentem illam vim exerit: adeo tenacis eſt ſubſtãtiæ, vt poſt immerſionem & extinctionum vim ſuam vltra diem ſeruet. Deinde vnà cum calore mordacitatem exuit. Abſque morſu reficcat, ac ſi bis terq; aut amplius abluta fuerit, planè mordacitatis ex

E pers conſtituitur: ac ſtrenue abſq; mordacitate exſiccat. Vnde ſanguinem cohibere, carnẽ producere, aduſtioni mederi, & ſimilia præſtare poteſt δὶς διὰ πασῶν, vt dici ſolet ab ijs diſtantia; quæ viua aut in ipſo extinctionis actu poterat.

De Gipſo. *Cap.* 7.

Gipſum terræ maſſa eſt notiſsima, quæ in laminas pellucidas diffringitur, quarum puriores & magis perſpicuę ſunt alumẽ ſcaiolæ, & plinthites Galeno dictum, vt prius, vbi de alumine docuimus. Coquitur, & coctum cęmentitio operi veluti calx accommodatur, ſed huic emplaſtica vis maior. Refrigerat & ſiccat vltra ſecundum gradum, vim maximã habet adſtringendi, obſtruendi, glutinandi à vi emplaſtica. Hinc ſanguinis eruptiones ſudoreſq; cohibet, ſed potum ſtrangulationis modo iugulat.

F *De Bitumine.* *Cap.* 8.

Aſphaltos Gręcis, Latinis Bitumẽ, ſpuma quædam eſt aquis ſponte naſcentibus innatans: & molle quidem eſt dum innatat, poſtea vero reſiccatum pice ſicca durius efficitur. Optimum bitumen in mari, quod mortuum vocant prouenit. Eſt autem id ſtagnum ſalſum in cæle, hoc eſt, Caua Syria. Cæterũ medicaminis ipſius vis eſt tum reſiccatoria, tum excalfactoria in ſecundo ordine. Merito itaq; eo vtuntur ad glutinationes vulnerũ cruentorum, & ad alia omnia quæ exſiccari debent cum modica excalfactione. Hæc Galenus. Sunt qui etiã è montibus quibuſdam bitumen putent ſcaturire, & idem in lacubus vt limum inueniri, pręſertim in lacu Iudęę. Et ideo Gal. primo eius meminit, quod in Apollonia Epiri vrbe fit, ſub quo etiam Iudaicũ intelligit. Poſtea de eo quod in Caua Syria diſſerit: hoc autẽ in mari mortuo naſci inquit. Mare autem

autem mortuum nũcupatur lacus ille. Mare ob
falſedinem, mortuum ob minimum motum.
Qui nuper terram ſanctam deſcripſere, Iudææ
lacum & cæle Syriæ idem faciunt. Strabo lib.17.
ſuæ Geographiæ Sirbonis lacum vocat ambitu
mille ſtadiorum, longitudine ducẽtorum. Hoc
in lacu Sodoma & tredecim vrbes huic vicinæ
ſubmerſę fuere, picis odorem refert: & id eſt quo
Syriaci pauperum mortua corpora condiunt, vt
imputria diu ſeruentur. Id deinde ad nos adfer-
tur, & à noſtris Mumia vocatur, cum ſit aſphal-
tum iudaicũ. Ditiorum vero corpora balſamo,
myrrha, croco & ligno aloes condiunt. Scribit
Dioſ. in Sicilia in agro Agrigentino liquidum
bitumen fontibus ſupernatare, quo incolæ ad lu
cernarum lumina vice olei vtũtur. Et Sicilicum
oleum falſo appellant, quandoquidem liquidi
bituminis genus eſt. A noſtris Petroleum & ſter
cus diaboli appellatur, ob mirũ illius fœtorem.
Hoc partim ex Siciliæ agro illo Agrigẽtino, par
tim ex Liguria, partim ex loco in Neapolitano
agro, vbi vulgo dicitur il tocho, ac potiſſimum
ad nos ex hoc loco adfertur, & Sicilicum alijs mĩ
nus fœtet. Petroleũ vero quia è petra ſcaturiat,
& ſaxoſis montibus vocatur: à quibus deinde in
fontes aut vicina flumina defertur. Pharmaco-
pęi ſæpenumero petroleum hoc, ideſt bitumen
liquidum, igne vel ſole induratum pro aſphalto
ſeu bitumine vendunt, & eſt non tamen Iudai-
cum. vis omni bitumini ineſt diſcutiendi, gluti-
nandi, emolliendi, calfaciendi, & exſiccãdi, vſq;
ad tertium gradum, ſi Auicennę credimus. Qui
à Galeno non diſſentiet, ſi in fine ſecũdi, vel ini-
tio tertij calfacere & ſiccare id dixerimus.

De Aere. *Cap. 9.*

AEris ſubſtantiam nulla deſcriptione ape-
riendam iudicamus vt pote omnibus no-
tam. Vt ferunt, ſi ijs citra demõſtrationem fides
eſt habenda, inter metalla argẽti viui plus quàm
oporteat habet. rubeum colorẽ ex ſulfuris abun-
danti commiſtione accepit. Siquidẽ hoc rubore
delinitur ex valida ſubſtantiæ ſulfuris ſęculentæ
aduſtione. Argumẽnto eſt ꝙ ab ære multum fæ-
cis reſoluatur, & in igne multum euaporet. Vim
illi tribuunt calfaciendi & exſiccandi, etiam in
tertio gradu: abſtergendi, reſoluendi, incidendi,
& aſtringendi, immo & carnem producendi, ſi
vratur & lauetur. At de vſto veluti nec de eius
flore & ſquamma nil dicere ſtatuimus, quia pro-
poſito ſermoni nil congruit.

De Ferro. *Cap. 10.*

FErrum metalli genus viliſſimũ mortalium
vſui tamen, ipſo auro magis neceſſarium:
A ſiquidem ſine ferro nec terram poſſemus fode-
re, nec arare, nec ſegetes colligere, nec triticùm
molere, nec vitem, nec arborem amputare, nec
ædificare, aut ſimilia humanæ vitæ neceſſaria
agere. Ferro imperia conſeruantur & augentur,
iuſtitia regitur, tuetur innocentia, reproborum
audacia coercetur, ciuitates defenduntur, inimi-
ci propulſantur. Sine ferro nulla ars, nullũ ferè
opus mechanicũ exerceretur. Minori in precio
habetur, ꝙ maiori quantitate inueniatur, & im-
purius ſit. Nam ſcribitur ipſum generari ex ar-
gento viuo terreſtri, ponderoſo, lutulento, val-
de immundo, & ex ſulfure terreſtri ac immun-
do, ipſo ſulfure dominante. Propterea eſt inflam
mationi paratum. Atq; ex huius virtute cõuer-
titur argentum viuum in ferri ſpeciem. Porro
propter ſulfuris aduſtionem ſquammoſum eſt,
B rubiginemq; facile contrahit. Pars ſulfuris ter-
rea atramẽtoſa eſt. Propterea limatura eius con
fert nigredini atramẽti, nec ab humore vnctuo-
ſo eſt purgatum: vnde calorem facile ſuſcipit, &
ſuſceptum diu retinet. Pręterea argumento eſt
multa ſcoria, quæ ab ipſo deciditur, atq; eo maxi
me ꝙ frequenter, vt quædam grana nigra in ter-
ram effunduntur. Hinc fit, vt non liqueſcat vt
cætera metalla, ſed tantum molleſcat. Quod il-
li ineſſe exiſtimatur, quia ſupra alia metalla ter-
reæ ſubſtantiæ plurimum habeat, aereę, humidę
& aquoſæ quàm minimum. Vnde hac ſua ter-
rea & elementari ſiccitate tantam acquirit duri-
tiem, vt inſtrumentis ex eo confectis alia metal-
la domet, concutiat, dilatet, & cõprimat. Hinc
ferrum à ferio dictum volunt, ꝙ alia omnia feri-
re queat. à nullo autem diuerſi generis melius q̃
C à ſeipſo feriri. Vel vt Iſodorus ferrum, quia farra
ideſt ſemina noſtra arando iuuet. Durius red-
ditur extinctione in aqua, quare ſi mollius deſi-
deras, oleo ſemper candens extingue. Chalybs
autem ferri alia ſpecies non eſt, ſed eius ſubtilior
pars & aquoſior ꝑ deſtillationẽ à ferro ſeiuncta.
Quæ vi ignis purior, cãdidior, durior, & opibus
aptior redditur. Eſt aũt maximus delectus in
chalybe optimo cõficiendo cum aquarũ, tũ mo-
di imerſionis. Eſt aũt ferri vis, quã hic conſide-
randã ſuſcepimus, talis. Refrigerat, vt quidã vo-
lũt, ſecũdo gradu, ſiccat tertio, vehemẽter aſtrin
git. Sic chalybs & ferri ſquãma ijs minus ſcoria.
Vñ aqua in qua horũ duorũ alterũ cãdens ĩmer-
ſum fuerit, vſui medico ẽ frequẽtiſſima ad deſic
candũ, aſtringendũ, & humorũ defluxũ à qua-
cũq; parte ꝓhibendũ. Quinĩmo & inteſtinorum
in ſcrotũ delationi, quã Enterocelen vocant, irri
gatione cum ſpongia ſummo eſt remedio.

De Auro. *Cap. 11.*

AVrum metalli genus hominum opinione preciosissimum, et veluti ferrum, idest ex quo infinita fieri dicebamus: sic aurum, idest sine quo nihil excellentissimum fieri potest: & propter quod nil non turpe à malis hoibus perpetratur. Vñ Vergilius sic cecinit Aeneidos.iij.
Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?
Atque cur cæteris anteponatur metallis causam non video, nisi ꝙ rarius inuētu, & purioris substantiæ est: adeo vt neq; rubigine, neq; situ obducatur, neq; vi ignis multum cōsumatur. Nil autem aliud est aurum q̃ argētum viuum purum, condensatum, purissimam sulfuris partem actu recipiens. Magna est auri varietas non specie, sed perfectione tantum seiuncta. Rarus est illius in re medica vsus, nisi fortasse quibusdā ad melancholiam propellendam, non, vt Auic. scribit, in puluerem redactum & haustum, sed magna copia muneri datum. Quæ etenim, quæso, ratio, cur cor & animalem facultatem exhilarare & iuuare debeat, cū ex argento viuo & sulfure constet: quorum vtrunq; haustum veneni naturam refert? Plinio & alijs quibusdā placuit, eius puluerem vlcera puerorum, fistulas, & lichenas sanare, quod cum minima mordacitate exiccet, & abstergat. Ad id tamen & efficaciora minoris precij habemus. Desinant igitur Medici nostri temporis destillatis aureos coronatos incoquere, nisi putēt sudores & sordes manuum eorum, qui eos contrectarunt, ægrotātibus esse auxilio. Siquidem coctione nil aliud ex illis deciditur. Quod si quippiam deciditur, & id sicut cætera metalla perniciosam naturam habebit. Præterea in eo principiorū mistio firmior est, quàm quæ à calore nostro possit dissolui.

De Plumbo. *Cap. 12.*

PLumbum facultatis est refrigeratoriæ, siquidem nō modo multam habet substantiam humidam à frigore cōgelatam, coactamq́; sed & aeriam, paucam autem terream. Igitur quod plurimum habet essentiæ humidæ à frigore coactę, indicium tibi esto, ꝙ vbi admotum est igni, celeriter fundatur fluatq́ue. Quod vero & aeriæ sit particeps, hoc habeto signū. Omnium quæ nouimus, vnicum plumbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in ædibus subterraneis, aerem habentibus turbidum: ita vt quæcunq; illic ponantur, situm colligant. Multa alia Galenus adfert argumēta, quibus hanc eius facultatem probet. Quę omnia breuitatis studio omittimus.

D *De Balneis, & primo de Balneo Aponi.* *Cap. 13.*

ITalia omnium aliarum regionum olim princeps & domina, Venetias habet florentissimam ciuitatem, quæ Reipublicæ libertate, & ordine cū Romana illa republica certat: huic subdita est proxima ciuitas primum Antenorea dicta, nunc Patauium, vel Padua. Quæ vt illa omnium mercium, sic hæc omnium virtutū totius Europæ emporium est luculentissimum. In huiusce vrbis Diœcesi septem sunt balnea Aponi, Sācti Petri, Domus nouę, Montis Grotti, S. Bartholomæi, S. Helenæ, Montis Orthonis. Imprimis igitur de Aponi Thermis dicamus. Rus est Aponus dictum à Padua quinque ferè milliaribus distans. De quo Lucanus,
Euganeo, si vera fides memorantibus, augur
Colle sedens Aponus, terris vbi fumiger exit.
E In huiusce ditione in partibus à ciuitate remotioribus versus montem S. Danielis nomine insignitum, è planitie monticulus quidam leniter effertur, in cuius summitate scaturiēs aqua iam multis sęculis feruentissima est inuenta. Locus hic procul est à vallibus, feracibus cāpis vndiq; circundatur, sub dio expositus, quaquauersum detectus, vndique à quatuor cœli partibus ortu, occasu, septentrione & meridie æqualiter difflatur. Loci huius situs monticolis saluberrimis iudicaretur, nisi aquarum hincinde emanantium riuuli sæpenumero putredine correpti, fœtidis vaporibus aerem inficerēt. Præcipua lauacra humano vsui accōmodata sunt, in cacumine montis lacuna quædam aquæ adeo feruentis, vt sępenumero non sit vsui, siquidem intensa illius caliditas nequit tolerari. Deinde in infima montis
F parte quæ orientem spectat, multa adsunt lauacra à diuersis riuulis constituta, remisso iam ex eo itinere aquæ feruore. Omnes tamē illi riuuli ab eodem fonte eructāt. Atq; ex ijs lauacris quędam vndiq; parietibus munita seruantur, alia in propatulo exposita venti & plebi peruia relinquuntur. In huius balnei fodina explicanda, velut & aliorum omnium cum ex mea experientia, vt in Aquensibus feci, nil dicere possim, ne temerarius aut parum spectatæ fidei lectori videar, nominatim meos authores recensebo, vt quisq; qua illos fide dignos putat, eā illis tribuat: Aut sapientius multo agat, cū balneo erit vicinus, diuinum imitetur Galenum, qui simpliciū medicamentorum facultates ex aliorum & sua opinione recensere non fuit cōtentus. Sed prius quinque libris edocuit ad id demonstrandum accommodata principia ex sapore, odore, colore, & alijs quæ aut sensui aut intellectui ita sunt manifesta,

manifesta, vt ipsa ex alijs fidem nō accipiant, sed ipsa alijs fidem faciant. Cumq; Aristoteli primo Posterioris resolutionis, tria sint principiorum genera, Proloquia, postulata, & definitiones. In hoc demonstrādi genere, quo rerum facultates medicæ explicantur: etiam si principia, quibus vtimur, dignitatum & definitionū nomen omnia non promereantur: nemo tamē erit, qui inficiari possit, quin maxima illorū principiorum pars certissima & verissima medica postulata sint vocanda. Quòd si quispiā tam delicati palati est, vt etiam hoc cognitionis genus à demonstrationis noīe reijciendum putet, is se nihil scire fateatur, is methodicam & λογικὴν, hoc est rationalem Galeni viam relinquat. Peironeorū sectæ seipsum deuoueat, aut si id auersatur, credat Aristoteli scribēti per causam remotam effectus demonstrari, & ex effectibus causam demonstratione, qua rē sic se habere demonstramus. Et tali docendi genere in philosophię secretis peruestigandis se vsurum præfatur, initio libri primi Naturalis auscultationis, dum à notioribus nobis cognitionem exordiendam scribit. Siquidē paucissima demonstratione quamobrem aliquid sit ostendente, explicari possunt. Nec nobis videtur tam accommodata, vt illa, q̃ ab ijs quę nobis ignotiora sunt, initium sumat. Sed vlterius q̃ par sit sermo noster diuagatus ē. Huic sermoni suus erit locus in libris demōstrationum, quas in medendi Methodum paramus, vbi eorum inscitia detegetur, qui nullum aliud eruditionis genus esse existimarunt, q̃ multas authoritates memorię infixisse. Nos postq̃ iam quinquennio Logicam professi sumus in hac nostra Taurinensi ciuitate, nostri muneris arbitramur ostēdere, qua in caligine versentur, qui citra exactam Logices exercitationem in Galeni operibus versantur, admonitionis ipsiusmet Galeni toties repetitæ immemores. Qui igitur volet alicuius balnei fodinam scire, non mihi, aut alijs legislatorum ritu sancientibus, non demonstrantibus credere debet. Sed discat capite penultimo à me, aut ab alijs, propositas fodinæ examinandæ methodos, deinde in quibus volet balneis certā nanscisci cognitionem eas exercebit. Verū ad fodinam thermarum Aponi iam nos tempus reuocat. Scribit Bartholomæus Montagnana vir magis laboriosus q̃ eruditus, per causas, & per effectus illi innotuisse, vel à priori, & à posteriori, vt ille scribit, aquā illam sulfuream esse quippiā immistæ calcis habens. Suæ opinionis nullam aliam rationem adfert præterquā q̃ facta per ipsum eius aquæ destillatione maximam fæcis seu residen-

A tiæ sulfur esse inuenit. parum vero cineris, velut si calx in aqua coqueretur. Sauonarola autē, qui Patauinus erat, aliter sensit, & varijs rationibus nec parui momēti suam sententiam confirmat: scribens gustu aquam hanc salsam & aluminosam comprehendi, & visu sulfuris ac cineris portionem aliquam. Siquidem in eius progressu per riuulos quosdam lapidosos ab eius fęculenta parte productos maxima comprehenditur eius pars aluminosa & salsa. parua autem sulfurea. Nam color croceus sulfureus licet superficialis, ijs in locis sic apparet, veluti in iride comprehenduntur, in qua croceum, rubeum, viridē, cęruleum cōspicimus. Quòd si maior fodinæ pars sulfurea foret, cum sulfur multa tenaci & viscida substantia supra cætera mineralia abundet, color citrinus appareret: quod tamen falsum esse in hac

B aqua, ipso visu iudicatur. Præterea cum sulfuris odor, aliorum mineralium odore magis fœteat, & peius oleat, odoratus sensu comprehenderetur: at is eo loci non percipitur. Nam in balneis in quibus sulfur ita reliqua vincit, vt ab eo denominationem accipere debeāt, duo hæc conspiciuntur, color citrinus, & odor sulfureus, vt in balneis de Petriolo, Siculis, & cæteris talibus. Qua de causa balnea illa non esse sulfurea asserit, sed aluminosa, plus etiam salis quàm sulfuris habentia, ob idque eas vires & facultates habere, quas in horum simplicium viribus recensuit: ex quibus infert eos perperam censuisse, qui existimarunt ea à prædominio sulfurea esse. Deinde addit, fuit aliquorum opinio balnea omnia Paduana eiusdem esse fodinæ: quam non accuso, cum omnia ferè sibijnuicem propinqua sint,

C & quasi vno aspectu participantia. Nam ea salsa, nitrea, partim gipsea ac cinerea pronunciauerunt omnia. Etiam semper recolendæ memoriæ vir doctissimus ac prope alter philosophus Ioānes de Dondis Patauinus iuxta balnea montis Groti, & balnea S. Petri, de quibus infra domum construxit, ac instrumenta præparauit, vt ex ipsa balnearum aqua salem albissimum conficeret, & in quantitate notabili. Quod opus efficax argumentum fuit, vt sic opinaretur balnea illa cinere ac sale, & gipso participare. Nam (vt dictum est) nitrum naturam salis sapere videtur & cinis, cum ipse cum aqua salem cōficiat. Addo præterea quoniam videmus in balneis sic sulfureis ingeniari homines sulfur conficere, vt in Petriolo, & in balneis Siculis. In his autem hoc minime fit, aut fieri potest: quoniam si id fieri possibile fuisset, virum tanti ingenij opus hoc non latuisset. Et quoniam vt ex sententia Arist.

dicebatur, omnia talia aliquali sulfure participant: & etiam hæc aqua Aponi ab eo non omnino vacua est: nec tamen in sapore sulfuris comprehendetur. Sed cum sulfure sic participet, facile sic mihi persuadeo, ipsam magis aluminosam esse. Habet & aliquid calcis, quoniam calx, vt dictum est, species est cinerum. Verum cũ multo colore citrino, ac odore, & sapore sulfuris omnino priuata sit, arbitror dicendum nequaquam à prædominio sulfuream esse. Nam in sulfureis à prædominio hæc tria reperiuntur: vt in balneis Petrioli & Siculis est videre. Præterea cum sulfur multũ habeat de vnctuoso & aereo: vt de ipso dictum est, aliquid ipsius in superficie aquæ compreheuderetur: quod in igne missum arderet, vt in cæteris talibus, quod minime in ea reperitur: ipsa enim clara est, & ab omni vnctuositate & citrinitate purgata. Quibus relinquatur salsa & nitrosa, vt sapor eius manifestat. Aluminosa magis, vt in riuulis comprehenditur. Cinerea ex adustione & à sulfure vt cæteræ non absoluta. Et huius opinionis visus est esse Gentilis, sed de hoc magis infra in de balneo montis Groti. Hactenus Sauonarola, cuius non solum sententiam, sed & ipsa verba recitare voluimus: vt quanti sint ponderis, quisque iudicare possit. Porrò in hac opinionum varietate Galeni rationalem viam aggredi oportet: vniuersales methodos, quas nos peculiari capite recensebimus, edi scere: deinde in particularibus aquis, quibus es vsurus, eas exercere. Quibus in morbis sint vsui hæ Aponi thermæ nunc tacebimus, ne eandem rem decies repetere cogamur, & omnẽ methodum præuertamus. Recensebimus igitur vno in loco, qui morbi à sulfureis iuuari possint, qui ab aluminosis, qui à nitrosis, & sic in cæteris, & sulfurea, aluminosa, aliaq; breuiter repetentes nominabimus. Sic enim non solum hæc narrabimus, sed quantũ rei certitudo admittet, demonstratione stabiliemus.

De Thermis sancti Petri. *Cap. 14.*

A Dictis Aponi thermis orientem versus ambulanti ad milliaris distantiã rus aliud sese offert pulcherrimum, situ & fertilitate gratum, è cuius orientali planitie alius monticulus ad mediocrem altitudinẽ sese offert. In huiusce montis cacumine aqua feruentissima scaturit orientalem & septentrionalẽ oram versus riuulos transmittens. Atque ciuitatem versus palus est rotunda, eas aquas oẽs in seipsam recipiens, & earũdem caliditatem conseruans. Locus hic incolis iucundus & saluberrimus foret: nisi vt in Aponi balneo aqua illa corrumperetur, & cor-

D rupta aerem inficeret. Augetur etiam hæc aeris insalubritas colliũ multitudine, quibus vndiq; locus ille occupatur. Sunt autem hæc balnea aluminosa & salsa multum, quorum virtus narrabitur vltimo capite, vbi de omnium virtute differemus.

De Balneis Domus nouæ. *Cap. 15.*

A B hoc sancti Petri balneo meridiem versus ad semimilliaris distantiã progredienti, alius sese offert monticulus iam dicto paulo altior, è cuius occidentali & aquilonari regione aquæ eructant, præsertim in aquilonari parte maxima copia scaturiunt, admodum salsæ & feruentes, & in planitiem decidunt vndiq; monticulis & vallibus obsitam, fossis, paludibus, fontibus, ac riuulis tam frigidæ quàm calidæ occupatam. Huius aquæ salsæ non exigua portio in
E domum Io. de Dondis Philosophi Patauini à paucis annis eius iussu constructæ defluens ini bi colligitur, & in salem Philosophi illius Domini Cariensis, ac aliorum industria conuertebatur, aut in ipsa, aut in lacunis illi vicinis. Locus ille ob vaporum multitudinem, varietatis aquarũ cõmistionem, & aeris exiguam difflationem insalubris iudicatur. Ab hac domo domus nouæ appellationem balneum accepit. Est autẽ aqua hæc salsa admodum, aluminis plurimum, calcis & cineris vt reliquæ aliquid habens.

De Balneo montis Grotti. *Cap. 16.*

A Supradicto balneo cõtinuato meridiem versus itinere, à balneo Aponi ferè duobus milliaribus oppidum inuenies, cui ad occidentalem partem mons est amœnissimus, quẽ cum ob balnea, tum ob aeris serenitatem ægro-
F tantes frequentant. Vnde monti & oppido corrupto nomine montis Grotti appellatio est indita, cum mons ægrotorum sit dicendum. Locus iste procul ab occidente orientalem partem spectans, à meridionali cõtegitur: alijs salubrior iudicãdus, quòd orienti sit apertus. Non procul ab oppido mons ẽ supradictis altior, è quo multi diuersarum aquarum riuuli hinc inde emergunt. Magnus quidam prope oppidi templum præterlabitur, in plures diuisus partes pluribus sufficit lauacris cum occultis, & contectis, tum detectis, & sub dio in propatulo expositis. Huic alius vicinus est aquæductus orientalem magis oram versus, à quo prope prædictum lacuna colligitur, quam balneum equorum appellant. His locis finitima quãplurima adsunt lauacra, à diuersis fontibus aquam recipientia. Huius fodina vt reliquorum Patauinorum balneorũ est aluminosa, salsa, gipsea, cineris non expers: verũ

supra

supra alia hæc montis Grotti balnea aliquid sulfuris accepere. Cuius portio & vis tanta est, vt sulfureorũ vis illis sit attributa, præsertim illi fonti, à quo balneum equorum appellatũ emergit.

De Balneis Sancti Bartholomæi. Cap. 17.

A Padua ad duodecim milliarium interuallum olim ædificatum fuit tẽplum cum xenodochio diuo Bartholomæo dicatum, à quo hæ thermæ nomen accepere. Locus ille inhabitatus est, nisi religionis, aut morborum causa eo concurratur. Collibus vndiq; cingitur, nisi qua meridiem spectat. Ab horum montium lateribus varijs in locis aqua emanat, in planitie paludem constituens, nullo vt alia Patauiensia lauacra substratam pauimento, sed lutosam adeo, vt parum tutum sit cœni mollitiei & profunditati sese cõmittere. Siquidem molle admodum est, pingue, ad nigredinem declinans, adeo vt pix liquida videatur. Aqua ipsa vix duorum pedum altitudinem superat: hyeme & vere calorẽ adeo remittit, vt vix à Iunio mẽse ad mediũ Septembris vsui esse possit: ita tamen vt non modo præsentis, sed & præteritæ temporis constitutionis rationem habeamus. Quandoquidem inundantium aquarum copiam situs ille facile recipit, à quibus vim suam immutari necessum est. Quare omnibus tẽporibus non vt aliorum balneorũ aqua calfacit & exsiccat, sed humectat. Siquidẽ non vt in cæteris alumen & sal reliqua superãt, sed bitumen, deinde sulfur, nec tamen alumine, nitro & sale carent. Quod autem bituminis & sulfuris vis aliorum mineralium facultatem vincat, vel hoc vno argumento est manifestum. Quòd omnes qui de eo scripsere, non modo lutum, sed & aquam lentam, crassam, & tactu mollificantem fateantur. Atq; in nodis, in schirris, & induratis neruis, vel partibus tantæ virtutis scribitur, vt supra omnem hominum opinionem ea mollire possit. Quæ omnia cum illis tribuant omnes scriptores, qui fieri potest vt aluminis astrictoria vis superare dicatur, cum illi contraria nempe mollificans insit?

De Balneo S. Helenæ. Cap. 18.

A Patauio milliaribus septẽ, ab Apono tribus distat balneum quoddam, cui à diuæ Helenæ templo denominatio est indita, cuius templi vix veteres quidam superstãt parietes, in summo colliculi cuiusdam positi, vndiq; collibus quasi vallo vallati. Emergit autẽ aqua hæc ab occulto fonte ex ea quæ orientem spectat huiusce montis parte, lauacra constituens: quorum vsui domus est ædificata, satis quidem superbi ædificij, sed parum commodi situs. Apud hunc A mõtem qua meridiem respicit, stagnum est, aerem putridis vaporibus inficiens, & locum insalubrem reddens. Horum fodinam quidam sulfuream esse volunt ab ipsius caliditate persuasi, aluminis & cineris non expertem. Alij vero aluminosam cinere, sale, nitro, participantem. Nam sulfuris hæc quantitas, vt aiunt, neq; visu, neque gustu, neq; odore percipitur: sed in hac ea conspiciens, quæ in balneo Aponi. immo & caliditatis gradum eundem facto periculo inuenere: vnde quæ eo loci scripta sunt, satisfacient: ibi etenim hęc contrarietas agitata est. Aquam tamen hanc illa potentius aliquantisper calfacere, exsiccare & resoluere putant.

De Thermis Montis Orthoni. Cap. 19.

AB Orthono viro Patauino armis, & rerũ gestarum fama præclaro, montem quendam nomẽ Orthoni accepisse ferunt. Hic mons B in medio multorum colliũ positus est: quorum duo scriptorum beneficio insignes sunt, ex vna parte mons rubeus, vbi olim Euganeam ciuitatem ædificio & opibus superbam triumphasse legitur, ex altera mons sancti Danielis, tũc Deæ Cereris templum cognominatus, qui montes à septentrione & occidente ab his lauacris aeris iniurias arcent. Qua vero oriẽtem & meridiem spectant nil obuium habent, quod flatus intercipiat. Ab hoc Orthono monte aquæ scaturiũt calidissimæ, à quibus in planitie his montibus cõtigua paludes collectæ sunt, aquam, lutum & facultates habentes, non multum absimilem à balneo S. Bartholomæi. Locus hic inhabitatus omnino perseuerasset, nisi à paucis annis Patauini Virginis, (vt fertur) apparitione commoti C Diuo Augustino templum cum Augustinianorum collegio cõsecrasient. Aer ibi impurus est, inficitur enim ab illis stagnis. Hęc aqua lenta & viscida est, sulfur, sal, & alumen habet. Diuturnis morbis à causa frigida & humida, veluti nodosæ arthritidi, duritiei splenis, hydropisi, & similibus morbis præsentaneo est remedio. Sed hæc præter institutũ: his etenim enarrandis suus seruatur locus.

De Thermis Porretensibus. Cap. 20.

IN Italia in comitatu Bononiensi à Bononia summi pontificis ciuitate opibus & ædificijs supbissima, quadraginta milliaribus distãt quædam balnea, quę della Porretta vulgo dicuntur. Horum scaturigo à duobus saxis est & latis montibus ad meridiem situatis: quorum in medio, vt aiunt, salis riuulus amplus est, & per duos canales duorum montium aqua sic defluens balnea duo constituit: vnum à dextris, alterũ à sinistris.

Ex

Ex finistro versus orientalē plagam fumi exeūt, D & vapores clari, ad rubedinem vergentes. Locus ille silvestris est alpibus Pistoriensibus propinquus, ob quarum viciniā adeo alget aer, vt vsui esse non soleant, nisi à .xv. Iunij ad primam Septembris. Harū fodina aluminosā est, & parum sulfurea, salis, & nitri non expers. Nec vt fodina hæc, sic harum virtus multum ab Aponi balneis dissidet, nisi q̄ hæc remissioris est caliditatis. Vñ si quæ eo loci dicta fuere perlegeris, non solum harum naturam contemplaberis, sed & eorum opinionem, qui inibi sulfur reliqua vincere existimarūt, erroneam iudicabis. Est autem de ijs balneis inueterata quædam persuasio, q̄ virtutis sint admirabilis, adeo vt nullum nō morborum genus ex horum vsu profligari ferant. Atq; cum id manifestis qualitatibus acceptum referre nequeant, ad occultam proprietatem confugiunt. E Sed nos breuitatis studio his erroribus confutandis proprium reseruamus locū, eo capite, in quo docebimus quinam affectus ab horum vsu curari possint, & à quibus. Sine cuius diligenti cognitione inutilia sunt quæcunque hactenus diximus, & dicentur.

De Thermis Romandiolæ. *Cap. 21.*

Romandiola Italiæ regio est à veteribus Flamminia vocata, cuius vrbes sunt Ariminum, Cesenna, Rauenna, & Ferraria. In hac Romandiola castrum est illorum idiomate santa Maria in bagno nuncupatum, huic castro finitima sunt tria balnea sibijnuicem adeo contigua, vt ab eadem scaturigine emergere videantur: siquidem illa solus lapideus paries dispertit. Primum balneum de Turri dicitur. Secundum F balneum medium, vel alijs suo idiomate il bagno de poltroni: q̄ scilicet nebulones, segnes & ignaui soleāt scabie & pustulis vexari, quibus curandis hoc medium balneum accommodatissimum existimatur. Tertium balneum dominarū vocatur, quod aduersus vteri affectus, q̄bus matronæ plurimum angi solent, miros et incredibiles effectus præstare credatur. Fodinam harum thermarum sulfuream esse scribitur, ferri, ac æris non expertem. Sunt tamen qui velint balneum de Turri dictum sulfureum esse & aluminosum. Balneum vero mediū magis aluminosum quàm sulfureum, & temperatæ caliditatis. Calfacit autem vsque ad tertium gradum, etiam si ferri frigiditas renitatur. Siccandi autem vis caliditatem æquat, vel potius superat. Sed hæc ex Sauonarola, cuius errorem in limitandis ordinibus vltimo capite discutiemus.

De Thermis Vrbis Lucæ. *Cap. 22.*

Luca Italiæ ciuitas Thuscorum mediterranea à fortunatis distans gradibus triginta tribus: tria habet balnea, de Corseno, Rubeum, & de villa. Corsenū rus est à ciuitate quindecim milliaribus distans, ibi finitimus est fons, à quo duo lauacra emanant, pariete quodam à seinuicem seiuncta: quorum vnum scaturigini proximius calidiorem aquam continet alterum remotius minus calidā, vt diuturnior in eo mora contrahi possit. Aqua hæc limpida admodum est, tactu calidissima, omni extraneo sapore ac odore carēs, qua illius loci incolę, panem pinsunt, carnes decoquūt, veluti de aqua Balneorū Aquensium, libro primo narratum est. Eorum quæ illa aqua conficiuntur esus sitim inducit. Qualis sit huius fodina parum inter doctos conuenit. Gentilis ipsum sulfureum, aluminosum & nitrosum esse pronūciauit. Vgolinus vero de monte Catino, cui huius balnei vsus multū familiaris fuit, ipsum scribit aluminosum & salgemosum, ita vt vnum alterum nō superet: pauca aut minima sulfuris quantitate participantem. At in harum opinionum varietate veritatē secernere balneo assistenti non erit difficile, si eius non sit inscius methodi, cuius meminimus, dum loqueremur de Aponi balneis. Iuxta balneum hoc sudatoriū adest ad præparandū lauacro corpus accommodatum, aut detergendis à balneo cutis recrementis. Secundum balneum rubeum nuncupatum extra circuitum villæ est. Cuius fodina ænea est, parum aquæ habens, & exiguæ caliditatis, quam calfacere oportet, si vsui esse debet, nunc nullo habetur in precio. Tertium balneum de villa vocatur, à Corseno milliari distans. Lauacrum est in putei formam, in quo solum tres personæ stare possunt. Eius fodina ferrea est, debilis actionis, dulcis aquæ instar illud esse asserūt. Ob idq; rarus est illius vsus veluti & rubei. Affirmant tamen aduersus calidam renum aut hepatis intemperiem fœlicissimum esse illius vsum, & id sitim tollere, cuius inducendæ & augendæ vis, alijs est indita.

De Balneis Pisarum. *Cap. 23.*

Pisa colonia & ipsa in Thuscorum tractu, vrbs est clarissima. In huius ditione quinque sunt balnea, balneū vetus, Saniæ, Sanorum, Reginę, et balneum de aquis. Balneum vetus est inter ciuitatem Lucā, de qua supra, & Pisarum, iuxta montē sancti Iuliani, reliquis celebre magis & vsitatum. Ex isto constituitur & aliud balneum, dominarum nuncupatum. Huius fodina aluminosa est, sulfuris non expers. At cum in

valle

valle sit paludosa multũ & cœnosa eo confluunt aquæ aliæ, quarum permistione earum vis & effectus retunditur: præsertim vbi aquarũ inundat copia, qđ balneo S. Bartholomæi & alijs pluribꝰ contigit. Secundum balneum Saniç dictum, vehementer sulfureum est. Tertium sanorum nuncupatum, quod etiam sani sæpe in eo lauẽtur, vt primum vtriusq; est particeps aluminis & sulfuris. Balneum Reginæ dictum aliquanto interuallo ab istis seiungitur, ab vrbe tribus milliaribus distat, muro vndique cingitur. Huius fodina ferrea est aluminis aliquid habens. Ab isto ad trium milliarium interuallum, apud templum vbi conuentus est fratrum de Agriano, in vallibus & paludibus situm est balneum quoddam aquæ frigidisſimæ. Cuius fodinam marmoream hoc argumento asserunt, q; montes illi marmorei sint. Huic vim inesse ferunt steriles mulieres prolificas reddendi, verum non est in vsu, nec, mea sententia, esse deberet. Quintum à ciuitate sexdecim milliaribus distat, Lauacrum est amplum: aqua limpidisſima, fundus arenosus. Fodina ferrea & aluminosa. Non absimile multũ est à balneo Auinionensi in comitatu Senarum, de quo post dicemus, illo tamẽ minus calidum est: scaturit.n. à substantia rariori. Summa animaduersione dignum est huius aquæ qualitatem ita aliquando immutari, vt toto illo anno non solũ inutilis, sed & nocua reddatur. Id ab incolis discendum, qui id discernere, vel ex hoc vno indicio nouere, q; eo anno Martio, & Aprili mensibus multum turbetur, & croceum recipiat colorem, à quo æneam tunc quidam iudicarunt. Atq; id non solum huic, sed & multis alijs euenit. Qua de causa memoriæ est infigendum, & à medicis balneo vicinis, aut, si desint, ab incolis scrutandum priusq; illo vtaris.

De Balneo Volaterrarum. *Cap.* 24.

A Volaterrarũ ciuitate ad milliariorũ sexdecim distãtiam, plurima adsunt balnea, arte lauantium commoditati & securitati fabricata: siquidem locus is sterilis & inhabitatus est. Ex ijs balneis tria sunt ab eodem fodinæ genere emanantia, nempe ab alumine multo & pauco sulfure. Extra murorũ ambitum balneum aliud adest fodinæ ferreç. Ab hoc loco ad duorum milliariorum distantiam ingentia sunt stagna Lacones à populo vocata, in quibus mirabilis ebullitio, ascendentiaque superficiem vsque cum rumore & impetu corpuscula conspiciuntur. Admiratione dignum est, quòd ferant tot tamq; malignos vapores ab his exhalare, vt illac volantes aues in illos cadere & comburi cogãtur. Vim

A referunt salis, aluminis, & sulfuris, adeo vt ex eis aquis, fiat sal, alumen, & sulfur magna in quantitate. Quo argumento colligit Sauonarola eos falli, qui sulfur in multis balneis reliqua superare affirmãt, etiam si in illis nec manifeste videatur, nec ex illis confici posſit.

De Thermis Senarum fama illustrioribus. *Cap.* 25.

In eadem Thuscorum Italiæ regione, Senarum vrbs est, quæ olim respublica, à paucis annis suorum ciuium discordia amissa libertate iugo Cæsaris paret. Ab hac ciuitate milliaribus quindecim distat castrum quoddam, à quo balnea de Petriolo illi finitima denominationẽ accepere. Hæc sunt cæteris excellentiora. Quarum fodina sulfurea est multũ & aluminis particeps. Sulfuris quantitatem nõ exiguam esse argumen

B to est odor sulfuris, qui ad medij milliaris interuallum sentitur, & innatans sulfurea & vnctuosa spuma, quæ igni iniecta ardet. Vnde asserunt ea, etiam quartum calfaciendi & siccandi ordinem attingere, potenter humiditates dissecare, extenuare, & resoluere. Nõ procul ab hoc balneo flumen præterfluit Farina nuncupatum, cui vicinum est aliud balneum exiguæ caliditatis, in quo qui à mitioribus ad potentiora progrediuntur primum se lauant. Huic & aliud propinquum est aquæ non calidæ, sed tepidæ, in quo cucurbitulas, & quas vulgus cornetas appellat, imponere solent, vnde nomẽ balnei Cornetarum sortitum est. Qualis sit horum duorum fodina, nec ex aliorum relatione, nec ex mea experientia compertum habeo. Est & balneum aliud nõ procul ab his lapidea testudine opertum caliditatis

C adeo intensæ, vt vix tolerari posſit. Huius fodina ferrea est, & sulfurea, à quibus calfaciendi potenter, magis adhuc siccandi vim accepit. Ab isto aliud constituitur detectum remisſioris caliditatis, ob idque accommodatius. Ante iam dicta balnea quatuor balneum quoddam reperitur mediocriter calidum, à quo tria exeũt Epistomia irrigationibus accommodata. Cadit autem aqua hęc ipsum in lauacrum, et ab his qui se lauant, sic eodem tempore recipitur: Sulfurea multum est, ob idq; calfaciens & inflãmans, nec à balneo de Petriolo virtute plurimum differt. Nõ procul ab isto huius portio in domunculam quandã defluit, itineris longitudine remisſo calore, irrigationibus accommodata: quarũ gratia domus illa constituta est. Porro ex altero pontis latere sunt fœminis dicata, earundẽ cũ pcedentibus facultatum, hac de causa Dominarum balnea nuncupata. Vltra flumen ad sexaginta passus

ſus aliud balneum eſt, quod Caldenarum appel-
latur, lapidea opertum teſtudine: cuius aqua cla-
risſima, eius fodina ferrea & aluminoſa: Vnde
temperate calfacit, ſed vehementer exſiccat. Ex
his etiam duo ſunt balnea: vnum viris, alterum
mulieribus conſtitutum. Eſt & aliud balnęum
prope Petriolum, Aqua Borla nominatum, quę
aqua nitroſa adeo eſt, vt aluum facile ſubducat.
A Petrioli caſtro quinque milliaribus diſtat bal
neum aliud de Macereto vocatum, cuius fodina
ſulfurea eſt, non tamen adeo vehementer ac bal
neum de Petriolo, & eius aqua longe clarior.
Eſt & aliud iuxta ciuitatem Rapolani dictum,
fodinæ multum ſulfureæ à balneo Petrioli facul
tate non multum differẽs. Eſt & aliud de Aui-
nione dictum, ab vrbe viginti milliarium inter-
ſtitio ſeiunctum, fodinæ ferreæ & aluminoſæ,
nonnihil æris habẽtis. Cuius vis eadem erit quæ
balnei Reginæ, ſub ditione Piſana: craſsioris ta-
men ſubſtantiæ eſt: ideo ſuas vires illo tardius &
ægrius imprimet. A ciuitate decem & octo mi-
liarium interuallo apud Rodocophanum bal-
neum aliud eſt, cui a ſancto Philippo denomina
tio eſt indita. Eiuſdem fodinę cuius balneum de
Petriolo, ſi Gentili credimus. Leuior tamen te-
nuioris eſſentiæ, nitri plurimum habens: vnde
minus illis calfacit, ſed plus exſiccat. Hinc in ce-
rebri affectibus ad humorem frigidum, humi-
dum, & craſſum extenuandum, diſsecandum,
& diſsoluendum illo aptius eſt. Nec prætereun-
dum huius aquæ vim aquarum inundatione, &
ventorum aucta agitatiõe immutari. Alia ad-
huc multa in hac Senarum ditione inueniũtur,
ſed fama & hominum opinione excellentiora
nominaſse ſufficiet.

De Thermis Viterbij. *Cap. 26.*

Viterbium à Deſiderio Longobardorum
Rege vltimo conditum fuit, quo ſignifi-
catur ſuperba ſtructura. Iacet hæc vrbs inter Pha
liſcos, ſed ij hodie in Thuſcorum nomen con-
ceſsere. In huiuſce vrbis comitatu decem ſunt
inſignia balnea. Quorum excellentisſimum eſt
balneum de Grotta dictũ, milliari à ciuitate di-
ſtans, teſtudine lapidea tectum, fodinæ ferreæ &
æneæ. Nam eius aquæ color ad auri colorem de
clinat, vnde illam auri vim habere arbitrantur.
Sapore autem percipitur æris guſtus, hinc eius
fodinæ particeps iudicatur. Deinde quòd illius
potio aluum ſoluat, ſale vel nitro expertem non
eſse colligunt. Limpidisſima eſt, guſtui adeo
delectabilis, vt nulla noxa ingenti quantitate
nonnunquam ab ægrotis bibatur: Maximam
ſiccandi & aſtringendi vim habet, vnde relaxa-
D tis membris robur addit. Præterea ratione ni-
tri leniter reſoluit, ſuperflua recrementa conſu-
mit, calfacit, & ſitim inducit. Adeo tenuis eſsen
tiæ eſt aqua hæc, vt cum in vaſis exportatur, etiã
bene obturatis, eius vis euaneſcat. Aliud eſt bal
neum vallis Kaym appellatum, quod alio nomi
ne balneum Dominarum dicitur. Calidisſima
eſt magis quàm hyeme, æſtate, antiperiſtaſis ra-
tione: vt puteorum aquis accidit. Illius ſodinam
aluminoſam & æneam magis quàm ferreã ſcri-
bunt, calidam, ſiccam initio quarti ordinis &
aluminis ac ferri ratione multum aſtringentem.
Tertium balneum cruciatorũ nominatur. Epi-
ſtomia habet irrigationibus accõmodata aqua
in Lauacrum decidente. Hanc ſulfuream aſſe-
runt, nec ferri ac æris eſt expers. Pręcedenti craſ-
ſioris eſsentiæ eſt & calidior, quòd calor ſubſtan
E tiæ inſit craſsiori. Quartum balneum Bulicani
appellatur milliari à Viterbio diſtans: tẽperate
calidum eſt, aluminoſum & ferreum, exſiccat
quidem, at citra calfactionẽ. Ferunt hanc aquã
(mirabile dictu) colorem auri, aurichalchi & ſtã
ni per vices recipere. Quintum eſt balneum de
Buſsetis vocatum, ſulfureum & ferreum. Sex-
tum eſt balneum de Palatijs dictum, alumino-
ſum & ſulfureum, alumine ſuperante. Vnde vt
qualitatibus, ſic virtute balneo Montis ægroto-
rum ſub ditione Paduana ſimilis eſt. Præter has
manifeſtas qualitates, à tota ſubſtantia, aut ſi
mauis, à forma illius aquæ illam ſpeciem conſti-
tuente: illi tribuunt occultas quaſdam proprieta
tes aduerſus iecoris affectus. Vnde Lepram, ſca-
biem, & ſimiles cutis fœditates hepatis vitio ge-
nitas, ſupra alia curare creditur. Septimum no-
F minatur balneum S. Marię in Felice, ſulfureum
& ferreum eſt, aqua leniſſima: caloris ſui impreſ
ſio ſuauis adeo, vt multi hac de cauſa balneum
ſuaue denominarint. Octauum Prati dicitur,
ſulfureum ſed leniter. Ad diſsoluendos flatus
pręſertim vteri iudicibilem facultatem habere
creditur. Nonum Paganelli appellatur, aqua
limpida eſt, ac ad varios effectus bibitur, pręſer-
tim ad appetentiam roborandam. Etiam ſi mul
torum opinio ferat hoc, velut & cętera iuxta Bu
licanum ſcaturientia balnea, aluminoſum & fer
reum eſse, tamen ex effectibus ſuis ſoluendi, ape
riendi ac abſtergendi colligit Sauonarola, nitri,
ſalis, & aluminis, magis quàm ferri participem
eſse. Decimũ Aſinellę balneũ appellatur, aquę
limpidisſimę. Cuius fodina, vt quidam aiunt,
ęnea, & ſulfurea eſt: ęris tamen vi ſuperante.
Atque cum inter ſcriptores parum conueniat,
cuius fodinę ſint hęc balnea, operępretium erit
conſilium

consiliū nostrū sequi, q̄d de balneis Aponi agentes ꝓposuimus, & penultimo cap. declarabimus.

De Thermis Asculi. *Cap.* 27.

ASculum vrbs in Picæno, quod hodie Marcha Anconitana dicitur, vno gloriatur balneo sulfureo, sed parum & aqueæ humiditatis plurimum habente. Vnde leuiter calet, et sulfuris effectus ęgre imprimit. Quare inutili illorum gloria omissa ad alia properemus.

De Thermis Vrbis Veteris.

VRbs vetus inter Thuscos posita castrum habet S. Casiani nomine appellatū: iuxta quod castrum ad semimilliaris distantiam nouem sunt balnea omnia fodinæ aluminosæ, & ferreæ superante alumine. Primum est balneum della terra. Secūdum balneum Caldaia dictum, q̄ primo calidius sit: adeo enim calidum est, vt in eo minimam moram ferræ queant. Tertium sanctæ Marię dicitur, valde calidum est & siccū. Quartum balneum de Caldagna appellatur, calidum vehementer & siccum. Lingulas habet seu Epistomia, quibus substrati ægrotantes irrigantur, diu tamen eam irrigationem ferre nequeunt, ob aquæ intensam caliditaté. Quintum Ficuncellæ seu della Figatella nominatur: hoc temperate calidum est. Sextum balneum Grottæ. Septimum sancti Georgij, calidum quidem, sed magis siccum. Cui hæc præcipua attribuitur facultas, q̄ vulnera & vlcera ínueterata glutinet. Octauum Poin balneum appellatur, calidum, tenuis essentiæ, sudores ob id prouocās. Nonum est balneum de luto dictum, cuius vires potissimum sunt aduersus vlcera sordida, & difficilis glutinationis, nodositates & neruos contractos, sed hæc suo loco. Scribunt oportere patientes in illis stare per mensem cum dimidio & vsque ad duos. Omnium horum balneorum aqua clarissima est, & bibitur, & ex eadem clysteria fiunt. Quæ actu calidiora sunt, putat Sauonarola alijs plus aluminis quàm ferri habere: sed & his discutiendis suus seruatur locus.

De Thermis Perusii. *Cap.* 28.

PErusium siue περουσίας Ptol. ciuitas insignis in Tuschorum regione collocata, vnicum habet balneum Montis alti nuncupatum: viribus admodum imbecille. Eius aqua nigra, fœtida hyeme frigida, sulfuris & asphalti aliquantulum habet, æstate incalescit, aduersus affectus ab humore frigido & humido genitos valere existimatur.

De Thermis Montis Catini. *Cap.* 29.

CAstrum est à Monte Catino denominationem sumens, iuxta quod milliaris interuallo aquæ salsæ ingens est copia, ibi balneum vnum erat, olim viribus & ædificij superbia laudatissimum, illud hominum fama, hoc ruina docet. In eo aqua salsa dulci permista colligitur, sed exigua quantitate. Huic vicina palus adest, circa cuius ripas nascitur Tamariscus magna in quantitate, cuius vsu incolæ asserunt, in iuncturarum doloribus iuuamētum sentire. Aliud ibi est balneum bipartitum, vna eius parte fœminis recipiendis, altera viris affabre constituta. Porro Florētina Respublica tertium ædificauit locū anno M CCCXX. non hominum salutis, sed salis studio. Cuius elaborationē reliquere post aliquot annos reipsa edocti, impensam salis prouentus excedere. Hęc aqua bibi potest, vt Porretensium balneorum.

De thermis Terræ laboris Neapolitanis de Agnano dictis. *Cap.* 30.

TErra laboris Italiæ portio, multis nominibus beatissima, iter Latium & Calabriam sita, quæ olim Campania dicebatur, cuius vrbes sunt Neapolis, Capua, Cumæ, Theanum, Suessula, Atella, Nuceria, Aduersa, & aliæ cōplures: decem habet balnea, quæ nullum non morbi genus propellunt, iactatur hoc vulgo, velut & scriptura in marmoreis lapidibus insculpta designatas olim fuisse illorum vires, sed medicorum (si Dijs placet) astu elisas, ne illis inconsultis vsui essent. At verum ne id sit, parū angor, illud meme magis torquet. Quòd tā celebrium balneorū fodinam à nemine descriptam inuenire potuerim. Vnde præter solitum & propositum ordinem cogor particulares effectus illis attributos afferre, ne ieiuna omnino & sterilis sit de tam illustribus balneis suscepta narratio. Verum qui illis vsurus erit, longe certius hác facultatem discet, si quæ duobus vltimis capitibus proposuimus, sequatur, q̄ si nobis aliorum dicta narrantibus crediderit. Primo hypocaustum ibi adest, angusto loco camerato, vbi statim sudor elicitur. Ante ipsum lacus est ranis & anguibus abūdās; in quo non nascuntur pisces. Huius fodina ignota est, at ex affectibus & fodinis finitimorum cognosci potest, siquidem cum illæ sulfure participent, & hanc sulfuris expertem nō esse arbitrandum est. Aduersus hypochundricos dolores, scabiē & alios cutis effectus plurimum pōt. Aliud nominatur sulfureum, dolori capitis antiquo, lachrymis compescendis, acuendo visui, dolori ventriculi, scabiei, & sterilitati est accommodatum, si horū causa fuerit humor pituitosus. Ferunt eius vsu febres & rigores sanari, quod non credo. Tertium de bulla dicitur capiti oculis, hepati,

hepati,spleni,& vtero vtile. Quartum Astrane appellatur,cuius decidens in caput gutta ἐμβροχὴν Græci vocant, catharro seu destillationi,& patientibus oculis confert, ventriculi fastidium tollit,appetentiam prouocat,pulmones tussi fatigatos,pectus,& raucedinem lenit. Quintum de Iuncare dictum, iuxta littus maris positũ est: ventriculum & hepar roborat, cor & animum exhilarat,suspiria tollit,gaudia īducit, & alacres homines reddit, renes roborat, & coitum excitat.ferunt eius vsu febres curari,etiam vehementissimas ac malignas, quin & hecticas primæ & secundæ speciei,quod creditu perdifficile est.

Aliud est iuxta littus maris Locus appellatum, fons est paruus,sed viribus ingens adeo, vt de eo literarum monimentis proditum sit, à quocũq; morbo,à quouis dolore, à qua voles angustia,loci aquam liberare. Capiti, oculorũ fluxionibus, caligini,suffusioni,ventriculi coctioni, & renibus consumptis subuenit. Et multa alia operatur auditu miranda, vnde Neapolitani hoc præ cęteris colunt et extollunt. Porro prętereundũ non est,ꝙ de balneantibus sic scribitur, vt patiẽs illic se credat esse Deum. Est enim aqua suauis, tepida & corpori multum grata. Septimum balneũ de Cripta appellatur, iuxta maris littus existens,eius aqua calida non est,sed dulcis,quæ bibi potest.Potata vẽtriculi & hepatis debilitatem tollit,hydropicis nocet, pulmonẽ læsum sanat, & tussim mitigat, ac aufert. Aliud est Petra dictum,quoniam petram hoc est calculum frãgit, omnes capitis molestias propellit,surditati,oculorũ caligini, suffusioni succurrit: pectus & cor roborat,vrinæ meatus aperit, arenulas eijcit, lapidem,si calida bibatur,frangit. Nonum Colatura vocatur,cor exhilarat,pulmonis affectus & tussim à fluxione tollit, eandem si sæpe bibatur prohibet,vẽtriculum & coctionem roborat, appetentiam excitat. Decimum Lauacrum nominatur,confert spleni ac eiusdem duritiei & iecori subuenit.

De Balneis Siciliæ. *Cap. 31.*

INsula Trinacria plura habet balnea diuersis sita locis,inter quæ vnum reliquis excellentius,paulo altius repetitum sermonẽ exigit. Hac in insula mons est Gẽmarum dictus, palmis fœcundus,in cuius ima parte vrbs est Sacha nomine.Mons iste à summo ad imũ vsq; cauernosus, receptacula maxima & anfractus horrendos habet,in quibus olim malos dęmones habitasse ferunt,& finitimis incolis plurima intulisse dãna. Quod Diuus Petrus dum Christianam legem orbi promulgaret,intelligens, Calogerum Paulum,& Iorlãdum,ac alios quosdam Christi discipulos eo trãsmisit.Calogerus in peculiare domicilium locũ illum elegit, & ad corporis mortem vsque retinuit, expulsis in nomine Domini malis spiritibus.Eo concurrebat populus non solum vt animi sanitatem reciperet, cognito verò Messia,sed & corporis,cum id in primitiua Ecclesia propagandæ fidei primum & maximum testimonium fuerit,non solum Christo consuetũ,sed & suis sectatoribus præcipuis concessum. In cacumine huius montis antrum est angusto admodum ostiolo.Speluncam hãc intus sedilia hincinde intus coronant, commoditatis gratia constituta. In medio puteus est ab imo ad summum montis vsq; protensus, vbi aqua scaturit calida,sulfurea,& ferrea,à qua sursum lati vapores antro hypocausti humidi nomen tribuunt. Ad montis radices emergit hæc eadem aqua. Ibi lauacra sunt constituta, viris seorsim, seorsim mulieribus,sic brutis. Persuasit sibi gẽs illa probũ illum virum,in eo antro orare solitum fuisse, & illis lauari aquis,sicq; non solum à fodina & natura illis hanc inesse virtutem, sed & diuinitus acceptam putat. Auget & retinet hanc hæresim, quod singula hypocausti sedilia, singulis morbis constituta dicant, ea lege, vt tale genus morbi à Lauacro & Laconico curari nequeat, nisi in determinato sedili æger sedeat. Id vt cognitu vnicuique facile esset,eas proprietates ac varietates, sedilibus inscriptas fuisse,ac designatas aiũt, sed scripturam illam medicorum liuor (si Dijs placet)aboleuit.Excusatione digniores, si canerẽt, aut,si malunt,flerent.

Tempus edax rerum,tuq; inuidiosa vetustas
Omnia destruitis.

Hæc causa est,ꝙ qui olim ab illis prodibant effectus(vt illi aiunt)hodie non sentiantur. Sed quid mirum si apud barbaram gentem tam alte radices fixit hæc opinio,cum hodie in nostratium ciuitatibus,quantumuis bene constitutis, Aquam D.Alberti,D.Petri martyris,& aliorum nomine consecrari,& populo distribui videamus, aduersus febres,& alios morbos. Tantum vbiq; & omnibus in rebus potest tyrãnus pessimus mos. Sed ad huius balnei qualitates redeo, vt ex illis facultas elici queat. Sulfureum est & ferreum; cuius indicium hoc est Sauonarolę,quod herniã flatuosam & ἐντεροκήλην, seu herniam intestinorum curet. Aliud est balneum inter vrbem Reparani,& castrum Alcani situm. A castro quatuor milliaribus distat. Huius tria sunt lauacra, in vno aqua calida est, in alio calidior, in alio calidissima, adeo vt in eo oua facile coquantur.

Sunt

Sunt & alia pleraq; in hac insula balnea, quæ oĩa cum sulfurea sint, ipsa ad sulfureorum considera tionem referre sat erit. Sunt & in comitatu Palermi plurima Termini nominata, à castri nomine, cui vicina sunt.

De Thermis Aquarij. *Cap. 32.*

IN eadem Italia in via Aemilia iter Boios cispadanos vrbs est insignis, Regium Lepidi dicta, à qua ad viginti duorum milliariorum interuallum opidum est Aquarium nomine. A quo ad milliare balneum est, cuius aqua limpida, clara, & frigida scaturit: odore suaui, qui camphorã referre videtur. Cum in ea lauari debẽt ægrotantes, igne calfactam vasis imponunt ligneis. A paucis annis vt vsui esset, ægrotantium commoditati ædificio ornatum est. Huius fodina aluminosa, nitri & salis particeps, sulfuris vel parũ, vel nihil habet: vt vno verbo concludam, id & fodina, & viribus Porretensibus simile asserit Sauonarola.

De Balneis Carpensibus. *Cap. 33.*

CArpum ciuitas in Italia, quã Strabo lib. 5. vt quidam volunt, Nacros campos appellauit, inter Cispadanos in Boiorum tractu non procul à Mirandula. Ad. xxxiij. milliaria castrũ habet nomine Brandula, à quo milliari distat balneum quoddã, cuius virtus cognita fuit anno M.CCCCVIII. Cum enim aqua frigida sit, falsi saporis aliquid habens, quæ finitima loca pascebant armenta, illius potione magis q̃ aliorum fontium delectabantur. Cumq; in boues dicto anno crassaretur morbi quoddam genus, sanguinem per vrinę meatus expellens, quotquot ex ea aqua potabant, conualescebant, etiam si alijs letalis esset morbus ille. Hic rumor cum paulatim in populum spargeretur, multi è vicinis oppidis renum aut vesicæ affectibus cruciati, ex ea aqua biberunt. Atq; experientia obseruatum ac compertum est nephriticos & colli vesicæ excoriationem patientes curatos fuisse. Id animaduertens Magnificus Galasius ex eius castri dominis, illius aquæ quantitatem Sauonarolæ transmisit, quo tempore de balneis scribendi prouinciam susceperat, vt eorum fodinam & vim cognosceret, cognitã suis scriptis immortalitate donaret. Qui eam asserit limpidam, actu frigidam, ingrati saporis, & odoris nil habere. Sulfuris aliqd habet, sed parum: nã eius pars cœnosa igni iniecta sulfur leniter olet. Estq; aluminosa magis, pauco sale participans, verum horum omnium parum habet. Ab ijs astringens & citra mordacitatem exsiccans redditur. Eam ob id non refrigerare, sed primo gradu calfacere affirmat, & initio ter

A tij exsiccare. Vnde vlceribus glutinandis eã plurimum valere existimat, & in alijs de quibus vltimo capite dicemus. Hæc de Italiæ balneis narrasse sat sit, ob quam narrationem plurimum Sauonarolæ debes lector candide.

De Balneis Vinadi. *Cap. 34.*

IN eiusdem Italiæ extrema parte, quæ Pedemontium vocatur, à Cuneo insigni oppido tredecim milliaribus distat oppidulum Vinadũ, quod vulgo dicitur Vine, sub Dinæ diœcesi situm, quæ ciuitas est in Prouincia. A quo ad quatuor milliarium interuallum scaturiunt balnea quædã non naturalis, sed diuinissimæ cuiusdam virtutis, vt effectus singulis annis liquido commonstrant. Quod ego à Medicis Cunei & Demontij intellexi, & à multis, qui illorum auxilio ab incurabilibus morbis sanati sunt. Illorum fodina sulfurea est: vnde vicina loca sulfur manifestissime olẽt. Et si argẽteum nummum vel anulum illi immerseris fonti, fiet niger, aut diuersi coloris: si vero aureum, pulchrior. Ferunt & vnũ B ibi esse fontem ferreum artubus roborandis miræ efficaciæ, ne iterato redeat Arthritis. Id in seipso se expertum mihi narrauit excellentissimus Cunei Medicus Dominus Alexis, qui podagra vexabatur. Sic & in alijs experiẽtia compertum habebat. Est autem illorum situs huiusmodi. A supradicto Vinado ad quatuor milliaria planities, aut potius vallis est semimilliaris longitudinem & quinquaginta passuum latitudinem vix superans, quàm vndique montes cingunt, & intermedius riuus irrigat. Horum montium duo septentrionem, alij meridiem spectant, qua planitiem cingunt. Qui meridiem, arboribus abundant, vnus abietibus, alter fagis. Qui septentrio- C nem vergunt, saxosi sunt, nil ferè præter dumeta & pastorum tuguria habentes. Ex altero horum montium qua in vallem ingressus est, fontes oriuntur è saxo montis instar eminẽtissimo. Primo fonti riuo proximo Luti nomen dedere, quòd plurimum Luti in fundo habeat vtilissimi. Huius aqua calet quidem non tamen inten se adeo, quin immersum digitum ferre queas. Paulo vlterius occidentem oram versus ad decem passus, ex eodem saxo alius emanat fons, ad duorum brachiorum, à terra, altitudinem scaturiens. A quo Embrocha seu irrigatio fit. Huius aqua supradicti longe calidior, adeo vt illius contactus ferri nequeat. Mutaturque eiusdem caliditas pro temporum mutatione, siquidem nubilo vel pluuio cœlo calidior existit, quàm sereno, & mane quàm vesperi. Fontem hunc postes circundant et tegunt in modum Tugurioli,

Scaturientem

Scaturientem aquam recipit canalis ligneus, ex quo aqua in subditum alterum canalem descendit, qui tria habet Epistomia, tribus eodem tempore irrigandis hominibus accommodata. In prioris canalis extremitate capsa lignea posita est reliquum aquæ recipiens, vt refrigeretur: & canali subdito cōmiscetur. Huic alius fons proximus est Lutum dictus, aquam minus calidam isto emittens: cuius Lutum præcedenti commodius & vtilius iudicatur. Supra fontē hunc à medio eiusdem saxi quartus emanat fons, balneum constituens: per subterraneū cuniculum, in domum à fonte ad viginti passus, aut circiter secus murum positam, defluens. Defluit autem in stupham primum, deinde à stupha, in duos diuisa canales, in duo lauacra quadratæ figuræ longitudinis & latitudinis brachiorum ferè quatuor, altitudinis vero ferè duorum: quorum alterum ab altero vix quinq; distat passibus. Ex his lauacris & spatio in ambitum relicto lectulis recipiendis accommodato, media illius domus pars nempe infima continetur. In cuius medietate, nempe inter duo lauacra, ascensus est in supernum cubiculum totam domus latitudinem comprehēdens: ægrotis recipiendis inferiori accommodatius. Ex his lauacris sunt qui ferant balneū oriētalem oram respiciens, salubrius esse occidentali. Et reuera ferè semper est in illo maior aquæ hyatus influxusq;. Silentio prætereundum non est ab eodem saxo proximos esse plurimos fontes aquæ frigidissimæ. Sunt & calidi multi alij, quos prætereo: quòd inutiles sint, & riuo immissi deperdantur. Inter illos, mirabile dictu, ppe Epistomia secus riui ripam vnus scaturit, cuius aqua aquæ riui instar olei innatat. Loci illius aerem satis temperatum ferunt, præsertim vere & autumno: etiam si vallis tota ventis à meridie ferè semper agitetur, præcipue sereno tempore. Hæc sunt eorum quæ de his audiui capita: qui plura & magis instituto attinētia sciet, ea addat. Nos in horū historia ingeniosissimo Antonio Bergæ Medicinæ studiosissimo non paruam fidem merito tribuimus: qui eo proficiscens mea causa id oneris susceperat.

De Germaniæ Thermis. Cap. 35.

IN Germania Europæ parte maxima & celebratissima quàmplurima sunt balnea naturalia, ex quibus pauca quædam recensebo, quæ à Fuchsio viro doctissimo & fide digno habui. In horū numero merito primas partes sibi vendicant thermę in Cuniensi Diocesi sitæ, quę Germanis Pfesferesbad, dicuntur, hoc est, piperina balnea. Constant mistura auri, sulfuris & nitri, harum aqua non continuo manat, sed tertio die Maij erumpit, decimo vero quarto septembris iterū sese subducit. In Lothoringię montanis (sunt autem Lothoringi populi qui à Burgundis separantur Vosego mōnte: quorum ciuitas episcopalis est Tullium) balnea sunt, quę plū bers, quasi plumbea, ob nimirum copiosam plūbi misturam vocantur. Constant ex plumbi, vt diximus, sulfuris & aluminis commistione. Horum inter Germaniæ balnea mentionem facere placuit, quòd ex omni ferè genere terrarum homines illuc commigrent. Haud procul à Badenijs Heluetiorum Thermę salubres habentur, quarum mistura constat ex copioso sulfure, & exiguo alumine, vnde calfaciunt potenter & exsiccant. Erat olim Badē quod Cecinnę milites subuerterunt, castrum inter Heluetios, vbi sunt Thermę, conditum aduersus Germanorū & Rhetorum, qui hodie Grisones appellantur, subitas excursiones. Quod illic velut aditus quidam pateat in Heluetiorum agrum. Est etiam nunc Sueuis illac iter in Narbonēsem Galliam seu Celticam. Hac porrò ętate oppidū est, quod Baden vocant Heluetij: peramœno salubrium aquarum vsu frequens. Agnoscit hac nostra ętate vetustiorum octo pagorum cōmunem aristocratiam. Sunt & in inferiori Badenia, vbi Marchio Badensis residet, balnea mirę efficacię, quorum mistura ex sulfure, sale et alumine existit. in Ducatu vuirtembergensi haud procul à Chalb oppidulo sunt Thermę, quę à Nartiana silua, quam Glareanus Hartianam vocat (sic autem Romani superiorem partem Hercinij nemoris appellant) Germanice Schunartzunald oder vnilabad, hoc est, ferinę nominātur. Ex eodem qua priores mistura cōstant. Sunt tamen qui cupri & nitri mistionem accedere putent.

Haud procul ab his Cellenses sunt thermę quarum mistura ex modico sulfure, alumine & cupro constat. Cellensis Glareano lacus est, quē suo lapsu Rhenus efficit: Quem alij à Pomponio Mela Venetum vocatum contendunt. Nostra ętas Cellensem ab Radolphi Cella insigni oppido nominat.

In eodem etiam Vuirtembergensi ducatu ad Geppingam oppidum Thermę sunt, quę Germanice Saurbrum, hoc est acidus fons appellantur. Ex acidis, inquit Fuchsius, quibus exigua sulfuris accessit portio, harum mistura constat.

Similis prope mistura est earum thermarum, quę in Au sunt prope Rotenibur gum ad Niterum situm, copiosiore tamen sulfuris portione constant, ideoq; minus prioribus acidę, quo etiā nomine

nomine calidiores existunt, maiorique exsiccandi, ea quæ in partium cauitatibus delitescunt facultate prædità.

In finibus lacus Podmici, quem Constantiensem vocant, Thermæ habentur Embs dictæ, aluminis & nitri mistura participantes. Lacus hic à Rheno per ea loca irrumpente efficitur, Brigantinum Plinius ac Solinus appellant, eúdem Mela Acronium nominat.

In Alsatia vel Elsetia Glareano prope Gebersuneiler, Thermæ sunt, quæ ex mistura aluminis, nitri & ferri constant.

In Bohemia apud Elembagium oppidum, Thermę sulfuris & aluminis misturam obtinēt.

Vuisbadenses Thermę ex sulfure, alumine et exiguo nitro constant.

In Baioaria sunt Thermæ, quas Gastein nominant, quibus vehemens adstrictoria facultas inest, ideoq; omnia corporis excrementa dissipant, & absumunt.

Apud Abudiacum Baioariæ castellum, supra Reginoburgum Thermæ sunt, quæ sulfuris, aluminis, & nitri misturam obtinent, odore oua frixa referunt.

De variarum aquarum varijs naturis, & miris quarundam proprietatibus. Cap. 36.

IN Cilicia versus Pamphiliã fluuius est Chadrus noīe, ex quo si mas & fœmina Verno tempore biberint, mares gignunt.

Amoris incendium qui impatienter fert, lauet, & bibat, è Selennio.

Himera Siciliæ fons huberrimus in duos ramos diducitur, quorum vnus dulcis est, infectus alter salsedine.

Aleos siue Olocas Bithinię fluuius est: ex quo si periuri biberint, flãma incenditur in pectore.

Clitumnus Italiæ fluuius est iter Phaliscos, q armẽta ex eo bibentia cãdore inficit, idcirco Virgilius in Georgicis. Hinc albi Clitũne greges.

Melas Beotiæ amnis bibentia animalia nigredine colorat, vnde & illi nomen.

Xanthi potu rufescunt armenta.

Ex Penæo Thessalico, & ex Astace Pontico fluminibus, bibendo nigrescunt oues.

Cidnus amnis podagricis auxiliatur, neruos sua frigiditate emollit, tam in hoibus q̃ bestijs.

Cephisi potu, licet ex eodem quo Melas amnis lacu fluat, candicant greges.

Sybaris & Chratis Italiæ sunt flumina in magna Græcia, ille nigredinem, hic candorem bibentibus inducit.

Gallos Phrygiæ fluuius furorem mentis immittere putatur.

A Nilus tametsi præceps feratur, nullas ex se tamen auras gignit. Eius aqua fœcunda est, vt animentur sæpenumero glebæ.

Axius Macedonicus capillum nigrũ efficit.

Haliachmos eiusdem regionis album.

Ochus Bactrianis pulchra salis dat ramenta.

Silari Itali aquis immissi lapidescunt in eadẽ.

Cereus & Neleus Eubœæ sunt amnes: albedine illo, hoc nigrore pecus inficitur.

In Velino lacu deiectum lignum lapideo cortice obducitur. Eiusdem potẽtiæ Surius est Colchidis lacus.

Arethusa lacus, in quem Tigris irrumpit, omnia pondera sustinere dicitur. Præterea Amnici pisces nunquam lacum attingunt, nec Arethusei fluuium.

B In Atamana palus est immensa Italiæ prope lunam. Cuius potu in furorem alij, alij in stuporem aguntur.

Inter Mazaca, & Tuana Cappadociæ vrbes lacus est in quem pars harundinis demissa, vel lignum paulatim lapidescit, nõ mutata quę aquis extat, parte reliqua.

In Pusidamo Alpicę lacu, nihil immergitur, huiusmodi naturę & Sirbonis lac⁹ bituminosus.

Salsi lacus habentur in Africa ad Iouis Ammonis templum. Sic in Armenia, qui Matianus appellatur lacus.

Ex Arsino lacu aqua non bibitur, propterea q & nitro abundat, & vestes scindit immissas.

Lacus Agrigentinus omnia pondera & ipse sustinere dicitur.

Inter Laodiceam & Apamiam fœdi odoris lacus exundat.

C Gelonium Siciliæ stagnum cum cœlum serenũ est malo odore vicinos abigit. iuxta id duo fontes effluunt: è quorum vno fœcunditas mulieribus, sterilitas superinducitur ab altero.

Ex Petrensi Siculorum ebibens vipera moritur e uestigio, cum cæteris animalibus sit salutaris eius aquæ potus.

Asia palus, cuius meminit Virgilius propter innascentis absinthij copiam amarissima est.

In Sanum locum in Troglodytis esse affirmat Iuba, candidis serpentibus in centum cubitorum scatentem, qui ter singulo die fit amarus: mox salsus, deinde dulcis.

Syderis qui & Silicis vocatur, lacus est Indorum, cuius adeo leuis est aqua, vt etiam leuissima non sustineat.

In Rheatinis Italiæ paludibus iumentorum vngulæ durantur.

In Cilicum tractu tanto impetu sursum aqua-

rum vis irrumpit, vt si hastam velis demittere, non possis. D

Betis oppidum est Hispaniæ, vbi putei maris æstum consequuntur.

In Hysia Beotiæ vrbe puteus fuisse legitur, ex quo qui ebibissent futura vaticinabantur.

Bais in Italia aquæ sunt & ad salutem, & ad voluptates idoneæ.

In Pithecusis aquæ sunt calculum discutiẽtes è vesica, huiusmodi potentiæ aquas habet Astipalea insula vna ex Sporadibus.

Ad Hierapolin vrbẽ trans Mæandrũ fluuium aqua lapidescit in tophum: ita vt qui aquæductus deriuant, integra septa ex illis aquis conficiant.

Vltra Hispaniolam occidentis insulam, Bonicam insulam esse ferunt Hispani, cuius aquæ potu reiuuenescant senes.

Aequicolis in Italia, & in Alpibus, & in Augustensi valle, & in Taurinis aquæ passim scaturiunt, & è niuibus liquescunt, quæ bibentibus turgidum guttur reddunt. B

Debris fons est Garamantũ, à meridie ad mediam noctem feruentibus aquis æstuat, in reliquis horis riget?

Fons Iouis Ammonis in meridie alget, sub noctem calet maxime.

Apud Trogloditas Aethiopes fons est ab ortu ad meridiem rigẽs, à meridie ad occasum tepescẽs: in nocte feruore & amaritudine ĩficitur.

In Aethiopia etiã fons emergit, qui circa meridiem adeo friget, vt potui sit inhabilis: media autem nocte adeo feruet, vt tangi non possit.

In Dodona Sylua fons est, qui tametsi naturę sit rigentis, super eo tamen vestes expassas accendebat in flammam. Idem meridie semper deficiebat: iccirco Anapauomenos, hoc est quiescens est appellatus. F

In Illiricis ẽt sup eos vestes explicatas vrebat.

In Collibus Lario lacui imminentibus fons Plinianus emergit, aspectu sacer & venerabilis, qui singulis horis & tumescit, & residet. Hoc se vidisse asserit Gaudentius Merula Nouariensis, ex cuius memorabilium libro, quę hoc cap. à me narrantur, deprompta sunt. Huius viri authoritas non parui ponderis apud me est, cum ob singularem eruditionem, & multã lectionem, tum ob vitæ integritatem.

Non longe ab Halicarnaso, Salmacis, fuit opinione vulgi damnatus, ꝙ bibentes ex eo viros muliebri mollitie contaminet.

Paros insula fontem habet, in quem si pannum album immerseris, nigro colore infectum extrahes.

Non procul ab Euripidis Poetæ Græci tumulo apud Macedonas, duo simul fontes concurrunt, quorum vnus potus est saluberrimi, letalis alter.

In Halesino tractu fons visitur tranquillus cum siletur: perstrepentibus autem Tibijs vltra margines exiliens.

Exampheus fons Hypanim fluuium ita inficit amaritudine, vt nullum animal bibat ex eo.

Ex Caucaso monte fontes effluunt, qui immersas pelles aureis replent arenulis: vnde locus datus fabulis, de aureo vellere.

In Littore Germanico vltra Rhenum, fons est dulcis, ex quo qui ebiberint, intra biennium & dentium eradicationem, & compaginum dissolutionem patiuntur.

Ex Berollo Taurorũ colle tres fontes erumpunt: quorum haustus & sine remedio, & sine dolore lethalis est.

Susis Persarum vrbe fons est, cuius haustus dentes euellit.

Fons Cææ insulæ bibentes hebetat.

Chios fontem habet execrabilis virulentiæ: sensus enim & sanam mentem destruit.

In Italia in via Campania, in campo Corneto fons est, in quo anguium, lacertarum, & serpentum ossa, conspiciuntur, quę si extrahere volueris, nihil inuenies.

Muttianus refert Cycinem fontem cupidinis amorem sedare.

In Paphlagonia, & in Naxo ĩsula fontes sunt inducentes bibentibus ebrietatem. Sic apud Italos in agro Caleno: sic in Adro insula.

Iuxta Solos fontem esse Polycletus retulit, vicem olei egregie supplentem.

Reperiuntur & fontes, qui miram picis copiam exhibent, vt circa Dirrhachium, Apolloniam, & Zacinthum.

Ferunt Tharsi Magnesiæ, in Isuncio Aphrorum oppido, fontes esse: quorum haustus voces canoras facit.

Linus fons apud Arcades abortus fieri ꝓhibet.

Apud Rheatinos Neminia fons alio, atq; alio scaturiens loco Annonæ mutationem portẽdit.

In Bęotia ad Trophoniũ Deũ penes Orchomenon, duo sunt fontes, quorũ vnus obliuionẽ, alter memoriam bibentibus subministrat.

Iuxta Lusum Sicilię oppidum fons acuere bibentium dicitur ingenia.

In Colossis flumen est, in quod demissi lateres, extrahuntur lapides.

In tractu Heracleotico penes Perperenem vrbem fons scaturit, qui in materiã lapideam conuertit

uertit terram, quamcunque irrigarit.

Tamarici fontes apud Cantabros tres visuntur octonis inter se pedibus distãtes, & in vnum alueũ tandem coeuntes, duodecies singulis diebus siccantur, dirumq; omen habebatur, qui cupiens nõ fluentes aspexisset. Sic tẽporibus C. Plinij, L. Lucino post præturam euenit.

Circa Cappadociam ad Lacum cui Tatta nomen est, fontes emergunt salsuginosi, atq; adeo faciliter sal rebus immersis circungelascit, vt volucres ipsæ alis aquas contingentes facile capiantur: cum propter gelationem salis longius euolare non possint.

Rubressus locus est Narbonensis Galliæ, vbi fons est vberrimus, cuius aqua marina salsior fonti salsulæ nomen dedit.

In Cispadano tractu inter Placentinum & Parmensem agrum Salsula vicus est, in quo putei aquis salsis scaturiunt, quæ dulcibus admistis ignis opera congelascunt in salem.

Clitorius fons ꝑ Arcadiã fluit, cuius aqua semel epota, vini tędiũ ĩducit: vñ illud emanauit,

Clitorio quicunq; sitim de fonte leuarit,

Vina fugit, gaudetq; meris abstemius vndis.

Ctesias refert in Armenia fontem esse, cuius pisces sint lętales.

In agro Gadareno aqua est, ex qua ebibentia animalia pilos, vngues, & cornua amittunt.

Alissus, fons est apud Cynæthaenses Arcadię populos, cuius haustus rabidi canis morsu laborantes reddit incolumes. Idipsum pręstare refert Gal. vj. simpli. herbam eiusdem nominis.

LIBER SECVNDVS

De Balneorum naturalium viribus.

Cap. I.

VELVTI qui ad brauium currit, etiam si currendo anhelet, insudetq;, ac sui cursus maximam & potissimam partem recte perfecerit, nihil effecit, ac frustra laborauit, nisi sui laboris scopum attigerit: ita qui tertiũ euoluit librum, nihil adeptus est, si hunc relinquat, qui toti operi colophonem addit, mole quidem exiguum, at viribus maximum: quandoquidem haud secus ac secundus primo necessario adiunctus est: ita vltimus hic, tertio.

Primus enim Aquẽsium Thermarũ nudam historiam complectens exiguæ vtilitatis esset, si secundus rectam illis vtendi rationem nõ addi-

A disset. Sic tertius fodinarum, balneorum totius orbis vim edocens, ac multorũ historiam & fodinam enarrans, parum vtilis foret, quarto hoc labore destitutus. Verum hic non solum Italis & Germanis, quorum thermas præcedenti enarrauimus, sed etiam Gallis, Anglis, Scotis, Hispanis, Vnguaris, Bohemis, & reliquis, qui Latio sermone gaudent, vsui esse potest: si doctiori destituãtur. Siquidem ratio ac Methodus, qua possimus cuiusuis balnei fodinam inuestigare: postremo qualiscunq; fodina fuerit, ipsorum facultates ac vsus scire omnibus cõmune iudicamus. Nec igitur hic sine præcedenti absolutus est, vt pote à quo suarum demonstrationum principia mutuatur. Nec ille sine isto, vt potè, qui illius sit finis. Erit autem supra cæteros vtilissimus & pulcherrimus. at quo pulchrius quidpiam &

B vtilius, tanto etiam difficilius censemus. Nam Methodo aliqua id tradere, quod nulla hactenus traditum comperimus, quis non difficultati & calumniæ obnoxium iudicabit?

Qua ratione thermarum fodina sit inuestiganda. Cap. 2.

CVm totius orbis balnea nec videre, nec ex aliorum narratione recensere potuerim, vt susceptus hic labor non solum cognitis & nominatis, sed etiam ĩcognitis, & innominatis accommodari queat, & iam narratis indubiam fidem facere possit, num tales sint illorum fodinæ, quales alijs credentes descripsimus: operæpretium fore existimauimus Medico, cui aquæ alicuius mistura indicanda proponetur, methodum indicare, qua possit singulas aquarum sponte nascentium misturas discernere. Non pos-

C sum autem aptiorem viam ac rationem cõmonstrare ea, qua nos Galenus docuit simplicium medicamentorum facultates inuestigare. Cuius verba hæc sunt initio libri secundi simplicium. Οἱ τοὺς οἰκείους ὅρους ὑπερβαίνοντες σοφισταὶ μακρὸν ἡμῖν ποιοῦσιν τὸν περὶ τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δ' ἀνάγκης λόγον. πάρεσθαι γὰρ ἀρχόμενοι, καὶ τὴν αἴσθησιν ἀτιμάζοντες ἐμβάλλοντες τὰ σαφῆ ἐς τὰ καὶ ἐν τοῖς φιλοσόφοις ἀπορήματα, προσαπολύουσιν εἰς ἀγνοοῦσιν, καὶ τὰ σαφῶς γινωσκόμενα. καὶ ταῦτα ποιοῦσιν οἱ πλείους αὐτῶν ἀμαθεῖς ὑπάρχοντες, οὐ τῆς φυσικῆς θεωρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λογικῶν μεθόδων, αἷς ἀναγκαῖον ἐστὶν χρῆσθαι τὸν ὁτιοῦν ἀποδείξαντα. Deinde paulo post, Ἐμοὶ δὲ εἰ χρὴ τὸ παριστάμενον εἰπεῖν, ὡς ἐλευθέριον τι καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον σπουδάσαντα ἀλήθειαν, μελαγχολίας ἐπέκεινα προεληλυθέναι νομίζω τοὺς τὰ τοιαῦτα ληροῦντας. οἱ μὲν γὰρ ἀνατρέψουσι τὰ διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐναργῶς φαινόμενα, πόθεν ἄρξον-

ται τῶν ἀποδείξεων, οὐκ ἔχουσιν, εἰ δὲ ὡς ἀπὸ πιστῶν ἄρχονται, πῶς ὕστερον εὐλόγως ἀπιστήσουσιν, αἱ γὰρ τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ πιστότεραι τῶν ἀποδεικνυμένων, ἃ τῆς ἐξ ἑτέρων δεῖται πίστεως. αἱ δὲ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων, οὐ μόνον αὐταὶ κατὰ ἑαυτὰς. ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν ὑπάρχουσι πισταί. Quæ si Latio donātur sermone, sic habent. Qui proprios transgrediuntur limites Sophistæ, nos de medicamentorum facultatibus longiorē cogunt sermonē habere. Longius.n.principia ducētes, ac sensus reijciētes, atq; interim seipsos ijs immiscentes, qua etiam Philosophus, ambigua sunt, peruertunt quæ ignorant, & quæ manifeste cognoscūtur: id eorum pleriq; faciunt, quod non solum naturalis speculatiōis sint ignari, sed etiam logicarum methodorum, quibus vti necessum est cuilibet demonstrāti. Deinde paulo post. At si me quod in mentem venit, fari oportet, quilibet sim scilicet, & in tota vita extra veritatem studuerim nihil: ad insaniæ extremum & vltra peruenisse illos arbitror, qui circa talia delirant. Si etenim euertant quæ per sensus euidenter apparent, vnde exordiantur demonstrationem principia non habebunt? Sin autem ab ijs tanquam à fide dignis exordiantur, quo iure ijsdem postea diffident. Nam demonstrationum principia certiora sunt ijs, quæ per illa demonstrantur: quippe cum ista aliunde fidem mutuentur. Demonstrationum vero principia non solū ipsa per sese, verum etiam ad quærendorum inuentionē, quibus credatur, idonea sint. Aggrediamur igitur & probatiōis nostræ basim ab ijs, quæ aut sensui, aut intellectui sunt manifestissima. Et Aristoteli, Galeno, ac alijs summis viris consuetam demonstrādi rationem sectabimur. Nec quosdam homines videbimur imitari, qui quę per causam primam immediatam, & suapte natura conclusione notiorem non ostēduntur, demonstrari non putant. Sicque disciplinarum omnium opinionem tantum haberi, non scientiam nolentes concludunt. Alij nil tale meditantur, sed locum ab authoritate vnicam & solam probandi, & sciendi rationem esse existimarunt. Imprimis itaq; illud assumimus tanquam manifestum, horum quæ ijs aquis miscentur cognoscendorum tria potissima esse media, saporem, odorem & colorem. At horum index est gustus, odoratus & visus bene dispositi. Quare prius quàm huic mistorum discretioni mentem applices, fac probe & diligenter te exercueris in simplicibus illis dignoscendis, oleum enim & operam (vt aiunt) perdes, si ad id accesseris ignorans, quis sit sulfuris, quis nitri, & sic aliorū omnium sapor, odor & color.

D Nec etiam qua litates primæ caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sunt negligendæ. Nam etiam si illa actu talia non dicantur, sed solum potentia, tamen vbi illa potentia in actum reducitur: tūc sensui tactus subijciuntur. Atque eo tempore ex illis qualitatibus secundi emanant effectus, qui aut visu, aut intellectus lumine cognoscuntur. Et ratiocinando ad suas causas relati quid sit id, à quo talis prodit effectus cōmostrant demonstratione ea: quam Arist. cap. x. (iuxta diuisionē Argyropili) primi posterioris resolutionis. dixit quod ὅτι ἐστι ἀποδείκνυμι an res sit, vel rem esse demonstrat: non vt altera διότι ἐστι propter quid seu quaóbrē sit. Siquidē quod illic effectus peculiares & proprij sulfuri conspiciantur, inibi sulfur esse indicat, & non commonstrat cur id sit sulfur. Nos

E igitur, ne quid desiderari posit, vtriq; vię insistamus, & ei quæ à priore, ea quæ horum naturam constituunt examinat: & alteri ac postremæ, per quam quod effectus tales à tali re prodeant, talem rem ibi esse indicamus. Sed interim caueamus ne sicut Archidamus, cui hodie multos similes video, ex vno aut altero indicio aliquid asseramus, quod Galenus lib. ij. Simpli. ad monet. Sed prius discamus quæ propria illi rei sint, quæ communia cum alijs. Et iterum ex illis proprijs quo proprietatis genere ꝓpria. Num ita vt omni quidem sulfuri, exempli gratia, insit facile flammam excitare, sed non soli: nam & oleo, & nitro forte accidit: sed nitrum crepitat, oleum claram flammam emittit: sulfur sine crepitu celerrime subobscurā & viridi citrino, ac varijs coloribus interstinctam, in morem Iridis, cęlestis arcus.

F Colligamus igitur hæc omnia in vnum, nō modo omni, sed & soli sulfuri id conueniet: at fortasse non semper: nam si aquæ contrarietate eius vis obtunditur, non potest hunc effectum exerere: separetur igitur ab aqua, & hunc effectum impedientibus rebus, (quam separandi rationē postea indicabimus) deinde ne dubites asserere, soli omni, & semper sulfuri conuenire, igni iniectum sine crepitu, celerrime, subobscuram, varijs coloribus, præsertim viridi ac citrino, distinctam flammam excitare. Sic quācunq; substantiam hunc effectum producētem sulfur esse affirmabis: sunt enim talia, quæ omni, soli & semper competunt reciproca: ob id sic licet asserere, si hæc substantia sulfur est, hunc effectum videbimus: si hunc effectum ex hac re videmus, res hæc sulfur est. Alia dari signa & alijs cōmunia, diximus. In hoc accidētium genere potiora sunt iudicanda, & præferenda ea accidentia, quæ à re illa

illa nunquam separari possunt, nec tamen negligenda quæ separantur. Præterea cõsiderandum, quid per se à rei natura emanet, vel efficiatur. Quid incidenter & fortuito, non ex ea re fiat, sed verius eam rem consequatur. Vt frigidæ immersio iuuenem robustum calfacit, sic olei inunctio hoc, quia fuliginosorum recrementorum calidam euaporationem retinet: illa quia calorem ad interiora repellit. Neutrum tamen calidum hac ratione pronunciabitur, quod per accidens, vt aiunt, non à rei ipsius natura fiat. Porro hæc & pleraque alia ijs similia. Medicum rationalem ignorare nefas est. Sed vt breuiores ac faciliores simus, simul cũ vniuersalibus præceptis particularem exercitationem tradamus. Proponatur tibi, si ita vis, aqua balnei de Petriolo, de qua prius. primum sese offerat color citrinus, num sulfuream statim iudicabis? minime. Nam ex auro, ex ære, imo ex corruptione similem colorem accipere posset, ita de viridi. Oleat sulfur, nondum tamen concludes sulfureã. nam ignei quidam spiritus naturæ sulfureæ, qui cum eis scaturiunt hunc odorem referre possunt, similem odorem post fulguris percussionem in rem aliquam manifeste sentimus. Sit & spuma eiusdem coloris, vnctuosa, nil refert. nã ab aquarum agitatione, à crassitie, à putredine, & alijs causis hæc spuma gigni potest. Sed ferueat hæc aqua, spumosas bullas emittat, sulfuris odore vicina loca inficiat, spuma hæc exsiccata, igni iniecta flammam celerrime suscitet, si ita lubet, citrinam & viridem, nunc sulfur illic esse non negabis. nam flamma illa certum signum alijs fidem adeo auget, vt simul omnia collecta certissimam pariant sententiam, num ob id tanquam à superante sulfure sulfurea denominabitur? nequaquam: nondum enim gustum consuluisti, qui in sale, nitro, alumine, & alijs simplicibus dignoscendis primas partes sibi vendicat. Nõdum alia expertus es, quæ mox dicemus, gustus iudicium vt potissimum, ita difficillimum est, idque multis nominibus: primũ quia ea vndecim quæ initio huius libri aquarum qualitates immutare diximus, non omnia insignem saporem à natura acceperunt, eius quem habent gradum verbis indicare non est facile, nec apud clasicos authores hos ordines saporum descriptos inuenies. Nec seruantur (quod peius est) in misto tales omnino, quales in re simplici erant: retunduntur enim ex alterius saporis admistione: ita vt tertius consurgat, qui neutrum plerunque refert. Quinimmo & aqua ipsa etiam si cum ἄχυμος sit, hoc est, qualitatis expers, omnibus saporibus, & odo-

A ribus recipiẽdis & referendis sit accommodata, hos tamen varie refert pro varia admisti quantitate, id experimento facile comprobatur, aluminis vnciam in semilagena aquę liquato, eandem in lagena tota vtrunque gusta, diuersimode ferient gustum, idipsum ex sale facito, comperies verissimum, hęc erit quidem salsa, illa cum quadam astrictione mordicabit, verum vna magis minusúe alia. Meum igitur consilium accipe, donec accommodatius ĩueneris: vndecim illa, quæ diximus, gusta. seliges autem viuum sulfur non coctum. aluminis fossitij, non factitij genera. sal fossile, non marinum, deficiente nitro, salpetræ. bitumen, quam mumiam esse diximus. Quorum colationem cum aqua es facturus, ea identidem gusta. Si excellenter ferientem palatum saporẽ gustaueris, os prius frigida collues,

B quam aliũ gustes, alioqui præcedens subsequentis indicium interrumpet. Inter hæc facillime sentiuntur tria illa, alumen, nitrum & sal. Sed omnia astringunt: verum citra salsedinem, alumen & nitrum. Ab alumine nitrum distingues, quod cum maiori mordacitate & abstersione leuiter astringit. Salsedo igitur, astrictio, & acrimonia hęc abinuicem separat. Calx vehementissime mordicat. Sed age aliã aggredere viam, singula seorsim in aqua eliquato, quę liquari nequeunt, candentia aliquoties immergito, cum qua aquam Petrioli euidentem similitudinem obtinere perceperis, illius sodinæ participem asserere nõ dubites. Addę & alia indicia, vt quod ex ea aqua alumẽ, sal, sulfur, vel aliud simile fiat: vt in proposito balneo fieri dicunt, & Aponi, ac montis Catini, & similibus, quod indicium cer-

C tissimum est. Sic etiam si in aqua inueniantur grumi talis rei, vt in Aquensibus vltra Burmidam sitis, grumi aluminis. Aut si in vicinis parietibus, per quos destillat, simile quidpiam concrescat: vt in Epistomijs balnei Aquensis vltra Burmidam, ego sal gustaui ibi concretum. In parietibus eius, qui in vrbe est, sal nitrum. Præterea eandem aquam, quæ gustu nullo modo salsa est, in ęneo vase ad consumptionem deferbui, in fundo salsa quædam crusta relicta est, indicium salis certum. Nam si dulcem eo pacto consumpseris, non id continget, & tamen aqua illa gustui nullam præ se fert salsedinem. Qua ex re documentum hoc firmiter animo tuo hæreat, non esse semper asserendum eam rem ibi non esse, cuius qualitatem gustu non percipis. Id experientia disces, si salis grumum maxime amphoræ liquandum inieceris: nullam enim gustu salsedinem percipies: & tamen salis expers est

aqua non est dicenda. Experimentum hoc per ebullitionem aliqui destillationi cedere non putant, sed male, vtrunque tamen ambiguum est, quod rationibus in destillatione dicēdis fiet manifestum. Adhæc si fodinæ aliquę sunt proximę, sciscitare quid ibi effodiatur: singula enim aliquid probant, si non seorsim, saltem alijs iuncta. Tandem ad destillationem deueniamus: aquam fontis non riuulorum vasis vitreo inde, cucurbitæ, quam vocant, impone, operculo seu capillo obtura. Cum calidi sit ætherogenea seiungere, aquea, aerea, & ignea pars dissipabitur, terrea residebit. Hanc residentiam vlteriori lento igni resiccant, alij in latissimis vasis soli exsiccandam exponunt, quod relinquitur, contemplantur: alteri hoc cognitionis genus præferunt. Nam sic partes salsæ, nitrosæ & aluminosæ à sole concrescunt, & sulfureæ splendidiores redduntur. Et E hic nec etiam tactum negliges, nam per hunc alumen & sal à nitro, calce, cinere, ac similibus discernes. Nec auditum quia sal & nitrum igni iniecta crepitant. Destillationem quidam tanquam totius examinis anchoram laudarunt, & ego eam parum posse censeo. Siquidem nisi magna sulfuris quantitas adsit, in tenues vapores soluitur, & in ambientem dissipatur, præsertim si non pedetentim ignis vim intenderis. Sed demus in ijs posse, quod non inficior, vbi exigua est alicuius portio, maximæ alterius substantiæ portioni admista, illa prius fortasse euaporabit, quàm ad extremam residentiam sit deuentum. Aut magna vnius copia alterius minimam obscurabit, adeo vt nequeat distingui, præsertim si ipso colore ab alijs non distinguatur, vt alumen, sal & gipsum: cinis, calx, & nitrum: aurum, & F æs. Sed si in ijs vis egregij aliquid præstare, alumen, sal, & nitrum, ac alia singula seorsim, dein de multa simul, in aqua eliqua, deinde destilla. Sic Galeni consilium sectaberis primo Methodi scribentis. Id tenaciter seruare in omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpe problematis exerceas, prius quàm maioribus manum admoueas. Quod si illius imperfectissimæ mistionis, à destillatione residentiam distinguere non facile posses, quid sperandum in ea, quam natura perfectissime elaborauit? Præterea sit in ijs, quæ eliquantur, alicuius momenti destillatio, saltem id mihi concedent, parum roboris eam habere in fodinis duræ substantiæ, cuius generis sunt ferrum, aurum, æs & plumbum. Nam horum color, odor, sapor, qualitates primæ calidę, frigidę, humidæ, & siccæ, & quæ ab ijs emanant facultates, per ea transeunti aquæ distribuentur qui-

D dem, at substantiæ nulla aut minima portiuncula. Censeo itaque ad quandam affirmatiuam inferendam destillationem certissimam fidem facere, vt potè ad asserendum hoc, ibi inueniri. Non tamen, vt putant, sola sufficiet, ad exactam fodinæ cognitionem: quandoquidem non licet ob rationes dictas inferre, nil aliud in fodina esse ab ijs, quæ in residentia visa fuere. De ebullitione idem esto iudicium. Sunt autem destillandi variæ rationes, inter quas potissimam iudico eam, qua ab Alchymistis modus ostenditur separandi quatuor elementa abinuicem, quam si narrare aggrediar, propositi sermonis rationem excedam. Quare ab Alchymistis hanc disce, aut si ex libro Naucleris esse speras, à Io. de Rupescissa, à Raymundo Lulio, ab Arnaldo de Villanoua, ab Alberto magno, aut à Cœlo Philosophorum Philippi Vlstadij, qui vltimus, nempe anno M. D. XXXXIII. & facillime scripsit, aliorum scripta colligens. Ad postremam fodinæ cognoscendæ rationem properemus, quæ omnibus æque accommodata est, nempe ad effectus, siquidem ij à facultate pendent, facultas talis à tali temperamento, temperamentum in tali substātiæ commistione situm est, quam talem rem appellamus. Hic à sensibus ad rationem confugies, non amplius gustando, olfaciendo, videndo, & tangendo quod quęrebas, sed ratiocinando. At cum effectus particulares numero sint infiniti, cum à varijs causis produci possint, vt incertitudinis, ita difficultatis plurimum habere videtur. Sed age facilis erit, si hanc secteris viam: primum in vnum collige vniuersales horum vndecim qualitates primas, & facultates ab illis emanantes, à quibus opera illa fiunt, quas initio huius libri recensuimus: vt exempli gratia, video chiragras, podagras, paralysim, nodositates, suffusiones, & similes morbos, ab humore crasso, frigido alicui parti impacto horum vsu curari, negligendum id nō est. nam & experientia Aristote. secundo Poster. resol. Et Galeno primo de Alimentorum fac. demonstrandi principium esse potest. Sed colligendæ omnes simul, donec inductionem posis constituere. Non vt Archidamus ex vna aut altera experientia in vniuersum sic se habere asseres. Deinde sic ratiocinaberis, Nō potuit ille affectus (liceat. n. mihi sic cum tyronibus sermonem instituere) profligari, nisi dissipata causa: at causa erat humor frigidus, humidus, crassus, viscidus: huic igitur opus erat ex communi illo proloquio contrarijs calfacientibus, siccantibus, extenuantibus, detergentibus, & dissipantibus seu resoluentibus.

Aqua

Aqua ex se,nec à calore suo id habet, hos tamen
effectus fecit: accepit igitur ex mineralibus hac
virtute praeditis. Eius generis sunt sulfur, nitrũ,
calx,bitumen,sal,& alumen, alia tamen magis,
alia minus,seu intensius & remissius id agere na
ta sunt. Bitumen cum remollitione, alumẽ cum
astrictione,quae impedimento, non auxilio est.
Sed haec prius dicta, ab eo loco & à sequenti ca-
pite petantur. Hác ratiocinationem inito, etiam
in morbis qui à relaxatione fiunt, aut iunctura-
rum debilitate,aut feruore ingenti,inuenies fer
rum,aut plumbum, aut aurum, aut aes, aut gip-
sum,in fodina esse. Sed cum de affectibus, qui à
calfaciendi fodinae genere curantur libro secun-
do discreuerimus, & capite sequenti de omni-
bus in vniuersum dicturi simus, vlterius sermo-
nem non protrahemus: sed lectorem eo relega-
mus. Qui etenim didicit qui affectus à tali fodi-
nae genere curentur, didicit etiam vbi hos sana-
tos viderit coniectare,tale fodinae genus fuisse sa
nitatis recuperatę causam. Verum cum idem ef-
fectus à duobus,tribus, pluribusue pendere pos-
sit,à quo fiat distingues,aliorum iam dictorum
signorum auxilio adiutus. Porro etiam si talem
effectum videris,nil tamen adesse eorum, quae
contrario modo operantur ex ijs asserere nõ de-
bes:sed haec alia vincere certum est. Quam vi-
ctoriam discernere,& cui tribuenda sit, iudica-
re non est facile. Prudens tamẽ Medicus omnia
signa simul conferens, & eorum numerum,cer-
titudinem ac pondus diligenter perpendens, à
veritate non longe discedet. Verum quantum
rei certitudo patitur, talem rem ibi eẽ sciet qui-
dem certo, si diligens sit eorum, quae diximus,
obseruator. At quid reliqua vincat, saltem con-
iectura veritati proxima assequetur. Oportet au-
tem non oscitanter perpendere quę diximus, sa-
porem, odorem,& colorẽ aquae. Deinde quid-
quid aquae contiguum est, canales, parietes, epi-
stomia,& substratum lutum, seu arenam, quid
in illis concrescat aut haereat, quid in his resideat
considerare, quid ex ea desumi seu cõfici soleat,
quid in finitimo solo effodi consueuerit. His
deinde tria illa tãquam extremum colophonem
addere, ipsius aquae ebullitionẽ, destillationem,
& effectus, quibus omnibus si recte vtaris, falli
non potes.

*Qui morbi balneorum naturalium vsu curentur:
eorumq; ac eisdem vtendi ratio et tempus.*

POstquam totius orbis balneorũ historiam
narrare non conceditur, meo functus mu-
nere videbor, si vbi vno cap. aquarum sponte na
scentium mistionis cognoscendae rationem edo

A cui, altero omnium vim ac facultatem aperue-
ro, opus sanè longum & difficile, pręsertim cum
ante me nemo id methodo tractarit. Sed vtrun-
que ego effugiam, longitudinem summa tan-
tum praeceptorum vniuersalium capita attin-
gens particulari exercitatione leuiter indicata.
Alterum nempe difficultatem vitabo, ex claris-
simis principijs Galeni, & omnium medicorum
authoritate receptis eas deducens conclusiones,
quas nunc dicebam à nemine hactenus traditas
fuisse. Sic non mihi, sed ijs ipsis authoribus erunt
adscribendae, vt pote quae potentia in suis prin-
cipijs inessent. Vnde me nemo dicat haec con-
stituisse, sed velut in Galeno latentia common-
strasse, & quasi in lucem eduxisse: quod ratione
aliqua fiet, si sic aggrediamur. Quęcunq; corpo-
ri nostro immutationem alterationemue indu-
B cere nata sunt, id vel manifestis agunt qualitati-
bus, vel à forma agentis illius cõstitutiua, quam
& totam substantiam vocant, & alij proprieta-
tem occultam. Manifestarum qualitatum actio
duce ratione ex gustu, olfactu, visu: & aliquan-
do tactu cognosci potest, prius quàm ex ea re ef-
fectum aliquem videris. At eorum vires, quae à
tota substantia agunt, non nisi ab effectibus co-
gnosci possunt. Vnde cum omnium facultatum
cognoscendarum duo sint instrumenta, ratio, &
experientia: illa vtroque, hęc sola experientia iu-
dicatur. Primo igitur loco disseremus de actio-
ne à manifestis qualitatibus prodeunte, postre-
mo non omittente, quae vel iuncta rationi vel so
la cõmonstrabit experientia. Nemo est qui non
fateatur compositum omne à componentibus
partibus suam vim naturamque accipere. Atque
C inter caetera aqua cum ἄποιος, hoc est, qualitatis
expers sit, omnem alienam qualitatem facile ad-
mittit, vt Galenus libro secundo de alimentorũ
facul. docet cap. de Cucurbita. Quorum itaque
misturam aqua recipit, eorundem saporem, odo
rem, colorem, ac virtutem facile referet. Ve-
rum praetereundum non est quòd si contrarijs
praedita facultatibus misceantur, vnum alterius
vim ita retundit, vt neutrius qualitates repręsen
tet. Sed tertium quoddã resultat nec huius, nec
illius vim redolens: vt si ęrugini oleum adiunxe-
ris, sarcoticum medicamẽtum habebis, ex tertio
Methodi medendi. Cum tamen hoc vlcera pu-
trefaciat, illa erodat. Hac moti de causa quae idẽ
possunt coniungemus, deinde contrarijs faculta
tibus pręditа inuicẽ conferemus. Siquidẽ humo
res calfacere & siccare ordine tertio, icidere, ex-
tenuare, abstergere, trahere, & in ambiẽtem dis-
sipare possunt: sulfur, bitumen, nitrum, calx, sal,

æs, & alumen: vt præcedenti libro dictum est. Verum sulfur, & bitumen emolliunt partes ac quasi effœminant. Ex aduerso alumen, sal, æs, & nitrum, astringendo roborant: Sed caliditate & siccitate vno superatur ordine. Calx illa omnia superat adeo, vt in ipso extinctionis tẽpore mordicet & comburat. Ferrum, plumbum, & Gipsum refrigerantium & siccantium ordini secundo inseruntur, astringunt, & reprimunt. Cumq; hæc aquæ miscentur, ne hic, vt plerique scriptores, hallucineris existimãs balneum eum cal. frig. hum. & siccitatis gradum accepisse, quẽ illi admista à natura acceperunt. Nam etiam si aqua velut & cucurbita ἄποιος, hoc est, qualitatis expers sit, id tamen non de primis, sed de secundis qualitatibus Galenus intelligit, quæ gustu percipiuntur nempe de sapore. Cum itaque aqua frigida & humida sit, calfacit et siccantium vim non qualem accepit, sed retusam & imminutam referet, refrigerantium vero & humectantium adauctam: quem enim actu habet calorem perdit prius quàm illa vtaris, & magis adhuc post illius vsum, adeo vt quod ad id attinet, à dulcis & tepidæ aquæ balneo nil differat. Prę terea non animaduerterunt quòd veluti non quæuis aluminis, aut salis, aut nitri, aut similis alterius quantitas, quamuis aquæ quantitatem suo sapore inficere potest: ita nec suarum primarum qualitatum æqualem vim impartiri. Sicut enim in stillatitijs aquis Manardus & alij viri eruditissimi facultatẽ eius rei à qua stillauit non talem seruari iccirco asserunt, quòd sapor non seruetur. Sapor enim temperamenti index est: in temperamento est facultas, à facultate prodit actio: ita fiet in hac mistione. Quid igitur dicemus? num quæ talem saporem non refert aqua, talem non accepit facultatem? minime. Sed id necessario colligemus, nec omne balneũ, quod alumen accepit, calidum & siccum tertio ordine, nec aluminis effectus æqualiter præstare posse, verum intensius remissiusvé, celerius aut tardius hæc efficere pro varia immistæ fodinæ quãtitate. Vnde, vt in Aquensibus balneis dictum est, quæ vltra Burmidam sunt balnea efficacius operantur, quàm quæ in vrbe: quod (vt aiunt) magis mineralia sint: sic balnea de Petriolo alijs Senarum. Non itaque cum Sauonarola quę Alumen accepere calida, sicca tertio gradu pronunciabimus, quod alumen tale sit. Quod de aluminosis aquis exempli gratia dixi, de sulfureis, nitrosis, & alijs omnibus dictum puta. Porrò iam dictarum sponte nascentium aquarum facultatem bimembri partitione complectamur. Aut

D enim calfaciunt, siccant, incidunt, extenuant, abstergunt, trahunt, & dissipant, sed molliendo ac relaxando: qualia sunt sulfurea & bituminosa. Aut idipsum agunt, verum non etiã mollunt, sed potius adstringunt, densant, & repellunt. Eius generis sunt primum aluminosa, dein de ænea, salsa, nitrosa, postremo quæ calcis misturam acceperunt. Secundum locum ijs tribuimus, quę refrigerant & siccant, cum astrictione. Eius generis sunt ferrea, plumbea, & gipsea. Atque inter hæc quę eiusdem generis videntur, magna est differentia. Nam bituminosa induratas partes magis emolliunt, sed tardius penetrãt & leuius dissipant sulfureis. Quæ plurimum aluminis acceperunt, sibijpsis viam præcludunt, ne dictas potentias in actum deducere possint. In quibus calx & sal superant molestam quandam

E mordacitatem non effugerunt. Nitrosa felicius ijs omnibus præstant quæ de ipsis polliciti sumus. ferrea gipseis & plumbeis potentius astringunt & densant. Extremis ita diffinitis facile est de intermedijs seu mistis iudicium facere. Quãdoquidem non solum pro mistionis varietate facultates variari cõtingit, sed etiam pro varia mistorum quantitate. Verum hęc omnia verbis aperire est impossibile: numeri enim ferè infiniti sunt. Quod facile disces, si ita ratiocineris, vndecim sunt à nouis enumerata, quę si singula seorsim per se sumantur, & deinde cum quolibet aliorum decem vndecies vndecim habebimus. Ex qua coniugatione centum viginti & vnam mistionem habebimus. Exempli gratia, detur primum aqua sulfurea, qualis est balnei Asculi, Sicilię, & aliorum: vt suo loco narrabi-

F mus. Deinde eidem accedat nitri portio aliqua, fiet sulfurea nitrosa, sic ordine in alijs fiet sulfurea aluminosa, sulfurea salsa, sulfurea calcis particeps, sulfurea bituminosa, sulfurea gipsea, sulfurea ęrea, sulfurea ferrea, sulfurea plumbea, sulfurea aurea. Idipsum nunc fiat in alumine in sale, breuiter in alijs decẽ resultabit numerus iam dictus cxxi. Age prosequere, sulfur cũ nitro reliquis misceto, in numero ternario habebis nouem mistionum genera, idisum facito quatuor connectens habebis octo: in quinario numero septem, in senario sex, in septenario quinque, in octonario quatuor, in nouenario tria, in denario duo, & vnam ex vndecim simul iuncti. Quę dictę coniugationes sulfure superante (sic enim semper intelligimus cum vel sulfuream, aluminosam, ferream, aut similiter appellamus vincẽti primam denominationem tribuentes) sunt quadraginta & quinq;. Idipsum superante alumine

mine facias sic nitro, & singulis vndecim dictis vndecies quadraginta, & quinque quadringentæ, nonaginta & quinque mistiones resultabūt, cum prædictis iunctæ sexingentæ & sexdecim. Nunc qualis quantaque varietas ex diuersa horum cōmistione consurget. Sed num ob id hæc cognitio tanquam incomprehensibilis est omittenda? minime. Nonne & in morbis idipsum contingere iam edocti sumus? cum enim vltra triginta morbi simplices libro de Differentijs morborum enumerentur: si ex viginti quatuor literis dictionum numerus infinitus resultat, quid eueniet ex multo pluribus morbis simplicibus inuicem omnimode complicatis? Præterea nonne ab eodem morbi genere maxima varietate varij homines affligūtur. Has tamen particulares connexiones, & secundum magis ac minus morborum differentias seorsim peculiari sermone prosequutus nō est Galenus, sed hæc Medici prudentiæ committit, vt pote vniuersali doctrina hæc complectente. Sic igitur nos ad institutum reuertentes summa dicendorum capita attingamus, reliquum Medici prudentię relinquentes. Harum fodinarū facultates bimembri partitione complectebamur. Quædam calfacere, siccare, incidere, extenuare, abstergere, trahere, & dissipare diximus. Eius generis sunt sulfureæ, aluminosæ, nitrosæ, salsæ, bituminosæ, æneæ, & quæ calcem habent. Quædam vero refrigerare, siccare, adstringere, densare, & roborare. Eius generis sunt ferrum, plumbum, & gipsum. Iterum priorem illam partem tripartito secuimus in ea quæ, quod diximus, præstant, sed simul molliunt ac relaxant: qualia sunt sulfur & asphaltum. Ac in ea quæ astringendo id pręstant, qualia sunt aluminosa, ob nimiam astrictionem inutilia. Et in ea quæ medio modo operantur felicissime citra astrictionem vehementem & remollitionem salsa nitrosa, & quæ ex ijs contrarijs mistionem accepere, vt sulfurea aluminosa. Porro si verum est, vt verum esse plerisque in locis demonstrauit Galenus, pręsertim vndecimo Methodi Contraria contrariorū esse remedia. Quæ primo partitionis membro comprehensa fuere, morbis frigidis humidis erunt aptissima auxilia, quorum causa fuerit eius generis multus humor crassus & viscidus. Siquidem frigiditati caliditas opponitur, humiditati, siccitas, crassitiei, extenuans: visciditati, abstergens, & incidens: multitudini, vacuatio: cuius species est dissipatio, & in ambientem per insensilem transpirationem facta euaporatio. Porro eius generis morbi sunt, si à pituita originem traxere,

A Cephalalgia, Paralysis, Conuulsio, Lethargus, Congelatio, seu Catalepsis, Catharrus, Suffusio, tinnitus aurium à vapore crasso, obstructio vel olfactus, vel auditus, vel alterius meatus: mollities gingiuarum vel linguæ, defectus gustus, fluxio humiditatum ab ore, tussis humida, asthma, ventriculus relaxatus, aut pituita infarctus, Iliaca passio, colicus dolor, nephritis, vermes, Lienis tumor vteri affectus, menstrua alba, sterilitas, ischiadicus dolor, chiragra, podagra, arthritis denique omnis, œdema, nodositates, psora, scabies, vitiligo, impetigines, elephantiasis, & similes morbi, vbi à pituita originem traxere, vt dictum est. Non repugnat tamen & multos à melancholia genitos iuuari horum vsu, immo & sanari, vt capite vltimo libri primi, & libro secundo dictum est. Sic etiam corrodentia vlce-

B ra, cancrenas & alia vulnera maligna horum vsu curari feruntur: sed censeo ego, ea quæ abstergentium & astringentium quantitatem accepere id præstare posse. at ex aduerso quæ tantum resoluentia præsertim cum remollitione, minime. In his autem qui vtendi rationem & mensuram desiderat, secūdum librum perlegat. Cum enim illa Aquensia balnea sulfure, nitro, alumine, & sale participent. Atque cum quatuor hæc cum asphalto, ęre, & calce conuenire iam dixerimus, haud dubie eisdem morbis, quibus illa conuenient, & eadem erit vtendi ratio. Quæ omnia in hunc essent referenda locum, sed breuitatis studio bis eadem non repetemus. Sed qui balneorum huiusce partitionis, vim & vsum omnem sibi comparare desiderat, secūdum librum euoluat. Nos hoc in loco ea annotabimus, in quibus

C hæc facultate inter se differunt: siquidem maximo interuallo distant inter se, quæ primo partitionis membro comprehensa fuere. Aluminosa etenim, si alumen reliqua longe superet, astringunt adeo, vt sibijpsis viam præcludant stipata cuti: vt octauo Methodi de eo qui se in Albulis lauerat: ita etiam plurimum ænea. at salsa, nitrosa, & quæ calcem habent, tam leuiter astringūt, vt alijs operationibus impedimento non sint. Sic quæ alumen admistū habent vel parua quantitate, vel relaxantibus, aut fortiter abstergentibus vt Aquensia, talia tardius quidem, at felicius præstant quod de ipsis polliciti sumus: siquidem leuis illa astrictio partium robur seruat & continet, nec ob id humorum dissipatio & in ambientem resolutio impeditur. Quod pulchre Galenus in viscerum inflammatione soluenda docet vndecimo Methodi, vbi resoluētibus astringentia miscet. Econtra bituminosa & sulfurea visceribus

sceribus sunt cōtraria ex eodem loco, præsertim ventriculo & iocinori, ob id talium potio noxia est. Sic eorum vsus arthritidi parum accommodatus est, & multis alijs morbis. Articulos enim & illas partes fluxionibus obnoxias ita relaxant, vt postea eisdem recipiendis humoribus proniores reddantur. Iecoris autem & ventriculi actio vitæ necessaria labefactatur imoderato illorum vsu. At vbi nodositates adsunt, tophacei gipsei, & similes humores crassi & iam indurati, in vna aliqua parte contenti, ad horum vsum, non aliorum est properandum. Extremorum facultate cognita, mista vel ex extremis, vel ex alijs cognoscere non est difficile. Sunt autem ex iam dictis balneis, facultates nunc narratæ. In Italia sulfurea Balneum de Macereto in ditione Senarum, Balneum Asculi, Balneum Siciliæ, Balneum Vinadi. In Germania balneum quoddam in Ducatu Vuitembergensi apud Geppinguam oppidum. Et balneum in An, apud Rotemburgum. Bituminosus est Scirbonis lacus, Sulfureum bituminosum balneum Perusij. Hæc autem sulfurea aut bituminosa bibi non debent, sed in nodosis partibus curandis plurimum possunt, & duritie aliqua dissoluendā. Quòd si cum sulfure alumen misceatur, neque vehementer emolliet, neq; astringet: sed mediam qualitatem nancisceturiam dictis omnibus morbis aptissimam. Eius generis sunt, in Romandiola balneum de Turri dictum. In ditione Senarum balneum de Petriolo. Balneum Pisarum. In Germania, balneum quoddam apud Badenias Heluetiorum. In Bohemia apud Elembogium: vel è contra, si aluminosa & sulfurea fuerint, vt in Romandiola balneum medium, item balneum Volaterrarum. Balneum Pisarum. Balneum de Pilatijs apud Viterbium. Quibus si nitrum accesserit, felicius operantur. Tale est balneum apud Lucarum vrbem. Et in ditione Senarum balneum Sancti Philippi. Sic in Germania Vuisbadenses. Et aliud apud Abudiacum Baioariæ supra Reginoburgum. Idem præstabunt sulfurea salsa aliquid aluminis habentia, qualia sunt quæ in Germania in inferiori Badenia habentur. Et quæ in Ducatu Vuittenbergensi. Sic sulfurea aluminis & æris aliquid habentia, vt sunt Cellenses Thermæ in Germania. Porro aluminosa (vt iam diximus) parum accōmodata sunt iam dictis morbis, verum si vna potenter incidentium tenuantium & abstergentium aliquid acceperint, non erunt omnino inutilia, præsertim si sulfuris aut asphalti mistio accesserit. Eius generis sunt balneum montis Orthoni, & Carpense, quæ alu-

D men, sal, & sulfur habent. His potentius operantur & aptiora iudicantur, balneum Aponi, balneum sanctæ Helenæ, Thermæ Porretenses, & Aquarij. Quæ omnia alumine, sale, nitro & sulfure constant. Ita quòd in Germania habetur iuxta lacum Podmicum aluminis, & nitri particeps. Sic balneum sancti Petri aluminis & salis particeps. Sic balneum Domus Nouę alumine, sale, & calce constaus, vt balneum Sancti Bartholomæi. Ab his non plurimum recedunt nitrosa, quale est Aqua Borla dictum in ditione Senarum. Inferiora his sunt salsa, alumen & sulfur habentia: eius generis sunt Volaterrarum Lacones appellati. His adiungitur aqua salsa, tale est balneum montis Catini. Himera Siciliæ fons. Lacus in Aphrica ad Iouis Ammonis templum. In Armenia Matianus Lacus. Fontes in Cappa-

E docia ad Lacum cui Tatta nomen est. In Gallia Narbonensi fons Salsula nomine Putei in via salsula dicta in Cispadano tractu inter Parmensem & Placentinum agrum. Adde ænea sulfurea, vt balneum Asinellæ apud Viterbium. Et ænea solum, vt Lucense Rubeum dictum, ijs facultate inferiora plurimum sunt quæcunq; contrarijs viribus præditorum aliquid accepere. Nempe, eorum quæ secundo sectionis membro reposuimus, ferri, plumbi, vel gipsi: talis est in ditione Viterbij balneum Vallis kaim, aluminis, æris, & ferri mistione constans. Sic alumine, sale, gipso, & sulfure constans Balneum montis Grotti. Ita balneum de Bussetis. Balneum Sanctæ Mariæ ambo in ditione Viterbij. Et aliud in Sicilia quæ sulfurea & ferrea sunt. Validius aliquanto operabitur balneum Romandiolæ, ac

F balneum cruciatorum in ditione Viterbij, quæ sulfur, ferrum, & æs accepere. Idem est iudicium de aluminosis, nitrosis, & ferreis, quale ē quodam in Germaniç Alsatia prope Gebersuneiler. Denique balneum Paganelli apud Viterbum, nitrosum, salsum, aluminosum & ferreum. Iam dictis omnibus affectibus propulsandis non solum debile, sed & inutile ac contrarium erit, quod aluminis ac ferri mistione constat. Quale est balneum Bulicani in ditione Viterbij, & balneum Vrbis veteris. Quorum duorum effectus potius sequentibus sunt adiungendi, quàm inter præcedentia enumerandi. Hanc enim facultatem acceperunt, à qua effectus eorum, quæ secundo & vltimo primæ sectionis membro contenta sunt, expectare oportebat: siccabunt, enim & astringent potenter, nec calfacient. Siquidem aquæ & ferri frigiditas aluminis caliditatem retundet. His ita vtcumque enumeratis ad ferrea,

rea,gipsea, & plumbea accedamus. Hæc cum refrigerare,siccare,astringere,densare, & roborare iam diximus,qui communis illius prologuij meminerit,omnibus iam dictis morbis vbi à causa frigida pendent,non solum vtilia,sed noxia iudicabit. Ex aduerso vbi caliditate pars aliqua relaxatur, debilitatur, & quasi vim suam & robur amittit,huic ex vsu est: non tamen si humorem aliquem in fouentem causam retinuerit. Tunc enim illum resoluere & vacuare oportet,at ab hoc balneorum genere nulla vacuatio, sed potius arctatio & materiæ retentio est expectanda. Siquidem astringendo,densando & roborando non vacuas, sed ne vacuetur impedis. Quapropter concludimus tria illa balneorum genera vel simplicia, vel inter se mista, vel alijs quæ ab ijs non multum viribus distent, soli intemperiei calidæ humidæ cum relaxatione conuenire. Aliquando calidæ & siccæ,cuius causam postea accipies. Sunt in horum balneorum genere ex iam dictis Lucenses thermæ de Corseno dictæ: Vinadi & Volaterrarum, quæ solum ferrum habere scribuntur. Sic in ditione Pisarum duo, & sub ditione Senarum Caldenarum dictæ,quæ ferro & alumine constant. Sic ferreum aluminosum æris aliquid habens balneum de Auinione. Hæc igitur balnea & ijs similia vt ferrea gipsea, ferrea plumbea, ferrea gipsea plumbea: vel gipsea ferrea, gipsea plūbea, gipsea plumbea ferrea: vel plumbea ferrea, plumbea gipsea, plumbea ferrea gipsea, & reliqua, quibus etiam si aliquid aluminis aut æris accesserit, ooo multum illorum vis immutatur. Hæc inquam balnea, vt ad particularia descendamus, omoem iotemperiem membrorum calidam tollunt. Ita qui Cephalalgia à calida meningum, vel aliarum capitis partium intemperie vexantur, horum irrigatione iuuabuntur, sic catarrho calido, vel neruorum quacunque dispositione calida affecti. Aestuantis ventriculi deperditam appetentiam horum potio suscitabit. Feruorem cibos in nidorem corrumpentem extioguet. Relaxationem tollet. Iocinoris tractricem vim, ob similem causam languentem restituet ac roborabit. Vode ab horum vsu multos macilentos pingues redditos, certo compertum habemus. Hyposarcæ & Timpanitidi conferre putantur, superfluas humiditates exsiccando. Hæc fluxum stomachicum, fluxum hepaticum, fluxum hæmorrhoidarum, menstrua cum rubra, tum alba sedant. Vteri superfluas humiditates absumunt. Quòd si in pulmonum humiditate exsiccanda, in tussi aut asthmate eisdem vteremur, ad interitum ægrum deduceremus: relaxatione enim non astrictione partes illæ egent, vt expurgentur. Vrinæ ardorem mitigat, sic renum æstum, podagram, chiragram, & omnem arthritidem calidam post humoris resolutionem, (quod in omnibus morbis intelligendum est, siquidem humores non solum non vacuare, sed coercere ac retinere iam diximus) vbi sola iuncturarum debilitas firmanda relinquitur, iuuat: ne iterato fluxionem admittant, scabiem à calido & adusto sanguine prorumpentem coercet, (quæ frequens est) eius causam mitigando. Icteritiam curant, quæ à venarum immoderata caliditate fit, sanguinem in bilem per vniuersas corporis partes conuertente. Et pleraque similia præstant. Extremis ita definitis, itermediorum seu ex extremis compositorum vim discernere non est difficile. Quales sunt ex iam enumeratis, Thermæ quædam Senarum ferreæ & sulfureæ. Thermæ Viterbij de Grotta dictæ ferreæ æris, & oitri non expertes. Sic quæ in Lothoringia plumbi, sulfuris & aluminis mistura constant. Horum proculdubio in morbis frigidis non admodum rebellibus felicissimus est vsus, præsertim si sint affectus interni potione egentes. Quandoquidem sulfur & asphaltus per se nimis molliunt & relaxant: vnde ventriculi & hepatis robur dissoluunt, vt antea dicebamus. Quæ vero vel ferri plurimum, vel aluminis, vel æris, vel gipsi, nimis astringendo ita sibijpsis viam præcludunt, vt humorum euaporationem nullam facere queant. Ex vtrisque ijs mista contrarijs, resoluent, ac partis vim & robur oon dissoluent, sed potius augebunt ac firmabunt. Quod autem ad qualitates primas attinet, illa calfacient, hæc refrigerabuot, ex vtrisq; mista, ad temperamentum medium magis accedent. Quæ igitur primo partitionis membro narrata fuere, calidis & siccis, biliosis, gracilibus debilibus vel toto corpore, vel iuncturis, quibus nulla humiditas adest egens vacuatione nocent, & multis alijs. Atque inter illa minus cooueniunt, quæ sulfur aut asphaltum accepere. Sed quid hæc repeto, libro secundo fusissime ostensa fuere? Ex quo nullo negocio disces quibus sint vsui, quo tempore, qua quantitate, qua corporis præparatione, quid ante balneum, quid in ipso balneo, quid post sit agendū, & plurima alia. at de eorum vsu, quę ferrum, gipsum & plumbum accepere, hoc loco dicendū, ad quę & aluminosa, ac ænea referre non est absurdum. Hęc ex iam dictis manifestum est, vbi humorū copia adest, non solum non valere, sed & noxia esse: ideo non qua ratione præparandi, aut

di, aut vacuandi recensere oportet, neque multa alia, quæ horum ratinne narrãtur. Non solum enim quòd non vacuent, sunt inutilia, vbi adest cacochymia, sed quia vacuãdos prohibeant, noxia: vnde si acres & biliosi humores in corpore redundent, horum lotione retenta solita exhalatio febrem accendet, accensam augebit, & curationi contumacẽ reddet. Et hæc causa est, cur febribus nõ scripserimus remedio esse, contra multorum sententiam. Huius exemplum habes viij. Meth. de eo qui se in Albulis lauit, quæ plurimo constant alumine. Ob id tales, nempe picrocholos, non lauandos censeo: quod si in scabie, aut vniuersi corporis ictero iam dicto, aut totius intemperie, aut alijs quibus vtilia hæc dicebamus, ijs vti velis, id maxima agendum cautione, vt febris periculum effugias. Vacuanda plethora & cacochimia si adsit. Deinde ab horum vsu molli & mediocri frictione ad naturalem habitum cutis restituenda per eam sublatis obstructionibus: moderandus ita vsus, ne in rigorem, aut alia mala symptnmata æger incidat. Tempus accommodatius fore post absolutam coctionem ex dictis lib. sec. colligi posse non dubito. Sic moræ diuturnitatem virium robore metiẽdam, etiam si ab horum vsu non vt illorum prosternantur. Iã igitur quid ante hoc balnei genus, quid post, sit agendum. At si in pedum vel manuum artubus firmandis hisce vtaris, inanis est talis consideratin: quandoquidem quouis tempore, quauis hora illorum perfusinne mnderate vti licet. Est autem ad id agendum accõmodatissimum tempus, vbi vel Podagram, vel Chiragram causans humor resnlutus fuerit, & penitus vacuatus vel aliorum balneorum vsu, vel naturæ beneficio. Tũc enim relaxatos & debilitatos artus vnit & roborat, ne iterato fluxionem facile recipiãt. Atque tunc non solum calidæ sed & frigidæ artritidi vsui esse possunt. Porrò si huius aquæ potionem haurire oporteat, aduersus ventriculi, iecoris, renum, vteri, vesicæ & alui iam dictos affectus, nemini non manifestum arbitror, illud ipsi tempus esse præscribendum, in qun neque ventriculus, neque intestina, neque venæ Mesaraicæ, crudi humoris, vel cibi quippiam habent: alioqui in venarum osculis vehementes causabis obstructinnes. Quantitatem tibi præscribet affectus & sumentis natura, siquidem sola morborum & remediorum quantitas verbis describi non potest. Cõmunis tamen & pluribus accommodata erit libræ vnius à minori quantitate ad maiorem accedendo. Hactenus effectus & actiones, quæ à manifestis qualitatibus pendent,

D verbis prosequuti sumus: nunc eos qui ab occulta proprietate, vt aiunt, efficiũtur prnsequamur. Ad hæc enim duo snla omnes referendns effectus initin prnposuimus. Cum autem hæc snla cognoscatur experientia viro prudenti, & multis eget limitationibus, vt vniuersalem cõstituat propositinnem. Vnde dubium & fallacissimũ est ex inani & parum fida populi opininne quippiam asserere. Nam quòd magnes ferrum, succinum paleam, Rhabarbarum bilem, Agaricum pituitam, trahant: Quòd basiliscus soln visu homines necet: & similia infinita, quæ à tota substantia, seu forma rei constitutiua ex tali mistione resultante, operari dicuntur: etiam plebæis notissimum est. At balneum de Palatijs apud Viterbium ab occulta quadã proprietate hepar iuuare, thermas Neapolitannrum nullum non
E mnrborum genus & calidorum & frigidnrum profligare, Porretensia grauidis appetentiã excitare, eas iuuare, cum tamen menstrua & vrinas prouocent, qui effectus contrarij sunt, sic omne arthritidum genus tollere, & multa alia credere, quæ nnn snlum de his, verum etiam de mnltis alijs balneis feruntur, dubium est, & errore nnn vacat. Siquidem vnicuique spiritui credendum non est, sed probandi primum & examinandi num veritatis viam an fallaciæ sequantur. Est autem fallacissima via popularis rumnr. Quot enim quotidie, sua quædam experimenta vendicantes apud rudem plebeculam, eruditorum nomen sibi parant? Non itaque quod ab isto, vel ab illo auditu, vel scriptis accepimus, etiam si ratinni repugnet, tauquam verum pronunciare audemus, & ad occultam causam cum
F illis recurrere. Sed iam nos tempus aln vocat, & de balneis dicendi finem accelerat. At duo prius restant discutienda, caliditatis actualis causa & effectus. Ac tempus quo balneorum maior est vsus. Existimn recte quidem Aristnt. sensisse sulfur caliditati aquarum sponte nascentium causam esse. At posse aliquid id quod ipsum actu non habet alijs impartiri nnn puto, ni prius in actum deducatur. In caloris actum deducitur sulfur in terræ latebris, non eo pacto quo dum in corpus nostrum agit: sed cum ab astrorum calore, & retentis per reuerberationem vaporibus accenditur, vt in Vesuuio, Aethna, & similibus fieri compertum est. Sic etiam quid vetat in pluribus alijs locis incendi, & nb paruã ipsius quantitatem, aut ob maximam terræ superpositam molem flammam non exerere, sed pedetentim finitimam terram incalescere, & illi contiguam aquam? Argumẽto tibi sit, quòd fontes illi non

toto

toto anno eiusdem caliditatis inueniātur. Quòd illum perdant calorem, vbi è terræ visceribus dissilierunt. Adde, si ignem ipsum videmus & cognoscimus, actu caliditatē intensiorem quàm ipse habeat aquæ impartiri non posse, quo pacto sulfuris vaporis eum feruorem in aquam inducere possunt, quem ipsi non habent. Præterea nunquam ferè videmus in planitie succosa et fœcūda simile fontium genus scaturire, sed è montibus sterilibus, eo quòd paulatim ignis ille superficiem vsque si non calfacere, saltem exsiccare, & sterilem reddere potis sit. Neque suffocatur ignis ille, quia per terræ poros & venas difflatur. Nec mirum si consumpta materia desint balnea: id enim in multis Italiæ locis accidisse ferunt. Hæc autem caliditas aquæ vim non magis immutat, quàm si igni ad teporem reducta vteremur. Quòd si dulcis tepidæ aquæ balneum refrigerat, & humectat, non prohibet actualis illa propositorum balneorū caliditas, quin idipsum hæc præstent. Nam in vtroque ille euanescit calor, vtrisq; non nisi tepidis vti possumus, & debemus. Concludimus igitur ad immutandam aquæ naturam refrigerantem & humectantem nil momenti habere feruorem illum scaturientis aquę. Vnde duo notatu dignissima collige. Primum ex opposita ipsius actione calidorum vim ita reprimi, vt erroneum sit asserere eo ordine ipsam calidam, quo gradu sunt calida ipsa immista simplicia seorsim: verum de hac re paulo ante verba feci. Alterū memoratu equidem & consideratione dignissimum est: vbi exiguam calidæ & siccæ fodinæ portionem secum adferunt, tam leniter illa calfacere & siccare, & etiam humoribus calidis vacuandis vsui esse possint. Primum melancholiæ, deinde sanguini, postea bili, quod ad temperamenti rationem attinet. Si vero humoris naturam consideres, facilius bilis vacuatur, post hanc pituita, post quam melancholicus succus, & bilis atra ægerrime. Postremo sanguis, quòd vt naturæ amicus & familiaris retineatur. Si enim dulcis aquæ balneū hos humores vacuare potest, vt libro secundo ostensum est, & præter id refrigerare & humectare, quare hæc balnea quæ resoluentium aliquid accepere, idipsum potentius non præstabunt, nullam intemperiem inducendo, aut saltem leniter calfaciendo, minus adhuc siccando? siquidem aquæ maior humectandi quàm refrigerandi vis inest. Sic vbi refrigerantia & siccantia sunt immista, refrigerabunt potentissime, siccabunt leuius multo, quàm ferat mistorum gradus. Porro tempus vsus, non Martio,

A Aprili, Maio, Septembri & Octobri mensibus à nobis determinabitur: sed vsum hunc ad duos scopos reducemus, ad balnei naturam, & vtentis. Balneorum naturam in situm, & occultam proprietatem partimur. Alia enim pluuio tempore inundationes recipiunt, à quibus immutatur illorum facultas. talia sunt Thermæ sancti Bartholomæi in comitatu Patauino, & thermæ Pisarum. In ijs igitur & similibus siue ver, siue autumnus sit, cauendum ne præcesserit imbrium multitudo. Alia sunt iuxta altissimos montes sita, aut in vallibus inter montes, in quibus frigidissimus spirat Boreas, aut niuea montium cacumina aerem refrigerant, aut ipse thermarum situs, aut tota regio Septentrionali aperitur oræ, à meridionali, montium altitudine & vicinia contegitur, aut ipsa regio septentrionalis est.

B In similibus, & in omnibus alijs sic ratiocineris, ver et autumnus eliguntur, quòd hę duę anni partes alijs temperatiores sint: quæ igitur eo in loco sit aeris temperies examinādum, non quis dierum numerus, tunc q; eo accedendum, cum ver erit, hoc est, cum aer temperatus erit eo in loco: etiam si talis comperiatur in diebus canicularibus. Exemplo tibi sint Porretensia balnea, quæ ob alpium Pistoriensium viciniam vsui non sunt, nisi Iunio & Augusto. Alijs enim temporibus ibi homines algent. Considerandus itaque situs, consideranda pars anni, non ratione sui, sed temperiei aeris: non itaque ver aut autumnus certo dierum numero ad medicam considerationem circunscribitur, veluti nec ętates: demus enim adolescentem frigidi & sicci temperamenti, ab isto eædem sumentur indica-

C tiones, quæ à sene sumerentur, si curandus aliquo morbo proponeretur. Sic Maio mense si æstuaret aer, num ver esse diceremus? minime. Sed eam rationem & indicationem huius haberemus quam æstiui, sic in alijs. Consideranda & occulta proprietas: quædam enim quibusdam anni temporibus colorem, odorem, & vim mutant, vt Aquēsium ciuitatis fons hyeme aliquando subuiridis apparet, olet sulfur, alijs temporibus minime. Sic balneum quintum Pisarum de Aquis appellatum, tam insignem mutationem recipit, vt quibusdam annis non solum inutile, sed admodum nociuum sit. Tempus hoc rectissime dijudicant proximi pagi incolæ: tunc enim nocuum fore iudicāt, cum Aprili & Maio mensibus aqua turbatur mirum in modum, & citrino colore imbuitur. Hoc idem fieri potest, vt in aliquibus anni partibus accidat: vt in ditione Viterbij balneum Bulicani, eodem die nunc colo-

rem

rem auri,nunc auricalchi, nunc ſtanni ſuſcipit. Hoc itaque tempus hac ratione vel noxium,vel opportunum non à ſcriptoribus, ſed ab incolis diſces. Quod à ſcriptoribus accepi,eſt vere & autumno omnia ea balnea vſui eſſe, quorum hiſtoriam prius narraui: præter quàm eorũ quę nunc recenſui. Altera definiendi temporis ratio, ab vtente deſumitur. Vbi enim irrigatione vel potione vtimur, vel ſolam balneamus partem, vt in podagra,vel chiragra,cum iũcturis robur addimus aſtringentium balneorum vſu, locũ non habet hæc temporis circunſcriptio. Sed in ſolo lauacri vſu temperatum aerẽ deſideramus, cum circa vniuerſum corpus eo vtẽdum eſt. Non inficior tamen & illis accõmodatius eſſe hoc tempus. Verum hęc ego ita commonſtro, vt indicata ratio, vnicuiq; particularem exercitationem ſignificet. Cum enim lauacro vſuri temperatam E aquam & temperatum aerem exigant, vt ſecundo libro oſtenſum eſt, priorem illam conſiderationem hæc ad ſe trahit. Vtentis etenim ratione balnei ſitum cum aeris conſtitutione ita comparamus, vt ex vtriſq; collatis qualem requirimus aeris tẽperiem náciſcamur, & eligamus. Quam ſi non habemus, aquam in calidum cubiculum deferri curamus. Laudabilius tamẽ eſt balneum aeri expoſitum, cuius vapores exhalant, & ſolis radijs purificantur, in quo balneãtes liberiorem habent anhelitum, neq; à retentis vaporibus illorum caput lęditur: vt abunde libro ſecũdo dictum eſt. Talis autem, nempe temperato proximus aer eſt, non quidem ſemper, ſed vt plurimum in omnibus iam L.Z. nominatis Balneis, excepto balneo Porretenſi, Aprili, Maio, Septẽbri vſq; ad.xv. Octobris: & hoc tempore ad dicta F balnea ægrotantes accedunt. Hæc de balneis dixiſſe ſit ſatis. Ex quibus ſi quidpiam vtilitatis beneuolus lector accipiet, non mihi, ſed omnium Creatori gratias habeat: nos enim illius ineptiſſima inſtrumenta ſumus, tantum bonorum operum conficientes, quãtum diuinæ illius clementiæ nobis impartiri viſum eſt: prout enim vult, ſic vnicuiq; diſtribuit. At ſi quid mali vel indocti promo vel deprompſi, ab hac caduca humanitate eſt. Extollamus igitur mentis oculos, & cũ Paulo ad Rom. cap. vndecimo exclamemus.

ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ; τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου, ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Θεῷ τὸ τέλος.

D ANTONII BERGHAE IN huiuſce & operis, & authoris doctiſſimi viri D. Bartholomæi Viotti à Cliuolo commendationem.

DECASTICHON.

Aeſtimat vt magnum quis ab vnguibus eſſe leonẽ:
Hic etiam magnum te probat eſſe liber.
Balnea pertractat ſermone notata venuſto:
Languida quæ morbis membra leuare ſolent.
Explicat ingenium varijs quod fontibus inſit,
Adferat & limus quamque ſalutis opem.
Miras hic lacuum vires pernoſcere poſſis,
Quas referat ſerie pagina culta breui.
Debebunt multum tibi Bartholemæe Viotte,
Hæc quicunque tuo condita marte legent.

E IN D. BARTHOLOMAEI Viotti à Cliuolo medicinæ necnon linguarum peritia cumulatiſſimi laudem.

HENDECASYLLABI.

Qui vult Balnea ſcire, vaſtus orbis
Quæ miratur, is hunc legat libellum
Tractantem varias aquas, quibus vis
Eſt quàm maxima. Sis memor laboris
Perdocti Medici, benigne lector,
Qui pandit tibi cuncta diligenter.

EX LEONARDI FVCHSII medicinæ compendio, de Balneis excerptum.

QVINTVM genus euacuationum balneum exiſtit, de quo vt ordine agamus, animaduertendum erit duplicia eſſe balnea: quædam enim naturalia ſunt, quędam vero arte confecta. Naturalia dicuntur, quæ per ſe aut ſponte naturaliterúe proueniunt ſcaturiuntúe: alioq; nomine, eo quod illis inſit calefaciendi facultas, thermæ vocantur. Balneorum autem naturalium quædam nitroſa, quædã ſalſa, quædam aluminoſa, nonnulla ſulfurea, nonnulla bituminoſa, aliqua ferri, aliqua æris, aliqua cupri, aliqua auri qualitatem obtinent: quædam ex pluribus horum conſtant. Eſt autem in vniuerſum omnium vis exiccandi: ſed quædam cum exiccatione egregie ſimul calefaciunt, quædam exiccando conſtringunt. Speciatim vero quæ ſalſa & nitroſa

trosa sunt, ad frigidas & humidas intemperies, & ad eiusdem generis morbos conferunt. Propterea medentur articulorum doloribus, podagræ, resolutioni, renũ passionibus, asthmaticis, fracturis, callosa substantia indigentibus, vlceribus manantibus, inflammationibus diuturnis, & iam induratis: præterea capiti thoraciq; fluxionibus obnoxio, vẽtriculo humore infestato, hydropicis, œdematis è morbo prouenientibus, & pituitosis. Aluminosa vero ad sanguinis reiectiones, ventriculum vomiturientem, hæmorrhoidas immodice profluentes, mulieres quæ inordinate purgantur, & quæ frequenter abortiunt. Ad eos deniq; qui immodico sudore resoluuntur, & tibiarum varices prosunt. Sulfurea neruos emolliunt, calefaciuntq;, dolores sedãt, ventriculum tamen effœminant & subuertunt, omnia cutis vitia exterunt: quapropter alphis, leucis, impetiginibus, vlceribus antiquis, articulorum defluxui, lieni indurato, iecori, vtero, resolutionibus, coxendicibus, & scabiei subueniunt. Bituminosa vero caput replent, sensuum instrumenta lædunt, enixe tamen calefaciunt, & prolixe molliunt si quis diutius immoretur, præsertim vterum, vesicam, & colũ. Aerea oculis, ori, tonsillis, & vuæ conueniunt. Ferrea ventriculo, & lieni accõmodata sunt. Cuprea articulorum doloribus molestatis, podagricis, asthmaticis, nephreticis, vlceribusque malignis auxiliantur. Aurea colicis doloribus, voluulo, fistulis, podagræ, ac malignis vlceribus succurrunt. Quæ ex mixtis qualitatibus constant, pro cuiusq; vincentis qualitatis ratione agunt. Proinde ex iam commemoratis facillime omnium Germaniç nostrę thermarum facultates dijudicare licebit, modo mixturam ac cõstitutionem illarum perspectam habeamus. Quare ne quid hac in parte studiosi desiderare possint, breuiter earundẽ, potissimũ earum quæ cæteris antecellere videntur, mixturas & vires exponam. In harum autem numero merito sibi primas vendicãt thermæ in Curiensi diœcesi sitæ, quæ Germanis Pfeffersbad dicuntur, hoc est, piperina balnea. Constant mixtura auri, sulfuris & nitri. Harum aqua nõ continuo manat, sed tertio die Maij erumpit, decimo vero quarto Septembris iterum sese subducit. Mirifice doloribus capitis confert, memoriam roborat, visum, auditumque acuit: cerebri obstructiones ac neruorum aufert, articulorum doloribus, vlceribus, fracturisq; ossium succurrit. In Lothoringiæ montanis balnea sunt quæ Plumbers, quasi plumbea, ob nimirũ copiosam plumbi mixturam, vocantur. Constant ex plumbi, vt

A diximus, sulfuris, & aluminis commixtione. Auxiliantur malignis & curatu difficilibus, vlceribus, cancro, phagædenis, fistulis, elephantiæ recens cœptæ, & omnibus cutis vitijs. Horum inter Germaniæ balnea mẽtionem facere placuit, quod ex omni ferè genere terrarum homines illuc commigrent. Haud procul à Badenijs Heluetiorum salubres etiam habentur thermę, quarum mixtura constat ex copioso sulfure, & exiguo alumine. Prosunt ad frigidas ac humidas capitis & cerebri passiones, lethargum scilicet, amissam memoriam, & similes. Calefaciunt & exiccant vẽtriculum, eiusq; concoctionem iuuant, iecoris & lienis obstructiones tollunt. Detentos menses euocant, & sterilitatem auferunt. Mulieribus præterea magis quàm viris conueniunt. Sunt & in inferiori Badenia, vbi Marchio

B Badensis residet, balnea miræ efficaciæ, quorum mixtura ex sulfure, sale & alumine existit. Conferunt difficile spirantibus & asthmaticis, doloribus articulorum, & podagræ, à frigidis humoribus ortis, hydropicis, vteri morbis frigidis, albis potissimum mensibus, conceptionem promouent, sterilitatemq; remouent, & in summa vteri malis frigidis & humidis, præ cæteris balneis mirifice cõueniunt. Vlceribus & cutis vitijs medentur. In ducatu Vuirtenbergensi haud procul à Chalb oppidulo sunt thermæ, quæ à Martiana sylua (sic antẽ Romani superiorẽ partẽ Hercinij nemoris vocant) germanice Schuuartzuuald oder Vuildbad, hoc est, ferinæ nominantur, ex eadem qua priores mixtura cõstant. Sunt tamen qui cupri & nitri mixtionem accedere putent. Vnice capitis passionibus frigidis, paralysi, con-

C uulsioni, stupori, & similibus auxiliantur, instrumẽta sensuum roborant, tinnitum aurium, iecinoris & lenis obstructiones tollunt, hydropicis & ictero laborantibus, renum & vesicæ calculis, ventriculoque succurrunt, appetentiam excitant, & ferè omnia quæ Marchionis thermæ possunt. Viris tamen magis quam mulieribus competunt. Haud procul ab ijs Cellenses sunt thermæ, quarum mixtura ex modico sulfure, alumine, & cupro constat. Succurrunt diuturnis febribus ex pituitosis simul & biliosis humoribus ortis, vlceribus diuturnis & malignis, articulorum doloribus, appetentię caninæ, ac præ cæteris thermis cõueniunt ijs qui cálido & sicco sunt tẽpamento prędití. In eodẽ etiã Vuirtenbergẽsi ducatu ad Geppingã oppidum thermæ sunt, q̃ Germanice Saurbrunn, hoc est, acidus fons appellãtur. Ex acidis, quibus exigua sulfuris accessit portio, harum mixtura constat.

Prosunt

Prosunt partibus corporis luxatis, ideoq; ventriculum ac iecur potissimum corroborant. Hydropicis & regio morbo correptis, humoribus putrefactis, voluuloq; opitulantur. Lumbricos quoq; si bibantur, enecant. Similis prope mixtura est earum thermarum quæ in Au sunt propè Rotenburgum ad Nicerum situm. copiosiore tamen sulfuris portione constant, ideoq; minus prioribus acidæ, quo etiam nomine calidiores existunt, maiori q; exiccandi eorum quæ in partium cauitatibus delitescunt facultate præditæ. In finibus lacus Podmici, quem Constātiensem vocant, thermæ habentur, Embs dictę, aluminis & nitri mixtura participantes. Conferunt doloribus capitis, neruorum resolutionibus à coli doloribus factis, & vlceribus malignis. In Alsatia ꝓpe Gerbersuueiler thermæ sunt quæ ex mixtura aluminis, nitri, & ferri constant. Opitulantur lienosis, quartana laborantibus, vlceribus sordidis, & omnibus vitijs cutis. Apud Elenbogium in Bohemia oppidum thermæ, sulfuris & aluminis mixturam obtinēt. Harum facultates ex iam commemoratis satis notæ sunt. Vuisbadenses thermæ ex sulfure, alumine & exiguo nitro constant. In Baioaria sunt thermæ quas Gastein nominant, quibus vehemens adstrictoria facultas inest, ideoq; omnia corporis excrementa dissipant & absumunt. Imprægnandi facultatem pariunt, & ne abortiant grauidæ prohibent. Thermæ etiā sunt apud Abudiacum, Baioariæ castellum supra Reginoburgum, quæ sulfuris, aluminis & nitri mixturam obtinent. Odore oua frixa referunt. Facultates earūdem, vt reliquarum, ex ijs quę dicta sunt, abunde constant. Hactenus breuitate qua potuimus naturalium balneorum vires explicuimus: restat itaq; vt ad artificialia veniamus, quorú anteq̃ vires enarremus animaduertendum erit, apud veteres quinq; fuisse balnei artificialis partes. Prima Græcis ἀποδυτήριον ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, quod exuere significat, Latinis vero tepidarium dicebatur. In hac quidem parte, quæ tepida erat, balneaturi sese exuebant. Altera balnei pars Græcis πυριατήριον καὶ ὑπόκαυστον, Latinis calidarium, Senecæ sudatorium nominatur, Galenus multis in locis ξηρὸν θόλον, hoc est, siccam testudinem appellat. Sunt qui etiam laconicum, quod eo ad sudorem proliciēdum peculiariter Lacones vsi sunt, vocent: quod Martialis libro sexto. Epigram. ijs carminibus insinuare voluit.

Ritus si placeant tibi Laconum.
Contentus potes arido vapore
Cruda virgine, martiaq; mergi.

D Hæc pars fornicem habuit concameratum, seu locum in se recuruum, in quo succensus ignis, calidos atque siccos vapores emittebat, atque adeo sudorem concitabat: id quod hodiernis ēt temporibus in nostris balneis fieri videmus. Tertia solium calidum. Solium vero nihil aliud fuit, quàm cisterna, aut vas in quo homines sedentes lauabantur. Hinc est quod alias labrum ac lauacrum, & piscina, atq; vulgo medicorum tina appelletur. Galenus interdum ab insessu & desessu ἐμβάσιν vocat. Græcis etiam δεξαμενὴ dicitur. Quarta pars erat frigidum solium. Quinta, vbi sudorem detergebant. Galenus tamen libro decimo therap. meth. vbi balnei partes commemorat, primam silentio transiit, quam nihilominus Plinius, vt alias omnes, libro quinto epist. sexta recenset. Nostra balnea ferè per omnia an-
E tiquioribus respondent. Habemus enim tepidarium in quo exuimus primum vestes. Deinde calidarium, in quo abunde sudamus. Neq; desunt solia, calidum potissimum. Frigido enim vti insuetatum hodie. Desideratur etiam pars quinta, cui tamen tepidarium in quo denuo veste induimur, respondere aliqua ex parte potest. Explicatis partibus balnei, quid quæuis illarum efficere possit breuiter docebimus. Prima quidem pars, quasi præparatio quædam ad alteram erat, quam sanè partem hodie, vt olim etiam, aereum balneum appellant, quod eo vtens in aere versetur calido, qui vel à calidis & siccis vaporibus ab igne delatis, vel calidis & humidis, ab herbis in vase aliquo decoctis, transmissis, aut aqua supra ignitos lapides transfusa sic paratur: potest autē hæc pars materias per totum corpus tum calefa-
F cere, tum vero fundere: præterea quæ inæqualia sunt, æquare, & cutim laxare, & multa quæ detenta sub hac fuerunt, vacuare, vt merito sanè exercitij interdū neglecti vicem supplere queat. Calidum aquæ dulcis solium si media temperie sit, Galeno libro tertio de tuenda valetudine teste, calefacit, & humectat: sin tepidum sit, humectat & infrigidat: quod si iusto calidus fiat, calefacit quidem, sed non perinde humectat: quippe horrere corpora, contrahiq; exiles eorum meatus cogit, ita vt nec madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi quod intus latet, quicquam emittere. Quod itaq; moderate calidum fuerit, potest madorem vtilem solidis partibus immittere, fatigationem ac lassitudinem soluere, discutere plenitudinem, mitigare, per halitum digerere, duras tensasq; partes emollire, excrementum, putreve si quod intus ad cutem hęret, euocare, flatus diffundere, somnumq;

numq; allicere. Tepidum vero febribus exiccantibus, præsertim vbi æger immodice sitiat, atque vehementibus solis exustionibus confert. Calidum denique solium commodissimum est pueris, senibus, viro & mulieri. Frigidum, & totum corpus refrigerat, & cutem densat, & vires firmat. Hinc est quod non omnibus conueniat, sed ijs qui exactius viuunt, laboribusq; & cibis commodissime vtuntur. Præterea neq; senibus, neq; mulieribus competit, potissimum si diutius in eo morentur. Iuuenibus itaque solis & carnosis, æstiuo maxime tempore, frigida natatione, vti modo frictionibus præcalfacti sint, vtile existit.

Sextum genus eorũ quæ corpus nostrum euacuant, est sudor. Cuius quidem prouocatio tum potissimum vtilis et necessaria existit, qñ humor aliquis noxius circa corporis interiora versatur, vt in febribus, & præsertim pestilentialibus, contingit. Elicitur vero varijs modis, nẽpe sicco calore laconici, ignitorũ & feruentium lapillorũ, arenæ calidę, solis, & similium. Fomento insuper calorifico, aqua. s. calida, vel in vtre, vel in vesica, vel in vasculo aut ęneo, aut testaceo adhibita. Cæterũ medicus in morbis, acutis præsertim febribus, summa diligentia sudoribus attentus sit, videatq; qui boni, quique mali sint. nam ex ijs multa prædicere poterit, vt liquet ex ijs quæ tradit Hippocrates lib. quarto aphor. 36. & sequentibus. » Sudores autem saluberrimi, vt idẽ in prognosticis testatur, in omnibus morbis acutis censentur, si in diebus decretorijs oriãtur, febremq; finiant, aut vbi æqualiter toto insudante corpore, æger morbum facilius sustinere videtur. Contra inutiles, qui id efficere non valent. Pessimi vero omnium sunt frigidi, & vbi caput duntaxat, aut facies, aut ceruix insudat: quippe qui in acuta febre mortem, in mitiore vero morbum diuturnum fore significant. Circa sudoris vero rationem, vt in omnibus alijs euacuationum generibus, vnice cauendum erit, ne is sit immodicus, atque adeo vires planè deijciat. Quod non animaduertentes superioribus annis, dum per vniuersam ferè Germaniam anglicus vocatus sudor grassaretur, medici imò carnifices quidam non paucos, eosque etiam potentissimos, interfecerunt. Hinc non frustra monuit Hippocrates, in aperiendis meatibus, ac sudoris prouocatione, diligenter esse considerandum quantum sit euacuandum, ne scilicet nobis nihil tale metuentibus vires prorsus deficiant, atq; adeo ęgrũ in summum vitę discrimen adducamus.

Leonardi Fuchsii finis.

GEORGII AGRICOLÆ

De natura eorum quæ effluunt ex terra,

LIBER PRIMVS.

ORTVM & causas rerum quas terra intra se gignit, quinque libris explicaui, restat vt earundem naturas persequar. quarũ partim sua vi effluunt, fodiuntur partim: alterum genus, vt dixi, complectitur humorem, aerẽ, exhalationem, ignem: alterũ insignem terram, succũ concretum, lapidem, metallum, quintam illam scriptoribus, non modo nominatam, sed ne satis quidem intellectam formam, quam mistum soB leo appellare. Prioris generis res sic in terra inseruntur atq; innascuntur, vt omnino omnes interiores ipsius cauernas, & canales, ac minimas quasq; rimas, et quantulacunq; receptacula mole sua compleant: modo conclusæ, modo permanantes. quarum naturas nunc exponam: itaque ordo rerum postulat, vt primo dicam de humore. nam proximus terræ est, vt quem & intra & extra semper aut combibat, aut sustineat insidentem fluẽtemúe, cum aer & exhalationes, vbi eas aliud corpus, in locum succedens, impulerit, & non inhibuerit densum terræ pondus, ipsa relicta euolẽt foras, nec in summa eius cute, vt aqua inhęreant, sed circum ea voluantur, aut ferantur in sublime, simili modo ignis altiorem locum petit: atq; adeo omnis cum omnem consumpserit fomitem, simulque cum eo mutatus fuerit in C exhalationes. Sub humore autem subsunt aqua & succus, vterq; humidus, atq; ex eo humor nomen inuenit. Simplex vero aqua etiam frigida est, pura, sui coloris, perspicua, sine sapore: attamen periucunda gustui, sine odore, tenuis, leuis quæ autem non est talis, mista est, quod intelligitur ex qualitatibus, quibus differt: colore scilicet, sapore, odore, calore, spissitudine, pondere. vt vero his differt, ita etiã viribus, quas differentias viresq; si explicauero, naturam aquarum maxima ex parte patefactã esse arbitror: igitur aqua in qua omnes simplicis notę, quas cõmemoraui, non apparent modo, sed re vera insunt, aut non est infecta, aut quia nunq̃ vel raro quæ natura sit talis inuenitur, ita parum infecta, vt mistura sensibus deprehendi non possit. quæ vero caret vel vna aliqua ex ijsdem notis, dubium non est quin mista, siue composita sit. nam aquam Stygis ad Nonacrim, vt eã aspectu blandire, & nulla qua-

litate deterrere scribat Plinius, puram non esse, sed succo qui vertitur in lapidem, infectam hinc percipimus, quod lapidescat profluens: & vt quemuis Albulas, quę supra Romam sunt vltra Anienem, ingredientem statim frigus inuadat, & horror perfundat, quia tamen idem, si paululum in his ipsis aquis fuerit moratus, vehementer calefit, eas simplices non esse, sed cum aliqua re, cui vim natura dedit igneam, permistas intelligimus. Similiter viribus et effectu, cum qualitates reliquę sub sensum non cadant, aliæ omnes aquæ mistæ à simplicibus poterũt dijudicari. Sunt vero non simplices aquę infectę vel exhalatione, vel igniũ qualitate, vel succo liquido, vel terra, vel succo concreto, vel lapide, vel metallo, vel misto denique. etenim exhalatio se immiscet aquis, quod euidens est in lacu qui est inter Serapelam & Seburgum, quod oppidum circiter vndecim lapides dictat à Sala fluuio: is enim expirationibus venenatis imbutus temporum interuallo, vt autem piscatores aiunt, septimo quoque anno necat pisces, nec minus qualitas igniũ se immiscet aquis, cum eas calefaciunt: qua ipsa qualitate non tantum calidæ, sed etiam tepidæ omnes ifectæ sunt. succos vero liquidos aquæ combibunt, vt lapidescentem, liquidum alumen & bitumen: quod tamen magis supernatat. à terris autem raris & resolutis ita multum abradũt. vt interdum in ipsis ea crassitudo fiat, vt penè succorum in numerō haberi possint, quo & fontes & riui & amnes limosi fiunt, sed oĩum maxime torrentes ac fluuij cum id genus terras inũdauerint, pari modo aquæ multũ abradunt à succis concretis, fiuntq; salsæ, nitrosæ, aluminosæ, atramentosæ, sulfurosæ, bituminosę: atque etiam multum abradunt à sabulo soluto: non parum à saxis mollibus, qualia sunt non raro arenaria, & interdum calcaria. metallis autem inficiuntur, cum ea diutius circumsteterint: itemq; mistis. quin nonnunquam eorum ramenta secum rapiunt aquæ contra simplices, aut parum admodum admistæ, emanare solent ex terris spissis, silice, glarea, sabulo masculo, arena dura. nã ab his non multũ abradunt. Sed quoniam de misturis aquarum dictũ est alio loco diligentius, venio nunc ad earundem colores. cum aũt aquę puteales etiam ipsæ sint fontanæ, verũ quæ suapte vi non effluunt, & ex fontibus oriantur riui, amnes, lacus, paludes, nunc promiscue & cõiter de omnibus dicam: quanquam enim hæ aquarum collectiones excipiunt pluuias, tamen naturam potissimum à fontibus habent: atq; vt inde ordiar, aquis, vt eas Clearchus albas esse dicat, suus quidã color est, medius scilicet inter album D & nigrum. ex rebus vero cum quibus permiscentur, effici coloratas indicio sunt torrentes, riui, amnes, vbi præter modum crescentes multum abraserint à ripis, vel extra eas diffluentes eluxerint terras cãpestres: itaq; earum aliæ sunt colore lactis, quas Romani albas appellant. hę vero vel infectæ sunt creta aliaúe terra candida, quod genus fontem, inde lacteum dictum, adolescens reperi ad secundũ lapidem à Glaucha Misenæ oppido, talis est Oaxes Scythię fluuius, vñ Poeta;

Pars Scythiã, & rapidũ cretæ veniemus Oaxẽ.

Nec terram tãtum, sed gypsum etiã candidum, cum aqua permistum, lactis habere colorem videmus, vel tinctæ sunt alumine, quales sunt Albulæ, de quibus paulo ante dixi, in Tiburtino à fonte Albunea, qui etiam ipse ab aquarum albo colore traxit nomen deriuatæ, & Labanæ in Numentano, vel sulfure. nam id quoque candorem E aliquem aquis dare solet, qualis est in Vmbria,

Sulfurea Nar albus aqua.

Et in Hildesheimio fons sulfuratus ad Hasdam pagũ, quin Danubius lactis diluti siue seri colore est: etiam qua parte Vindeliciam & Noricum à Germania diuidit. vt autem aquæ non ab vna aliqua re, sed à multis & diuersis candorem contrahunt, ita etiã reliquos colores, quos si à rebus fossilibus habuerint, plerunque eos à terris, vel à concretis hñt succis: raro à mollibus lapidibus, aut saxis: quod hic pluribus non exponam, ne de ortu & causis, nõ de naturis aquarum differere, & longius labi videar: tametsi in tali tractatione fieri non potest, vt non dicam de causis. sed id quam possum parcissime faciam. etenim quod ad hũc locum pertinet, quæ res fossiles inficiunt aquas, F et quo queq; colore, ex earum naturis, quas in libris de rebus fossilibus inscriptis patefaciam, intelligi poterit: quibus vero modis eam deprehendamus, quæ ex ipsis infecerit aquam, paulo post explicabo. deinde aquarum aliæ sunt luteæ, vt Ochra fluuius Saxoniæ ad Goselariã: qui, quod ochra sit infectus, & luteus est, vbi riuulus ex Ramelo mõte in ipsum influit, & ex eo nomẽ Gręcum apud Germanos inuenit: quædam flauæ sunt, sicut in Germania aquæ Mœni, quod maxime in eo loco perspicitur, vbi ipsum per Francorum gentes delapsum, Rhenus accipit, & in Italia Tyberis: recte igitur Horatius,

Cedes coemptis saltibus, & domo
Villaq; flauus quam Tyberis lauit.

Quędam fuluę, vt in Sueuis acidula prope Goppingã oppidũ, aliquę sanguinis ferè colore sunt, sicut ad Ioppam Hebræorũ vrbem aqua fontis, qui proximus est mari: & in Lycia, iuxta Pataras oppidum,

oppidum, aqua Telephi fontis semp turbida, & cum cruore mista videtur esse: aquæ etiam in Aethiopia rubræ sunt, quas qui bibunt, in furorem incidunt: &

Fonte cadit modico, paruisq; impellitur vndis Puniceus Rubicon.

Ac vero etiam Redera fluuius Misenæ, qui propter Radebergum fluit, in alio loco subruber, in alio niger videtur esse. aliæ virides, vt aqua Neusolæ in Carpato monte ex veteri quodam cuniculo effluens, & lacunæ quæ erat in colle Cypri ærario: & riui in Aprutio, cui inde nomen, item Mosellæ: nonnihil etiam ad viride inclināt aquę Rheni. glauca vero est aqua in Thermopylis nō omnis, sed ea quæ defluit in lauacrum, quod accolæ muliebres Chytros appellant, vt Pausanias tradit, diligēs græcarum rerum & locorum scriptor: aliæ ceruleę, sicut fluuij qui fluit inter Tar- B uisium & Feltriam, quē iccirco Germani prope habitantes, Blauam vocant: quos etiam Itali, relicto veteri nomine, imitātur: eiusdem coloris est Bla Sueuorum fluuius, in valle ad Blabeurā oppidum, quod ex eo nomen inuenit, ortus de fonte peramplo & profundo, qui posteaq̃ fluxit ad X. M. pass. Vlmæ in Danubiū exonerat: cæruleus etiam est Isara Norici fluuius, & lacus Armeniæ salsus: ob id ipsi genti Mantianus, idest cæruleus dictus, & aquæ Auerni in cęruleo nigricāt: quædam nigræ sunt, vt aquæ Ilzæ, qui ex Boemicis montibus profusus in Danubium influit è regione Bęoduri. etenim cū Danubius seri colorem habeat, Ilza ad secundum lapidem niger fertur. Sūt alij pręterea multi fluuij in Germania nigri, vt q aquę nigrę vocabulo nostris noiatus in Misena exonerat in Muldā, & niger Elster nomen C partim ex colore reperit. is vero Liberdā & Herceburgū pręterfluēs in Albim effundit. at oīum nigerrimus est in Saxonia Allera, qui in Visurgim exonerat: sed rubore mistus nigror est Spreuo, qui inter Perlinum & Collam oppida intermedius defluit, nec Italia caret nigris fluuijs: nā & Auseris, qui propter Lucam, nobile Hetrurię oppidum fluit, subniger est: & in Calabria

Niger humectat flauentia culta Galesus.

Alijs deniq; aquis decolor species ęris, aut argēti est, vt nōnullis calidis. Quę vero cum aquis permista sunt, ea plerunq; in fundo resident, & ad lapides adhęrēt. quare cum longius processerint tam riui q̃ amnes, quia ipsa, etiam colores, deponunt: ijdem quoq; aquarum colores mutantur, sicut calidarum Statyellorum, quę in piscinis biduo fiunt virides, & aquę lacus Babylonię ęstate rubrę sunt, Borysthenis fluuij quibusdam anni temporibus ærugine tinctę videntur esse, ac maxima aliqñ siccitate Nili aquę ęruginis colore fluxerunt, vt Theophrastus scribit: quędam ēt calefactę mutant colorē, vt aqua fontis Tungrorum quæ subditis ignibus efferuescens rubescit. at quos colores aquæ propter alueum tantummodo videntur habere, hi proprij ipsarum non sunt: nec. n. maris rubri aquæ, nec riui apud Isenacum effluentis ex Rechela monte, quem riuū Turingi insanum, suo tñ vocabulo appellant, rubræ sunt: tametsi hæ ob arenas aluei rubras, illæ ob easdem & saxa rubra, quæ in sinu Arabico & littoribus existunt, rubræ esse apparent: & vt Peneus est viridis calculo, cum aquæ eius exhaustæ sint argenteæ, ita quorūdam riuorū & amnium aquæ propter calculos nigræ, ceruleæ, cinereæ, flauæ videntur esse, cū haustæ colore nihil à cęteris differant. nec vero aquæ tm̄ ab alueorum terris, arenis, calculis, saxis, colorem assumunt, sed è stirpibus quoq; quę labris fontium & amnium ripis inhęrent, easq; vestiunt: quocirca inter syluas virides, inter rosaria rubræ vel candidę, inter flores diuersos apparent esse discolores. etenim cum ipsę aquæ perspicuæ sint, nō colores modo, sed totas etiam imagines stirpium & florum perinde reddunt, quasi in eas mersi fuerint. similiter proprius aquarum color nō est, quem lacus, propterea q profundi sint, videntur habere, vt Baller Rhetiæ cæteriq; complures. Sed cū aquę simplices, puræ & liquidæ sint: qualis Martia omnium quæ Romam ductę fuerunt clarissima, mistæ plerunq; impuræ & turbidæ esse solent. quarum multę etiam frigidę, vbi id quod inest in ipsis, subsederit, puræ fiunt: sicut limosæ in vasa fictilia sæpius transfusæ: quędam cum nihil subsideat, efficiuntur puræ, vt aqua Tyberis, quæ conseruata in vasis fictilibus, etsi limum non facit, tñ fit pura & perlucida, neq; sic conclusa corrumpitur, etiam longo tpis spatio. turbidas autē vis caloris reddit puras, siquidē partes terrenas ab eis separat. veruntamen contra fontis Tungrorum aqua igni admota fit turbida, quod eadē vis partes terræ in aqua latentes, excitet. Quod vero ad saporem attinet, aquæ mistæ sunt vel dulces, vel pingues, vel salsæ, vel amaræ, vel acidæ, vel astringetes, vel acres, vel deniq; multarū rerum quas lambunt, singularem habent saporem: vt sulfuris, æris, ferri. dulces autem aquas, non vulgus modo, sed etiam scriptores, eas noiant, quæ alieno sapore, maxime vero salso, præditæ non sunt, sed aquæ tantum proprio, qui suauis est & iucundus potanti, qualis fuit Smeni fluuij Laconię, qui ex fontibus Taygeti ortus, & distat ab

vrbe non plus quinque stadijs, & ad leuam promontorij, in quo templũ erat Dianæ Dictynnę, exonerat i mare: qualis Eulei & Choaspis fluuiorum, ex quibus reges Persarum bibere & eam, cum propter diuitias diffluerent luxuria, portare in longinqua memoriæ proditum est. verum de id genus aquis dulcibus nunc non dico, sed de his quę gustatum dulcedine insigni, iniucunda tamen commouent. cuiusmodi Glauchæ nõ tantum sunt in sylua Orientem versus ad secundum lapidem, vt dixi, ab oppido, sed etiam in exteriori fossa mœniorum, ad dextram pontis lignei, qua itur Valdeburgum. & calidam Cardię aquam in campo qui vocatur albus, iuxta pagũ Dascyli, potanti esse lacte dulciorem Pausanias author est. ac vero etiam dico de his quibus est viui sapor: nam tam vinosum quàm lacteum saporẽ dulci Theophrastus subiecit. talis fuit aqua iuxta Paphlagoniam, ad quam potandi causa, indigenas accedere solitos scribit: & in Andro insula fontis, quem Diotecnosiam vocarunt: & alterius in Naxo, cuius ergo Propertius versibus his affatur Bacchum.

Et tibi per mediã bene olentia flumina Naxon.
Vnde tuum potant Naxia turba merum.

Aquæ vero, quæ quasi oleo perfusæ nitent, sic assumunt pinguem succum, vt plerunq; ab eis facile separari possit. quo modo alis anserum colligitur bitumen liquidum, vt dicam postea. tales sunt fontes bituminosi, & quidem multis in locis orbis terrarum memorabiles, in Germania ad Brunonis vicum nobile oppidum Saxoniæ, & ad cœnobium Sueuiæ, cui Degeræ lacus nomen est, in Iurassi montis valle, quæ ex lepore nomen inuenit, Gersedorfi: in Italiæ agro Mutinensi, & in Pelignis nõ longe ab Aterno amne, vbi oppidulum ad montem: in Sicilia in tractu Agrigentino: in Phœnice ad Sidonẽ: in Zacyntho insula: in Asia calidarũ iuxta Tralleis, iuxta fluuium Characometen, iuxta Nyssam oppidũ, quæ omnes ita sunt pingues, vt qui in eis lauentur, non indigeant oleo. similiter pingues sunt calidæ iuxta Dascyli pagum: est præterea fons bituminosus in Cilicia, iuxta Solos, qui adeo pingue reddit flumen Liparim, vt & in eo natantium, aut lauantium corpora oleo vncta esse videantur, & inde nomen inuenerit: in Bactriana insuper regione ad Oxum fluuium: in Media Ecbatanis: in India: in Troglodytica regione ad Carambin: in Aethiopia: in Africa ad Carthaginẽ. fluuij etiam & lacus bituminosi reperiuntur: fluuius in Thessalia Eurotas, lacus multi, sed maxime insignes: in Iudęa ob id asphaltites dictus:

D in Babylonia Limnasphaltites: in Austagenis Parthiæ: apud Medos, in quo innatat nigrum bitumen: in Diarbis Scytharum gente, in agro oppidi, quod Teos dicitur, cui calidis & tranquillis diebus maxima bituminis vis supernatat: in India, qui, vt Vitruuius scribit, sereno cœlo emittit olei, sic etiam ipse interdum vocat bitumen, magnam multitudinem: in Aethiopia. At aquis salsis multæ regiones abundant. quarum item sunt fontes, amnes, lacus. nam in Hispania putei sunt salsi, & salsulæ fons est in Narbonensi prouincia. cuius aquas salsiores ẽt q̃ marinas esse Mela Pomponius author est. & Germania plurimum scatet aquis salsis. quarum aliquot fontes, nobilibus oppidis decoros, ob id Halas, vocabulo à Gręcis deducto nostri nominãt: vt Halam Hermundurorum, quæ est ad Salam fluuiũ: Halam E Sueuię, quę ad Cocharũ: Halam Rhetię primæ, quę ad Oenum. sunt alij prętera salsi fontes nõ pauci in Saxonia, vt Luneburgi cęteris nobiliores: sub Deserto monte ad oppidũ Minder: Stasphurdi ad Bodam fluuiũ, & in nonnullis alijs locis, quos Salzas vocant. quinetiã in Turingia in oppido quod ex Francis nomen reperit: & ppe Aulebium pagũ inter Kelbram & Heringũ oppida vnus, qui ex vicino monte effluit: ac Steinij Vicelebrorũ ad Vnstrum puteus valde pfundus in ipsa arce, vt Athenis in domicilio Erechtheo. in Chattorũ quoq; regiõe ad Verrã Aldendorfi fons est salsus: & in Tribochis ad quintũ lapidẽ à Fulda oppido. hi autẽ fontes multo maxima ex parte aut ad putei modũ sunt inclusi, vt semper aquarum copiã suppeditare possint, aut re vera sunt putei. atq; ex eorum ferè omniũ aquis sal ex F coquitur. quam rationem in libris de re metallica explicabo. deinde in Rhetia ad Oenum, vt dixi, fontes sunt salsi: in Norico ad Salzam fluuiũ Hellæ. quod oppidũ est supra Iuuauium, nostri vocant Salzeburgũ, ad decimum lapidẽ: Schellebergi, quod distat ab Hella circiter quinq; millia pass. Reichenhallæ inter Salzam & Alzam fluuios. id vero abest à Salzeburgo ad decimum lapidẽ. quin in eiusdẽ Norici parte, quæ hodie superior Styria vocatur Halstadij & Ausæ. sal qui vtrobiq; cõficitur, per Enesum deuehitur in Danubiũ, & per hunc in Pannonias. tum in sinu maris Adriatici, vbi vergit ad Aquileiã, septem sunt fontes, oẽs, vno excepto, salsi, vt Polybius scriptũ reliquit: in Italia in Volaterrano putei: in Sicilia aquę Selinũtię, quę calent, & in Illyria est salsulæ fons in finibus Antiatarũ & Ardięorũ. Pegasęi quoq; fontes calidi sunt salsi: similiter in agro Methones Trœzeniorũ oppidi. i Armenia vero

vero salsi tantummodo sunt nō etiam calidi, ad lacum Mantianū:in Cappadocia vnus est, sed in ea plures putei salsi, vnus in Chaonia. at in Mileto fontem esse Aristobulus Casandreus tradit, cuius fluentis aquæ superiores sunt dulcissimæ, inferiores salsę. is vero Achilleus vocatur, quod, vt Milesij dicūt, heros ille his aquis se asperserit, cum interfecit Strambelum Lelegū regem. amnes autē salsi sunt in Hispania aliquod, id quod Strabo tradit, in Sicilia quod Vitruuius, Himerę altera pars, quæ salsas Selmūtis aquas combibit: vnus in Caria, vbi Neptuni tēplum, plures apud Caspias portas, atq; circa Mardos & Armenios, apud Bactros Ochus & Oxus. est etiam flumen salsum non longe ab Euphratis ostio, quod præcluserunt Orcheni, vt Plinius, qui magna ex parte hæc atq; alia multa quæ cōmemoro, ex diuersis scriptoribus collegit. Lacus item multi sunt B salsi: in Germania vnus inter Srapelam & Seburgum: cum.n. duo sint finitimi, alter salsus est, dulcis alter. salsus etiam in Italia est Tarētinus, tres in Sicilia, Cocanicus, et Agrigentinus, ac tertius iuxta Gelā. rursus vnus inter Leucadem & Ambracium sinum, cui nomen Myrtuntius, circa Mœotides paludes, q aliquot stadia distat à Chersonesitarum muro, in Phrygia Tattæus, in Cypro iuxta Cittium, in Cappadociæ parte, Dacia dicta, in Pamphylia Aspendi, inter Laodiceam & Apamiam, in Armenia, qui Mantianus vocatur, omnium maximus, in Media Atropatia, cui Sputa nomen est, in Babylonia Thopetis, in quē Tigris labitur, duo in Bactris, vnus ad Scythas versus, alter ad Arios. rursus vnus ad Pytholai promōtorium maris rubri, in Iudæa asphaltites, in Aegypto circa Memphin, in Cyrenaica regio C ne, nō longe ab Ammonis oraculo, in insula sinus, qui Hesperiū cornu dicitur. Amarę etiam aquæ in nonnullis locis reperiuntur, vt riuulus perexigui fontis, cui Exampeo nomē, adeo amarus est, vt Hypanim, ingens Ponti flumen, amaritudine sua inficiat, & fontes amari sunt in īteruallo, quod inter Nilum & rubrū mare interest: fons etiam emanans ex antro, quod prope Coryciū est in Cilicia, amaras effundit aquas, quāq̄ puras & claras, quæ sub terra labuntur in mare. aquę autem amarę plerunq; sunt nitrosę: sed earum amaritudinem, nisi in ipsis fuerit nitrum copiosum, gustatus non sentit. aquæ autē quę sunt Pinnæ Vestinæ existunt nitrosæ, item quę Cutilijs: lacus etiam in Letis Macedoniæ nitrosus est, & Armeniæ Arsenus, qui & Arethusa dicitur, in quem influit Tigris, nitrum nebulis exhalat: atq; iccirco vestes abstergit & expolit. at in lacu

A Ascanio, & quibusdam circa Chalcida fontibus summæ aquę dulces sunt potanturq;, inferiores nitrosę, vt author est Plinius, qui in ī Arabia Mechę puteales aquę sunt nitro īfectę, in Aegypto Nili, calidę etiā in Phrygia iuxta Menis Pagum nitrosę sunt, & ī eadem alterę calidę in Leontis pago. Sed plures acidi fontes reperiuntur, sicut in Germania vnus ad arcem, nouā domum dictam, q̄ est in Vestophalia, quatuor ī Chattorū regione ad Valdungam oppidum, multi in Elbogano, vnus ad calidas Caroli quarti, alter distat lapidē vnū à Culma pago, qua itur Egrā, ab eo non longe absunt aliquot fontes, acidi item, dicti insani, q aqua ebullire videatur, cū sit frigida, ab ijsdem ad quartū lapidem, etiam Egrā versus, acidula est furiosa nūcupata, q ebulliens magno sonitu, tanq̄ tonitru quodam effertur: denique in ipso penè suburbio Egræ oppidi est fons acidus, in Sueuia duæ sunt Acidulæ, vna prope Goppingam vrbem ad fluuiū Vilsum, altera ad Kalbam oppidum in pago quodam. Tres autem acidulæ aliquam lucem afferunt Italiæ: vna quæ distat à Teano, Sidicino cognomine, ad quartū lapidem: altera nō procul ab eadem in Venafrano: tertia in Stabiano quæ dimidia vocatur, habet & Sicilia acidulam, & in Macedonia etiam nobilis est apud Lyncestum. At astringunt aquę quas emittunt loca aluminosa, quod genus est fons calidus in Volaterrano, & Albulę in Tiburtino, simili modo aquæ, infectæ vena atramenti sutorij, melanteriæ, soryos, chalcitidis, misyos astringunt: sed hę ipsę magnā acrimoniam cum tali sapore coniunctam habent, talis est Ochra fluuius apud metallū Goselariæ in Saxonia, talis in Cepusio Smolnicij aqua putealis, quę ferrum erodit, & vertit in ęs, talis videtur esse Styx fluuius circa Thessalica tempe. cuius aqua neq; in argenteo vase cōtineri potest, neq; in æneo, neq; in ferreo: sed id sua vi corrodens erumpit, tales denique Puteolis quondam fuerūt calidæ: tam.n. erant acres, vt non multis annis plumbum erroderent: quinetiam fontis sulfurosi, ærati, ferrati suus quidam est sapor, & quidem iniucundus. at infecti auro, argento, plumbo vix sensū pōt percipi. Plinius quoq; aquam fontis Tungrorū ferruginei saporis eē dicit. ex his igitur perspicuum est aquis diuersum esse saporem. is autem æque ac color mutatur, etenim dulces vertūtur in salsas, quod olim cōtigit in Caria amni, qui erat ad templum Neptuni, dulces in amaras: quod, cum Georgius Despota Mœsis imperaret, accidit in Thracia inter Philippopolin & Hadrianopolin fonti, qui Regius vocatur, nec aquas fontium amaras

amaras & falsas modo mutatas esse scribit Theo
phrastus,sed etiã totos fluuios ad Citheronem
in Bœotia.verum eas mutationes naturæ vis fe-
cit.at hoïum opera lacus amaros admisto flumi-
ne immutauit,fossam p eos duces ad Arsinoen,
salsæ etiam dulcibus iunctæ emanant, sicut ad
Verram amnem ĩ tractu Creuceburgiano, quas
vt à dulcibus possint secernere,non parum con-
tendere solent,qui inde salẽ conficiunt. Sed de
sapore satis,ad odorem venio.aquæ aũt simplicis
odor nullus est: mistæ raro bene, plerunq; male
olent:bonus odor est calidis quæ absunt à Rhe-
gio Lepidi,oppido Aemiliæ.26.millia pass. olẽt
enim præstantissimum bitumen, quod ardore
ignis subleuatum camphoram Arabes appellãt,
& in Peloponeso Methone, quod oppidum di-
tionis Messeniorum,puteus erat ad sacrã Dianæ
ædem,cuius aquæ cum bitumine permistæ, odo
rem vnguenti Cyziceni reddebant:sed & colo-
rem,quod Pausanias scribit, & in Mesopotamia
Caburę fons aquę est iucunde olentis.in Germa
nia autẽ in Hildesheimio duo sunt fontes male
olentes:quorũ alter ad arcem Steureualdam ef-
fluit ex marmore,olente putidi oui virus: gustu
suauis,nec insalubris,sed si quis ieiunus eum bi-
berit,ructus cit marmoris triti odorem exhalan
tes,quomodo etiam aquæ Statyellorũ potæ oui
putidi virus olẽt,alter fons in Hildesheimio sul-
furatus à iam dicto abest ad mille pas.iuxta Has-
dam pagum,qui odorem fœdum emittit,qualis
est pulueris bombardæ extincti. odor ille ei qui
longe abest à loco,indicat fontem. saporẽ etiam
habet odori non dissimilem,aqua istius fontis la
pides in alueo riuuli iacentes limo obducit, qui
derasus & exiccatus sulfur est. & in Pãnonia in-
feriori Budæ frigidi fontis aquæ sulfureo sunt
odore,eiusdem sulfuris virus olebat fons,qui nu
per effluxit ex vicinis montibus Scarparię,oppi-
di in valle Mugellana siti,cũ terræmotibus con-
quassaretur:sed is paucis post diebus terræmotu
cessante exiccatus est,ideõ olet in Sicilia Palisco-
rum fons,hinc etiam fontanis Anigri fluuij ma-
lus odor.at Perusinæ calidæ, ob nigrum bitumẽ
quod eis innatat,fœtent:similiter in Calabria ad
Leucam fons est mali odoris, quem ficta fabula
oriri ex sanie Leuterniorũ gigantum poetę pro-
diderunt:fons itẽ mali odoris in Aetolis ad col-
lis Taphossi radicem:cuius aquæ emanant gru-
mis plenę.iterumq; naturam rei obscurarunt fa-
bula:Nessi enim & aliorum centaurorum sepul
chrum ibi esse dixerũt, atq; ex eorum putredine
nasci fœtorem, quin in Iudæa non longe à lacu
asphaltite,riui,odoris eadem de causa fœtidi fer

D uent:certe quidem calidę pleręq; omnes vastita-
te odoris iniucũdę sunt,quocirca Puteoli ex ma
lo puteorum odore noĩantur. lacus autem inter
Laodiceã & Apamiam,fœtidũ & tetrum quid-
dam,etiamsi salsus sit,expirat. & Arethusam Si-
ciliæ fontẽ stato tẽpore fimum redolere tradũt.
Sed de odore etiam satis. Simplex aqua frigida
est:mista modo frigida, modo egelida,nunc cali
da,ex quibus aliquæ vsq; eo feruent, vt animan-
tes,si quæ immergantur,glabras reddũt: ex quo
genere aquarum est in Germania fons alter in
Boemia calidarum Caroli quarti, & M. Aurelij
Antonini,nunc Badensis dictus,inter Martianã
syluam & Rhenum,et è Mattiacis vnus Viseba-
dæ in platea.nam eorum aqua nõ modo coquit
oua,sed etiam de alitum cute plumas eximit, de
suilla setas,siue immergãtur aiantes, siue ea per-
E fundantur.Mattiacorum certe fontium feruorẽ
Plinius supra fert,q̃ fieri possit,cũ ait eorum hau
stum triduo feruere: feruentes etiã sunt in Baia-
no sinu,quibus tanta est vis, eodem authore, vt
balneas calefaciant,ac frigidã in solijs feruere co
gant,& aquæ feruẽtes sunt ad Caruram collem
Cariæ,quæ partim in Mæandro fluuio exiliunt,
partim in eius littoribus,& ĩ Iudęa, vt paulo an-
te dixi,riuuli feruent,nõ longe ab asphaltite la-
cu. Sed frigidæ nusquam non reperiuntur tam
simplices,q̃ compositæ. frigus autem Martiæ &
virginis laudibus effertur, vtraq; Romam ducta
fuit:sed Martię canalis vetustate labefactatus cõ-
cidit:durat virginis à Nicolao quinto pontifice
restitutus:de qua Ouidius,

Nec vos cãpus hẽt,nec vos gelidissima virgo.

Literis aũt græcis celebratur frigus Melanis flu-
F uij,qui Pamphyliæ vrbẽ alluit: Cydni, qui Tar-
sum Ciliciæ:Anelantis,qui Colophonem:sed in
Arcadia frigidissimæ Gorthyni aquæ fuisse tra-
duntur,qui amnis non longe fluit à Megalopo-
li,atq; etiã ad Corinthum fontis aquam, qui ma
nat ex celso mõtis vertice, niue esse frigidiorem
Ptolemęus rex in.7. cõmentariorum libro scri-
psit.& multos eam non bibere, q sibi videantur
frigoribus congelare, se tamen bibisse. Tepidæ
vero sunt in Germania apud Hermũduros, qui
Miseni vocantur, Volchensteinenses,& inter ip
sas & Annebergum Visæ: in Boemia alter fons
calidarũ Caroli IIII. quem Creusinũ appellant
sub arce effluens ex saxis calcarijs:in Italia Pore-
tanæ,in finibus Liburniæ & Macedoniæ ad radi
ces Nymphęi. calidis aũt rarissima quæq; regio
caret,de quibus suo loco dicam. aliquę etiam ex
calidis frigidę fiunt,sicut in Magnesia,non mu-
tato sapore,vt Plinius tradit: sed hę totæ cõmu-
tatę

tatæ fuerunt: ex aliqua vero parte in Gallia Narbonensi aquæ Sextiæ, vt Strabo author est. item contra ex frigidis quasdam calidas fieri non est dubium, quin calidę frigidis iunctę effluunt, vt in Tarbellis Aquitanica gēte, quas idem Strabo Gallos potare prodidit, & in Pyreneis mōtibus, tenui interuallo, inquit Plinius, discernente: nec mirum est tales aquas potare Gallos, cum ex calidis aliquę sint dulces: vt in Lipara insula, in Melo, in ea Prusa, quæ est ad Mysium Olympum regiæ vocatæ, in Troię Larissa iuxta Tragasas, iuxta Magnesiam, in Aegis Ciliciæ. quæ vero sunt in Phrygia circa Doryleum potę oium maxime gustatū dulcitudine cōmouent. Sed de his satis, nunc ad aquarum spissitudinem & pondus considerationem intendam. itaq; cum simplex aqua sit tenuis, mista est spissa. quo aūt quæq; magis est mista, eo est crassior. & cū simplicis aquæ moles ferè idem pondus habeat, quod eadem vini boni & puri moles, mistę multo grauiores sunt: qua de re simplices, vt leuiores, mistis inuehūtur, sicut dulces marinis, atq; etiam eædē non salsis grauioribus. ergo vel fluuij lacus supmeāt: vt Fucinum Marsia: Lariū Abdua: Verbanum Ticinus: Benacum Mintius: Seuinnū Ollius: Lemanū Rhodanus, vel fluuij fluuios, vt Arsanias vicinū Tigrim in regione Arhene quoties vterque intumescēs extra ripas diffluit: pingues præterea siue bituminosę aquę dulcibus innatant. nā Peneus, vt ar verbis Plinij, accipit amnem Eurotan, nec recipit: sed olei modo supernatantem (vt dictum est ab Homero) breui spatio portatum abdicat: pœnales aquas, dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans. idem fluuius Titaresius dicitur: vnde satis scitè Lucanus.

Solus in alterius nomen cum venerit vndę
Defendit Titaresus aquas, lapsusq; superne
Gurgite Penei pro siccis vtitur aruis:
Hūc fama est stygijs manare paludibus amnē,
Et capitis memorem fluuij contagia vilis
Nolle pati, superumq; sibi seruare timorem.

Sed Arsanias & Eurotas rursus abdicati in proprijs alueis fluūt. multi vero amnes ad longum spatium alias supermeant, deinde cōmiscentur, sicut Ilza in Danubio inuehitur ad secundū ferè lapidem non prorsus permistus, quod ex colore cognoscitur. mistę aūt magis q̄ simplices inuecta sustinent, quales sunt salsę, nitrosę, aluminosę, atq; alię multę: vaporibus tamen, succo item pingui, qui supernatare solet, infectę, minus graues sunt: contra cum succo lapidescēte permistæ oium grauissimę. quanq̄ autē aquarū dulcium, sic nunc voco eas quibus nullus sapor, aliæ alijs

A perraro leuiores sunt: tamen aqua Pirenes fontis Corinthij omnium Gręcia aquarum leuissima esse scribitur, et cotyle Attica aquę Eulei drachmam pendebat minus, q̄ eadem moles aquæ Euphratis vel Tigris: quocirca reges Persarum eam vt optimam bibere soliti sunt: quāto enim aqua leuior, tanto plerunque salubrior, quin vnius eiusdemque fluuij aqua alijs ac alijs anni temporibus leuior est aut grauior: etenim aquarum quæ fluunt iuxta metalla Pangęi Thracię montis, cotylen Atticam perhibent ęstate pendere drachmas sexaginta quatuor, hyeme nonaginta sex. in causa autem esse frigus, quod cogit & densat aquas, atq; ita grauiores facit: quocirca etiam clepsydra tardius hyeme aquam transfundit q̄ æstate, quòd crassior fiat. Atque aquarum quidem color, perspicuitas, sapor, odor, calor, spissitudo, pondus ad hunc modum se habet.

B Succorum vero liquidorū qualitates, quandoquidē pauci, minus variæ sunt. etsi enim aquę salsę, nitrosę, aluminosæ, atramentosæ succorū in numero haberi possunt, quod vbi calor eas siccauerit, vel frigus coegerit, succi fiant cōcreti: tn̄ quia suscepit vetus & cōis loquendi consuetudo tā Gręcorum q̄ Latinorum, vt aquarum noīe appellarentur, eam immutare nolui. duo autē sunt succi liquidi, quos nec veteres scriptores nominarunt aquas, nec nos eo vocabulo noīare possumus. bitumen dico & alumē: quorum alterum in aqua īnatat: alterum differt ab aqua aluminosa, quod ex hac alumen fieri posit, illud iam sit alumen, quibus duobus succis annumerabitur tertius lapidescens, de his nunc paucis dicam. postea vero eos simul cum aquis vberius explicabo: itaq; bi-

C tumen liquidum differt colore. nam aliud cādidum est, quod pręcipuū naphthæ genus, etiamsi Posidonius censeat esse sulfur liquidū, effluit in Babylone, non longe à Demetriade, in Austagenis Parthię, in Mesopotamia, in agro Mutinensi ex monte, quē Gibium vocant. effunditur quoq; in mare Germanicum, atq; ex eo fit succinum candidum, quoddam est in cinereo candidū, quale emanat ad maritimum Arabiæ felicis oppidulum, quod Sichrin appellāt, id ipsum etiā concretum Arabes ambram vocant, ex eiusdem coloris bitumine fit succinum cōcretum, quod cum reliquis in littore sinus Sudinorum effoditur. aliquod est fuluum: cuius coloris fluit ex fonte Sueuię, qui est ad cœnobium, cui nomen Degerę lacus, & in India ex loco quē Salachiten nominant, aliud itē est rufum, quod effluit ex agro Mutinensi: aliud cerę, aliud mellis decocti, aliud falerni colore in mare Germanicū effunditur,

quod satis indicant succini genera iisdem coloribus ornata. aliud est nigrū: quale ex multis fontibus manat: in Germania in Saxonibus ad secundum lapidem à Brunonis vico, qua itur Scheningam, & in paluſtribus locis circiter tertiū lapidē à Burgedorfo: in Apolloniatarum finibus ad Nymphæū: in Babylone. aliud in nigro rufum, ſicut id qđ effluit è fonte, qui eſt in radice montis Deſteri, diſtans ab Hanobera circiter quindecim millia paſſ. verſus meridiem non recta, ſed ad occaſum. quod bitumen clariſſimæ fontis aquæ innatat. aliquod purpureo colore ſplendet: vt Iudaicum. aliquod nonnihil eſt cæruleū: quale interdum non longe à Brunonis vico inuenitur. deinde bitumen differt ſapore, quod ex ſuccino intelligitur. nam cū nigrum omne exili quadam amaritudine guſtatū cōmoueat, candidū in pingui dulce eſt, minus eo alijs coloribus præditum. tum differt odore: etenim nigrū grauis odoris plerunq; eſt. candidum iucundi, reliqua medio modo ſe habent, & ferè olent myrrham. attamen quod effluit ad Carthaginem ex Cratea fonte, vt ſit nigrum, citreo odore eſſe traditur. Apolloniatarum vero ad Nymphæum olet picem miſtam cum bitumine: atque inde Græci ei nomen poſuerunt πισσασφάλτου. ad hæc alibi frigidum effluit, vt in dictis Germaniæ locis: alibi tepidū, vt ad Nymphæum: alibi calidum, vt in lacu Iudææ aſphaltite, inordinatis & incertis temporibus. differt deniq; bitumen ſpiſſitudine. nā in alio craſſitudo olei eſt, vt in Suecico: aliud adeo eſt craſſum, vt limus videatur eſſe, quale eſt quod emittit ſtagnum in vrbe Samoſata, uocatū maltha, & Iudaicum. qm̄ autem bitumē pinguis eſt ſuccus, leue exiſtit, & in aqua tanquam oleum innatat. Alumen vero liquidū fundunt interdum venæ abundantes alijs aluminis generibus, quæ quibus in locis naſcantur, in libris de natura foſſiliū explicabo. at ſuccus lapideſcens aliquot in locis, & quidem in Cepuſio emanat, nec longe à fonte fit lapis. eo aūt diuerſi coloris abundare cauernas, quæ mare Tyrrhenū ſuſtinent, ſatis indicat Corallium: quod ex ipſo concreuit, modo candidum, modo rubrū, nunc vero nigrū. ad hæc nōnullis in locis multi ſucci liquidi non gignuntur, & ita raro effluunt, vt, ſi quando emanarint, & mox ceſſauerint fluere, portenti ſimile numeretur à prodigiorum ſcriptoribus, qui cauſas & naturas rerum ignorant. ſi enim albus qualiſcunq; effluxerit, riuos lactē manaſſe aiunt: ſi ruber, ſanguine: ſi in flauo viridis, oleo. Hactenus de ſuccis liquidis: iam rationem cognoſcendarum aquarum explicabo. ea

D enim & ad miſturarum naturam penitus percipiendam, & ad vſum potior eſt. quatuor aūt ſenſus natura homini dedit, quibus aquarum temperaturas accipere, deq; eis iudicare poteſt: vidēdi ſcilicet, guſtandi, olfaciēdi, tangendi. ſed oculis plurimas percipit. multas lingua: naribus contra paucas, tactu ferè non niſi teporis & caloris appulſu inſignes. itaq; vir diligēs primo ſumma terræ, quæ proxime fontem eſt, cute ſi opus fuerit, reſecta contempla tur ſaxa, per quæ vagatur vena fundens aquas, & venam ipſam, atq; etiam ea quæ ſubſederint vel in lacuna fontis: vel in riuulo inde ducto: vel in canalibus, fiſtulis, tubis, per quos aquæ è fonte defluunt in labra caſtellaue: vel deniq; in ipſis labris, aut caſtellis. deinde guſtat non modo aquam, ſed etiam ea quæ reſederunt. tum aquā calfacit: quanq; odor qui

E afflatur ex aquis plerunq; ſponte ſe nobis offert. q̄ ſi nihil ſubſederit, aquas decoquit: quibus conſumptis id quod reſederit in fundo vaſis, contēplatur, guſtat, vrit, odoratur, acutiſſimeq; oīa indagare ſolet. nam omnino miſturarum aliæ pluribus percipiuntur ſenſibus, aliæ vno tm̄. verum, quia oportet rem, quæ obſcura eſt, perſpicuam facere, ſingula genera eorū quæ cū aquis miſceri ſolent, indicio ſenſuum fretus perſequar. igiť quæ aquæ necant animātes, exhalationibus infectæ ſunt, ſi modo vel cū in vas transfuſæ fuerint, nihil quicq̄ mortiferum in fundo hæſerit: vel cū res in ipſas immerſas non verterint in lapidē: vel cum propter putredinem non fuerint lethales: omitto hic eas quibus venefici immiſcuerūt venenum: natura enim tales non ſunt. itaq; exhalationes peſtiferas tum aquis lacuſtribus, quę ſunt

F inter Srapelam & Sebrgū, immiſtas eſſe intelligimus, cū necant piſces. etenim ex eo quod quodā tēpore efficitur, oculi iudicant de cauſa. quæ alia eſſe non pōt, q̄ peſtilens expiratio, q̄ aquæ omni tempore mortiferę non ſint. quę vero exhalationibus tantūmodo noxijs ſunt infectę, qm̄ earum effectus obſcuri ſunt, tm̄ longo temporis ſpatio quo lædunt animantes, cognoſcūtur. Vt autem oculi iudicant de aquis, quibus exhalatiōes ſunt immiſtæ, ita tactus de his quæ vim igniū acceperunt: qnquidem aut feruent, aut calidæ ſunt, aut tepidę. quod ſi refrixerint, oculi nō minus percipiunt corruptum colorē, lingua malum ſaporē, nares tetrū odorē. nā rariſſima quęq; aqua ignē intra terrā paſſa, his oībus caret. ex ſuccis autem liquidis bitumen in aquis tanq̄ oleum innatat, alumine infectas lingua deprehēdimus. attamē guſtandi ſenſus non diſcernit eiuſmodi aquā ab ea quę aliquid abraſerit ab alumine cōcreto, niſi

ramenta in fundo vasis subsederint. aquę vero quę lapidescentem succũ combiberunt, bacillos multasq; alias res iniectas vertunt in lapidem, quales inueniuntur plerisq; in locis, vt dicã postea. quæ autem cum terris sunt permistæ, si multum ipsis infectę fuerint, turbidę & limosę sunt: atque limus postea quã in vasa fuerint transfusę, in fundo subsidere solet. sin parum, quanquã liquidę & purę: tamen, vbi decoctę fuerint, oi humore consumpto, terra, quantula erit, in fundo vasis inhęret. atque etiam gustandi sensu deprehenduntur aquę insuauiter dulces. terris vero pinguibus & argillosis infectę sunt. At ex aquis, quę cum succis concretis sunt permistę, aliquas non oculis modo, sed etiam lingua percipimus, aliquas oculis tantum. lingua sentis salsas, nitrosas, aluminosas, atramentosas, sulfurosas. oculi & has & bituminosas percipiunt: ac vero etiam chrysocolla, cęruleo, ęrugine fossili infectas. Sed differũt salsę à nitrosis: etenim salsę salsedine linguam inficiunt, & pręterea astringũt: nitrosę amaritudine aliqua gustatum cõmouent, nec astringunt, sed abstergunt potius: imò si multum fuerint nitrosę, cutem lauantiũ mordent. quã vero aquę cum auripigmẽto, vel sandaracha, vel similibus rebus mistę, etiam amarę sunt, de eis non tantum lingua, sed etiam oculi vt iudicent necesse est. quia vero salsę non modo salsedine linguam inficiũt: sed etiam, vt dixi, astringunt, qui non diligenter animum aduertet, aquas in quibus sal duntaxat inest, putabit etiam aluminosas esse. sed sal linguam astringit tm̃: alumen non solum id ipsum facit, sed dentes quoq; obtusos reddit. verũ multo rectius idem sensus sal & alumen discernere põt, cum aquis consumptis, cuius partes gustandi sensum obtundebant, succus concretus resederit in vasis fundo. aluminosę quoq; differunt ab atramentosis, q, cum vtręq; mirifice astringant, atramẽtosę etiamnum sint multum acres. & de ijsdem tactus iudicat, sed ipsas non satis distinguit, nisi atramentosę tam fuerint acres, vt mordeant: vtręq; enim astringunt cutem & contrahunt. at aquis igne consumptis, gustandi sensus alumen ab atramẽto sutorio certius secernit, vbi etiam accedit oculorũ iudicium. nã alumen semper candidum est, atramentum raro: sed plerunq; viride, aut cæruleum. quinetiã ex his quæ ipsi sunt cognata, misy auri habet colorem, chalcitis æris, sory nigrum ferè est, similiter melanteria: quæ tamen exiccata plerunq; cinerea fit. sulfurosæ autem aquæ odore deprehenduntur, atq; sulfur siue ad lapides riuuli adhæserit, vt fieri dixi in tractu Hildesheimio non longe ab arce

A Steurenalda, siue post decoctionem resederit in fundo vasis, abrasum & super prunas proiectum ardet. Sed cum etiam bitumen ardeat, sulfuris ramẽta plerunq; sunt cinerea, vel in viridi aut candido lutea: bituminis nigra. Si vero liquidũ fuerit bitumen, in aquis innatat. sulfur quoq; sui est & non iucundi odoris: bitumen candidũ, vt dixi, boni. atq; interdum quidem dulcis, interdum acris: luteum mediocris: nigrum qñq; fetet. quin aquæ vno succo infectæ ad vsum decoqui possunt: salsæ in salem: quod, vt supra dixi, multis in locis Germanię fit. nitrosæ in nitrum: id vero minus vsitatum, apud nos quidẽ, quia magis abundamus terris halinitro refertis, q̃ vel nitro, vel aquis nitrosis: apud alios vero, qa ipsis sint aquæ nitrosæ sine viribus densandi. aluminosæ etiam decoquuntur in alumen: vt fit in tractu Volaterrano. atramẽtosę in atramentũ sutorium, quod

B iterum, qñ melanteria ijsdem in locis suppetit perrarum. sulfurosę in sulfur: vt in Pãnonia inferiore ad Budam: bituminatę in bitumẽ, sed quia bituminis hodie nõ est vulgo tam magnus vsus, q̃ sulfuris, liquidum tantũmodo colligunt. Oẽs aũt has decoquẽdi rationes in libris de re metallica aperiã: nunc ad cęteras misturas abeo. igitur aquæ ramentis lapidũ, metallorum, mistorũ infectæ cognoscuntur ex eis quę in riuulis residere solent, vel post decoctionem in fundo vasis. qñ vero lapidum duo sunt genera: vnum quod frigus conglutinauit: alterum quod calor, ab hoc multũ abradit, maxime si fuerit molle, ab illo parum, vt in libris de ortu & causis subterraneorũ exposui. itaq; in calidis Caroli quarti lapis in lateribus & fundo canalium natus, quod cõstet ex

C ramentis saxi calcarij, satis indicat eas calidas saxo calcario esse infectas, aquæ etiam infectæ marmore, quod olet oui putidi virus, cum bibitur, odor, vt dixi, sentitur. Ex metallicis autẽ aquis æratæ astringunt, similiter ferratę: sed hę in hoc differunt ab ęratis, q non raro lapides riuorũ ferrugine obducant: vnde certo colligitur eas lambere venã ferrariam, illaq; infici. cadmia quoque fossili multum infectæ acres esse consueuerunt, Atq; hoc sanè modo aquę cũ vna aliqua re permistę sensibus deprehenduntur. quæ vero cum pluribus temperatę sunt, hę cognitionem habẽt difficiliorem. Sed quia aquę, vt dictum est, infectę sunt vel exhalatione, vel ignium vi, vel succo liquido, vel terra, vel succo concreto, vel lapide, vel metallo, vel misto, coniunctiones misturarũ diuersę plurimas efficiũt varietates. de quibus prius dicam. nã primo aquę cum rebus subterraneis duabus ex his octo tẽperatę inueniuntur

tur sæpius. quomodo earum aliæ exhalationibus permistæ sunt, & præterea vel vim ignium acceperunt, vel succum liquidum combiberunt, vel abraserunt aliquid aut à terra, aut à succo concreto, aut à lapide, vel metallo infectæ sunt, aut misto. aliæ ignes passæ sunt, & insuper vel succum combiberunt liquidum, vel abraserunt aliquid aut à terra, aut à succo concreto, aut à lapide, vel metallo infectæ sunt, aut misto. quędam succum liquidum combiberunt, atq; etiam vel aliquid abraserunt aut à terra, aut à succo concreto, aut à lapide: vel metallo infectæ sunt, aut misto. quędā aliquid abraserunt à terra, ac vero etiā vel aliquid abraserūt à succo concreto, aut à lapide, vel metallo infectæ sunt, aut misto: aliæ aliqd abraserunt à succo concreto, & præterea vel aliquid abraserunt à lapide, vel metallo infectę sunt, aut misto. aliæ aliquid abraserunt à lapide, & insuper vel metallo infectæ sunt: vel misto. aliquæ metallo infectæ sunt, atque etiam misto. deinde aquæ cum rebus subterraneis, ex his octo tribus quatuorue permistæ interdum reperiuntur: rarius cum quinq;: rarissime cum sex: multo rarius cum septem aut oībus. tum, vt non multum inter se differant exhalationes, nec etiā vis ignium: tamen succi liquidi aliquot sunt species, aliquot succi cōcreti, aliquot metallorum, multæ terrarum, plures lapidū, multo plures mistorum. itaq; quot sunt species tot aquarum misturæ oriuntur differentes. qm̄ vero nunc has, nunc illas species ex diuersis generibus inesse in aquis videmus, penè infinitas aquarū mistarum esse differentias intelligimus. ad hęc vnius generis duæ, vel tres, vel plures species ī vna eademq; aqua esse possunt: sicut in Apono fonte, inter Patauinos calidos longe celeberrimo, alumen, sal, sulfur, quo modo iterū aquæ mistæ permultum inter se differunt, quas differentias singulas enumerare nec possum, nec habeo necesse. quin ad earū cognoscendarū rationem redeo: quæ quia eædem sunt his quibus aquæ cum vna aliqua re mistę percipiuntur, eas non repetam, sed addam pauca quædā. dum aquę decoquūtur, quo quęq; ipsis admista fuerint grauiora, eo magis fundū petunt. qua de re ramēta metallorū, mistorum, lapidum ima sede semper hærent: vt quæ grauissima sint. terræ vero & succi concreti in ipsis insident: partes aquę, aeris, ignis in vaporem & halitum conuersę dissipantur, si vas operculo non fuerit tectum. quod si habuerit operculū, vt habere solet, partes aquæ in vaporem versæ ascendūt in ipsum, & ibi refrigeratæ rursus in aquam abeunt, qua stillat naris, aeris & ignis partim
D exhalant, partim cum aquis commiscentur. igitur homo rerum metallicarum peritus facile visu discernit ramenta metallorum, mistorum, lapidum: nec difficiliter eadē à terris & succis concretis separat, ac ascito in iudicandi consortium sensu, gustus distinguit salem à nitro, alumen ab atramento sutorio, sulfur à bitumine. Sed vt res rectius succedat, quicquid post decoctionem in fundo vasis subsederit, id omne primum lento igne per pluculum temporis in eodem vase relinquēs exiccat: deinde eximit, & supra tabulam amplam spargit, & in sole, non in vmbra, magis exiccat. nā sol particulas salsas, nitrosas, aluminosas coagulat: sulfurosas & atramētosas illustrat, & splendidiores reddit. terras ramenta metallorum, mistorum, lapidū magis ante oculos ponit.

E GEORGII AGRICOLAE

De natura eorum quæ effluunt ex terra,

LIBER SECVNDVS.

ICTVM est de aqua simplici, de mistis, de earum colore, sapore, odore, cæterisq; nonnullis qualitatibus: itemq; de succis liquidis, atq; etiam quomodo misturę sensibus possint deprehēdi: restat vt de horum omnium viribus dicam, & reliquis aquarum differentijs. Itaq; simplex aqua, vt alij liquores salubres, pota cibos solidos humectat: vt vis ventriculi, quę alteram formā dare solet, ex eis succum efficere possit. Sanguini etiam, cum ex iecore in
F corporis partes effunditur, quoddam quasi vehiculū est, vt scite Hippocrates scripsit: & quidem necessarium. ea autem siue potatur, siue extra ad corpus exhibetur, humectat & refrigerat. compositæ varias & multiplices vires habent, quæ oriuntur ex misturis: omnino enim aliquam rei admistæ vim obtinent. vt autem singula eorum genera rursus persequar: exhalationibus pestiferis infectę vi sua animantes necant: quemadmodum aquæ lacus, qui est iter Srapelam & Seburgum quibusdam temporibus, vt superiori libro dixi, pisces. at noxijs infectæ, etiāsi statim necem non afferant animantibus, tamen eas lædunt, & postea, si tempus & spatium datum fuerit, necant. quæ vero aquæ vim ignium tantummodo acceperūt, quarum mira paucitas est, calefaciūt: & nihil pterea possunt aliud q̄ humectare, quod & aquæ simplices possunt. acidulę quoque, quæ etiam ipsę ignem senserūt, vrinam potę mouēt,

&

& calculosis medētur, & ebrietatem discutiunt. attamen Lyncestis contraria vi prædita, vini modo temulentos facit. Sed quæ multum succum lapidescentem combiberunt, potę mortem afferunt. is enim non aliter ac gypsum in aqua diluto lutum, sub humore durescit. quocirca & viscera alligat, & venas sic obstruit, vt per eas neq; succus in iecur influere, neq; sanguis à iecore in corpus diffundi possit. vt autem ex eis aliquæ mox non afficiant morte potātem: tamen visceribus nocent. Quæ vero paucum succum lapidescentem combiberunt, tam noxiæ non sunt: q̀ si is ipse in imo fluit, vt, quia grauior, fluere solet, superior aqua salubris esse potest. at terris infectæ, si earum mistura fuerit multa, omnibus qui bibunt eas, nocent: obstruunt enim viscera, & obturant, ac in renibus calculos gignūt. sin pauca, non ita sunt noxię. certe cū terris consusæ astringentibus, habent aliquam vim astringendi, cum conglutinantibus permistę, conglutinandi. Succi autē concreti insignes vires aquis dare solent. omnes autem calefaciunt & exiccāt: & quo magis cum succis fuerint mistę, eo magis id faciūt. atq; iccirco prosunt intemperiei frigidę & humidę, & morbis ex pituita obortis. contra obsunt intemperiei calidę & siccę, ac morbis ex bile natis, atq; omnino ex calidis humoribus: quinetiā temperamentum calidū: maxime vero calidum & siccum lædunt. at frigido & sicco prosunt calore, siccitate obsunt. Similiter ei quod siccum est. sed salsis, quæ leniter astringunt, si eadem fuerit mistura, quæ est marinis, easdem vires habēt: sin plus minusúe salis in ipsis inerit, maiores aut minores. verum vt eadem sit temperatio, natura calidę marinis multo sunt efficaciores: quin tam marinæ q̄ calidæ, quę frigidę effluunt ex terra calefactæ, vt etiam cæteris infectæ succis, omnia vehementius faciunt. igitur quæ multū salsæ sunt, potæ aluum turbant: pituitam trahunt, & sanguinem concretum: corpus minuunt, & ad maciem ducunt. Sed pituita consumpta ventriculū lædunt: intestina corrodunt, & exulcerant: pruritum & scabiem, quia sua salsedine inficiūt sanguinem, gignunt. sin parum fuerint salsæ, & tardius eadē efficiunt, & non adeo offendunt ventriculum & intestina: atq; oino minus totius corporis valetudinem perturbant. tepidę vero iniectæ pituitam extenuant: calidæ tollunt tormina. at balneæ salsæ malum habitum qui est ex pituita emendant: prosunt neruorum vitijs: pectori quod destillationibus infestatur, ventriculo frigido & humido: scabiem ex pituita natā sanant: si nulla est, pruritum excitant, quē post aliquot

A dies rursus sanāt. feruentium vapor capitis grauitatem, & aurium dolores corrigit. sed infusę tumores, tam eos qui ex morbis remanserunt, q̄ ex pituita ortos, discutiunt: prosunt hydropicis, liuētia reducunt ad colorē. Nitrosę aūt etiam ipsę potę aluum turbant, & pituitam trahunt: vuluas præterea faciunt conceptioni habiles, & strumarū tumores minuunt. earum balneæ malum habitum qui est ex pituita, emendant: prosunt neruorum vitijs: pectori quod destillationibus infestatur omninoq; easdem vires habēt, quas salsę, sed multo efficaciores. attamen non astringunt, sed abstergūt: quare cutē emendant, & scabiem sanāt. ad hęc instillatę medentur purulētis auribus, earumq; inflationibus & tinnitibus. At aluminosę insup astringunt, quę potę ventriculum vomere solitum reficiunt: vlcera vesicę curant: B prosunt mulieribus quę inordinatis temporibus purgantur: atq; etiā his quę crebro abortire consueuerunt. ore vero retentę sanant eius vlcera, et tumorem gingiuarum sedant. gargarizatę tonsillas tollunt. Sed earum balneę etiam vitijs supradictis medentur: imprimis uero externis ulceribus quę fluxionibus abundant. Snnt etiā neruis resolutis utiles: sanguinis eruptiōes ex pectore & ano cōpescunt: nimium sudorē reprimunt. veruntamen noxię sunt ad febrē propēsis. Atramentosæ aūt siue ipsum atramentum sutorium cōbiberunt, siue misy, siue chalcitida, siue sory, siue melanteriam, easdem uires hn̄t, quas aluminosę, multo tn̄ efficaciores, q multa acrimonia cum astringendi ui sit cōiuncta: qua de re etiam prosunt ulceribus, quę pascendo serpunt. Sed si nimium fuerint acres, necant: talis uidetur fuisse C aqua Stygis fluuij Thessalię, qua Alexandrum necauit Antipater. Sulfurosę uero neruos molliunt & calefaciunt. igitur resolutis, tensis, contractis, tremulis, perquàm utiles sunt, & eorum dolores sedant: artuum tumores euocant & discutiunt. medentur ergo chiragrę, podagræ, coxendicum, aliorumque articulorum morbis: pellunt etiam dolores iecoris, lienis, uteri: & eorundem tumores discutiunt. Sed uentriculū dissoluunt, & euertunt. Scabiem insuper & ulcera sanant: lentigines tollunt, uitiligines emēdant. At bituminosę potæ interioribus corporum uitijs medentur. earum balneæ neruos sensim calefaciunt, & in aliquo temporis spatio molliunt. Sed caput replent, & sensus, potissimū uero oculos lædunt. Infectæ autē cęruleo, ęrugine, chrysocolla potę uomitiones mouent. earum balneę medentur ulceribus, quę pascendo serpunt. Sed auripigmento infectę calefaciunt & astringunt:

guntitem sandaraca, sed hæ ipsæ vocem purgāt, & suspiriosis prosunt. At quæ fluunt per silices aliosq; lapides frigore concretos, quia parum admodum inficiuntur, aut nihil, simplices aquæ vires penè habent: plerunq; tamen minus frigidæ & crudæ sunt, tardeq; descendunt potę. quæ vero alios lapides lambūt, si duri & macri fuerint, parum infici possunt: sin molles & pingues multum. quale esse calcarium dixi: id enim in primis calidæ molliunt, deq; eo non parum abradunt. quod genus aquæ exiccat, nec tamen mordet. eodem modo se habent gypso imbutæ: verum, si multum gypsi in ipsis inest, potę perimunt. hęmatite autem infectæ astringunt, & sanguinis fluxiones sistunt: Iudaico lapide, belemnite, trochite calculos frangunt. sic de reliquis iudicandum. omninoq; calidæ plus de lapidibus abradunt, q̄ frigidæ: eaq; de causa maioribus viribus præditæ sunt. Sed quæ sunt infectæ venis auri, argenti, plumbi, stibij, neruos duros efficere, contrahere, tendere, similiter artus pituita replere & inflare solent. ex ipsis vero aliquæ gutturosos efficiunt: vt in Norico supra Iuuauium: nobile oppidum, quod hodie, vt dixi, Salzeburgum nominamus: atque in Alpibus duobus in locis in Cillera valle, quæ distat ab Oeno ad octauum lapidem, meridiem versus. eius vallis incolas & habitatores nationem Medullorum Vitruuius videtur vocasse: & in Sundera valle: quæ abest à Curia oppido Rhetiæ circiter duodecim millia pass. vbi præterea fons est, cuius aquæ potę adeo lædunt cerebrum, vt stolidos faciant, atq; etiam in Italia Equiculis guttur intumescit aquarum, quas bibunt, vitio. attamen aurum argentumúe purum lambentes cor reficere quidam putarūt. quæ vero aquæ argenti viui venis imbuuntur, potę rapiuntur ad caput, idq; multis humoribus quos secum ferunt, replent. qui rursus delapsi labefactant gingiuas & artus. quod satis indicant inunctiones ex argento viuo compositę, & catapotia inde facta. non tamen nego alias res intra terram inueniri, quę similes habeant nocendi vires. Arabię quidem peculiares morbi stomacace & scelotyrbe partim ex aquarum oriuntur prauitate. quorum alter os, crura alter vitiat. & in Germania maritimo tractu fons fuit aquæ dulcis: qua, vt Plinius inquit, pota intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus soluerentur. nec dissimilis Susis, quæ vrbs est Metropolis Persię, fonticulus: ex quo qui bibebāt, amittebant dentes, vt Vitruuius scriptum reliquit. at ęratę ori, glandulis, vuę pręcellenter prosunt, similiter oculis: repurgant enim ea quæ ipsorum

D claritati officiunt. ferratæ vero vtiles sunt vētriculo, lieni, renibus, prosunt colicis: dolores articulorum pellunt: auxilium afferunt in exulcerationibus vesicæ. vnde in Tuscia, ad quinquagesimum ab vrbe lapidem, ferratæ appellabantur vesicariæ. qui locus vt Marcellus medicus scribit, fuit Milonis Brochi pretoris. Ex mistis autem si lapis plumbarius infecerit aquas, ipsæ, vt plumbi generibus imbutæ, lædunt neruos & artus. Pyrite vero non æroso infectæ discutiunt duricies: æroso sunt æratis similes. de quarum viribus iam dixi. at cadmia acri infectę, interiores corporis partes erodunt. si tamen cadmia multum argenti in se continet, non adeo ipsis nocent. Sed de his satis: redeo ad succos liquidos. itaq; bitumen sic in aquis innatat, vt facile colligi possit. id aūt nostri si copiosum cum aqua fontana effluxerit,
E vasis hauriunt: sin paucum, colligunt alis anserum, & linteolis rallis, ac vero etiam, quòd Plinius non ignorauit, arundinum panniculis: nam his citissime adhęrescit. ignium vis adeo magna eis inest, vt corpus aliquod eo maxime, quod naphtha vocatur, perunctum si ad ignem admoueris, exuratur, nec aqua restinguatur: nisi admodum multa. verūtamen luto, terra, puluere, atq; omnino quibusuis aridis suffocatur. quoniam vero facile ignem cōcipit, eo vti ad lucernarum lumina olei vice vetus est, & multis in locis visitatum, sicut in Sicilia in Agrigētino agro, vnde oleum Siculum dictum: in Cilicia iuxta Solos: in Babylone: in Ecbatanis: in India: in Aethiopia. Saxonum rustica plebs hodie nō tantum eo vtitur ad lucernarum lumina, sed & inde nuptiales faces, aridi verbasci caulibus in ipsum intinctis,
F facit: & eo curruum axes inungit. Medea eodē pellicem cremauit postquā sacrificatura, vt scribit Plinius, ad aras accesserat, corona igne rapta. vnde naphtham Medeę oleum Græci appellāt. nam id genus bitumen admotum ignem ad se rapit, & Alexandrum experimenti gratia aiunt in balneis puero affudisse naphthā, & lucernam admouisse. eaq; de causa puerū adeo flagrasse, vt prope interierit, nisi ministri multā aquā affundentes, incendium vicissent, atq; ita puerum seruassent: vt Strabo scribit. eodem Persas illinire tela, ipsisq; incensis & lentius emissis hostium tecta cremare, autor est Ammianus. Semiramis ēt eo calcis vice vsa, Babylonem latericio muro sepsit. ferreis quoq; & æreis operibus illinitur, firmatq; ea contra ferruginem & ęruginem. quin Saxones ex eo postes ligneos tingunt, vt ab iniuria imbrium defendant. iisdem de causis statuas eo illini quondam solitum fuit. serpentes vstum

nidore

nidore fugat, & comitialem morbū deprehēdit: medicinæ etiam vsum pbet. potum.n.vt aqua bituminata, discutit sanguinem concretum & fœminarū purgationes elicit. illitum pecoribus & iumentis eorum scabiē sanat, ad suffusiones oculorum, īquit Plinius, & albugines Babylonium efficax traditur: item ad lepras, lichenas, pruritus corporum: illinitur etiam podagris. At alumen liquidū easdem vires habet, quas alia eius genera. de quibus in libris de natura fossilium dicam. Succus aūt lapidescens, aut in spelūcis ex cōmissuris & fibris venisq; emanās vel anteaq̄ deciderit, durescit in lapides, pēdentq; eius styriæ in cameris, sicut non longe ab Augusta Tiberij, & Miezæ in Macedonia: vel cum eius guttæ iā destillarint, vertuntur in lapidē: vt in antris Coricijs. vel vtroq; modo, vt in spelunca illa nobili, q̄ est ad Ambergam, vbi columnas candidas facit. ac vero etiā discolori aspectu, perinde ac ī Phausia Chersonesi Rhodiorum in antro magno, vt Plinius tradit. & in Demoneso insula Carthaginensiū in spelunca quam Politā vocant, sunt columnæ: aut cum res ipsum succum lapidescētem combiberint, eas conuertit in lapides, sicut orto bello cū opifices in metalla Lydiæ circa Pergamum confugissent, obstructo ab hostibus exitu suffocati sunt. sed longo post temporū interuallo, apertis rursum & repurgatis metallis, inuētæ sunt amphoræ aliaq; id genus vasa, quæ ad vsus necessarios adhibuerāt, repleta humore quodā, & in lapides indurata: & iuxta etiam ossa humana, aut per se effluens ex terra fit lapis, vt in Copusio non longe à fonte, quo etiā succo incolas, cum muros extruunt, calcis loco conglutinare cementa dixi: aut cū aquis permistus effluit, quæ vel ipsæ lapidescunt etiam, sicut Stygis aqua ad Nonacrim Arcadiæ: calidæ in Eubœç Lelanto, vbi, vt Plinius, quæ alluit riuus saxa in altitudinē crescūt: calidæ Hierapoli: riuuli ad Laodiceā, atq; etiam in exitu paludis Reatinæ saxū crescit, vel res in se immissas in lapidē conuertunt, priore forma manēte: vt in Islandia fons, qui nō longe abest ab Hecla monte ardente: & alter in Eurymenis: Crocanus fluuius Brutiorum: Sarnus Campaniç, Silaris vltra Surrentū: Surius Colchi dis: vnus in Colossis. nam in eorum aquas coniecta virgulta, folia, coronç, lateres, ossa, chirothecæ: quid plura? oīa quæ foramina habent, lapides extrahūtur. vel aquæ quibus cum succus lapidescens est permistus, arbores quas alluunt cum ramis saxa faciunt, sicut flumē in Scyretico metallo, vel terram quam rigant, lapideam faciunt: vt riuulus fontis qui est in Parparenis, & riuulus

A Cnidij fontis, vel lignum ī eas deiectum lapideo cortice obducūt, quales sunt aquæ fluminis Ciconum, & lacus Velini in Piceno. & semina in Albulas quæ sunt in Tiburtino, coniecta similiter lapideo cortice obduci vidētur. quibus nonnulli puerorum procacitati imponūt. Sed succos liquidos hactenus: reuertar ad aquas. quæ qa cum duabus, tribus, pluribusúe, vt dictum est, rebus interdum pmistæ sunt, multas & varias hñt vires, atq; oīno earum rerū ex quibus sunt compositæ. verbi causa, est aqua mistura salis & aluminis, ea pota excalfacit & exiccat: id.n. vtrisque cōmune est. q̄ si plus salis in ea inest q̄ aluminis, aluum quidē turbat: sed nec eam, nec intestina multum lædit, q̄ alumen eius vim reprimat. sin plus aluminis, astringit & aluum sistit, atq; ita de reliquis vtriusq; viribus iudicandū est. Sed scri-

B ptores misturis aquarū, tam simplicibus q̄ compositis, non intellectus, plurimarum vires simpliciter cōmemorant: aut valde admirantur, cū parum, aut nihil admirationis habeant, si temperationes rerum ex quibus oriuntur, fuerint explicatę: quod genus multa apud authores q extant, sparsa & disiecta inueniri possunt: multa Plinius partim ex ijsdem, partim ex alijs qui perierūt iniuria tēporum, collegit. sed datur hęc venia geographis: datur certorū locorum scriptoribus: datur his qui ex diuersis authoribus talia collegerunt, vt interdum ex rebus q̄ mirabile nihil hñt, miracula faciant: philosophis non datur. nā quia scientiā rerum naturaliū profitentur, aquarum tēperationes atq; vires debent explicare. qm vero propter multorum locorum lōginquitatem sensuū iudicio, quod multo certius erat, vti non

C possum, ratiōe fretus ex effectibus, quos memorię scriptores prodiderūt, de quarundā aquarum misturis iudicabo. etenim de oibus non possum, q̄ non oēs effectus certam rerū, cum aquis pmistarum, significationē dent: sed aliqui ambiguā, aliqui nullā. atq; vt inde ordiar, aquas quasdam authores scribunt vulneribus mederi, vt iuxta Romam Albulas Plinius: Lacustres in Scotusa Theopompus: Altheni amnis iuxta Podalirij tumulum Timęus, atq; hi simpliciter, et ex viribus tantum aquas cōsiderarunt: Galenus aūt rerum naturæ magis peritus, q̄ historiarum scriptores, Albularum temperationē & misturam cōtemplatus est: itaq; explicare scripsit aquæ aluminosę, vt in Italia Albulæ vocatę, cum alijs vlceribus prosunt, tum ea quæ fluxionibus infestantur, facile exiccant. quòd si Galenus aquis aluminosis Albulas exemplum non adiunxisset: tamen ex effectu quem ipsis tribuit Plinius, tales esse percipi

cipi posset.aluminosæ enim sanãt vulnera atque vlcera,eodem modo ex effectu tales esse cognoscũtur aquæ lacus in Scotussa:quarũ vires Theopompus,temperationem nemo ex scriptoribus, exposuit. similiter vero aquas Althæni, cui fluuio nomen Greci à medendo duxerunt,ex eadẽ vi aluminosas esse ꝑcipimus.deindeꝗ Plinius scribit Ciceronianas, quæ sunt in Campania inter Auernũ lacum et Puteolos,priuatim oculis mederi:ex quo sanè effectu intelliguntur esse ęratę. nam hæ ipsę,vt dixi, oculis prosunt. Leucogæos aũt fontes,in eadem Cãpania inter Puteolos & Neapolim,vires ostendunt esse ęratas pariter & aluminosas:oculis.n.vt idem scribit, & vulneribus medẽtur.tum Plinius dicit aquarum aliquas sterilitatẽ fœminarum abolere, & conceptus ipsis repręsentare:sicut Sinuessanas in Campania: Thespiarum fontis in Bœotia: Elati fluminis in Arcadia,qui effectus significat eius modi aquas esse nitrosas.etenim hæ vuluam,qm̃ eam abstergunt,conceptioni faciunt habilem. dicit etiam aquarum alias custodire partum,& abortus fieri nõ pati,vt Lini fontis in eadẽ Arcadia. quædam etiam in Lycia aquæ conceptũ fœminarum custodiunt.quas,vt verbis Senecæ vtar,solent petere,quibus parum tenax vulua.eã enim roborant & claudunt:ex quibus viribus rursus apparet tales aquas esse aluminosas.nam ipsę prosunt mulieribus,quæ,quia inordinatis tẽporibus purgantur,non concipiunt: & his quæ crebro abortire consueuerunt. at quæ sit aquę Nili temperatio, ob quam pota quarundam vuluam longe sterilitate pręclusam,ad conceptũ relaxet,Seneca non explicauit: nec Plinius cur fœminas ita fœcũdas faciat,vt vno vtero quaterni,quini,seni,septeni simul gignantur. sed etiamsi eam nec Aegyptij in nitrarias infunderent,vt inde facerẽt nitrum, nec Theophrastus scriberet nitrosam habere misturam:tñ ex hoc ipso effectu nõ esset obscurum talem esse.nã nitrosæ vuluam ad concipiẽdum, vt dixi,aptam faciunt. qm̃ vero colata quotidianum & salutarem potum præbet Aegyptijs, satis intelligimus modice cum nitro esse permistã. Sed cur aquę in Pyrrha,i Pheta,in Tarrha,quod idem Theophrastus tradit, fœminas faciant aut steriles,aut tales,quę multos fœtus procreare nõ possint,causa est obscura & nobis adhuc ignota. quasdam autem aquas authores tradunt vitiligines emendare,sicut lacus Alphionis Varro: fluuij Althei Strabo: fontis ad amnẽ Anigriadum idem.Sed hæ non modo vitiligines tollunt, verum etiam sanant impetigines. ex quo sanè effectu eas omnes sulfurosas esse percipimus.tam ve-

D ro lacus Alphion, q̃ amnis Alpheus ex eo quod emendat vitiligines,nomen apud Græcos inuẽnit.aliquas etiam aquas aiunt podagricis mederi,vt Plinius Cydnum amnem Cilicię,qui Tarsum pręterfluit:cuius aquæ iterum sunt sulfuratæ,quod ex vi illa cognoscitur: sulfuratæ.n.omnium articulorum morbis medentur, vt nihil videatur quod Solinus scribit, Syros quicquid candidum est cydnum gentili lingua dicere: quasi Cydnus amnis sit eius coloris,cuius est

Sulfurea Nar albus aqua.

Nam Tibullus, qui cæruleum appellat, non videtur tantam coloris aquarum habuisse rationem,quantam Virgilius habere consueuit.contra,iquit idem Plinius, aquarum culpa in Trœzene omnium pedes vitia sentiunt: quæ vidẽtur esse metallicæ:tales enim potæ nõ solum pedes, E sed etiam reliquos artus pituita replere& inflare solent.rursus Cutilię,ait, in Sabinis gelidissimæ,succo quodam corpora inuadunt, vt prope morsus videri possit: aptissimę stomacho, neruis,vniuerso corpori.Sed eas idem alibi nitrosas esse dicit.salsę autem & nitrosę integram cutem leuiter mordent:aluminosæ & mordẽt & astringunt:atramentosę mordent validius & contrahunt.exulceratam vero omnes valde mordent. certe si Cutiliæ aptissimę stomacho, aut aluminosę sunt,aut plus aluminis in se habent q̃ nitri. at multo minus explicate q̃ Plinius de Cutilijs scripsit Strabo. aquæ frigidę, inquit, in Cutilijs morbos curant:quas bibũt, & in quibus sedent, nec plura:tum Varro tradit Zamę in Africa fontem esse,quo canorę voces fiant: cuius aquę sandaraca infectę videntur esse. ea enim vocem pur- F gat.cum vero scribit Plinius,Sinuessanę aquę virorum insaniã abolere produntur,id ipsum non affirmat:nitrosę tamen, quales esse Sinuessanas ex alijs viribus conijcio,capita,succis frigidis qui mentem obtundunt,repleta exiccantes & roborantes,eandem mẽtem denuo acuere & sanitati restituere possunt. sed non nitrosę modo exiccare possunt,verumetiam salsæ, aluminosę, sulfurosę,ac omnes ferè calidę.quocirca nõ planè cognosci & percipi potest qualis fuerit temperatio riui,qui fluit in Cilicia apud oppidum Cescum: ex quo bibentium subtiliores sensus fieri Varro tradit.deinde aqua fontis Tungrorum,vt ait Plinius, purgat corpora: tertianas febres discutit, calculorumq́; vitia.ex quibus effectibus intelligitur esse acida.nam ea calorem restinguere, & calculos frangere potest. purgandi vero vis ex alia mistione oritur, atque ferratam esse ferrugineus sapor, quem ei tribuit Plinius, indicat.

aquę

aquę autem iam dictę nihil habent quod mirationem facere posſit:& ex effectu omnium, exceptis paucis,cognoſci poteſt,quales earum temperationes fuerint.at quę ſequuntur miſturę,magis in obſcuro latēt.rurſus enim ſimpliciter ſcribunt quoſdam fontes,fluuios,lacus,animātium generi mortiferos eſſe: vt Theophraſtus Stygis in Arcadia ad Pheneum: Theopompus in Thracia apud Cychros,circa Theſſalica tēpe.Plinius: Lyci in Leontinis,quam Plinius tertio die,Ruſus Epheſius illico necare dicit: alterius riui in Macedonia,non procul Euripidis poetæ ſepulchro,iterum Plinius: trium fontium in Beroſo Taurorum colle,quos idem ſine remedio,ſine dolore mortiferos eſſe ait. noſtri deniq; memorāt de fonte in Iſlandia,nō longe ab Hecla monte ardente.fontem aūt Soractis Varro ſcribit ſole oriente exundare feruēti ſimilem, auesq; quæ guſtauerint,iuxta mortuas iacere: quod etiam fit in Elbogano ad fontem acidulę, quę inſana dicitur,vt accolæ nobis narrant. quin quædā peſtilētes aquæ alunt piſces,qui etiam ipſi mortem afferūt in cibis,ſicut Styx Arcadiæ:ſtagnū nympharum in Lydia:in Armenia fons: circa ortum Danubij,inquit Plinius, donec veniatur ad fontem alueo appoſitum, vbi finitur hoc genus piſcium:in Caria iuxta Idimū vrbem. ibi enim cū nouus exiliſſet amnis, piſces lethales ſimul effudit,vt ſcribit Seneca. cū aūt aquę mortiferæ non vnius generis ſint, valde obſcura eſt eiuſmodi narratio.nam primum quibus exhalationes peſtilentes ſe immiſcuerūt,ſunt mortiferæ. deinde quæ ſuccum lapideſcentē combiberūt. tum multum atramētoſæ,poſtea quæ cadmiam foſſilem, nimis erodentem,aut aliud ſimile rapuerunt.poſtremo ſingulari aliqua vi præditæ; quæ ex multiplici rerum,cum liquore miſtarum, temperatione orta,nulli vni earum quę inſunt in miſtura,iure tribui poteſt:ex eo quidem quod authores ſcribunt aquas mortiferas eſſe, nullius temperatio cognoſci poteſt; nec vero mirum hiſtoriarū ſcriptores id feciſſe,cum etiā Rufus Epheſius,& Galenus Pergamenus medici,aquarum bonitatem perſequentes,peſtiferas aliquot commemorarint tā̄,non explicarint miſturas. Veruntamen ex effectu intelligitur qualis ſit aqua Stygis ad Nonacrin:q̄a enim Plinius ſcribit profluentem lapideſcere,nō obſcure ſignificat ſucco lapideſcente eſſe infectam, vt iam ante dixi. nec eadem res latuit Senecam,cum de eadē ſcribit his verbis. Summa celeritate corrūpit, nec remedio locus eſt, quia protinus hauſta duratur,nec aliter q̄ gypſum, ſub humore conſtrin-A gitur,& alligat viſcera.ex altero aūt quodam effectu tēperatio aquę Stygis,circa Theſſalica tempe,cuiuſmodi ſit, percipitur: nempe ex eo q̄ erodendo perrūpat vaſa ęnea & ferrea. id enim facere poteſt multum atramentoſa,quod Smolnicij licet cernere.aqua enim id genus ex puteis hauſta,& in canales p quos defluit,infuſa erodit ferrū.quod incolę iccirco in canales inijcere ſolēt, vt colore mutato in æs vertatur. reliquarum vero lethalium aquarum temperatio qualis ſit, ſcire non poſſumus,q̄ ſcriptores non aliud de ipſis tradunt,q̄ mortiferas eſſe.ad hæc alias aquas authores ſcribūt vim habere, quæ abſtrahat bibentes à ſenſu mentis.etenim in potando, vt inquit Plinius,aquam Galli Phrygiæ fluminis neceſſarius modus,ne lymphatos agat;quod in Aethiopia accidere his qui fonte rubro biberint, Cteſias ſcribit. tales eſſe dicit Ouidius,

B Aethiopasq; lacus,quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit,aut patitur mirū grauitate ſoporem:

Et equos,Caſſinitium Thracię fluuiū potantes aiunt efferari.ex quibus effectibus apparent eſſe; bituminoſæ.nam hę caput lędere ſolent,atq; ita furore inflammare. deinde quędam vini modo faciunt temulentos: ſicut amnis Lynceſtius,

Quę quicūq; parum moderato gutture traxit
Haud aliter titubat,q̄ ſi mera vina bibiſſet.

Eandem vim habēt aquę & fontis cuiuſdā apud Ligures,& in Paphlagonia,& in agro Caleno. at qui è Clitorio lacu biberit, imò vero etiam in eo ſe lauerit,abſtemium fieri dicit Philarchus,et vini odorem ferre nō poſſe. quę iterū ex effectu cognoſcuntur eſſe bituminoſę: vt.n. paſtinacæ ſylueſtris ſemina linteolo inuoluta & in vinum C impoſita:vtq; pulueres florū hermodactyli, quibus Turcę vtuntur,cum eodē ſumpti faciunt, vt ocyus & fortius inebriēt, ita bituminis aliquod genus cū aquis permiſtum ſolet inebriare. odor enim vel vſti adeo petit caput, vt comitialē morbum deprehendat.quanq̄ Seneca putat ſulfureā vim huiuſmodi aquę habere quiddam acrius ex aere noxio,q̄ mentē aut furore moueat, aut ſopore opprimat.nec mirū eos qui Clitorium biberint, auerſari vinum: qñ etiam ipſum ebrijs, cum ſobrij facti fuerint, nauſeolam dare conſueuit,tum quædam obliuionem afferunt, vt aquæ fontis in Bœotia ad Trophonium deum, iuxta flumen Orchomenon,quem Lethen appellant, aliquæ ſenſus hebetes faciūt: ſicut aquæ fontis in Cea inſula,è quo qui biberint, omni alacritate deperdita,ſaxeos habebunt ſenſus, vt Græcum epigramma dicit. vtræque autem ex effectu intelliguntur eſſe metallicæ:nā hę ſtolidos facere,

& omnes memoriæ igniculos solent extingue- D
re. Postea scribunt: equi Sibarim potantes agitan
tur sternutamentis. quas atramentosas esse ex eo
perspicuum est, quòd eędem nigros faciant, non
tm̄ boues & oues: sed etiam hoīum capillos. atra
mentum enim sutoriū, vt alia res acerba, nigro-
re tingit: vt acris, sternutamenta mouet. si verò
soli equi sternuūt, non ēt cęteræ animantes, for-
mę temperies in causa est. quo sanè modo cicuta
sturno cibus, homini venenum est. scribūnt etiā
ex amnibus quidā poti, candidos boues faciunt,
vt Clitumnus Vmbriæ: aut oues, sicut Cephisus
Bœotiæ, Nileus Eubœę, Aliacmon Macedonię:
aut vtrisq; candorē faciūt, vt Crathis in Thurijs.
quinetiam hoīes qui ex eo bibunt, candidiore,
molliore, ac magis porrecta coma sūt: aut equos
candidos faciunt, sicut aquæ quædam in Cappa-
docia. aliq cōtra oues nigras, vt Gereus Eubœę, E
Melas Bœotiæ, Axius Macedoniæ, Peneus Thes
saliæ, flumen quoddā in Galatia: aut tam bobus
q̄ pecoribus faciunt nigorē, sicut Sibaris in Thu
rijs, atq; ēt homines qui eū bibunt, nigriore, du-
riore, magis crispo capillo sunt. aliqui rufas fa-
ciunt oues, vt Xanthus iuxta Ilium: & in Ponto,
inquit Plinius, fluuius Astaces irrigat campos,
in quibus pastæ, nigro lacte equæ gentem alunt.
quanquā autem non facile ex his effectibus tem
peratio aquarū dignosci potest: tñ quia in aquis
quibusdā nigris, quarum mistura nobis prorsus
nō est ignota, nigriores pisces sunt, hinc de igno
tis aliquam cōiecturam fieri posse arbitror. sunt
vero salares subnigris maculis in Misena & in ri
uis ad Crotendorsum, & in fluuiolo quē nigrā
aquam appellant. is Suarceburgum pręterfluens
in Muldam infunditur. cuius tñ colorem hodie F
permultum mutant aquę effluentes ex domici-
lijs, in quibus venæ metallicæ lauantur Blattæ,
alijsq; in locis fluuiolo propinquis: itaq; primo
nigras aquas colorem contrahere videmus ex fo
lijs arborum putrefactis, quercus scilicet, ilicis,
roboris, fagi, alni, & similium: riui autē id genus
in maximis syluis fluunt. quorum aquas si solas
potarent greges ouium, nigræ perinde ac pisces
qui in ipsis versantur, fieri possent. deinde fluuij
qui multas capiunt aquas palustres, nigri fiunt:
vt Allera, qui in Visurgim influit, & Isa qui in
Alleram in tractu Luneburgensi: & Spreuus,
qui in Hauelam. is tñ in nigro, vt dixi, nonnihil
rubet. aquæ autem pauco, & quod vix sensu per-
cipi posit, atramēto sutorio, & melāteria, alijsq;
infectæ, tametsi ipsę non videantur esse multum
nigrę, animantium lanas, setas, pilos nigros pote-
efficere possunt. quæ vero lambunt atramentū

sutorium, pariter & plumbi candidi vel nigri ve
nam, flauos. quę soli plumbi alterius venam, can
didos. qua parte ars tingendis capillis naturam
imitari potest. atq; ēt aluminosæ & atramentosæ
colorem æris dant ferro, cæterisq; metallis candi
dis, æs & aurum magis illustrant: quales sunt in
Boemia calidę ad arcem, cui nomen est noua do
mus. nam annuli in eis lauantium argētei colorē
æris contrahūt, aurei fiunt illustriores. quare nō
satis explicate scribit Pausanias, aquas Pirenes
fontis in arce Corinthiorum ad tingendum æs
aptas esse, si candens in eas immersum restingua
tur. quia enim suauis est ad potandū, in dubium
vocatur, an aquæ illius alumine vel atramento
modice sint infectę, an aliam temperationē ha-
beant. Similiter vero aquæ aluminosæ & atra-
mentosæ ad tingendas lanas accommodæ sunt:
quod tinctorum officinæ ostendunt. igitur pin-
gue est quod scribit Strabo, aquas quæ sunt Hie
rapoli ad tingendas lanas aptas esse. etenim non
dubie vel aluminosæ, vel atramentosę sunt. alu-
minis insuper & atramenti mistura ferrum in-
durat. ergo ēt Plinium temperationem aquarū
par erat accuratius indagare & explicare, nō tñ
scribere. summa autem differētia in aqua est, cui
subinde candens immergitur. hæc alibi atq; ali-
bi vtilior nobilitauit loca gloria ferri: sicuti Bil-
bilim in Hispania, & Turassionem, Comum in
Italia: cum ferraria metalla in his locis non sint.
& paulo post scribit ferro bonitatem præstare
Sulmone aquam. nam aquarum mistura expli-
canda fuit, an aluminosa, an atramētosa, an alia
fuerit. simplex enim aqua vbiq; idem, quantum
in se est efficit. tum scribunt quasdam aquas ho-
mines qui eas bibunt, caluos facere: vt in Aegy-
pto, & in Gadaride: quam si pōtarint pecora, nō
tñ pilos amittunt, sed etiam vngues & cornua:
quarum vtraq; videtur cum auripigmento, aut
simili re fossili esse permista. nam id depilat, &
ad quas pellitur partes extremas putrefaciens,
vngues & cornua ab eis diuellit ac distrahit. con
tra Cicero, vt Plinius in admirandis posuit, Rea
tinis tantum paludibus vngulas iumētorum in-
durari. sed ea res nihil habet admirationis. ex ef-
fectu enim perspicuum est succo lapidescente il-
larum aquas esse infectas. quòd Plinius facilè in-
telligere potuisset, si reuocasset animum ad me-
moriam eius quod alibi scripsit: in exitu scilicet
paludis Reatinę saxum crescit. sed de his nunc sa
tis. cum autem aquæ frigidæ plerunq; pisces, &
bestias aquatiles alant, item herbas virentes, cali-
dæ his carent: attamen pisces degunt in calidis
sulfuratis in Pannonia inferiori ad Budam & in
aluminosis

aluminosis ad Iulium Carnicum: & in Hetruria ad Vetulonios non procul à mari, atq; etiam in Pisanis, vt Plinius scribit, ranæ sunt, in Patauinis herbæ virentes nascuntur. frigidæ vero quædam carent piscibus, vt aquæ lacus quem & asphaltiten & mare mortuum vocant: etsi is totus frigidus non est, quod in medio eius ebulliat feruidũ bitumen. & aquæ Anigri fluuij qui ex Lapitho Arcadiæ monte defluit. non. n. alit pisces priusq̃ recipiat amnem Acidantem. sed qui tum ex hoc in Anigrum ingrediuntur, nõ sunt edules, cum in Acidante sint: vt author est Pausanias. quin Ochra Saxonum fluuius ab ortu vsq; ad Ramelum mõtem alit pisces. oritur vero in sylua Meliboci, quam nunc etiam Hercyniam vocamus. at vbi riuulus ex illo mõte effluẽs in ipsum exonerat, caret piscibus. nec vllos alit vsque dum ad Sladam arcem defluxerit, quæ distat à Goselaria circiter duodecim millia pass. Arethusa quoq; lacus Armeniæ nitrosus vnum genus habet piscium, quod transcurrenti Tigri non miscetur: sicut nec è Tigri, inquit Plinius, pisces in lacum transnatãt. quæ omnia rursus propter misturam aquarum accidũt. etenim multum bituminatæ, quales sunt aquæ maris mortui: multum sulfuratæ, quales Anigri: multum atramẽto sutorio infectæ, quales Ochræ, nõ alunt pisces siue calidæ, siue frigidæ fuerint: modice aut parum, alũt. Sed coctis sapor est non bonus. at in salsis & nitrosis aquis degunt pisces. verum quia amãt dulces, icirco ex mari cateruatim per ostia in fluuios solent ingredi: quare mirũ non est in Arethusa lacu nitroso vnum genus esse piscium, vt Plinius: vel nullum vt Strabo. cum contra in Tigris, qui eũ permeat, aqua dulci multi sint: paludes etiam pleræq; omnes, q aquas cõtineant corruptas, piscibus carent, ranis & serpẽtibus plenę sunt: atq; interdum hirundinum nexibus, vt palus Agnani inter Puteolos & Neapolim. abeo ad reliquas aquarum vires: in quibusdam, scribũt authores, nihil mergitur, sed omnia fluitant, sicut in lacu Sicilię Agrigentino: qui etiam sustinet ea quę in aquis natare non solent: lignorum. n. modo ĩnatant: in Iudęæ asphaltite: in Armeniæ maioris Arethusa: in Mediæ Sputa: in Africę Apuscidamo: in fonte Sicilię Pythia: ĩ Medię puteo Saturni. contra alię nulla pondera sustinent, sed in eis oĩa merguntur: vt in lacu Aethiopię. qui vt Mela, adeo est liquidus & ad sustinẽda quę incidũt, aut immittuntur infirmus, vt folia etiam, proximis decisa frondibus, innatantia non ferat, sed passim & penitus accipiat. item in lacu Auerno folia subsidẽt: & in stagno Indię, quod Ctesias

A tradit Siden vocari, omnia mergũtur, vt author est Plinius: & lacum Alcyonium apud Lernam si quis natandi, vel alterius rei studio, siue volẽs, siue nolens ingreditur, statim eum mergi, & ad imum magna quadam vi trahi memoriæ proditum est, neq; id genus aquarum vllam mirationem facit rerum peritis. nam in aquis multũ mistis vt grauibus nõ facile aliquid leue, præsertim cui sit vita, mergitur, vt in bituminosis, quales sunt lacus Iudeę: in nitrosis, quales Arethusæ: in salsis, quales Sputæ: atq; id genus esse reliquas, tametsi scriptores eas nõ explicarint, dubium non est. aiunt in lacu asphaltite hominem manibus pedibusque colligatum & iniectum non mergi. nec mirum. eius enim aqua propter multam salis amari misturam, vt Galenus scribit, tanto grauior est marina, q̃to hęc fluuiali grauior. Sed ẽt B marina alibi grauior ẽ. certe cũ essem Venetijs, fortè scapha in triremem ĩpingit, & monachum excutit: mare, quia mistũ, vt cęterę salsę, hoĩem non recipit: sed vsq; eo fluitat, dũ in proxima scapha excipitur. & Volaterranus scribit Hieronymum Florentinum quendam decoctorem à creditore, qui eius manus colligasset, ex Antiatum turri in mare pręcipitatum, & ab vndis tota nocte sustentatum, mane ad littus euasisse, ac deinde cõtra creditorem facti habuisse quęstionem. omnino autem in aquis, quę multum mistę sunt cum sale, vel aliqua alia re, innatant oua, atq; alię res leues: in his quæ parũ, merguntur. quod quiuis in salsa facticia experiri potest. quinetiam ad Pitanam vrbem Aeolicam scribũt lateres aquis innatare. quod & in Hetrurię insula quadã contingit. & Posidonius, vt Strabo scriptũ reliquit, C se in Hispania vidisse lateres, ex terra quadam argillosa, qua opera argentea absterguntur, factos, in aquis innatasse. Plinius eos fieri dicit in vlterioris Hispaniæ ciuitatibus Massia & Calento, & quidem è terra pumicosa, atque hęc sanè propter materię leuitatem eueniũt. etenim in aqua corpus, ipsa leuius ĩnatat: grauius mergitur: eiusdẽ ponderis nec ĩnatat, nec mergit̃, sed sic ęquantur, vt neq; corpus aquę cedat, nec aqua corpori: quinetiã insulę quędã, quia earũ materia leuior est aquis, ĩ lacubus innatãt, sicut ĩ Gatterlebiano Saxonię arboribus vestitę: in Dondorfiano Turingię, quę sępe locũ mutant. sed hę paruę. in Albionis vero regione, quę nunc Scotia dicitur, satis magna, & arboribus opaca fluctuat: quã venti modo huc, modo illuc impellunt. in Italię regionibus plures natãt: in Hetruria vna in Vadimonis lacu: in Tarquinensi duæ, quæ vt Plinius scribit, nemora circunferunt, nunc triquetram figu

ram edentes: nunc rotundam complexu ventis impellẽtibus: quadratam nunquam: vna in Statonienſi: in Sabinis vna in Cutilię lacu, qui eſt in agro Reatino: cuius opaca ſylua modo in hanc, nunc in illam partem non tantum vento impellitur, ſed aura. nec vnquam illi per diem & noctem in vno loco ſtatio eſt, adeo mouetur leui flatu, vt author eſt Seneca. in Campania vna in Cæcubo: in Lydia nympharum inſulæ, quæ & Saltuares, ad ictus modulantium pedum mouẽtur: quod Plinius ſcribit. in Aegypti quodam lacu Echemnis inſula lucos, ſyluasq;, & Apollinis grande ſuſtinens templum natat, &, quocunq; venti agunt, pellitur, vt Mela tradit. adde huc cãpos natantes, qualis eſt in Gallia Narbonenſi, non longe à Ruſcinone, minuta arundine graciliq; peruiridis: cæterũ ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. id, vt idem Mela, manifeſtat media eius pars, quæ abſciſſa proximis ripis, velut inſula natat, pelliq; ſe & attrahi patitur. Cõtra vero in aquis, quæ cum exhalationibus calidis & ſiccis, vtpote leuiſsimis permiſtæ ſunt, omnia merguntur: maxime ſi arſerint. tum enim etiam ſolia adurentes ſubmergunt. quod ſi prẽter ea peſtilẽtes fuerint, animantes necare ſolent, & necatas ſpiritibus emiſsis non geſtare, ſed in profundum accipere. itaq; lacus Aethiopiæ, quoniam, etſi bibitur, accipit ſolia, intelligitur exhalationes habere non peſtiferas, ſed ardentes tantum. quod vel ex eo perſpicuum eſt, quia pinguis. bitumen enim ardet in fundo, vapores ardentes ex ſeſe emittens. quidam etiam fluuij, vt ſcribitur, nullas auras expirãt: ſicut Nilus Aegypti, & Anauros Theſſaliç: quare Lucanus cecinit,

Quiq; nec humẽtes nebulas, nec rore madentẽ
Aera, nec tenues ventos ſuſpirat Anauros.

Et Boryſthenes nullum halitum, nedum nebulam emittit, vt Plinius ſcribit. id autẽ, ſi verum eſt, ex aquarum temperatione non videtur prouenire, ſed ex alia cauſa. qua.n. parte fluuiorũ alueis in vado nullæ ſunt venæ & fibræ, ea nullas auras expirare poſſunt. quamobrem Aegyptus, vt quæ ex limo, quem Nilus inuexit, conſtiterit, quondam non ſenſit terrę motum: ſed poſtea, vt alibi dixi, ſenſit: & ab eo tempore veriſimile eſt Nilum, vt cætera flumina, alicubi auras expirare. poſtremo quædam aquarum vires non modo ab authoribus explicantur, ſed ita ſcribuntur, vt fide careãt: quale eſt hoc ipſum. in Phrygia, non procul à Marſya, duo alij ſunt fontes Clæon & Gelon ab effectu Gręcorum nominum dicti. videtur autem alterius aqua ita fuiſſe acris, vt lachrymas expreſſerit: non aliter ac cum panem edimus intinctũ in embamma ex ſecundo thlaſpis genere & muſto vel vino paratum. alterius contra dulcis ad potãdum: vnde dictus eſt riſum concitare. an vero acris iſta aqua fuerit permiſta cum cadmia, an cum atramento ſutorio, vel ei cognato, an cum aliqua alia re foſsili, nemo, opinor, ex hoc Plinij ſcripto, ab omnibus alijs indicijs nudo, poterit conijcere. nec minus ſimpliciter ſcribit Mela Pomp. duos fontes eſſe in vna ex fortunatis inſulis. alterum, inquit, qui guſtauere, riſu ſoluuntur in mortem, ita affectis remedium eſt ex altero bibere.

GEORGII AGRICOLAE
De natura eorum quæ effluunt ex terra,
LIBER TERTIVS.

ACTENVS de aquarum temperatura & viribus: nunc reliquas earum differentias explicabo: vt omniũ naturas perſequi poſsim. itaq; ex eis quædam ſua ſponte effluunt ex terra: vt fontanæ. aliæ de eadem hauriuntur, ſicuti puteales. aliæ ex aere decidunt: veluti pluuiæ. aliæ conſiſtunt in loco ſuo naturali: vt marinæ. quædam colliguntur vel partim ex fontanis, partim ex pluuijs, partim ex niue lique facta, vt lacuſtres, vt paluſtres, vt piſcinarũ: vel modo ex pluuijs tñ, modo ex niue dũtaxat dilapſa, nũc vero ex pluuijs pariter paritérq; niue, ſicuti torrẽtes. aliquę in ſuis alueis defluũt: vt riui & amnes: atq; in his aquæ ſemp ſuccedunt aquis. nec vllę ſtant, niſi forte in altis fluminum gurgitibus. aliquæ in ſuis charadris defluunt: veluti torrentes. aliæ fiſtulis, tubis, foſsis ducuntur: vt fontanæ atque fluuiales. aliæ cauernis ſuſtinentur & concluduntur: vt marinæ, lacuſtres, paluſtres, piſcinarum: quæ omnes cum ventorum vi agitatæ fluctuent huc & illuc, tamen non effluunt. nam quas effundunt & lacus & paludes & piſcinæ, eas vel accipiunt continenter, vel ſenſim colligunt vberiores, quàm vt continere poſſint. Sed piſcinæ ſiue piſcibus, vnde nomen, inſtructæ fuerint, ſiue pecoribus, ſiue hominibus, hoc differunt ab alijs, quòd ſimul ac nobis collibitum fuerit, earum aquas aut totas, aut multo maxima ex parte de cauernis, tanquam de carcere, emittamus. aliquæ ſtant concluſæ: nec mouentur, niſi quid in eas delapſum fuerit, aut de eis hauſtum: ſicuti puteales & ciſternarum. hæ vero ſunt pluuiæ quas canaliculi ſtillicidijs ſuppoſiti,

positi,concipiunt & infundunt in tubos fictiles: qui eas in cisternas contectas deducunt: & quidem ad corporis salubritatem vtilius quàm cæteri. quinetiam Veneti quidam fluuiales, precio emptas,in iisdem cisternis conseruant. aquarum autem,quę stant, receptacula effecit vel natura per seipsa,vt cauernas maris, lacuum, paludum: vel manus hominum:vt puteos, piscinas, cisternas. eodem modo canales aquarum, quę fluunt aut propria earũ vis effecit. etenim fontanarum vis excauauit venas,suas charadras torrentium, riuorum & fluminum suos alueos:perpaucis exceptis, quos homines foderunt. aut hominum manus eos canales effecit: sicuti fistulas, tubos, fossas aquæ ductuum. igitur aquę quę fluunt, omnes sunt aut fontanę,aut pluuię, aut niuales. quę vero stant ex eis aliquæ sunt corpus siue moles elementi:vt marinę.alię fontanę: sicuti puteales. alię collecticię,de quibus iam dixi.de omnibus autem disseram: sed primũ de fontanis, quę differũt loco in quo solent oriri. nam partim ex montibus,alię ex collibus effluunt,quędã etiam ex campis.quippe fons ex quo fluit Tanais,est in campestri planicie in Moscouia:atq; etiã in campo est fons & Pyrami in Cataonia, & Cayci in Mysia.ex montanis vero locis emanant copiosę: præsertim cum meditis multi & alti montes ita inter se sociati & iuncti fuerint, vt crebras efficiant conualles. at ex collinis mediocres effluũt: ex campestribus,exiles.at radices quidem montium fundunt ex sese aquas perennes: campi,instabiles: colles etiam hac parte mediũ quiddam tenent. veruntamen interdum ex colle, vel campo, qui montium radix est, quanq̃ longe distat, & copiosæ & perennes solent manare. quin, vt quidam sentiunt,aliqua est differentia in montium partibus.nam quæ vergunt ad septentrionem, ex eorum sententia aquas effundũt copiosas:exiles,quæ meridiem: mediocres,quæ ad ortum & occasum.Sed ei differentiæ vt aliquid loci sit in duobus cingulis, κλίματα Græci vocãt, caloris & frigoris moderatione temperatis, ita nihil est in ĩtermedio illo torrido,parum in aliis duobus extimis, qui assiduo ferè gelu & niue obrigescunt.deinde fontanę differunt modo effluendi.etenim aliquæ sensim ac leniter ex venis fluunt:vt pleræq; omnes. aliæ cum magno fragore erumpunt: sicut in Elbogano acidula: quam ideo furiosam appellant, quòd tanto sonitu feratur,vt ad passus centũ,aut amplius resonet: non aliter ac tonitru aliquod remotũ. aliæ deorsum feruntur:vt magna earum pars. quędam exiliũt: vel igitur in loco sicco:sicut feruens aqua fontis

A in Phlegræis campis, in planicie illa sulfurosa inter Neapolin & Puteolos, quam Græci Vulcani forum nominauerũt:atq; alterius in subterraneis Baiani caldariis: quarum hæc ad sex, illa ad quatuor cubitos leuatur. vel in flumine: vt in Tepula Boemiæ fluuiolo: in Danubio nõ longe à Buda: in Liri Latii amne: in Mæãdro iuxta Caruram collem:atq; omnibus his locis calidæ. vel in lacu,sicut in medio Macedoniæ lacu nitroso dulcis fonticulus: in medio asphaltite fons qui euomit bitumẽ: in duabus lacunis Volaterranis, quarum fontes & corpuscula quædam egerunt, & emittunt vapores,qui superuolantes aues necãt. vel deniq; in mari: etenim ex vado eius adeo exiliunt, vt & in ipso vaporent inter Italiam & Aenariam,authore Plinio, quæ fuerunt Licinii Crassi,& ad Aradum insulam dulcis per tubum B è coriis factum,exprimatur in scapham aquariã, q̃ Strabo explicauit.dulcis quoque, vt idem Plinius cõmemorat, in Gaditano oceano haustus: & in mari ad Chelidonias insulas: &,vt Democritus,qui de aquarum inuestigatione scripsit,in Heraclea Ponti.aliæ tanta vi exiliunt, vt saxa extrudant & eiiciant: vt Marsyæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum. aliæ tanto impetu, vt nullum non pondus impactum respuant, sicut fons in Arabia, & alter in Carrinensi Hispaniæ agro: vtriusq; rei author est Plinius. aliquę cõtra in se iniectum absorbent: vt crater in Turingia Tundorsi,qui pagus ad octauum lapidem distat ab Erphurdo:& alter fons in Carrinensi Hispanię agro. partim sorbent quidẽ iniectũ pondus, sed quod sorbuerunt,alibi reddũt: vt Aesculapii fons Athenis, in quẽ immersa in Phalerico red- C dũtur:& Pellanis in Laconia: in quem, vt aiunt, cum cecidisset virgo aquas haustura, summersa, non extitit,eius vero tegumentum capitis apparuit in altero fonte Lancea. hoc Pausanias in Laconicis memorię prodidit,illud Plinius. quædã quicqd leue in eas iniicit̃,alias vorant,aliàs mox euomunt:sicut Inus aqua. tãta vero supstitio ex causarũ ignoratione mentẽ Laconũ occupauit, vt diebus festis Inus,quę Matuta noĩatur Romanis,in eam farinarum placentas iniicerent: quas si recepisset,in bonis signis haberent:si reddidisset in malis. quod item in Laconicis tradit Pausanias. huius aquæ similem eẽ fontem Paliscorum in Sicilia ignotus Grẹcus narrat. aliæ stato tempore purgamenta egerunt: vt Rhodiorum fons in Cherroneso nono anno, quod Plinius scribit. tum aliqui fontes semper abundant aqua, nunquam effluũt,sicut Pyrene in radice Acrocorinthi,vt author est Strabo,quidã ĩtumescũt,

&,cum frigidi sint,more aquę feruentis in lebete ebulliunt:nec tñ aquas extra labra effundunt, sed mox eas resorbent: vt in Elbogano acidula, quam insanam vocant: & fons prope lacum,qui est apud Asbamei Iouis templum in Cappadocia ad oppidum Tyana, vt Philostratus scriptũ reliquit. quidam exundant feruentibus similes, sed effluũt:sicut Soractis. alij modo intumescũt, modo residẽt:vt crater Turingiæ,de quo supra dixi,cumq; eo lacum qui est ad radicem montis, et crescere & decrescere aiunt:largus etiam fons Italis Pluuiana dictus, in Comensi iuxta Lariũ lacum,qui vt Plinius senior tradit,id singulis horis semper facit: vt iunior, ter in die. alij pariter cum æstu maris augentur minuunturq;,vt vnus in Gadibus: alter Burdegalæ in Gallia, quem Ausonius versibus celebrauit:septem calidi insulæ,quæ in mari est contra Timauum amnem, vt scribit Plinius. alij contrario modo se habent, ac mare efferuescens ęstu:sicut in Hispania putei in ripa Bætis oppidi: & vnus in Hispali.ad maris enim accessum minuuntur, ad recessum augentur. eadẽ natura fonti, qui Gadibus est delubro Herculis proximus,vt Polybius tradidit.sed Plinius eum modo Oceani motibus consentire scribit, modo ab eis dissentire. quidam pariter cum fluuijs augẽtur decrescuntq;:vt Agriæ in Lycæo Arcadię monte cum Histro, q̃ Pausanias literis mandauit: & Inopus in Delo insula cum Nilo, quod Plinius. quidam per sese,non cum æstu maris,neq; cum aliquo fluuio alias exuberant, alias deficiunt:sicut fons in Tenedo insula,quem semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundare autor est Plinius.& in Dodone Iouis fons meridie semper deficit: qua de causa,inquit Plinius, Anapauomenon vocãt. mox increscens ad medium noctis exuberat. ab eo rursus sensim deficit:& Padi fontem medijs diebus æstiuis,velut interquiescentem semper arere,etiam Plinius scribit. in Latio quoq; Anagnię fons Tophanus hyeme, cũ Fucinus lacus glaciatur, siccus est alijs anni temporibus magnam aquarum vim effundit: quibus acceptis permultum Liris augetur,quod vel hodie videre licet. similiter putei, distantes ab Ascanio lacu circiter centum stadia,hyeme siccari,ęstate vsq; ad labra repleri solent, vt est apud Græcum ignotum. quinetiam Scatebra fluuius in Casinate abũdantior est ęstate. at in Cydonea insula ante Lesbum fons calidus,vere tm̃ fluit: vtriusque rei autor est Plinius. alij ad multum tempus cessant effluere, deinde rursus emergunt:quod ad Arcadiam Cretæ oppidum accidisse Theophrastus scripsit. quidam

D magnis siccitatibus exarescunt:quod multis contigit anno Friderici tertij trigesimo quinto, vt annales loquuntur:& nuper Caroli quinti vigesimo. quidam alio atq; alio loco aperiũtur: sicut in Reatino fons Nemenię appellatus. in aliquibus locis noui aperiũtur:quod ad Erineon asperum Troię locum,et iuxta Magnesiam accidisse Theophrastus autor est:in Caria circa Idimum vrbem Seneca. idẽ ab hinc duo & viginti annos accidit in Hildesheimio ad Hasdam pagum. qui fons cum erumperet,totam vicinitatem sulfuris fœtore compleuit. in aliquibus locis noui fontes aperiuntur, sed mox rursus deficiunt: vt qui nuper effluxit ex montibus vicinis Scarpariæ, oppidi in valle Mugellana, quæ est in Apennino, siti. alij, cum diu fluxerint, deficiunt: vt ex quibus Homeri tempore partim Scamander oriebatur.

E sic etiam calidæ Tripergulanæ ad lacum Auernum nuper propter terrę motũ defecerunt. qualitates pręterea fontanarum mutãtur. sunt enim quę singulis diebus ex calidis frigidę fiunt, vicissimq; ex frigidis calidæ: vt in Cyrenaica prouincia,quod multi autores scribunt, Solis fons media nocte feruet, mox sensim tepescit: dein ad primam lucem friget,atq; quo Sol magis attollitur,eo fit frigidior, adeo vt meridie rigeat: tum rursus paulatim tepescit: dein ad primam noctem calet, ac quo magis illa progreditur, eo fit calidior, sic vt iterum media feruet. Similiter fontanarum sapor mutatur. nam idem Solis fons singulis diebus, vt ad medium diem fit frigidus, ita dulcis: vt ad mediam noctẽ calidus, ita amarus. tum etiam fontanæ oriuntur in cauernis terrę, atq; inclusę in cuniculis, tanq̃ in tubis, per longum spatiũ in tenebris fluunt, anteaq̃

F effluant in lucẽ: sicut in montanis locis ad Ambergam, clarum Norici cisdanubiani oppidum: vbi, quia cuniculus desertus, & prope ruinis interclusus, palàm ante oculos omnium est, nuper quibusdam in mentem venit inuestigare & scrutari montem effossum. itaq; multi numero coniurati in cuniculum irrepentes inueniunt speluncam altam & amplam: atq; in ea riuum satis magnum: vt omnino fabula non sit, quanq̃ Senecæ videtur esse, quod scripsit Asclepiodotos: Philippum Macedonum regem permultos homines, gnaros rei metallicæ, demisisse in metallum vetus & desertum, vt penitus perscrutarentur eius venas, & vtilitatis fructum, quẽ præbere posset: illosq; lucernis vsos, cum metallũ multis diebus longius obijssent, vidisse magnos amnes, & immania aquarum receptacula. quid? quod geographi narrat in Corycio, nobili illo Ciliciæ specu,

cx

ex ingenti fonte oriri fluuium, cuius aqua pura & clara sit, nec tamen longe fluere, sed iterum se cuniculo condere. quẽ vero Ambergia spelunca est in pcelso loco, riuus sine dubio ĩ fontes diffusus erupit. at amnis specus Corycij ex terra non fluit in lucem: sed, vt author est Strabo, occulte exonerat in mare: vt etiã fluuius qui fluit in montanis Suedorum locis, quę Schula vocant: cuius currẽtis murmur auditur, effluere videtur nusq̃. verum de his satis: nunc de riuulis qui ex fontibus oriuntur, esset dicẽdum, sed prius paucis dicam de aquis putealibus. nam etiã ipsæ sunt subterraneæ, & quodam modo fontanæ: sed differũt ab ipsis, vt dixi. etenim hæ sua vi aperiunt terram, & sese effundunt: illæ sub terra latent, nec eo in loco effluunt. attamẽ, vbi fontanæ desunt, puteos fodere, & de ipsis latentes illas aquas solemus haurire. magni autem refert, quali in loco fodiatur puteus. plerũq; enim ex terris, & arena, ac sabulo soluto, aquæ scaturiunt exiles: atque ex ijsdem omnibus instabiles: exceptis terris spissis, quarum aquæ certiores, præsertim cum fuerint diuersi coloris, aut totæ nigræ, vel totæ glaucæ. at ex glarea emanãt mediocres & incertę: ex arena carbunculosa & sabulo masculo copiosæ & bonæ spei: ex canalibus qui vagantur per saxa, in primis nigra, glauca, rubra, vberrimæ & maxime perennes. deinde quæ ex putei lateribus effluunt, si nondum alte fuerit effossus, fermè sunt incertæ: sin alte, stabiles. magis vero ex vado putei exiliunt perẽnes. etsi autem puteales æque ac fontanæ qualitatibus differũt: tamen ex terra rara, arena molli, sabulo soluto effluunt limosæ, saporis non boni, graues: ex terra spissa, arena carbunculosa, sabulo masculo, tofo, silice, saxis maxime duris, purę, dulces, leues. quinetiam ex lateribus putei non alte emanantes tepidę solent eẽ: alte, frigidæ. ex vado item exiliunt rigentes. nam etiam fontanæ quæ ex monte & colle effluunt, frigidæ plerunq; sunt: quę ex campestribus locis, tepidę: nisi longius ex mõte aut colle, eo fuerint altius sub terra deriuatæ. tum enim mõtanarum seruant frigus. Hactenus de putealibus aquis. quos vero fontium riuulos terra effundit, eos recipit vel aliquis fluuius ĩ alueum suum: vel in cauernam aliquis lacus, aut aliqua palus, aut mare ipsum. at fluuijs quibusdam exiguus est fons: sicut Salæ, & Misenorum Muldę: quorum vterq; oritur in Suditis montibus. aliqui immani ore aperto exeũt: vt Enesus in Norico ex monte Flacha, & Euphrates ĩ Armenia maiore ex Niphate, atq; etiam is qui in Balborno oppido Vestophalię ortus, tantam aquarum vim effundit, vt

A sex rotas ad molendum frumenta fabricatas, verset: sed mox extra oppidum influit in Lupiam. quidam magnum habẽt fontis gurgitẽ: in quem plures venę, & quidem impares, tantas effundũt aquas, vt in eis mox vbi cœperint effluere, naues cursum possint conficere: vt Clitumnus in Vmbria. alij vnum habent fontem: sicut Danubius, Rhodanus, Padus. alij binos: vt Rhenus in Alpibus Lepontijs, & in Suditis montibus Mœnus: cuius riuulus est superior ruber, inferior albus dicitur, quidam finduntur in duas partes, rursusq; in vnum cõfluunt, vt Danubius persępe in Pannonia inferiori: Saus semel atque iterum, vbi ex Alpibus Carnicis in eiusdem Pannoniæ campos efluxit: & Anio, anteaq̃ Tiburi se pręcipitat, dilabitur: mox in valle in vnum cõcurrit. quidam findũtur in plures partes, nec vnquam in vnum B rursus confluunt, sicut multi ex his qui in mare exonerãt: etenim ferè maximi quiq; aliquot fluminibus, atq; his quidem vastis, interdum euoluuntur ĩ mare: vt Rhenus in Oceanum Germanicum tribus, quorum tertium cum Mosa commune habet: Danubius in Pontum sex: Padus in mare Adriaticum septem: Indus similiter septẽ: Ganges quinq;, vterque in Oceanum Indicum: Nilus septem celeberrimis & maximis: partim in paludes exonerãt: sicut Tanais: gemino enim ore in Męotin infunditur. atque eę palus multos alios amnes recipit. quosdã ebibunt lacus: vt Iordanem asphaltites, quem multo ante reddit lacus Tiberiadis. aliqui contra oriũtur in lacubus: vt Alla in Elbingo Prussię: Alza in Chimo Norici: Medoacus & Oxus, vterq; in lacu sui nominis. hic apud Mardos: alter in Taurisanis Alpi- C bus: Rhyndacus in stagno Artynia iuxta Miletopolim, vt Plinius author est. lacus etiam multos amnes acceptos reddunt: sicut Amram lacus sui nominis in Vindelicia: Atacem Rubresus in Narbonẽsi prouincia: Rhodanum Lemanus in eadem. in Italia vero Abduam Larius, Ticinum Verbanus, Minciũ Benacus, Ollium Seuinnus, Lambrũ Eupilis, Martiam Fucinus, vt Plinius tradit: Nilum lacus Aethiopiæ, vt Mela Pomp. quosdam amnes duo pluresue lacus & accipiũt & reddunt: vt Rhenum Acromus & Venetus: Tigrim Arethusa, Thopites, Chaldaici lacus: Strymona septem, anteaq̃ dirigat cursum. maximi autem amnes priusq̃ se effundunt in mare, crebris fluuijs augentur: verbi causa, in Germania Albis multos accipit, Rhenus plures, quàmplurimos Danubius. Sed iter eos Albis magnos duos in Boemia, Muldam dico & Egram: tres in Saxonia, Mildam, Salam, Hauelam. Rhenus

quinq; admodum claros, Necarum, Mœnum, Mosellam, Lupiam, Mosam. Danubius celebriores cæteris Lycum, Oenum, Arabonē, Draum, Tybiscum, Saum. tum aliqui fluuij recto alueo defluunt. aliqui sunt flexuosi: vt Mæander: crebris enim, iquit Plinius, ita sinuosus est flexibus, vt sæpe credatur reuerti: ex quo etiā nomē apud Græcos inuenit. quidam modo se in stagna fundunt, modo in angustias resorbent, sicut Ana Hispaniæ, & Rhoda Galileæ. quidam sua sponte mutant alueum: vt Caycus amnis Mysiæ, & qui in eum influit Mysus: quē vt Ouidius, & capitis pœnituit. alijs hoīum manus nouum effecit alueum, quo modo Nerone III. Valerio Messala Coss. L. Vetus, quem exercitui præfecerant, in Gallia ex Mosella nauigabilem alueum perducere in Ararim est aggressus: & Carolus Imperator, cognomento Magnus, in Germania ex Regneso in Almonem. hic vt ex Rheno per Mœnum, Regnesum, fossam, Almonem in Danubiū nauigari posset: ille vt ex Rhodano per Ararim, fossam, Mosellam in Rhenum. vtq; alterius opera Oceanus Germanicus & Pontus inter se nauigabiles fierent: alterius mare occidentis & septētrionis: vterq; difficultatibus itinerum mereretur. sed L. Veterem ab hoc tanto, tamq; vtili conatu deterruit Helius Gracilis Belgicæ legatus, vt Tacitus scribit: Carolum qui totā æstatem in opere contriuerat, repulerunt immoderatæ autumni tempestates, vt accolæ perhibent: eius rei manifesta extāt vestigia, cū in alijs locis, tum Visseburgi. deinde alij præcipitant ex altissimis rupibus, cataractas Græci vocant, Rhenus quidē duos īsignes habet: superiores circiter mille pass. infra Schafhausam: īferiores ad Laufenbergum: Nilus itē duos, maiores in Aethiopia, minores supra Syenen: vbi in vastam altitudinē ruit tanto cum sonitu, vnde Catadupa noīantur, vt astātium aures oīno hebetes reddat. in Pamphylia quoq; Cataractes fluuius ex ea re nomē reperit. & Euphratis cataractæ sunt in Tauro mōte. atq; etiam aquæ per saxa præcipites deuoluuntur in Guarceno Campaniæ: in Norico Enesus, in Germania ex Meliboco mōte Ilsa fluuius. simili modo in Noruegia riui ex altissimorum montium lacubus, quos permeant, magno cū fragore deijciuntur per scopulosa & abrupta: non secus ac in Hyrcania fluuij: quod autē Eudoxus de his fluuijs scriptum reliquit, non est veræ narrationi simile, sed fabulæ. quamobrem idipsum recte Strabo numerat in his quæ sunt contra opinionem oīum. quin Anio ex Tibure, in prœcelso monte sito, è regione Sybillini templi præcipitat in vallem tanto impetu, vt densi vapores, magni fumi assimiles, ex eius aquis excitentur. alij, etsi nō habent cataractas, tamen sunt rapidi atq; violenti: vt Arar, qui labitur de Heluetiorum montibus: Athesis qui de Rheticis: Draus qui de Noricis. quidam placidi sunt, tardeq; & leniter fluunt: sicut Phasis, Cydnus, Enipeus, Bragadas. sed plerique omnes qui incitati & violenter ferūtur, cum longius in camporum planiciem deuenerint, que iam ex altioribus locis non delabuntur, & salebris ac tenijs vacant, sedati & placidi fluunt. ad hæc fluuij se cuniculis cōdunt vel in partem, vel in totum. pars Rheni subit vada circiter quatuor millia pass. ab arce Cauba, & rursus emergit antequā deueniat Bonnam: item pars Danubij absorbetur apud Greinam oppidum Pannoniæ superioris: quo in loco maximum à naufragio periculum est. toti autē fluuij in profundum terræ aguntur multis in regionibus: in Hispania Ana: in Alpibus Padus, qui, vt Plinius scribit, ī Forouibiensium agro iterum exoritur: Martia aqua postq̄ transijt Fucinum lacum, quæ, vt idem author est, in Tiburtino se rursum aperit: Timauus in campo Aquileiensi: Erasinus in Argolica: Eurotas & Alpheus in Arcadia: quorum aquæ commiscentur, & ad viginti stadia commune habēt flumen, deinde condunt se in voraginem, atque Eurotas rursus emergit in Lacedæmoniorum agro, Alpheus ī fontibus Megalopolitidis, quod in Arcadicis Pausanias memoriæ mandauit. In Asia vero Cadmus specu mergitur, non longe à Laodicea: Pyramus ī Cataonia: Lycus in ora subiecta Libano: Orontes in Syria, in Medis Eulæus mox ab ortu. atq; etiā in Arabia fluuij conduntur, vt Strabo scribit. alij subeunt arenas: vt Aristobolus in Sogdiana, Arius in Aria, Nilus in Aethiopia. aliqui subeūt paludes, veluti Bimma circiter lapidem tertium ab ortu. oritur vero ad Rauam pagum in Luneburgensi ericeto. sed is post decē millia pass. rursum emergēs propter Rotenburgā arcem ditionis Bremēsis fluit. quidam subeunt vada maris, sicut Alpheus, de quo iam dixi, in maritima Elidis ripa. etenim in eum iacta in Arethusa fonte Syracusano reddūtur ex scriptorum, non poetarum tātum sententia: tametsi Strabo eum in mare influere asserat. similiter ac Alpheus maris vada subit fluuius ī Ionia, cuius fons est in Mycale monte: subter medium enim mare cæco alueo penetrans, exit rursus iuxta Brāchidas ad portum Panormum, vt in Eliacis Pausanias tradit: alij occurrentem montem subeūt, subterq; lapsi à latere eius altero erumpunt: quo Tigris per Taurum permeat & transit.

aliqui

aliqui à summo ad imum perfindunt altissimos montes: vt Pyramus eundē Taurum. postremo aliqui statis diebus augētur, & per terras spaciati eis fœcunditatē dare solent, sicut Nilus Aegypto, Euphrates Mesopotamiæ, Indus regioni sui nominis. qui, vt M. Tullius Cicero scribit, non aqua solū agros lætificat & mitigat, sed eos etiā conserit. quidam ad aliquod tēpus cessant, deinde rursus fluunt: vt Symethus in Sicilia, qui per Catanā fluit: & amnis qui medius inter Arceam & Raphaneā Syriæ vrbes cursum tenet, modo, vt author est Iosephus, pleno desertur alueo, repente deficit, & sex dies continuos siccū transituro præbet alueum: septimo die iterum exortus abūdat aquis, atq; ex eo die, sacro Iudęę gentis, Sabbaticus noiatur. Hactenus de fluuijs. aquę pterea ducūtur in oppida fossis tam patentibus, q̄ tectis, atq; etiā fistulis metallicis, tubis ligneis, fictilibusúe. fossarū structuram è saxis esse vtile est & ad operis diuturnitatē, & ad aquarum puritatē: maxime si ītus vndiq; tali maltha, qualem in Romanis aquęductibus, castellis, piscinis cernere licet, fuerint oblita. nā tigna, quia putrescētia dilabuntur, vitiant structuram. fistulæ aūt metallicę manent perennes. & quidē laminas plumbi in fistulas curuare vetus est, ac maiorū exemplo multis in locis vsitatū: ęreas, recens, nec adeo tritum. quæ tñ longiori durant tempore, q̄ plumbeę: sed minus sunt vtiles, vt dicam postea. quinetiam ex ære fistulæ funduntur. sequūtur tubi lignei in quos cauantur in quibusdam regionibus abietes & piceastri: in quibusdam pinus, piceæ, alni. hę enim arbores cum in corpore habeāt plurimum aeris & ignis, minimum aquæ & terræ, humorem in se recipientes durāt: & diutius certe si in locis vdis obrutæ, extra quoq; humorem combiberint. tales autē tubi inter se connectuntur orbibus ferreis, vtrinque acutis. at fictiles ita cōmissuris finguntur, vt semper superior intret in inferiorem. qm̄ vero sunt fragiles, duos digitos crassi formantur. ac quidē Roma præter cæteras vrbes aquęductibus nobilitata fuit: etenim in eam operibus magnificis atq; præclaris perductæ sunt Martia, Claudia, Virgo, Iulia, Tepula, Appiana, Alsietina, Cumina, Sabatina, Adriana, Antoniniana, Seueriana, Alexādrina, Algentiana, Antiqua, Damnata, Anio vetus, Anio nouus, vt Iulius Frontinus, & Sext. Rufus, alijque scriptores memorię prodiderunt. de diuersis autem aquæductuum canalibus hoc in loco dicere non est prorsus alienum à proposito, quod aliquam in aquis varietatē hinc existere videmus, vt postea explicabo. nunc anteq̄ ad lacus & pa-

A ludes veniam, de pluuijs dicturus sum. nam lacustres & palustres partim ex eis & niue liquefacta colliguntur, atq; ipsę oriuntur ex vaporibus tam terræ madidæ, q̄ calefactæ aquæ, vt minus etiam alienum ab instituta ratione sit, earum quoque naturam explicare. itaq; ex pluuijs aliæ sunt simplices, quæ crebrius decidunt: alię mistæ, quę rarius. atq; hæ differunt inter se qualitatibus, sicut fontanæ. nam cum imbres frigidi, aut tepidi sæpius decidant, interdum in calidissimis regionibus coguntur calidi, cui rei hi faciunt fidem, qui nuper suas nauigationes literis mandarunt. cum dulces, aliquando salsi, q̄ ter accidisse in Bosphoro scribit Plinius, eosque necasse frumenta. aliqñ nitrosi: quales, vt idem tradit, Nili rigua amara fecere. cum sine odore, interdum fœtēt: vt etiam nebulæ alias fœtent, alias sine odore sunt. tales

B autem imbres gignunt vapores cum halitibus permisti. nec mirum pluuias mistas cogi, cū annales loquātur sæpe succos albos, in cādido subuirides, rubros effluxisse: quos ipsi & prodigiorū scriptores lactis, olei, sanguinis imbres vocāt. vt autem maiorem fidem habeamꝰ annalium monumentis, facit res illa decantata, quæ patrū memoria ī Sueuis accidit. aer enim stillauit guttas, quæ lineas vestes crucibus rubris, quasi sanguineis, imbuebant. quid, q̄ ijdem annales narrant, non multo minus sæpe terra & luto pluisse? certe hic Kempnicij vndecimum ab hinc annum, mense Septembri, effluxerunt imbres, sic cum terra lutea commisti, vt ea passim plateas, silice stratas, videremus conspersas. Satis de pluuijs diuersis: nūc ad lacus & paludes abeo. quę aquarum collectiones differunt inter se. nā lacus ma-

C gnam vim & copiam aquarum habent, paludes exiguam, et minime profundam. cum autem lacus & crescant minuanturq;, vtpote qui & fontes & riuos & amnes accipiant emittant'ue, salsus in Cappadocia, & nitrosus in Macedonia, è cuius medio semper exilit dulcis fonticulus, neque augentur, neq; manifesto aquas effundunt. nec vllæ aquæ ex lacu Latij, qui est ad Dianæ lucum, effluūt in eo loco, in quo est situs: verū longe ab eo emergunt. sed Fucinus interdū ad montana crescit: interdum adeo decrescit, vt mersa prius aquis loca siccentur, & ad agricolationem fiant apta: vt Strabo scribit, qui horū ferè oīum author est. at fide carebit, qđ Iuba tradit, in Troglodytis lacū eē, qui ter die fiat amarus, salsusq;, ac deinde dulcis: totiesque etiam noctu. paludes autem aliquando accipiunt riuos, amnes rarissimę. plurimę sunt in ea Germaniæ parte, quę vergit in Oceanum, sicut īter Albim & Visurgim,

in qua regione quondã habitarunt Cauchi maiores, nunc à Saxonibus incolitur: & inter Visurgim & Rhenum: inter quas nobiles illæ sunt ad quas Varus cũ duabus legionibus est cæsus. sed ne abeam longius, q̃ instituta ratio postulat, reuertar ad aquas, earumq; vires persequar. igitur simplex aqua est, vt dixi, pura, sui coloris perspicua, sine sapore, sine odore, tenuis, leuis, qualis expetitur ad vsus vitæ multiplices: eam enim & solam potamus, vtpote periucundam gustui, & cum vino mistam: in ea coquimus obsonia: ea corpus lauamus: ea medicinæ vsum p̃het: quanq̃ hoc cum mistis cõmune habet. atq; eadem cito calefit, citoq; vicissim refrigeratur. celeriter in ea vis ignium percoquit obsonia: parua eius moles vinum potest temperare. cum contra tarde plerunq; calefiat mista, tardeq; refrigeretur: tarde vis igniũ in ea percoquat obsonia: maior ipsius moles temperat vinũ. simplicis autem duę sunt species. vna est modice frigida, quã per medicos, qui optimam, vt est, dicunt, licitũ erit εὔπεπτον, id est facilem ad concoquendum appellare: quãdoquidem alteram quæ immoderate frigida est, etiam ἀτέραμνον, id est crudam, siue difficilẽ ad concoquendum vocant: Hippocrates durã, philosophis vero naturam aquarum, quomodo per se habeant considerantibus illa cocta appellabitur, quòd mitis calor subterraneus eam coxerit: hęc cruda ob contrariam causam. multum autẽ etiam ipsę inter se differũt: etenim primo modice frigida, tenuis est & leuis: prægelida, crassa & grauis. qualis cum hyeme fit aqua optimorum amnium, eo tempore maiora & grauiora ferunt onera, q̃ æstate. tum illa modice frigida & celeriter pręcordia transit descenditq;, & facilis est ad concoquendum, & alimentum vehit, cũ in partes corporis diuiditur & modificatur: atq; ideo eius potus est salubris. pręgelida vero contra diutius hæret in præcordijs: ventri grauis est: fluctuationes eiusdem efficit, facileq; corrumpitur: atq; adeo ipsius robur resoluit, vt cibos ęgrius conficiat: in flatus pręterea mutatur: atq; ita ventrem inflare consueuit. nec magnopere vtilis est ad alimenti distributionem. & iccirco eius potus minus est salubris. sed vt fiat salubris, decoquatur. quo sanè modo id quod ei à natura denegatum est, per nostram operam aliquo modo consequetur: id est cruditatẽ, ex nimio frigore obortam, deponet, deinde cum iterum refrigerata fuerit, vtilius bibitur. etenim propius ad naturalis illius salubritatẽ bonitatemq; accedit. tametsi vero ex his diuersis pręcordiorum & ventris affectionibus, quarum plerasq; sensu bibentes per-

D cipimus, crudam à cocta certius secernimus: tñ Rufus Ephesius, et Galenus Pergamenus, alijq; medici eos secuti, notas quibus idẽ videtur fieri posse, apponunt. quę partim cum experientia & ratione conueniunt: partim ab eis dissentiunt. prima est: aqua quę cito calefit, citoq; refrigeratur, bona est: quæ contrario modo se habet, mala. quod signum cũ experientia cõsentit. etenim cocta siue fontana fuerit, siue putealis, siue fluuialis, siue pluuia, siue deniq; aliqua alia diu talis esse possit, celerius calefit refrigeraturq;. cruda vt mista etiam ex quocunq; genere fuerit, cõtra tardius. nec ab experimento dissentit ratio. nam coctę minus frigidę, & magis tenues sunt crudis: atq; ideo citius calefiunt & refrigerantur. altera nota est: aqua quæ æstate frigidior existit; hyeme calidior, bona est. quę nota in puteali bus
E & fontanis iugibus tantummodo locum habet: in alijs quę perennes non sunt, non habet: vt nec in fluuialibus & pluuijs. hę enim plerunq; ęstate videntur esse calidiores, frigidiores hyeme: attñ ex fluuialibus non paucę sunt bonæ, ex his quæ de cœlo veniunt plurimæ, quod etiam inter medicos constat. sed cũ & fontanę & puteales, non simplices solum, sed mistæ quoq;, quæ frigidæ sunt, pręsertim vero medicatæ, ita sese habeant, hęc nota cõmunis est. quare proprium significare non potest. igitur ea non possumus iudicare de bonitate fontanarum & putealium simplicium. tertia est: cuius aquæ fons è saxis erũpit in septẽtriones, solemq; à se auersum habet, ea cruda est, & hęret in præcordijs, ac tardius calefit refrigeraturq;. at cuius fons erumpit in ortum, & per tosum aliquem, aut terram puram colatur,
F celerrimeq; calefit & refrigeratur, ea optima est. quę prorsus vera non est. etenim quòd aqua vel cruda ex altissimorum montium radicibus effluat vel cocta, vel tepida, vel calida, sol in causa non potest esse. nam eius calores tam alte nõ penetrant in terram, vt aquam calefacere queant: quemadmodum in libris De ortu & causis subterraneorum dixi. q̃ si sol in causa non est, mundi partes nullo modo esse possunt: vt quæ ipsius gratia tales aquas effundere videãtur: sed potius subterraneorum frigus, calor, incendia in causa sunt. etenim si frigorum vis acrius incumbit in aquam, cruda emanat: sin mitis ille terræ calor, cocta: sin incendia, vel calida, vel tepida, vel saltem corrupto colore, sapore, odore. itaq; palàm ante oculos est omnis generis aquas alibi in ortum erumpere, alibi in occasum, alibi in meridiem, alibi in septentriones. igitur Galenus hac notæ particula quod proposuit, non effecit. verùm tamen

runtamen in regionibus,caloris & frigoris moderatione tpatis, & citra æquinoctialē circulum sitis,calor solis aquas q̄ crudę è montibus erumpunt in aerē,vbi aliquantū cursu ad ortū profluxerint,coquit,minusq; frigidas efficit:atq; etiam nonnihil eas q̄ ex mōtibus non erūpunt, sed sub terra,nec tamē alte,manantes,eosdem cursus ad orientem currunt longis spacijs, anteq̄ ex loco campestri vel collino exeant. quæ aūt crudæ septentriones versus fontes aperiunt, quales è montibus effluunt,tales,quia solem à se auersum habent,longiore tractu manēt.attamen vbi discesserint à locis montanis,etiā solis caloribus proficiunt aliq̄d,minusq; frigidæ fiunt.quæ vero crudæ erūpunt meridiem versus,hę,quia sol eas interdiu semper calfacit, breui transeuntes spacio coquuntur.verum quæ crudæ occidentem versus aperiunt fontes,hæ,quia post meridiem tantum calefiunt,longiore tractu, q̄ quæ in ortum fluunt,cruditatē tenent:tñ vbi longius à montanis locis discesserint, quia eas similiter atq; illas quę fluunt in orientem,sol exoriens calfacit,magis inueniuntur coctæ. atq; eodem modo se habere riuos & amnes regionū temperatarū, quæ vltra æquinoctialem circulum sitæ sunt, ex solis cursu conuersioneq; , & terræ forma atque eius partium situ intelligimus. Sed quales eorū aquæ hic sunt in septentriones vergentes, tales illic in contrariam mundi partem. at in calidis regionibus,quia ardores solis aquas vehementius calefaciunt,vbi ab ortus sui loco longius discesserint, non modo cruditatem deponunt, sed calidiores quoq;,q̄ vt homini sit vtile ac salubre fiunt:ac vero etiam nonnihil salsæ. contra in frigidis regionibus quę erumpunt, et fluunt ad meridiem, vix æstate efficiūtur coctæ:præsertim si vtrinq; montibus septæ fuerint:vere & autumno. magis vero hyeme crudæ manent. quæ autem coctæ erumpunt & manant ad septentriones: vix æstate seruant bonitatē suam : reliquis anni tpibus crudæ fiunt.igitur hoc modo de aquis riuorū & fluminum iudicaturus considerabit primo locum per quē fluunt, cāpestris ne sit, an vtrinq; montibus septus, an altera parte tm̄. deinde mundi partem ad quam fluunt,ortus sit,an occasus: septentrio, an meridies.tum regionem,temperata ne sit, an calida, an frigida. deniq; anni tempus, ver sit, an æstas, an autumnus, an hyems. hæ.n.circunstantiæ magnam vim habēt & immutandi aquas, & tales cōseruandi, quales ex terra emanant. vt aūt ex montibus diuersæ aquæ erūpunt, ita etiam ex collibus & campis, si perennes fuerint. tales vero in montibus atq; altioribus locis ortæ sub ter-

A ra plana manantes currunt longis spacijs anteq̄ ex loco vel collino, vel campestri exeant. atq; hę ipsę si altius sub cāporum planitie manarint, tales sunt, cū erumpunt, quales cum orirentur, fuerunt : nisi eas in medio illo spacio subterraneum quiddā immutarit. sin non alte, eas crudas etiam solis calores alijs atq; alijs in regionibus, & anni tēporibus plus minusúe coquere possunt. at quæ aquæ nō perennes ex collibus vel cāpis effluunt, hæ ex pluuijs, non alte in terrā delapsis, tantummodo collectæ, quod ad frigus & calorem pertinet, permultū & regionū qualitates & anni tempora sequuntur. Sed de his satis: redeo ad alteram notę particulam. tofus & terra pura, si spissa fuerit, aquas faciunt puras: colando.n.continent id q̄d cū eis permistū est. terra īsuper pura aquas ita nō inficit vt salsa, nitrosa, aluminosa, & istius

B generis aliæ. at neq; tofus, neq; terra coctas efficere potest: et vt frigus saxorum faciat crudas, tñ ex eis non raro effluunt coctæ, tepidæ, calidę. igitur Galenus ne hac quidē particula ad priorem adiuncta, quod vult efficit. non.n.sequitur, vt ea aqua quę è saxis erumpit in septentriones, cruda sit: hæreat in pręcordijs: tardius calefiat refrigeretur que. nec etiam sequitur, vt quę aqua erūpit in ortum, & per tofum, aut terrā puram colatur, ea optima sit. quod aduertens idem Galenus, recte adiecit: & celerrime calefit refrigeraturque. quæ aūt talis est, in quācunq; mundi partem è monte erūpat, tenuis est, leuis, modice frigida, .i. cocta: atq; iccirco oī ætati optima. quæ vero non est talis, simplex tamen, crassa est, grauis, præfrigida, hoc est cruda, atq; iccirco nō tam bona . tantum de notis quibus medici simplices, modice frigi-

C das, à præfrigidis secerni posse putant. oīs autem simplex humectat & refrigerat corpus. sed cruda idipsum magis refrigerat q̄ cocta. at ex mistis medicatæ pleræq; oēs calfaciunt & exiccant. de quibus supra copiose dixi, vt etiā de noxijs & pestilētibus. quare his omissis pergam, vt cœpi, de aquarum quas potamus, salubritate disserere. igitur saluberrimus est potus aquæ fontanæ recentis, si talis fuerit, qualē definiui : atq; oīno fontana pręstat puteali, q̄ ppetuo ī motu sit, sua sponte effluens ex terra: cum putealis in ea stet conclusa, nec nisi ingenio & opera hoīum extrahatur. quare crassior est, potaq; minus humectat escā: minus in partes corporis alimētum vehit: ęgrius ex renibus & vesica profunditur: attamen magis apta fit ad potādum, si crebro hauritur. tū enim, quia semper aqua succedit aquæ, & fluit quodāmodo, & recēs ex puteo tanq̄ ex fonte hauritur. riuorum autem & amnium aquæ aut semper similes

similes manent fontanis,ex quibus colliguntur, aut aliquandiu eis similes manēt, deinde ex ipsis modice frigidę & tenues à naturali bonitate degenerant,& valde frigidæ fiunt ac crassæ: crudæ vero meliores euadũt,hoc est,modice frigidæ& tenues fiunt.Sed vt quæ simplices effluunt, tales maneant:aut quæ compositæ effluunt,simplices fiant,necesse est,vt riuorũ & fluminũ aluei constent ex terra pura, nulla mala qualitate infecta, spissa: vel ex arena dura, vel ex sabulo masculo, vel ex lapide saxoue,quibus similiter neq; sapor, neq; odor malus est.nã bonitatem deperdunt, si aluei fuerint aut ex terris impuris, maxime vero cõmistis cum succis concretis: aut ex terris raris, aut ex succo concreto,aut ex arena molli, aut ex sabulo soluto, aut ex lapidibus vel saxis aliqua mala qualitate infectis, vel metallicis. Sæpe vero riui & amnes alia sui parte laudatos habēt alueos,vnde etiã aquas bonas & salubres: alia non hñt,vnde etiã aquas malas & insalubres. nec tantum aluei aquas bonas & prauas faciunt,sed etiã succi herbarum quas lauãt. quin riuuli inficiunt amnes,vt perexiguus riuulus amarus Hypanim ingẽs Ponti flumen, atq; etiã Borysthenis saporem mutare influentes riuos author est Plinius. Similiter fluuius fluuiũ inficere põt: atque etiam lacus & palus. ex quo satis intelligi põt, me non sine causa differentias fluuiorũ supra diligenter explicasse. Laudantur aũt inter amnium aquas Eulei & Choaspis, quas reges Persarum bibere soliti sunt,& in lõginqua asportare:vt Græci memoriæ prodiderunt,quos nuper quidã Hispaniæ princeps imitatus Tagi & Iberi aquas secum Romã portauit,quod illi persuasum esset eas longe præstare Italicis bonitate & salubritate. ac vero etiã Ptolemæus cognomento Philadelphus, secundus Aegypti rex,cum Antiocho Syriæ regi locasset nuptui filiam Berenicen, Nili aquam ei misit,quã solam biberet. quod Polybius scriptũ reliquit. Aquæ aũt quæ fossis patentibus ducuntur in oppida,similiter se habent vt aquę riuorũ & amnium. quæ tectis, aut tubis meliores qdem sunt putealibus,quas raro haurimus. cursu enim percussuq; extenuantur & proficiunt: tam vero bonæ q̃ riuorũ & amnium aquæ non sunt, quod eas solis calores attingere non possint, qui aquas tenuiores faciunt. verũtamen interdum præstat aquas fossis tectis ducere, ne eas vel torrens, vel humus soluta, aliud ùe impuras faciat. fossæ autẽ è saxis, intus vndique maltha oblitis, extructæ, aquas perducunt puras: nihil enim à saxis abradere queunt. Similiter tubi fictiles perducũt puras: item lignei. fistulæ vero metallicæ tam vtiles

D non sunt: etenim in æneis, cum aquæ cursus interrumpitur, efflorescit ærugo. quam quæ aqua lambit, eã pota corrodit intestina. plumbeæ minus malę sunt æneis. quod autem tantopere vituperãtur, ab Arabibus præter rationem fit. nam & Germani & Galli eis vtuntur sine nocumento magno. at quod quidam in exulceratione intestinorum inciderũt, aquarum vitio, non fistularum plumbearum, factum videtur esse. itaque vbi ideo necesse erit vti metallicis fistulis, q; vim aquę in sublime surgentis, neq; fictiles tubi, neq; lignei ferre possint, plũbeæ vtiliores erunt ęneis. Sed de aquis quę ducuntur, satis: nunc anteq̃ ad lacus & paludes veniã, de pluuijs dicturus sum. nam palustres & lacustres partim ex eis, aut niue liquefacta, vt dixi, colliguntur. q̃m vero etiam ipsæ non exiguam habent varietatem, de eis vt

E de reliquis iudicandum est. igitur mistæ nõ sunt salubres, quales quanq; omni anni tẽpore in omnibus regionibus, cum halitus vnà cum vaporibus permistos expirauerit terra, decidũt, modo per frigus, aut per calorem pluere possit: tamen in calidis frequenter, in temperatis interdũ ęstate & autumno idem accidere solet, propter maximos solis ardores, qui item halitus cum vaporibus eliciunt, ex quibus permistis oriuntur pluuiæ mistæ: hoc est salsæ, vel nitrosæ, vel alterius generis. Simplices vero sunt tenues, claræ, leues, dulces, atq; iccirco salubres, & quidem modice frigidæ, vt fontanæ, celerius pręcordia trãseunt, quod genus pluuiarum in tẽperatis regionibus verno tempore decidit: in frigidis, etiam æstate. minus autem frigidę hęrent in pręcordijs: cuiusmodi in temperatis hyeme cogũtur: in frigidis,

F nõne raro ẽt vere & autumno, & interdum æstate, cum flauerint venti frigidi, qualis Septentrio & Aquilo, cæteriq;. pluuiæ autẽ aquæ, vt etiam quæuis alię simplices cõseruatę in vasis, si, postq̃ cœperint corrumpi, bibantur, asperam arteriam lędunt. ea vero lęsa recipit destillationes. quę, cũ per se molestæ sunt, tussim gignunt & raucitatem. At torrẽtium aquę, etsi ex optimis pluuijs creuerunt, raro sunt salubres, q; limosæ & turbidæ esse soleant. Aquę etiam niuales multum discedunt à bonitate pluuiarum. cum enim frigore congelant, ex eis exprimitur quod tenue est, quod crassum, relinquitur. quare durę valdeq; frigidę fiunt. quibus de causis eorum potus tam salubris, q̃ pluuiarum, non est. nisi forte verum est quod scribit Strabo, in Caucasi montis niuibus, glebas quasdam cauas concrescere, bonam aquam in membrana continentes: & in ijsdem niuibus animalia gigni, quarum tunicis ruptis

aquam

aquam, item bonam, quam complectũtur, bibi. ea animalia, vt idem cõmemorat, Apollonides lumbricos vocat, Theophanes montanas teredines. in niualibus pręterea quo magis malę qualitates insunt siue terrarum, super quas ceciderunt niues, siue arborum, aliarum ue rerum, eo peiores sunt. Glaciales quoq; eadẽ de causa sunt malę: atq; peiores si aqua quę gelu constitit, praua fuit. atq; etiã, vt ea quę fit ex glacie, quę multis seculis induruit, qualis reperitur in altissimis Alpium montibus, quos Snebergos nominant, sit pura, tamen est pręfrigida. Similiter è grandine refuso insalubris potus, si non ob aliud, certe ob hoc quod aqua nimis cruda fiat. Cisternarũ autem aquę, nisi starent, pluuiarum ex quibus collectæ, aut fluuiorum, ex quibus haustę, bonitatem haberent. quia vero stant conclusæ, de bonitate multum deperdũt: etenim putrescunt, & in eis animalia quæ faciunt tędium bibenti, nascũtur. sed si ipsis arena dura fuerit substrata, vel sabulum masculum, vel glarea, longiore tẽpore manent salubres. Nunc ad lacus & paludes venio. lacuum autem aquæ minus malæ sunt, in quos optimorum fontium riuuli influunt, rursusq; affluunt: aut qui fluuios quibus bonæ sunt aquæ, accipiunt & reddũt. quia enim cum lacustribus commiscentur, eas diluunt, minusq; malas faciunt, & ipsa vicissitudo influendi & effluendi sustentat, ne corrumpantur. ꝙ si fluuiales, vt fit interdum, supernatarint lacustribus, ex his insalubris est potus, ex illis salubris. peiores aũt sunt aquæ lacuũ, quos neq; riui, neq; amnes permeant. cum enim & torrentes in eos infundant aquas impuras, & sol tenues eliciat, crassas relinquat, insalubres fieri necesse est. igitur accolarum, qui eas, ꝙ meliores ipsis desint, æstate, vel in calidis regionibus etiam alio anni potant tempore, aut lien ĩtumescit durescitũe, atq; his morbis debilitatus atram bilem non attrahit. quę cũ sanguine mista parit febres quartanas: ad caput rapta, insaniam: ad podicem, hæmorrhoides: ad pedes, varices. aut iecur abscessu infestatur & durescit, obstructisq; venis his, ꝑ quas sanguis aquosus infunditur in renes, hydrops oritur: his per quas alimẽtum in exteriores corporis partes fertur, earundẽ partiũ macies: his per quas fœminis menstrua purgantur, morbi quidã isti sexui peculiares. aut etiam intestina abscessibus infestantur. quod si aquæ lacustres non crassæ solum fuerint, sed etiã salsæ, vel nitrosæ, itestina corrodũt: sin astringunt, aluum faciunt duram. at hyeme, aut etiam in frigidis regionibus vere vel autumno vt aquæ lacustres minus gignant prædictos

A

morbos, certe propter niues quibus augetur, nimium frigidę cerebro, pectori, pulmoni sunt noxiæ, mouetq; destillationes & tusses. quinetiam herbę inficiũt aquas lacustres, quomodo lacum Sinnaum in Asia circũnascente absinthio infici author est Plinius. At palustres peiores sunt lacustribus, ꝙ pigro lapsu repentes longo tempore in cauernis maneant. quæ cum plerunque putridæ sint, etiam ipsæ aquæ putrescunt, & corruptum saporem atque odorem acquirunt. quibus de causis hi qui eas bibũt, morbis, quos commemoraui, magis infestantur. quę vero semper consistunt in paludibus, sunt pestiferę. palustres tamen Aegypti aquas laudat Rufus Ephesius, & salubres esse dicit ꝙ non putrescant. Nilus enim ęstiuo sidere exundans veteres aquas expellit ex

B

paludum cauernis, & recẽtes in eis reponit. quomodo etiam hyberni imbres, magni illi & assidui, atq; in frigidis insuper regionibus, qui decidunt vere & autumno, palustris vliginis virus eluunt nonnihil. Aquę vero lacunarum assimiles sunt palustribus. sic autem plerunq; nominantur cauernę, in quas fluuij, cum exundauerint terram, aquas infundere solent. cum enim ęstate multum exiccentur, aqua remanet crassa & impura, quę semper potui inutilis est. interdum vero etiam pestilens remanet. At liquores piscinarum qui ex riuulis & pluuijs constant, ita se habent, vt aquę ex quibus colliguntur. igitur si hę bonę fuerint, piscinarum etiam erunt salubres: sin malę, insalubres. attamen, quia non omnes in fluxu sunt, non aliter ac lacuum aquę, aliquid de bonitate ac salubritate deperdunt. Postremo ex aquis putrefactis & mistis, qualescũq;

C

fuerint, insalubris potus. sanguinẽ enim corrumpunt & deprauant: ac viscera & membra lędũt. atq; illę imprimis asperã arteriam: hę pro earum varietate, diuersas corporis partes, vt partim in hoc libro dixi, partim in proximo. sed quoniam aquę simplices interdum desunt, mistę & putrefactę necessario potionis vsum prębent. nam his qui ex fluuijs bibere soliti sunt, ꝙ careant fontanis, necesse est aliquando bibere limosas: iter facientibus in calidis regionibus amaras: nauigantibus salsas aut putrefactas: incolis montium metallicas. quarum oium vitia, vt corrigi possint, operęprecium est paucis explicare. igitur limosę infundãtur in vasa fictilia, & post aliquot horas, cum aliqua limi pars in his subsederit, in alia vasa trãsfundãtur. quod quidẽ vsq; eo fiat, dũ earũ liquor ita reddatur purus, vt in eo limus nullo sensu deprehendi possit. at salsæ colatæ per terras dulces & spissas, quales sunt argillę quędam,

sic

sic salsedinem depouũt, vt bibi posfint. similiter amaræ, de nitrosis dico, amaritudinem. quas polenta quoq; incocta vtiles facit. putrefactæ vero purgantur coctura: atq; eadem sępius iterata, ėt remedio est aquis metallicis.

GEORGII AGRICOLAE De natura eorum quæ effluunt ex terra,

LIBER QVARTVS.

IN superioribus libris satis multa de aquis dixi: aer subterraneus restat, & exhalationes, tam pestiferę animantium generi, q̃ salutares: restant terræmotus, qui regiones & oppida conquasfant: ignes ėt restant, qui E terrã multis in locis exurunt, et calefaciũt aquas. Sed aerem videamus primũ. is siue intra terram fuerit ortus, siue de exteriori manarit, omnẽ locum subterraneũ, ab alijs elementis & exhalationibus vacuũ, sua mole cõplet. Simplex autẽ non est, aut si vnq̃ fuerit simplex, diu talis manere nõ potest: sed adeo expirationibus inficitur, vt etiã exteriori, cum in vnũ puteum continuo influit, rectaq; per cuniculũ ad alterũ transit, atq; mox ex eo euolat foras, ea puritas quæ ipsi est, nõ maneat. qui vero vel in cuniculis, longius in montes actis: vel in puteis altisfimis, ad quos nõ pertingunt cuniculi, non recipit auram, is nõ aliter ac in domibus quibusdam inclusus, ob perflatus defectũ, grauis factus, potest suffocare fossores, aliosq; diutius eum inspirãtes. at qui longo tempore in puteis tectis, aut in aliqua alia terræ concauitate steterit conclusus, is putrescit, & tanq̃ F aquæ instar, stantis in cauerna, quæ caret vicisfitudine influendi & effluendi corrumpitur, & fit pestilens. vnde sæpenumero accidit, vt cũ putei rursus aperirentur, homines necarent. similiter aer halitibus lethiferis infectis, vt paulo post dicam, interficit. ad hæc in aere subterraneo existit varietas frigoris, caloris, humoris, siccitatis. cum enim plerisq; in locis, propter frigus terrę, fit frigidus: tñ in ardentibus est calidus & siccus: in canalibus per quos calidæ fluunt, propter vapores quos expirant, calidus & humidus. Ipsę vero exhalationes perfectam formam non habent, sed fluctuant, adhuc incertæ, & medię sunt inter elementa: halitus quidem, qui calidus est & humidus, inter aquam & aerem: vapor aũt qui calidus & siccus, inter aerem & ignẽ. etenim halitus humidus quidẽ est, ꝙ aquæ cum aere est cõmune: D sed quo calidior fuerit, eo propius ad naturam aeris accedit, quo magis cœperit refrigerari ad naturam aquæ: minimoq; momẽto vel eo venit, quo ire instituit, id est fit aer: vel recedit eo vnde venit, id est rursus fit aqua. pari modo vapor calidus est, quod aeri cum igne est cõmune: sed quo siccior fuerit, eo propius ad naturã ignis accedit, quo magis cœpit humectari, ad aeris naturã. atq; similiter ac halitus leui momẽto huc aut illuc inclinans vel in ignẽ mutatur: vel retro lapsus, fit aer. qm̃ vero halitus, vt iã dixi, est calidus & humidus. vapor aũt calidus & siccus, ex solo halitu, si vertitur in aquam, fit aqua simplex, sin in aerẽ, aer simplex. at ex ipso cũ vapore permisto, si mutatur in aquam, fit aqua mista: sin in aerẽ, aer mistus. id quod satis indicat diuersum opificiũ decoquendi. cũ enim in vas infunditur aqua simplex, eaq; subiecto igne cocta resoluitur, in halitus, si id operculo clauditur, halitus calore in ipsum sublati, à frigore conuertuntur in aquã simplicem, qua naris stillat: sin patet, foras euolant, & ex eis fit aer simplex. vt enim aquam in de fieri simplicem sensibus, ita aerem fieri simplicem animo percipimus. contra si muria infunditur in vas, ex ea, quia simplex aqua non est, sed cum re terrena permista, halitus oriuntur misti. qui si abeunt in aquam, aqua inde fit mista, nẽpe salsa: sin in aerem, aer mistus. ex halitibus autem intra terram refrigeratis oriuntur aquæ, quarũ naturas iam explicaui: extra ros & pruina: in superiori aeris regione, imber, nix, grando. quibus omnibus in hac rerum tractatione non est plus loci, quàm eis dedi, cum de aquis disfererem. At loci ardentes alicubi exhalationes expirant salutares, alicubi noxias. salutares ex sese emittunt id genus loci, sudationibus excauati, quos nonnulli à fricando frictolas appellarunt. nam expirationes illæ cieunt sudores copiosos, perinde ac caldarium in quo solemus defricari. Sunt aũt, ꝙ Vitruuium non latuit, in montibus Cumanis & Baianis: atque hodie celeberrimæ in monte, quem vulgus ea de causa corrupte Tritulum videtur nominare. ad cuius radices existunt aquę calidæ, quas Salueati vocãt. à quibus per XLIII gradus ascenditur in montem ad sudationis locum, omnium maximum. cuius longitudo circiter tria millia pasfuum continet, aut aliquid amplius. qui ingreditur quo magis se attollit, hoc maiorem vim caloris sentit, quo magis se demittit in terram, hoc minorem. cuius figura hæc est. quam ciuis quidam Puteolanus descripsit Georgio Fabricio, viro tum in literis erudito, tum studioso omnis antiquitatis.

Hic locus calidus exhalat pestilens quiddam, quare homines mortui concidunt, cera liquescit, cerei extinguuntur.

Via fuliginis plena.

Fons aquæ exiliens, quæ ad sex cubitos leuatur.

Pars muri collapsa.

Locus hic, sedes sudantium.

calidissimus, qui gentes inambulantis attingit.

Saxū ī medio, quod caballū vocant.

Aer hoc in loco tēperatus.

Fossa.

Os cuniculi.

Hę aũt exhalationes, calefactis facientes sudorẽ, vndiq; ex mẽbris pituitã euocãt: atq; ita destillationibus capitis medẽtur, chiragrę, podagrę, cęterisq; articulorũ morbis: ac vero ẽt hydropicis ꝓsunt. alterum caldariũ subterraneũ est in eadẽ Cãpania iuxta calidas q̃ existũt ad paludẽ Agnani. sunt autẽ fossæ cespite contectę & lapidibus: q̃bus amotis calidus vapor fumusq; ingens emittitur, qui eũ excipientibus statim mouet sudorẽ, & ijsdẽ morbis remediũ affert. sanat ꝑterea coxendicũ dolores, & vlcera interiora desiccat. ex quibus effectibus intelligimus eius vapores esse sulfurosos: nec minus ex eo quod in locis vicinis sulfur colligitur. quinetiã in Vesuuij vertice, q̃a nõnullis ĩ locis vel hodie mons ipse fumat, rustici terrã excauant sudoris eliciẽdi causa: & cauernulis aquã pluuiã excipiunt, qua, postq̃ sudarint, se lauãt. est ꝑterea locus in Aenaria insula, quem Coctũ appellãt. cuius vapor vtilissimus sudoribus euocãdis, prodest articulorũ morbis, & ęgritudinibus neruorũ, valet ad iflationes ventris & lienis. qui vapor iterũ est sulfurosus. his vero frictolis nõ dissimilis videtur fuisse pars specus Plutonij in Caria ad pagum, non longe ab oppido Acharaca. in quem, vt Strabo scribit, introducti ęgroti sedẽtes ꝑ aliquot dies, & inediã tolerãtes, a morbis liberabãtur. quam curationẽ sacerdotes ad fraudẽ callidi referre ad deos solebãt, vt superstitio ĩperiti vulgi animos magis occuparet. possent multis in locis q̃ calidas effundũt, aut ardẽt aperte, tales fosę vel cuniculi ad sudorẽ non minus salubrẽ, faciendũ vtiles duci: modo medici eorũ naturas ante cognitas haberẽt. At expirationes noxiæ corpus & animũ lędũt, sicut quondã aer, lus, vt mihi videtur, corruptus et venenatus adeo rõnem virginũ Milesiarum puertit, vt oẽs repente in mortis cupiditatem, & furiosum strangulãdi se appetitũ inciderẽt: multæ se occultę strangularẽt. quod Plutarchus in eo libro, qui inscribitur Mulierũ virtutes, tradit. Pestilẽtes vero exhalationes statim aĩantes interficiunt, quarũ aliæ piscibus mortiferę sunt: vt illæ q̃bus aqua lacus Srapelẽsis interdũ inficitur. de quo iterum atq; iterũ iam dixi. quędã volucribus, vt quas lacus in Sarmatis expirat, necant. n. aues supuolantes, vt Rufus Ephesius author est. atq; ẽt lacunæ Volaterranæ, ex quibus exiliũt calidę, quiddam lethiferũ auibus exhalãt. quos locos iccirco Gręci appellarũt ab auibus, q̃ eis careãt, ἀόρνους. atq; inde lacus Cãpaniæ rotundus Auerni nomẽ inuenit. nã etiam ꝑ eius aquas, anteq̃ Agrippa syluis quibus dẽsis vestiebatur, cęsis aerẽ fecit perflabilem, expirationes emisſæ adeo cõspissabantur, vt auibus aduolantibus necẽ afferrent. & in Epiro locus Aornus dicitur, qui pestilẽti exhalatione insignis, nec ipse sinit volucres cœlo frui libero, sed exanimatas deijcit. In India quoq; nõ procul à Nysa dicitur esse saxũ aornum. quædã exhalationes, etsi terra nullos habet specus, aĩantes solẽt necare. vt lepores, in Ithaca: noctuas, in insula Creta: canes in Sigaro: scorpiones, in Galata circa Africã, item in Clupea. quędã fugant serpentes, vt in Ebuso insula. quę adeo inficiunt terrã, vt eius odorem, si in Colubrariã inferatur, bestiæ istæ venenatæ & pestiferę ferre non possint. alię pręterea expirationes oĩbus aĩantibus lethales sunt. quarum scrobes Græci noĩant Charoneas: siue quia, vt ꝑ charoneã ianuam, quod est ĩ prouerbio, è carcere dãnati iudicum sentẽtijs ad suppliciũ educebãtur, ita in id genus scrobes intrantes ex hac vita ad interitum exeũt: siue quia vt Charontis cymba animos ad ĩferos vehebat, ita hæ scrobes ad eosdẽ deducũt hoĩes. eas etiam non dissimili de causa Gręci appellabant Plutonia: nẽpe q̃ ꝑ ipsa descenditur ad Plutonẽ, quem poetę inferorũ regem fingunt. dubiũ vero nõ est quin ex his exhalationibus q̃ in aquis pisces interficiunt, aues in aere, aliquę mortiferæ sint alijs ẽt aĩantibus, si possint ad eas ꝑmanare. Sunt autem multis in locis orbis terrarũ scrobes mortiferum spiritum exhalantes, sed nusq̃ plures q̃ in Italia. etenim cũ iter mediũ à Puteolis Neapolim conficitur, in eo exiguus flexus est sinistrorsum ad paludẽ Agnani. cuius parti, cõuersæ ad meridiẽ, mons continens est, in quo spelunca angusta & humilis clementer deorsum vergit, longa ad pedes octo. eius solum cũ fuerit pede vel manu tentatum, reliquo calidius esse sentitur. tã vero lethales expirationes emittit, vel potius conclusas habet, vt genus aĩantium oẽ in se demissum, si diu ꝑmanserit intus, exanimẽt: sin statim rursus extractũ fuerit, ita sensu motuq; priuẽt, vt videatur mortuum. q̃ tñ confestim vicinæ paludi immersum, breui recreatum ad sese reddit, & quasi reuiuiscit. eius rei multi periculũ faciunt in gallinis, canibus, felibus: plures in ranis. Græcus ignotus qui admirãdas auditiones collegit, re non satis, vt mihi videtur intellecta, nimis simpliciter scribit: in Sicilia dicunt esse aquę gurgitẽ, in quẽ cum aues cęteręq; aĩantes suffocatæ immerguntur, rursus reuiuiscũt: vaporibus. n. pestiferis, nõ aliter, suffocatarũ vires aquis reficiũtur. nec vero negarim Siciliam sicut Cãpaniam, spiritus lethales emittere: q̃nquidem in ea mons Aetna perpetuis ardet ignibus. atq; ẽt in maximis illis Baiani frictolis scrobs, extima ad sinistrã post fontem, cuius

cuius aqua tam alte exilit, vapores exhalat tã calidos, vt cera liquescente candelæ extinguantur: tam lethiferos, vt homines ipsis correpti, repente mortui concidant. & in Sinuessano agro sunt spiracula, homini mortifera: ac vero etiam in Hirpinis ad Mephitis ædem,

Est locus Italiæ medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Ansancti valles. densis hunc frondibus atrum
Vrget vtrinq; latus nemoris, medioq; fragosus
Dat sonitum saxis, & torto vortice torrens.
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrãtur, ruptoq; ingens Acheróte vorago
Pestiferas aperit fauces.

Etenim eũ locum, vt Plinius scribit, qui intraue re moriuntur. nec pars Vngariç, quondã Dacia dicta, libera est à pestilẽtib^9 spiraculis, q̃ à Neusola oppido, æris metallis claro, absunt circiter sex millia pass. hæc interdũ aues q̃ aduolarint, & reliquas aĩantes quç accesserint, solẽt necare. ac in Asia etiã multi loci spiritũ lethalem emittũt: sed in Phrygia Hierapoli maxime illustris, vt quem multi scriptores Grçci & Latini memoriç mandarint: sed oĩum diligẽtissime Strabo. Plutoniũ, inquit, exiguo in colle montosæ regionis os habet ita moderatũ, vt hoĩem capere possit: ipsum valde profundũ. cingitur aũt septis quadratis, & quidẽ tantis, quãta dimidiũ ambiant iugerum. quç nebulosç et crassç caliginis adeo plena sunt, vt solum vix cerni possit. eos qui circa appropinquãt ad septa, aer non lædit, vtpote purus ab illa caligine cũ non flauerint venti. etenim intra ambitũ manet. animãti vero eunti intro, mors confestim est parata. tauri etiã introducti cadunt, & mortui extrahuntur. nos passerculos in ea septa immisimus, qui statim ceciderunt aĩam expirantes. attamen eiusmodi spiritus mortiferi solis magnæ matris sacerdotibus, etiã in os speluncæ inspicientibus, innoxij fuerunt: non quod aut diuina prouidẽtia illos incolumes seruaret, vt persuasum erat superstitioso vulgo, aut spadones non læderet: quæ res nullam causam videtur habere à natura: sed quod & remedio, pestiferæ exhalationi contrario, atq; cæteris mortalibus ignoto vterẽtur, & aerem spiritu non ducerẽt, aut modice ductum mox à pulmone respirarent: vt idẽ Strabo paucis significat. specus etiã lethales expirationes emittunt in Lydia ad Sardes, vt Galenus scribit: in Ionia ad Thymbriã pagũ, qui distat à Myunte oppido stadia quatuor, vt Strabo: in Cariæ via, q̃ est inter Tralleis & Nisam ad pagũ, qui non longe abest ab oppido Acharaca, vt idem Strabo: in Cilicia vltra Coryciũ specum, A quẽ vocant Typhoneum, quod Mela Pomp. tradit: apud Babylonẽ, ex cuius ore tam pestiles spiritus emittitur, vt oẽs aĩantes terrestres, oẽs volucres quę hauriunt ipsum interimat. quã ob rem regio huius tãti mali terminis circũscripta, non habitatur longe lateq;, vt author est Dion Cassius. quinetiã Panium antrum, quod est in radice montis Libani, grauẽ & noxium spiritũ exhalat. quidã anhelitus terræ, quanq̃ specus apparẽt nulli, necant animantes oẽs, vt in insula Solis, q̃ eadem nominatur cubile nympharũ. Iam expiratio calida et sicca, quã vaporem noĩare soleo, p se vel sparsa ex terra euolat foras, & in aere collecta efficit ventos, aliasq; nõnullas tempestates: vel sub terra congregata ex eadem erumpit per flumina penetrans, paludes, lacus, mare etiam, causa est ventorum & procellarum: vel in terram conclusa, dum exire nititur, eã conquassat. B Sed de ventis libere vagantibus, &c.

Ex eodem libro de Aquis calidis & tepidis quæ in plerisque orbis terræ partibus comperiuntur.

Aquæ insuper scatent flammis, quibus cum è fundo primum emittuntur, aliqua vis est, cũ altius fuerint sublatæ sunt inualidæ: cum exierint ex aquis, in alia materia plerunq; non durãt. qua de causa ad aquas Scãtias ex quibus emicant flãmæ, viret æterno fraxinus: hunc fontem, vt Plinius inquit, igneum contexens. lacus vero salsus inter Srapelam & Seburgum piscatorũ retia altius immissa adurit. si lapis in lacum qui est prope Dẽstadium Turingiæ oppidũ inijcitur, dum delabitur in profundum teli ardentis speciẽ præ C se ferre solet. ignes fontis Dodonei, vt Mela, faces accendunt. vrit flãma, vt Plinius, gurgitis fluuij Bithyni, qui Olachas dicitur. aquę lacus Sputæ, vt Strabo, in Media Atropatia vestes adurũt: quibus dulces rursus remedio sunt. vt Ouidius,

Admotis Athamãtis aquis accendere lignum
Narratur, minimos cum luna recessit ĩ orbes.

At Thrasymenus lacus, cum ea regio dubio procul terræmotibus conquassata emisisset ignes, totus visus est ardere. in fundo autem aquarum, quæ semper scatent flammis ardere bitumen, ex ipsius natura quam alibi explicaui, potest intelligi. occulti vero ignes in omnibus his locis latẽt ex quibus calidæ vel tepidæ effluunt, atq; etiam acetosæ, aut ex quibus calidæ exhalationes expirant, siue salutares, siue noxiæ, siue fuerint lethales. aut vbi loci adusti videntur. calidæ aũt & tepidæ in orbe terrarum multę sunt. etenim in Islandia fons est calidus, nõ longe ab Hecla mõte ardente.

atdente: in Britãnia inter Iſcalim & Ventam op
pida,quę quondam tenuerunt Belgæ populi : in
Hiſpanię Tarraconenſi Ceparorũ ſunt calidę,et
alteræ Authetanorum:in Gallia Aquitanica : in
Tarbellis : in Narbonenſi aquæ Sextiæ Salyorũ,
& in Sedunis Brigeræ & Leuceræ : in Belgicæ
parte , quæ Germania inferior appellatur , quæ
vrbem nobilẽ Aquiſgranũ dictam , condiderũt:
ad conflnentes , vbi Moſella fluuius , qui idem
Obrincus , Germaniam inferiorem à ſuperiori
diuidit:in Lotharingis calidę plumbariæ : in Se-
quanis ad oppidum Geberſuileram , quam Ma-
ximæ Sequanorum partem Germani Alſaciam
nominant,ex veteri oppido Elcebo , vt quidam
putant : in ijſdem Sequanis ad caſtellum quod
Suiceri nunc arcem Badenſem vocant:rurſus in
Sequanis Emſebada ſupra Conſtantiam:in ma-
gna Germania Viſebada,fontes Mattiaci à vete
ribus nominati : inter Martianam ſyluã & Rhe-
num,ex quibus oppidum Bada nomen duxit.in
ipſa Martiana ſylua iuxta Oppenauam oppidu-
lum , quæ nominantur Anthegaſta : in ditione
Virtenbergenſi, nõ longe ab oppido Phorcena,
dictæ Bildebada : ad Venetum lacũ in ſuburbio
Vberlingo : in Boemia Caroli 4. & Teplicæ : in
Miſena Volchenſteinenſes : & alteræ ad Viſam
pagum:in Lygijs Hirſepengeſes , in Vindelicia
ad Abudiacum Danubianum:in Norico ad Iu-
lium Carnicum, Villachũ nunc vocant: in Pan-
nonia inferiori ad Budam nobile oppidum : in
ipſis Alpibus,& quidem Pœninis cis Rhodanũ,
non longe à Seduno:& alteræ in Lepontijs non
longe à Rheno Fabariæ dictæ : in Italia inter
Apenninum & Padum aquæ Statyellorum : in
Hetruria Lucenſes , ad Vetulanios , Senenſes,
Peruſinæ, Cæretanę:in Latio Sinueſſanę: in Cã-
pania in Baiano ſinu,Puteolanę,Cumanę,Nea-
politanę:in inſulis,ĩ Aenaria ad Hyſclã:in Sicilia
Selinuntiæ & Aegeſthanæ:in Lipara.Sed reuer-
tar ad Italiã : in Flaminia ſunt calidę nõ procul à
fonte Sapis fluuij:in Venetia Patauinæ, & in in-
ſula parua,quæ eſt in mari contra Timauum,in
Theſſalia Thermopylę, ĩ Eubœa ad Aedepſum
Calidę Herculis,& in campo Lelanto Hellopię
vocatæ.in inſulis Niſyro, Melo, Cydonea,in ea
quæ iuxta Cretam emerſit in mari. in Pelopone
ſo ad Methanam. in Ponto Phazemonitarũ ca-
lidę.in Phrygiæ Hierapoli:in Ionia,non longe à
fano Apollinis:in Aſtyris:in Cardia: in Tiberia-
de Iudææ,& in eadem Iudæa Calirrhoe ſons ca-
lidus.in Marmarica vltra Arſinoen , quę amaræ
etiam ſunt.in Africæ proprie dictę ſinu Cartha-
ginenſi aduerſus vrbem ipſam Carthaginem: in

D eadem non longe à Nanſa oppido. in Maurita-
nia Cęſarienſi non longe à Chazala oppido.Sed
de his nunc ſatis.nam de plurimarum tempera-
tione & natura in libris quos de medicatis fon-
tibus inſtitui, copioſius ſum dicturus.at locos q
acetoſas effundunt & calidas expirationes exha-
lant,quoniam ſupra explicaui , repetere neceſse
non habeo. vbi præterea loca , vt dixi , videntur
aduſta,ignes quondam arſerunt, & eius fomitẽ
plerunq; in viſceribus adhuc continent : ſicut in
Germania in Elbogano inter Leſſauium & Cul
mam pagos licet cernere.ibi enim teſtacę terrę
effodiuntur exuſtæ nonnihil . nec mirum cum
ibidem ſint acetoſę,& prope Satelum pagum ſo
diatur bitumen: atq; etiam non longe à Falche-
nauia in loco cui ardens collis nomen eſt. à quo
abſunt calidæ Caroli 4 . circiter 8. lapidem . in
E Aenaria quoq; inſula,vt ſupra retuli,locus aſper
& incultus retinet nomen cremati.& in Aſia re
gio eſt,quę exuſta dicitur longa ſtad.500.lata 50.
ſiue ea,inquit Strabo, Myſia, ſiue Mæonia ſit no
minanda:nam vtroq; vocabulo appellatur . quæ
tota nullam habet arborem , præter vitem, exu-
ſtum vinum ferentem, ita elegans vt nulli lauda
torum cedat.ſumma camporum cutis cineribus
plena eſt:montana & petroſa nigra, vt quæ adu-
ſta ſit.quanquam autem ignis fontes defecerũt:
tamen monſtrantur tres camini, quos ſpiracula
vocant,ad ſtad. 40.inter ſe diſtantes.quibus im-
minẽt colles aſperi,quos veriſimile eſt ex efflatis
maſsis,quibus ferri ſpecies eſt,coaceruatos eſse.
Incendia aũt cum cineribus cõpleuerint agros
vicinos , fertilitas ſolet ſubſequi . etenim cineres
ex glebis pinguibus ſiue bituminoſæ fuerint, ſi-
F ue ſulfuroſę, vſtis orti,& in terram delapſi , eam
fœcundã faciunt. ſicut nuper in Campania poſt
enatum montem Modernũ accidit anno ſequẽ-
ti:& quondã ab incendio Veſuuij, vt Strabo pu-
tat,agris qui eũ montẽ cingunt.ignes ẽt Aetnei,
cinerem eijcientes verſus Catanam, lætũ vinetis
ſolum effecerunt : atq; eadẽ de cauſa Aſiæ regio
aduſta vinum fert pręſtantisſimum. Poſtremo
incendiorum cauernæ per longum ſpacium ſub
terra ꝑtinere videntur in multis regionibus ver-
bi cauſa in Campania ex Cumis per Baianum,
Puteolanum, Neapolitanum : in Aſia minori ꝑ
Phrygiam, Mæoniam, Lydiam, Cariã.in Iudæa
per totum ferè illum tractum , q eſt ad Iordanẽ
fluuium . nam in his locis alibi calidæ effluunt:
alibi ſpecus exhalant expirationes ſalutares vel
peſtilentes:alibi ignes emicant.

Georgij Agricolæ Finis.

THOMAE IVNTAE

CONRADVS GESNERVS MEDICVS

S. D.

Vanquam non ignorabam nomen tuum non solum Venetijs, vbi natus & educatus summa cum laude tua probatus omnibus & acceptus habitas, sed per vniuersam Italiam, atque omnem propemodum Europam tum multis alijs de causis, tum propter optima in omni bonarum literarum genere, tua cura tuisq; impensis excusa typis volumina, adeo illustre magnumq; esse, vt nihil tibi nisi magnum & ingenio magno perfectum dicari debeat: ego tamen exiguum hunc libellum de Germaniæ nostræ thermis tibi dedicare non sum veritus. Erit hic, fateor sanè exiguus, si volumen ipsum respicias, sin authoris ingenium nimis quam mediocre, non magnus iam quidem, sed certè mediocris fuerit: neque enim multa maiora præstare possumus. si sanitatem cuius vel conseruandæ vel reparandæ gratia hæc conscripsimus, iam planè magnus. Quid enim in rerum natura sanitate maius meliusue aut iucundius? quid ad earum rerum, quas bonas iudicamus, vsum fructumq; vel conferendum vel recipiendum commodius? magnum autem existimandum est quantulumcunque id sit, quod ad rem magnam conducit: si denique authoris perpendas animum, quanto in te amore, quanta virtutum tuarum fiducia præditus hanc dedicationem instituerit, minimum hunc libellum pro maximo habebis. animus enim promptus vt in rebus omnibus, ita in muneribus spectari debet præcipue. hic est qui præsens etiam minima extollit. hic si desit, etiam maxima quæq; extenuat. quod si aquæ frigidæ tantum quantum obuius forte rusticus cauis manibus haurire potuit, sibi donatum magnus ille Persarum rex non recusauit, multo iustiorem spem mihi facit singularis tua humanitas atque benignitas ornatissime Thoma fore, vt tu non vnum aquæ pugillum (vt ita dicam) sed de plerisq; omnibus Germaniæ Heluetiæq; nostræ saluberrimis aquis Enchiridion & quasi pugillarem libellum perpetuum meæ erga te obseruantiæ amorisq; pignus, in nomen tuum inscribi æqui boniq; consulas, ac medicatis tot gentium nationumq; thermis, quas ad vtilitatem mortalium cum scriptoribus quisque suis vndique conquisitas in quoddam quasi corpus redigendas curasti, hanc etiam lucubrationem nostram subtexi gaudeas. Vale TIGVRI, *quæ primaria Heluetiorum est ciuitas, nonis Martijs anni salutis.* M D LIII.

Fælix Hemmerlin de Balneis naturalibus.
Antonius Guainerius, qui de thermis Montisferrati in Italia, ad Aquas oppidum diligentissime scripsit.
Georgius Agricola.
Ioachimus Camerarius.
Sebastianus Munsterus in Cosmographia.
Ioannes Dryander, de thermis Enisensibus, non procul à Confluentia sitis.
Henricus Gundelfinger canonicus ecclesiæ Beronensis.
Hieronymus Cardanus.
Leonardus Fuschius.
Uuolfgangus vuintperger medicus.
Alexander Seytz, de thermis badensibus Heluetiorum.
Theophrastus Paracelsus de thermis Fab.

Præter istos: de thermis scripserunt authores diuersi, ex quibus nos nonnihil mutuati sumus.

Ioan. Michael Sauonarola, de omnibus Italiæ balneis.
Franciscus Aretinus, de balneis Puteolorum & alijs.
Ioan. Iouianus Pontanus de Baijs.
Bartholomæus Montagnana consilium de balneis reliquit.
De balneis Porretanis, Thomas de Castello Bononiensis.
Aristotelis problemata de Aquis calidis habentur sectione. 19.
De Aponi balneis Cl. Claudianus.
De balneis Patauinis Antonius de Gradis.
Eustasius de Matera thermas Puteolorum carmine descripsit.
Antonius Baueria in consilijs suis nonnulla de balneis scripsit, vt de balneo Porrettæ, Consilio. 36. 37. 58. *De vsu balnei Petrioli Consilio.* 57. *An balneum Sancti Philippi sit efficacius balneo Petrioli Consilio.* 75.
Christophorus Barzizius in introductione sua ad praxim medicam aphoristice quædam circa balneum obseruanda in genere præscribit, & aquarum thermarumque facultates, pro materiæ per naturam eis admixtæ diuersitate edocet.

CONRADI GESNERI Excerptorum & obseruationum de Thermis

LIBER PRIMVS.

De Thermis in genere: & primum de Thermarum vocabulo.

GRÆCI fontes aquarum calidarum θερμὰς appellant, substantiua voce πηγὰς.i. fontes omissa. quamobrem non alia balnea q̃ quæ sua sponte & vi naturæ calent, thermas ꝓprie nominabimus: inde & nomina propria locis quibusdam indita, ꝙ aquæ calidæ in eis scaturirent: legimus.n. thermas, θερμα-τὰ apud Stephanum, paruam regionem Siciliæ dictam; vel, vt alij, oppidũ Siciliæ. Sunt & Bithiniæ therma, & alia in Prusia quę Regia dicũtur, alia Cappadocię, alia Syrię, alia Dorylei. Therme, θέρμη, vrbs Thraciæ est, vel (vt Apollodorus) Macedoniæ. Thermydra portus ciuitatis cuiusdam in Rhodo. Thermopylæ mons longissimus, in Aegeum mare haud longe à Demetriade protenditur, mediam Gręciam diuidens, in huius portis. i. faucibus angustissimis calidæ aquæ scaturiunt. Vtuntur tamen aliquando authores thermarum nomine etiam pro aquis calefactis, publicis scilicet; in quibus complures simul lauantur, sic thermarum ædificia Romæ ab Imperatoribus constructa leguntur. Laur. Valla thermas & balneas ita separat, vt thermæ sint in quibus tantum calefimus, in balneis (inquit) etiam lauamur. Nam & Baijs, & in multis alijs regionibus sunt loca quędam sicca, quę nos vehementi calore resoluunt in sudorem, quæ nequaquam balneæ dici possunt, quia non lauãt, sed potius vt necesse lauari atq; ablui habeamus, efficiunt: vt thermas vocemus quæ natura sunt calidæ: balneas vero etiam quæ à nobis calefiunt igni. Hæc Valla in Raud. sed fallitur in eo ꝙ thermarum vsum putat ad calorem duntaxat sudoremq; ciendum pertinere, non item ad lauandum. Hetrusci nisi thermulis laueris. Illotus morieris Oppiane, Martialis libro secũdo. Imposuit ei, vt conijcio, Italiæ vsus, vbi thermarum, idest aquarum sponte calidarum vapore potius ad sudorem mouendum, quàm ipsis thermis vtũtur. Vidi ego circa Aponenses thermas, caua aliqua terræ effossa, in quibus, vel supra quæ, ægri partes affectas vapore calido fouerent. Qui vsus in nostris thermis nullus est. sunt enim Germani natura φιλόλουτροι, hoc est balneorum studiosi, & ipsis aquis mergi quàm vapore tantum calefieri malunt, & si hoc in quibusdam morbis salubrius foret. Ego balneas à thermis non aliter distinguo quàm genus à specie. Germani balnea etiã vocãt sudatoria siue laconica, arte structa accenso igne, quæ veteres Græci Latiniq; nusquam balnea nominant, sed inter balnei partes numerant. Sunt enim prima pars apodyterium, id est tepidarium, in qua balneaturi se exuebant: altera in qua sudabãt, cuius diuersa nomina, pyriaterion, hypocaustum, calidarium, sudatorium, laconicum, ξηρὸς θόλος Galeno, idest testudo vel fornix sicca, à forma ædificij. recentiores aliqui balneum aereum dixerunt. Tertia, solium siue labrum calidũ, embasis, δεξαμένη. hoc etiam simpliciter solet balneum nominari. Quarta, frigidum soliũ. Quinta, vbi sudorem detergebant.

De causis thermarum.

Calidis aquis rarissima quæque regio caret, Geor. Agricola. Idem libro primo de ortu & causis subterraneorum, calidarum aquarum causas, inquit, & varias aliorum sententias optimis rationibus refellit. Multa etiam eodem in libro de diuersis fontibus eorumq; differentijs secundum colorem, odorem, saporem, substantiã &c. doctissime disserit. Calentium aquarum rationes aliquot, & cur earundem vi lapides progignantur, Cœlius Rodiginus tractat, Antiquitatum. 30. 16. Io. Dryander in libro de Thermis Germanico Enisensibus cum alia quędã de thermis in genere disserit, tum quibus indicijs artificiose naturalis cuiusque aquæ mistio constet, deprehendatur: pollicetur etiam de thermis latine se scripturum.

De causa aquarum feruentium ex Hieronymo Gardano libro. ij. De subtilitate.

Causam aquarũ feruentium necesse est ignẽ esse, aut putredinem, aut calorẽ naturalem vel cœlestem. Cœlestis haud tantus esse potest, præsertim hyeme noctuq; vt eo aquę ferueant. Naturalis actu non est nisi in animalibus, quoniam animam & sensum habent. Putridus tantus esse nequit: nec vero simile est materiam simul generari & putrescere. Diuturnitas enim huius miraculi declarat generationis ipsius materię necessitatem. Relinquitur igitur causam potius in igne esse. nam calor nisi ad summũ peruenerit, motum habet leuem, & ob id sponte extinguitur. Sed ignis duę sunt species, pruna & flãma. Flammam esse ibi non est rationi cõsentaneum:

nam respiratione manifesta īdiget, plurimumq́; absumit materiæ, vt integri montes bituminis vel mense toto arderent. Terræmotus etiam frequens ob exhalationem sequeretur: aqua vero adhuc esse feruidior, aliquandoq; visa foret, erūperetque per interualla his in locis, cum tamen nunquam visa sit. Indicio est flammam sub terra non posse esse perpetuam, quòd vbi erumpit, nunquam nisi per interualla id cōtigit. Prunam igitur subesse certū est. Sed vnde alitur? vnde motus? vnde respiratio? his.n. tribus ignē indigere superius est demonstratū. Respirationē præbet lapis aridus ac fungosus ignem fouens, non aliter ad vnguem q̃ calidus cinis. Motum exhibet materia noua, quæ perpetuo accenditur, atque ita ignis sedem mutans mouetur. Sic enim in fuligine apud nos quandiu superest ignis serpens seruatur. Nec iccirco concipit flammam, quòd bitumen illud impurum est atq; terræ mixtum. In omnibus igitur fuligini persimilis est materia illa quæ sub terra ardet, vnde fuliginem bituminis speciem esse haud dubium est. Cūm ignis in flammam non erumpat causę duę sunt, altera quòd bitumen impurum, reliqua quòd non respirat. Itaq; fit vt tenuior qn̄q; tum pars illius accendatur, flammamq́; emittat, tum neq; terræmotus & sonitus exauditur. Sed materia nō suppetente quòd saxo mixta sit, nec bene suspiret. Sed quonam pacto non extinguitur, aut saltem dum materiam depascitur, sedem non mutat? Cur non extinguatur causę duæ sunt, bitumen, & frigus aquę, à quo cogitur calor intus, nec secus q̃ in calce ignem accendit. Illud idem frigus ignem in loco eodem retinet, quia semper sub aqua. Sed longo spatio aqua feruet, angusto erūpit. Verum quòd paruus ignis tanto feruori sufficiat, quatuor sunt causę: Prima quòd non respirat, vt in æstuarijs, Secunda, lapidis natura, qui tò plus est per se calidus, multum concipiens calorem ac stabilem, reddensq́; affatim, Tertia, cinis qui relictus est calidus ac plurimus & suapte natura siccior, vnde etiam infusa aqua hic noster qui longe imbecillior est, illam excalfacit. Accedit vltimo quòd aqua illa diuisa est per riuulos, facile ob id calorem concipiens ac retinens, quæ si in vnum coacta esset, vix totius montis incendio incalesceret, & calefacta celerrime etiā rediret ad propriam naturam: ob id nullum mare, nullus lacus, nullum flumen feruere potest ob aquarum abundātiam. Fontes, atq; quo sunt minores, eo acrius soli ebulliunt. Sed cur nō maior pars accenditur bituminis? quoniam solum id accendi potest, quod ab aqueo humido spolia-

D tur. Cum vero totum scateat hoc humido bitumen, atq; hoc ipso à sulfure differat, priusquam accendatur siccari necesse est, diuq; ob id proximo igni etiam reluctari: Ita fit vt valde sensim ignis adiūctam sibi materiam depascatur. Cum igitur nec crescere multum, nec penitus extingui ignis ob dictas causas queat, multa vero sit materia illi parata, paucusq́; ad feruorem seruandum calor sufficiat, necesse est ipsum feruorem multis seculis manere. Manifestum est igitur, q omnes aquæ quæ feruent, natura leues sunt, & medica prędita facultate. Aquas aliquas sponte calidas, nihil aut parum medicamenti habere, & dulces seu potabiles esse, Aloisus Mundella docet epistola decima. Biliosis hominibus thermarum vsus salubrior videtur circa finem veris, phlegmaticis æstate, sanguineis autumno.

E Balneandum autem præcipue matutinis & vespertinis horis, sed non pleno ventre, nimirum ad vitandum calorem meridianum. Sed apud Germanos & meridies & æstas tota remissior est, minusq́; calida. Itaq; thermę apud nos salubriores tutioresq́; videntur, propter aeris ambiētis in æstate temperiē minus æstuosam. Thermarum vis & vtilitas, præcipua est ad balneandum, & ea efficacior in ijs vitijs, quæ cutim & superficiem tenent, q̃ interioribus, nisi intēperies simplex fuerit. Quidā thermis in Melo propter impetigines vsus, ab ijs quidem curatus est, sed in hydropem postea incidens mortuus, vt Hippocrates alicubi scribit. Altera ad fouendas partes vapore calido, vt supra dictum est. Tertia ad potum propter alui purgationem. De aqua balnei Porrettæ in Italia, mane bibūtur cyathi sex,

F qui continent duos vncios, & post ambulationē vnius horę, prioribus excretis, iterū cyathi quatuor semis: ac rursus post parem ambulationē, ijs excretis, denuo tantundem. Tum post tres horas prandium sumitur, deinde intra horas octo fit cœna leuis, & post sexquihoram dormitur. Propter flatus vero qui ex aquæ potu gignuntur, decima parte ante cibū sumi debet cochlearium anisi sacchāro cōditi, & superbibi cochlearium vini. Nonnunquam hora ante prandium vel cœnam in lecto sudādum. Hier. Cardanus errore 49. Sexcentos medicos incusat, qui thermarum aquas sæpe propinant & male. Alioqui pro certis morbis, vt asthmate, ascite, fluxibus vteri pituitosis, semel tantum mane vnam aut alterā pintam bibi iubet per aliquot dies, & balneo abstinere vsq; ad vesperam: calculosi nihilominus balneo vti possunt, nisi ventrem cieri malint. Quarta vtilitas ad clysteres pertinet, qui fieri

fieri possunt ex aquæ cyathis quinque decoqueñdo ad tres cum dimidio redactis, adiecto oleo cum benedicta, pro colicis. Quinta ad capitis perfusionem ex alto. Sexta, vt tibiæ teneantur in cœno fontium, refrigeratæ scilicet aut tumidæ, quod consulit Guainerius fieri in thermis Montisferrati, quas continere scribit nitrum copiosum, salis vero minus, aluminis parum, sulfuris minimum. In cœno (inquit) tibias inflatas tenere, dolorem tollit, tumorem remouet, & astrictione sua eas corroborat. Quod si ad totius corporis humores desiccandos totum immergere necesse sit, tum æger mane balneum ciuitatis intret: sero vero cœnum. Plurimi quidem tibias suas fouent super lapide perforato, qui situs est super quodam fonte calido, qui eas vtilius in cœno tenerent. Accidit sæpe vt marasmati seu resolutioni parati tibiarũ inflatione, seu dolore molestentur. His cœnũ intrare quàm balneum præstat. Hæc ille: mox plura de stuphæ, seu vaporis calidi vsu subiungens, qui forte tũ ad alios quosdam morbos, tum ad hyposarca ipso balneo vtilior fuerit. Cœni vsus in thermis nostris Badenijs esse non potest, quòd fontes omnes lapidibus stratis inclusi sint: in Leuceris Sedunorum commode potest, cum fontes aliquot calidi passim in prato scaturiant, & illas etiam tibiarum vitijs vtiliores iudico, quòd magis exiccent & subastringant.

Thermarum aquas, vtcũq; calidas, duplo tardius ad ignem bullire aiunt, quàm frigidas, & aeri expositas frigidiores reddi, quàm frigidas ex fontibus haustas. Sed posterius etiam simplici aquæ calefactæ conuenit. Nostræ quidem Badeniæ in Heluetia vtcunq; calidæ, nõ vrunt tamen vt vesicas excitent. Iisdem immersos flores flaccidos & herbas marcescentes reuiuiscere vidi. Per autumnum aliquando vasa vinaria eis inijciuntur, vt partes hiantes omnes penitus cõstringantur, qđ & cuiusuis aquæ feruẽtis vi efficitur.

De thermarum viribus quædam in genere ex Leonardi Fuschij medicinæ Compendio.

Naturalia balnea dicuntur, quæ p se, aut sponte, naturaliterue proueniũt, scaturiuntue: alioq; nomine, eo quòd ipsis insit calefaciẽdi facultas, thermæ vocantur. Balneorum autem naturalium, quædam nitrosa, quędam salsa, quędam aluminosa, nonnulla sulfurea, nonnulla bituminosa, aliqua ferri, aliqua æris, aliqua cupri, aliqua auri qualitatem obtinent: quædam ex pluribus horum constant. Est autem in vniuersum oium vis exiccãdi, sed quædam cum exiccatione egregie simul calefaciunt, quædam exiccando constringunt. Speciatim vero quæ salsa & nitrosa sunt, ad frigidas & humidas intemperies, & ad eiusdem generis morbos conferunt. Propterea medemur articulorum doloribus, podagræ, resolutioni, renũ passionibus, asthmaticis, fracturis callosa substantia indigẽtibus, vlceribus manantibus, inflammationibus diuturnis, & iã induratis: præterea capiti thoraciq; fluxionibus obnoxio, vẽtriculo humore infestato, hydropicis, œdematis è morbo prouenientibus, & pituitosis.

Aluminosa vero ad sanguinis reiectiones, ventriculum vomituriẽtem, hæmorrhoidas immodice profluentes, mulieres quæ inordinate purgantur, & quæ frequenter abortiunt. Ad eos deniq; qui immodico sudore resoluuntur, & ad tibiarũ varices prosunt. Sulfurea neruos emolliunt, calefaciuntque, dolores sedant, ventriculum tamen effœminant, & subuertunt, omnia cutis vitia exterũt: quapropter leucis, alphis, impetiginibus, vlceribus antiquis, articulorum defluxui, lieni indurato, iecori, vtero, resolutionibus, coxendicibus, & scabiei subueniunt. Bituminosa vero caput replent, sensuũ instrumenta lædunt, enixe tamen calefaciunt, & prolixe molliunt si quis diutius immoretur, præsertim vterum, vesicam, & colum. Aerea oculis, ori, tonsillis & vuę conueniunt. Ferrea ventriculo & lieni accommodata sunt. Cuprea, articulorum doloribus molestatis, podagricis, asthmaticis, nephriticis, vlceribusq; malignis, auxiliantur. Aurea colicis doloribus, voluulo, fistulis, podagræ & malignis vlceribus succurrũt. Quę ex mistis qualitatibus constant, pro cuiusq; vincentis qualitatis ratione agunt. Proinde ex iam commemoratis facillime omnium Germaniæ nostræ thermarum facultates dijudicare licebit, modo misturam ac cõstitutionem illorum perspectam habeamus. Hæc Fuschius.

De facultatibus quibus corpus humanum afficiunt aquæ salsæ, nitrosæ, aluminosæ, atramentosæ, sulfurosæ & bituminosæ, copiose satis ac erudite scribit Geor. Agricola libro secundo de natura eorum quę effluũt ex terra, vbi etiam de plurimarum aquarum temperatione & natura, in libris quos de medicatis fontibus instituerit, copiosius se dicturum pollicetur.

De thermis Helueticis, & primum de Badenijs.

Bada, hoc est Balneum oppidum est Heluetiorum ad amnem Limagum, quatuor horarũ itinere Tigurum primariã Heluetiorũ vrbem: infra quod, pxime fontes calidi multi copiosiq; scaturiunt, quibus amęniores & splendidius extructos, magisq; frequẽtari solitos, nullos vsquã

videre memini, cum alios multos in diuersis regionibus spectarim. Cognitus fuit & inhabitatus locus iste tpe Cornelij Taciti, atq; ante eius euum, cum ille mentionẽ de eo faciat in hæc verba: Est locus amœnus, habetq; aquas salubres & arcem munitissimã iuxta præter fluentem amnem. Fontes calidi citra & vltra flumen scaturiunt, imo & in ipso flumine. Calor ĩ scaturigine tãtus est, vt nudo corpe ferre nequeas. Műsterus.

Poggij Florentini ad Leonardum Aretinum Epistola, de schola Epicureæ factionis, in thermis Helueticis oppidi Baden, Constantiensis Concilij tempore scripta.

Multa dicuntur ab antiquis rerum scriptoribus de balneis Puteolanis, ad quæ vniuersus populus Romanus causã voluptatis cõfluebat. Sed nequaq̃ arbitror illa ad horum iucũditatem accedere potuisse, aut cũ his nostris fuisse cõparanda. nam voluptatem Puteolanam magis afferebat locorum amœnitas & villarum magnificentia, q̃ festiuitas hoium, aut balneorum vsus. Hæc vero loca cum nullam vel admodum paruã prestent animi relaxationem, reliqua omnia imensam tribuunt iucunditatẽ: vt perfæpe existimem & Venerem ex Cypro, & quicquid est vbiq; deliciarum, ad hæc balnea cõmigrasse. Ita diligenter illic Veneris instituta seruantur, ad vnguem eius mores ac lasciuiam repræsentant: vt quanq̃ non legerint Heliogabali concionem, tñ ipsa natura docti satis & instituti esse videantur. Oppidum ipsum Baden, hoc est balneum, satis opulentum, situm est in cõualle montibus circum imminentibus, iuxta quoddam flumen ingens, rapidissimi cursus, quod in Rhenum fluit, longe ab oppido millibus passuũ sex. prope oppidum stadijs quatuor, est villa super flumen pulcherrima, in vsum balneorum fabricata. Area perampla est media parte villæ, & circum hospitia magnifica multarum receptacula gentium. singulæ domus sua habent balnea interius, in quibus abluunẽ hi soli, qui ad eas diuertere. balnea tum publica tum priuata, sunt numero triginta. Publica tantum duo existunt, palam ab vtraq; parte areæ, lauacra plebis & ignobilis vulgi, ad quæ matres atq; viri, pueri innuptæq; puelle, & oium circunfluentium fex descendit. ridiculum est videre vetulas decrepitas simul & adolescẽtes nudas in oculis oium aquas ingredi, verenda & nates oibus ostentantes. risi sæpius hoc tam præclarum spectaculi genus, mentẽ reuocans ad floralesludos, & mecum met istorũ simplicitatẽ admiratus sum, q neq; ad hoc oculos auertũt, neq; quicq̃ suspicantur, aut loquuntur mali. At vero

D balnea quę ĩ domibus sunt priuatorũ, perpolita sunt, & ipsis viris fœminisq; cõia. Tabulata quędã eos secernunt, & in his fenestellæ p plures dimissæ, p quas vna potare, colloqui, & se mutuo videre & attrectare queant, vt eorũ frequens est consuetudo. Iam desuper cingunt deambulatoria, in quibus conspiciendi confabulandiq; causa hoïes consistunt. Nã cuiuis licet colloquẽdi, iocandi, ac laxandi animũ gratia, aliorum balnea adire & astare. cũ exeunt & ingrediuntur aquas fœminę, maiori parte corporis nudæ conspiciuntur, nullæ aditus custodiæ seruant, nulla hostia prohibent, nulla suspicio inhonesti. pluribus in locis idẽ qui viris & mulieribus quoq; ad balnea ingressus est, vt sępissime accidat & virum seminudæ fœminæ, & fœminã viro nudo obuiã ire. masculi cãpestribus tñ vtuntur, fœminæ lineis induuntur vestibus, crurum tenus ab altero

E latere scissis: ita vt neq; collũ, nec pectus, nec brachia aut lacertos tegãt. In ipsis aquis sæpe de symbolis edunt cõposita mensa sup aquam natante, quibus viri assistere consueuerunt. Pratum est ingens post villam secus flumen, quo post cœnã conueniunt vndiq;, & oĩs generis ludis se oblectant, choreis, cantibus, & alijs viri simul & mulieres. Virtus aquarũ varia est & multiplex, sed vna admirabilis & penè diuina. nego vlla esse in orbe terrarũ balnea ad fœcunditatẽ mulierum magis accõmodata. Itaq; cum plures sterilitatis causa accesserint, mirã illorum vim experiuntur seruatis diligenter pręceptis quibus adhibentur remedia ad eas q̃ concipere nequeunt. Innumerabilis multitudo nobiliũ pariter & ignobilium ducenta millia passuũ huc venientium, non tam

F valetudinis causa q̃ voluptatis. omnes amatores, oẽs proci, oẽs quibus in delicijs vita est posita, huc concurrũt, vt fruantur rebus concupitis. multę corporũ simulant ęgritudines, cũ animo laborant. Ita videbis innumeras forma pstantes sine viris, sine cognatis, cũ duabus ancillis & seruo, aut aliqua affini anicula, quã leuius sit fallere q̃ nutrire. Hic quoq; virgines vestales, vel vt rectius loquar florales. hic abbates, monachi, fratres, sacerdotes, maioriq; licẽtia q̃ cæteri veniũt. & simul qñq; cum mulieribus lauantes, & sertis quoq; comas ornãtes, oĩ religione abiecta. omnibus vna mens est, tristitiam fugere, quærere hilaritatẽ. mirabile dictu, in tãta multitudine, non raro hoium mille, in tam varijs moribus, turba tã ebria, nullam discordiã oriri, nullam seditionem, nullũ dissidiũ, nullum murmur, nullũ maledictũ: cernunt viri vxores tractari, cernunt cũ alienis loqui, & quidem solam cum solo. Nihil

mouentur,

mouentur, nihil admirantur. omnia bona ac domestica mente fieri cogitant. Itaque nomen Zelotypi, quod quasi omnes maritos nostros oppressit, apud istos locum non habet. incognitum est id verbum, inauditum. Hæc Poggius.

De thermis Helueticis.

Scripsit libellum de thermis nostris Badensibus Henricus Gundelfinger Beronēsis ecclesiæ canonicus anno salutis. 1489. vnde mihi ea q̃ subieci, excerpere libuit. Baden oppidū situm est ad Lindemacū fluuium, amœnissimo loco, saluberrimo cœlo, rerū oīum copia abundans, montibus cingitur, q̃ summa sui parte ꝑcera nemora hn̄t & antiqua, in q̄bus diuersa deorū gentilium idola à ciuib⁹ nōnunq̃ reperta fuere. Ab hoc oppido distat oppidū Brugg duarum ferè horarū itinere, vbi hæc inscriptio reperta est. Imperator Titus Vespasianus Cæsar Augustus. VII. Cons. Marti, Apollini, Mineruæ arcū. Vicani Vindonissensis Curię. Tito Vrbanio Mattoni. Tito Valerio Albano. Lucio Veturio Melloccotio. Ruffo Quinto Sextio. vnde cōijcitur Vindonissam (vrbē olim ingentē, cuius ruinę vestigia adhuc extāt) Vespasiani quondā sedē fuisse. In hoc vico, vbi nunc thermarū locus est, Romani quondā principes, & ꝓcipue Lucius Cassius Cōsul ante C. Iulij Cæsaris tpa à Tigurinis iterfectus (qui & balnea ista instaurasse creditur) Romanorum dijs statuerunt tēplum, quod crescente postea religione christiana, tribus Magis, qui ab oriente Christū infantem aduenę inuiserūt, dedicatum fuit: & balnea ipsa triū Magorum appellata. Anno salutis. 1420. cū ciues Badenses maiorem fontē aperirent, qui formas ꝓfundissimas, & rotundos canales habet, vt quæ tp̄is iniuria collapsa erant restaurarent, idola quędam repererunt, & imagines Romanorū in alabastro sculptas: item ex ære nummismata, hoc modo signata: Cæsar Augustus Octauianus: itē Vespasianus, itē Decius, qui Tiguri habitauit, imperiali corona redimitus. In agris etiā, syluis & montibus, aliquæ idolorum imagines repertę sunt. Balnea publica duo sunt, quorū alterum (his destinatum qui nimiū fęda & contagiosa scabie vel vlceribus laborant, vt mendici plurimi) S. Verenæ cognomina tur, nēpe virginis Thebeæ legionis, Zurzachiensis collegij patronæ, inibiq; sepultę: q̃ hoc balneo aliqñ vsa creditur. Eo ipso in balneo saxū rotundum est, in medio cauum satis profunde, in quo mulieres steriles insertos pedes aliquandiu retinent, hoc ad fœcunditatem eis facere persuasæ.

Castella siue fontes, à quibus aquæ calidæ ad balnea fistulis deriuantur, octo sunt numero in hoc vico. Trans flumen etiā alij duo. (Thermas minores vocant, quibus plebei & rustici ferè soli vtūtur) & vnus in ipso flumine, icirco inutilis.

A Viri & fœminæ balneis cōībus vtuntur: etsi leges sacræ & Canones infamem illum faciāt qui cum mulieribus balneatur. ꝙ si coniugē habuerit donationē propter nuptias perdat, & mulier alieno cū viro balneans, dotem perdit. vt cap. de repud. L. Iunto. Lege cauetur Lombardica. Si vir thermas mulieribus discretas violēter intrare præsumpserit, capite puniatur. Nam Carthaginensis synodus conclusit non oportere altaris ministros, vllosuè Christianos lauacra habere communia. Legimus etiam à Iulio Capitolino historico, M. Aureliū, Antoninū Imperatorem collaudatum, ꝙ lauacra mixta submouisset.

B Sulfuris vis in his aquis pręcellit, cui exiguam portionem aluminis mistā putamus. Maio & Iunio mense pręcipue salubres sunt. Nullis cœli aut tēpestatum quantūuis mutationibus alterantur. Hyeme tn̄ calidiores sunt, æstate tepidiores: Verno & autumnali tpe plurimū sulfuris dispergunt, quod innatat, siue copiosius, siue atomorū instar, & cineris. collectum vel ex balneo, vel ex canalib⁹, siccatumq; ardet. vires harū aquarum admirabiles sunt, si rectè vsurpentur, & à noxijs humoribus, vt decet, corpus ante purgatum sit.

Cerebro ꝓsunt, si modo nucha ab occipitio eis foueatur, imersa teneatur. visui apprime ꝓsunt, oculorū ęgritudines tollunt, auditū iuuant, narium fœtorē abolent, olfactum restaurāt, totius deniq; capitis dolores mitigāt, catarrhos sanant, humores in lingua & palato aut gula tenaciter hęrentes cōsumunt. stomachū fastidio liberant,

C concoctionē promouent, viscerū obstructiones aperiunt, Ilium (lumborū) tollunt & eradicant: renum lassitudinē doloremq; curāt, & in priorē statum restituunt. vltra solitum carnē deficcant & calefaciunt. malos humores, & pręcipue intercutaneos euacuāt, ijsq; cōsumptis cutim clarificant. scabiosos, pruriginososq; mundificant. Phlegmate & malis humoribus repletos alleuiāt. epilepticos iuuant: item arthritim, chiragrā, podagram, & ischiadem ex causa frigida. Ictero eiusq; differentijs (croceo, viridi, nigro) nocent sua caliditate, vt & arthriticis ex causa calida. Quare cholericis quoque, hepaticis, & splenicis parū conferunt. In oībus quidem morbis quos iuuant, mulieribus, q̃ viris vtiliores sunt. sed mulieres quoq; cum fluunt mēses, tum his, tum balneis oībus abstinere debent. pueris ante decennium non parum nocēt. senibus quidē & decrepitis si rite vtantur, prosunt. fœcunditatē mulieribus

ribus conciliant: vteri suffocationes, obstructiones, præcipitationesq; sanant. Naturalium læsiones restaurant, lassitudinis & doloris sensu affectos quacunq; ex causa, labore, vulneribus, verberibus, casu aut lapsu curāt: & neruis concussis, locis neruosis ruptis aut vulsis medētur. Sed partes contusas cute maneute integra, putrescenteq; (nisi prius per phlebotomiam, scarificationē aut cucurbitulā putridus humor extrahatur) minime curant. Vulnera ēt recentia neq; putrescētia, ob aluminis genus admistum, mirabiliter sanant. cicatrices & liuores ex vulneribus & ictibus dissipant. morpheam præmissis pharmacis, mitigant, sanantq;, lepram tñ superuenturā non impediunt, eandem contractam & confirmatam, penitus corrodendo exasperant.

Quomodo utendum sit ijs balneis, ex eodem.

His thermis vti conuenit corpore prius purgato, cōstitutione aeris serena & salubri. quòd si balneātiū ventres dorsum versus contrahātur, bene sperandum est: si vero inflentur, aut torminibus affligautur, malū id signum est. Indulgendū est autē balneo quotidie circiter horas septē, quatuor scilicet ante prandiū, et tribus post prandium, sufficiente interuallo à prandio intermisso, vt corpus interim mediocriter recreari & extendi possit. In balneis cibo, potu, & somno abstinēdū. macris cōsulimus, ne diutius ieiuni balneo immorentur, habitiores vero per horas quatuor maneant vt iam dictū est. mulieribus ꝙ frigidiores sint & minus siticulosæ, octo vel nouē horis, aut amplius balneari permittimus. debet aūt continuari balneū per dies vt plurimū quindecim. quòd si per viginti, aut plures dies continuaueris, & tanto minus ꝓ dies singulos immoreris, ꝓstabit. tristitia interim oīs exterminanda, & honestis gaudijs fruendū. Post cibum moderatum, per loca amæna deambulandū, donec cibus ad stomachi fundū descendat. gallinarū ius aromatibus conditū autumno cōuenit, sic legumina damnantur: ius tñ eorū conceditur. caseo, & oībus fructibus crudis abstinendum, nisi quid medicamenti causa sumatur. Vinum bibendum clarū & bene dilutū pro ratione tēporis & vini potentia. aqua mera alijsq; potibus abstinendū. Corpus eiusq; partes, & caput quoque, non alia aqua q̃ de balneo hausta, ablui debent. Laconica & sudatoria post recessum à balneis nō ante nonum diem ingredi consultum est. Hucusq; Henricus Gundelfinger.

Inter cęteros fontes huius loci vnus est quē inferum appellant, ꝙ multis gradibus ad eū descendendū sit ad locū hypogeum, in diuersorio

D quod bouis effigie insignitur. quo & si plebei ferè tñ homines vtautur, alijs tñ quibusdā præstat, quòd aquę alueorū omnium (habet autem quaternos) in ipsis, vel iuxta ipsos scaturiant, nec opus habeant ꝑ canales deduci. Et ꝙ cum altius infra terram sint (lucis abunde habent) vapores aquarū amplo altoq; spatio separantur, quo minus caput & oculos repleant: & aer illic tēperatior est, hoc est minus frigidus hyeme, & minus calidus ęstate, vt fit in hypogeis. ex quatuor istis alueis, vnus craterē habet, hoc est foueā profundiorem cum scaturigine aquarū, in quo stantes lauari possunt. præcipue vero mulieribus, quę ꝓpter aliquē vteri affectū balneis vtuntur, in crateribus balneari vtile est, ꝙ calor subinde inferne subeat: & viris ēt quibus pedes, aut aliæ partes inferiores quæuis à pedibus ad vmbilicū vsq; affectę sunt. sed crateres in alijs quoq; diuersorijs

E sunt, & qdē multo ampliores, ꝓfundioresq;: quorū mihi maxime placuit q in atrio Stadiēsi est, vt vocāt, deindeq in diuersorio vrsi. sed bouis diuersoriū ꝑter tres alueos aquæ sulfuratæ, quartū habet peculiarē, cuius aquæ parū sulfuris, multū vero aluminis inest, qd & alias & gustu deprehēditur, quē leniter astringit. hæc tepida est, & ex profundo quodam puteo intra parietem contiguum parce profluit: sed aquę sulfuratæ bene calidę ex fonte proximo copiosæ profluētis, quāta libuerit copia misceri potest. videtur hęc oculis salubrior, & diutino balnei vsu exulceratos citius iu ea sanescere aiunt. In cæteris diuersorijs oībus, nulla aquarū differentia est, ꝙ sciam, nisi ꝙ alię alijs forte calidiores sint, siue quòd vt quęq; scaturigini ꝓpior est, ita calidior, siue aliā

F quoq; ob causam. Sulfuratę sunt oēs & copiosæ quidem. quamobrem ipsius ēt per se sulfuris vires ex C. Plinio huc adscripsi. Calfacit (inquit) »
concoquit, sed & discutit collectiones corporū, »
ob hoc talibus emplastris malagmatibusq; mi- »
scetur. renibus quoq; & lumbis in dolore cum »
adipe mire prodest impositū. aufert & lichenes »
à facie cum terebinthi resina, & lepras. Harpa- »
cticon vocatur à celeritate auellendi. auelli.. »
subinde debet. prodest & suspiriosis linctum, pu »
rulenta quoq; extussientibus, & contra scorpio- »
num ictus. vitiligines viuum nitro mistum, atq; »
ex aceto tritum & illitū tollit. Item lendes in pal »
pebris, aceto Sandarachato admisto. »

Mixta est aqua thermarum Badēsium multo sulfure & modico alumine. quāobrem calefacit, exiccat, consumit, aperit & attrahit oēm noxium & frigidum humorē. conducit vitijs capitis, q̃ à frigore & humiditate cerebri oriūtur, vt sunt

sunt lethargus, obliuio, neruorum languor, apoplexia, læsus auditus, & visus. consumit quoque pituitã & frigidos humores à capite delabentes, calefacit & exiccat ventriculũ. iuuat concoctionẽ, aperit obstructiones hepatis & splenis. sedat tormina, q̃ colicam et iliacã vocãt. reprimit dolorem mẽbrorum, qui à frigore cõsurgit, & purgat cutẽ à varijs imũdicijs. calidi & sicci tẽperamenti hoĩbus nocet: & phthisi aut hectica attenuatis. fœminis vtilior q̃ viris: parum prodest decrepitis. Hæc Mũsterus. Eadẽ ferè Fuchsius. & insuper: detentos menses euocat, sterilitatem aufert. Thermarum vsu morbi quidã curantur, alij mitigãtur, aut differuntur eorũ periodi, alij læduntur. Idẽ nõnullis causa mortis est, cum alias, tum ob prauã victus rõnem. Mitigãtur inde vlcera crurum, & articulares morbi & pituita. Scabiei ferè oẽ genus in oĩbus ferè balneis naturalibus curari notũ est: & in artificiosis quoque, si remedia exiccantia addantur. Scio in his nostris thermis amicum tẽpamenti phlegmatici ab interna in scapulas defluxione curatum. Cutem ab eis laxiorẽ molliorem q́; reddi, vt contra in Leuceris Sedunorum sicciorem solidiorem q́; ipse expertus sum. Veterẽ tussim aut curant, aut leniunt, asthmaticis prosunt. Epilepticos quosdã sæpius tentari solitos, quãdiu balneis vsi sunt, ĩmunes egisse audio, sed domum reuersis, morbum quoq; rediisse. febribus diuturnis, phlegmaticis & melancholicis prosunt, vbi iã concoctę fuerint. consulunt aliqui, vt febrientes in ipso balneo paroxysmum expectẽt, & maneãt donec frigere desierint, haud scio q̃ salubriter. menses albos ob frigidã & humidam siue totius corporis, siue vteri tm̃ constitutionem, curant, si tñ victus ratio, vt par est habeatur, & medicamentorũ si his opus esse videatur. nam si quæ intẽperantius viuunt, vt plurimæ in his locis solent, & hunc & alios morbos, quibus ante caruerant, secum reportãt. quare vulgo mulierculę nostrę dicunt, album vteri fluorẽ thermis curari, & si non fuerit acquiri. Mulier quædã laborãs stranguria (nostri vocant, die harmoinde, den kalten seich,) thermis istis adiutam esse mihi retulit, excreta subinde multa crassa, tenaci et turbida vrina, cum Leucerę Sedunorũ nihil ei profuissent. Noui & virum annorum. 55. eundem morbum longo tpe expertum, plurimũ his thermis leuatum esse. Sunt quibus crura etiam absq; vlcere tument, & supueniente interdũ vel bile, vel sanguine, (nostri appellant, die ijberrœte, das vulken, den carbunkel) subito paroxysmo acerrime corripiũtur, ita vt quidã peste infecti videantur, bubone etiã ad inguen apparẽte, quod his serè accidit, qui sine exercitio in otio edũt bibũtq́; affatim. Horum ẽt aliqui tum viri tum mulieres vtiles sibi hasce thermas fuisse p̃dicarunt. Similis morbus euenit circa caput p̃sertim posterius & ceruicem, qui si ex phlegmate tm̃ vel copiosiore fiat, huius balnei vsu sanatur, aut saltem lenitur, vel differtur. Nã mulier quædã subinde infestari solita, à thermarum vsu, alias ꝑ sex menses, alias diutius immunẽ se fuisse mihi narrauit. incidebat aũt in hũc morbum ex frigore potissimum, aut humore aliquo madefacta: sudãdo facile liberabatur. Alias vero prę nimio calore in Laconico, & tũ diutius durabat morb⁹. Rusticus quidam pestilentia infectus, cũ euasisset, aliquãdiu capitis colliq́; dolore & tetano & surditate laborauit, à q̃bus postea in thermis istis liberatus est.

Quòd vero multis nocent, hoc contigit vel ratione morbi, vel ẽt si morbo ꝓdessent, propter malã victus rõnem, vt diximus: q̃ quidem ĩ thermis multo nocẽtior est, q̃ domi. Nam & vires à balneo resoluuntur, & humores trudi à nimio, aut intẽpestiuo cibo potuq; in venas rapiũtur, & praui ex prauo victu, aut humoribus malis iam prius collecti, ad cor & alias partes principes citius deriuãtur, vtpote ꝓpter balnei calore fluxi, aut in vapores soluti. Pleriq; nulla modi aut temporis rõne habita, nimiũ & in balneo & extra se ingurgitãt. diuersa vinorũ gñа quotidie bibunt, & in gratiã sociorum cõpotant & comessantur. nec vinum tm̃, idq; merũ, sed quoties libuit lac, serum, aquã e salientibus puteis, fluuio, frigidã, & e balneo calidã bibunt. Fructus & poma aliosq; cibos oẽ genus, salubres, ĩsalubres ingerũt. Multi e plebe nõ assueti domi vino vti; aut pauco & vili, eoq; inter multos labores, hic copioso, generoso, & citra oẽ exercitium replentur. Alij contra propter inopiam aut auaritiã, mali succi cibo potuq; vtuntur, à quibus etsi domi cum laborarent nihil lęderentur, in thermis tñ alia ratio est. Sũt qui dies & magnã noctis partem in balneis exigant, mergorum instar, nullo aut breuissimo ẽt à cibo tpe intermisso. Quare non mirum si vires multorum exhauriãtur, si multi febriant, lippiant, et cruditate, colica alijsq; affectibus vel statim vel paulo post implicenť. Audio periodis annorũ aliquot thermarum vim acriorẽ fieri, ego cũ illic essem anno salutis. 1547. plurimorũ oculos lædi & inflãmari aĩaduerti, quod octauo vel nono ante id tẽpus anno similiter factũ aiebant. Sed pleriq; facile mox sanabantur etiam in ipsis balneis. Ego quanq̃ lusciosus seu myops, quater aut quinquies his balneis vsus, ꝑ mẽsem ferè singulis

gulis vicibus,nunq̃ tñ oculos inde læsos percepi, D neq; visum hebetatum. Cõsuetudo nostra ętate est,vt pleriq; mensem vnum, diuites etiã amplius in thermis morentur,& quotidie tñ multis horis in balneo desideant,nec satis habent semel exulcerari,et sanari:sed bis autter cutis exulcerationem sibi repetendã putant. Ego pro morborum,virium,ætatis,sexus,& aliarum circunstantiarum discrimine,alijs paucos,alijs multos dies,balneo vti consuluerim: quibusdam semel, alijs bis, aut amplius exulcerari, alijs ne semel quidem, sed paulatim,& per interualla digeri.

Ipsius thermarum aquæ potum paucis cõcesserim,nisi pparce bibatur ad sitim tollendã,quam tollit etiam feruida è fistulis hausta. Ad thoracis morbos forte profuerit, sed stomachũ et ventriculum debilitat:& renes ac ventres quorundam nimium dilatat,vt crassa etiã materia, interdum E sanguinolenta admittatur. Sunt qui alui ciendæ gratia bibant, sed illi copiosius bibere debebant & inambulare,vt supra dictũ est. Iam ista vulgi persuasio stolida & absq; ratione est, qua plurimi dictitãt,morbum quẽuis in balneis ortum ab ijsdem curari. Quanq̃.n. fieri põt vt balneum morbos quosdam in corpore latitãtes prodat & excitet,ac eorundẽ materiam postea consumat, (vt & comitialis morbus à quibusdã remedijs,et proditur & curatur:)plurimi tñ morbi à malo victu alijsq; causis inter balneãdum oriri possunt, quos balnea nunq̃ curarint. Serpẽtes nõnunq̃ in aquis istis calidis reperiuntur, pſertim in atrij posterioris, vt vocant,alueo vltimo aut penultimo:sed neminem vnquam ab eis læsum audiui.

Vulgo dicunt satis vsum balneo,cui aqua pauca,in volam exceptam statim exiccatur. Quòd F si aqua balnei in primo ĩgressu aliquis vri videatur,& mordicari,sed ad breue tempus, tum frigere incipiat,illi suadetur vt mature balneo vti desinat,ne lædatur, tanq̃ iam satis aut nimium vsus. Cute in summis digitorum pulpis corrugãte,per singulos ingressus moræ in balneo sufficientis notam faciunt aliqui, (quanq̃ & apud Guainerium eã reperi,qui ficciores & imbecilliores nõ diutius immorari vult:) sed nimis crassè. Mos est in thermis istis, vt plurimi qui eis vtuntur,venas quasdam superficiarias in dorso incidant,præsertim cõtra renum & lumborum dolores. Sunt autẽ venæ illæ geminæ, digitis circiter quatuor supra orrhopygium sitæ, binis vero digitis à spina dorsi distantes, vtrinq; singulę, perq; exiguę & difficiles inuentu, cũ ligari & vrgeri non possint:atq; scalpellus nõnullis quater aut quinquies adigitur, priusquam tangantur ...

De thermis Fabariis ex Cosmographia Seb. Munsteri.

Monasterium Fabariense ordinis S. Benedicti,situm est in Rhetia,& diœcesi Curiensi. Distat autem à Curia secundum descensum Rheni duobus milliaribus Germanicis, in alto monte extructum,quo cũ ascenderis,patet magna planicies cũ amœnis pratis,syluis opacis,& largissimis fontibus. ab illa planicie montes vtrinq; in cœlum ascẽdunt,quos separat profundissima & præceps vallis,p quam perfluit horrendo strepitu amnis glacialis,qui Ragatij prorũpens ex con ualle,recta petit Rhenum. spacio vnius ferè horæ pedestris itineris versus meridiẽ,inueniuntur thermæ iuxta dictam glacialem aquã prodeũtes ex petris in ima valle inter altos & coniunctissimos montes depręhensę ante trecentos annos à venatore quodã. Ascẽdunt ibi à ripis decurrentis amnis horrenda & alta saxa, infra iuxta amnẽ ferè coniuncta, in medio vero plurimum excauata,& supra rursum recuruata & ad se ipsa inclinata,in medio spaciosum efficiẽtia sinum, ĩtra quẽ & hodie tres,aut quatuor extructę sunt domunculę obscuræ, haud multũ supra glacialẽ aquã fulcris substentatæ,ad quẽ locum olim nemo descẽdere poterat citra adminiculũ longissimi funis aut scalæ dependentis. oĩs quidem hic thermarum locus intra petras conclusus est ceu in ĩmensa spelunca,relicta superne inter oppositas petras ingenti rima, quę sole in meridie constituto demittit deorsum fulgorẽ radiorum ad horam vnam, idq; tempore æstiuo quando sol supremos hemisphęrij tenet gradus. tanta alioqui obscuritas est in voragine illa,vt meridie ferè opus sit lumine. in ea petra quę orientem versus instar muri erigitur (non.n.tantum excauatur,quantum oppositus paries) facta sunt gradatim magna & profunda foramina, & in ea inserta valida ligna,quibus ad longitudinem quinq; aut sex cubitorum prominentibus, trabes secundum longum & latum impositę, pontẽ struunt, per quem hodie sensim ascẽdunt & descendunt tum homines, tum equi, sine vllo periculo.

Aquæ harum thermarum calidæ sunt,sed non feruent. fluxus earum æstate media tantus est,vt pro duobus millibus hominum satis eructaret aquarum, si spacium eis in satis ampla planiciẽ daretur. nunc in tanta angustia vix centum hominibus patet locus. est.n. capsa in qua homines balneaturi sedent, sculpta in lapide, adhęrẽte saxo erecto. sedent isthic homines thermis fruituri in tenebris atq; Acheronte. Aqua prorsus pura et nitida est, ab auri et cupri minera originem trahens,

trahens, nec habet vllum sulfuris aut nitri foetorem. incipit erumpere verno, & desinit post autumnū. crescit cum herbis, & rursus languescit cum eis. vires habet perquā efficaces. Quosdam morbos curat nouem aut decem diebus, alios duodecim aut quindecim, iuxta cōplexionum varietatem, & personarum, agrestem educationem, accuratamq; ac negligentem balneādi rationem. tollit quāuis membrorum contractionem ac dissolutionem, quam induxit vel ira, vel vinum. Aufert quoque tremorem manuum & crurum: item arthriticam, chiragram, & lassitudinem mēbrorum: aut cum mēbra defectu succi extenuantur, abigit inueteratas febres, atq; eos morbos qui ad icterum degenerant. curat calculum renum, vitia renum & vesicæ, omnesq; occultos affectus & intercutaneos, vt sunt scabies, psora, impetigo, asperitas squamosa, & similes sordes cum cutis pruritu. Item sanat omnia vlcera aperta, quæ sub genibus in cruribus exoriuntur, cancrum, fistulam, vlcera suppurata, & apostemata pectoris. curat etiā omnia non bene curata vulnera, præsertim quę præcipitanter curantur, priusq̃ naturalis caro succreuerit. crurū fracturas non bene sanatas curat: item eneruata ac luxata per ruinam aut torturam membra, punctiones & vulnera ex sagitta aut bombarda relicta: concretum ex casu, impulsu aut ictu sanguinem, membraque frigore emortua. conducit & dolori capitis. vegetat memoriam, visum roborat & auditū, aperit oppletiones. i. obstructiones cerebri & neruorum, quales sunt morbus caducus, apoplexia, spasmus, &c. Huc vsq; Mūsterus.

Ego etiam ipse has thermas intuili & per biduum vti volui. sunt autē ferè tepidæ, si ad alias thermas conferantur, ita moderate tamen calidæ, vt neq; frigeant in eis balneantes, neque caleant aut sudent. In cratere, quem bene amplum & profundum habent, plus caloris est. ex odore, colore aut sapore, cuius metalli vis in eis excellat, indicare non est: sed neq; innatat aut subsidit quicquam, vnde conijcere liceat quicquam certi. ego lapidem bene grauem ī superiore balneo (quod minus et obscurus est ī imo rupis recessu) inuētum, mecum abstuli, quem aurifaber apud nos vir bonus & in arte sua peritissimus, cum ad ignem examinasset, nōnihil auri sed modicum, continere, mihi asseruit. Quidam qui gallico morbo & paralysi laborauerat, his thermis vsus, non sanatum se quidē, sed melius inde habuisse mihi retulit: & ex aquæ earum potu aliquando sanguineam vrinam sibi excretam.

Germanię thermarū merito sibi primas vendicant thermæ in Curiensi dioecesi sitæ, Pfæfersbad. Constant mixtura auri, sulfuris et nitri. Harum aqua non continuo manat, sed tertio die Maij erumpit, decimo vero quarto Septembris iterum sese subducit. mirifice doloribus capitis confert, memoriam roborat, visum auditumq; acuit: cerebri obstructiones ac neruorum aufert, articulorum doloribus, vlceribus, fracturisque ossium succurrit. Fuchsius.

Thermæ fabariæ ab ortu fluminis Rheni decem fermè passuum millibus distare videntur, prope quas D. Benedicti monasterium extructum est, in cuius Annalibus legitur thermas illas olim scaturijsse in altissimi montis sinu, & ducentis postea annis amissas, tandem interuenandum profundissima in valle (vbi nunc sunt) fortuito repertas. Per maiorem anni partem deficiunt, æstiuali tamen tempore per duos tresue menses nobis apparent. Præ cæteris mundi thermis auro comparātur, cum sit purissima earum aqua, nitidissimaq;. calidis ac frigidis temperamentis & ætati conuenire iudicantur omni, in gustu delectabiles. & tametsi de auri minera oriantur, oportet vt ab igne perpetuo naturaliter ardente foueantur, quem quidem alumine & nitro in terræ venis ali conijcimus. Attingūt tamen nihilominus auri venas. aureæ quidem micæ in Rheni etiam propinqui fluminis ripis illic inueniuntur in arenis, ab illis qui perquirere ac rite abluere norunt. Hæ aquæ balneantibus neque torporem neque lassitudinem inducunt. Solent autem per sex aut septem dies immorari.

Podagram, chiragram, & omnem arthriticam passionem, calidam saltem, repellūt. capitis neruorum obstructiones aperiunt, visum mirifice reficiunt. In multis præsertim frigidi temperamenti hominibus, carnis stimulos ad tempus extinguunt, & potentes impotentiores reddunt. (Hoc ita fieri ipse etiam ab vno & altero huius balnei vsu sic affecto audiui). vina eo in loco & si generosa sint, nimiam sitim tamē aut fastidium cibi, nisi quis bibendo modum excedat, nō inducunt. vulnerum etiam cicatrices tollūt, & ex vulneribus contractas rugas & curuaturas membrorum, læsasq; iuncturas emendant. memoriam defessam aut morbis læsam, mirabiliter restaurant. In summa vix quemq̃ absque fructu dimittunt. Gundelfingerus.

Scripsit de his thermis Germanice libellum apud nos excusum Theophrastus Paracelsus empiricus, vbi eas prodesse scribit membris contractis ob iram, vinum aut colicam. tremori ex ira, victu inordinato, frigore, arthritidi omni,

coxarum

coxarum & dorsi doloribus, lassitudini ex calore aut labore. membrisq; quæ alimentum non sentiunt. omnibus morbis ad auriginem inclinantibus, aut à bile prouenientibus cum apostematis internis. febribus chronicis, præsertim quartanis, paralysi & diabete, si tertio repotantur. omnibus morbis muliebribus. calculo rubeo & albo & in vesica concreto. omnibus renū & vesicæ vitijs. ad omnem scabiem. omni vlcerum generi in cruribus, siue sub genibus, & crurum vitio quod Germani vulgo ab humore effluente olearium vocāt, (hanc huius balnei vim ipse etiam à multis expertis accepi,) fistulis cuniculosis & alijs malignis inueteratisq; etiam ex Gallico morbo vlceribus, cancris, mamillarum abscessibus. vulneribus male vel ante tempus sanatis, quę rursus aperit & præparat perfectæ curationi. fracturis, luxatis, conuulsis, sugillatis. membris refrigeratis calorem restituere. nocere leprosis seu elephantiacis, hydropicis, grauidis, morbis inueteratis & abscessibus internis, epilepticis, ad diarrhoeā vel colicā, pnis ex ira. hęc ille.

Fabarię aquę omni temperamento, calido & frigido conueniunt, concoctionem iuuant, podagræ & omni arthritidi vtiles, auditum purgant, visum acuunt, malos humores in corpore dispersos expellūt. christalli instar limpidę sunt, quare & bibuntur, & cibi cum eis coquuntur. Ioa. Folzius. Thermæ Fauarianæ intra trecentos annos repertę sunt per venatorem quendam, qui ex familia sua Vogler vocatus fuit: hic insecutus pullos coruorū sylnaticorum (aliqui saxatiles vocant, quòd in rupibus & antiquis turribus nidulentur) peruenit in niuium desertum, descendensq; in profundum montiū hyatum, inuenit aquas calidas, Aegidius Tscudus in libro de Alpinis gentibus ædito anno Dñi 1538.

De Fiderio fonte balneorum frigido.

Prętigoia vallis est Rhetorū, Rhetigoia olim dicta à monte Rheticone, quatuor milliarium Germanicorū longitudine extensa. In eius medio supra villam Fideris sunt aquæ aluminosæ, acidulæ, quibus calefactis balnei loco vtuntur non tantum incolæ & vicini, sed etiā qui longe habitant ad imbecilles stomachos & ægre concoquentes: item ad excreationes sanguinis, febres & abundantes menses. Munsterus.

D

Hoc balneum etiam ipse ingressus sum experiundi gratia. situm est loco aspero inter montes, cum diuersorio parum instructo. aqua ex puteo hauritur frigidissima & clara, sed cum inferbuit, turbatur & crassescit, vt lactis ferè substantiam coloremq; referat. feruenti spuma multa et crassa adimitur, quæ siccata puluerē album reddit, vlceribus siccandis vtilem, sed turbantur & albescunt aliæ etiam aquę medicatę fontinm frigidorum pleræq; omnes, ni fallor, cum ad ignē ebulliunt. sponte vero calidę omnes sunt claræ, nisi ꝙ quędam certis temporibus turbantur aut inficiuntur abundantibus metallis, aut medicamentis alijs subterraneis, quę aquis vires suppeditant. bibunt hanc aquam qui balneis vtuntur, quibus grata est, & frigiditate sua & sapore acido, fermè vinoso, vinum acerbum referente. pręter cætera cōuenire videt arthriticis sanguineis aut biliosis, alijsq; similis temperamenti morbis.

E

Ego machinā eius loci maxime admiratus, qua è puteo aqua hauritur, rota per defluentem è canali aquam riui montani impulsa, & deprimente ac eleuante vicissim suo motu hastam immissam tubo in puteū demisso, cuius hastę ima pars orbe ligneo inserto & corio circumaffixo, tubi capacitatem accurate implet. itaq; eleuata hasta aquā secum educit, vt iam in plerisq; apud nos puteis fit, hastam cum loro aut baculo attracto, subinde eleuando. Hoc vero in hac machina rarum & artificiosum est, quòd aqua sic hausta è puteo, & in canalem proprium effusa, in lebetem ingentem defluit vbi calefiat, quem cum impleuerit fluere desinit, ita vt lebes semper sit plenus, nec vnꝗ redundet. quę omnia solo machinæ artificio, nulla ministri opera accedente fiunt. nam cum plenus est lebes, aqua riui montani rotam impellens fluere desinit, ligno quodam in canalem immisso impedita, quod pendet à baculis quibusdam. nam in summo lebete tabula quædam lignea est, ijsdem baculis in medio copulata, quos erigit altius cum plenus est lebes, erecta autem baculorum pars anterior supra lebetem, deprimit posteriorem, à cuius ligno ita canalis obstruitur. sed hęc omnia clarius intelligentur ex adiecta figura.

F



A Locus in quo aqua Balnei hauritur è puteo.
B Rota quam riuus montanus impellit.
C Canalis ligneus.
D Aqua defluens è riuo montano impellens Rotam.
E Aqua riui montani seorsum defluens quando non impellit rotam.
F Hastæ immissæ quæ implent tubos.
G Tubi in puteum demissi.
H Orbis ligneus.
I Corius circumaffixus.
K Canalis ex quo aqua effunditur.
L Lebes in quo calefit aqua.
M Lignum quod est operculum impediens riuum montanum.
N Baculum præcipuũ quod sustinet Cyconiam.
O Tabula quæ lebetem operit.
P Baculum paruum infixum operculo Lebetis.

Cum per alpes ante annos aliquot in Italiam transirem, medio ferè itinere inter Curiam & Clauennam, si bene memini, in monte Speluca thermas esse audiui natura calentes.

De thermis Brigensibus apud Valesios, ex Seb. Munsteri Cosmographia.

Est valde amœnus locus circa thermas Brigenses, interceptus montibus & Rhodano fluuio. A septentrione incumbit thermis mons altus & præceps, ex cuius radice & petræ scissura promanat vena tenuis aquarum calidarum, quæ tribus canalibus deducitur in tres capsas, quarũ quæq; capax est quindecim aut sexdecim hominum. Est autem aqua illa in prima scaturigine non calidior quàm corpus humanum ferre possit. Illud mirabile & iucundum visu, quòd ex eadem petrarum scissura, riuulus aquæ frigidæ manat. A qua illa tota sulfurea est, salubris & efficax his, qui externas in corpore habent plagas & corrosiones. Conducit & surdis atque tinnientibus auribus, spasmo, tremori & catarrho. Item scabiosis & vlcerosis, atque sterilibus fœminis. Vis eius quatuor mensibus, Aprili, Maio, Septembri, & Octobri maximè commendatur. Nocet ijs q capite & corpore debili sunt, & qui iecore ac renibus calidis sunt, & febrientibus.

De thermis Leucensibus apud Valesios, ex eodem opere.

Hæ quoque thermæ loco satis amœno sitæ, circumquaq; multa habent prata, & ad septentrionem altissima saxa & clausuram montium. Ad meridiem vero vallis est, per quam venitur ad oppidum Leuc, itinere sesquihoræ à thermis distans. Sunt autẽ thermæ illæ multarum aquarum, tamque calidæ vt oua possint elixari in eis. Coherent in medio pratorum in modum vici aliquot hospitia & domus cum sacello, & vndiq; ferè consurgunt in cœlum montes & horrenda saxa, qui locum istum sic claudũt, vt nullibi pateat exitus sine ingenti labore & sudore, præterq̃ ad oppidum Leuc vt iam diximus, ad quod inter montes lenis & perpetuus est descensus. Orientem versus mons sensim ascẽdit cum amœnis pratis. Illic multi aquarũ calidarum fontes sunt, spacio vnius aut alterius iactus lapidis distantes. Maior tñ & præcipua vis aquarũ erumpit in ipso vico, quæ tanta est, vt ingẽtem rotam molarem, suo impetu circũagere posset. Media pars riui per canales deducitur ad capsas sex aut octo, quæ magnæ sunt instar mediocrium viuariorum, reliqua defluit & perit sine vsu. Per capsas intelligo hic loca ampla in terra excauata, D lapidibus constrata & quadruplici muro parietũ loco clausa atq; gypso oblita. Ab eruptione istius scaturiginis ad iactum bombardæ, versus mõtem orientalem, profluit alia vena aquarum calidarum, qua vtũtur leprosi. Hinc per iactum balistæ alius fons calidus est, paulo copiosior. is petitur à multis qui in inferioribus thermis eò vsq; iam balneo indulserũt, vt cutis scabra opus habeat refectione & curatione. Cæterum omnes istę aquæ, vbiq; eiusdem sunt caliditatis, quę quidem tanta est vt digitum immergere possis, sed non diu in eis tenere. Ad iactum balistæ ab ista vena, ad dextram scaturiunt frigidissimi & optimi fontes, ex quibus maior mense Septembri penitus euanescit, & sequente Maio rursus erumpit. Est aqua harum thermarum limpida & grata, carens omni fœtore: vt quæ nihil sulfuris E habeat, sed cupri & æris multum. Confluit illuc per æstatem, etiam e remotis locis, magna multitudo hominum, & nisi obstaret portentosa montium altitudo, quos necesse est magna cum difficultate superari, longè maior q̃ pro loci & hospitiorum capacitate numerus hominũ futurus esset. Aiunt autem aquam illam prodesse obscuris & lippientibus oculis, spasmo, catarrho & fluxui narium, debilitati pulmonis, & languescenti stomacho. Roborat facultatẽ concoquentem, & appetitum excitat. Medetur dolori splenis atq; hepatis, & curat vlcerosa crura. Prodest quoq; podagricis, & cõsolidat ossa confracta. In summa, succurrit omnibus frigidis & humidis morbis, siccis & calidis obest. calfacit, exiccat, abstergit, resoluit & cõstringit. Salubris est paralyticis, & his qui destituuntur vsu membrorum, F qui neruis, partibusq; neruosis sunt debilitati. Prægnantes quidem mulieres iubentur abstinere ab ea, ne vel potent, aut abluantur ea. Hydropicis & calculosis dicitr pdesse: sicut & illis q laborãt calculo vesicę & dolore colico. Vterũ in mulierib' debilitatum confirmat, & soluit aluum bibentiũ. Deniq; inueteratas & vlcerosas crurium plagas, & cicatrices vbiuis male sanatas aperit & perfecte curat. Hæc Munsterus.

His thermis & ipse olim vsus sum per dies ferè viginti, & plurimum eas tum calefacere, tum siccare, partesque neruosas roborare expertus sum. Mulier quædam ictérica, me præsente, ac dissuadente eis vsa, intra paucos dies obijt.

Thermæ Valesienses Sedunensis diœcesis, odorem, saporem, caloremque à cupro trahunt. per diem crebro alterantur, iam luti, iam argillę colorem referentes, ac rursus ad pristinam reuertentes claritatem. corruptum corporis temperamentum emendant auribus, renibus & colicæ conferunt.

conferunt. ventriculum nimis humidum iuuāt A eundem ieiunum abstergunt, & à ciborum fecibus purgant. ventrem potæ soluunt, sed stranguriam mouent. Pituitam & humores putridos exigunt: splenis dolores & apostemata curant. Deniq; si ritè vsurpētur, omnes corporis partes confirmant & emendant. Guldelfingerus.

Apparet autem eum de Leuceris thermis loqui, quæ maiores celebrioresq; sunt Brigeris, & cupro magna ex parte constant, nō sulfure vt illæ. vires etiam easdem eis adscribit quæ Leuceris tribui solent. Quod autem tum hic, tum Ioannes Folzius scribunt aquę colorem in eis crebro per diē mutari ipse cum adessem Augusto mense non obseruaui: fieri tamen potest vt alio anni tempore id contingat: aut olim ita contigerit, cum illi scriberent. Folzius addit membrorum lassitudinem vsu earum tolli, & initium leprę in B quibusdam curari.

De alijs quibusdam balneis Heluetiæ, quæ calefiunt.

Hactenus de thermis Heluetiorum. i. sponte naturæ calidis aquis scripsi, & inter eas de Fiderijs quoq; quāquam frigidis aquis, q; solę illæ frigidarum quæ ad balnea adhibētur, celeberrimę maximeq; medicatæ sint. Nunc cæteras aliquot frigidas commemorabo. Sunt autem multę huiusmodi in nostris regionibus, vtpote mōtanis, & gente balneorum studiosa. ego hic paucas nominabo, quæ in præsentia in mentem veniunt, q; vel ipse viderim, vel ab alijs audierim. Primum igitur ī agro Tigurino nostro balnea sunt quæ à pago Vrdorfia nominantur, splēdide constructa, ex tribus fontibus (qui in prato vliginoso parum distāte oriuntur) aqua in vnum collecta, quæ iuxta diuersorium è fontis fistula per scapum ligneū exilit copiosa, frigidissima, dulcis. Horum trium fontium, vnum aiunt sulfuris aliquid cōtinere, alterum aluminis, tertium cupri. sed si quid tale continent, id perexiguū est. Prosunt hæc balnea febribus, præsertim tertianis. calculum pellunt, refrigerant & humectant, & iuuenibus macilentis bonam corporis habitudinem conciliant. Transmontem quē Albium vocamus, duarum vel pauloplus horarum itinere ab vrbe, balnea sunt Eugesta (Oeugst vulgo) dicta, in veteribus quibusdam instrumentis fons salutaris, der heilbrūnen. Videtur autem nonnihil argillæ, fortassis & gypsi, his aquis misceri, quare & lintea in eis abluta candidiora fiunt. refrigerant & exiccant: quamobrem sanant vlcera etiam antiqua.

Balneum, cui à vulturibus nomē, supra Grömingam oppidulum, præter cætera podagricis vtile existimatur, & nonnihil aluminis continere: vt & balneum Hindereggæ, quod nunc abolitum est.

Balneum, quod aliqui à lactis crema nominat, das nijdelbad paulo supra pagum, cui nomen à templo in monte sito, oritur ex puteo quodam in sylua vliginosa effosso. aqua sulfur olet, satis fœtida, & qua fluit, rubiginem quandam relinquit. Hoc aliquādiu intermissum, nuper iterum à rusticis eius loci accolis frequētari cœpit, tanq; aduersus scabiem & febres vtile. an vere sulfur cōtineat, incertus sum. pleræq;.n. aquæ locis vliginosis ortæ, præsertim in puteis, similem odorem sulfureum & fœtentem reddunt.

In ditione Solodurensium balneæ sunt Lostorfiæ à pago dictæ, qui milliari Germanico distat ab oppido Arouia. Qua fluit earum aqua illic hyeme niues nullæ sunt, ęstate ferè tepida est, ideoq; ingrata potu. vidi puluerē album, quem ciuis noster balneis illis vsus, è spuma bullientis aquæ siccata attulerat. Prope hunc locū in monte quodam specus in terram profundissime descendit. Non procul Solodoro etiam olim celebre balneum fuit, nunc vt audio collapsum.

Alsaneia vocatur vallis quædam ad Elsclam (fluuium puto sic dictum) quæ à Curia ciuitate tribus milliaribus distat, aquam sulfure abūdantem eē audio, cui iniecti aut illapsi surculi lignei crasso quodam ceu ex argilla cortice circundantur. Item in loco Schamps appellato non procul ab ortu Rheni, aquam rubicundam esse, cupri qualitate imbutam. Supra oppidum quod coruorum villam nominant, fons est quem Cę- C ruleum appellant, balneorum gratia frequentari solitus: & alius prope Scaphusiam, Oestuij appellant: alius in supiore parte regionis Toggenburg, noīe Enet buel: alius in Lucernensi agro Knuteuilla: alius in monte quodam Tugiēsium: alius in monte qui milliari vno à Basilea distat.

DE THERMIS GERMANIAE ordine literarum,

LIBER SECVNDVS.

A Ntegastam vocāt fontem prope A Opponauam oppidulū non procul Argētina, cui permixtum est alumen, nitrum & sulfur. cerebrum et renes purgat, multos superfluos humores expellit per vrinam & aluum aliosq; corporis meatus, & præ alijs thermis prauos abscessus & vetera vlcera curat, sed stomacho

cho nocet ob nimiam salsedinem,& naturalem corporis humiditatem,consumit cibi fastidium & sitim inducit. Gualtherus Ryflius.

De thermis Aquisgrani, quæ ciuitas in Germania vulgo Ach nominatur.

Aquisgranum ante sua tempora destructum Carolus magnus reparauit,sicut quodam in loco idem in hanc sententiam scribit. Cum vice
» quadam pro mea consuetudine venandi gratia
» egrederer,venissemq; in opacam syluam,seque-
» stratus à comitibus meis inueni originem ther-
» marum atq; palatiorum,quę olim Granus,vnus
» ex Romanis pricipibus,frater Neronis et Agrip
» pæ primum construxerat, & iam vetustate qua-
» dam collapsa erãt,spinisq; & vepribus obducta.
» Hæc ego rursus reparaui atq; resarciui & cætera.

Cum olim Romani frequentes stationes facerent apud Vbios,Granus ille veniens ad eum locum vbi hodie est oppidulum Aquense,inuenit aquas calidas,imo feruentes in loco plano, cœpitq; ibi condere ciuitatem, & imposuit illi nomen ab aquis à se inuentis atque à nomine suo. Munsterus.

Thermarum quæ in Aucou sunt prope Rotenburgum ad Nicerum sitũ,similis prope mixtura est,quæ Geppingensium acidarum, copiosiore tamen sulfuris portione constant, ideoque minus prioribus acidæ, quo etiam nomine calidiores existunt,maioriq; exiccandi eorum quæ in partium cauitatibus delitescũt facultate præditæ. Fuchsius.

B Bada oppidum est Austriæ sic dictum à thermis de quibus latine scripsit Vuolfgãgus vuintperger,cui⁹ liber Georgius Vuagner Germanice reddidit, inde ego q̃ hinc subijciũtur trãstuli.

Hæ thermæ multum sulfuris habent(quamuis id in destillatæ aquæ fœcibus non reperiatur)& nitri quoq; non parum,aluminis vero (vt videtur)modicum.Prosunt neruis humidis,paralyticis,in declinatione:surditati,flatui & sibilo aurium:cephalęæ phlegmaticę,vertigini & phlegmati capitis per embrocham.i. perfusionem ex alto, si purgationes vniuersales & topicæ aliæ precesserint.aliter enim periculum foret paralysis aut ophthalmiæ. Memoriã amissam restaurant: thoraci phlegmatico medentur: incidunt & attenuant pituitam in potu,quæ tamẽ stomachum lædit & appetitum.Hepati frigido & humido subueniunt,hydropicis,& matrici phlegmaticæ vel duræ.Menses prouocant, fluorẽ vteri album consumunt.Intestinis, vt etiam stomacho & ventriculo nõ prosunt,nec vteri substantiæ,sed neque malignis & calidis & serpentibus

D abscessibus,vt erysipelatis & cancris.Conducũt podagræ phlegmaticæ,quæ non diu durauit: lędunt eam quæ diu durauerit, debilitatis scilicet inde iũcturis & humore plenis. sed & tenuiores tantum humores in eis consumit,cæteros magis indurat. His balneis vti prohibentur cholerici, febriẽtes,macri,pueri,senes:grauidæ nisi instante partu,ad eum facilitandum:emolliunt enim: aliter obsunt,& menses mouẽt. Homines pleni non satis purgati thermarum vsu(non harũ tantum sed quarumuis)incidunt aliquando in epilepsiam,apoplexiam, colicam, podagram, scabiem,morbum gallicũ &c. Qui à cibo statim balneantur sæpe obnoxij reddũtur febribus,calculo renũ,podagræ & apostematis. Inter menses autem salubriores pro istarum thermarum vsu habentur,Iunius,Iulius,Augustus,et Septẽ-

E ber. De thermis Badarũ Marchiõis vide in M.

In Baioaria sunt thermæ quas Gastein nominant,quibus vehemẽs astrictoria facultas inest, ideoq; omnia corporis excrementa dissipant & absumunt.fœcunditatis facilitatem pariũt, & ne abortiant grauidæ,prohibent.

Thermæ etiam sunt apud Abudiacum (vulgo Abach)Baioarię castellum supra Reginoburgum,quæ sulfuris, aluminis & nitri mixturam obtinent. Odore oua frixa referunt. Facultates earundem,vt reliquarum, ex ijs quæ dicta sunt, abunde constant. Fuchsius.

Thermarum Carolinarum in Boemia encomium scripsit Gaspar Bruschius. Ge. Agricola vocat eas aquas calidas Caroli quarti, & adeo feruere scribit,vt animantes, siquæ immergantur,glabras reddant.

F Apud Elenbogium in Boemia oppidũ thermæ,sulfuris & aluminis mixturam obtinẽt. Harum facultates ex iam commemoratis satis notę sunt. Fuchsius. De his thermis inuenio scripsisse Vuencesleaum Peyer.

Ioãnes Folzius balnea apud Egram (id fluuij & adiacentis oppidi nomẽ est in primo Boemię aditu)ad dorsi & coxendicum dolores, & membra paralytica,aut contracta, aliosq; morbos cõplures fama vulgi celebrari scribit.

Gaspar Bruschius tradit prope Egram oppidũ acidum fontem esse vulgo Seuelingam dictum, cuius aqua salubris ac gustu delectabilis, æstiuo tempore plurimum à plebe appetitur.

Collenses thermæ,(sic dictæ ab oppido Cell, in Nigra sylua prope Kalbam, Munsterus) mixtæ sunt alumine,cupro & modico sulfure. Succurrũt diuturnis febribus, ex pituitosis simul & biliosis humoribus ortis, vlceribus diuturnis & malignis,

malignis,articulorum doloribus,appetentię caninæ,ac præ cæteris thermis conueniunt ijs qui calido & sicco sunt tpamento pręditi. Fuchsius.

Eadem ferè Munsterus.et insuper,Frigidę(inquit)emanant,& prosunt ad expellendam concretam ex humoribus materiã,prauam & phlegmaticam ventriculi temperiem emendant. vulnera sanãt,& alias incurabilia vlcera. fluxus constringunt. Ioannes Folzius author est, vulgo ferri,siqs regio morbo efficiatur et contabescat, illum nisi intra quatuordecim dies huius balnei vsu restituatur,eo morbo periturum.

In finibus lacus Podamici, quem Cõstantien E sem vocant,thermæ habentur Embs dictæ, aluminis & nitri mixtura participantes.Conferunt doloribus capitis, neruorum resolutionibus, à coli doloribus factis,& vlceribus malignis. hæc Fuchsius.

Alias Emsenses thermas in ditione Episcopi Treuerensis sitas, non procul Confluentia, Ioã. Dryander scripsit libro Germanicę ędito,vbi in pręfatione ad Episcopum,Bertricenses etiã thermas & acidos aliquos fontes in ditione ipsius sitos,descripturum se pollicetur, quod an adhuc præstiterit nescio. Emsenses thermæ (inquit Dryander)sulfure,alumine & sale constant. calefaciunt & siccant. neruos & articulos calefaciunt & expurgant à phlegmate: itaq; arthritidi & podagræ resistunt. spasmi,torporis & paralysis materiam cõsumunt. colicæ & ventris fluxui medẽtur:calculos renum comminuunt. vterum calefaciunt,& eo nomine fœcundiores reddunt mulieres. vlcera antiqua, quibus frigidi humores iunguntur, curant, & scabiem abstergunt. Ioannes Folzius Emsenses thermas voluptatis gratia magis quàm sanitatis frequentari scribit: exiccari ab eis humores fluẽtes & scabiẽ curari.

G In Alsatia prope Gebersvueiler thermæ sunt quæ ex mixtura aluminis,nitri & ferri constant. Opitulantur lienosis, quartana laborãtibus,vlceribus sordidis & oĩbus vitijs cutis. Fuchsius.

In Sueuia duæ sunt acidulæ,vna prope Goppingam vrbem ad fluuiũ Vilsum, altera ad Kalbam oppidum in pago quodam. Ge. Agricola.

In Vuirtenbergensi ducatu ad Goppingam oppidũ thermæ sunt q̃ Germanice Saurbrunn, hoc est acidus fons appellantur.ex acidis,quibus exigua sulfuris accessit portio, harum mixtura cõstat.Prosunt partibus corporis luxatis, ideoq; ventriculum ac iecur potissimum corroborant. hydropicis & regio morbo correptis, humoribus putrefactis, voluuloq; opitulantur.Lumbricos quoque si bibantur, enecant. Fuchsius.

A Amaræ(acidę potius)aquæ Geppingẽses hepati & iecori obstructis medentur: item hydropicis,ictericis, & tertiana febri affectis. appetitum excitant. Munsterus.

Audio has aquas etiam copiose potas nemini obesse,& ab accolis plurimum appeti, ideoque ad vicinos pagos in dolijs vehi.

Marchionatus Badẽsis in supiore Germania M inter Rhenũ & syluã Nigram seu Martianã situs, oppidum pcipuum habet Baden, hoc ẽ balneas siue thermas,quæ olim ibi fuerunt repertæ, atq; inde tota regio denominata est.Munsterus.

M.Aurelius Antoninus(qui vixit circa annũ Christi.126.)in hac regione olim proconsul fuit, vt repertum in ea epigramma testatur.in harum thermarum scaturigine oua coquũtur, adeo feruent,& suum setæ & alitum plumæ resoluũtur, B Gundelfingerus,& post eum Agricola & Munsterus. Quanq̃ vero tãtopere ferueant, homines tñ eis vtentes, vix quinq; aut sex septimanis balneando se absoluunt. sulfuris.n. viribus carent, nitro & alumine abundant. Gundelfingerus.

Balnea ista mirę sunt efficacię. Mixtura eorũ ex sulfure,sale & alumine existit.conferunt difficile spirantibus & asthmaticis doloribus articulorũ & podagrę à frigidis humoribus ortis, hydropicis,vteri morbis frigidis,albis potissimum mẽsibus,conceptionẽ promouẽt, sterilitatemq; remouẽt.In summa vteri malis frigidis & humidis præ cæteris balneis mirifice conueniunt. vlceribus & cutis vitijs medentur.Fuchsius.

Munsterus eadem ferè scribit,& insuper:Auxiliantur(inquit)aduersus angustiam pectoris,q̃ ex frigidis à capite fluxionibus prouenerit.Pro- C sunt humidis oculis, tinnientibus auribus, tremulis & dormitãtibus membris,spasmo & alijs morbis,vitijsq; neruorum frigidis & humidis: itẽ illis quorũ ventriculus frigidior humidiorq; est,& male concoquentibus:hepaticis & splenicis ex causa frigida:cachecticis vel quos hydrops cœpit subire,strophosis & calculosis. Inflationẽ crurum reprimunt. scabiem sanant, & plagas seu cicatrices pustularum. Aiunt & podagricis præ cęteris thermis prodesse.

Io.Folzius hęc balnea alumine tñ cõstare scribit,pcipuam eorũ laudem esse ad sanãda vetera et humida crurũ vlcera,idq; remedium breui ab eis pfici,cumq; alios morbos tardius agãt. Proinde quinq; aut sex septimanis balneantes immorari oportere.Locum ipsum rerum omnium ad victum & voluptatem pertinẽtium copia abundare,& è longinquis regionibus adiri.

Non constat q̃n inuenta sit scaturigo therma S

rum ſylueſtriũ,quas vulgo Vuildbad vocamus, propter aſperos montes & terrã eius loci incultam: coniectura eſt tñ cum thermis Badenſibus has quoq; inuentas. nunq̃ fuiſſet in tam rudi & indomita terra oppidũ conſtructũ, niſi tam ſalutares aquę Dei beneficio ibi fuiſſent deprehẽſæ. non ſeruent aquæ iſtæ ſicut Badenſes, ſed ſic in egreſſu & origine caleſcunt, vt facile à cute humana ferri poſſint, Munſterus. quo ad vires, eaſdem illis attribuit quas Fuchſius.

In Ducatu Vuirtenbergenſi haud procul à Chalb. oppidulo ſunt thermæ, quæ à Martiana ſylua (ſic Romani ſuperiorem partem Hercynij nemoris vocant) Germanice Schuuartzuuald vuildbad, hoc eſt Ferinę, nominantur. conſtant ex ſulfure, ſale & alumine, vt Marchionis thermæ. Sunt tñ qui cupri & nitri miſtionẽ accedere putent. vnice capitis paſſionibus frigidis, paralyſi, conuulſioni, ſtupori, & ſimilibus auxiliantur. inſtrumenta ſenſuũ roborant, tinnitum auriũ, iecoris & lienis obſtructiones tollunt in hydropicis & ictero laborantibus, renũ & veſicę calculis, ventriculoq; ſuccurrunt: appetentiã excitant, & ferè oĩa quæ Marchionis thermæ, poſſunt. Viris tñ magis q̃ mulieribus cõpetunt. Fuchſius. ipſe aliquando has thermas ad calculos comminuendos præ cæteris omnibus laudari audiui.

Ioannes Folzius qui hunc balnei locũ rerum omnium copia ſatis abũdare ſcribit, balnei aquã & inſidendo et potu vtilem eſſe affirmat. purgat (inquit) cerebrum, ventriculũ & inteſtina. paralyticis prodeſt. calfacit lienem frigidũ & iecur. obſtructiones aperit, quare ad hydropẽ & morbum regium cõfert. oſſa ſeparata reſoluit. vrinã efficaciter mouet, & calculũ renum ac veſicæ vt plurimum expellit. ſed vtendũ eſt balneo certa ratione, ita vt initio non multum immoreris, de inde quotidie horam vnã adijcias: nunq̃ tñ vltra horas decem per diem. facile autẽ in hoc balneo inſidentes manere poſſe ait, & iuſtum cibi ſumẽdi tempus expectare: nimirum q, non nimiũ caleat, nec nimium digerat & exhauriat corpora.

Vuildbaden in Sueuia aquæ ſunt calidę, quę ex fonte tanquã lacu rotundo effluunt. Tepidę ſunt, qñ aluminis & nitri parum habent. videntur autem ſulfureę hoc argumento, quòd vtentes his balneis quindecim ferè diebus abſoluuntur. ſulfuri enim vis maior q̃ nitro vel alumini eſſe iudicatur, Guldelfingerus.

Oppidum vuildbaden longe lateq; notũ eſt. Munſterus. nos quidem thermas ſponte naturæ calidas aquas oẽs Germanice Vuildbaden ſylneſtres balneas vocamus, quòd ferè ſylueſtribus & montanis locis reperiantur: iſtæ vero per excellentiã peculiariter ſic dictæ videntur.

Vberlinga oppidũ eſt in ripa lacus Podamici, quẽ rhenus efficit: in huius ſuburbio fons eſt, cui admiſtũ aiunt plũbum, cuprum, & ſulfuris nonnihil: ſecundum aliquos et aurum. Corroborat ventriculum, & membrorum laſſitudini medetur. renum & veſicæ calculos, aliosq; ſuperfluos humores expurgat, Gualtherus Ryffius.

De thermis Vuiſebadenſibus.

Haud procul Maguntia, vltra Rhenũ tñ, thermę ſunt Vuiſebadenſes, quas veteres vocarunt Mattiacas, ſub edito quodã colle prodeũtes, atq; ex ignitis terrę viſceribus ſcaturientes, Munſterus. et alibi, Rhingauię (inquit) montes effundũt aquas calidiſſimas in loco Vuiſzbaden, diſtant à Maguntia vno milliario, quæ thermæ à remotis frequentantur locis. Leonardus Fuchſius. Phyſici ſcribunt has aquas continere ſulfur, alumen & parũ nitri. Proſunt rigidis neruis, mẽbra frigore eneruata calfaciũt. tollunt omnẽ immũditiẽ: quæ cuti ex vlceribus & ſcabie adhæret.

E mattiacis fontibus vnus Vuiſzbadæ in platea adeo feruet, vt oua in eo coqui poſſint, & animantes immerſę glabræ reddantur. Mattiacorũ certe fontiũ feruorẽ Plinius ſupra fert q̃ fieri poſſit, cũ ait eorũ hauſtum triduo feruere, Ge. Agricola. Hæc balnea bilioſis nocent, quibus nimiam ſitim excitant, & faſtidiũ cibi faciunt. nimios humores frigidos & defluxiones partium breui extrahunt & conſumunt. Io. Folzius.

Vngaria (inquit Io. Folzius) multos fontes calidos & copioſos habet, quorũ aliqui in ipſo Danubio ſcaturiunt, aquæ rotis hauriuntur in vaſa in quibus bini lauare ſolent: q, ſi in viuarium aliquod effluant, piſcibus nihil obſunt.

In aquis calidis ſulfuris in Pannonia inferiori ad Budam, piſces degunt, & in aluminoſis ad Iulium Carnicũ, & in Hetruria ad Vetulonios non procul à mari, &c. Geo. Agricola.

Inter fluuios Sauum & Drauũ thermę ſunt, in nullo incolarum, vtpote agreſtium, pretio ſuperiore ẽt ad Sauum loco iuxta arcem Muntparis aliæ ſunt thermæ, & rurſus aliæ Tobliſiæ dictæ, milliari diſtantes, quę partes refrigeratas calefaciunt, Io. Folzius.

Corollarium de thermis diuerſis, & fontibus acidis, præſertim Germaniæ, ex Ge. Agricola.

Aquę calidæ & tepidę (inquit Ge. Agricola lib. iiij. de natura eorũ quæ effluunt ex terra) in orbe terrarum multæ ſunt. Etenim in Iſlandia fons eſt calidus ab Hecla monte ardente: in Britannia inter Iſcalim et Ventã oppida, quę quondam

dam tenuerunt Belgæ populi:in Hispania Tarraconensi Ceparorũ sunt calidę,& alterę Authetanorũ:in Gallia Aquitanica in Tarbellis:i Narbonensi aquę Sextię Salyorũ,& in Sedun.is Brigerę & Leucerę:in Belgicę parte quę Germania inferior appellatur,quę vrbẽ nobilem Aquisgranum dictã,condiderunt:ad confluentes vbi Mosella fluuius,qui idẽ Obrincus,Germaniam inferiorẽ à superiore diuidit:in Lothoringis calidæ plũbarię:in Sequanis ad oppidũ Geberswileram (quã maxime Sequanorũ partem Germani Alsatiam noiãt,ex veteri oppido Elcebo, vt quidam putant):in ijsdem Sequanis ad Castellum quod Suiceri nunc arcem Badensem vocant:rursus in Sequanis Emsebada supra Constãtiam. In magna Germania Visebada, fontes Mattiaci à veteribus nominati:inter Martianam syluam & Rhenum,ex quibus oppidum Bada nomen duxit:in ipsa Martiana sylua iuxta Oppenauam oppidulum,quę nominantur Anthegasta:in ditione Virtenbergensi non longe ab oppido Phorcena,dictę Bildebada.ad Venetũ lacum in suburbio Vberlingo.i Boemia Caroli quarti & Teplicę.in Misena Volchensteinenses:& alterę ad Visam pagũ.in Lygijs Hyrsepengenses. in Vindelicia ad Abudiacum Danubianum:in Norico ad Iulium Carnicum,Villachum nunc vocant. in Pãnonia inferiori ad Budã nobile oppidum. in ipsis alpibus,& quidem Pœninis cis Rhodanum,non longe à Seduno:& alterę in Lepontijs non longe à Rheno Fabariæ dictę,&c.in Italia & alijs regionibus diuersis,quas illic ab Agricola memoratas omitto.

Plures acidi fontes reperiuntur: sicut in Germania vnus ad arcem, Nouã domum dictam, quæ est in Vestphalia:quatuor in Cattorum regione ad Valdungam oppidũ:multi in Elbogano,vnus ad calidas Caroli quarti: alter distat lapidem vnum à Culma pago,qua itur Egram.ab eo non longe absunt aliquot fontes,acidi item, dicti insani:q aqua ebullire videatur cum sit frigida.Ab ijsdem ad quartũ lapidem etiã Egram versus,acidula est,furiosa nuncupata:quòd ebulliens magno sonitu,tanquam tonitru quoddam effertur. Denique in ipso penè suburbio Egræ oppidi est fons acidus.

De Plumbarijs thermis in Lothoringia.

In Lothoringię mõtanis balnea sunt,q̃ Plumbers,quasi plũbea ob nimirum copiosam plũbi mixturã,vocantur. Constãt ex plumbi, vt diximus,sulfuris & aluminis cõmixtione. Auxiliantur malignis & curatu difficilibus vlceribus,cancro,phagedęnis,fistulis,elephantię recẽs cœptę,
A & omnibus cutis vitijs. Horum inter Germanię balnea mentionẽ facere placuit, q ex oĩ ferè genere terrarum hoĩes illuc cõmigrent. Fuchsius.

Sunt & apud Belgas thermæ, Plumbinum (vulgo Plummers) à plumbi minera nũcupatæ, cuius qualitates & vires recipiunt. Hæ serpentibus,viperis,alijsq; vermibus crebro contaminantur. Præter plumbum continent etiam nitrum & alumen. vnde vires earum facile ęstimabunt medici. Gundelfingerus.

De eisdem thermis Plumbarijs hendecasyllabi Phaletij Ioachimi Camerarij.

IN thermas Vogesi iugi profectus,
Plumbi nomine quas solent vocare,
Mersi me liquidam statim in paludem,
Diuæ numine fultus illius, qua
B *Fretus nauita transfretare fluctus*
Insani maris audet, & furentis
Sæuas despicere Africi procellas.
Et mercator ad vltimos abire
Indos non dubitat,proculq; terras
A nostro sequitur polo remotas,
Hæc lactat miseros,iubetq; vitam
Morbus debilitatam, egentem, inertem,
Aerumnis,senio,dolore fractam,
Conseruare tamen. Crucem hæc ferentes
Vita denique deserit perempta:
Illa & nos leuat,à domo atque nostris
Cara coniuge liberisque caris,
Tam sese procul vsque persecutos
In rupes Vogesi inuiosque montes,
Præclarissima diua, Spes, Dearum.
Sed quæ vita sit his locis,requirit
C *Si quis forte,mei docere versus*
Tentabunt,faciles,leues,iocosi,
Vt res est quibus applicantur illi.
Primum valle lacus patet recurua
Diuersoria quem vndequaque cingunt.
In quo fœmina, vir, puer, puella,
Pauper,nobilis,eruditus,infans,
Et tardus senio, & leuis iuuenta,
Quique est integer, & cicatricosus,
Quique & saucius est & vlcerosus,
Sanus,morbidus, vniuersi eodem
Vnde membra fouent lacu calentis.
Quem circum paries datus coercet,
Passus qui bis habet ferè ducentos.
Hic sub frondifero est videre tecto,
Consedisse pecuniosiores,
Conductis precio locis soluto.
Quæ magna vndique turba circum adhæret,
Furcis nisa, & ad vsque mersa mentum.

Necnon per vitrea in vagans paludem,
Molem & corporis & gradus labantes
Furcatis vehitur regens bacillis,
Omnis conditio, ordo, sexus, ætas.
Multi & per medium lacum natantes
Supra fluctiuagas feruntur vndas,
Hic stans eminet vsque ad vmbilicum,
Ille in gurgite se subinde mergit.
At qua fons scatet æstuans in ora,
Et labrum prope saxeum paludis,
Effœtiq; senes, anusq; siccæ,
Nigrum, debile, flaccidumq; vulgus,
Exanguis, tremula, inuenusta turba,
Obsessu loca pertinace seruat.
Cuius fons animæ gelu tepescit
Pura & sordibus inquinatur vnda.
At pulchræ, nitidæ, venustæ, amœnæ,
Formosæ, cute splendida, elegantes,
Ridentes, Paphiæ nurus, puellæ,
Nutricum tenus è lacu eminentes,
Pectus lineolo super chitone
Velatæ niueum & sinus patentes,
Reddunt omnia luculenta visu,
Contactuq; suo lacum serenant.
Quarum triste oculis renidet æquor,
Et turbata hilarescit vnda vultu.
Illæ per mare complices vehuntur
Ingressuq; meant salaciore.
Flagrant lumina, pupulæ relucent,
Malæ purpureo nitent colore,
Buccæ puniceo micant rubore.
Tales paruula comparare magnis
Si fas est, Galatea te sorores
Circum Nerea congregatæ in alto
Stipant, marmoreos secantq; fluctus,
Nexæ brachia candida, at meatu
Fluctus Carpathij reciprocantur,
Et cedunt tamen obuijs deabus
Sulcos lacteolæ imprimunt papillæ,
Inous latus & femur Palæmon,
Et Glaucus comes implicant vtrinque,
Tritonesq; sonora flabra conchis
In fluctum æquoris inq; littus edunt.
Has inter fuerit libido sicut,
Vti conditionibus licebit
Diuersis, neq; enim modi vnius, nec
Gentis sunt vitreo in lacu puellæ.
Nec tantum intereunt viros diurnæ,
Sed noctu quoque comminus feruntur.
Talem vitam hominum fuisse credo,
Te Saturne tenente regna mundi.
Talis nunc quoque vita beluarum
Syluæ est, optima vita, sub latebris,
D Quæ per gramina liberæ vagantur
Nullis legibus, aut necessitate
Astrictæ, sine iure, more, ritu.
In cœtu hoc igitur locoq; tali,
Hic clamat, canit ille, ridet alter,
Alter mussitat, alter acquiescit,
Hic tussit, screat ille, ructat iste,
Iste emungitur, aut spuit, scabitue
Squamosum è cute corticem strigosa.
Est & qui queritur, dolet, gemiscit.
Quidam laudat aquas, docetq; quanto
Paruo tempore sit malo leuatus,
Ostenditq; manum pedemuè læsum.
Quidam nil sibi profuisse dicit
Sæuusq; immeritam execratur vndam.
Ast parte ex alia cibus petenti
Aut potus datur aridæq; fauces,
E Sub limphæ irriguo eluuntur amne,
Quæ de vertice ducta montis alti
Mille à passibus & ferè trecentis
Aestum mitigat igneumq; flumen.
Extra sed domibus lacum sub ipsis
Potant, aut epulantur, aut choreis
Lætantes agitant, ibi quiescit
Et somnum capit ille fessus. alter
In syluas abit & nemus propinquum,
Ortus per iuga fontiumq; quærit.
Est qui languidus expetit salutem,
Atq; æger medicam manum requirit.
Est & qui moritur, forasq; fertur
Hæredem monachum miser relinquens.
Hæredem omnibus excerabilem, & qui
Hæres legitimus suusq; quodam,
Cuiusq; est, veteri loci instituto.
F Sic vita his agitur locis, at æra
Inter deminuuntur hæc, inanis
Et fit perula tenuium, ergo lautos
Illautosq; simul redire cernas
Diuersas patrias suasq; terras.
Illos tristiculos parumq; alacres,
Hos successus alit, nec illa quosdam
Solos diua comes semel secuta
Tum Spes deserit, ac domos reducit,
Consolans miseros leuansq; mistam
Duro sollicitudinem labori.
Ac discedere gestiunt prope omnes,
Nam gens illa hominum est inhospitalis
Stulte relligiosa, iners, inepta.
Non Romana quidem, vt volunt vocari
Sed ruris Getici vetus propago.
In quâ se velit esse pœnè nemo
Omnes & cupiant fuisse & optent.

Conradi Gesneri finis.

EX NICOLAI MASSA Veneti artium & Medicinæ doctoris medicinalium epistolarum libro,

Epistola.xxvi. De balneis Calderianis,

Ad doctissimum Dominum Vincentium Ricium Illustrissimi Dominij Veneti à secretis.

ETIS doctisſime Vincẽti, qui etiam iure & merito compellere potes,vt ad te quid de balneis Calderianis ſentiã, à quibus nuperrime diſceſsiſti, ac Pataiuum te contuliſti, ſcribere velim, cũ te plurima ab in- E colis de eorum operationibus audiſſe per literas tuas declares,quæ quoniam non ex omni parte rationi conſona ſunt, non parum te ſuſpenſum tenent. Ego vero tametſi rem difficilem literis mandare rogas, vt pote de qua illuſtres antiqui Medici nihil traditũ in ſuis ſcriptis relinquerit, vt tibi nihilominus morem geram, & aliqua ex parte ſatisfaciam: rem ipſam tumultuario ſtylo negotijs non paucis ĩpeditus,ſic exordiar. Balnea Gauderiana,ſiue vt vulgo dicitur Calderiana,ſcatẽt in vico Gauderij in agro Veronenſi ꝑ decẽ ferè millia paſſuum ab vrbe remoto orientem verſus,ad radices quorundam monticulorum,qui admodum amœni,& iocundi exiſtũt, & vt vidiſti duo ſunt loca,vbi ſcatent aquæ balnea faciẽtes,alter locus eſt qui in theatri modum muro cum gradibus cinctus eſt, à quo loco bi- F bentes ſumunt aquã. Alter vero apertus,& nullo munimento ſeptus, in quem ingrediũtur qui lauatione indigẽt.Diſtat autem alter ab altero, quantum quis lapidem manu iacere poteſt, plus minusuè parum: fundus quorum arenoſus eſt, quæ arena rubiginoſa videtur,à qua non continue,nec in vno loco,ſed in pluribus frigida vel potius tepida ſcatet,quæ clara admodum eſt, & in ſapore non excedens,cũ nec dulcis, nec amara ſit,attamen aliquid ſalſedinis leuis oſtendere videtur.quod ſi quid præter id quod dictum eſt in ea adnotetur,ad ſulfuris odorẽ & qualitatem referri poteſt.Eſt igitur aqua hæc mineralis clara,(non manifeſte calida)ſcaturiens ab arena, ſapor cuius nõ dulcis nec ſalſus admodũ,aut amarus exiſtit,ſed medius cũ aliqua ſulfuris admixtione,atque guſtui limoſo ſenſu.Minera vero, à qua vel ſuper quam trãſit, & fluit ferrea proculdubio ĩ maiori parte eſt, q̃ non caret modico q̃d ſulfuris & nitri.Quòd aũt & minera & loca per quę tranſit,& moratur ferrea exiſtãt, teſtãtur rubigo in ipſa arena,& lapilli rubiginoſi cõmixti, ac etiã experientia ꝑ ebullitionem facta, etenim poſt ebullitionem dictæ aquę reſidet pars ęruginis ferri in oĩbus ſimilis.Eſt ẽt ad hoc confirmandũ,id quod incolę dicunt,videlicet ſępisſimę reperiri fruſtula ferri cũ arena commixta,ſed ſulfureã illã,& nitroſam qualitatem , q̃ dixi etiã eſſe in ipſa facile cognoſcere poterimus ꝑ odorẽ, & guſtum in ebullitione forti ipſius. nã exhalatio odorẽ ſulfuris aliquem oſtendit,& ſi quis eã guſtauerit leuẽ aliquẽ ſalis ſaporem ſentit. Cũ igitur aqua ſit,& tranſeat ſup mineram ferreã,non priuatã ſulfuribus,& nitroſis partibus, nemo ſanè eſt principia rerũ naturam cõſtantium recte intelligẽs,qui ſecus dicere recte poſsit, quàquod hæc aqua ĩ primis frigida ſit:& hoc,qm̃ aqua eſt, & etiam qm̃ per loca ferrea tranſiuit, & ibi morata eſt.Præterea hęc aqua non pura elemẽtaris, ſed corpus aqueum eſt ꝙ etiã cęterorum elementorum aliquid,& ſubſtãtię,& virtutis continet: ex quo fit,vt præter quamquod frigida ex ſui natura in primis ſit,etiã ex mora, & tranſitus loci ferrei,ſulfurei,& nitroſi,inſignẽ ſatis ſiccitatem acquiſierit,habet quoq; ex eadẽ minerali parte ſulfurea,& nitroſa caliditatem ſatis moderatã, & humiditatẽ ex propria aquæ ſubſtantia. Neq; hoc fieri non poſſe te credere velim,cũ alia mixta corpora quamplurima diuerſas has qualitates cõtineant,ita vt vna,et eadẽ res ꝑ diuerſas partes & calfacere,& refrigerare,humectare, & exſiccare valeat:quẽadmodum videre eſt exẽpli cauſa,in ſemine pſilij quod ſemen cõpoſitum eſt ex diuerſis partibus,ſ.calidis, & frigidis, q̃ ſeparari poſſunt.Etenim pars q̃ calida, & ſicca exiſtit in eo ſemine eſt ſubſtãtia ĩtrinſeca medullaris.Pars vero exterior, cortex.ſ. frigida, & humida eſt. Sunt & plura alia q̃ diuerſitatẽ in partibus, tam in ſubſtantia,q̃ in qualitatibus hñt (vt eſt videre ĩ lacte) neq; deſunt res q̃ diuerſas partes hñt quæ minime ſeparari poſſunt,vt teſtatus eſt Galenus de aceto,& alijs.Quare cum hæc clare pateãt, in eis non plurimũ laborabo. Neq; credendum eſt hanc aquã habere has diuerſitates cõgenitas, vel ex ſui ſubſtantię natura,ſed(vt dictũ eſt)acquiſitas ex tranſitu,& mora in loco calido,et ſicco,et ex ꝑmiſtione alterius rei in loco mineræ exiſtentis.Sicque ꝑ ſe primo aqua humida,& frigida eſt quemadmodum oẽs aquę naturales,& ſine permixtione ſunt. Quòd ſi aliã, vel alias qualitates contrahunt, ex accidenti, & ab extrinſeco illis

adueniunt

aduenciunt(vt dixit Aristo. & Auer. 2. Metheorum.) Etenim quicquid habet aqua prȩter humiditatem, & frigiditatem, ex accidenti ei euenire necessum est. Quod vero aquȩ Calderianȩ siccitatem ex accidẽti acquisiuerint, facile persuaderi põt, cum ex dictis loca p q̃ transeũt, & morãtur, ferri naturam p̃se ferant, ex rubigine, & frustulis ferri in eis reptis (vt dixi). quod si ad odorẽ sulfuris p ebullitionẽ exhalãtem, & ad saporem nitri spectes, nihil est qđ in hac re dubites. nã tam sulfur, q̃ nitrũ p̃ter caliditatem ẽt siccitatẽ insignẽ hñt. Et qm̃ partes, tã sulfuris, q̃ nitri i minera nõ oĩno plurimæ sunt: ideo minorẽ qualitatẽ calidã ab illis acquisiuit. neq; te ignorare credo, ea quæ Aristo. & Auer. loco citato de causa salsedinis maris à sole ex corporibus cœlestibus dixerint, quæ qm̃ huic aquȩ non accidunt nolui ea narrare: satis. n. est quod ex iam dicta mora, et transitu siccitatem plurimam, & moderatã caliditatem sibi accidisse verisimile sit. Sed ex ferri plurima, & sulfuris, & nitri p̃mixtione in minera minor, tametsi aqua in cauis terræ possit à pluribus alijs causis, præter dictam, calefieri: vt puta ab exhalatione alicuius vaporis calidi, & sicci ab ipsa terra euaporantis, & cũ ipsa aqua permixti, vel ex motu vaporũ, & ventorum cõcussione in cauis terræ, aut ex compressione caloris alicuius, vel à radijs solis impressa, vel à frigiditate cõstipante illam, & detinente calorẽ, vt minime spirare possit, ita vt sic locus incalescat, & ea quoq; quæ in eo continentur. Sed quicquid de alijs modis calfactionis sit, equidem primum magis approbarẽ, videlicet aquam transeuntem p locũ ferreum cum sulfurea, & nitrosa portione acquirere siccitatem, & caliditatẽ accidẽtalem, per permixtionem vaporum à minera eleuatorum, & cũ aqua subinde permixtorum. Sicq; dicta aqua odorem sulfuris, & saporem nitri habet, vt ex dictis experimentis patuit. Et quanq̃ apud eminentissimos medicos non desit difficultas de natura, et tẽpamento ferri. s. an sit calidæ, vel frigidæ tẽperaturæ respectu corporis humani, q nil aliud quȩrere est, q̃ an operatio virtutis ferri possit corpus nostrũ calfacere, vel refrigerare, non est propterea aliter credendum (quam id quod paulo ante dixi) videlicet ferrum habere tẽperaturam frigidam, et siccã primo, cum eius operationes. idem attestenẽ, cuius opinionis fuit doctissimus Auerrois, & cum eo multi illustres modernorum. Ex dictis habemus aquã calderianam qm̃ aqua est, primo refrigerare posse, & eo magis quia à minera ferri roborata fuit, deinde exiccare, non tñ ex propria virtute, sed per accidentalem & à mi-

A nera dicta ferri acquisitam siccitatem, ac etiam à sulfurea, & nitrosa, à quibus quoq; acquisiuit, vt possit modeste calfacere, hoc est nõ supra humanum temperamentum, cum non plurimæ, tam sulfureæ, q̃ nitrosæ partes in tali minera sint. Et hac ratione aperit vias vrinȩ & sudorẽ aliquando mouet, atq; alios effectus leuis caliditatis operatur, præter id quod per primariam eius operationẽ moderate refrigerat, & exquisite exiccat, cum qua diuersa temperatura, diuersas virtutes, & operationes habet. Nam prȩter operationes à dictis qualitatibus pluribus etiam morbosis dispositionibus vsui est, exceptis quibusdam febribus. nam prodest oĩbus morbis antiquatis, qui ex immodica caliditate fiunt, & illis etiam qui à nimia humiditate à colore imbecilli non regulata, vel humori bilioso, aut salso permixta proueniũt. Et hac ratione prodest pruritibus, & scabiosis affectibus, atq; oĩbus cutaneis infectionibus, & maculis in quacunq; parte corporis fuerint, vt sunt (gratia exempli) exãthemata capitis diuersa, q̃ vulgo tineam nominant, & depilationes capillorum capitis, & aliorũ membrorum, ac etiam scabies, & lepræ, & aliæ infectiones cutis corporis, vt est elephantiasis non confirmata. Prodest præterea, ventriculo semper, sed maxime illi vnice auxiliabitur cũ imbecillis fuerit ex nimia materia humida in eo contẽta, & eius concoctricẽ virtutem roborat. Item iocinori, & renibus supercalfactis prodest, p̃parat q; humiditatẽ præternaturam in ipsis membris contentam, & à corpore educit, tam per secessum, q̃ per vrinã. Prodest etiam vlceribus renum, & vesicæ, & sæpe ea sanat, sanatq; vesicæ scabiem, & mollificationem, atq; vrinȩ acredinem, & ardorem emulcet, & sæpe extinguit. Opitulatur etiam stillicidio vrinȩ, & insensili exitui. Sistit etiam seminis genitalis fluxum, & matricis quoq; sanguinem, & alios cursus præsertim hȩmorrhoidarũ. Similiter, si ĩmoderatus fuerit retinet, exiccat quoq; humiditates superfluitãtes in quacũq; parte corporis. Podagricis, & reliquis articularibus morbis auxiliari dicunt. Sanat preterea vlcera corrosiua, serpentia, & formicosa. Itẽ capitis dolores, & etiam destillationem tollit, lachrimas oculorum sistit, gingiuarum, & dentium humiditates exiccat, cõfert quoq; anhelosis, & asthmaticis tabefactis, & sanguinẽ à pectore expuẽtibus. Sanat singultum, nauseam et vomitũ. Iocinoris caliditatem aufert, & eius imbecillitati opitulatur, & medetur fluxui antiquo hepatico. est præterea aliqñ medicina conueniens cachexiæ, seu corporis malo habitui, et hydropi causa hepatis factȩ,

B

C

obstructiones omnes, tam lienis, q̃ iocinoris, & ventriculi resignat, tumoresq́; eorum extenuat, secessum ex diuersitate humorum rectificat, & vrinam retentam ex primaria (vt dixi) sui virtute educit, & eius vias aperit. Arenulas, lapillos, trũbos, & alias materias crassas, & pituitosas educit, atq; ne lapis in vesica gignatur prohibet, & præseruat, redditq́; hoiem in venereis potentiorem. Vtero ẽt imbecilli ex nimia humiditate auxiliatur, si cum ea aqua calida lauetur, & impregnationi confert si nimia illa humiditas eã prohibuerit, opitulaturq́; vt dixi, cursui matricis & menstruis albis, ac ẽt intestinorum morbis prodest, ita vt si debilia fuerint, ea roboret, & eorũ dolores mitigat, & vermibus est singularis medicina, si per clysterẽ intropofita fuerit. Quibus oĩbus dispositioĩbus dicta aqua succurrit, primo epota, deinde si morbus exigat, mẽbra affecta in ea lauando, vt paulo post dicam. Verum his qui morbo Gallico laborãt, nullo modo nec potus, nec lauatio ex vsu est, nã semper, tam potus, quã lauacrum dictę aquæ nocuit istis. non enim qualitates istius aquę possunt materiam morbi Gallici ad benignum reducere, cũ sint debiles respectu resistẽtię materię, imo est medicina ferè contraria si omnia diligenter considerare volueris. Possem qdem plurimas alias consimiles ægritudines, & præternaturã affectus enumerare, quibus tam potus, q̃ lauacrũ dictæ aquæ proficiunt, quæ qm̃ ex dictis facile intelligi possunt cõsulto prætermittam, ne nimia orationis longitudine sim tibi molestus, & ẽt quoniam ijs satis respondisse primæ parti tuarum literarum puto. Quòd aũt dicis, aut nullum, aut nimium beneficiũ ex potu, & lauatione in dictis aquis te sentire, non est quod mireris, etenim sic in multis fieri assolet, præsertim vbi cutaneæ defedationes, & crurium exulcerationes subortę sunt, quę diu hoĩes molestarunt, cũ in eiusmodi affectibus duo præcipue ad sanitatem requirantur, quorũ prius est, vt membra intrinseca, & mandantia (vt ita dixerim, qualia sunt ventriculus, & iecur) rectificentur. Posterius vero vt partialia membra, ad quæ materiæ deriuatæ sunt, & non à calore regulatę, roborentur, atq; ẽt ea quæ in membro materia detenta est, absumatur. quæ duæ operationes in extrinsecis mẽbris non nisi per multos dies compleri possunt, ita vt sensibilis appareat exteriorũ membrorum defedationis rectificatio. Credo eqdem intrinsecam causam amotã esse, atq; ventriculum, & iecur ad pristinam redijsse valetudinem, cum audiam melius te ad oblata cibaria habere, ac ẽt in venereis potentiorem, q̃ antea factum

D ctum esse, sed ea materia quæ in membris à calore natiuo longinquis, & debilibus (ob moram, & residentiam ipsius materiæ malæ) non potest breui tẽpore dissolui, ita vt mẽbra oĩno ab ipsa exonerata possint ad primam valetudinẽ, & robur deuenire. Nam ad hanc operationẽ requiritur calor innatus naturæ instrumẽtum intrinsecum, qui sensim per meatus ad ipsa veniens illã resoluat, q̃ proculdubio resoluet, postea quam ab intrinsecis, quæ incolumia facta sunt nõ amplius recipiẽt. Ex quibus habes vnde, seu qua ex causa dicant incolæ sæpe non percipi præsidium dictæ aquæ ab ægris, nisi post vnum aut alterum mẽsem. Quapropter hoc animo esse debes, vt expectes naturę cõplementum, quod proculomni dubio erit, neq; in contrariũ aliquid video cum oĩa quæ scribis diligenter & accurate examinare voluero.

E Primum vt audio ventrẽ cassia fistulari expurgasti, mox aquam illã perplures dies bibisti, deinde te nõ semel sed pluries in ea lauasti, & tam cibũ, quam potum modeste & parce sumpsisti, atq; regimen aliarum rerum necessariarum optime moderasti, ita vt existimes si qua eleuatio facta sit, illam fuisse ex moderato regimine. Ego vero alleuiationẽ factã esse dixerim ex ambobus, videlicet ex regimine quidem, sed magis ex virtute aquæ epotę, quę non solũ eduxit per vrinã, & secessum plurimas materias non regulatas à natura: verum ẽt membra intrinseca rectificando moderauit. Præterea cum ẽt lauatione in dictis aquis perplures dies vsus sis, ex illa membra exteriora plurimum roborata sunt, ex quo te meliuscule habere rationabile esse dixerim, ex aquę vsu magis, q̃ ex regimine solo.

F Neq; hoc in te admirabile est, qm̃ in multis alijs morbis ab ista aqua sanatis, hoc idem visum est, scilicet vt non potuerint, semel bibendo sanari, sed necessum fuit iterũ, atq; iterũ se ad hęc balnea conferre (cum vt aiunt) in magnis morbis semel sumpta aliquid prodest, nõ tñ ex toto sanat, postea vero si iterum sequenti anno illã bibant, oĩno optimam valetudinem acquirũt. Et quidã fuerunt qui in cõsimilibus affectibus antiquatis potu illius aquę, & lauatione per multos annos vsi sunt. Qui mirifice, & optime tandẽ sanitati restituti sunt. Porrò in huiusmodi vsu aquæ tam bibendo, q̃ lauando oĩa à te obseruata fuere, vt virtus, & dispositiones præternaturam postulabant. etenim sic illustres Medici in alijs, & consimilibus dispositionibus ægritudinalibus facere præcipiunt, ita vt secundum diuersitatẽ patientis, & morbosi affectus diuersa diuersimode administrari iubeant. Quæ oĩa, tam de vsu dictarum

rum

rum aquarum, quę etiam de dispōnibus, quibus dictis aquis medētur, vt tibi satisfaciā sigillatim ordine quodam subscribā, atque ad rōnalem vsum redigam. Siquidē si quis ab aliquo ex superius dictis affectibus pternaturā ista aqua curari desiderat, in primis anteq̃ aquā istā bibat, si necessum fuerit eā bibere, vel ante ĩgressum balnei, si lauare in ea aqua oportuerit, operępreciū est aliquibus leuibus medicinis ventrē subducere, atq; superfluitates cōes (vt aiunt Medici) euacuare. Vt gratia exēpli si fuerit morbus in pectore, vel iocinore, vel renibus, vel vesica, fiat alui euacuatio cum cassia fistulari, aut cum simili leui medicina. Quòd si liē patiatur, euacuetur cū electuario lenitiuo, aut cū diasena, vel cum alia medicina sibi cōuenienti. Similiter si ventriculus patiatur, vtatur ad euacuādū diacatholicone, cū hiera Galeni, et huiuscemodi leuibus medicinis. Quòd si scabiosus fuerit, aut aliquā aliam defedationem cutis habuerit, eodē modo euacuetur. s. cum electuario lenitiuo, vel cū cassia fistulari, et reliquis q̃ faciunt ad euacuationem humorum ex bili, & pituita permixtorum, vel ex pituita salsa, quibus pōt addi rhabarbarum, pſertim si fluxus sanguinis fuerit, vel à venis sedis, quas hemorrhoidas vocāt, vel ab vtero in mulieribus. qua purgatione facta, incipiat ægrotans aquā balnei prædicti bibere ex fonte muro septo. nā in alio fonte non circundato muro bestię bibūt, & scabiosi, & qui exulcerationes habent lauātur. Quare cum immunda sit, eā bibere nō laudo (& vt superius dixi) prodest plurimum illis, in quibus iecur super calfactū fuerit, à qua excalfactione vrinæ ardor sæpe euenire solet. Similiter & renibus supercalfactis prodest, & exulcerationibus colli vesicæ, si ex iam dicta supercalefactione, & iocinoris, & renum prouenerint. Tēpus vero idoneum ad bibendum hanc aquā, & lauandi in ea est æstas. s. post medietatē mensis Iunij, vsq; ad dimidium mēsis Augusti, vel vsq; ad finem: eo quod hoc in tpe calidissimi, et siccissimi sunt dies, vel cœlum ex rectitudine, & mora solis sup terram aerē plurimum calefacit. In frigidis autem, & in tepidis tpibus iste potus ex vsu nō est, neq; si pluuię fuerint tpe æstatis. Præterea si dicta aqua immediate à fonte ipso sumpta, si fieri potest, bibatur: fortius, & melius operabitur, & è contrario si p aliquod notabile tempus postquam à proprio fonte sumpta fuerit manserit, eius operatio imbecillior, et non ita efficax erit. Nā virtus, & proprietas, q̃ à minera habet plurimum imminuitur, postq̃ per aliquod tempus à loco proprio hausta fuerit. Porro eius virtus acquisita quæ est siccitas

A manifesta, & tēperata caliditas facile euanescūt, si diu extra propriā mineram permanserit. Quare minus proficua erit, et debilius operabitur, vt puta si ea asportata fuerit ad aliquem locum longinquum, vel ad aliam regionem. Dixi quidem illam sic habere debiliorem virtutem, non tamē dico non operari omnino, siquidem extra proprium locum amittit pro parte actionem virtutis accidētalis acquisitę, & primariam retinet ad sui ipsius conseruationem, quæ virtus (vt ait Aristoteles) suum subiectū conseruat ex propria virtute à cœlo data. Quòd si forte scire desideras quorsum hæc dixerim, respondeo ea ratione dixisse: qm̃ sæpe visum fuit, si hæc aqua bibatur, vel cum ea lauetur qñ asportata fuerit ad alia loca longinqua, ita vt diutius in vasis permāserit, vel si nō sua hora, & tempore à fonte hauriatur,

B illam quidem debilissime operari. Neque in tali casu aquę virtutem incusare oportet, cū iam causam, cur minus, & debilius operata sit intellexeris. Insuper sumenda est aqua si fieri potest, vbi scatet, hora matutina, sole iam orto, & in eo loco bibēda. Similiter si lauare necessum fuerit in fonte ipso lauandum est. quod si ægrotans, ex aliqua causa, ad fontem accedere non poterit, eam domi calidam bibat, et etiam domi se lauet calida, si lauatione indiguerit. Hora vero bibēdi est hora prima diei, habito prius ventris beneficio sponte, aut clystere supposito ex decocto herbarum cōium, cum aqua dicti fontis. Præterea obseruandum est ne assumens febricitet, aut fuerit corpus natura debile ex omni parte, ita vt vires imbecilles sint, aut neruorum impotentiā, et debilitatem habuerit, qm̃ tales, nec bibere, nec la-

C uare se sine maximo descrimine possunt. Quantitas vero potus dictæ aquę erit secundū ægroti, & etiam ventriculi tolerantiam. Nā qui ventriculum imbecillem habēt, minorem quātitatem sumere debent, sed qui fortes sunt incipiunt primis diebus bibere quinq;, vel sex, vel septē calyces poculaue, ponderis octo, aut decem vnciarū. Et inter bibendum si fieri potest, leuiter deambulare oportet, vt calor exciteť, & facilius aqua è ventriculo descendere possit. Etenim quidam non multum postq̃ epota est, aut plurimū mingunt, aut multum egerunt, quibusdā etiam, & vrina, & secessus simul mouetur, quidam vero easdem operationes hn̄t, vel separate, vel simul, sed tarde, & post aliquot horas. Quicquid sit, deambulare leuiter p quatuor horas (si ęgrotans pōt) oportet. quæ deambulatio sit talis quę neq; sudorem moueat, neq; laxum, aut languidū corpus reddat. Post quam leuem deambulationem

quiescere

quiescere aliquantulum conducit, mox cibũ capere, & post cibũ quiescat etiam. Nec iter diem dormire oportet, sed cũ amicis iocũdis ludere, confabulari, & legere ea, q̃ possint animum hilaré reddere, aut sint instrumẽta musica, & cantilenæ iocundæ, & ea oĩa quæ lętum animum faciunt, exercere conducit. Procedat potio dictæ aquę augẽdo quotidie vnũ, vel alterum poculũ, & tertiũ ẽt, & hoc secundum tolerantiã virtutis ægroti, & exigentiã morbi. Neq; temere in exhibitione huius aquæ procedendũ est, sed oĩa perpendantur & ratione regulentur, qm̃ sunt quidam qui ex vẽtriculi imbecillitate, vel ex alia aliqua causa plurimum ab ista aqua lęduntur, & eã regulare nõ possunt. Et quidã sunt qui nec mingere, nec eam p secessum pellere valent, sed retinent ipsam, q̃ si ptinaciter bibendo procedant facile in dispõnem ventris quandam similem hydropi incurrẽt. Quare vbi aliquid tale acciderit à potu dictæ aquæ abstinendũ erit. ventriculum, & alia membra (si imbecillia fuerint) roboranda sunt ingenijs in pcessu dicendis. Quòd si virtus, & reliqua tolerent, procedat, vt dictũ est augendo quotidie, vsq; quo ventriculus eam regulare possit. & mea in hoc sententia est, vt ægrotans non transcendat numerum viginti poculorum etiã si fortis, & robustus vir esset, q̃ si transactis sex, aut octo diebus vẽtriculus ex potu fastidiũ, aut aliquod aliud accidens senserit, abstineat ab aquæ exhibitione p vnum, aut alterũ diem, dein de sedato fastidio iterum ad bibẽdum redeat, & illa sit semper quantitas, q̃ tolerare possit. Prosequatur bibendo viginti diebus ad minus, eo qm̃ cum hæc aqua debiliter, & sensim operetur, non potest paucis diebus opus suum perficere, tam euacuando superfluitates, q̃ alterando membra male affecta, vt ad pristinam redeant valetudinem, & in hac via curandi meum est consilium, qm̃ virtus eam tolerat, & ventriculus ab ea non abhorreat, vt per integrum mẽsem ea bibatur. Et qm̃ multi sunt qui ad hos fontes minime accedere possunt plurimis de causis, & paulo ante dictum fuit virtutes huius aquę imbecilliores fieri si per aliquod notabile tẽpus in vase aliquo detineatur, postq̃ à propria minera hausta fuerit. ex quo difficultas oritur nunquid si trãsportata ad alias ciuitates bibatur ab aliquo possit conferre iam dictis affectibus, & etiam qualis regula debet seruari ab illis qui nõ in proprio loco bibũt. Huic dubitationi sic respondendum erit, videlicet, q̃ tametsi vires dictæ aquæ ex mora, vel temporis spacio extra proprium locum minuantur, non tamen ex omni parte resoluuntur, quin ali-

D quid operent̃, & hoc plus, vel minus, secundũ tẽpus, quo à minera, & fonte asportata fuerit: sicq; dico aquam hanc asportatam ad alias ciuitates posse operari. Sed non ita valide, sicut si assumeretur in loco vbi scatet. si quis igitur eam bibere voluerit extra proprium locum, obseruet regulã (vt dictum est) scilicet, vt mane eam bibat calfactam aliquantulũ, dixi aliquantulum qm̃ ex forti calfactione ad ignem virtus à minera acquisita plurimum resoluitur, neq; tutum est eam frigidã sumere, præsertim si ventriculus imbecillis fuerit, vel si ægrotans ex morbi diuturnitate languidus extiterit. In reliquis vero seruetur ordo deambulationis, & cibi, & potus (vt dictum fuit de illis qui bibunt dictam aquam à fonte immediate sumptã) semper tamen obseruare oportet, ne ęgrotus eam bibat, nisi prius illo mane aluus

E sponte, vel à clysteri adiuta operata fuerit. Et hora accipiẽdi cibum est per quinq; horas post. Cibus aũt sit panis ex optimo tritico, & bene fermẽtatus, vna cum carnibus paruorũ pullorum, aut hœdi, aut vituli lactentis, vel consimilium aĩalium, & sint elixæ in ea met aqua sine, aut cũ modico sale, neq; ad saturitatem comedendum est. Vinum vero sit pauciferum aquosum album potiusq̃ nigrum. q̃ si potẽs fuerit diluatur dicta aqua, & si album haberi non potest, sit saltẽ medij coloris rufum scilicet, neq; dulce, neq; acidũ. Reliqua vero genera cibariorum interdicantur, vt sunt pisces, & lacticinia, & reliqua viscosa, & mali succi. Oua tñ sorbilia, vel ex iure confusa, panatella, & panis lotus ex iure sunt optima cibaria. Post prandium quiescendum, est et vt etiã superius dixi nullo modo dormire cõuenit, qm̃

F somnus inflãmationem facit, & mictum, & secessum sistit, vnde sequuntur febres reuocato. S calore ad intra, & euaporatio ad caput eleuatis vaporibus à ventriculo, vt contingit sæpe præsertim in somno diurno. Similiter & vesperi cœna sit mediocris, et parca. decumbat deinde duabus horis post. Dormiatq; ad libitum secundũ propriam consuetudinem. Illud tñ in tali potu aquę operęprecium est obseruare, videlicet vt si in prima, & secunda, & tertia die, & quarta nihil, aut parum operata fuerit per vrinam, aut secessum, à potu supersedendum oĩno erit, et si quid mali, aut in ventriculo, aut in aliquo alio viscere acciderit, illi succurrendum erit, cũ suo contrario, vt puta, si aluus astricta fuerit, clystere molliente aperiatur. Similiter si suppressa fuerit vrina, cieatur cum illis quæ vrinam prouocãt. Sicq; in alijs procedere oportet, ita vt secundum diuersos affectus, particularia & propriata remedia exhibeantur,

beantur, & etiam bibendi dictæ aquæ regimen imponatur (vt gratia exépli) in difficultate anhelitus, & asthmate, detur dicta aqua calida, & lambendo, & in ventriculi debilitate. Similiter calidam bibere eá oportet, neq; plurima sit quátitas ne fastidium, & nauseam gignat, atq; etiam postq̃ sex, aut pluribus diebus biberit, vnum vel alterum diem interponat. Similiter in fluxu hepatico non plurima quantitas sumi debet, sed quantitas sit ea quæ possit iecur, & ventriculum roborare, & ad naturalem téperiem restituere. Eodem modo in podagra, & alijs articularibus doloribus à materia calida venientibus faciendum erit, sed in talibus primum aluus leui medicamento expurgáda erit, deinde sensim dictam aquam bibat, post quem potum membra quoq; affecta lauare, seu balneare dicta aqua conducit, & nó tñ in casu isto, sed etiam in alijs affectibus B præternaturam superius enumeratis, si lauatione idiguerint. In scabie vero, & alijs cutaneis affectibus, cum fortitudine virtutis plurimá quantitatem bibere oportet, non tñ sit nimia, qm̃ in omnibus modus, & mensura quædam obseruanda erit. bibantq; eam scabiosi per plurimos dies, & vniuersum corpus in ipso fonte ingrediendo lauet, non semel, sed pluries & pluries quotidie, vel iuterpolatis diebus. Et qm̃ non oẽs qui ad hos fontes accedunt aquam bibunt, sed plurimi ad lauandum se in illis accedunt, quare vbi opus fuerit lauare in dictis aquis, primum operę precium erit vẽtrem à superfluitatibus cõmunibus ventriculi, & aliorum mẽbrorum viciniũ mundare, leui aliqua medicina pro materiæ exuberantis necessitate, & quoq; si sanguis abundauerit venã prius incidere, ita vt non nisi prius cor- C pore mundato balnea ingrediatur, post quá corporis mundificationem quiescat per vnum, & alterum diem, deinde ad lauandum se balneũ ingrediatur, & lauet totum, vel partem, & vnum, & aliud membrum secũdum morbi exigentiá. Hora vero cõuenientior est hora matutina duabus horis post ortum solis, die clara, & sine nebulis existente. Neq; in cõiunctione, vel oppositione lunę lauare, aut bibere oportet, sed illa die supersedendum est. possunt etiam qui balnea ad lauandum ingrediuntur horis vespertinis se lauare post tñ prandiũ octo horis, vt cibus in ventriculo concoctus sit, siue mane, siue vesperi lauet, prius aluus subducẽda est, quę si non sponte clysteri moueatur, & in ea aqua moretur, aut lauetur per dimidiam horam, aut vnam ad summũ. Quòd si fastidium, aut aliquod aliud accidens superuenerit egrediatur, siue cesset à lauatione,

A & accidenti succurretur secundum opportunitatem, vt ad roborandum ventriculi os, detur offa panis infusa in vino aromatico, vel aliqua ex cõfectionibus ventriculum roborantibus, quales sunt aromaticum rosatum, diarodom abbatis, dia muscus, dia margaritum, & consimiles. Similiter si fuerit fastidium, aut lipothymia ex bilioso humore in ore ventriculi, detur offa panis infusa i vino granatorũ, vel de cydonis, aut in succo vuæ acerbæ, vel dentur confectiones quales sunt diatriõsandalorũ, vel ex sacharo rosaceo, cum corallis, & margaritis, & similes. At si ventris stypticitas fuerit, vtatur clystere leniente ex decocto herbarum cõmunium in aqua dictorũ balneorum, vel supponatur ex melle glans, vel detur cassiæ fistularis bolus, vel alia leuis medicina iuxta exigentiam ægroti. Quòd si capitis dolor acciderit fiant fricationes cruribus, & brachijs, apponanturq; cucurbitulæ natibus, & spatulis. Similiter in alijs accidentibus succurrere oportet secundum rei indigentiam. Sed cũ non semper totum corpus lauatione indigeat, cũ aliquádo vnum tñ membrum, vel particula male affecta sit. Ideo in hoc casu si membrum nó est aptum vt intromitatur in dicto fonte, vt ibi balneetur, fiant fomenta, cum spongijs mẽbro languenti, in dicta aqua calida madefactis. si vero vterus, vel vulua laborauerint puta sterilitate, aut profluuio sanguinis, vel cursu materierũ albarum, lauetur locus dicta aqua calida, vel in ea sedeat, qm̃ mirifice, & plurimum prodest. Post quam vero ægrotus lauerit se totum, vel partem abstergat se, & induat vestimentis, custodiat ẽt se ab aere extrinseco donec domũ redeat. Mox lectulum intret, atq; linteaminibus, & sudarijs iterum tergat, & fricet, vt omnis humiditas balnei exiccetur, & per horam ad minus coopertus in lectulo quiescat. Quòd si dormire contigerit, dormiat parum, deinde postquam surrexerit, leuis deambulatio plurimũ confert. Nam sic melius meatus corporis apiuntur, vt si aliqui vapores calidi detenti sint, egredi valeant. Post quá leuem deambulationẽ (si mane fuerit) prandium accipiat, si vesperi cœnet, & à cœna duabus horis in lecto quiescat, dormiatq; vsq; ad matutinas horas. Cibi vero sint vt superius dixi illi qui facilis sint concoctionis, & optimi nutrimenti, vt sunt carnes eo in loco dictæ, & oua recentia. Pisces vero non comedantur nisi vbi intentio fuerit minus nutrire, & frigidum alimentum generare, quo in casu meliores erunt squamosi in aquis claris degentes, vt sunt trutæ, carpiones non saliti, barbi, auratę, & similes. Interdicantur item

item fructus omnes, legumina, olera, lacticinia, & salsamenta, ab immodica quoq; quátitate cuiuscunque cibarij, & potus abstinere oportet, ne ventriculo lęsio inferatur, in oĩbus tamen consuetudo, et tolerantia regula sit. Pręterea, tam in potu, q̃ in lauatione dictæ aquæ à venereis oĩbus modis abstinẽdum erit, & etiam ab ira, & omni imoderata exercitatione. Porro in oĩbus his plurima fit spirituum alteratio, & resolutio, & in venereis humidi radicalis exiccatio. Nemo tamẽ si indiguerit potu dictæ aquæ, & balneatione, balneum ingrediatur nisi prius perplures dies aquã biberit, ita vt cognoscat viscera itrinseca à superfluis excrementis mundasse, & ea roborasse. signum cuius habetur, si tam per secessum, q̃ per vrinam clara, & impermixta reddatur vna cum assumpta quantitate, q̧ non semper fit vno determinato spacio temporis, etenim aliq̃n paucioribus diebus, & aliq̃n pluribus hæc operatio perficitur, sed vt plurimum, post quartũ decimum, vel vigesimum cognoscitur, quamobrem anteq̃ dicta signa appareat in excrementis, nemo tute balneum ingredi potest, vel aliquo alio modo se lauare. Præterea illud perpetuo obseruandum erit, vt scilicet, ea die qua aquam bibũt nullo pacto, nec mane, nec vesperi balneum ĩgrediatur, & ea die etiã qua lauarit se nullo modo aquam bibat, sed vna tñ operatio in vna die satis erit, videlicet vel bibere, vel lauare. q̧ si necessum fuerit, & lauare, & bibere ex aliqua causa, altera die bibat, & altera lauet, sicq; secundum rei indigentiam procedere oportet, vt scilicet aliq̃n per aliquot dies bibat, & aliq̃n per aliquot post lauet, vel continue lauet (vt dictũ est) & bibat aliquot, vel continuis diebus. Ea tñ lege obseruata, q̧ vbi cutaneæ infectiones sunt, vt est scabies, lepra, & aliæ consimiles, vel fortiores, in membris extrinsecis: plurimum, & bis etiã in die lauare melius est. Quòd si aut pluuiæ aut frigiditas aeris ex aliqua causa superuenerit, nullatenus lauare se tutum erit (vt dictum est) de coniunctione, et oppositione lunæ cum sole. Similiter qui ex corporis labore defatigati sunt, vel qui animi perturbatione, vel curis, vel ira, vel excandescentia languent, nisi prius robur, tam corporis, q̃ animi redeat illis nullatenus balnea conueniunt. Et q̃m ad hos fontes sæpe accedunt qui destillationem à capite ad pectus, & alia membra supposita patiuntur, q̃ destillatio est à materia subtili calida ex permixtione alicuius humoris acri, qui aut in capite genitus est ex mala aliqua temperie, aut si in alio genitus est ad caput currit, neq; ibi ꝓpter imbecillitatem membri regulatur. Tales patien-

D tes, si hanc aquam moderate calidã in situla posítam, & per canulam sup caput destillando admiserint, & hoc hora matutina ante prandium per duas saltem horas: pstantissimum est auxilium in roborãdo caput, atq; eius ſpaturam rectificando, vt valeat suum nutrimentum cõcoquere, & assimilare, ac etiam ne excremẽta, & superfluentes humores ad supposita mẽbra pręcipitare valeant. Et hæc aquæ destillatio sup capnt. s. super locum futuræ coronalis, & super locum futuræ laudę prope ortum nuchæ confert, hac ratione etiam confert asthmati, & alijs præternaturã affectibus à destillatiõe materiæ à capite. hãc aquę per canulã destillationem q̃ duciam vocant continuare oportet perplures dies, puta per quindecim, aut viginti dies. nã raro in minori tempore possunt dictam operationẽ perficere. Postremo

E illis qui, vel aquam solum biberunt, vel tantum se lauerint, aut & biberint, & lauerint secũdum dispositionis pręternaturam exigentiam, necessaria est per aliquot dies in omnibus sex rebus necessarijs accurata diligentia. Quare non illico à loco fontium recedẽdum erit, sed post potum, & balneum per aliquot dies quiescere vtile erit. Caueant etiam ab aeris caliditate, & à uentis refrigerantibus, & à nimia exercitatione, & repletione, tam cibi, q̃ potus, & à reliquis, quæ corpus valetudinarium alterare possunt. Et cũ domum reuerti voluerint, ea sit regula vt iter peragatur, sine molestia, & corporis defatigatione, verbi gratia ęquitando modeste, vel in curru, vel pedibus, q̧ non laudo, cum non ex omni parte sit tutum conualescentibus, & medicinis inanitis pedibus iter longum agere. At si deambulare

F necessarium fuerit, sit leuis, & partiatur ad plures dies, ne virtus debilis ex iam dictis causis absumatur. Et postquam ad propriã domum deuenerint, quiescendum erit à negocijs, & alijs, quibusdam diebus, sed vtantur leui deambulatione ante prãdium, & vesperi ante cœnam. Fugiantq; omnem repletionem, & diuersitatem, tam cibariorum, q̃ potus, fugiãt etiam somnum meridianum, & venereos amplexus, sint deniq; iocundi, & hilares cum amicis. Hæc sunt doctissime Vincenti quæ tuis respondens literis de balneis Calderianis ad te scribere in præsentia voliui, vt pro posse tibi satisfacerem. quod si feci tibi satis, gratissimũ mihi erit, si minus, satis sanè ego habeo tuas petitiones nõ neglegisse. Vale. Venetijs M D XXIIII. die. XXVII. Augusti.

Nicolai Massa finis.

CONSILIVM DE Balneis Aquensibus.

Existimauimus non fore legentibus iniocundum, si in hac tam multiplici, variaque & aquarum, & balneorum descriptione, atq; explicatione, consilium quoq; statuendum curauissemus, quod viri clarissimi, & academiæ Ticinẽsis medici excellentes Iulius Delphinus, Ioan. Andreas Cellanoua, & Bernardinus Paternus illustrissimo viro Ferdinando Gonzagæ de Luto, quod est apud aquas Statiellorũ, Aquenses vulgo nominant, dederunt. de quo Ioan. Baptista Rasarius, qui fuit frequens eorum auditor, nobis copiam fecit.

CVM Illustrissimus Princeps Ferdinãdus Gonzaga Mediolanensis prouinciæ præfectus, & Cęsariani exercitus imperator, laboret ischiade, & œdemate totũ crus ad imum vsque pedem occupante, quibus etiã accedit internæ coxæ musculi durities, imbecillitas, & maior, quam alterius cruris longitudo: quæritur, vtrum balneatum apud aquas Statiellorum lutum his omnibus curandis idoneũ esse censeamus. quod cum ita sit, auxiliaque nobis à morbo indicentur, quem quidem cum ex communi omnium natura, tum vero ex cuiusq; propria cognoscimus, efficitur, vt Ferdinandi natura sit in primis statuenda. ita enim eius lapsu cognito, & itẽ morbi genere, propositæ quæstioni apte respondebimus. Naturalis igitur eius temperatura, quemadmodum ab eruditissimis viris accepimus, cum parum deflexerit, magis tamẽ ad calidũm, & minus ad humidum vergit. nam nõ ita multum calidis corde & iocinore, quibus totius corporis habitus respondet: sicco autẽ corde, & humido iecinore modicus caloris excessus, & quædam quasi humiditatis & siccitatis efficitur moderatio. porro autem principes actiones, quæ integræ sunt, vt perspicax ingeniũ, vegeti sensus, itemq; ea, quæ per nares & palatum cocta excernuntur, capilliq; nec admodũ multi, nec robusti, cerebrum modice humidũ, & aperte calidum ostendunt. in ijs tamen, quæ in capite conspiciũtur, ambiguitas quædam est: siquidem ipse vna & altera parte canus, & caluus videtur. Cum vero immodicam siccitatem caluities, humiditatem canities sequatur, perspicua in hac re apparet repugnantia, quæ faciles habet explicatus. nam idem humor corruptus cum sua corruptela canitiem: tum vero boni alimenti defectu capillorum facere defluuiũ potest: cum præsertim hæc affectio capillorum defluuium potius, quam caluities sit existimanda. præterea nimia cutis raritas, quam calor efficit, in causa est, vt quod alioqui gignundis pilis esset accommodatum, quasi halitus quidam effluat, & ita pili non nascantur. Quod vero ad ventriculum attinet, bene appetit, & tam probe concoquit, vt etiam si error post ingestum cibum committatur, non grauetur: quod robusti, & bene valentis ventriculi certum est indicium. ad summũ totum corpus, præter eam partem, cuius mentionem modo fecimus, ita integrum est, & ad cõcinnitatem membra sic apte conueniunt, vt nisi crura à reliquis parum distarent, pulcherrimum corpus efficerent. atq; hæc quidem de naturali temperatura

B ra dicta sint. Sequitur aũt, vt de morbis, quibus hic vir laborat, diligenter inuestigemus. hos igitur & ex causis antegressis, & ex ijs, quæ nunc re ipsa cõspiciuntur, haud difficile est cognoscere. præcesserunt autem refrigerantes, & humectantes causæ. nã lapsis prope annis viginti febri continua affectus primum graui sopore vexatus est, deinde biliosæ deiectiones sunt sequutæ: postremo pituitosi humoris ad sinistrum crus decubitu sublata febris est: ex quo tempore nũquam est pristinæ valetudini restitutus. Præterea in aquas aliquando cecidit, & summis negotijs occupatus crus ipsum aliquot diebus madefactum pertulit: id quod ei quoque vsu venit, cum permutatis equis in Hispaniam magnis itineribus contenderet. Iam vero magnis quoque se frigoribus sæpe commisit, quam ob rem Ischiaden pati

C cœpit. Sed ad cætera magnus etiam cumulus accessit ex intemperata victus ratione: qua cumulatę cruditates i ęgram partem facere impetum solent. quæ res per se ipsa manifeste patet. nam tumor œdematosus est affectus fungosus, frigidus, & doloris expers: atq; vt Galeno placet, ischias à pituita plerunque oritur. ad hæc cum calida iuuent, frigida vero noceant, frigidam esse affectionem perspicuum est. His autem sic expositis ratio symptomatum, quæ affectiones insequuntur, satis patet. siquidem laxatis iuncturæ ligamentis à copia humoris in eam demissi, & crus protractum est, & leuis quasi luxatio esse ecta. ex quo fit, vt iunctura humore plena protracti cruris retractionem & ad naturalem mensuram reditum non admittat, sed claudicationem afferat. Neque absurdum est habita diuturnitatis morbi ratione crassiorem humoris partẽ ad internum coxæ musculum expulsam, duritiam fecisse,

fecisse, & permulta naturali temperatura imbecillum crus fuisse effectum. quanq̃ & ab ortu naturę, & hereditario iure imbecillis cruribus princeps ipse sit. Crus aũt interdiu ita intumescere, vt impressus digitus cauitatem faciat, & nocte cessare, vt si mane cõprimatur, nulla cauitas remaneat, laxorum tumorum, qui à craso, flatuosoq; spiritu fiunt, proprium est. quapropter cum ob tẽporis diuturnitatem hæ affectiones in habitum prope transierint, non sine magno negocio eas curari posse arbitramur. quod sane dictũ sit, vt ipse princeps omni studio & diligentia curet, ne res longius protrahatur. Nunc aũt tempus suadet, vt ad propositam quæstionẽ redeundum esse videatur: atq; vt res clarior fiat, atq; aptior, subijciẽdum in primis est, dissimiles affectiones dissimilem quoq; curationis viam atq; rationẽ postulare. nam laxus tumor totũ crus occupans, & interioris musculi coxæ duritia dissimiles affectiones sunt: quarũ alteri curandæ exsiccantia, alteri humectantia conueniunt. Præterea Statiellorum aquarũ balneas nitrosas ac salsas esse, & sulfuris, atq; aluminis nõnihil habere censuerunt viri clari, qui earum naturam diligenter inuestigauerunt. idque se ẽt vsu compertsse confirmant. Postremo ad Ischiadis curationẽ adstringentia, quæ reliquis iuncturarũ doloribus apta sunt, nõ satisfacere medici censent. Sed nos quęstioni respondentes dicimus, lutum, de quo agitur, affecto cruri cõmodum allaturũ non modo quãtum ad laxum tumorem, sed ẽt quantum ad Ischiada pertinet. in quo nihil nos mouet aluminis particula, quæ in ijs aquis inesse putatur: quãdoquidem si hac ratione aliquam adstringentis facultatis vim habent, tñ ea ita exigua est, si ad alia comparetur, quę calfaciunt, & exsiccant, vt prorsus sit obscura, et vix sentiaẽ, & obesse nullo pacto queat. quæ quidem res facit, vt hoc ipsum experti medici in huiusmodi casibus plurimũ valuisse attestentur. quod ẽt princeps ipse fatetur, cum alias hoc remedio adhibito tñ leuatus sit, vt prope sanesceret. Cumq; eandem vim, quã lutum, aqua habeat, si ab alto super ægram iuncturam fundatur, quod fusionis genus Ducia vulgo dicitur, vel hac ratione maximopere pro futuram arbitramur, quod impetu quodã exter nam iuncturę partem feriens vim nitro mittet, qua humor is, qui iuncturam laxat, cõsumetur, & iunctura ipsa firmabitur: quę duo nobis ad curandum sunt præcipue proposita. Cum aũt molestior sit iuncturæ affectio, siquidem & materię defluxum huc prouitat, & grauiorem curationẽ reddit, ideo ab ea initium sumendum est. in quo

D tamen est diligenter animaduertendum, ne id præsidij genus temere propter musculi duritiam adhibeatur. quod fiet, si quo tẽpore lutum propinabitur, aliquo medicamento idoneo, duro musculo prospiciatur. & pręter cętera, ne lutum musculum contingat, caueatur. quod præsentis medici prudentiæ totum relinquimus. Scimus autem pleraq; alia medicamenta efficacia esse, quibus subleuari infirmitas huius partis posset. sed cum nunc propositæ tantum quęstioni satisfacere vellemus, cætera silentio transiuimus: & id egimus solũ, vt de re proposita dissereremus. Deus Opt. Max. faxit, vt quemadmodum nos ex animo cõsuluimus, ita hoc remedium excellentissimo viro summum afferat adiumentum.

Ticini Prid. Non. Apri. M D L I.

E EX CORNELIO CELSO, de Balneis excerpta.

Libro Primo, Capite primo. Quemadmodum sanos agere conueniat.

RODEST etiam interdũ balneo, interdum aquis frigidis vti: modo vngi, modo id ipsum negligere.

Libro eodem. Cap. 2.

Quæ stomacho imbecillis seruanda sint.

EXercitationẽ recte sequitur modo vnctio vel in sole, vel ad ignem, modo balneũ, sed conclaui quam maxime & alto & lucido & spa-F cioso. ex his vero neutrum sępe fieri oportet, sed sæpius alterutrum pro corporis natura. post hæc paulum quiescere opus est.

Libro eodem. Cap. 3.

Obseruationes quædam, pro ut res nouæ accidunt, et prout corporum genera, sexus, ætates & tempora anni sunt.

Communia omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, vbi paulum ambulauerint, si balneum non est, calido loco vel in sole, vel ad ignẽ vngi atq; sudare. si est: ante omnia in tepidario residere. Vbi paulum conqueuerũt, intrare & descendere in soliũ. tum multo oleo vngi, leniterq; perfricari, iterum in solium descẽdere. post hęc os aqua calida fouere, dein frigida. Balneum ijs feruẽs idoneũ non est. Ergo si nimium alicui fatigato penè febris est, huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei adiectũ. deinde totũ quidem

dem corpus, maxime tñ eas partes quæ in aqua fuerunt, leniter pſricare ex oleo, cui vinũ & paulum contriti ſalis ſit adiectũ. poſt hæc oĩbus fatigatis, aptum eſt cibum ſumere, eoq; humido vti. aqua vel certe diluta potione eſſe contentos, maximeq; ea quæ moueat vrinã. Illud quoq; noſſe oportet, q ex labore ſudãti frigida potio pnitioſiſſima eſt, atq; ẽt cũ ſudor ſe remiſit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoq; veniẽtibus Aſclepiades eã inutilẽ indicauit, quod in jis verũ eſt, quibus aluus facile nec tuto ſoluitur. quique faci le inhorreſcũt. perpetuũ in oĩbus nõ eſt, cum potius naturale ſit potione æſtuantẽ ſtomachũ refrigerari, frigentẽ calefieri. quod ita pcipio, vt tñ fatear ne ex hac q dem cauſa ſudãti adhuc frigidũ bibendũ eſſe. Solet ẽt pdeſſe poſt varium cibum frequẽteſq; dilutas potiones, vomitus & poſtero die longa qes, deinde modica exercitatio. Si aſſidua fatigatio vrget, in vicẽ mõ aqua, mõ vinum bibendũ: raroq; balneo vtendũ. Fatigatũ in itinere reficit frequens frictio, poſt iter, primũ ſedile, deĩde vnctio, tũ calida aqua in balneo magis ſuperiores ptes, q̃ inferiores foueat. ſi q̃s vero exuſtus in ſole eſt, huic in balneũ ptinus eundũ eſt, pfundendũq; oleo corpus et caput. deinde in ſoliũ bene calidũ deſcendendũ. tum multa aqua p caput infundẽda, prius calida dein frigida. at ei q pfrixit, opus eſt ĩ balneo primũ inuoluto ſedere, donec inſudet, tũ vngi, deinde lauari. cibũ modicũ, dein potiones meraces aſſumere. Qui toto die vel in vehiculo, vel in ſpectaculis ſedet, huic nihil currẽdum, ſed lente ambulãdum eſt, lenta quoq; in balneo mora, dein cœna exigua pdeſſe conſueuerunt. Si quis in balneo æſtuat, reficit hunc ore exceptum & in eo retentum acetum. ſi id non eſt, eodem modo frigida aqua ſumpta.

Eodem capite.

Implet corpus modica exercitatio, frequẽtior quies, vnctio: et ſi poſt prandium eſt, balneũ, etc.

Eodem cap.

Extenuat corpus aqua calida ſiquis in eã deſcendit, magiſq; ſi ſalſa eſt. in ieiunio balneum, inurens Sol, & omnis calor, cura, vigilia, &c.

Eodem cap.

Poſt vomitũ ſi ſtomachus infirmus eſt, paulũ cibi ſed huius idonei guſtandũ, & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi. Si vomitus fauces exaſpãuit, q vomuit, ſi mane id fecit, ambulet, vngatur, cœnet. ſi poſt cœnã, poſtero die lauari, & in balneo ſudare. *Eodem cap.*

Calefacit vnctio, aqua ſalſa, magiſq; ſi calida eſt: oĩa ſalſa, amara, carnoſa. ſi poſt cibum eſt, balneum, vinum auſterum. Refrigerat in ieiunio & balneum & ſomnus niſi nimis longus eſt, & oĩa

A acida, aqua q̃ frigidiſſima, oleũ ſi aquæ miſceat̃. Humidũ corp' efficit labor maior, q̃ ex cõſuetudine, frequẽs balneũ, cibus plenior, multa potio.

Eodem cap.

Calida lauatio & pueris, & ſenibus apta eſt.

Eodem cap.

Aeſtate aptiſſima ẽ frigida lauatio, frigidi cibi.

Libro primo. Cap. 4.

De his, qui aliqua parte corporis laborant, & primũ de his, quibus caput infirmum eſt.

Vbiq; vitare ſolis ardorẽ, maximeq; poſt cibũ & vinum oportet. potius vngi q̃ lauari. nunq̃ ad flãmam vngi, interdum ad prunã. Si in balneum venit, ſub veſte primũ paulum in tepidario inſudare, ibi vngi, tum tranſire ad calidariũ vbi ſudabit, i ſoliũ nõ deſcẽdere, ſed multa calida aqua p caput ſe totũ pfundere, tũ tepida vti, dein frĩda, B diutiuſq; ea caput q̃ cęteras partes pfundere. deinde id aliquãdiu pfricare, nouiſſime detergere & vngere. Capiti nil æque pdeſt atq; aqua frigida. itaq; is cui hoc infirmũ eſt p æſtatem id bene largo canali quotidie debet aliquãdiu ſubijcere. ſemp aũt ẽt ſi ſine balneo vnctus eſt, neq; totum corpus refrigerare ſuſtinet, caput tñ aqua frigida pfundere, ſed cũ cæteras partes attingi nolit, demittere id, ne ad ceruices aqua deſcendat, eamq; nequid oculis, alijsuè partibus noceat, defluentem ſubinde manibus ad os regerere.

Libro primo. Cap. 5.

De his qui lippitudine, grauedine, deſtillatione, tonſillisque laborant.

Neq; vero his ſolis, quos capitis imbecillitas torquet, vſus aquę frigidæ pdeſt, ſed his ẽt, quos aſſiduę lippitudines, graue dines, deſtillationes, C tonſilleq; male hñt. his aũt nõ caput tñ quotidie pfundẽdũ eſt, ſed os quoq; multa frigida aqua fouendũ eſt. pcipueq; oĩbus, qbus hoc vtile auxiliũ ẽ, eo vtẽdũ, vbi grauius cœlũ auſtri reddiderũt.

Libro primo. Cap. 7.

Remedia ad coli dol.

At ſi laxius inteſtinũ dolere cõſueuit, cũ nihil niſi genus inflationis ſit, id agendũ eſt, vt concoquat aliquis, vt lectione, et alijs gñibus exerceat̃, vtatur balneo calido, cibis, potionibus calidis.

Libro primo. Cap. 10.

In peſtilentia vitandum balneum, ſudor, meridianus ſomnus vtique.

LIBRO SECVNDO. *Cap. 16.*

De ſudore.

Sudor etiam duobus modis elicitur, aut ſicco calore aut balneo. Siccus calor eſt & arenę calidæ, & laconici, & clibani et quarundã naturaliũ ſudationes. vbi ẽ terra profuſus calidus vapor ędificio includitur ſicut ſup Baias in myrtetis habemus.

bemus. Preter hæc sole quoq; & exercitatione is mouetur. Balnei duplex vsus est. nam modo discussis febribus initium cibi plenioris, viniq; firmioris valetudini facit, modo febrẽ ipsam tollit. fereq; adhibetur, vbi summã cutem relaxari, euocariq; corruptũ humorem, & habitum corporis mutari expedit. antiqui timidius eo vtebantur. Asclepiadis audacias, neq; terrere ea res, si tẽpestiua est, debet. & ante tẽpus nocet. Quisqs febre liberatus est simulatq; ea vno die nõ accessit, eo qui ꝓximus est, post tẽpus accessionis tuto lauari põt. at si circuitum habere ea febris solet, sic vt tertio quartouè die reuertatur, qñcunq; non accessit, balneũ tutum est. Manẽtibus vero adhuc febribus, si hę sunt lẽtæ, lienesq; iã diu male hñt, recte medicina ista tentatur, cum eo tñ ne ꝑcordia dura sint, neúe ea tumeant, neúe lingua aspera sit, neúe aut in medio corpe, aut in capite dolor vllus sit, neúe tum febris increscat. At in his quidẽ febribus, q̃ certum circuitum hñt, duo balnei tpa sunt, alterũ ante horrorem, alterũ febre finita. In his vero qui lẽtis febriculis diu detinentur, cum aut ex toto recessit accessio, aut si id nõ solet, certe lenita est, iamq; corpus tam ĩtegre est q̃ maxime eẽ in eo genere valetudinis solet, imbecillus homo iturus in balneum vitare debet ne ante frigus aliquid experiatur. Vbi in balneũ venit, paulisper resistere, expeririq; num tẽpora astringantur, & an sudor aliquis oriatur. Illud si incidit, hoc non secutũ est, inutile eo die balneũ est, perungendus est is leniter, & auferendus est. Vitandumq; oĩ modo frigus & abstinentia vtendum. At si tpibus integris primũ ibi, deinde alibi sudor incipit, fouendum os aqua calida, tũ in solio desidendũ. atq; ibi quoq; videndum, num sub primo cõtactu aquæ calidæ summa cutis inhorrescat, quod vix tñ fieri põt, si priora recte cesserunt. Certum id aũt signum inutilis balnei est. Ante vero, an posteaq̃ in aquã calidam se demittat, aliquis perũgi debeat, ex ratione valetudinis suæ noscat. Fere tamẽ nisi vbi noĩatim vt postea fiat, id præcipietur, moto sudore leuiter corpus perungendũ, deinde in aquam calidã demittendum. atq; hic quoq; habẽda viriũ ratio est. Neq; cõmittendum vt per æstum aĩa deficiat, sed maturius is auferendus, curioseq; in vestimentis reuoluendus, vt neq; ad eum frigus aspiret, & ibi quoq; antequam aliquid sumat, insudet.

LIBRO TERTIO. *Cap.6.*

Quando potiones febricitantibus dari expediet.

Vtile est etiam ducere in balneum, prius demittere in solium, tum vngere, iterũ ad solium redire, multaq; aqua fouere inguina, interdum etiam oleũ in solio cum aqua calida miscere, vti cibo verius & serius tenui, simplici, molli, calido, exiguo, maximeq; oleribus qualia sunt lapathũ, vrtica malua. Poterit à balneo ẽt pinguius aut dulcius dari vinũ. Si venter fluit, aut si stomachus non cõtinet, vbi febris decreuit, liberaliter oportet aquã tepidam potui dare, & vomere cogere, nisi aut fauces aut præcordia aut latus dolet, aut vetus morbus est. si sudor exercet, duranda cutis est, vel nitro vel sale, quæ cum oleo miscẽtur. Si leuius id vitium est, corpus oleo vngendũ, si vehementius rosa, aut melino vel myrteo, cui vinum austerum sit adiectum. Quisquis autem fluore æger est cum venit in balneum, prius vngendus, deinde in solium demittendus. Si in cute vitium est, frigida quoque quàm calida aqua melius vtetur.

Libro tertio.. Cap.7.

Quomodo pestilentes febres curari debeant.

In his maturius, quàm in alijs morbis ducere in balneum opus est.

Libro tertio. Cap.12.

Curatio horroris in feb.

Vbi incerta tempora sunt, neque alui ductio, neque balneum, neque vinum, neque medicamentum aliud recte datur.

Eodem cap.

Sub proximę accessionis expectatione, quæ instare tertia põt, deducendus in balneũ est, dandaq; opera, vt per tẽpus horroris in balneo sit. si ibi quoq; senserit, nihilominus idem sub expectatione accessionis quartæ faciat. siquidem eo quoq; modo sæpe id discutitur. si nec balneum profluit, ante accessionem aliam edat aut bibat calidam aquam cũ pipere: siquidem ea quoq; assumpta calorẽ mouent, q horrorẽ non admittit.

Libro eodem. Cap.13.

Curatio quotidianæ.

Hæc ad omnes circuitus febrium pertinent. discernendę tamen singulæ sunt, sicut rationem habent dissimilem. Si quotidiana est triduo primo magnopere abstinendum, tum cibis altero quoq; die vtendum. si res inueterauit, post febrẽ experire balneum, & vinum, magisq; si horrore sublato hæc superest.

Libro tertio. Cap.14.

Curatio tertianæ.

Cleophãtus multo ante accessionem tertianæ caput ęgri multa calida ꝑfundebat, deinde vinum dabat: quod quãuis pleraq; eius vini ꝓcepta secutus est Asclepiades, recte tamen præterijt.

Libro tertio. Cap.15.

Curatio quartanæ.

Septimo die balneo frigus ꝓuenire, abstinere, continere se debet, & aqua tantũmodo calida, si sitiet,

fitiet, ac tũ ita nono die balneo frigus, ꝑuenire, si febris redierit, ducere aluum. Vbi ex eo corpus quieuerit, inũctione vehemẽter ꝑfricari, eodem modo sumere cibum et vinum. & biduo ꝓximo se abstinere frictione seruata. decimo die rursus balneũ experiri. & si postea febris accessit, æque perfricari. Si tertiodecimo die morbus remanebit, balneum neq; ante febrem, neque post eam tentãdum erit, nisi interdũ iam horrore discusso.

Libri tertij. Cap.21.

De aqua inter cutem.

Supiores maxime partes sic ꝑfricãdę, vt spũm ipse cõtineat. Euocãdus est sudor nõ exercitatione tñ, sed ẽt in arena calida vel laconico, vel clibano, similibusq; alijs, maximeq; vtiles naturales & siccę sudationes sunt, quales super Baias habemus i Myrtetis. balneũ atq; oĩs humor alienus ẽ.

Libro tertio. Cap.22.

De tabe.

Vtile est interdũ balneum, sed post cibũ exiguũ. atq; in ipso solio recte cibi aliqd assumitur, aut si sine hoc frictio fuit, post eam protinus.

Ibidem.

Vtilius his frequẽs balneũ est, sed ieiunis ẽt vsq; sudorẽ. *Ibidem.*

Si febris iã remisit decurrendum ad modicas exercitationes, maximeque ambulationes, item lenes frictiones. balneum alienum est.

Ibidem.

Qui meliusculus esse cœpit, diu abstineat à vino, balneo, venere.

Libro tertio. Cap.23.

De comitiali morbo.

Vbi mane experrectus est, corpus eius leniter ex oleo vetere, cũ capite excepto vẽtre, permulceat. post ambulationẽ longã, loco tepido vehemẽter, diu & nõ minus ducẽties, nisi ifirmus erit ꝑfricet, deide ꝑ caput multa aqua frida ꝑfundat. paulũ cibi sumat, cõquiescat. Si ne ꝑ hęc quidem fuerit liberatus, caput radat. vngatur oleo vetere, adiecto aceto et nitro. perfundatur aqua salsa.

Libro tertio. Cap.24.

De morbo regio.

Per oẽ tempus vtendũ exercitatione, frictione, si hyems est, balneo, si æstas, frigidis natationibus, lecto etiam & conclaui cultiore.

Libro tertio. Cap.26.

De resolutione neruorum.

Vnctioni aptissimũ est vetus oleũ, vel nitrum aceto & oleo mixtũ. Quin ẽt souere aqua calida marina, vel si ea non est, tñ salsa, magnopere necessarium est. at si quo loco vel naturales, vel etiã manu factę tales natationes sunt, ijs potissimum vtendũ est, ꝑcipueq; in his agitãda mẽbra, q̃ maxime deficiũt. si id nõ est, balneum tum prodest.

A

LIBRO QVARTO. Cap.2.

Curatio morborum capitis, & primo de dolore.

Si parũ causa discernitur, ꝑfundere caput primũ aqua calida oportet vel salsa, vel ex lauro decocta, tũ frigida posca. *Ibidem.*

Si discussus ex toto dolor est, in balneũ ire. ibi multa aq̃ cal. prius, deide frigida ꝑ caput ꝑfundi.

Libro quarto eodem cap.

De cynico spasmo.

Prodest mouere sternutamẽta, caput radere, idq; ꝑfundere aqua calida vel marina, vel certe salsa, sic vt ei quoq; sulfur adijciatur. post perfusionem iterum perfricari, sinapi manducare &c.

De resolutione linguæ.

Caput sępe aqua frigida perfundere, nõnunq̃ multam esse radiculã, deinde vomere oportet.

B

De destillatione & grauedine.

Destillat aũt humor ex capite interdũ in nares, quod leue est. interdũ in fauces, quod peius est. iterdum ẽt in pulmonẽ, quod pessimum est. Vbi aliqd destillasse ad pulmonẽ sentimus, ꝓtinus abstinere à sole, balneo, vino, venere debemus. Inter q̃ vnctione & assueto cibo nihilominus vti licet. ambulatione tantum acri, sed recta vtendũ est, & post eã caput atq; os supra qnquagies ꝑfricandum. Raro fit vt si biduo vel certe triduo nobis tꝑauimus, id vitiũ non leuetur. Quo leuato si in destillatione crassa facta pituita est, vel in grauedine nares magis patẽt, balneo vtendũ est, multaq; aqua prins calida, post egelida souendũ os, caputq;. deinde cũ cibo pleniore vinũ bibendũ. At si ęque tenuis die quarto pituita est, vel nares ęque clausę vidẽtur, assumẽdum est vinũ amineũ austerum, deinde rursus biduo aqua, post q̃ ad balneum, & ad consuetudinẽ reuertendũ est. Neq; tñ illis ipsis diebus, qbus aliqua omittenda sunt, expedit tanq̃ ęgros agere. sed cætera oĩa quasi sanis faciẽda sunt, præterq̃ si diutius aliquẽ & vehemẽtius ista solicitare consueuerunt. Huic. n. quędam curiosior obseruatio necessaria est. Igitur huic si ĩ nares vel in fauces destillauit, prę ter ea q̃ supra retuli, ꝓtinus primis dieb' multum ambulandũ. ꝑfricandę vehementer inferiores partes, leuior frictio adhibenda thoraci erit, leuior capiti. Demenda assueto cibo pars dimidia, sumẽda oua, amylũ, similiaq; quę pituitã faciant crassiorẽ. Siti quãta maxime sustineri põt, pugnandũ est. Vbi ꝑ hæc idoneus aliquis balneo factus, eoq; vsus est, adijciẽdus est cibo pisciculus aut caro, sic tñ, ne protinus iustus modus cibi sumatur. Vino meraco copiosius vtendũ. At si in pulmonẽ quoq; destillat, multoq; magis & ambulatione, & frictione opus est, eadẽq; adhibita

C

rõne in cibis si nõ satis illi ꝓficiũt,acrioribus vtẽdũ est,magis somno indulgendũ, abstinendũq; à negotijs oĩbus.aliqñ sed serius et balneũ tẽtandũ.In grauedine aũt primo die qescere, neq; eẽ, neq; bibere,caput velare, fauces lana circũdare. postero die surgere,diu abstinere à potione,aut si res coegerit,non vltra heminã aquę assumere. tertio die panis nõ tã multũ ex parte iteriore cũ pisciculo vel leui carne sumere, aquã bibere. Si-quis sibi tpare nõ potuerit, quo minus pleniore victu vtatur,vomere. Vbi in balneum ventũ est, multa aqua calida caput & os fouere vsq; ad sudorẽ.tum ad vinũ redire.post quæ vix fieri põt, vt idẽ incõmodum maneat.sed si manserit,vtendum erit cibis frigidis,aridis,leuibus, humore q̃ minimo,seruatis frictionibus,exercitatiõibusq;, quæ in oĩ tali gñe valetudinis necessarię sunt.

Libro quarto de ceruicis morbis. Cap. 3.

Opus est fomẽto humido & calido,itaq; pleriq; aqua calida multa ceruices subinde perfundunt.id in ꝓsentia leuat:sed opportuniores frigori neruos reddit,quod vtique vitandum est.

Ibidem.

Neq; inutile erit caput attonsum habere: idq; irino vel cyprino calido madefacere,& sup ipoſito pileo velare.nõnunq̃ ẽt in calidũ oleum totũ descendere,vel in aquam calidam in qua fęnum gręcum decoctum sit,& adiecta olei pars tertia.

De tussi.

Caput huius cubantis sublime esse debet, recteq; tondetur. Facies sæpe aqua frigida fouenda.At inimica sunt balneum,venus,vinum.

Libro quarto. Cap. 5.

De stomachi morbis.

Post exercitationẽ opus est vnctione, frictione,balneo nonnunq̃,sed rarius,interdũ alui ductione. *Ibidem.*

Vulgarisſimũ vero, pessimũq; stomachi vitiũ est resolutio.i.cum cibi nõ tenax est,soletq; desinere ali corpus,ac sic tabe cõsumi.huic gñi inutilissimũ balneum. Lectiones, exercitationesq; superioris partis necessarię. itẽ vnctiones, frictionesq;.His ꝑfundi frigida,& ĩ eadẽ natare,canalibus eiusdẽ subijcere ẽt stomachum ipsum,et magis ẽt à scapulis,id quod cõtra stomachũ est.Cõsistere in frigidis medij capitisq; fontibus, quales Cutiliarum, Symbruinarum sunt,salutare est.

Libro quarto. Cap. 8.

De iocineris morbo.

Perfusio corporis multa prodest ex aqua, si hyems est,calida:si æstas,tepida. itemq; liberalis vnctio,& in balneo sudor.

Libro quarto. Cap. 10.

De renum morbis.

D Oportet conquiescere,cubare molliter, soluere aluum, sæpe desidere in aqua calida, neque cibum,neq; potionem frigidam assumere.

Libro quarto. Cap. 19.

De ventris fluxu.

Primo die quiescere satis est,neq; impetũ ventris ꝓhibere,si ꝑ se desijt,balneo vti,paulum cibi capere.si mansit,abstinere non solũ à cibo,sed ẽt à potione.Postero die si nihilominus liquida aluus est,ęque cõquiescere,paulũ adstringẽtis cibi sumere.tertio die in balneum ire. vehemẽter oĩa ꝓter ventrem perfricare,ad ignẽ lumbos, scapulasq; admouere,cibis vti vẽtrem contrahẽtibus.

Libro quarto. Cap. 21.

De nimia perfusione feminis.

Salutares sunt vehementer frictiones, perfusiones,natationesq; q̃ frigidissimæ neq; cibi,nec E potio nisi frigida assumpta.

Libro quarto. Cap. 24.

De articulorum dol.

Cum dolor vrget podagrę,mõ sedere,modo ingredi,tũ anteq̃ cibum capiat,sine balneo loco calido leuiter ꝓfricari,sudare:ꝑfundi aqua egelida.deinde cibũ sumere ex media materia,interpositis reb⁹ vrinã mouentibus,quotiesq; plenior est,euomere. Vbi dolor vehemẽs vrget: interest sine tumore is sit:an tumor cũ calore, an tumor iam ẽt obcalluerit. Nã si tumor nullus ẽ,calidis fomẽtis opus est.Aquã marinã vel muriã duram feruefacere oportet,deinde in peluẽ cõijcere, & cũ iam hõ pati põt,pedes demittere,superq; pallã dare & vestimẽto tegere,paulatim deinde iuxta labrũ ipsum ex eadẽ aqua leuiter infundere, ne calor intus destituat,ac deĩde noctu catapla sma-F ta calfacientia imponere,maximeq; ibisci radicẽ ex vino cocta.Sin vero tumor,calorq; est,vtiliora sunt refrigerãtia,recteq; ĩ aqua q̃ frigidissima articuli continentur.sed neq; quotidie,neq; diu fit,ne nerui lędantur.Si tumores ẽt obcaluerunt & dolẽt:leuat spongia,quæ imposita subinde ex oleo vel aceto vel aqua frigida exprimitur, aut pari portione ĩter se mixta,pix,cera,alumẽ. & fouere oportet spongia,q̃ in aquam calidã demittatur:in qua vel papaueris corticis vel cucumeris syluestris radix decocta sit. tũ inducere articulis crocũ cũ succo papaueris & ouillo lacte. At si tumor est,foueri quidẽ debet aqua egelida:ĩ qua lẽtiscus,aliaue verbena ex reprimẽtib⁹ decocta sit.

LIBRO QVINTO.

Curationes propriæ articulorum.

Locus in quo cubabit, tepidus esse debebit. Balneũ quoq;,dum parũ vulnus purũ est, inter res ĩfestissimas est.nã id & humidũ & sordidum reddit.ex qbus ad cãcrum trãsitus esse cõsueuit.

Libro

Libro quinto. Curatio Cangrænæ.

Balneum nisi iam certa fiducia redditæ sanitatis est, alienum est: siquidem emollitum in eo vulnus cito rursus eodem malo afficitur.

Libro quinto. Curatio morsus canis rabiosi.

Quidã post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, ibiq; patiũtur desudare, dũ vires corporis sinũt vlcere adaperto, quo magis ex eo quoq; virus destillet. deĩde multo meraco vinoexcipiunt. quod oĩbus venenis contrariũ est.

Libro quinto. De sacro igne.

Si nõ est febricula, & gestatio vtilis est, et ambulatio & vinũ austerum, & balneũ. in hoc gñe potio magis liberalis esse, q̃ cibus debet. ipsa vlcera si mediocriter serpunt, aqua calida: si vehementius, vino calido fouenda sunt.

Libro quinto. De ulceribus, quæ ex frigore in pedibus & manibus oriuntur.

In primis multa calida aqua fouendum est: in qua rapa decocta: aut si ea non sunt, aliquæ verbenæ ex reprimentibus.

Eodem libro de pustularum generibus.

Is qui iã robustus est, si pustulæ minutæ sunt, desudare ĩ balneum debet, simulq; super eas nitrum inspergere, oleoque vinum miscere: & sic vngi, tum descendere in solium.

LIBRO SEXTO.

Euelpidis collyrium ad oculorum inflammationem.

Quo grauior quæq; inflãmatio est, eo magis leniri medicamento debet, adiecto vel albo oui, vel muliebri lacte. Si nec medicus neq; medicamentũ præsto est, sępius vtrũlibet horũ in oculis penicillo ad id ipsum facto infusum, id malũ lenit. Vbi vero aliq̃s releuatus est, indeq; cursus pituitę cõsistit, reliq̃as fortasse leuiores futuras discutiũt balneũ & vinũ. Igitur lauari debet leuiter iã p̄fricatus ex oleo, & diutius in cruribus & feminibus, multaque calida aqua fouere oculos. deinde p̄ caput prius calida, tũ egelida p̄fundi, à balneo cauere, ne quo frigore afflatu ue lędatur. Sed siq̃s in balneo sentit maiorẽ oculorũ p̄turbationẽ, q̃ attulerat quod icidere is solet, q manẽte adhuc pituitę cursu festinarũt, q̃ primũ descẽdere debet: nihil eo die vini sumere. cibi ẽt minus q̃ pridie. deinde cũ primũ satis pituita subsistit, iterũ ad balnei vsum redire. Solet tñ euenire nonnunq̃ siue tẽpestatũ vitio siue corpis, vt pluribus diebus neq; dolor, neq; inflãmatio & minime pituitę cursus finiatur. qđ vbi ĩcidit, iãq; ipsa vetustate res matura ẽ ab ijsdẽ auxiliũ petendũ est, i. balneo ac vino. Tonderi ad cutẽ cõuenit, deinde in balneo aqua calida q̃ plurima caput & oculos fouere, tũ vtrunq; penicillo detergere, & vngere caput irino vng. cõtinereq; ĩ lectulo se, donec oĩs

A calor q cõceptus est, finiatur, desinatq; sudor, q necessario in capite collectus est. tũ ad idẽ cibi vi niq; genus veniendũ sic, vti potiões meracę sint, obtegendũq; caput & q̃escendũ. sępe.n. post hęc gratus somnus, sępe sudor, sæpe alui deiectio pituitæ cursũ finit. Si leuatũ malũ est. p̄ plures dies idẽ fieri oportet, donec ex toto sanitas restituat̃.

Libro sexto. De inflammatione ocul.

Exercitationibus vtemur & balneo frequentiore: multaq; oculorũ palpebras aqua calida fouebimus, cibos sumemus acres & extenuantes.

Libro sexto. De xerophthalmia.

Multũ ambulare, multũ exerceri, lauari sępe, ibiq; desudare, multa frictiõe vti necessariũ est.

Libro sexto. Ad caligationem oculorum.

Hic opus est multa ambulatione atq; exercitatiõe, frequẽti balneo. vbi totũ quidẽ corpus fri

B candũ. p̄cipue tñ caput, & quidẽ irino, donec insudet, velandumq; postea, nec detegendum, antequam sudor & calor domi conquieuerint.

De aurium morbis.

Si pus profluit, & caput vtiq; tondendum, & multa calida aqua profundendum, & gargarizandum, & vsq; ad lassitudinem ambulandum, & cibo modico vtendum.

LIBRO SEPTIMO.

Quæ curatio calculo euulso habenda sit.

In distentione neruorũ p̄clitatur aliq̃s, dũ vesica eius agitatur, sic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tm̃ sanguinis p̄fluat, vt ocidet, qđ ne incidat, desidere is debet in acre acetũ, cui aliquantũ salis sit adiectũ, sub quo & sanguis ferè cõquiescit & adstrigitur vesica, ideoq; minus inflãmatur. Quod si parũ proficit, agglutinanda cucurbitula est & inguinibus & coxis &

C sup pubẽ. Vbi iã satis vel euocatus est sanguis vel prohibitus, resupinus collocetur sic, vt caput humile sit, coxæ paulũ excitẽtur. ac sup vlcus imponendum est duplex aut triplex linteolum aceto madẽs. deinde interpositis duabus horis in soliũ is aquæ calidæ resupinus demittatur sic, vt à genibus ad vmbilicũ aqua teneat. cętera vestimentis circundata sint, manibus tm̃ pedibusq; nudatis, vt & minus digeratur, & ibi diutius maneat. ex quo sudor multus oriri solet, quo spongia subinde facile detergendum. finisq; eius fomenti est donec infirmando offendat, tum multo is oleo pungendus. inducendusq; hapsus lanę mollis tepido oleo repletus, qui pubẽ & coxas & inguina & plagã ipsam contectam eodem ante se linteolo protegat. isq; subinde oleo tepido madefaciendus est, vt neque frigus ad vesicam admittat, & neruos leuiter molliat.

Cornelij Celsi finis.

CARNI
Lacus dobradi.
Arx
Mons falconis.
Fonticuli.
IAPIDIAE PARS.
S. ioan. de cherso.
FONTES.TIMAVI
NATISO F.
VENETIAE REGIONIS. PARS.
BALNEA MONTIS FALCONIS.
Duinu minus.
Duinu maius
PVCINVM.
Castrum bel forte.
S. Anton.
Possa. f.
TERGESTE.
SVNTIVS. F.
Sdoba. f.
SINVS MARIS ADRIATICI PARS.
AQVILEIA.
Natissa f.
Mugla.
HISTRIAE PARS.
Paludes.
GRADVM.
Iustinopolis.

MAGNIFICO AC ILLVSTRI MARIO SAVORNIANO

Thomas Iunta. s. d.

Ira ac planè inaudita calidorum fontium natura, quos contra Timaui ostia in parua insula cum maris æstu crescere pariter ac minui legeram, fecit Mari ornatissime, ut nefas putarem rei nobis tam uicinæ miraculum, non inserere ijs commentarijs quos de balneis & medicatis aquis confecimus. itaque ex his literis quas ea de re ab Iacobo Valuasone homine erudito diligenter ad te missas nobis legendas tradidisti, tum loci formam, tum aquarum vim ac naturam quàm accuratissime fieri potuit descriptam, his quæ iam collegeramus, adyciendam curauimus. facit rursus vel præclara ista Sauornianæ gentis nobilitas, ab ijs maioribus ducta, qui non Venetiam modo regionem hanc, in qua plurimum semper potuerunt, sed totam prorsus Italiam virtutum suarum admiratione impleuerunt, vel ingenij tui non militaris tantum rei scientia atque vsu, sed omnibus ingenuis artibus instructi felicitas, vel respondens excellenti fortunæ liberalitas, & propensa ad bene merendum de omni hominum genere voluntas, vt te orandum putem, vti quamcunque potes opem naturæ in tua propè dixerim domo morborum remedia tibi pollicenti eo animo præstes, quo res maximas vnus omnium optime & consilio regis, & virtute perficis. Vale.

DE THERMIS QVAE ad Timaui ostia sunt.

Ontis falconis balnea ad meridiem spectant. in littore sita sunt, ad radices modici, atq; amœni collis, quippe qui paulo plus mille passibus in longitudinem porrigitur, & in altitudinem haud ita multum attollitur. quãuis autem ferè totus è viuo saxo constet, humili tamen frutice vestitur, & amœnitate sua hominum ad se inuitat aspectum. auget spectaculi voluptatem forma ac situs loci, quem si procul spectes, oblongum tibi currum spectare videaris. in sulam olim fuisse certum est, sed processu temporum iunctam continenti, terra paulatim aggesta. distant à mari balnea vno atq; altero sagittæ iactu: à Montefalconis duobus millibus passuum, à Diui Ioannis vico (quem Chersum vocant) haud multo plus vno. includebantur pariete quadrato cum piscina intus quadrangula quatuor aut quinq; passuum in singulas partes patente ambiuntur vndiq; gradibus marmoreis in theatri speciem: eos gradus verisimile est multo plures olim fuisse, & profundius descendisse, cum locus adhuc celeber esset, nunc autem paucos admodum videas. interius spatium repletum terra est: quam inuexit aqua, quæ duabus à partibus ingreditur per fenestras duas tam latas, vt per earum alteram intrare homo facile possit. & quod mirum est, quamuis è saxo manare illam videas, pariter tñ cũ maris æstu crescit atq; decrescit. Aqua ipsa paulo salsior ac nitrosior quã Aponi: quod decoquẽdo Vtinenses medici deprehenderunt. tepor illi vicinus calori, vt plus quam tepidam, nondum tamen calidam queas dicere. sapor & odor qui sulfuratæ. minera balneorum penè tota salis gemmę est, phlegma & choleram per inferiores partes purgat: emendat halitum & graueolentiam oris, consolidat, exiccatq;.

catq;. humores vero crassos in quauis corporis parte collectos attenuat. extat liber, in quo manu multorum, qui sanati fuerunt, scriptum est, se multis annis mancos ac debiles propter varios abscessus humorum fuisse, & in his non paucos ischiadicos ad has aquas iumentis vectos, domũ pedibus esse reuersos. constans fama est inuentam inter balnearum ædificiorum ruinas fuisse plumbeam laminam, in qua scriptum erat, AQVA DEI ET VITÆ, nec longe visuntur magni cuiusdã ædificij vestigia, vbi appet fuisse peristylon & exhedras, quales in antiquorũ ædificijs fieri solebãt: & hodie in monasterijs passim visuntur. Sunt qui affirmant, vt ad Aponum Gerionis oraculum, ita hic Diomedis fanum fuisse. argumentum sumunt è fragmentis veterum monumentorum in quibus vel suscepti vel soluti voti indices durant literæ. harũ aquarum duobus locis C. Plinius mẽtionem facit libro secundo, ca. 103. sic. Contra Timauũ insula parua in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt minuunturq;. & in tertio cũ de isulis loqueretur, clarę inquit. sunt ante ostia Timaui calidorum fontium cum æstu maris crescentium. Huc accedit Strabonis quoq; authoritas, qui scribit in sinus Adriatici parte intima fuisse Diomedis fanum admirabili opera atque artificio extructum. & in his omnibus regionibus, quæ Adriaticum mare attingũt, plurimum potuisse Diomedem affirmat. idq́ue inde ostendi posse existimat, quòd in sinu ipso visuntur insulæ, ab illius nomine Diomedeæ nuncupatæ. quodq; ad Garganum montem qui in Adriam procurrit, vrbẽ condiderit, & ad similitudinem eius quod in Peloponneso fuit, Argos hippion nominauit, quasi dicas alendis equis aptũ, quod nomen in Arghippam primum, mox in Agirippam, ac postremo in Arpos corruptum fuisse creditur. Venetia porrò tota, Diomedi quasi heroi, candidos equos diu immolauit. in eadẽ lucus fuit Aetolæ Dianæ sacrum, quem mira veneratione vicinæ gentes sunt prosecutæ, eum lucum deæ dicatum à Diomede, vero simillimum est, qui meminisset illam auo suo Oeneo quondam fuisse iratam, et immissa immani bellua contẽptum sui tam seuere vltam, vt domum regiam, & totam prope Aetoliam desolaret. ideoque ne se quoque domo profugum persequeretur, sacris, atq; huiusmodi placandam donis putaret, sicut apud poetã Aeneas Iunonem placare ab Heleno iubetur. Verum subijciamus

D hic etiam ea naturæ miracula, quæ de Timaui fonte diligẽter explorata sibi & comperta idem Valuason affirmat, quando & tam vicina sunt, & huic materiæ vsque eo quadrant, vt nullo pacto sileri debuisse videantur, & lectori vel ob hoc grata sint futura, quod in harũ rerum mentione mirum videri iure potest Posidonium, Strabonem, Pomponium Melam, C. Plinium homines eruditissimos, cum de Timauo quasi insigni aliquo flumine diligenter scriberent, id quod erat in eo rarum in primis, atque inauditum naturæ miraculum, & ingeniosorum inspectione dignum, vel nescisse, vel negligẽter prætermisse. nam cum ex prærupto monte ac viuo saxo prodeat, vbi primum exæstuans mare increuit, tanto impetu per multa ac lata ora prorumpit, vt mons magno & inaudito quodam sono

E immugiat, aqua magis magisq; crescens alueum fluminis non modo impleat, sed exundans, non tam fluuius quàm mare quoddam eẽ videatur. rursus vbi æstus iam planè subsedit, ac recessit mare, ex eodem illo saxo non iam amplius per patentia illa nouem septemuè ora it præruptum mare, neque vt ait poeta, pelago premit arua sonanti, neque magnum illud montis murmur perseuerat, sed & lenis strepitus auditur, & aquę non per magna illa ora, sed per crebra & angusta foramina, quasi per pumices spongiasuè à monte destillant. & cum iure possimus suspicari per subterraneos meatus salsas aquas ingredi, dulces redire certum est. hę autem differunt ab ijs quę in parua illa de qua dictum est insula, scatent, quod illę prope calidæ sunt, hæ frigidæ, illæ salsæ, hę dulces, illę odore sulfureo, hę nullo. Sed

F ne illud quidem omitti par est, quod tuis literis nobis proxime significasti in Carnorum regione locum esse, quem Sanctum Cantianum vocant, à Timaui ostijs. xiiij. passuum millia distantem, vbi è radicibus montis fontium scaturigines prodire visuntur, & ingens quædam aquarum vis per cauernas nescio quas, non sine magno murmure labitur, & aquæ non procul inde absorbentur, eæ per occultos, vt creditur meatus ac subterraneas vias ad Timaui ostia perferuntur, vbi quotiescunque augentur aquæ, longe maius solito murmur procul exauditur. tũc enim & profundæ cauernæ, & imæ montis partes ingenti sono, & horrendis quasi mugitibus reboant, et aqua longe copiosissima prorumpit, quæ si decrescens mare deprehenderit, intra fluminis alueum coacta, mirabili celeritate decurrit.

rit.eadem si marini æstus incrementis occurrerit,miris modis intumescens suo alueo non potest contineri: sed hinc atq; hinc exundans vicinos agros latissime contegit,& maris speciem visentibus exhibet. Hæc quę de Timaui fontibus maximo incremento,& oceani æstibus non absimili comperta sunt,si literati homines considerarint,iam intelligent,quod hactenus nemo satis videtur intellexisse quid sit ꝗ poeta,cum de Timauo fonte loqueretur, scriptum reliquit,

Vnde per ora nouẽ magno cũ murmure mõtis
It mare proruptũ,et pelago pmit arua sonanti.

Durum enim videbatur quod Timauum mare & pelagus appellaret. & erat planè inexplicabile cur de Timauo hoc diceret, quòd de nullo alio flumine neq; ipse, neque alius quispiam dixisset:nunc autem iam planum est, eum proprie & ad rem accommodate locutum esse. vt enim mare est, quod æstu excrescens per subterraneas concauitates in ipsa montis intima & quasi viscera ingreditur: ita idem cum egreditur, recte dicitur mare & pelagus,eo tropo quo ex toto partem intelligimus, vt sit mare proruptum prius occulte ingressi & prorupti maris pars, quę mox non sine magno murmure prorumpens atq; exundans circum positas terras late opprimit atq; operit, aut vastat sonãtibus aqs illis è pelago ingressis & egressis, atq; vnà cum maris æstu vel exundantibus vel subsidentibus. Proinde mirum nõ est Timauũ mare ab accolis nominari,vt Varro scripsit, vel maris fontem ac parentem, vt Polybius affirmasse dicitur. siquidem tanta est aquę prorumpentis vis,vt ibi maris origo censeri iure posit. quod spectaculum miram philosophis de fluuiorum et fontium origine disputandi materiam potest suggerere.

Verum hæc in gratiam literatorũ hoĩum locuti ad miracula naturę redeamus,ea enim videri potest in decima ista & vltima Italiæ regione

A Venetia voluisse vires omnes suas experiri,quæ hominibus quos in hac regione ingeniosissimos & ad maximas quasque res aptissimos profert, non aquas modo medicatas, sed vinum etiam non seruandę solum,verum etiam recuperandę sanitati aptissimum protulerit. siquidem non longe ab ista calidarum aquarum insula, & Timaui fontibus,abest castellum nobile vino Pucinum,cui Liuia Augusti vxor octuagintaduos ętatis annos acceptos retulit. Gignitur in colle saxeo afflatu maritimo paucas coquentẽ amphoras:neq; aliud aptius medicaminibus iudicatur. Plinius esse illud putat, quod Græci celebrantes miris laudibus Pyctanon appellauerunt ex adriatico sinu. Pontifices, Imperatores Germani & Britanię Reges nostris tẽporibus quotannis inde petere consueuerant. Incolæ seruatum

B multis annis,et vetustate quoq; pretiosum ęgrotis in omnibus ferè morbis præbent, & saluberrimum prædicant. Proinde Valerius Martialis poeta ingeniosus, genere Hispanus,quanquam Romę diu, & in ipsa etiam Campaniæ amœnitate versatus, hanc tamen Italiæ regionem reliquis omnibus præfert, atque in ea concedi sibi portum ac requiem senectutis exoptat, non alia opinor causa adductus quàm quòd & cœli temperie & aquarum ac vini salubritate mortalium vitam non modo tueri,sed prorogare etiam possit,quod votũ suum his versibus testatũ reliquit.

Aemula Baianis Altini littora villis
Et Phaethontei conscia sylua rogi,
Quęq; Antenoreo Dryadũ pulcherrima Fauno
Nupsit,ad Euganeos sola puella lacus,
C Et tu ledæo Felix Aquileia Timauo,
Hic vbi septenas Cyllarus hausit aquas,
Vos eritis nostræ portus requiesq; senectę,
Si iuris fuerint otia nostra sui.

FINIS.

SPEI AVG. SACCONIVS VARRO
TRIB COH .I. MILLIARIAE
DELMATARVM
M. V. S.

SAS PROSAI
AQVILINI
VILLICI AVGG.
ET TITI IVLI
AQVILINI
IVLIA
STRATONIC::::
V. S.

Fragmentum.

::::TVT ::::
VOTV::::::
L.
:::TILIA
MAT::::::

EX ARABVM MEDICORVM LIBRIS, EORVMQ. EXPOSITORIBVS,

Loci deprompti omnes, qui ad Aquas & Balnea pertinent.

EX RASIS CONTINENTE, Libro Primo, Capite Secundo Tractatus Primi

DE APOPLEXIAE CVRATIONE.

ICO: Ille, de quo habetur spes conualescentię, iuuari debet ca lefacientibus caput & corpus totum, & aquæ calidæ aspersione.

Paulus inquit: Inungatur eius venter ex oleis calidis post aspersionem aquarum calidarum subtilium super eorũ corpora, & post ipsorum fricationem. B

Item: Si adest defectus vocis, assidues in eo sternutationes, gargarismata, & intromittatur æger in balneo post vigesimum primum diem.

Capite secundo tractatus secundi de cura paralyseos.

Galenus ait: Intromittimus patiẽtes frigidos morbos, videlicet tremorẽ, iectigationem, aut defectum sensus & motus, in tinam cum aqua calida & oleo, in quo decoctæ sint herbæ & semina calida.

Arabri dixit: Paralytici intrent balnea.

Item: Iuuat sessio in vna coda seu tina cum oleo in quo decocta sit vulpis cum seminibus ca lidis: & vnge oleo calido.

Paulus ait: Intromittantur in balneum post triginta dies.

Item: Sedeant in aqua calida dulci.

Item: Vitium emissionis vrinæ inuoluntarię curatur stypticis & ponticis, & potu aquæ frigidæ. cum vero morbus declinare incipit: fiat balneum ex aquis frigidis & ponticis: & si fuerit vitium laxitudinis, curatio erit cum aqua aluminis vel ferri.

Rufus ait: Aqua est melior q̃ vinũ paralyticis, & aqua sulfuris iuuat multũ, si in ea balneentur.

Archigenes dixit: Apponatur semen sinapis loco paralyticato, quoad locus fuerit rubificatus & tumefactus. & nõ dimittatur quoad locus ampulletur. Vltimo intromittatur in balneum: id enim amouet ardorem sinapis.

Item: Aqua sulfuris maxime iuuat.

Item: Cum extenuatur membrum paralyticatum, fricetur sæpe, moueatur, vngatur, intromittatur patiens in balneo de tertio in tertium, & cibetur statim post eius exitum.

Ascilimon dixit: Intromittendus est patiens in tinam, in qua coctum sit pulegium vel mentastrum syluestre.

Cap. secundo tractatus quarti de cura tremoris.

Paulus ait: Si passio inueterata est, intromittatur patiens in tinam olei.

Philaretus dixit: Vtendum balneo sulfureo, donec quadantenus alleuietur.

Tractatu sexto capite vnico de doloribus neruorum.

Dioscorides ait: Aqua maris prodest dolori neruorum, cum corpori inspargitur. Aqua pluuialis sparsa & bibita similiter valet.

Rufus: Vsus balnei, & inunctio ex oleo liliaceo et narcisc ino, optima sunt dolori neruorum & eorum mollificationi.

Cap. secundo tractatus noni, de melancholica cogitatione.

Aaron ait: Procuretur digestio & balneum.

Paulus: Curatio huius morbi est multiplicare balneum: indiget enim humectatione.

Simeon: Intromittatur patiens in tinam in domo sua & non in balneum.

Dico: frequẽtãdũ balneũ est, vinum, somnus.

Alexander: Humectetur corpus in primis cibis & balneis per aliquot dies. vltimo purgetur, & maxime proderit. Si non satis erit prima purgatio, quiescat aliquot dies. vtatur cibis humidis, & balneo tepido, & quiete. C

Dico: Balneum dulce iuuat eos, quia adęquat aliquos humorum ipsorum & purgat eos, non madefiat caput eorum ĩ aqua calida, sed tepida. Inungatur corpus post balneum oleo violaceo & rosaceo. lauetur caput cũ maluauisco & mucillagine psyllij. & si post exitum balnei sitiunt, bibant aquæ parum.

Dixit Alexander: Si accidat spasmus post purgationem intromittatur in aquam calidam vel sedeat in ea, & frequentent balnea.

Cap. 2. decimi tractatus de memoria.

Filius Mesuę: Quando corruptio memoriæ est ex frigiditate & siccitate, fricetur caput oleo chirino

chirino & liliaceo.superaspergatur caput aqua rerum calefacientium.

Rufus:Multa ablutio aquæ calidæ vel frigidæ est eis incõueniens.nam aqua frigida reddit corpus stupidũ,& nocet sensui,& aqua calida mollit neruos,& debilitat cogitationem.

Cap.2.vndecimi tractatus de cura torturæ.

Dicitur in antidotario antiquo. fiat embrochatio ex decoctione sampsuci, tamarisci, mentastri, origani, coctorum in vase, cuius os sit bene obturatum. Cum decoctæ fuerint, mittatur aqua cum herbis in peluina, & cooperto capite pannis, tandiu patiens fumum recipiat dum sudet.& cataplasmetur locus doloris cũ dictis herbis. Cum sudabit, fricetur panno lineo locus donec rubescat.& decies in die fiet.

Filius Mesue dixit.fomenta faciem omni die ieiune ex aqua chamæmeli, donec facies sudet & rubescat. E

Cap.2.decimi tertij tractatus de apoplexia.

Paulus: Cauendum à balneo, sinapi, cępis & omnibus caput ipsum replentibus.

Alexander:Non morãdum in balneo. caput aqua calida nõ aspergatur. non intret balneum, nisi bene iam celebrata digestione.

Rufus: Aqua melior est epilepticis quàm vinum,& aqua tepida potata,& balneum factum ex ea confert epilepsiæ.

Cap.2.decimisexti tractatus de spasmo.

Galenus ait:Mirabile est balneum. etiam debet sedere in tina in qua sit lac & aqua tepida & liniatur corpus eius in exitu tinæ ex oleo & lacte. & sæpissime intret tinam, maxime si non adest febris.

Paulus ait. Intromittatur in tina aquæ non multum calidæ. F

Item. Si tetanus est chronicus, intromittatur patiens in tinam plenam olei calidi sæpe in die, nec moretur multum in ea.

Dico: Iuuat introitus pilæ cum oleo calido.

Simeon dixit. Intromittatur in balneum siccum illi,qui ex repletione patiuntur spasmum.

Serapio.post purgationem intrent balnea calida naturalia & dissolutiua.

Gal. In spasmo humido sedeat in aqua decoctionis foliorum lauri, abrotani, sampsuci.

Hippocrates. Si paratus ad spasmum siccum ponatur in tina cum aqua calida qualibet die, & vngatur oleo,præseruatur.

Cap.2.decimi septimi tractatus de lethargo, subet, congelatione.

Alexander: Declinãte iam morbo,intret patiens balneum,quia vidi multos liberari solo bal- D neo,& non poterant expergefieri nisi in balneo. si virtus debilis est,sedeat in aqua calida vsq; ad collum,nec fatigatur caput aqua calida,quia reddit ipsum debilem.

Serapio. Declinante iã morbo,intret balneũ.

Cap.2.tractatus decimi octaui de apostematibus calidis cerebri.

Alexander. Superaspergatur capiti aqua decoctionis papaueris.

Item: spargantur aqua calida.

Dico.Intromittatur in balneũ,maxime cum multum vigilijs infestetur. nam balneum confert & inducit somnum.

Constantinus ait: Quidam non poterãt dormire. asperfi super caput eorum aquam decoctionis violarum, papaueris, cucurbitarum, foliorum rosarum,& dormiebant.

Alexander. Bonum est balneare patientes siccitatem & vigilias cum aqua, maxime si caliditas & siccitas dominantur.& si patiens birsen, nõ fuerit balneatus & eius vigiliæ & motus sunt multiplicati,balneetur in aqua tepida. nam balneatio humectabit eum.

De cura sodæ.

Alexander: Intromittatur æger in balneum.

Hippocrates. Spargefactio aquæ calidæ super caput est valde bona patienti ardorem in eo ob solis caliditatem. & cum aliquis sentit dolorem aut ponderositatem in capite, spargatur tandiu aqua calida sup caput,donec pedes multũ sudẽt.

Glaucon.Cum augetur morbus,intromittatur patiens in balneum.

Philaretus.In sero intret balneum.post exitũ, exhibeatur ei cib⁹ subtilis, prouocetur somnus, mane intret in balneum. spargatur supra caput aqua multa vt dissoluat̃ vapor,& leniat̃ dolor.

In libro de complemento & fine. Intromittatur æger in balneum versus serum diei & dormiat,& potet aquam frigidam, mane ingrediatur balneum.

Georgius.Sparge supra manus & pedes multam aquam calidam.

Aaron.Spargatur supra caput aqua decoctionis chamęmeli,& post intromittatur in balneũ, & vngatur caput calfacientibus & dissoluentibus,& spargatur supra ipsum aqua calida.

Philaretus. Sæpe accidit causa fortis sodæ defectus vocis,& tunc est spargenda supra caput aqua multa calida.

Dico.Quædam vicina mea patiebatur vocis defectum propter sodam & non põterat loqui, & factis aspersionibus supra caput fuit liberata.

Galenus. Vapor aquæ marinæ confert sodæ, & aqua

& aqua tepida idem facit.

Filius Mesue dixit. Accipe mentastrum, sampsucum, melilotum, radices lilij cœlestis & anethum, fiat decoctio in aqua, quę spargatur supra caput, & maxime confert sodæ frigidæ.

Rufus. In soda calida spargatur super eorum caput multa aqua. In soda frigida balneandū primo, postea vngēdū caput oleo laurino, rutaceo.

Dico. Si dormit conuenienti somno post cibum, intromittatur in balneum summo mane in aurora, & spargatur sępe multa aqua calida supra caput, & dormiat post balneum, & sequenti etiam die intret balneum.

Item in soda ex potatione vini, vngatur caput oleo rosato. dormiat, & quiescat illo die. intret in sero balneum, cibetur ouis, lactuca, caulibus. detur in potu aqua frigida, iterum post cibum intret balneum.

Philaretus: In soda ex ebrietate prouocetur somnus, attenuetur diæta, balneandum in sero post longum somnum, vt dissoluantur vapores, & siquid supererit, vnge caput oleo chamæmelino, & spargatur desuper multa aqua calida, sic agendum tres vel quatuor dies, & non prætermittatur balneum.

De ophthalmia.

Galenus. Antequam patiens intret balneum, prouocetur fluxus modicus.

Item. Cum mitigatur rheuma, nec fluit vlterius: tunc balnea & collyria calida iuuant.

Item. Cum apostema est bene digestum, & corpus mundificatum, balneum maxime iuuat. nam statim mulcet dolorem, & facit cessare fluxum materiæ ad oculos, & maior pars nocentis materiæ consumitur per balneum, & residuum reducitur ad temperantiam, humiditate balnei.

Hippocr. Dissoluitur dolor oculorum ex potu puri vini, balneo, calefactione, phlebotomia, potione.

Galenus. mitigaui dolorem oculorum sine narcoticis: iussi eum statim intrare balneum: & ita mitigatus fuit dolor, & ęger dormiuit totam noctem integram. ergo cum decurrunt ad oculos humiditates calidæ, & corpus non est repletum, curatur cum balneis. Et inueni iuuenem, cuius oculi erant sicci, sed venæ erant inflatæ & plenæ sanguinis, eum iussi intrare balneum, & post bibere vinum bene lymphatum, & dormiuit graui somno, & excitatus est cum doloris mitigatione.

Item: cum dolor accidit oculis, abstineat à cibo toto die, dein in sero balneum intret, & si non adest repletio, facias mitigatiua aliqua. po-

A stea intret balneum.

Item. Ophthalmia quæ est cum venis oculorum rubeis, & est sicca, & accidit tempore defectus pluuiarum, curetur per balneum.

Alexander. Balneum calidū generat ophthalmiam calidam in oculis, & parati ad ophthalmiam non intrent balneum.

Dico: Rosarij cura est cum fief croceis, & patientes ophthalmiam caueant balneo, tina, seu solio, quandiu infestantur ab ea.

Oribasius. Intrent balneum, sed materia iam digesta.

Rufus. quando materia incipit digeri, balneū iuuat. & ex balneo mitigatur dolor. sed necessario cessabit aliquid rheumatis fluentis ad oculos, quidquid ex eo remanet, temperabitur humiditate aquæ.

B Item: Cum mitigabitur dolor, patiens intret balneum post ambulationem moderatam.

Gal. Si facta est phlebotomia & euacuatio, intret balneum. id enim valet contra humores qui sparguntur ad oculos sine repletione corporis.

Dico: Balneum iuuat cum materia fluit ad oculos, & non adest repletio corporis post minutionem & purgationē subtilis sanguinis & acuti, & cessat tempus principij, & inueniés quod morbus & violentia sanguinis est mitigata, & transijt & non augmentatur velociter, quia si talis ordo non seruatur, balneum & vinum sunt maioris periculi.

E libro medicorum veterum. In ophthalmia veteri & sicca, impleatur bacile aqua calida et superponantur oculi, & post infrigidationem eius reiteretur aqua calida vsquequo facies inflāmetur. tum oculis instilletur lac recens.

C

Galenus. Si dolor oculorum est fortis: & die magis: calefacias oculos bis aut ter in die cū aqua chamæmeli & fęnugræci.

Mesuea. Cum oculi nō inflantur, nec patiuntur bothor & erit punctio fortis, rectifica complexionē cibis insipidis. & spargatur aqua dulcis capiti.

Galenus. Ophthalmia quæ facit oculos repletos multo sanguine, pluries accidit tempore siccitatis: curetur cum balneo, vino, diæta humida cum caliditate temperata.

Galenus: Balneū oculorum mitigat dolorē.

Item. Pluries fiunt humiditates acutę, & corpus non est repletum: tunc curentur balneo, & potu vini.

Alexander: Ophthalmia ex siccitate curatur balneo ex aqua dulci tepida, & in hoc morbo non fiat phlebotomia.

Cap. 2. tractatus tertij de cura bothor, pustularum apostematis, scabiei, pruritus, fluxus materiæ ad oculos.

Alexander ait. Cui multum rheuma fluit ad oculos, is non moueat caput in aqua nimis calida caput non ponat nec nimis frigida quia nocet, nec madefaciat caput oleo. nec intret calidum balneum omnino, nec nimis frigidum.

Filius Musei. Raro complexio calida mittit materiam acutam ad oculos. quando sic accidit est mirandum. tunc non curetur cum medicinis violêtis, sed cum oleo rosato et omphacino, & balneo frequenti aquæ dulcis.

Philaretus dixit, in apostematibus mollibus palpebrarũ. Assiduetur calefactio cum spongia madefacta in aqua calida sæpius, vsq; quo fiant leuia valde.

Rufus: Cura pruritus est balneum, & spargere oleum supra caput.

Dico. Duritiei facit balneum, & incuruatio super euaporationem aquæ calidæ.

Ioannitius dixit: Cura pruritus est balneum.

Cap. 2. tractatus sexti de cura debilitatis defectus & diminutionis visus, strabositatis oculorum, docron, dilatatiõis et cõstrictionis.

Dico. Morbus dorcon curatur rebus humectantibus, & balneetur aqua dulci & tepida.

Oribasius: Conseruatur visus & non obscuratur, cum statur sub aqua frigida diutius oculis apertis, quia ex hoc cõseruetur oculis lux multa.

Cap. 2. tractatus secundi de apostematibus, vlceribus, exituris aurium.

Dico: Ingrediatur balneum, & calefiant aures cum aqua calida, dum rubefiat ipse locus.

Dico. Passus est quidam ventum borealẽ valde frigidũ in capite & auribus. & cõquestus est de aure, & ingrediendo balneum & calefaciendo aurem exterius, postea imposito in ea guttatim oleo radicum, mitigata fuit passio.

De cura fluxus sanguinis narium.

Dico. Extrahendus est sanguis à debili patienti quantitate paucus, deinde insistendum est ad rigandũ caput & totũ corpus cũ aqua frigida.

De cura defectus vocis, & raucitatis.

Galenus. Quemadmodum est iuuatiuũ balneum membris exterioribus quando patiuntur laborem cum lenitionibus lenitiuis: ita iuuatiuũ est huic membro cum medicinis lenitiuis appositis ei. ideo bannitores & emittentes vocem vehementem, multipliciter vtuntur balneo.

Item defectus vocis ob multam emissionem vehementis vocis curetur balneo.

Artamides. Si qs passus fuerit tremorẽ in voce, vtatur balneo post comestionẽ, ita tñ q̃ ante balneum vtatur exercitio moderato.

EX LIBRO DECIMO.

De pleuritide.

Gal. Balneum mitigat dolorem lateris, & facit ad expuendum humores, & emendat anhelitum. mitigat dolorem accidentem in latere & thorace & spatulis. ideo iudicatur maximi iuuamenti pro peripneumonicis & pleuriticis. vnde vtẽdũ est balneo in huiusmodi passiõibus secure proculdubio vllo, nam faciet ad expuendũ sputum. Si patiens vsus fuerit balneo in suo tempore sanitatis, vtatur eo bis in die, ita tamen q̃ passio non sit nimis calida, nec patiens sit debilis. iuuabile quoq; est ante maturationem morbi si virtus non fuerit in defectu, et morbus nõ fuerit nimis calidus. Si morbus fuerit longi tẽporis, balneum eum maturabit, & leuefaciat sputum. tñ non est vtendum balneo ante purgationem. nã congregaret rheuma ad loca læsa. Si vsus balnei fuerit post purgationem faciet ad expuendum. sed si post maturationem, absque suspitione & piculo faciet ad expuendũ humores vehemẽter.

Paulus. Cũ manifesta fuerit declinatio, vtantur Balneo, euitantes res frigidas & crassas.

Hippocrates. Si dolor declinauerit ad hypochondria, sæpe fiat chlysma, et balneetur in aqua calida. sed non balneandum caput.

EX LIBRO VNDECIMO.

De debilitate stomachi.

Gal. Posui patientem proximũ balneo, vt intret in balneum quolibet mane de cubili suo, ne moueatur, & motus eũ desiccet, debilitet & dissoluat virtutem.

Dico q̃ balneum deponit virtutem.

Gal. Induat patiens vestimenta sua dum fuerit humidus, ne ei noceat aer balnei calidi. aqua pilę debet esse temperata & vicina aquę balnei vicini camerę spoliationis, quoniam intensa caliditas infert frigus corporibus debilibus antequã patientes eam percipiant, & quoniam intensa frigiditas vnit superficiem corporis. sed nos dilatemus poros. sed aqua temperatæ caliditatis non sic operatur. nam patiens ea delectatur & inducitur ad delectationem, apertionem, extensionem ad quãlibet partem, in qua aqua frigefacta fuerit siue lata.

Item ex aqua calida membra tument & in primo augentur, dein postea coadunantur. ergo expedit, si volueris augere in carnibus patientis, quòd non permittas eum diu morari in aqua calida, nisi dum corpus fuerit tumidum. Si diminuere in carnibus velis, permitte ipsum diu morari

rari in balneo, donec deficiat tumor ipse.

De cura ructuationis, trullæ, singultus, & vomitus.

Filius Serapionis ait. Qui ructuauerit acide in tempore digestionis cibi, euitet balnea, & caliditatem. Si alleuiatus fuerit, balneo vti potest, & potu aquæ tepidæ vt vomere possit: vtatur sparsionibus calidę super corpus. si nullum accidens accidat, & non sit debilis, mane diei crastinæ intromittatur in balneum.

Bimmasui. ad singultũ ex repletione fiat balneum ieiuno stomacho.

EX LIBRO DVODECIMO.

De Theoricis.

Galenus ait. Balneũ liquefacit humores etiã si in corpore fuerit locus durus & extẽsus ipsum mollier & dissoluet.

B Item: Infusio aquæ calidæ sup corpus sumentis eleborum fieri debet, non ante sumptionem eius per longum spacium temporis, sed per breue ante sumptionem medicinæ, aut in tempore sumptionis. quoniam si hoc feceris in tempore in quo medicina incipiet agere, aut penes actum suum super medicinam, incides attractionẽ humorum ad exteriora corporis. & sicut ille qui habet sanguinem grossum & indiget minutione si infunditur in aqua calida, deinde minuitur, sequetur iuuamentum: ita si vis laxare aliquem, si ipse balneo vtitur ante sumptionẽ medicinæ, eius laxatio purgatiua erit velocior & leuior & remotior à nocumento. sed melius erit si balneo vtitur ante medicinam per aliquot dies, et in die sumptionis eius cum cautela diętę. Balneum necessarium est cui laxatiuum non facile erit conueniens, cum humectari debent per nutrimentũ

C vel per quietem vt dixit Hippo. Studeas quoque vti balneo ex aqua dulci pluries, cum balneum habeat humectare corpus & humores aptare vt maneat leuiter.

Dico. Non conuenit vt sumens medicinam sit in aere calido prouocante eum ad sudorem abundantem, qm̃ hoc similatur balneo. nec sit etiam in aere frigido vt inde non horripiletur.

De quæstionibus epidemię. Vtendum est balneatione aquæ calidæ abundanter ante potũ medicinæ per dies aliquot.

Philogorius ait. Si quis sumpserit laxatiuum, & non fuerit laxatus: & nõ est laxandus iterato, nisi ei fuerint accidentia mala. Si in eo fuerit tortio cum brachiorum extensione facta ex vehementi dolore tortionis, vtendum est clysterio, & nisi solutus fuerit, & doluerit cum tortione, intromittatur in balneo. Si superabũdabit laxa-

A tio intromittatur in balneum.

Ex sexto cap. libri quæstionem epidemiæ. Si velis dare in potu alicui laxatiuum violentum, vtendum est balneo ad liquefaciendum humores. Non conuenit balneum ante potum laxatiui per spacium longum, sed per spacium modicum ante potum eius, tamen in tempore potus eius erit melius. quoniam balneum ante potum laxatiui spacio longi temporis factum nõ potest obtinere humores liquefactos neq; tenues, vnde si balneum sit post potum laxatiui per spacium longum in tempore quo ipsum incipit, aut incenperit agere actum suum, attrahet ipsum ad exteriora corporis, & incidet laxationem.

Dico. Ideo vtendum est eo ante laxatiuũ spacio mediæ horæ. sed hoc magis necesse erit hñti corpus siccum & humores grossos. quoniam similiter balneum opportunum est ante minutionem habenti sanguinem grossum.

Galenus. Vtendum est balneo post potum medicaminis per diem vnum. Si graue ei fuerit ibi longius morari, & hoc in odiũ habeat, emittendus est de balneo & scito medicinam proficisse in purgando. si gratum est balneum, moretur sæpe, ad purgandũ residuam superfluitatem.

Item si intensa fuerit laxatio, prouocetur vomitus cum aqua calida, ponantur extremitates in ea, & balneatio fiat in aqua ipsa aut in balneo, & confert.

Tabri. Si quis debilitatur è laxatione medicinæ & non poterit vti balneo: implendum vas aqua calida & superponatur illud patienti: ita vt patiens sit bene coopertus dum sudet, & maxime confert.

EX LIBRO XIII. *Cap. 2.*

De cura fluxuum diuersorum.

Philagorius dixit. Vngat corpus oleo in quo fuerit intensa laxatio, intromittatur in balneo.

EX LIBRO XIIII. *Cap. 2.*

De cura incrassationis, diminutionis, & multiplicationis vniuersi corporis vel alicuius membri.

Dico. Pila magna implenda est aqua in qua ponitur sal lapideus & amarus, & in ea dimitten dus est dum sol comburat eum, videlicet mense Iulio, & extenuabitur.

Galenus. Si corpus extenuatum fuerit in toto iuuamentum habebit cum balneo faciendo post cibum.

Item: infusio aquæ calidæ sup illud debet fieri in quantitate mediocri, ita sint motus & fricatio. nam vterq; licet corroboret virtutem, tamẽ attrahunt sanguinem, ideo quilibet eorum non immodica quantitate esse debet q̃ non agat, nec

in multa quod dissoluat, sed esse debet in quantitate moderata, tamē aqua calida infundatur super membrum, dum id infletur, & color eius rubefiat vltimo rubore.

Item. In aqua pilę & in aere balnei non debet caliditas sentiri pro habētibus corpora æqualia, neq; frigiditas, ex qua horripilentur hmôi corpora. sed vtendum est pila illa bis in die: tamen si passio fuerit debilis, fiat ter in die, sed illitio fiat post balneum cum oleo violato. Si caliditas fuerit condominans patienti, infusio aquæ frigidæ paulatim fiat super eum, postq̄ fuerit ī pila adeo vt sentiat modicum frigus innocens ei. Infusio fiat de aqua pilæ super caput quod sit maioris frigiditatis illa aqua infusa super corpus in pila.

Rufus. Caliditas solis & sudatio macrefaciūt: & è conuerso, paucitas balneationis desiccat corpus, etiam paucitas vnctionis.

Gal. Qui voluerit impinguari, non intret balneum hora sui nutrimenti, sed expectet dum nutrimentum digeratur, & descendat à stomacho tantum, dein balneetur. cum inconueniens balneum sit quod fit in tempore cum nutrimētum non fuerit digestum, nec etiam in tempore longo facto post digestionem ipsam factā. quoniam balneum operatum in ipso tempore non impinguat, sed macrefacit. si balneatio facta fuerit, anteq̄ nutrimentū fuerit digestū, vt est dictum in primo, balneatio attrahit ad se humores crudos.

Dico. Si corpus in toto fuerit macilentum curetur balneatione post longum somnum.

Iudæus. Sumat lac mane, ita quod nil sumat in cibo nisi ad meridiem. dein comedat & balneetur in aqua calida semel in quolibet quatriduo. sed clysteri vtatur in quo abundans fuerit adeps renum, qm̄ impinguat & humectat cōplexionem.

Item. balneatio facta in aqua calida post comestionem, postq̄ digestio īcepit, valde impinguat.

EX LIBRO XVIIII.

De hydropisi.

Galenus. Aquæ balneorum desiccatiuorum, etiam aqua maris conferunt hydropi, cum ipsæ desiccent violenter, tamē patiens morari debet in eis per diem totum. Quòd nisi habeātur ipsæ aquę, Recipe aquam et salem, misce in sole, dum fiat aqua salita & amara, & conferet.

Gal. Aqua salsa, & aspaltina, & sulfurea conferunt hydropicis, nam desiccant.

Alexander. Fricatio vtilis hydropicis, sed balneum malum.

Rufus. Vtilissimum est hydropico balneum siccum, cum de eo euacuet humiditatem abundantem, nec calfaciat cor nec illud debilitet, sed

E confortet, cū aer frigidus tunc includatur cordi.

Gal. Balneum Calmastrum, & aquæ confectæ cum flore salis conferunt hydropi. sed in his immorandum diu.

Dico. Caput patientis cooperiēdum, dum in sole pergat aut moram trahat in arena calida, sepeliendo se in ipsa arena, tamen balneum nō est consequendum omnino, cum hydropicum humectet. sed calor solis conuenit valde, cum desiccet & consumat humiditatem totam & corpora ipsorum vngenda sunt, postea cum oleo & baurach: etiam conferunt eis mirabiliter balnea naturalia acutæ aquæ.

EX LIBRO XX.

De cura dispositionum splenis.

Dixit Ginserapion: Ingrediatur patiens balneum & moretur in pila eius. sed post balneum

E in exitu eius comedat pisces salsos sine pane.

EX LIBRO XXI.

De cura doloris colici.

Aaron. Sedeat patiens in oleo calido, sumendo in potu de castoreo & pipere. & si dolor inde mitigatus non fuerit, vtendum sinape, etiā balneatione & sessione in aqua balneorum naturalium, euitata omnino dulci aqua ī eis, ne fiat sessio in eadē nisi ex necessitate vrgēte ex vehementi dolore vt calfiat locus, & vtendum narcoticis.

Oribasius. Nisi mitigatus fuerit dolor per laxationem, neq; per calefactionem, & balneum, ipsa passio erit ex ventositate grossa valde īmissa ī tunicis itestinorū, & curatio eius est difficilior.

EX LIBRO XXII.

De egressione matricis & ani, & vmbilici.

Iudæus. Muliere patiente egressum matricis,

F remoueantur balnea & omnia quę excalfaciunt corpus, & vtendum stypticis infessibus.

De præseruatione aborsus.

Hippocrates. Si mulier in balneo diutius morabitur, patietur aborsum.

EX LIBRO XXIII.

De cura modorum vrinationis præternaturalium, & accidentium eorundem.

Alexander. Si fuerit vrina difficilis emissionis, & videris eam albam aut grossam, da ei de eo quod prouocat vrinam cum temperie, pręcipiendo ei vt balneetur in aqua calida.

Simon. Via communis curationis difficultatis mingendi est balneum, calefactio, prouocantia vrinam, lenitio ventris. & hæc fiant in balneo, & in eo tandiu moretur quoad sudet vehementer.

Aaron. In diabete sudandum in balneo sicco.

De

De cura apostematum, vlcerum, lapidis renum & vesicæ, eorundemq; membrorum dolorum, complexionum malarum, oppilationum & debilitatis & mollificationis, paralysis & scabiei vesicæ. Cap. 2. Tractatus tertij.

Rufus ait, phlegmone in vesica curatur p minutionem, & sessionem ĩ aqua, in qua coquitur ruta cum anetho & radicibus maluauisci.

De summa Misih damasceni: Frangit lapidẽ ĩ renibus multa operatio balnei, & pilę, & debet bibere hora sui exitus de eo, quod lapidẽ frãgit.

Paulus ait: Sumendum est in potu de syrupo acetoso cum aqua, in qua coctæ fuerint medicinæ lapidis fractoriæ, quolibet die post exitum de balneo: etiam sumendum in potu quolibet die post eorum exitum de balneo ante omnem cibum & potum de aqua tepida.

Simon ait: Vtilior cura ei qui patitur lapidem erit per frequens balneum factum quolibet die bis aut ter, & dentur in potu ei post exitum balnei de aqua cardonum.

EX LIBRO XXIIII.

Cap. 2. Tractatus primi de dispositionibus verendorum.

Iudæus ait: Si eleuati fuerint testiculi & absententur, patiens intret per hebdomadas successiue, quolibet die balneum, & impone in foramine veretri cannulam ad inflandum cum ea vehementer, dum inflētur vritides & descendāt testiculi. quod si fuerit in pelle testium siccatio alias excitatio & inflatio, illine galla, balaustijs, ad confortandum & constringendum eam.

Ahuar ait: Ingrediatur balneum & ponat anũ suum super lapidem calidum ad mitigandum eius dolorem.

Ex cap. 2. tractatus tertij de coitu.

Rufus ait: Qui coitum sequitur, ante balneationem fricetur & balneetur, dein vtatur cibis conferentibus, & fiat coitus ante dormitionem. dormire.n. mitigat laborem in coitu factum.

EX LIBRO XXVI.

Cap. 2. Tractatus primi de cura gibbi, doloris dorsi, manuum, pedum, tibiarum, et similium.

Paulus ait: Vtendum est balneo aquæ dulcis infusa ipsa aqua calida super membrum.

Item si balneo vtuntur, fricentur cum nitro et similibus, etiam vtantur tempore quietis exercitio et fricatione extremitatum, etiam aquis balneorũ naturaliũ, & sepelitione in arena calida.

Alexander: Balneatio fieri debet cum aqua dulci effusa super eum, postea aqua frigida, vide licet super loca dolentia superabundanter.

Dico: Quidam patiebatur dolorem dorsi, cui dixi, vt vngeret ipsum ex oleo lilino post

A calefactionem dorsi cum igne & fricatione dormiẽdo super hoc per vnam noctem, & balneando mane, & sic faciẽdo sanatus p tres noctes fuit.

Misih: Dolori dorsi confert balneum, emplastratio ex cinere vitis, epithema ex aqua calida.

Cap. 2. Tractatus secundi de cura varicum vitij elephantis.

Antilis dixit: laborans ingrediatur balneum.

EX LIBRO XXVII.

Capite secundo Tractatus primi de apostematibus, & exituris.

Galenus: Non dimitto aliquem in quo fuerit apostema calidum in membris interioribus ingredi balneum: nec superpono ei emplastrum emolliens, antequam facta fuerit euacuatio corporis: tamen facta ipsa euacuatione, potest ingredi balneum secure.

B *Ex capite secundo Tractatus secundi, de cura apostematum, scirrhi, scrofularum.*

Dico: Cõfirmo balneum dissoluere partem, & partem aliam reddere solidiorem ex malitia eius ad neruos.

Dioscor. Aqua sulfurea dissoluit soliditates.

Galenus: Ad scrofulas illine ex myrrha bene trita cum vino, sed ter illinantur per triduum. deinde lauetur in balneo aut cum aqua calida, sed iterato sæpe debet fieri illitio, & tollentur vestigia.

EX EODEM RASE De Balneis excepta,

Cap. 2. Tractatus primi, libri. xxx.

C *De curatione febrium, quorundamq; accidentium ad eas pertinentium.*

DIXIT Hipp. Si pars aliqua viscerum non fuerit debilis: conferet ægro balneum, quoties non accidit ei rigor. Vtendum est balneo in omnibus febribus his cõditionibus: vna, vt balneatio fiat absq; rigore. alia, q nullum membrum nobile sit debile. tertia, q in venis magnis de humoribus crudis non sit quantitas abũdans inclusa. quoniam membra specialia, cum fuerint debilia, humores ad ea manabũt quando subtiliãtur per balneum. rigor item excitat febrẽ ex oppilatione pororum magna: etiã humores crudi quando abundant in toto corpore augent oppilationes. quoties aliqua conditio nõ remouerit te à balneo, duas vtilitates acquires de eo, vnam q pars superfluitatum vacuabitur per illud, & leuiabitur ex eo æger. aliam; q

caliditas febrium resoluetur & dispergetur per illud. Quòd si in corpore fuerit membrum malum,& debile ad pedis modũ,manusq;, qui apti sunt vt manent superflua ad eos, vt in dolore articulorum & podagra. & balneum erit bonum ad siluandum magis. quia inducit superfluitatẽ ad illud membrum, cum humores manent ad membra debilia.

Eodem capite.

Dico, Non video febricitanti balneum esse vtile in aliqua dispositione: tamen quoties opus fuerit ad dissoluendum & humectandum corpus,fiat balneatio in pila in loco contemperato, & proprie pro habẽtibus corpora chol. cũ in eis statim superueniat syncope. tamen penes declinationem paroxysmi penitus dissoluetur p balneum.tamen in qua fuerit humor digestus declinabit vniuersaliter. Dico in febre oppilatiua debet fieri apertio oppilationum in balneo. Dico, balneum excitat caliditatem & deponit virtutẽ valde.vnde operatio ipsius, vbi fuerit acuitas & caliditas peccat.tamen vbi fuerit opportuna raritas,corporis superficiei conueniens erit.

Eodem capite.

Dixit in 4.cap. de membris dolentibus. cũq; declinaret febris cuiusdã medici,& purificarentur eius venæ, & corpus balneatione vteretur: semper vtebatur coopertione pannorum subtilium,dum transiuit dies iij.& cum non caluerit in 3.reuersus est ad consuetudinem eius.

Eodem capite.

Dixit Alexander: Coopertio in principio febris vtilior est:sed calefacto corpore, discooperiam,si aer fuerit bonus: sin autẽ non fiat discoopertio inter duas interpellatiões, corpus debet calefieri cum balneo:cum effusione aquę calidę facta super extremitates. etiam fricari & vngi in febribus prolixarum tepiditatum, & præcipue in chronicis:qñ hoc cõteret acuitatẽ paroxysmi, & leuem eam faciet & breuiorem.

Eodem capite.

In 8.cap. libri Megatechni dixit:Erat quidam brunus & gracilis iuuenis calidi tactus, rufi coloris in sanitate, qui passus est febrem ex balneatione facta de aqua aluminis,qui solebat in sanitate sua balneari in die bis. præcepi vt ingrederetur balneum, hora declinationis feb. vnctus fuit satis cum oleo: sumpsit in tempore exitus balnei aquam hordei:dein sumpsit de pulte & piscibus spideberg.balneatus fuit in die secundo ad accrescendum super consuetudinem ipsius vnam vicem. Dixit: Corpora huius dispositionis dissoluunt vaporem acutũ mordentem, & vehemen-

D tis aptationis ad ephemeram. vnde quoties vtuntur abstinentia balnei & nutrimenti & vomunt aut vtuntur vigilia aut balneo cum aqua styptica,declinabunt de ephemera ad hecticam, ni velociter fuerint humectata. etiam si os stomachi eorum cum hoc fuerit vehementis sensus, patiuntur febrem cum qua erit syncope. Sanitas horum corporum debet conseruari cum balneatione aquæ dulcis,& nutrimentis generantibus humorem dulcem,cum dimissione laboris, vigiliæ,famis,vini calidi &c.

Ex cap. 2. tractatus secundi, libri trigesimi De cura ephemeræ, & quorundam eius accidentium.

Dixit Iudæus:Inhibui, ne quidam, ex quo impediebatur exitus vaporis, vlla fricatione vteretur in balneo cũ rebus stypticis & siccis,& summatim cum aliqua re styptica. feci eum vitare

E puluerem,solem,fricationem vehementem, & vti omni cautela pro curatione febris. alias vtebatur ante vnctionem in balneo cum oleo styptico. quare vnctus fuit cum oleo subtili. & balneando se bis die,conualuit.

Eodem capite.

Et qui febricitauit propter solis ardorem, intromittatur in balneo, nõ obstantibus catarrho & coryza. & cum exierint balneum, inungantur oleo illo quod sparsum fuerat ante introitũ balnei,& simile fiat illis qui fuerant inflammati à sole & non habent catarrhum seu coryzam. Et febricitãtibus ob caliditatem spargatur oleũ frigidum supra caput & prope frigiditatem spargatur calidum vt oleum liliaceum, nardinum, & nõ intrent balneum nisi post declinationem

F febris.

Eodem capite.

Qui febricitauit ob aliquod stypticum, leniatur cum oleo,& fricetur fricatione leui secundũ exigẽtiam suæ virtutis.& qui febricitauit ex ira, vigilijs & angustijs non est necesse fricare multum,nec balneare,sed spargere sup corpus multum oleum tepidum non stypticum. fricetur parum,balneetur,vt expedierit. Et qui febricitarit ob solem, vtatur in principio infrigidantibus, dein balneo frequenti: et non expedit q multũ fricetur & vngatur. Infrigidans fit oleũ rof. infrigidatum ad niuem, quod spargatur supra caput eleuatis manibus tuis, et remotis multũ à capite, cum spargitur. fit coopertum [illegible] accida carminata,& spargas vt dixi, quoad febris cessarit. in fine intromittas eum in balneo. Qui febrit ob frigiditatẽ, ponatur in balneo, ni patiatur catarrhum, coryzáve, quorũ concoctio expectetur.

Eodem

Eodem cap.

A Dico: & post exitum balnei non detur cibus & potus, quousque transeat hora, qua dubitatur de insultu, nisi aqua decocti apij. et si necesse est, ptisana: & si non rapitur ab insultu: iterum balnea ipsum. si delectatur & patitur, ciba eum. Si paroxysmus superuenerit, fac comparationem huius ad primum & vrinæ & pulsus. & si vides quantitatem istius minorem alterius quátitate, & vrinam & pulsum meliores, dicas oppilationem diminutam. pone eum in balneo in quarta & ciba & non superueniet alia exacerbatio.

Eodem cap.

Dico pro cura cum laxitudine ventris: quando vides, ꝙ ea, quæ educuntur non sunt nisi sola corruptio: balnea ægrum, & ciba in declinatione paroxysmi. intentio tua sit circa stomachum. si fluxus superfluit, melius est eum cibari ante introitum balnei.

B

Eodem cap.

Dico vniuersaliter omnibus ephemeris est vtile balneum, quia in pluribus ex eis est retétio superfluitatum corporis, & balneum dissoluit, elargat poros, & euaporare facit. & ꝙ caliditatis & acuitatis remanet, acquisitum à febre, humectabitur & adęquabitur à balneo: et quod est necessarium dissolui, facile dissoluetur. dixit Gale. ꝙ in omnibus his est receptio superfluitatum, & aliquibus plus, aliquibus minus. item dixit, Balneum vacuat cum sudore & dissolutione occulta, & in ephemera præparat ad vacuandum de substantia febris per has duas vacuationes.

Eodem cap.

Gal. dixit: Intendit per hanc febrem ephemeram, qualiscúq; sit, siue ex caliditate solis, vel frigiditate aeris, labore, vel pororum cóstrictione, quæ dissoluitur balneo: adeo dixit, nó à cholera, quia erit ephemera, & non putrida, quia hæc nó debet balneo propinquare, nisi post materiei digestionem, vel eius eductionem.

C

Eodem cap.

In sexto secundi epidemiarum dixit: omnes species ephemerę soluútur balneo facto post paroxysmum. ná dispositio finis paroxysmi in his est, vt dispositio declinationis & digestionis putridæ. Et febres putridæ soluuntur balneo post digestionem. debes ephemeranté balneare aqua calida & cibare cibo laudabili, & quiescat. plures sunt qui incidunt in febrem, ꝙ prætermittút balneum. hoc est quia in eis resoluuntur vapores fumosi plurimi. Incidétes in febrem à frigore & corporis spissitudine, cooperiantur post exitum balnei, post cibum dormiant, vt sudent.

Eodem cap.

Dico, non est intentionis meæ, ꝙ patientibus ephemeram balneum noceat, nec cadant ad deterius, ni supeueniat ephemera è labore, vel multa cutis siccitate.

Eodem cap.

Dico, habétes cutim spissam prolongent eorum statum in balneo: alij non trahant moram, sed minuant caliditatem, & possunt morari in aqua calida vt delectantur.

Eodem cap.

Dixit filius Serap. Quando ephemerá est ex oppilatione & declinat sine sudore, & proprie si patiens assueuit comedere cibos grossos, & à vehementia febris noscitur vehementia oppilationis: fac phlebotomiam, vtere syrupo acetoso & ptisana, & balneo parum ante insultum.

Eodem cap.

Gal. dixit: Corpora ex quibus resoluuntur vapores fumosi, calidi, acuti, & oriuntur in eis bothor saniosa ab aliqua causa, & cadút in febrem: melior custodia in his ꝙ non accidat febris, est assiduare eos in balneo aquæ dulcis tepidę, & fricare leuiter, vt aperiátur pori, laxare corpus, vti exercitio moderato, cibis euchymis.

Eodem cap.

Gal. dixit: Omnes ephemerantes post declinationem primi paroxysmi intromittantur in balneum, fricentur cum oleo leuiter. hoc fiat habentibus cutim duram parum, & habétibus siccam. Spargatur corpori aqua multa. Febriéti ex vigilijs, ira, cogitatione, non est necesse multo balneo, nec fricatione: inunge corpus oleo multo tepido, non styptico: fricetur parum, balneetur. Febrientem à sole infrigida plurimum, balnea, ne frica.

Eodem cap.

Gal. dixit: Caue ne quem horum febriétium ponas in balneo, nisi post febris declinationem.

Eodem cap.

Dixit idem: Quátitatem oppilationis nosces à magnitudine febris. Post vacuationé, des mundificatiuum ad deoppilandum, vt syrupum acetosum, qui iuuat, infrigidat, mundificat: ptisanam, aquam mellis, zuccarum. Vide quantú tertia die diminuta est febris: si parum de ea remansit, & non apparét in pulsu signa putredinis, nec in vrina signa indigestionis, pone ægrum in balneum per tres vel quatuor horas ante horá, qua cú inuasit febris primus insultus: ita vt inter horam exitus balnei & diętæ horam insultus, sint tres horæ. & fiat leuis fricatio cum mundificantibus vt farina orobi, fabarum, distéperata cum aqua

aqua & multum agitata, & cum melle similiter cum aqua dissoluto, & agitato in puluere. si inter exitum balnei & horam principij insultus est paucum tempus, non cibes eum. nil da, nisi aquā decocti apij, & si est longum, ciba eum farre hordeaceo. Si febris cessauit, fiat iterum balneum, cibetur. si alius superuenerit paroxysmus, comparetur ad præcedentem: videatur vrina, pulsus. si breuior insultus est, & accidentia sint minora, pauca est oppilatio. tunc intromitte eum in balneo quarto die, & quinto nil superueniet.

Eodem cap.

Gal. dixit: In ephemera ex labore debet spargi aqua calida supra caput, & morari in balneo quousq; sudor descendat ad pedes: ciba bono cibo: bibat vinum lymphatum, cooperiatur pānis in eius exitu.

Eodem cap.

Glaucon dixit: Cum accidit febris ex bothor, in balnei aere sta plus q̄ in alijs. nam maiori indiget dissolutione. Cū accidit ab apostemate glanduloso, standum similiter in eodem, sed minus q̄ in præcedenti. Si ex angustijs, stādum in aqua balnei, non in eius aere. Ex labore, vigilijs, ardore solis similiter vtendum aqua balnei.

Eodem cap.

In libro balnei de quæstionibus epidemię dixit. In ephemera vtendum balneo penes declinationem paroxysmi.

Cap. 2. Tractatus tertij, libri. xxx.

De cura febrium humoralium, & quorundam earum accidentium.

Dixerunt Oribasius & Rufus. In febribus putridis nisi fuerit satietas nauseatiua, & conuenit virtus, minutio fiat. post minutionem purgetur corpus à putrefactione per laxatiuum, prouocationem vrinæ & sudoris. Si declinantur superfluitates ad os stomachi, vtēdum vomitu, ni fuerit pauca caliditas euaporatione vel resolutorio in compositione. Nec vtendum raritate corporis ante euacuationem. tamen ęgro vacuato raritas eius fiat oleo chamæmeli, & in ipso tempore si detur in potu vinum aqueum: si balneū vtitur æger cum moderata dispositione, emittet id quod remāsit in corpore de putredine. sed in tēpore ascēsionis vniuersalis, nullo vtatur balneo, nec vini potu, nec raritate corporis.

Dixit: Febres quę fiunt de putredine, curētur post digestionem humorū cum balneo. & similiter tpa potus aquæ frigidæ fiant post digōnem.

Dixit: In tertiana nō pura, quotidiana, phlegmatica & quartana noli concedere balneationē sine digestiōne, cum materiæ ipsarum sint grossæ, & dissoluantur per balneū. dein si dissoluentur per poros, inde fient oppilationes, vel manabunt ad aliqua loca nobilia: tamen quoties digestæ fuerint, balneari potest. Vinum non detur in potu in tertiana ante digestionem.

Eodem cap.

Dico in febre putrida vitetur balneū in principio eius, & ascensione, cum cutis & caro sint densæ: vnde commouentur superfluitates, & non emittuntur: tamen in declinatione et proprie vniuersali, iuuabit super dissolutionem materiæ putredinis.

Cap. 2. Tractatus quinti, libri. xxx.

De curatione febrium synocharum, & quorundam earum accidentium.

Dixit Simeon: Corpus non debet emolliri, anteq̄ euacuetur, & possibile est q̄ emolliatur si velis cum oleo chamęmeli, cum caliditas eius sit tepescēs, etiam vinum aqueum quoties bibitur commouebit. similiter balneatio aquæ tepidæ temperatæ & dulcis. Si febres fuerint magnæ & calidæ, non vtendum balneo, nec vino, nec vnctione cū oleo calefaciente corpus. imo da ęgro tunc in potu aquam frigidam, quę extinguat febris acumen.

Eodem cap.

Dico: si febris fuerit modica, & virtutes fuerint non fortes, & cum hoc fuerint signa super digestionem: balneum vtile erit: etiam potus vini, & vnctio cum oleis viscosis & calefactiuis, & proprie si tēpus fuerit frigidum. si æger non appetit balneum aquę frigidæ, & ipse aduritur valde: spes tua de eo diminuatur, q̄ si cōtingit cum hoc q̄ signa digestionis non apparent, & victus fuerit debilis, impossibile est q̄ euadat: noli curare eum cum aqua frigida, nec cum alio.

Cap. 2. Tractatus sexti, libri. xxx.

De curatione febrium acutarum adurentium & causonis, & quorundam earum accidentium.

Gal. dixit: In febribus valde acutis & causonicis da potui aquam frigidam, postq̄ digestio fuerit manifesta & virtus fortis. si æger fuerit carnosi corporis & tempus æstiuum, da aquam frigidam potui, etiam si fuerit virtus fortis & digestio manifesta, & febris fuerit in declinatione, confert balneum. detur vinum potui. rarificetur corpus oleo chamæmeli & similibus.

Eodem cap.

Dico: Iuuenis carnosus febriens acute nō debet habere horribilem, post declinationem particularem, balneationem cum aqua frigida.

Eodem cap.

Dixit filius Mesuę: In cura adurentis, euacues choleram,

choleram, aut extingue valde, erit hoc cũ aqua frigida in adurente in potu: cibes eum aqua hordei, hic balneum post digestionem conuenit.

Cap.2. Tractatus octaui, libri. xxx.

De curatione febrium tertianarum, & quorundam earum accidentium.

Dixit Gale. In febre tertiana non nocebit si æger balneatur ante digestionem. quoniam non erit dubium de ista materia fieri inclusionem neque oppilationem.

In libro de balneo de feb. de summis Glauconis dixit: Concede ęgro in tertiana pura, vti balneo, licet ante digestionem. si volet hoc sequi, & fuerit ei cõsuetum, vtatur eo bis: balneetur & natet in aqua. nam nõ dubium erit in ipsa febre, quin dissoluatur subito quantitas abundans pro ueniens ad partem cutis & inferat oppilationes, cum materia ipsius sit tenuis in eo, quòd dissoluitur de ea per poros.

Eodem cap.

Dixit Gal. Nec balneabis, quousq; digestio sit facta: tunc. n. iuuabit vehementer aqua existe dulci. sit autem euacuatio sua cum leuibus frigidis quousque appareat digestio, postea da absinthium in aqua mellis. isti enim indigent balneo ad humectandũ, tamen calefactio sit pauca, quæ solum sufficiat ad aperiendum poros, vinum nõ des in potu ante digestionem, post autem, da bene lymphatum.

Cap.2. Tractatus noni, libri. xxx.

De curatione febrium quartanarum ex quorundam earum accidentium.

Vigilans dixit: Ieiunet patiens in die paroxysmi: intret balneum mane. euomat illa die, si prolongatur ægritudo, da potui medicinas faciẽtes sudare, & vrinam prouocantes.

Eodem cap.

Idem in libro de problemat. In die paroxysmi quartanæ prætermitte somnum & cibum. Vtatur motu, exercitioq; moderatis, qñ deficit paroxysmus, intret balneum. hoc enim confert ad velocem consumptionem superfluitatis.

Eodem cap.

Dixit Hippocrates. In quartana subtilia regimen in die paroxysmi, non comedat patiens, quoad omnino transeat. secunda die intret balneum. tertia vomat, hoc ideo quia in die paroxysmi spargitur ex humore febris ad stomachũ propter quod nõ debet naturam impedire cum cibo, vt possit illum humorem euincere. secũda die mitiga laborem paroxysmi balneo, id quietat corpus, refrigerat, lętificat, humectat, dilatat. quia vero balneum spargit superfluitatem ad stomachum, & tenuat humores, vomat tertio die.

Eodem cap.

Dixit Ioannitius in quæstionibus medicinalibus: Opereris in quartana exercitium moderatum, dimitte somnum i die sua. intra balneum, q calefacit corpus. cum hoc minuetur vis eius in interioribus: extremitates etiam in hac febre pone in aqua calida & in omnibus febribus est bonum. nam iuuat ad dissoluendum materiam residuam in fine paroxysmi.

Eodem cap.

Dixit Athoroscos. Quartanarius non appropinquet balneo, nec laxet vẽtrem. sumat prouocantia vrinam, etiam medicinas calidas post prędicta: sed in principio nequaquam.

Cap. 2. Tractatus decimi, libri. xxx.

De curatione febris quintanæ, sextanæ, septenæ, nouenæ & similium.

Georgius dixit: Cura eã quæ interpolat, quibuslibet quinque diebus vt quartanam. nam est eius speciei & curæ, & afficiatur alias non afficiatur tædio patiens cum prouocãtibus sudorẽ, vt mora in balneo. præter quod multiplicetur aqua in ipso, sed sudet tãtum, linias ægrum oleis calidis & subtilibus.

Eodem cap.

Idem dixit. Quintanæ curatio est sicut quartanæ cum abstinentia, vomitu à cibo. theriaca magna est maximi iuuamenti, & balneum plurimum calidum absque aqua.

Cap.2. Tractatus vndecimi, libri. xxx.

De curatione syncopalium, phlegmaticarum, quotidianarum, nocturnarum, diurnarum, epiali, liparię & similium, & quorundam earum accidentium.

Dico: si tempus fuerit æstiuum & ęger assueuerit aquæ frigidæ & calidæ, da potui aquam frigidam cum syrupo acetoso, postq̃ in visceribus suis non fuerit aliquod aptum ad recipiendum damnum statim. balneum etiam in vltimitate contrarium est ipsis. similiter aer vltimæ caliditatis vel frigiditatis: ideo nõ debent vti balneo. ponatur lectus ipsorum in æstate in bono aere: hyeme, in loco tepido.

Eodem cap.

Tabri dixit in febre phlegmatica confert in principio insultus vomitus cũ aqua decocti basilici & se. apij. Nõ liniatur caput in ipsa. nam hoc stringit poros, & contradicit dissolutioni phlegmatis, & confert aqua decocti ameos, origani, passularum, data in potu cum theriaca quãtitatis ciceris. Intret balneũ, abstineat cibis grossis: confert in hac febre balneum, & vini potio.

Eodem

Eodem capite.

Dixit. Athoriscos: in febre phlegmatica ne balneai ante digestionem materię. balneum nanq; dissoluit materiam & subtiliat: nec ob hoc dissoluitur à corpore, ex quo accidit oppilatio. similiter corrumpuntur humores qui non erant corrupti. at quãdo digesta est materia & subtiliata, balneum confert. Vinum confert post digestionem materiæ.

Cap. 2. tractatus xij. libri xxx.

De febre hectica, quorundamq; accidentium curatione.

Gal. Dixit de balneo phthisicorum. Confert his balneatio in aqua calida alias frigida. si corpora fiat macilenta, debilia, ne balnea cum aqua frigida, nisi postquam calefacta fuerint corpora ipsa moderate. & possibile est q in aliquo tempore ipsi de balneo aquæ frigidę mutabunt naturã repente. Si alia via non fuerit eis, & id quod fuerit dubium in hoc erit minus eo dubio ne cadant in consumptionem. nam qui patitur consumptionem, non sequitur remedium. & ille cuius membra refrigerantur principalia ex balneatione facta cum aqua frigida, etiã & viscera, possibile est q curẽtur iuxta longam vitam eorum. in consumptione perfecta nullum est auxilium. si possemus eam curare, expelleremus etiam senium. Qui prohibet, q laborantes hectica non curentur cum balneo & alijs opportunis eius, iam tradit eos periculo.

Eodem capite.

Gal. dixit: Hecticis non est iuuamentũ à balneo aquæ calidę, sed aquę frigidæ. postquam balneum pręparabit corpora eorum ad recipiendũ iuuamen ex aqua frigida, donec erunt corpora eorum cum hac calefactione, ad modum sanorum, liberatorum per aquam frigidam.

Eodem capite.

Gal. dixit, Omnes hectici maxime existentes in principio consumptionis, si febris simplex fuerit non composita cum aliqua putridarum, neq; cum apostemate, secure eos balneabis. & balneatio sit sine labore. Erige ęgrum ad balneum super lectum suum. balneum sit prope. quando erit in camera prima, ponatur in pannum vnum pręparatum, calfactum postquam reliquerit pannos suos. Eleuetur à iiij. personis. Si camera prima sit moderate calida exuatur in prima. si non, exuatur in media, & sit media temperata: & pones super corpus patientis in media camera oleum calefactum hora qua ingreditur, & est super pannum eleuatus. Iniatur oleum super corpus parũ fricando. dein ducatur in tertiam cameram calidam. sit mora eius in qualibet camera. in prima donec de lecto eleuetur ad pannum. in secundã donec exuatur & liniatur oleo. in tertia donec existens super pannum in pila vel tina ponatur: deponendo latera panni super quo est patiens moderate. non aspergas aquam corpori vel capiti. summergas corpus vel caput eius bis vel ter in aqua. tantum pannũ ad inferiora declines, quousq; totus balneetur. per omnes cameras balnei aspergas multam aquam moderate calidam, vt sint omnes cameræ humidæ, non desiccatiuæ. Quando trahetur ex aqua calida, submergatur in frigida velociter non in longo tempore. ponas super corpus suum quando exierit ex aqua frigida pannum lineum. quo remoto pone alterum. post hoc mittatur in lectum. tergeatur corpus de sudore pannis lenibus absque fricatione. dein vnge corpus oleo. induat pannos suos. deferatur in lecto ad cameram. cibetur.

Eodem capite.

Gal. dixit: Hecticis nec dum consumptis confert balneum. non deferantur supra pannũ grossum. sed cooperiãtur subtili pãno. ambulent per se vsq; ad aquam calidam. & prolongent morã in calida. Qui est maxime debilis, non intret tinam frigidæ, sed de foris super eum aspergatur aqua frigida. tamẽ prius aspergatur tepida, dein frigida. Quantitas frigiditatis aquæ, vt frigiditatis aquæ cisternæ, i. inter frigiditatem facientem dolorem, & lenientem. si fit hoc patientibus hecticam, liberantur. si aliquid pecces, totum corruptum erit. qui liberantur, erant tantum consumpti in carne, non in membris principalibus.

Eodem capite.

Gal. dixit: In febre hectica simplici non composita cũ putrida, balneũ conuenit oĩbus horis.

Eodem capite.

Dico: Soranus post balneum facit macrescere, sed comedendum post balneum.

Eodem capite.

Homeri dictum in senibus certum est. senes cum balneantur & cibantur, debent dormire super lectos lenes. id est ex rebus humectantibus. quę humectatio eadem die manifestatur. hęc humectatio consistit in humectando substantiam membrorum radicalium, & addere ad humiditatem continentem membra. nam hæc humiditas mutatur in substantiam multorum radicalium, vt cor, hepar, & similia. totum regimen humectantius, sicut balneum & similia repercutiunt humiditatem quæ est in vacuitatibus membrorũ. & humectat corpus humiditate quę adhæret vacuitati membrorum, quę est vt ros.

Eodem

Eodem cap.

Balneum confert consumptioni vel cum caliditate vel frigiditate, quando est simplex non coniuncta febribus putridis, nec apostematibus. si cum ipso fuerit aliquod horũ, & siccitati quæ corpori accidit, balneũ est maxime iuuatiuum.

Eodem cap.

Paulus dixit: Hectici non vtantur caliditate balnei & aeris eius calidi, cum nociua sint eis.

Eodem cap.

Dico: Hectica indiget cura aquæ frigidæ: tamen æger ingrediatur balneum ad calfaciẽdum corpus, etiam non nocebit ei frigida, si cum ea infunditur cito, cum sit extenuatũ & frigidum.

Ibidem.

Dico: Nocet aqua frigida macilẽtis, pauci sanguinis corporibus. nam eius frigiditas cito penetrat ad membra radicalia, ob hoc patientes hecticam, non bibant aquam frigidam plurimæ frigidatis & multam.

Cap.2. Tractatus.13. libri. xxx.

De curatione epidemialium dispositionum, et quorundam earum accidentium.

Cum apparent signa futuræ epidemiæ, caue à repletione cibi, et potus vini multi, labore, coitu. Phlebotomentur & pungentur corpora humida, prouocetur in balneis sudor, odorentur aromatica, bibatur vinum odoratum. Incidenti in febrem, exhibeatur iulep & ptisana cum bolo armenico.

Cap.2. Tractatus.14. libri. xxx.

De curatione febrium cum apostemate, & quorundam earum accidentium.

Quoties fuerit hepar, aut stomachus, pectus, aut aliquod membrum virtutis talis, cum apostemate debili, patieẽ nocumentũ de balneo valde.

Ibidem.

Vita balneationem aquę frigidæ quoties apostema fuerit in membro indigestum, cum aqua frigida sit mala valde impediens digestionem, vnde nulla balneatio penitus fiat ĩ aqua frigida, cum humores putridi & apostemata non digerãtur, quoties prolongabitur mora in pila aquæ frigidæ: si aqua sit modicæ frigiditatis, nõ erit nocens, si velox sit exitus eius. Si digerentur apostemata, & causa fuerit in parte viscerũ, aut ex putredine, sine dubio vtere balneo, & emplastris mollĩetib' sup mẽbro. Sic declinabit febris, à balneo correcta, & corp' ad nutrimentũ disponeẽ.

Cap.2. Tractatus.15. libri trigesimi.

De curatione febrium compositarum, & quorundam earum accidentium.

Si cum hectica est febris putrida, balneum no-

A cet ante digestionem materiæ putridæ, sed quando digesta fuerit non nocebit. Similiter in potu frigidæ est peccatum multum. balneum non est periculosum. si fiat vt diximus in istis febribus, nisi quando dubitatur de debilitate virtutis.

Ibidem.

Si possibile est, operatio balnei est magis iuua tiua operatione medicinarum infrigidantium hoc est qñ siccitas febris vincit aut totũ corpus, aut membrum à quo fuit radix febris.

Ibidem.

Si vis operari balneum in hectica, quando est cum apostemate erysipelate, ĩfrigida aerẽ prius, vtere cibis potibus & emplastris frigidis. Quãdo non est cum hectica aliud, nisi siccitas, balneum confert, tum ex caliditate, tũ ex frigiditate ęgritudine existente. Quando hectica componitur

B cum apostemate phlegmone, vel sint in corpore humores corrupti, indigesti: nocumentum à balneo est causa istarum ægritudinum, & non hecticę. febris inuia, extinguitur semper potu aquę frigidæ, & iuuatur operatione balnei. sed læditur æger occasione ægritudinum cõpositarum cum febre. Si accidit q apostema calidum sit cũ hectica, aut febris putrida: dimitte balneũ. opereris cum aqua frigida in statu ægritudinis: administres aquam hora vna, proprie vehementer frigidam. At in principio ægritudinis non opereris hoc, ni cogaris ob ęgri assuetudinem, qui sitim sustinere non consueuerat. si consueuerat vti rebus frigidis, epithemetur exterius frigidis loco aquæ frigidæ: si nõ iuuatur emplastris, tunc da potum aquæ.

Ibidem.

C Aeger ante digestionis tempus nullo pacto balneum intret.

EX LIBRO XXXI.

Cap.2. Tractatus secundi de sudore.

Alexander ait: Prouocatur multus sudor, si post exitum balnei, facis patiẽtem sorbere aquã tepidam, & trahitur phlegma etiã ob hoc à musculis. Hoc operatur & nitrum pulueratum & mixtũ oleo, si vngatur spina, maximeq; ĩ balneo.

Cap.2. Tractatus tertij de lassitudine.

Dico. Ex balneatione et vnctione olei, defessi delectationem sentiunt.

Gal. Per fricationem factam oleo abundanti & optimo moderate, & per moram trahendam in aqua moderatæ caliditatis per tẽpus longum sanabiẽ huiusmodi defessio. & si aqua illa abundantem sequitur tepiditatem, efficacior erit.

Dico. Balneetur primo & secũdo die in aqua calida, postea laborans egrediatur pilam aquæ calidæ,

calidæ,& aquæ frigidæ pilam egrediatur.

Dixit Gal. Diſpoſitioni ſimili deſeſſioni confert aqua calida valde, quoniam indiget vt condenſetur cutis eius. condenſatio cutis, nõ fit niſi per balneationem aquæ frigidæ valde aut aquæ calidæ valde, tamen non poteſt balneari aqua frigida valde, quoniam dubitandum eſt ne ei noceat ex eo ad quod inductum eſt corpus de raritate, amplificatione & vacuitate, factis ex abundantia exercitij, vnde non fiet inde comparatio frigiditati radicitus. aqua etiam ebullita ſecura eſt quod non infert nocumentum & cõdenſat, & iuuamẽtum ſequetur de eo quod remanebit in eo de caliditate ipſius: tamen poſtea ingredi debet pilam aquæ frigidæ, nec longam moram in ea trahat.

Ibidem: balneetur cum aqua moderatæ caliditatis.

Bimaſui dixit: Deſeſſio ex labore ob motum in æſtate, debet curari aqua tepida & balneo, deinde aqua frigida, ſed in hyeme curetur vnctionibus olei & fricatione leui.

Dioſcorides. Cum ſentit homo carnem eius puncturam ſequi & commotionem, conferunt fricatio, & balneatio. Si extenſio & punctura valde fuerint profundantes, indigebunt oppreſsione vehementi, ambulatione, motu ad commouendum muſculos ad expellendam ipſam ſuperfluitatem, etiam ſeſſione facienda in aqua calida per tempus longum: & hæc eſt cura omnium deſeſſionum facta per fricationem, aquam calidam, & oppreſsionem.

Ilia, alias Ioannes grammaticus exponendo pulſum paruum dixit, Balneum debet fieri poſt exercitium, quia humectat corpus, corrigendo ſiccitatem ſecutam propter exercitium, & diſſoluendo ſuperfluitates pungentes quæ liquefactæ ſunt, & emendando eas.

Capite ſecundo, Tractatus quinti libri xxxi.
De ſomniſicis.

Gal. Euidenter videmus q̃ comeſtio lactucarum, balneatio facta cum aqua dulci & tepida effuſa ſuper caput & potus vini lymphati aqua, prouocat ſomnum.

LIBRO XXXIII.

Cap. 2. Tractatus quarti de doloribus.

Dico. Quoties fit dolor nõ ex apoſtemate calido, effuſio aquæ calidæ ſuper illum & vnctio mitigabunt eum. & ſi fuerit ex ventoſitate diſſoluenti, vel humiditate pungenti, corrigetur per beneficium complexionis. ſi fuerit ex mala complexione ſicca, emendabitur humectatione ſuper ea fienda.

LIBRO XXXVI.

Cap. 2. Tractatus tertij de diuerſis doloribus, vitijs, veſtigijs, pannis faciei.

Oribaſius: Venuſtat colorem potus aquæ granatorum dulcium: balneum frequens: lotio faciei frequens cum aqua decoctionis amygdalarum amararum. Ad veſtigia viridia: fricatio fiat cum ſale in balneo.

EX RASIS LIBRO VLTIMO continentis,

Capite. 72. Tractatus primi. De Aqua.

Qua dulcis dixit Dioſcorides, melior eſt quę eſt velocis penetrationis de ventre, & modicę inflationis, & quæ non corrumpitur. Aqua maris acuta eſt mala ſtomacho, laxat ventrem de phlegmate. & ſi ipſa funditur calida ſuper corpus calefacit & diſſoluit, et confert in dolore neruorum, & fiſſura accidenti ex frigore antequam vlceretur, & ponitur in vnguentis diſſolutiuis, & confert in tortione poſita in clyſteri, & effunditur ſuper ſcabiem, pruritum, impetiginẽ, pediculos, apoſtemata, etiam mamillarum. & ſi cum ea fit calefactio, diſſoluit ſanguinem congregatum ſub cute, & ſi patiens ingreditur aquam maris calidam, ſequetur iuuamentum in morſu viperæ & furunculis, & quo morſu accidit tremor, & in frigore corporis, & morſu ſcorpij, araneæ, viperæ. Balneatio cum ea confert morbis antiquis accidẽtibus in toto corpore & proprie in neruis. Fomentum valet ad hydropem, capitis dolorẽ, difficilem auditum. Bibitur per ſe tantum ad laxandum ventrem, & datur laxatio poſt eam de iure gallinarũ ad conterendum punctionem accidentem ex ea.

Galenus dixit in libro Chymorum de iuuamentis aquæ ac nocumentis. Nocumẽtum eius non apparet ſenſui valde in principio negotij in corporibus ſanis, quia nocumentum eius creſcit & augetur paulatim abſque aliquo ſenſu, & quando perficitur homo in vltima ætate, patitur inde morbos difficiles ĩ articulis, neruisq; penes quoſdã antiquos de aqua calida. Credo eſſe Rufi, q̃ aqua calida calefacit & humectat, etiã aqua baurachina confert pectori, capiti, & ſtomacho humido, & hydropi cum frigore, & excitationi quæ fit ex morbo.

Aqua aluminis cõfert in ſputo ſanguinis, vomitu, et fluxu ſanguinis, de matrice & aborſu.

Aqua ſulfuris lenit neruos, tollit puſtulas accidentes cuti.

Aqua

Aqua aspalthi replet caput, impedit sensus & calfacit corpus.

Aqua æris confert ori, auribus, visceribus, hęmorrhoidibus, vuulis & oculis.

Aqua ferri confert spleni & stomacho.

De electione aquæ.

Dixit Rufus in regiminis libro. Aqua fluens melior est aqua inclusa, & superscendens aqua melior est aqua paludis. aqua pluuialis melior est aqua niuis: & quę aqua vtitur parte orientali, melior est ea quæ vtitur parte occidẽtali, & quæ aqua vtitur parte septẽtrionali melior ea est quæ vtitur parte meridionali. & aqua putei est modicę tenuitatis: ideo quando inuenta fuerit humectatio eius in cibo & dissolutio erit minor res, ita ꝙ exinde accidet mala digestio, sed descensio ipsius cum vrina velocior erit ob causam grossitudinis eius & frigiditatem. & melior erit aqua B putei postꝙ colata fuerit pluries & percussa, & postꝙ mundificatus fuerit puteus. vnde aqua currens subtilior est & magis velociter dissoluit cibum, & subuenit ad digerendum & prouocandum vrinam. Aqua lacus est mala quia putrida est, ꝙ in æstate est calida, in hyeme est frigida, & hoc significat super malitiam aquæ, ideo in ęstate excitat ventrẽ, & tardat in descensione ad vesicam & in maiori parte. & inde accidit lieteria, fluxus sanguinis ventris, & reuertitur pasśio ad pleuresin & tussim. nocet spleni inferendo in eo in primo apostemata & dolores. Cõuertitur passio ad hydropem: pedes etiam ex causa splenis erunt debiles, & si in eis accidunt vlcera difficilis cõsolidationis erũt, et laboriosa fiẽt, sed aqua lacus, de quo aqua eius emittitur bis in anno, & alia quia loco eius ingreditur, melior erit, & mi- C nor erit in putrefactione.

De aqua pluuiali.

Aqua pluuialis leuis ponderis est subtilis, clara, calida. Decoquitur eo ꝙ in ea coquitur velocius, & velociter declinat ad calefaciendum, & indiget ad minus cum vino misceri, quia per se cõueniens est, & bona: & omnes bonitates aquę in ea inueniuntur, quia valet ad digestionem, ad prouocandum vrinam ad hepar, ad splenem, renes & pulmonem, & neruos. tamen nõ habet in se viam infrigidatiuam vehementer, magis humectat & putrefacit cito. & hoc significat super bonitatem eius, quia alteratur cito ex tenuitate ipsius. & ꝙ in ea est, nõ est aliquod solidum prohibens, & ita cibus melior & potus cito alterantur. & aqua pluuialis veris & hyemalis melior est, & in his duabus aquis est maior pars laudis meæ. Relatum est per Hippocr. ꝙ aqua, in qua A substantia fuerit abundans & quæ commutatur in tempore longo & super quam congelatur aliquid, aut super sedet spuma & in qua sedet substantia, & quæ si fuerit in vase æreo congelatur & christallatur, & in qua generantur sanguisugæ, & super quam nascuntur malę herbę, & quę fuerit opposita soli, & quam trãseunt animalia, & non currit: & aqua paludum mala est generaliter, sed mala debet coqui in olla fictili, deinde expectari per noctem vrinam, deinde bibi.

Ioannitius dixit, Coqui debet dum descẽdat quod grossum fuerit in ea & coletur in vase fictili, quia non habet in se qualitatem remotam à qualitate aquæ, & quoties calefit aqua deinde infrigidatur, descendet id quod in ea fuerit de substantia totaliter.

Rufus dixit, Si vis ꝙ corrigetur mala aqua, fodi fac puteos, vnum puteum proximum alij puteo, & vnus puteus sit inferior altero, & pone aquam in eis, luto dulci & pingui, de quo conficitur vas fictile. & per hæc remouebitur qualitas ipsius, & omnis aqua adhibita ratione eius ad visum non nutrit, & est difficilis digestionis, mutans colorem, inflatiua, debilitatiua, mitigat sitim, infert rheumata frigida, non prouocat somnum, nec acquietat cogitationem, non lætificat cor: & in maiori parte efficitur causa ad acuitatẽ humorũ. Dixit Ioãnitius, etsi bibitur vinum eo ꝙ prouocat vrinam, emittit superfluitates aqueas quæ colliguntur vna die post aliam, tamen remanet sanguis: sed aqua eo ꝙ non prouocat vrinam superfluitates aquæ ex ea accidentes remanent in venis, & remanentes in venis calefiunt & vruntur, & significatio super hoc habetur per vrinã. vnde quoties attrahitur ęrugo, facit humores mixtos cum ea calidos & efficitur causa ad oẽs morbos. Dixit Rufus, Cõsiderata ratione vini, infert excoriationem, morfeam, impetiginẽ. & quoties bibitur aqua post cibum frigidum de oleribus, cum fallacia erit, ne inferat excoriationem cutis, furfures, impetigines, & vlcera putrefacta & verrucas suspensas, erysipelas & similia. Dixit Rufus, Corrigunt aquã baurachinam, lac, vinum grossum, amidum ; ouumq́;. corrigit aquam aluminosam vinum album & odoriferum. Dixit Ioannitius, quòd prouocat vrinam, quam retinet aqua aluminosa. Corrigit etiã aquam aluminosam nutrimentum immaturum, tubera immatura valde, quia cum ponticitate eius corrigitur ipsa aqua.

Dixit Rufus, Adhibita relatione ad vinũ, aqua bona est laborãti dolore capitis, caligine visus ipsius, & dolore in neruis. Ego existimo ꝙ in hoc est

est peccatū,& loco in neruis debet poni ī oculis. Rufus dixit, q tunc in ipsa dispositione nullus debet ascendere vapor ad caput, & vapor ascendit ex vino magis.& dixit,Aqua confert laboranti laxitudine,epilepsia,& dolore artetico.

Ioannitius dixit,q huiusmodi morbi īdigent qd sanguis cū eis sit grossus, & tardæ penetrationis,& potus aq̄ hoc facit & potus vini ecōuerso.

Rufus dixit, potus aquæ mitigat appetitum, confert in vitio appellato inflatio dolorosa, & ei qui laborat tremore & laboranti oppilatione.sed malus est potus aquæ pectori,cannali pulmonis,quoties in eis fuerit putrefactio.

Ioannitius dixit,hoc fit quia aqua frigida mala est omnibus vlceribus,quia humectat, & vlcera indigent desiccatione.& canna pulmonis indiget similiter desiccatione forti, quia est siccæ complexionis. sed potus vini his confert.

Rufus dixit, Aquæ potus cum hoc malus est œsophago,ventri,renibus,hepati,vesicæ,matrici.& bonus est præfocationi matricis.& facit descendere quod fuerit in intestinis,quoties ea vtimur calida quandoq;,& quandoq; frigida.

Ioannitius dixit, si causa indigens descensione fuerit de mala complexione calida, potus fiet aquæ frigidæ & è conuerso.

Rufus dixit,et confert laborāti tarda digōne.

Ioannitius dixit, si corruptio fuerit ex caliditate.

Rufus dixit, confert laboranti multo sudore.

Ioannitius dixit, si fuerit ex dissolutione sanginis, tenuitate ipsius ac dissolutione corporis.

Dixit & Rufus, Mingenti vrinā abundantē.

Ioannitius dixit quoties fuerit ex caliditate ignea in renibus & vesica.

Rufus dixit, Aqua confert in tempore ascensionis canis,confert in iuuenibus bonę carnositatis, infantibus & eis qui fuerint in augmento laborantibus fluxu ventris, s. ayda, & sumentibus medicamen laxatiuū, cui intēsa fuit laxatio.

Dixit Ioannitius, hoc fit, quia sanguis in venis ipsorum est fetidus & orificia ipsorum sunt ampliata.Dixit confert manationi sanguinis de vtraq; nare aut de aliqua plaga.

Dixit Ioannitius, hoc fit, quia sanguis huius appetit currere.

Dixit Rufus, & laboranti emanatione sanguinis de orificijs venarum,quæ sunt in inferioribus,& bibenti vinum simplex abundanter,in quo fuerit inflammatio, & laboranti vitio illo qui bolismus dicitur.

Dixit Ioannitius, Si bolismus fuerit de vitio quod secundum consuetudinem antiqui appel-

D lant hoc nomine syncopes,quod est accidens ex priuatione nutrimenti, & condominatione frigoris,potus aquæ ei nocet.& vini confert. tamē nō cognosco de quo bolismo Rufus ītellexerit.

Dixit Rufus, Aquę etiam potus confert laboranti febre adusta hoc est causonica, dum non fuerit durities in partibus hypochondriorum. quoniam ex abundanti potu ipsius vomet, & dissoluetur febris, etiam egrediens per sudorē. etiam ei,qui nocumentū sequitur de vitio aydæ & laboranti liquefactione spermatis.

Dixit Ioannitius, q congelabitur, cessabit, & restringetur.

Dixit Rufus, Laborans liquefactione spermatis, iuuamentū de aqua assequitur in potu aut in balneatione, similiter sequitur laborans iuuamētum in fluxu sanguinis de matrice,& debilis, la-

E borans vomitu, lactatrix in diebus canicularibus si venter laborans fuerit solutus, aut patitur febrem.confert ēt potus aquę in interectione lamētabili, singultu, fetore eris & totius corporis.

Dixit Ioannitius,in omnibus his passionibus supradictis aqua mixta cū modico vino est maioris iuuamenti.

Rufus dixit: huius etiā iuuamentum sequuntur similiter de balneatione aquæ frigidæ,& cōfert pustulis,furfuri,impetigini,& laboranti superfluo sudore sumpta in potu, aut si cum ea fit balneatio.

Dixit Ioannitius,potus aquæ infert hoc.videlicet, insumenti aquam in potu. tamen si hoc accidit in sumente vinū in potu,potus aq̄ cōfert ei.

Rufus dixit,Restringit gingiuas, corroborat neruos,& compescit actum venereum.ideo cō-

F fert infantibus, quoniam incipiunt pili nasci in pectine ipsorū.constipat ventrem cum proprietate,& confert eis qui sunt in augmento:& senescentibus,& quorum ventres leniuntur.hæ operationes sunt in aqua frigida.

De aqua tepida.

Aqua tepida confert epilepsiæ, dolori capitis,ophthalmię antiquę, corrosioni dentium,& gingiuarum,laborantibus in gingiuis apostemate,de quo manat sanguis:laboranti vlcere in palato,apostematibus vuularū, & pulmonis quoties descendunt ad eos de capite materiæ, & laborante sanie in aure,quæ non potest manare. laboranti fetore narium. laboranti aliqua carne superflua narium. confert ori stomachi, quoties fuerit debile, tussi frequenti quæ accidit ex humoribus acutis,etiam febri acutæ,& illi cui cōdominatur cholera rubea.

Ioannitius vero dixit. Confert laborāti febre acuta,

acuta,nisi fuerit in ipsorum visceribus aliquod apostema,aut in venis aliquis humor crudus.

Dixit Rufus,Confert ei, cui dominatur humor niger inflammatus,in quo generatur cholera nigra, vel in quo accidit ayda in principio morbi laborantibus bile æruginosa, in febre laboranti sudore,& raritate corporis semper, si q inhibens fuerit de potu aquæ frigidæ sequuntur iuuamentum & aquæ tepidæ panniculi qui sunt in pectore.etiam aqua calida confert quoties fit præaptatio corporis ad laxationem, ad attenuationem,& ad educendum humores,liquefaciendum & leniendum,digerendum,dissoluẽdum, & ad aperiendum oppilationes, & ad attrahendum materias ad membra.Aqua calida etiã euacuat per sputum,mucilaginemq́; narium. Confert nauseæ & mitigat omnes dolores & proprie qui fuerint in partibus hypochondriorũ,in ventre,intestinis.quoties accidunt in vẽtositatibus: confert ad faciendam bonam digestionem, penetrationem nutrimenti,& inductionem ipsius ad mẽbra,facit bonum augmentũ, bonum sensum totius corporis,& leues motus eius,prouocat menstrua.Confert visceribus, capiti,& neruis,pleuriticis, peripneumonicis, dolori gutturis,saltui cordis, exituris malis: digerit hæc omnia vitia in potu data, aut si balneatio fiat in ea, aut calefactio: mitigat accidentia, quæ fiunt ex morsu forunculorum,excitat vomitum.compescit horripilationem & totũ frigus accidens corpori.& cum hoc confert in erysipelate, in vlceribus:mitigat & pruritum. Qui ęstimat q aqua salsa confert ad solutionẽ ventris, & q aqua aluminosa constipat vẽtrem, peccat, quia si bibitur ad soluendum ventrem & non soluit, hoc accidit quòd eius hepar cõgregabit materiam, & nõ debet æstimari,& quòd iudicetur super bonitatem aquæ de lenitate ponderis eius tantum.

De corrigendis aquis dixit,Aquæ ponderosę naturæ generãt lapidem & varices, & debet corrigi cum syrupo mellis,aut ante potum eius sumantur aliqua aromata prouocantia vrinã.aqua etiam in qua lauatur terra mali luti mala est, & aqua pluuialis bona est in grossitudinem medicinarum ad lauandum eas & in medicinis quæ accipiunt materias manantes ad oculos,& in vlceribus in eis. & melior aqua fontium est quæ currit super terram aut lutum fictile.

Dixit Ioannitius,Loca saxosa faciunt aquam solidam,& melior aqua fluminis est vehementem cursum habens semper & aqua putei profundi,& salsa & frigida debet coqui prius in vase largi oris,deinde infrigidari & bibi. sed aqua

A sulfuris euacuat corpus,confert impetigini,morfeæ,discoriationi cutis,baras, scabiei, vlceribus antiquis,apostematibus articulorum, soliditati splenis,& hepatis laxitudini, verrucis suspensis, tineæ.Aqua etiam balnei naturalis prohibet laxationem,sudorẽ intẽsum,vomitum,diarrhœã, & tardam digestionem & varices. De aqua cineris. Aqua hñs in se vim cineris confert in dolore splenis:sed salsa in dolore ventris.

Ioannitius dixit, Aqua salsa laxat illum,qui eam non vtebatur,eo q pũgit intestina eius. sed cum vsus fuerit ea,retinet ventrem cum stypticitate & siccitate eius & modica descensione ipsius de eo q clarificat aquam.

Bimmasui dixit, Clarificat aquam turbidam particulis ligni sagtegularum nouarum,lutum armenum,aut farina tritici,et si bibitur aqua tur-

B bida cum vino,durat,tollit malitiam ipsius. sed aqua hnmectat corpus & soluit naturã: sed eam euitent corpora frigida. & si habentes corpora humida diligunt ea vti abundanter, coquant eã dum deficiat medinm in vase fictili, aut ferro. deinde transmutetur & bibatur.

De niue.

Nix nocet iuuenibus,nõ modicum senibus, infrigidat cito stomachum,est grossa,non sustinet eam nisi vir calidę cõplexionis & siccę.vnde senescentes eam euitent,& maxime si fuerint frigidi stomachi.corrumpit neruos: generat etiam phlegma.sed aqua infrigidata super niue,minoris nocumenti est, & qui frequenti niuis vsu vtitur,vtatur balneo frequenti,& potu vini fortis veteris & vnctione cutis ex oleo lilino vel narcisino.

C Paulus dixit,Aqua maris laxat phlegma crudum. Aquæ balneorum summarie naturalium dixit Iudæus deficcant, tollunt complexionem humidam.sed debet vti gaudio qui vsu ipsorum voluerit sequi aquã baurachinã. Dixit, & salita confert in dolore capitis & pectoris, quoties in eis fuerit hnmectatio, etiam hydropi, humido stomacho,& tollit grossam inflationẽ & phlegma. Dixit,Aqua aluminosa,icidit sputum sanguinis & mẽstrua:valet ad stomachum qui consueuit vomitum sequi. Aqua sulfurea dixit, lenit neruos & eos calfacit: confert vithohos, debilitat stomachum,confert vlceribus & scabiei. Aqua asphalti calefacit vehementer,ponderositatem infert capiti & sensibus.Et ea aqua, dixit, eo q habet in se vim ęris, confert ori, auribus, oculis,vuulis. Aqua ferrea cõfert stomacho & spleni. Aqua leuis cursus confert in frigore.

Galenus dixit,in libro aeris. Est leuis exitus

de ventre aut per vrinam, aut per substantiam: et aqua contraria huic remanet in ventre per longū tēpus ad modū nutrimenti difficilis digōnis. Aqua residens dixit, si in lacu salso aut non salso fuerit in æstate est calida & grossa & horribilis odoris, quia non currit. & sol semper oritur super eam, est mali coloris, generat choleram rubeam, & est ad modum nutrimenti putrefacti, generat id φ generant venena, generat humores putrefactos, & proprie choleram rubeam, & in hyeme infert raucitatem vocis, & in ęstate putrefacit & calfacit. sed in hyeme ingrossat & infrigidat, & qui vtitur ea in potu, magnificatur splē ipsius & solidatur hepar, & stomachus proprie, & ifert cito oppilationes, extenuat corpus, & peior aqua in hoc est quam discooperuit sol & frigus, generat inflāmationem, extenuat corpus, multiplicat caliditatem alienam & putrefa E ctam in corpore. Dixit, qui vtūtur potu huius aquæ, sumunt abundans nutrimentum. sed durat indigentia & sitis ipsorum ex intensa caliditate in eis, vnde læduntur ex nutrimēti punctione quam sentiunt in stomacho. & malitia huius aquę, & superiora loca & inferiora vētris huius debent esse inflata & dura valde. ideo debet vti laxatiuis violentis, quia venter ipsorum non laxatur nisi ex laxatiuo forti. & hoc vitium eis accidit inseparabiliter in æstate & in hyeme, videlicet magnitudo splenis, sumptio superabundantis nutrimenti, sitis vehemens, & moriūtur cum hydrope. & hęc aqua peior erit in ęstate: & quando emittuntur ipsorum superfluitates per laxationem si accidit fluxus ventris, infert vlcera intestinorum. sin autem diminuitur caliditas ipsorum paulatim, dum corrumpetur complexio F ipsorum, & in iuuenescentibus ipsis accidunt dolores pulmonis & mania ex acuitate ipsorum iuuenum cito accidit vitium in eis ex caliditate ipsius aquæ, & dolores pulmonis accidunt in eis in hyeme magis & in senectute. accidit exinde febris adusta ex siccitate ventris ipsorum. vehemētior fit in eis dum venter ipsorum fuerit constypatus, & in mulieribus accidit phlegma album, vnde difficilis fiet impregnatio ipsarū, partus, & menstrua, etiam infantibus ipsarum accidit ruptura, in viris varices accidunt in tibijs, breuis fit ipsorum vita, cito inducit eos senium, ac fit in ipsorum mulieribus imprægnatio falsa. Sequitur etiā huius aquæ malitiam, aqua fontium malorum egrediēs de terra calida & minera ferrea, argentea, aurea, aluminosa & sulfurea, quia huiusmodi omnibus infert difficultatem mingendi, & vehementem fluxum ventris. & si hæc

D loca fuerint saxosa, aqua erit peior. sed aqua æris confert renibus, colicę, hepati, stomacho: tamen si frequens potus fit de ea, cōstringit corpus: sed aqua æris laxat: tamē incōueniens est sanis aqua mineræ frequenter bibita, difficilem infert digestionem & mictum. Aqua currens de locis sublimibus & torronibus melior est alijs aquis & sanior. & est dulcis & calida in hyeme, & similiter est aqua oriens de fonte cōcauo: sed non debet esse saxosa neq; mineræ. & hæc non indiget φ bibatur cum vino, quia maioris bonitatis est. Aqua vero turbida vnctuosa & salsa, et quęlibet aqua habēs in se naturam malam misceri debet in potu cum vino abundanti, & bona aqua calida est alba, dulcis: & frigida in ęstate, & calida in hyeme, & melior erit, si cum hoc fuerit currens de pte orientali ęstiua: qa hęc aqua est alba, et est boni gustus & odoris, & calefit cito, & infrigidatur cito. Similiter & hoc est signū melius aquæ bonę. & si fuerit in aere claro, erit melior. & hoc dictū intēdit de aqua egredięti de parte oriētali. sed aqua declinans à parte orientali æstiua grossior est. aqua salsa mala est & corrumpens. Fons est melior oppositus oriēti, & eum sequitur qui fuerit iuxta partem occidentalem solis hyemis & partem orientalem solis æstiui etiam. & fons septentrionalis melior est meridionali, quia hæc loca bona agent in bona aqua bonitatem, & mala diminuunt bonitatem eius. Aqua salsa inflatiua est & tardæ digestionis, & ea non possunt vti sani & fortes homines. & si vtantur ipsa aqua non poterit eis nocere, & est melius φ euitetur aqua, videlicet acuta & salsa. & meridionalis aqua fontis oppositi polo septentrionali frigida est & solida, suauis & ponderosa. Aqua fontis opposita orienti leuis est & dulcis, quia aer eius est tenuis ex eo quod diximus in cap. regionum. Aqua fontis oppositi occidenti grossa est, & è conuerso & non clara, neque pura.

De tractatu tertio dixit Hippocr. Scire aquas magnum quid est in regimine sanitatis.

Gal. dixit: Hoc de iure est qa nō possum⁹ carere ipsarum vsu, nec sequi nutrimētum nisi cū eis.

Dixit Hippo. Aqua residens in lacu & paludibus calida est in ęstate grossa etiā horribilis odoris ob causam moræ & priuationem cursus eius, & φ sol frequenter oriens est super eam educendo eā: vnde necessario fit mala aqua huius in colore generans bilem rubeam. Dico, non dat scientiam in vituperabili colore ipsius causam, sed causa ipsius est, φ subtilis aqua tollit eum frequenter, sed si augetur semper in grossitudine & putrefactione, color ipsius exinde erit malus, quia

q̃a claritas splẽdida ipsius fit ex tenuitate ipsius.

Dixit Gal. hæc aqua est putrefacta, ideo generat humores corruptos, sicut generantur de venenis putrefaciẽtibus, & generat bilem rubeam & similia de humoribus putrefactis. & hoc totũ fit ex priuatione cursus & vstione eius è sole, vnde corrumpitur & lucratur naturam malam, & ideo mala erit bibenti eam.

Dixit Hippo. Huiusmodi aquæ sunt in hyemæ frigidæ, gelatæ, turbidæ ex p̃te niuis & gelu, & fiũt exinde phlegmaticæ & inferũt raucitatẽ.

Gal. dixit, Aquæ fluminis sunt calidæ in ęstate & in hyeme frigidæ. vnde fiunt in æstate putrefactiuę, & in hyeme indigestę. vnde in æstate generant choleram rubeam, & in hyeme phlegma, quia aquæ frigidæ generant phlegma, & inferunt vocem raucam.

B Dixit Hip. Balneãtiũ aqua splen magnificabit̃.

Gal. dixit: Intendit q̃ splen solidabitur, & ego dico, q̃ non corrumpuntur splenes eorum tantum: tamen & alia membra & hepata proprie, et stomachus, quia hmõi aqua infert oppilationes in meseraica, quia est turbida: tñ splen velociter de ea patitur cũ sibi attrahat sanguinẽ grossum.

Dico, in eo accidit grossitudo in primo, tamẽ quoties debilitatur in attractione, tunc illud vitium accidet in alio. Dixit bibentes huiusmodi aquam, habebunt ventrem calidũ ex caliditate putrefacta & siccum, & corpora macilenta inflata. imo in eis generatur putrefactio & ventositates grossæ, extenuantur ipsorum corpora, quia nõ nutriuntur. valde deficit appetitus cibi ipsorum ex malitia ipsius aquæ. vnde ipsa aqua calida est in æstate & putrefacta, & in hyeme gelata & turbida. vnde qui cogitur ad bibendã ipsum, in eo fiet vitium vt diximus. Dixit corpora bibentium eam, erunt macilenta, inflata, & extenuata, & proprie in facie & furculis & cubitis, quia in eis sunt ossa magna, & manifestatur extenuatio super ipsa, etiam splenes exinde eorum erunt grossi & inflati, quia sanguis ipsorum corrumpitur, hepata debilitantur & magnificantur splenes, splen quando magnificatur attrahit partem maiorem nutrimẽti corporis, vnde corpus extenuatur necessario, quia magnitudo splenis extenuat corpus duabus de causis: ex attractione maioris partis nutrimenti corporis, & ex contritione eius, quam facit in viribus hepatis. Dixit, Abundans erit nutrimentũ ipsorum imminentibus indigentia & siti eorum. Dixit. Sed sitis ipsorum perseuerat ob causam cholere, quæ erit in corpore ipsorum: tamen intensus appetitus eorum de nutrimentis in eis fiet in æstate & au-

A tumno, quia in ventre ipsorum erunt humores corrupti pungentes ventrem: tamen in hyeme hoc erit ex vehementi frigiditate ipsorum ventris, & sanguis, ex vtraq; dispositione abundans erit appetitus nutrimenti, nec possunt euacuari humores de corpore eorum, nisi per medicamẽ laxatiuum, violentũ, quia superiores partes ventris ipsorum & inferiores sunt inflatæ & durę & fortes valde. ideo vti debent laxatione valde, q̃a nisi fuerit laxatiuum forte, nõ euacuabit humores de corpore ipsorum, etiam magnitudo splenis, superabũdans sumptio nutrimenti, frequẽs sitis i hyeme nõ separabũtur in eis ẽt in æstate, & aqua citrina accidit in eis magis, & eos ĩterficit: & in æstate accidit eis fluxus cũ dysenteria, diarrhœa, febre quartana longa, et hęc febris prolongata corrumpit complexionem eorum, & generat aquam citrinam. Dixit, Accidit in eis diarrhœa cum fluxu rasuræ in æstate, quia ipsę aquæ peiores erunt eo tempore. vnde emissis ipsis humoribus ab eisdem superfluitatibus si fuerint pungentes, inferent fluxum & rasuram: tamen nisi fuerint acuti, mali erunt, tamen & ex abundanti fluxu diminuitur caliditas ipsorũ, & corrumpetur ipsorum complexio. Etiam febris quartana accidit in æstate, & longa erit in eis, q̃a non possunt bibere aquam dulcem & bonam, perseuerat quoq; hæc febris ex potu huius aquę, quia hæc aqua generat putrefactionem frequenter. Dixit, In iuuenescentibus ipsorum accidũt dolores pulmonis & corruptio mentis: tamen dolores pulmonis fiunt in hyeme, quia huiusmodi aquæ in hyeme sunt frigidæ, valde turbidę, gelatæ: & in æstate erunt putrefactę facientes

C descendere humores, vnde ipsi corrumpentur. Ascendit etiam in iuuenibus vapor ad caput.

Dixit, In sequentibus accidit febris causos ex siccitate ventris ipsorum: tamen non põt attribui ipsa aqua aquę niuis, quia aqua niuis desiccat ventrem. Iam prædictum est, q̃ ipsæ aquæ pungunt ventrem, tamen indagandum est sup hoc.

Dixit, In mulieribus ipsorum accidit hydrops cum febre in grossitudine inflata & molli, non concipient, nisi cum difficultate, nec pariẽt nisi cum labore, fętus ipsarum erunt grossi. sed quando nutriuntur per matres eorũ extenuabuntur, & menstrua ipsarum non erunt vt dicunt. sed in eis accidet phlegma album, quia fient in hepatibus ipsarum morbi, & infantes earum erunt macilenti, quia lac ipsarum valde malum erit, etiam non possunt esse grossi, & causa penes me est superabundantia superfluitatum in ventre. Dixit, Et ĩstantibus ipsarum accidũt eminẽtię &

viris varices & vlcera in tibijs. et vita eorum erit breuis ex malitia humorum ipsorum & ex corruptione aquę. Dixit. Et mulieres ipsorum iudicabuntur esse pregnantes. sed completo tempore partus, contabescent ventres ipsarū, & carebunt conceptione, quia in ipsarum matrice congregatur aqua citrina, & perseuerando ibi per menses, deinde subito euacuatur cum aqua abūdanti, & extenuabitur venter. sed hi sunt effectus aq̃ lacus & terrę salsæ. De aqua fontis mala quę oritur de terra calida, ferrea, argentea, aurea, sulfurea, aluminosa, picali, baurachina, salita. & quia omnia hæc sunt ex vehementi caliditate ipsæ aquæ fient durę. & ex potu ipsarum accidit difficultas partus, & vehemens fluxus ventris. Dixit. Aqua egrediens de terra minerę mala est vniuersaliter, præcipue si cum hæc terra ipsa fuerit saxosa. sed tamen aqua egrediens de terra ferrea minoris malitiæ est, quia non concipit de qualitate ferri magnū quid, sed cōmunis est his omnibus aquis durities cū difficultate digestionis. & nocent bibentibus eam iuxta modum naturarum ipsarū. & forte conferunt parti morborum quia iuuamentū secuti sunt plures. De aqua ferrea & ærea in dolore renum, colicę, hepatis, & stomachi. tamen si frequens sit potus ipsarum, corrumpentur humores, & vitium inferunt, quia sunt medicamen & non nutrimentum, vnde aquæ minerę in sanis non sunt laudandæ & omnes aquę durę & grossæ inferuāt difficultatem mingēdi & colicam. sed aqua æris laxat ad modum medicinę laxatiuæ. tamen non conuenit alicui sano. & aquæ mineræ & saxorū ꝓ maiori parte non bibuntur, quia non digeruntur, & impediunt exitum vrinæ ex difficili descensione ipsarum. Dixit, Aquæ quæ currunt de locis sublimibus & torronibus terrestribus sunt meliores alijs aquis & saniores, & dulces sunt & non indigent misceri cum vino. & sunt in æstate frigidę, & hieme calidæ. & hæc est dispositio aquarū egredientium de fontibus profundis, scilicet ꝙ sint calidę in hieme, & frigidæ æstate, albæ & dulces. Dixit, Peior aqua est, quæ est lacus & terrę salsæ, sed aqua saxorū mala est. Dixit, debent perquiri fontes profundi & manifesti, ne aqua ipsorum oriatur de terra mineræ aut saxosa. & si fons non oritur de minera & saxo, & fuerit cū hoc profundus sub terra, bonus erit. quoniam aqua eius frigida erit in ęstate, & calida in hieme, alba & dulcis. vnde fontes sistentes in superficie terræ, salsi sunt. & bona aqua ad minus non indiget misceri cum vino abundanti vt condominetur, & annihiletur

D qualitas eius. Dico, fons cōmunis dispositionis & inter profundum & manifestum, profundus melior est fonte manifesto. Dixit, Melior aqua est bona & optima manans de parte orientis, ꝓcipue oriētis ęstiui, videlicet de loco ei opposito. Dixit, quia huiusmodi aqua est alba & splēdida, est boni odoris, ꝓculdubio. Dixit, Aqua dulcis, clara, leuis, lenis, & boni odoris necessario infrigidatur, & calefit cito, sed diuersa ab his conditionibus tardat in hoc. De aqua bona. Aqua maris de oriente æstiuo, est melior alijs aquis oībus, quia aer ibi est clarus valde, & claritas aeris magis confert aquæ q̃ ęqualitas caliditatis & frigiditatis. ideo aqua huiusmodi est melior aqua regionum ęqualium in caliditate & frigiditate, nisi fuerit opposita orienti & soli. similiter humiditas et turbedo aeris nocent aquę plus q̃ noceat

E ei eius frigiditas. Dico, cōfert aquę, & eam facit leuem puritas aeris et caliditas eius. vnde facit eā grauiorem grossitudo aeris & frigiditas eius. tamē puritas eius, melior est ei caliditate. grossitudo eius peior est ei frigiditate. Dixit, Omnis aqua salsa est tardę digestionis & inflatiua, vnde nocet sanis, & confert forte in aliquo vitio. Dixit, omnes aquæ declinantes ad salsedinem malæ sunt, & corrumpentes. Dixit, aqua fontis, si terra eius fuerit mineræ & egreditur de saxo, & non fit de parte laudabiliter, & loco sublimi non est laudabilis, quia aqua mineræ corrūpit sanguinem, & quæ egreditur de saxo est tardæ descensionis & exitus à bibente ipsam. tamē sicut aqua laudabilior alijs aquis currit æqualiter cum orienti æstiuo, ita aqua vituperabilior alijs aquis malis currit cum meridie. Dixit me-

F lior locus, cui debet opponi fons bonus aut malus est locus partis orientis solis, deinde partis occidentis. at peior locus omnibus est partis meridiei, quia aer meridiolanis est turbidus & calidus, vnde corrumpit bonam aquā & auget malitiam in mala. Dixit, hi tres modi aquæ licet sint mali, non possunt corrumpere corpus sanum perfectæ sanitatis. vnde salsa aqua egrediēs de saxo est aqua tardæ digestionis, si fuerint currentes. Dico, aqua inflatiua ventris, digesta redditur dulcis. Dixit, Aqua dulcis, leuis & clara confert laboranti inflatione dura ventris, sed aqua tardæ digestionis, est bona laborantibus ventre leni: quia aqua velocis digestionis laxat ventrem & eum lenit, sed tardæ digestionis, eum restringit. Dixit, Aqua salsa soluit ipsius ventrem, qui ea non fuerit vsus, & ipsius qui ea vtitur, deficcat naturam, quia ipsa induratur & tardæ digestionis est. sed in primo bibita

bita pungit ventrem. ideo educit,tamen bibita vsualiter agit secundum naturam ipsius,quia sal desiccat,restringit,& solidat ventrem. Dixit, Aqua pluuialis leuis est dulcis & luminosa valde,quia sol concipit tenuiorem partem aquæ.

Dixit,Cito calefit,& cito infrigidatur, decoquitur cito id quod in ea coquitur, sed mutatur & corrumpitur cito. Noli æstimare q aqua quæ corrumpitur cito sit mala, quia velox corruptio ipsius,eo q colligitur de diuersis locis,& res collectæ de diuersis locis, leuioris putrefactionis erunt:non tamen est conditio cum metallis. sed velox putrefactio ipsius est ex tenuitate eius, qa pars tenuis ipsius dissoluit cito,& putrefit pars residua. Dixit, Aqua pluuialis est melior omnibus aquis,dum non cõcipiat malum odorem: quoniam si concipit,refert bibenti ipsam raucitatem vocis,tussim,& grauem vocem,& aqua pluuialis si coquitur, nil facit in ea decoctio,& quoties putrefit in ea,incipit malus odor syrupi appellati hydromellis,& si ponitur cum ea, disparit ab ea putrefactionem, & si bibatur cũ putrefactione,infert malum, & non dixit quid.

Dixit,Aqua gelu & niuis liquefactæ totaliter mala est, quia si gelatur vna prima vice non reuertetur ad naturam ipsius primã,quia quæ fuerit leuis,nõ gelatur:sed gelabitur, quæ fuerit grauis & turbida,& oritur,et corrigitur si miscetur pars aquæ cum parte æquale gelu,deinde dissoluuntur in sole. & tunc inuenietur, q diminuta est in quantitate magna,& hoc signat quòd tenuis aqua dispergitur et non gelatur nec ingrossatur, quia pars eius grossa gelatur.

Gale.dixit,Concors Hipp.super hoc est Aristoteles & Plato,q pars tenuis aquæ nõ gelatur, sed dissoluitur cum gelatura, & dispargitur, & pars residua turbida & grossa gelatur. Dico, non est hæc ratio firma, sed debet trutinari vas plenum aqua,deinde geletur, & trutinetur postea dum fuerit aqua gelata. & si pondus ipsius diminuitur,ratio ipsa firmabitur, tamẽ si liquefit post gelationẽ, si diminuitur, illa diminutio eam sequitur penes liquefactionem, non penes congelationem,tamen non est dubium q aqua dissoluta de gelu grossior est, quia aqua subtilior dispargitur per liquefactionem.

Dixit Hippo. Aquæ quæ fiunt de niue & gelu & similibus peiores sunt omnibus aquis.

Gale.dixit,Intendit de similibus de aquis frigidis abundantis gelu & niuis, quia sunt propinquæ alijs,& licet non sint liquefactæ de eis, quia grossę & duræ sunt inflatiuæ & duræ digestionis, & maior pars huius aquæ erit penes borealẽ par-

A tem,vbi non oritur sol cum violentia sup eam: ideo fit dura inflatiua & grossa,tamen aqua collecta de diuersis aquis,& manationibus diuersimodis in aliqua piscina, aut flumen de diuersis locis cum pluribus,licet pars ipsarum fuerit dulcis & suauis,& pars alia salsa mixtis omnibus in vna dispositione post aliam, cõdominatur vnus ventus post alium præualente vento vno alij, et quandoq; condominatur ei ventus borealis, et quandoq; meridionalis,& si ipsa similiter fuerit turbida superabundantis substantiæ bibẽti eam accidit dolor ilium & ancharum & eminentia rupturę. Dixit,& similiter aqua quæ venit de loco remoto valde isfert huius simile vitium, qa accedendo p terras diuersas cõcipit qualitates diuersas & non erit id,quod ei iuuamentum pſtat, longus accessus nisi accessus sit penes orientis

B partem,& terra super aquam facit accessum, fit vnius modi & vnius naturæ bona, optima, suauis,dulcis:quia huiusmodi aqua magis facit res nasci et impugnat,magis nutrit quàm alia aqua.

Dixit, quanto longior fit mora aquæ in intestinis,tãto magis accidit ad anchas & testiculos, & infert eminentiam & dolorem anchæ.

De quæstionibus Ioannitij huius libri. Aqua in qua fuerit sapor & odor condominantes, natura erit eius secũdum naturam illius saporis & odoris:sed carens odore & sapore, naturam habet frigidam et humidam:omnis aqua leuis ponderis in statera velocioris penetrationis est de ventre,& ẽ conuerso, Aqua leuis est in qua non est caliditas neq; frigiditas intensa transgrediẽs modum dignum repercutit ipsum bibẽtem,aut cum ea balneantem. Dico, Intẽtio repercutit,

C est,q corpus horribilẽ eam habebit vehemẽter. & similis huius aquæ est in locis profundis, lutosis,& paludibus:sed aqua aspera velociter repercutit bibentem aut ingredientem in ea, aut ex caliditate,aut ex frigiditate ipsius si fuerit de locis sublimibus aut in balneis naturalibus, aut de minera,aut de saxis. Vires aquę salsæ habentur per difficilem & tardam digestionem. quid est aqua difficilis & tardæ digestionis? quando difficilis erit transmutatio ipsius de caliditate ad frigiditatem, aut de frigiditate ad caliditatem proculdubio sequentur eam duo modi. vnus, q si aqua coquitur aliqua res, tarda erit decoctio eius.alius,quando erit grauis in pondere, et ponderosa in stomacho. Aqua difficilis alterationis,videlicet salsa est. nam omnis aqua salsa est difficilis alterationis:tamen nõ omnis aqua difficilis alterationis est salsa, quia aquæ difficilis digestionis in maiori pte sunt dulces, sicut diximꝰ.

Aqua difficilis alterationis communior est aqua grossa, quia omnis aqua grossa est difficilis alterationis. nã omnis aqua difficilis alterationis est grossa, quia omnis salsa difficilis alterationis est, & est tardæ transmutationis ad caliditatem & frigiditatẽ. Sed non est grossa transgrediens modum dignum aquæ ciuitatis siccæ, & penes tres ventos meridionales, salsæ sunt & leues: tamen aquę siccorum locorum penes ventos septẽtrionales frigidæ sunt cum asperitate repercutiendi corpus. Aqua residens generat in æstate bilem rubeam ex putrefactione eius, tamen in hyeme phlegma ex gelatione ipsius. & semper generat soliditatem in splene & inflationem, extenuat corpus, magnificat ventrem. in eo excitat caliditatem alienam, & appetitum cibi & potus non conuenienter: quia difficilem egestum facit & vomitum: etiam non laxantur ventres ipsam bibentium, nisi per laxationem violentam, infert fluxum sanguinis & diarrhœam, febrem quartanam, pleuritidem, maniã, causon, hydropem carnosam, difficilem partum, alienationem mẽtis, phthisin, corruptionem menstruorum, vlcera linguæ, vitam breuem, spasmum. sed est peior alijs aquis bibitis vniuersaliter. & sequitur eam aquam residentem in malitia in gradu secundo aqua aspera. Sed aqua aspera species habet duas: vna dicitur aspera, quia intensæ caliditatis est & frigiditatis. sed pura est de alijs qualitatibus accidentibus ad modum aquæ sistẽtis in locis saxeis: tñ alia species est aquæ balnei & minerę. Aqua aspera constipat ventrem, prohibet mictum, videlicet frigida & saxosa. tamẽ calida sitim infert et inflãmat. sed agit iuxta mediũ rei mixtę cũ ea.

De bonitatibus aquæ bonæ. finaliter fons esse debet concauus, currens penes orientis partem, debet esse de locis excelsis paruorum saxorum, etiam debet esse cursus in eis finalis puritatis & claritatis. sed hæc aqua non indiget misceri cum vino, valde debet esse boni odoris et saporis suauis, leuis ponderis, calida hyeme, frigida æstate. Vñ fons melior debet esse opponens parti orientis, deinde opponens parti septentrionali, deinde opponens parti occidentis. sed peior est opponens meridiei, et proprie penes motum vẽti meridionalis. Et hęc est conditio ipsius secundum partes non in alio. Aquæ malæ non nocent corpori perfectæ virtutis, nisi perfectæ malitiæ fuerit habens ventrem siccum, quia tunc indigent aqua dulci & leui, quia soluit ventrem, & digerit cito. sed si habet ventrem lenem, ĩdiget aqua aspera tardæ digestionis, videlicet salsa, quia salsa cum difficili penetratione ipsius prohibet egestum, etiam tardo exitu eius de ventre. Aqua salsa soluit ventrem illius, qui non habuerit eam in vsu, dein constipat ventrem.

De tractatu. 2. Aqua pluuialis leuior est aquis alijs, dulcior & purior, quia sublimis est: tñ bibẽti eam accidit statim raucitas vocis & ponderositas cum tussi. Pluuialis eo q putrefit, coquenda est, quia postea non putrefit: tamen si putrefacta fuerit, euitetur dum acquieuerit: licet nõ deficiat eius putrefactio, quãdo acquiescit. deinde aqua liquefacta de niue & gelu in finali malitia est, quia grossa est & ponderosa. Aqua etiã collecta de fluuijs & fluminibus diuersis mala est. et similiter aqua veniens de diuersis terris remotis, similis est in malitia, quia generat lapides & dolores in renibus, difficultatem mingendi, ischiadem & eminentias.

Tabri dixit de Indis, Si terra fuerit super stãs, carens ortu herbarum, aqua eius erit leuis, & si fuerit arborosa, aqua eius erit ponderosa, etiam aqua intensæ caliditatis aut frigiditatis mala est. vnde nõ debet fieri potus de ea, neq; de aqua in qua fuerint vermes, aut tufula, aut alia furuncula, neq; de aqua super quam modice oritur sol. & si quis cogitur ad bibendum eam, colet et calefaciat, deinde bibat eam, etiam non debet aliquis debilis stomachi, debilis corporis, modicæ carnositatis, splenicus, hydropicus, ictericus, aut patiens fluxum ventris et hæmorrhoidas bibere aquam frigidam.

Dixit Alexander, Aqua calefacta si bibitur cum melle, educit omne virium malitiosum ad inferiora, et excitat vomitũ: bona erit, quia emittet humores malos cum ea mixtos, etiam potus eius lenit siccitatẽ, mitigat caliditatẽ. tñ emollit articulos. sed bona est satietati nauseatiuæ.

Surdishar dixit, Aqua calida ebullita valet ad singultum, inflationem, ventositatem, sitim, tussim, asthma, coryzam, dolores lateris et ilij et gutturis et vesicæ.

Cuzi dixit, Aqua salsa aperit oppilationes viscerum, laxat ventrem. sed aqua currens super asphalthum confert neruis, si sedet in ea: etiã aqua sulfurea confert vlceri antiquo, pruritui, scabiei. Aqua ferrea confert laxitudini stomachi. Aqua calida et dulcis aperit poros corporis, abstergit omnes viscositates, humectat etiam mẽbra interiora. Aqua currens super mõtes & saxa, non egrediens ad aliquem locum diuersum ponderosa est, non digeritur. infert pleuritidem, asthma, pectoris stricturam.

In tractatu primo de modis febrium dixit, Aqua putrefacta sicut est aqua lacus & lacuum infectorum,

infectorum, reddat sanguinẽ malum & calidũ. Dico, aquæ vertentes cito ad fœtorem debent inspici ante hoc in odore & sapore. & si manifestata fuerit in gustu de ea aliqua horribilitas velox alteratio reddit eám ad putrefactionẽ, non eo q̃ erat subtilis, & è conuerso, sed perquirẽda est, quia in hoc est iuuamentum magnũ. Aqua balnei naturalis cito infert febrem, quia acuit sanguinem ipsum.

EX RASI AD ALMANSOREM, & Herculani commentarijs in eundem excerpta, quæ ad balnea pertinent.

De Cephalæa frigida. *Cap. I.*

CVm Cephalęa per hebdomadam vnam perseuerauerit, æger in balneum mittendus est: atq; super caput eius aqua ĩ qua chamæmelũ, sampsucus, nemen, stęcas arabica cocta fuerint simul, aut singillatim fundẽda est.

HERCVLANVS. Docet curare per balneum siue igneum aliter dictum pyreum, sicut est furnus pane extracto: aut aereũ satis notum: aut aqueum, siue naturale sicut thermarum aut artificiale sicut ex decoctione rutæ, betonicæ, calamẽthi, saluię, hyssopi, stœchados, maioranę, et similium: quibus potest addi sulfur, & alia notabiliter calfacientia, secundum frigiditatem resistentia. Vltimo docet curare cũ embrocha facta ex decoctione rerum his similium, de quibus supra. ἐμβροχὴ vero est casus liquorum ex alto super aliquod mẽbrum. nam propter casum fortius imprimitur, magisq; virtus eius profundatur. Nemen vero est serpillum, non autem sisimbrium.

De curatione stuporis & tremoris. *Cap. 12.*

Si æger aquam quæ ex niue dissoluitur, biberit, incurrit hanc passionem: ab ipsa abstineat, & balneum calidissimum ingrediatur, in quo tandiu moretur, donec sudet, à quo cum egressus fuerit, in sole assidue moretur.

HERCVLANVS. Si passio hæc prouenit ex potu aquę dissolutę ex niue, vel aliter frigida val de æger ab ipsa se cõtineat, & eius loco vtatur vino pauco, mediocris potẽtiæ, vel aqua mellis cũ pauco saluiæ vel piperis, & ĩgrediatur balneum calidissimum. in quo tantum stet donec sudet, siue illud balneum sit aereum sicut stufa, vel igneum sicut furnus ex quo extractus est panis vel sit aqueum calidum & siccum actu & potentia, siue sit naturale sicut thermæ sulfureæ aut alia huiusmodi, aut artificiale, & hoc confert sepeliri in arena sicca à sole vehemẽter calfacta, & statio sub sole confert.

Do Tetano. *Cap. 13.*

Aegro cui accidit spasmus post febrem vel ex inanitione hordei aquã & iura vnctuosa et mollia ministrabimus, et in aquam dulcem tepidam ipsum mittemus, & vngemus oleo violaceo tepido & oleo de seminibus cucurbitæ, & præcipuæ neruorũ radices, ĩ quibus spasmus existit. In tina quoq; diu moretur & ex violaceo vngatur.

HERCVL. Studium maius debet poni in humectando q̃ infrigidando. Cõuenit balneum ex lacte aut ex aquis ex quibus cocta sint folia salicis, ordeum fractum, viola, nyphæa, cucurbita, citruli, vel fiat tota tina ex succo cucurbitæ, aut ex aqua rosa, in qua decoctum sit aliquod horũ aut ex aqua melonis indi & similibus.

De Melancholia. *Cap. 16.*

Aqua tepida ab alto supra caput fundẽda est. deinde oleum rosatum cum aceto vini capiti infundatur, & lac muliebre desuper mulgeatur. & in balneum sæpe mittendus, & multum ex aqua tepida capiti superfundendum est.

HERCVL. Tepida aqua capiti ab alto superfundatur, ad humectandum & refrigerandum. postea oleum rosatum mixtum cum quarta parte aceti, vt magis penetret, capiti infundat̃. hęc enim infrigidant, confortant, repercutiunt, & desuper lac muliebre infundatur ad humectandum, & infrigidandum. Vltimo ad infrigidandum et humectandũ, debet poni in balneo aquę tepidę multum, de ea caput infundendo.

De Ophthalmia non vera à causa primitiua. *Cap. 18.*

Si oculus leuior fiat & dolor sedetur, & lacrymæ minuantur phlebotomia iam facta, et vẽtre soluto: Balneũ multoties et frequẽter igrediatur. ex hoc. n. passionis reliquiæ dissoluentur.

HERCVLANVS. Notandum quod Rasis in declinatione concedit balneum in quod multoties ęger ingredi debet, ad resolutionem residui materierum, quod balneum non debet esse aereum aut aquę dulcis. Sed hoc tẽpore hoc nõ vtimur. nequaq̃ autem conuenit in augmento. nam esset causa maioris fluxus humorum ad oculum, et augmenti apostematis. imo nec conuenit in statu, nisi cum tota materia fluxerit.

De albedine oculorum. *Cap. 21.*

Hæc passio ex his medicaminibus curanda est, postq̃ ęger balneũ egressus fuerit, aut faciem sup vaporẽ aquæ calidæ, quousq; rubea fit, tenuerit.

HERCVL. æger primo debet in balneum poni, aut teneat faciem super vaporem calidum aquæ calidæ, vsq; quo facies rubida fuerit, ad hoc vt albedo mollescat. Mollē facit ipsam albuginem & oculi substantia tenerescenda cum balneo in aqua dulci toti corpori, aut cum inclinatione faciei super aquam decoctionis raparum aut paleæ, ordei aut paleæ auenæ, aut feniculi, berbenæ, rutæ, chelidoniæ & similium.

De sebel. *Cap.* 22.

Quando æger non sit plenus, sæpe ingrediatur balneum, & erit ei vtile.

HERCVL. primo mollificetur oculus cum balneo & fomentis, vt dictum fuit. secundo abstergemus, exiccabimus, resoluemus & corrodemus cum sief rubeo.

De pruritu lachrymalium. *Cap.* 23.

Venter frequenter soluatur & multoties balneum ingrediatur æger.

HERCVL. Melius erit vt fomententur oculi, cum decoctione aliqua, & excusabimur à balneo quod Rasis præcipit fieri.

De lachrymis seu destillatione oculi. Cap. 27.

Cum lachrymales oculorum anguli semper humidi videntur, patiens quotidie ieiunus ingrediatur balneum.

HERCVL. Curat per balneum de quo supra diximus, & potest esse balneū aqueum & aereū ad exiccandum & diuertendum materiam.

De debilitate visus. *Cap.* 28.

Si affuerint siccitas & corporis obfuscatio, nutrimentum erit augendum, & vinum bibendū, & super caput eius aqua tepida fundenda, & in curuatio super eam facienda, balneum præterea ingrediatur, in quo tamen stet multum.

De dolore aurium. *Cap.* 35.

Patiens balneum ingrediatur, in quo sudet.

HERCVL. Ponit curam per balneum ad corporis exiccationem, calefactionem, & materiæ resolutionē, quod balneum potest esse tam aereū q̄ aqueum. & proprie ex aquis calfacientibus, & exiccantibus siue sint naturales siue artificiales.

De grauitate, diminutione seu ablatione auditus. *Ca.* 38.

Si auditus debilitas post ieiunium, vigiliasq; contigerit, fueritq; facies extenuata, & oculi cōcaui, æger balneum sæpe ingrediatur, & largiore cibo & potu vtatur, & in somno fiat profundior. super caput quoque aqua tepida cum oleo fundat, donec sanetur.

HERCVL. Si debilis auditus factus est post ieiunium, & vigilias, & facies fuerit extenuata & oculi concaui, sicut accidit his qui passi sunt

D longas ægritudinēs, æger sæpe intromittatur in balneum s. aquæ dulcis. æger totus & præcipue caput humectetur qualitatiue & substantifice.

De his quæ in auribus extrinsecus cadunt. *Cap.* 41.

Cum aliquid in aure figitur, oleum tepidum est immittendum & patiens balneum ingrediatur, ibi morā faciens donec corpus ei mollescat.

HERCVL. Aeger ponatur in balneo aquæ dulcis vt fiat foraminis mollificatio et dilatatio, & mollificatio etiam rei ingressæ in aurem. item fomentetur auris cum filtro aut pecia infusa in aqua tepida. caue tamen ne res ingressa aurem, propter humectationem crescat sicut faba phaseolus, cicer & similia. & ab olei instillatione & fomentatione in his cauendum.

De grauedine linguæ. *Cap.* 58.

E Si loquela in acutis febribus aggrauata fuerit & videris ipsam cum grauitate in loquela extenuatam, abbreuiatam, spasmatam, aqua calida ab alto super spondylijs dorsi & auris principia fundatur.

De phthisi. *Cap.* 72.

Aeger ante comestionem & post eam, balneum ingrediatur quod non sit calidum sed tepidum & in semicupio moram faciat.

HERCVL. Nota balneum phthisicis conuenire ex aqua dulci tepida non calida cum fiat ad humectandum & infrigidandum & tanto tempore moretur in semicupio. i. vase balnei, quousq; verisimiliter potuit impressisse, quod est cōmuniter à quarta hore vsq; ad mediam cauendum tamen ne adsit febris putrida, neq; venter lubricus, nec multa debilitas, & ponatur in eo, cibo

F iam digesto, quoad primam digestionem. ceteræ conditiones in vsu balnei, sumantur ex hectica. & non administretur ita à principio, sed maxime conuenit phthisi declinante, semicupium tamen quasi mediū cupiens proprie sumptum nō est vas conueniens ad balneādum hecticum, sed est vas in quo sedetur cruribus stantibus extra pro corrigendis ægrotantibus matrice, ilijs pro colica passione.

De colerica passione. *Cap.* 79.

Cum ægritudo quieuerit, balneū ingrediatur æger, in quo per vnius horæ spacium moretur. Egressus autem de balneo, leui alatur nutrimento. deinde dormiat.

HERCVL. Curat per balneum dum peruentū est ad declinationem, balneum s. aquæ dulcis, ad sistendum vomitum, & fluxum, diuertendo materias à centro ad circunferentiā, & ad corpus humectandum superflue per huiusmodi euacuationes

tiones exiccatum.sed nutrimentum sit facilis digestionis,& boni chymi,& celeris pertransitiōis.

Cap.80.de nocumento digestionis.

Balneum præterea, antequam comedat,& postquam comederit, et tinam quotidie ingrediatur.

HERCVLANVS. Balneum aquę dulcis conceditur, sicut etiam in hectica & in eisdem intentionibus conceditur. Et licet Rasis concedat ipsum ante cibum & post cibum: credo tamen ipsum magis conuenire cibo prædigesto, quo ad primam & secundam digestionem: scilicet quando nutrimētum debet ad membra delegari. Imo credo balneum cibo non digesto, saltem quoad primam digestionem magis obesse, quam prodesse.

Differentia vero inter Balneum & tinam est: quia tina est vas, in quo balneatur. Balneum vero, locus est constructus ex tribus casis in quo balneantur. Tina ergo possēt esse in balneo,& extra balneum.

De difficultate Vrinæ.

Si fiat ex casu vel percussione in femore vel ano vel eorum circuitu, æger phlebotometur. deinde aqua calida sæpe superfundatur,& vsque ad spacii medij diei ex oleis fricetur & vrinam expellere nitatur.

HERCVL. Vult vt æger aqua calida superfundatur,& hoc ad sedādum dolorem,& meatum dilatandum & aperiendum.

Eodem capite.

Tinam æger ingrediatur, in aquam.s. in qua cocta sint chamæmelū, stęcas arab. sampsucus, sysimbrium, vel extremitas caulium,& sulla,& fimus columbinus cocta fuerint,& sedeat in ea quandiu poterit. Ex herbis his fiet emplastrum super femur & partes ei circuniacentes.& dum in tina moratur, bibat diuretica.

De lapide.

Cum in renibus fuerit lapis, ęger sępe ingrediatur balneū & renes,& ilia ex oleis vngantur.

Item. Si lapis reciderit,& in virga obstaculū fecerit: aqua calida ab alto destillando ei superfundatur, donec rubere videatur.

De apostemate in renibus vel vesica.

Aegro pręcipiendum, vt in tina sedeat.

De dolore iuncturarum.

Balneum nullo pacto ingrediatur.

De dolore qui fit in membris manifestis.

In balneo ipso sudandum est.

Rasis finis.

EX AVICENNÆ LIBRIS excerpta, quæ ad Aquas & Balnea pertinent.

Ex libro primo, fen secunda, doctrina secunda, summa prima. Cap. 16.

De dispositionibus Aquarum.

AQVA vnum existit elementorum: quæ sola inter omnia elementa habet proprium, vt in eo quod comeditur & bibitur ingrediatur, non ideo vt nutriat: sed quia nutrimentum penetrare facit,& eius rectificat substantiam. nō autem dicimus, quòd B aqua non nutriat, nisi quia nutriens[a]( ) in potentia[b](est) sanguis:& in[c](alia) potētia longiore ista, est pars membri hominis. Corpus vero simplex non conuertitur ad formam sanguineam recipiendam, neq; formā membri humani, nisi componatur. Sed aqua est substantia, quę adiuuat ad[d](liquefaciendum nutriens,&) subtiliandum:& vt cito currat & penetret in venas[e](& in foramina) neq; esse potest absq; hoc auxilio eius, cōplementum rei nutrimenti. Amplius aquæ diuersificantur non solum in substantia aqueitatis: verum etiam secūdum illud quod eis admiscetur:& secundum qualitatem quæ in eis est superans. Aquæ vero quæ sunt alijs meliores, sunt aquæ fontium. Neque tamen omnium fontium, nisi fontium terræ[f](liberę) in cuius territorio nulla dispositionū qualitatum extranearū superat, aut aquę quę sunt petrosæ, quia sunt C digniores, ne terrestri putrefactione putrescant. Illa tamen quę est terrę[g](liberę) melior est petrosa, neq; ex omni fonte terrę[h](liberę,) sed illa tantum quę pręter hoc est currens. Neq; omnis currens, nisi currens quę est soli & ventis discoperta. hoc nanq; est ex eo quo currens nobilitatem acquirit: Non currenti vero[i](est cui) acquiritur propter discoopertaram malitia talis, qualis nō acquiritur propter profunditatem & coopertura.[k](Neq; omnis currens discooperta, nisi illa quę super lutum incedit.) Et debes scire q̧ quæ super lutū vadit melior est ea, quę super petras fluit: lutum enim mūdat aquam,& aufert ab ea res extraneas sibi admistas quę sunt in ea,& colat ipsam: sed lapides non faciunt illud. Oportet autem vt lutum per quod transit, fit[l](liberum,) & non sit lutum fœtidum, neque[m](lacunosum) neq; aliud. Quod si hęc aqua fuerit multa,& forti

a est illud quod est
b ———
c ———
d faciendū fluidum cibum & ad ipsum
e. & ad loca expurgātia superfluitates
f puræ
g puræ
h puræ
i ———
k ———
l. porum
m. baurachium

ti concurrerit cursu, quę propter sui multitudinē illud quod ei admiscetur, in suam conuertat naturam, & quę suo cursu ad solem tendat. s. ad orientem, & proprie ad eius ęstiuum, erit melior aquis: & quanto magis cum multum à suo elongabitur principio. Et post hanc, quę ad septentrionalem vadit. Illa nanq; quæ ad occidentem tendit, & meridiē, est mala, & proprie cum meridionales exsufflauerint venti. Et illa quidem quę à locis descendit altis cum alijs bonitatibus est melior. Et illa quę est[a] (sic,) est quasi dulcis, quę dulcis esse imaginatur: neq; vinum tolerat vt ex ea sibi admisceatur, nisi parū: & est in pondere leuis: & cito infrigidatur, & cito calefit: propterea q est[b] (resoluta,) frigida in hyeme, & calida in ęstate: in qua nullo modo sapor superat aliquis, neq; aliquis odor, & cito descendit ab hypochondrijs: & quod in ea coquitur, cito coquitur, & cito dissoluitur. Debes autem scire q pondus ex experimentis est adiuuantibus ad cognoscendum aquę dispositionem. Aqua nanq; quæ est leuior, in plurimis dispositionum est melior. Est autem cum cognoscitur pondus per mensuram. Et est cum cognoscitur si in duabus aquis diuersis duo panni, aut duo cotta vnius ponderis madefiant, et postea vehementer exiccentur: deinde ponderentur, quia aqua, cuius coctum fuerit leuius, erit melior. Sublimatio præterea, & destillatio aquas rectificat malas. Et si istud non fuerit decoctio rectificat. Aqua enim cocta sicut testificati fuerunt sapientes, minoris est[c] (inflammationis) & velocioris descensionis. Et torpidi quidem medicorum existimant q aquæ coctæ subtile resoluatur, & ipsius remaneat spissum: vnde in coquendo ipsam non existit iuuamentum, quoniam spissitudinem in aqua augmentat. Scire autem debes q aqua in suæ aqueitatis diffinitione, existit ex partibus in subtilitate, & spissitudine similibus, quia est simplex: sed nō inspissatur, nisi propterea q frigoris qualitas super eam præualuit, aut propter sortem terrestrium partium commistionem, quæ ob hoc q sunt paruissimæ ab ea nequeunt separari, neque descendere in ea, quia non sunt tantæ quantitatis vt continuitatem aquę scindere valeant, & in ea descendere ob multam paruitatem. Oportet ergo vt eis accidat cōmistio cum substātia aquæ. Post hoc decoctio spissitudinem remouet: quæ propter frigus accidit primo: deinde partes aquę vehementer rarificat, donec fiat subtilioris substantię, vt possint ab ea separari partes graues terrestres in eius spissitudine retentę, &[d] (constringant) eam descendentes: & propter descensum

a. cū istis cōditionibus,
b. raræ substantiæ
c. inflationis
d. scindant seu rūpant

D ab ea separentur, & remaneat aqua pura: & simplici propinqua: & erit illud quod propter[e] (calefactionem) fuit separatū homogeneum ei quod remansit: & non longinquum ab eo, quia cum aqua à commisto separatur, eius partes in subtilitate similantur: neq; multum interest inter[f] (illud quod subit, & inter illud quod) remanet: decoctio ergo non subtiliat aquam, nisi propterea, quia aufert spissitudinem frigoris, & quia facit quod ei commistū est, descendere. Et huius quidem significatio existit, quoniā cum aquę grossæ dimittuntur longo tempore, nō descendit ex eis res de qua sit curandum: sed cum coquuntur, illico descendit ex eis res multa: & fit aqua quæ remanet in pondere leuis & clara. Et descensionis quidem causa, est subtilitas, quę ex decoctione acquiritur. Nonne vides q aquæ magnorum
E fluminum sicut fluminis Gion, & præcipue illę quę in[g] (postremo eius) sumuntur, illico cum sumuntur, vehementer sunt turbidæ, & postea in breui tempore in vna resessione subito ita clarificantur, q si alia vice residere faceres, nō descenderet ex eis res de qua esset curandum. Sunt autē qui aquam Nili maxima laude extollūt, & eius bonitates in quatuor comprehendunt, in longitudine manationis eius, & bonitate locorū per quæ vadit. Et quia in cursu suo à meridie tendit ad septentrionem, subtilians illud quod in ipso currit ex aquis. In multitudine vero sui, aliæ cōmunicāt ei. In aquis autem malis si quotidie eas de vno vase in alio mutares, quotidie manifestā videres descensionem, sicut in primis. Et præter hoc non descendit ex eis, quod descendere consueuit nisi paulatim, & nō cito, & cum hoc non
F perfecte clarificantur. Et huius quidem causa est q commistiones terrestres leuiter à substantia subtili descendunt, in qua nō est grossitudo, neque viscositas, neq; vnctuositas: sed à spisso non tam facile descēdunt. Amplius decoctio substantiæ acquirit subtilitatem, & post decoctionem cōcussus. Ex aquis quoq; laudabilibus sunt aquę pluuiæ, & pręcipue illę, quę in æstate eueniunt, & ex nubibus cum quibus accidunt tonitrua. Turbidatio autē vaporis, vnde generantur venti maximi cum nubibus venientes, turbidat nubes ex quibus venit pluuia, ideoq; eius substantia est falsa & non pura Sed tamen aquę pluuiali cito aduenit putredo, licet sit aqua melior propterea q est valde subtilis, & quia in ipsa corrumpens terreum & aereum cito operatur: & fit eius putredo causa computrescendi humores, & impedit pectus, & vocem. Quidam autem dixerūt huius causam esse, quod aquę pluuiæ generātur ex

e. vaporationem
f. eam quæ subleuat, seu euaporat & illā q
g. parte postrema eius, vel remota parte ab origine eius

ex vapore qui fuit ex humiditatibus diuersis sublimatus, vel eleuatus. Sed si hoc eêt causa, aqua pluuiæ vituperabilis esset, & non laudabilis: sed non est ita: immo propter multam suæ substãtiæ subtilitatem, quoniam omnis subtilis substantia plus recipit passionem: ꝗ si a(   )aqua pluuię ebullierit, eius receptio putrefactiõis minuetur. Acetosa quoq; cum comeduntur, tunc cum necesse fuerit vti pluuiali aqua, opponuntur putrefactioni, et ab impedimento eius securitatem faciũt. Puteorum vero aquæ, & aquęductuũ sunt malæ comparatione aquarum fontium: sunt. n. aquæ constrictę, b(terrestreitates longo recipientes)tempore: ideoque esse non potest quin in eis aliqua sit putrefactio, quoniã extractæ fuerunt, & commotæ virtute cogente, & nõ virtute quæ sit in eis declinante ad hoc, vt manifestentur, & expellantur, sed non fit illud nisi ingenio, & arte: qa uia propinqua eis fuit adhibita c(per quam inceserunt.) Et d(ex)eis tamen illę sunt deteriores quibus ex plumbo viæ factæ fuerunt: quoniã ex eius virtute aliquid assumũt, e(vnde) frequenter ad dysenteriam ducũt. Aqua autem paludis deterior aqua putei existit, f(quia manatio aquæ putei acuitur, propter illud quod de ipsa extrahitur, vnde perdurat eius motus: et non multũ moratur in constrictione, neq; manet in locis)vnde manat, longo tempore. Aqua vero paludis propterea ꝗ longo tempore moratur ĩ foraminibus terræ putrefacientis, & eius motus in manando & egrediendo est motus tardus, qui non prouenit ex fortitudine suæ expulsionis g(propter largitatem)materiæ ipsius: neq; est nisi in terra corrupta & putrida. Niuosæ vero aquæ & glaciales sunt grossæ. Et aquæ stantes h(lacunales) pręcipue discoopertę malę sunt et graues, quia in hyeme non infrigidantur, nisi propter niues, ideoq; generant phlegma, et calefiunt in ęstate propter solem, & propter putrefactionem vnde generãt choleram. Et propter spissitudinem quidem ipsarum, & commistionem terrestrium cum eis, et propter resolutionem subtilis earum generantur in eis qui eas bibunt i(splenes,)& eorum mirach subtiliatur, & interiora ipsorum ingrossantur, & eorum extrema macrescunt, & humeri, & colla: & comedẽdi desiderium superat in eis, & sitis, & constringuntur eorum ventres, et difficile vomere possunt. & est etiam cum perueniũt ad hydropisim: propterea ꝗ aquositas in eis retinetur. et est cum perueniũt ad apostema pulmonis & splenis k(& ad dysenteriam,)& siccantur eorum pedes & manus: & ipsorum hepata debilitantur, & nutrimentum eorum minuitur

a. feſtine
b. permiſtę terreſtreitatibus lõgo
c. ad exitũ & extra
d. ——
e. &
f. qm aqua putei bonificat cũ manatione pp illud qd extrahit de ip ſa, & id qd ſcaturit loco ei vnde pdurat eius mot: & nõ multũ moratur in cõſtrictione, neq; manet in foraminibus
g. ſed ꝑpter multitudinem
h. in qb ceꝫnę paluſtres oriuntur
i. ęgritudines ſplenis
k. & ad lubricitatẽ inteſtinorum. Alia lra ad lubricitatẽ inteſtinorũ, & ęgritudinẽ ſplenis

A propter splenem: & generantur in eis l(mania)et hęmorrhoides, & varices, & apostemata laxa, & proprie in hyeme: et mulieres duriter ĩpręgnantur, & cum difficultate pariunt, & pariunt pueros apostemosos, & frequenter fit in eis mola, & impręgnatio mendosa: & eorum pueri sępe patiuntur ramicem, & magni varices, & crurium vlcera: neq; eorum plagę sanãtur: & accrescit eorum desiderium, & soluuntur duriter m(& est cũ nocumento & apostematibus in intestinis,) & quartanis abundant: & in senibus febres fiunt adurentes, propter siccitatem naturarum ipsorũ, & ventrium. Aquæ vero non currentes quocunq; modo fuerint stomacho non conferunt. Et iudicium quidem eius quę ex n(cannalibus hauritur, est iudicium aquę non currentis:) Est tamen melior aqua non currente: propterea ꝗ B nõ longo tempore in vno moratur loco: & cum non currit, proculdubio aliqua in ea existit grauitas. Et fortasse in multis earum existit stypticitas, & conuertuntur cito ad calefaciendũ o(interiora corporis)ideoq; non sunt vtiles febres habentibus, & illis in qbus cholera superat. In ęgritudinibus vero, in quibus retentio & maturatio sunt necessarię, sunt meliores. Aqua pręterea quibus substãtia admiscetur metallina, aut eius simile, & aquę sanguisugales, omnes malę sunt. In quibusdam tamen earũ existit iuuamentum. Illa enim in qua virtus ferri superat, iuuamẽtum pręstat ad hoc, vt interioribus fortitudo tribuatur, & vt p(dereb prohibeatur, & vt virtutes desideratiuę omnes procedant.) Et nos quidẽ eius dispositionẽ nominabimus, & eius quę est qualis ipsa, post. Nix vero & aqua glacialis cũ munC da fuerit, & non commista alij rei virtutem habenti malam, siue soluatur, & fiat ex ea aqua, siue cũ ea de foris infrigidetur aqua, siue ipsa mittatur in aqua, erit bona. Et suarum quidem diuisionum dispositiones non diuersificantur diuersitate multum extranea, sed est spissior ꝙ omnes aquę, & nocet dolores habentibus neruorum, sed cum coquitur ad bonitatem redit. Quod si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut fuerit nix virtutem contrahens malam & extraneam à locis in quibus cecidit, erit melius, vt cum ea ĩfrigidetur aqua q(quę ab istius commistione sit occulta.) Aqua præterea temperate r(   ) frigidã sanis melior est aquis omnibus, licet neruos impediat: et apostema in interioribus habentes lędat f(Ipsa enim appetitum excitat)& stomachum fortem efficit. Aqua vero calida digestionem corrumpit, & facit natare cibum, neq; illico extinguit sitim, & est cum ad hydropisim adducit,

l. ſtultitia
m. Et fit cũ nocumẽto & vlcerib viſcerum,
n. fontibus haurit, ē ꝑpinquũ iudicio aquæ ſtantis non currentis:
o. in ventre
p. ab ſdarab phibeat, & vt excitent, vel commoueantur virtutes appetẽtes oẽs.
q. exteri ꝑ hibendo ip ſam à pmiſtione eius
r. q̃titatis
f. & eſt ex eis q̃ appeti tũ excitãs

adducit, & hecticam, & cõſumit corpus. Aqua aũt calefacta cũ fuerit tepida, facit nauſeã, & cũ fuerit calidior, q̃ hæc, & in ieiuno bibita fuerit, multoties ſtomachũ lauabit, & ventrem ſolnet: eam tamen frequenter bibere eſt malum, quia ſtomachi debilitat virtutem. Illa vero quæ multum eſt[a](calida, eſt cum colicam reſoluit, & ſplenis ventoſitates frangit.) Et illi quidem quibus aqua calida arte iuuamentum præſtat, ſunt epilepſiam habentes, & melancholiã, & capitis dolorem frigidum, & aſthma, & ophthalmiam, & bothor in gutture[b](& gingiuis ſiccitatẽ) & apoſtema poſt aures habentes, & rheumatiſmos, & vlcera in diaphragmate, & imparis ſolutionem in parte pectoris. Menſtrua præterea prouocat, & vrinam, & dolores ſedat. Aqua vero ſalſa macreſcere facit, & exiccat. & primo[c](facit vẽtrem propter vim radendi) quę in ea exiſtit. Poſtea reſtringit ventrem in fine, propter ſiccitatem quæ eſt in eius natura: & corrumpit ſanguinem: ergo pruritum generat & ſcabiem. Aqua vero turbida lapidem generat & oppilationes. Ideoq; poſt ipſam res comedenda eſt prouocatiua, licet ventrem habenti plerunq; conferat ipſa, & omnes reliquæ aquę groſſæ & graues, propterea q; in eius ventre tenentur, neq; cito deſcendit. Ex cuius quidẽ theriacis exiſtunt res vnctuoſæ & dulces. Aqua autem ſalis ammoniaci vẽtrẽ reſoluit, ſi in ea ſederint, aut ex ea biberint, aut ex ea factum fuerit clyſtere. Aquæ præterea aluminoſæ menſtruorum ſuperfluitatem currere non permittunt, neq; ſpuere ſanguinem, & prohibent illud quod de hæmorrhoidibus egreditur, ſed corpora quæ febribus ſunt apta, fortiter ad eas perducunt. Et ferreæ quidem ſplenem reſoluunt. & non coire valentes adiuuant. Aereæ vero corruptioni complexionis vtiles exiſtunt. Cumq; aquæ diuerſę & bonæ & malæ cõmiſcebuntur, fortior ſuperabit. Et nos quidem declarabimus regimen aquarum corruptarum in capitulo de regimine iter agentiũ. Et quod de iudicijs aquę. & ſuis proprietatibus, & modis ſuarũ proprietatum remãſit, in capitulo aquę quod eſt in medicinis ſimplicibus, noĩabimus ſi deus voluerit.

a. calefacta qñq; colicã reſoluit, & vẽtoſitates ſoluit.

b. & gingiuis.

c. ſoluit vẽtrẽ per vim abſterſiuã

Libro. 1. Fen. 2. Doctrina 2. ſumma. 1. Cap. 19.

De eis quæ proueniunt ex balneatione[d](et fricatione) ad ſolem.

d. & ſtatiõe

Quidam ornate loquentiũ dixit. Ex balneis melius eſt cuius fabrica eſt antiqua: & cuius aer ampliatur: & cuius aqua ẽ dulcis. Et alius addidit, vt balneator ignẽ ſuum menſuret ſecundum complexionem eius qui ipſum vult ingredi. Debes autẽ ſcire q; operatio naturalis balnei eſt calefacere ſuo aere, & humectare ſui aqua. Et prima caſa eſt infrigidãs & humectans. Et ſecunda calefaciens & humectans. Et tertia calefaciens & deſiccans. Et neq; attendẽda ſunt verba illius, qui dicit, q; aqua nõ humectat membra[e](interiora) cum bibitur, aut cum ei obuiatur. Sed plerunq; ex balneo poſt illud quod nominauimus de ſuis impreſſionibus & mutationibus, alię accidunt mutationes: quarum quædam ſunt per accidens, & quædã ſunt per eſſentiam. Eſt nanq; cum accidit balneo, vt ſuo infrigidet aere, propterea q; multum caloris reſoluit innati, & vt membrorum etiam ſubſtãtias exiccet, propterea q; vehementer humores reſoluit naturales, licet extraneos augeat humores. Cumq; eius aqua multæ eſt caliditatis, cutis ex ea horripilatur, & iſpiſſantur eius pori. Quare ex eius humiditate nil vadit ad corpus, neq; bene reſoluit. Eſt tamẽ cum eius aqua calefacit, & eſt cum infrigidat. Sed eius quidem calefacere eſt, ideo q; multum eſt calida: & cum ipſius calor paruus eſt minor q̃ tepidę, infrigidat & humectat:[f](& propter conſtrictionem) cum fuerit frigida quia[g](calorem conſtringit, qui ex eius aere eſt habitus: & coniungit ipſum) viſceribus, cum obuiauerit corpori ipſa exiſtente frigida. Eius vero infrigidare erit cũ in ea aliqui ſe multum balneauerint. Duobus nãq; infrigidat modis, vnus eſt[h](quoniã aquæ natura in vltimo rei frigida exiſtit) licet calore accidẽtali calefaciat, qui non permanet, ſed tollitur, & remanet operatio naturalis propter illud quod ex aqua penetrauit in corpus, & eſt infrigidatio: et etiam quia aqua ſiue ſit calida, ſiue frigida, eſt humida: Ideo cum multum humectauerit calorem cõſtringit innatum propter multã ſui humiditatem, & extinguet ipſum & infrigidabit. Eſt etiã cum balneum reſolutione calefacit, cum inuenit nutrimentum quod non ſuit digeſtũ aut inuenit humorem frigidum, qui non fuit maturatus. Illud enim digerit, & hunc maturat. Eſt præterea cũ ingrediuntur balneũ ipſo ſicco, & exiccat: & cõfert hydropiſim habentibus &[i](laxitatem.) Et eſt cum ingrediuntur ipſum eo humido, & humectat. Eſt etiam cum in ipſo diu morantur, & exiccat propter reſolutionẽ & ſudorẽ. Et eſt cũ in ipſo parũ morãtur, & hnmectat, cũ corpus ab eo[k](exſiccatur) antequã egrediatur ſudor. Et eſt cũ balneũ ingrediuntur ieiuni & vacui, & vehementer exiccat, & macreſcere facit, & debilitat. Et eſt cũ ipſum ingrediũtur illico poſt ſaturitatẽ, & impingat, propterea q; materiã ad exteriora trahit corporis. Verũtñ oppilationes efficit, propterea

e. radicalia

f. & cũ conſtatione

g. coarctat caliditatem acquiſitã ex eius aere & aggregat ipſam in

h. qm̃ aqua naturaliter eſt frigida, quare infrigidat ſ vlmo rei vel ſine rei.

i. diſpõnẽ ſimilẽ cachexiæ.

k. exucceret ſeu recipiat ab eo

propterea quod sui causa à stomacho & ab hepate nutrimẽtum ad membra trahitur non coctũ. & est cum in fine primę digestionis, et anteq̃ adsit vacuitas ingrediuntur, & confert & impinguat mediocriter. Qui autem balneũ ingrediuntur propterea vt humectẽtur, sicut hecticam patientes faciunt, debent in aqua mergi nisi debilitentur, & postea ex oleo inungi, ideo[a] (q) vt in humectatione fiat augmentum, & vt teneatur aqueitas quæ in poris penetrauit, & constringatur inter cutem, & nõ longa ibi moretur mora, & locum eligant temperatum, & in balnei terra multam proijciant aquam: ideo vt vapor[b] (elargetur) & aer humectetur, & à balneo deferãtur sine solicitudine & labore, qui eis accidat,[c] (sup lectum, & inungantur,) & odorent illico cum egrediuntur ex bene redolentibus frigidis, et dimittantur in domo in qua homines denudãtur hora vna, donec eis attractio aeris temperata ad eos redeat, & ad potandum tribuatur eis parum ex humectãtibus, sicut aqua hordei, & lac asinæ. Quod si quis eorum multam in balneo facit moram, timetur ne superueniat ei syncopis, propterea q calefit cor & commouetur[d] (syncopis.) In balneo præterea cum multis eius iuuamẽtis adsunt nocumenta. Facit enim supfluitates ad mẽbra, in quibus est debilitas leuiter descendere: & laxat corpus: & impedit neruos: & resoluit calorem innatum, et comedendi desiderium deijcit: & coeundi debilitat virtutem. Balneum quoq; [e] ( ) differentias habet à parte aquarum, quę in ipso fluunt. Si enim fuerint nitrosæ, aut[f] (marinæ,) aut sulfureæ, aut cineritiæ, aut salsæ, natura, aut ingenio. s. q in eis aliquid apponatur, aut in eis coquatur, sicut staphisagria, aut sicut bacæ lauri, aut sicut sulfur, aut his similia, resoluent et subtiliabunt & auferent[g] (laxitatem, & prohibebunt humorum descẽsionem ad apostemata, & venam habentibus ciuilem conferent.) Aereæ vero aquæ, & ferreę, & salsę etiam, iuuãt in ęgritudinibus quę sunt ex frigiditate & humiditate, & in doloribus articulorum, & podagrę. Et conferunt laxitati, & asthmati, & ęgritudinibus renum, & fracturę restauratione fortem efficiũt, & conferunt carbunculis & vlceribus. Et ęneæ qdem ori cõferunt, & vuulę, & oculo laxo, et humiditatibus auris. Ferreę vero stomachum iuuant, & splenem. Et nitrosę quidem et salsę capitibus et pectori auxilium prębent, quę materias recipere solent: et conferunt stomacho humido, et habẽtibus hydropisim, et inflationem. Aquis aluminosis et atramẽtalibus balneari confert sputo sanguineo & egressioni sanguinis ab

A ano, & mẽstruis[h] (& nauseę, & vomitui sine causa,) & cachexiæ, & multo sudori. Sulfureę vero aquę neruos mundificant, & dolores distensionis, & spasmi sedant, & corporis superficiem à bothor, & vlceribus malis antiquis, et signis violaceis mundificant, et à panno, et morphea, et albaras: et resoluunt superfluitates ad iuncturas, et splenem, et hepar descendentes: et[i] (vuluę) duritiei conferunt, sed stomachum laxant, et desiderium deijciũt.[k] (Marinę autem aquę) caput eius qui in eis balneatur, replent: Ideoq; qui in eis balneatur, caput in ipsis ponere non debet, et in eis tempore post tempus eorum calefiunt complexiones, et proprie matrix et vesica et colon. Et ideo omnes sunt malę et graues. Qui autem in thermis voluerit balneari, oportebit vt balneetur in eis quiete, et suauiter, et ordinatim et non

B subito. Et nos fortasse reiterabimus in capitulo de conseruatione sanitatis sermonem de esse balnei, et continuandum erit quod ibi dicemus ei quod hic ante dixerimus. et similiter loquemur cum de potu aquę frigidę tractabimus.

[l] (*De his quæ proueniunt ex vsu solis. Cap. 20.*)

IN arena sepeliri, et volutari in ipsa, et in oleo balneari, et super faciem aqua rorari, et in sole calido fricari, et pręcipue se mouẽdo: et quanto plus mouendo se motu forti, sicut cito eundo et saliendo, est ex eo q superfluitates vehementer resoluit, et diminuit, et sudorem efficit, et inflationem egredi facit, et soluit apostemata, laxa, et hydropisim: et cõfert in asthmate, et in aeris attractione in qua est necesse alas tendere:) et resoluit dolorem antiquum frigidum capitis, et cerebrum cuius est complexio frigida fortius ef-

C ficit. Cum antem quod est sub eo non[m] (fiet lentum: sed remanebit eius locus siccus,) cõfert doloribus scię et renum et doloribus[n] (leprę) et suffocationibus matricis, et mundificat matricem. Quod si aliquis in sole steterit, inspissabit corpus, et idurabit, et exiccabit ipsum, quemadmodum cauterium supra pororum orificia, & prohibebit resolutionem. In sole autem in vno loco morari, est[o] (deterius) in adurendo cutem q̃ in ipso ambulare, & est plus prohibens resolutionem. Et arenæ quidem q̃ in desiccando humores sunt fortiores in parte cutis, sunt arenę marinæ. Et est cum super eas calidas existentes sedent, & est cũ in eis sepeliuntur. Et est cum super corpus paulatim asperguntur, & resoluunt dolores, & ęgritudines prædictas in capitulo de sole. Ad vltimũ vero vehementer exiccant corpus. Semicupium vero ingredi plenum ex tali quale est oleum,[p] (est cum) confert lassitudinem habentibus, & febres

a* ——

b. multiplicetur

c* sed deferat super le ∂ticam seu sbaram

d* primo nausea.

e. naturale,

f. aut bituminis iudaici,

g. alterbel & alterbel & prohibebunt descẽsioné ad vlcera, & conferunt hñti bus venam medini.

h. & eõuersiõi ani, seu egressioni ani, vł sicteris, & aborsui absq; cã

i. matricis

k. Alia lsa. Aquæ antẽ bituminis iudaici

l. De his q̃ pueniũt ex vsu solis seu statiõe i sole: & ex sepeliri i arena, & volutari seu volui in ipsa, et ex balneari i oleo seu ex infusiõe i oleo, & ex aspsione aq̃ sup faciẽ. ca. 20.

STatio in sole calido, & præcipue mouendo se cum motu maxime forti sicut cito eũdo & saliendo, vel currẽdo, est ex his, q̃ superfluitates vehemẽter resoluunt, & puocant sudorẽ, & inflationẽ carminãt, & resoluũt apostemata alterbel, & hydropisim, & confert in asthmate, & in aeris attractiõe i qua necesse est pparare corpus: vt facilis fiat attractio aeris:

m. fuerit roridũ seu humidum, sed fuerit locus vbi sedet siccus

Alia lsa.

n* ani

o. vehementius

p* q̃nq;

febres patientibus longas frigidas, et eis qui cum febribus dolores habent neruorum, & articulorum, & habentibus spasmum & cuzez, & vrinæ retentionem. Et oportet vt oleum extra balneū sit calefactum. q; si in ipso vulpes cocta fuerit, aut [a](dalion,)& factum fuerit, quemadmodum nominauimus erit medicamē melius quod esse poterit dolorem habentibus iuncturarum, & podagram. Faciem vero madefacere, & super ipsam aquam rorare, virtutem viuificat, quę est lasata[b] (à nocumēto) & inflammatione febrium, & cum adest syncopis: & proprie ex aqua rosacea & aceto. Et est etiam cum desiderio medicatur, & ipsum erigit: & obest rheumatismos patientibus, & dolorē frigidum capitis habētibus.

a. dabha

b. ab angustia

Summa secunda [c] *(ad numerandum vnamquāq; causam) cuiuslibet accidentium corporalium, quæ xxix. continet capitula.*

c* de numeratiōe vniuscuiusque causæ

De causis calefacientibus. Cap. I.

CAlefacientium multæ sunt causæ ex qbus sunt nutrimentum in quantitate temperatum: & motus temperati in quibus ingrediūtur exercitia temperata: & temperata fricatio: et temperata compressio: [d] ( )& vētosarum absq; scarificatione positio. Quæ enim cum scarificatione est, īfrigidat propter euacuationem. Motus etiam qui parumper pertinet fortitudini, & multitudini, & neq; est superfluus: & nutrimentum calidum, & medicina calida, & balneū temperatum sicut sciuisti, quod suo aere & aqua calefacit: & artificium calefaciens: & non superflue calefacientium obuiatio, sicut aerum, et emplastrorum: & vigiliæ ęquales: & somnus temperatus secundum conditionem prædictam. & ira secundum omnem dispositionem [e] (& tristitia cum non tanta fuerit vt infrigidet:) & gaudium tēperatum. Et est etiam putredo, cuius proprietas est vt caliditatem extraneam euenire faciat, & non [f] (amplius) & eius quidem operatio est aliud à calefactione absoluta, & ab adustiōe. Calefacere nanq; minus est proculdubio q̄ adurere: multoties enim [g]( )accidit, & non efficit putrefactionem. & est cum ante putrefactionem accidit. Putrefactio enim sæpe accidit, cum ī corpore remanet, postq̄ ab ea causa extranea calefaciens separatur, caliditas extranea, [h](&) in materia humida accenditur, & eius humiditatē mutat ab eo, quod cōplexioni substantiæ in qua est, erat conueniens, [i] (ita q; eam ad aliam complexionum specialium naturaliū non conuertitur.) Est nanq; cum caliditas & humiditas mutantur ab hoc, quod vni complexioni conueniunt, & fiunt alij complexionum naturalium congruæ:

d. membrorū exteriorum cū manu[?] facta:

e. & alhem cū non fuerit superflua: cū vo sunt superflua īfrigidant: f. aliud

g* calefactio

h* quæ

i* absque q; cōuertat eā postea ad cōplexionem aliam seu diuersam à eō[?] plexiōe sua specifica naturali.

D quod quidem non est putrefacere, sed digerere. Adurere vero est vt substātia humida à sicca separetur substantia, ita q; illa sublimetur.[k] ( )& ista descendat. Calefacere autem simpliciter est vt omnes humores secundum suas speciales ī emaneant naturas, sed plus fiāt calidi. Et de calefacientibus quidem est spissitudo superficiei corporis: calefacit enim propterea q; vaporē retinet, & raritas intus in corpore: quia calefacit propterea q; vaporem dilatat. Gal. autē has omnes causas in quinque generibus comprehendere consueuit, scilicet motu non superfluo, & obuiatione eius quod nō superflue calefacit, & materia calida quę corpori aduenit, & spissitudine, & putrefactione.

k* seu eaporet,

De infrigidantibus. Cap. 2.

E INfrigidantium etiam multę sunt species, scilicet motus superfluus, qui calorem innatum superflue resoluit. Et quies superflua, quoniam coadunat, & claudit calorem, & nutrimentum multum, [l] (&) superfluum comestum aut ebibitum. Et eius superflua paucitas, et nutrimentum frigidū, & medicina frigida. Et obuiare ei quod superflue calefacit ex aeribus, & emplastris, & aquis thermarum, & vehementia raritatis corporis, [m] (hæc enim laxant corpus, &) resoluitur ab eo calor innatus. Et obuiare ei quod temperate calefacit longo tempore, sicut multa ī balneo mora, & vehementia spissitudinis, quoniam calorem suffocat innatum.[n] ( )& obuiare ei quod secundum potētiam infrigidat, & si in præsenti hora calidum existat. Et retētionis superfluitas, quoniam calorem suffocat innatū. Et in euacuatione superfluitas, quoniam innati F caloris materiam destruit, propterea q; [o] (spiritus eam,) & oppilationes quæ sunt ex superfluitatibus [p] (sequuntur.) Et de illis est vehementer stringere membra, & vt stricta permaneant q̄m infrigidat, & propterea q; caloris viam claudit. Et tristitia superflua, & timor nimius, et gaudium nimium, & delitiæ superfluæ. Et artificium infrigidans, & cruditas quæ putrefactioni est opposita. Gal. vero medicorum princeps eas ī sex solet comprehendere causis, scilicet motu superfluo, & quiete superflua, & obuiatione eius quod infrigidat, aut quod vehementer calefacit donec resoluat, & materia infrigidans, [q] (& vehementia spissitudinis,) & nimia nutrimenti paucitas.

l. ——

m. quare

n. Et obuiare ei quod frigidat in actu.

o* eā sequi euacuatio spirituū,

p* ——

q. & multitudo cibi superflua

De humectantibus. Cap. 3.

HVmectantium multæ sunt causæ. Ex eis nanq; est sicut quies, & somnus, & illud etiam retinere quod euacuari solebat, & humorem siccantem euacuare, & nutrimentum multum,

tum,et humectans nutrimentum, et medicina humectans,et humectantibus obuiare,et præcipue balneo,et post comestionē proprie. Et obuiare ei quod infrigidat, quoniam [a] (humorem retinet.) Et obuiare ei quod calefactione tenui calefacit,quoniã humorem currere facit: et gaudium temperatum.

a. coarctat humiditatem.

De desiccantibus. *Cap.* 4.

Desiccantia quoq; sunt multa, velut motus,et vigiliæ,et vehemēter euacuare: Et ex eis est coitus. Et nutrientium paucitas, et vt sint sicca. Et medicinæ desiccantes, et motuum animalium frequentia: et desiccantibus obuiare. Et ex illis est in aquis balneari stypticis: Et ex eis est frigus quod congelat, quoniã prohibet membrum sibi nutrimentum attrahere, et propterea φ ipsum constringit, quare oppilationes in eo accidunt, quæ nutrimentum penetrare nō permittunt. Et ex eis est obuiare ei quod est caloris vehemētis, qui superflue resoluit [b] (donec ex eis est) multum balneari.

b. ita vt ex eis fit

Libro primo, fen secũda, doctrina secunda. Cap. 19.
De causis doloris.

Est etiam cum in dispositione sanitatis inuenitur hoc intellectui proximum. et hoc est quoniã ei qui se in hyeme [c] ( )balneat, si se cum aqua calida immo tepida lauat, accidit ei ex ipsa horripilatio, [d] ( )quoniã corporis eius qualitas ab eo est longinqua et ei cōtraria: postea vero vtitur ea, et delectatur ex ea, [e] (et ita ordinatur ad resolutionem frigoris quod in ipso erat agens.) Deinde autem cum aliqua hora in casã balnei interiore sederit, fiet corpus eius aqua illa calidius, et cum illa eadem aqua prima repente eo inscio super eũ proijcietur, horripilationem ab eo patietur, et sentiet ex ea frigiditatem.

c. subito.
d. & læsio,
e. sicut gradatim mutat vel remouet frigus quod i ipso erat inhærens vel agens.

Libro primo, fen secũda, doctrina secunda. Cap. 28.
De causis eius [f] *(fastidij & repletionis.)*

Hæc quidē aut sunt extrinsecę, et sunt primitiuæ, sicut cũ aliquis regimine vtitur, vnde multa prouenit humectatio, et corpus nō indiget humectatione cibi et potus. et ideo cum hæc duo coniuncta fuerint simul, multiplicabitur i corpore materia, et corrumperetur operatio naturæ in ipsa, sicut multoties ingredi balneum, et præcipue post comestionem.

f. nauseatiuæ satietatis.

*Libro.1. fen.2. doctrina.2. summa prima. Cap.*14.
De iudicijs pulsuum balneatorum.

Balneatio aut erit cũ aqua calida, aut cum frigida. Si autem fuerit cum aqua calida, in principio prouenient ex ea fortitudinis & necessitatis iudicia. Cumq; multum resoluerit, debilitabit pulsum. Galenus quoque dixit, erit tunc

A paruus, tardus, & rarus. Dicemus ergo φ debilitas quidē, & paruitas pulsus [g] (proculdubio existunt:) sed aqua calida cum in interioribus corporis calefactionem efficiet calore accidentali, fortasse non durabit: sed ad sui naturam quæ est infrigidãdi, redibit: & fortasse durabit et permanebit: Quod si accidentalis qualitatis iudicium superauerit, fiet pulsus velox & spissus. Et si superauerit quod ex natura sui prouenit, fiet tardus & rarus. Et si eius calefactio accidentalis ad tantam virtutis resolutionem peruenerit, vt syncopi sit propinqua, fiet etiam pulsus tardus et rarus. Sed balneationis cum aqua frigida factæ si penetrauerit frigiditas, debilitabit pulsum, & faciet paruum, et efficiet raritatem, et tarditatem. Et si non penetrauerit, immo calorem coadunauerit, augmentabitur fortitudo: et crescet parũ, et minuetur velocitas, et spissitudo. Ex aquis vero

g. sunt de his q̃ fiunt vel accidũt φculdubio

B in thermis existentibus quæ sunt exiccantes, duritiem in pulsu augmentant: et ex eius magnitudine minuunt. Sed calefacientes velocitatem in pulsu augmentant. Si autem virtutem resoluerint, erit quod iam diximus.

Libro primo, fen tertia, doctrina prima. Cap. I.
De regimine infantis ex [h] *( )quo nascitur vsquequo incedat.*

h. tempore
Nota φ ubi habet i fans, i arabico habet althafel. i. infans qui lactat & adhuc non mouet, & ubi habet puer i arabico habet alsabi. i. puer qui mouet seu ambulat.

Prægnantium autem regimen, & mulierum quę partui sunt vicinę in dictionibus scribemus particularibus. Infantis vero temperatæ complexionis cum nascitur plerique sapientum dixerunt, vmbilicum in primis debere icidi super quatuor digitos, & cum lana ligari munda [i] (quæ bene & subtiliter sit retorta

C taliter ne doleat, & oleum cum panno super ipsum ponēdum:) & propter vmbilici incisionem præceperunt, vt venarum citrinarum, & sanguinis draconis, & sarcocollæ, & cymini, & vsnee, & myrrhæ partes sumantur æquales, & tritę vmbilico superponantur. Et festinandum est ad corpus ipsius saliendum [k] (cum salmora tenuis salis quatenus vmbilicus eius indurescat) & ipsius cutis dura fiat. Ex salib° vero ille melior existit cui admista sunt [l] (sedenegi,) & costus, & sumac, & fœnugræcum, & origanum. Et ipsius quidē nasus non saliatur, neq; os. Causa vero quare nobis necessarium est corpus eius durũ facere, est quoniam illico cum nascitur, omnia quę ipsum tangunt, ei nociua sunt [m] (siue calida,) siue frigida, siue aspera sentiat ea, & hoc quidem est propter cutis eius subtilitatem, & propter calorem eius, quoniam omne quod ipsum tãgit, sentit durum & frigidum & asperum. Et si nobis necessarium fuerit

i. q̃ sit retorta parũper, & subtiliter, seu ingeniose taliter ne doleat vel taliter ne lędat. & pãn° seu petia infusa in oleo est sup ipsum ponenda:
Alia litera k. cũ aqua salita pauci salis quatenus indurescat superficies corporis extrinseca
l. sadenegi,
m. ———

a*. —— fuerit iterum salire, faciemus: & hoc quidē [a] (augemus) cum multę fuerit sorditiei, & multarum humiditatum. Deinde aqua tepida ipsum lauabimus, & eius nares assidue purgabimus digitis, quorum vngues sint incisi, & in eius oculos parum olei proijciemus. Ani præterea orificiū minuto digito in circuitu eius est mouendum, vt aperiatur: & obseruandum est ne ipsum frigus tangat. Cumq; eius ceciderit vmbilicus, quod est post tres, aut quatuor dies, erit melius vt super ipsum ponatur cinis cochlearum, aut cinis [b] (calcanei) vitulini, aut plumbi adusti & triti, cuiuscunq; fuerit cum vino. Cumq; volumus vt fascietur, nutrix eius membra suauiter tangere debet, & quod dilatandum fuerit, dilatare, & quod subtiliādum, subtiliare, & omne membrū secundum conuenientiorem figuram figurare, E & hoc totum subtili compressione cum extremitatibus digitorum, quod quidē multis faciendum erit vicibus. Et oculi assidue erunt tergendi cum re quæ sit sicut seta. Vesicam quoq; eius premere conuenit, vt vrinę exitus facilis fiat, deinde manus eius extendantur, & ipsius brachia ad genua ducātur. Et ipsius caput institta ligetur, [c] (&) pileus ei imponatur qui super ipsius caput [d] (constringatur.) In domo pręterea temperati aeris, quæ non sit frigida, ad dormiendum ponatur. Oportet autē vt domus vmbrę attineat, & tenebrositati aliquantulæ, quę à superante radio non illuminetnr. [e] (Cumq; dormiet oportebit,) vt caput eius toto reliquo corpore sit altius. Et obseruandum erit ne, [f] (cum dormiet,) aliquid colli ipsius, aut extremorum eius, aut dorsi torqueatur. Ipse quoq; in ęstate aqua suaui F æquali balneandus est. In hyeme vero aqua eius ad caliditatem trahat non pungentē. Hora vero ad ipsum lauandum, melior est post eius longū somnum. Et plerunq; quidem est conueniens vt ipse bis in die lauetur, aut ter, & ordinate ad id quod sit magis tepidum mutetur, si tempus fuerit æstiuum. In hyeme autem [g] (non sit frigidior aqua, quæ in caliditate temperata existit.) Ipse quoq; non lauetur, nisi vsquequo eius corpus calefiat & rubere incipiat, postea extrahatur, & eius aures custodiantur ne aqua in eis ingrediatur. Et oportet quidem vt cum in hora ablutionis accipitur, sit secundum hunc modū, accipiatur manu dextra, & super brachium sinistrum super pectus suum appodietur, & non super ventrem Amplius in hora ablutionis ipsius, studendum erit vt ipsius [h] (plantæ ad dorsum eius eleuētur,) et eius pedes ad caput eius [i] (subtiliter) & suauiter perducantur: deinde mollibus

b. archub.
c* aut
d. adaptet.
e* & i loco in quo dormit oportet,
f. in loco in quo dormit,
g. nō sepet ab eo aqua tēperatę caliditatis.
h. palmę vł volæ man° dorso ei° ad hęreant,
i * cū facilitate

D pannis exiccetur, & suauiter extergatur. Deinde fiat vt in primis super ventrem sui iaceat, postea supra dorsum, & [k] (præter hoc totum) incessanter [l] (fricetur & prematur, & figuretur: deinde ad ipsum cum panno fasciandum est redeundum.) postea in ipsius nares oleum dulce proijciatur: quoniam eius oculos lauabit: & ipsorum tunicas.

k * cū hoc toto
l. pmat & figuret: deinde redu- cat & fascietur cū pāno vel fascia

Libro primo fen tertia doctrina prima. Cap. 3.

De ægritudinibus, quæ infantibus accidunt.

EST etiam cum ei accidunt tussis, [m] (rheumatismus.) Et in his quidam iam præceperūt quędam vt multa aqua calida super ipsius caput proijciatur, cui hoc accidit: & vt ipsius lingua ex melle multum liniatur, deinde linguæ radix prematur, vt multum phlegmatis euomat, & sanetur: aut gummi arabicum, & tragaganthum, & E semina cydoniorum, & succus liquiritię, & penithi sumatur, & quaq; die parum ex eis cum lacte ilico mulcto detur.

m. coryza

Libro primo fen tertia doctrina prima. Cap. 4.

De regimine infantium, cum mutantur ad ætatem pueritiæ.

CVm autē puer à somno excitatur balneandus est: deinde dimittendus est ludere hora vna postea aliquid ad comedendum ei dandum: deinde dimittendus est ludere prolixius: postea balneandus: deinde cibandus: & quanto plus possibile est aquam super cibum bibere nō est permittēdus, ne cibus crudus penetret anteq̄ digeratur. Cum autem sex habuerit annos, magistro tradendus erit, qui eum doceat: in quo ēt gradatim est ordinādus, & neq; ē cogendus assidue in scholis morari. Cumq; ad hanc peruene- F rit ætatem [n] (minus erit balneandus:) & eius labor ante comestionem erit augmentandus: neq; vinum erit ei dandum, & proprie cum aliquis calidę complexionis fuerit & humidæ, quoniā nocumentum, quod ex vino timetur (& ipsum est cholerę rubeæ in potatoribus generatio) ei cito adueniet: [o] ( ) & vtilitas quę ex vini potatione generatur, est [p] (vrinæ) prouocatio, & humectatio iuncturarum, quorum non indiget ipse.

Alia litera.
n. minor est ociositas seu quies:
o. faciliter
p. choleræ per vrinam

Libro primo fen tertia doctrina secunda. Cap. 5.

De balneo & nominandis balneis.

HVic autem homini, in cuius regimine noster consistit sermo, balneatio resolutionem faciens non est necessaria: qm̄ corpus ipsius est mundum: & neque qui balneo indiget, eget ipso nisi vt ab ipso habeat calorem subtilem, & humiditatem temperatam. Quapropter isti in ipso non multā debent facere morā. [q] (Quod si in fontē

q. Imo vtētina vsu tā lōgo quousq. ī ea rubeat ipsorū cutis & infletur,

in fontem descenderint, in ipsum ingrediantur quousq; ipsorum rubet, et inflatur superficies,) et in principio resolutionis ab [a] (eo) remoueantur. Et aer i circuitu eorum aquam dulcem fundendo humectetur, deinde velociter lauetur et egrediantur. Oportet preterea ne exercitatus ad balneum velociter pergat donec perfecte quiescat. Balneorum vero dispositiones, et eorū conditiones iam declaraui, et in alio loco retuli. Veruntamē quod hic dicere debemus est, q̄ omnes balneandi, secundū ordinem balnei casas ingredi debent: et neq; in domo calida morentur, nisi secundum quantitatem, quæ eis [b] (nocumētum) non inferat, et requiescere faciat propter superfluitatum resolutionem: et corporis ad nutriens preparationem à debilitate ipsum custodiendo, et ab aliqua forti causarum febriū putridarum. Qui vero impinguari desiderat, balneū post comestionem ingrediatur, ut si securus fuerit ne oppilationes accidant. Et qui bene se custodire voluerit, si calidæ fuerit complexionis, [c] (oxymel) bibat propter oppilationum prohibitionem: & si frigidæ fuerit complexionis, diamentastrum sumat, & diatrion pepercon. Qui autem vult resolutionem, & macrescere, balneandus est dum est famelicus, & ibi multum moretur. Sed qui sanitatem vult cōseruare, balneum ingredi debet, postq̄ digestum est quod est in stomacho & in hepate: & si timet vt cholera ebulliat rubea, si hoc fecerit, & se ieiunus balneauerit, ante balneationem rem sumere debet subtilem, quā comedat. Et qui vero calidæ existit complexionis, cholera abundans rubea, hoc est ei necessarium. & huiusmodi ab ingressu domus balnei calidæ prohibendus est. Ex eis autem quibus isti cibantur, melius est panis in succo fructuum infusus, aut in aqua ros. Et se custodire debent ne rē frigidam actu bibant in egressione balnei, aut in balneo q̄m pori sunt aperti, quare frigiditas non tardatur quin ad membrorū principalium corpora procedat, & ipsorum corrumpat virtutes. Ab omni quoq; re vehementis caliditatis se custodire debent, & præcipue ab aqua, q̄m si eam sumpserit, timendum erit ne cito ad membra penetret principalia, & accidat phthisis & hectica. Præterea sibi caueant ne cito balneum egrediantur, & caput post ipsum discooperiāt, & corpus ad recipiendam frigiditatem exponant. [d] (A balneo vero) egredi debēt, si tempus fuerit hyemis, suis bene cooperti pannis. Sed qui febrem habet à balneo se custodire oportet in hora febris: & q solutionem habet continuitatis, aut apostema. Et tu quidem iam sciuisti ex eo quod præcessit, q balneum est calefaciens, & infrigidans: & humectans, & desiccans: & iuuans, & impediens: Et eius quidem iuuamēta sunt somnum facere, & aperire, & [e] (abradere,) & resoluere, & digerere, & nutrimentum ad cutis superficiem attrahere: & ipsius iuuamentum non est nisi in resolutione eius q resolui volunt: & in ea expulsione eius q vult expelli in parte naturali: & in retētione ventris: & remotione [f] (fatigationis.) Eius aūt impedimenta sunt debilitare cor si multum morati fuerint, & facere syncopin, & nauseā, & humores quietos mouere, & eos ad putrefactionē præparare, & cum eis ad mēbrorum debiliū receptacula declinare: ergo ab eis accidunt apata in occulto membrorum, & in eorum superficie.

Notae marginales: [a] ea. [b] fastidiū vel angustiā. [c] syrupum acetosum. [d] Imo a balneo. [e] abstergere. [f] lassitudinis.

De ablutione quæ fit cum aqua frigida. Cap. 6.

Hoc quidem conueniens nō est, nisi cuius regimen vndiq; cōseruatur: & cuius ætas & virtus, & figura, & tēpus sunt cōuenientia: & [g] (neq; fastidium, neq; vomitum, neq; vētrem,) neq; vigilias, neq; rheumatismos habet, neq; est puer, neq; senex: & in hora in qua ipsius corpus est leue, & motus conuenientes. Et est cum hoc fit post ablutionem aqua calida factam, ad hoc, vt exteriora fiant fortiora, & vt calor retineatur naturalis. Quod si voluntas affuerit vt istud fit, oportet ne aqua multū sit frigida, immo sit temperata: & est cum hoc fit post exercitium: & tūc quidem oportet vt fricatio ante [h] (ipsam) fiat fortior q̄ solebat, sed inunctio fit ex oleo quemadmodum solebat: & fit exercitium post fricationem [i] (& inunctionem temperatam: aut fit parum velocius) q̄ solebat. Deide post exercitium in aqua frigida subito [k] (natet vt ipsius membra simul dura fiant,) postea perseueret [l] ( ) in ea secundū mensuram suæ leuitatis vel agilitatis & quantum tolerare valet anteq̄ superueniat horripilatio: deinde cum egressus fuerit, fricetur, sicut noīabimus, & eius cibus augmētum suscipiat: & [m] ( )potus diminutionem. Et consideretur tēpus reuersionis sui coloris ad ipsum, & caloris eius: ex quo si velox fuerit, scietur q eius mora fuit moderata: & si tarda fuerit, scietur q mora prolixior fuit, q̄ debuit. Ipse igitur alio die mensuretur secundum q ex hoc scitum fuerit. Et est cum post fricationem & coloris, & caloris reuersionem, iterum aquā ingreditur: sed qui hoc agere voluerit, gradatim in ipso procedat: & calidiore die qui est in æstate hora feruoris prius incipiat: & sibi caueat, ne vētus sit ibi, & ne illud post coitū peragat: neq; post cibū, qui non sit digestus: neq; faciat hoc post vomitum, neq; euacuationem, neq; post cholericam passionem,

Notae marginales: [g] nauseatiuā satietatē neq; vomitū, neq; fluxū vētris. [h] ipsum. [i] fleci & fricationē cū oleo tpatā, & sit fricatio prædicta velocior parum. Alia lfa: fricationē tpatam & fit parū velocius. [k] ingrediatur vt ipsi⁹ mēbris simul accidat vel superueniat. [l] vel pmaneat. [m] vini.

passionem, neq; vigilias, neq; corporis debilitatem, neq; stomachi, neq; post exercitiũ: nisi qui illud agit, valde sit fortis. a ( ) secundum modum quẽ diximus. Cũ aqua autem frigida lauari secũdum modos quos diximus, calore naturalẽ subito ad interiora pellit. Postea cõfortat ipsum vt fortior fiat, & egrediatur extra b (multum.)

a. tũc enim administretur ...

b. in duplo plusq̃ erat.

Libro primo, fen tertia, doctrina secunda. Cap. 7.

De cibo & potu.

Corpora præterea c (habentibus, in quorũ stomachis cholera rubea magis adunatur, est necesse separatim comedere, & vt tã velociter sit, quatenus sit anteq̃ balneentur.) alia vero ab eis, exercitari debent, & etiã balneari, deinde cibari: sed comestio balneationẽ non præcedat. q si alicui necessariũ fuerit comedere ante exercitium, solum panẽ tali sumere debet mensura, vt digeri possit, anteq̃ suum incipiat motum: & quemadmodũ oportet motũ, qui est ante comestionem debilem non esse: ita necesse est ei ne motus, qui est post ipsam, sit nisi molliter et suauiter. Corrupto præterea desiderio quo ad res declinat acutas, & neq; dulces diligit, neq; vnctuosas, nil est melius q̃ vomitum cum tali quale est oxymel cum raphano post pisces prouocare. Qui autem ex hominibus pinguis existit, oportet ne illico eum egreditur balneum, comedat: sed expectet, & paruum dormiat somnum: & huic quidem semel comedere in die, est cõueniens. Amplius non illico post comestionem est dormiẽdum cibo natante: & à forti motu d ( ) quantum plus possibile, est abstinendum: ne cibus anteq̃ digeratur, penetret: aut sine digestione labatur: aut e (propter inundationem corrumpatur:) neque post ipsum multa bibenda est aqua, quæ iter ipsum, & corpus stomachi separationem faciat, & ipsum faciat natare: sed expectandum est, & non est bibendum, donec de stomacho descendat. Et hoc quidem declarat superioris vẽrris leuitas. q si sitis ei necessitatem fecerit modicum aquæ frigidæ sugendo sumat: & quanto plus fuerit frigida, tãto minus ex ea sufficiet. Et hęc quidem quantitas stomachum alleuiat, & colligit. f (Ad summum vero oportet vt post comestionem bibat quis, & non in hora comedẽdi quantitatem aliquã, quæ cibo conferat.) Sitim autem tolerare, & cum ea dormire, infrigidatis & humectatis confert: g (& febres ex cholera rubea habentibus) nocet: & similiter tolerare famem.

c * in quorũ stõis aggregat cholera rubea multa, est necesse separatiis comedere, & vt velociter cibẽtur ita vt ẽt cibatio pręcedat balneationem:

d. sup cibũ

e * corrumpat complexio eius pp cõmotionẽ

Alia litera. f. Et ad summũ si bibat aliq̃ quantitas sup cibũ post cõplementũ ei*, seu post comestionem eius, non in chalel. i. nõ in hora comestiõis. f parũ comedẽdo, & parũ bibendo & ẽferens ci bo, non nocens.

Alia lra Ad summũ vo si bibat sup cibum post cõplementũ ei*, seu post cõpletã comestionẽ eius, nõ in hora comestiõis q̃titas aliq̃ cũ qua cib* ifundatur, seu humectetur, ẽ nõ nocens.

g. Et calefactis hñtib* cholerã rubeam

Alia lra calidis cholericis

Libro primo, fen tertia, doctrina tertia. Cap. 8.

De regimine aquæ & vini.

Complexionibus temperatis, aqua conuenientior est, quę in frigiditatis fortitudine temperata existit: & cuius infrigidatio cũ niue deforis fit, pręcipue si nix mala fuerit. Et in niue etiam bona huiusmodi existit dispositio: q̃m quod ex ea resoluitur, neruis, & membris anhelitus nocumentum facit, & omnibus interioribus: neq; tolerat eã nisi vehementer sanguineus: Quòd si non illico nocumentum alicui fecerit, secundum longitudinem dierum faciet: & cum in annis processerit. Empiricorum autem quidam dixerunt, q inter aquam putei, & fluminis non est facienda cõiunctio nisi cum vna earum descenderit. Et aquæ quidem electionem iã demonstrauimus: et similiter emendationem eius, quæ ex ea mala est: sed tamen si aceto misceatur rectificatur. Scias autem, q bibere aquã cum aliquis est ieiunus, & post exercitium, & balneationẽ, & proprie ventre vacuo, & similiter siti mendosæ nocturnæ obedire, quemadmodum crapulatis accidit, & ebrijs, & cum natura in digerẽdo studet, satietate aquæ iam sufficienter præcedente, vehementer est impediens. Et si multa qdem fuerit necessitas, oportet vt aere frigido temperetur, & collutione oris ex aqua frigida. Deinde si hoc non sufficerit cum vase bibat stricti orificij: licet hoc quandoq; ebrio conferat, h (& non impediatur à potu aquæ ieiunus.) Quod si quis ieiunus abstinere nõ poterit, quin aquam bibat, et proprie post exercitium, bibat prius vinum aqua calida temperatum. Et siti quidẽ mendosa impeditus scire debet, q dormire et sitim tolerare, ipsam sedat. Natura enim tunc materiam sitim facientem resoluet, et proprie cum inter tolerantiam et somnum coniunctio sit. Cumq; natura digestiua extinguetur propter potũ et obedientiam eius, redibit sitis mẽdosa, propterea q humor sitim faciens eleuat eam. Oportet pręterea ne sitim habens mendosam aquam ingurgitando sumat, immo sugendo. Multam quoq; aquam frigidam bibere, est malũ. Quod si vehementer necessarium fuerit, sit post sufficientem comestionem. Amplius aqua tepida nauseam facit. et quæ magis calefacta est q̃ ista, cum frequenter bibitur, ĩfirmat stomachum: sed cum i (raro) bibitus, stomachum lauat, et ventrem resoluit.

h. & q̃nq; non nocet, vt ieiun* bibat.

i. aliquibus diebus, seu aliquoties

Libro primo, fen tertia, doctrina secũda. Cap. 14.

De medicando lassitudinem ab exercitio.

In lassitudinis autem extensiuæ medicatione intentio est laxare illud quod induruit fricatione leni calefaciẽte in sole, et aqua tepida balneari et in ipsa longo morari tempore: k (Et si in solium alia vice, aut duabus descẽderit in die,) erit conueniens: et post vnamquanque inungantur balneationem. Quod si necesse fuerit propter

k * ita vt si reiteret balneationem in die vice vna, aut duab*, aut tribus vicibus,

a (venarum

a. necessitatẽ abstergẽdi sudorẽ, & ppea q cum eo abstergitur oleum

b. —— Alia lsa & ipsamet lassitudo

[a] (venarum abstersionem, et propterea q oleum in eis siccatur,) ad inungendum oleo redire, fiat: et nutriente humido nutriatur, etiã paucæ quantitatis, quoniam plus indiget nutrimenti paucitate, q̃ vlcerosa. Et hãc quidem lassitudinem resoluit exercitium, [b] (et mundificat.) Quod si per se acciderit propter grossas superfluitates, necesse erit eas euacuare. Et si fuerit propter causam ventositatis extendentis, resoluet eam tale quale est cyminũ et carui et anisum. Intentio autem in apostemosam lassitudinem regendo, est tres res, laxare quod extẽsum fuit, et quod calefactũ infrigidare, et superfluitatem euacuare. Et hoc quidem completur oleo multo tepido, et fricatione vehementer leni, et prolixa mora in aqua quæ parũper ad caliditatem declinat, et quiete. In arefactiua vero nil de regimine sanorum mutetur, nisi q oportet vt aqua in qua balneatur sit maioris caliditatis, qm̃ [c] (in aqua vehementer calida est quod) spissat cutem, & non est ius impedimentum, sicut impedimẽtum aquarum frigidarum, quoniam [d] (cum eo quod inspissat, est in eis ambiguitas mala, & frigiditatis ipsarũ penetratio in corpore) quod iam siccatum fuit: & est cum suæ maciei causa est cutis ipsius raritas, immo hoc est secundum plurimum. In die autem secundo [e] (reductionis) exercitio leniter, & subtiliter vtatur, & balneo secũdum dispositionem diei primæ, deinde præcipiatur ei vt aquam frigidam subito ingrediatur, quatenus cutis eius inspissetur, & sit eius resolutio pauca: & cum hoc conseruetur ipsius humiditas. Obuiabit nanque aqua corpori in quo est tantum caliditatis, q resistat ipso iam inspissato. Et istę quidem duę causæ adinuicem se iuuant in remouẽdo nocumentum frigoris ipsius, & proprie cum submergitur subito, & egreditur, & non moratur, quoniam cũ mora nulla est securitas. Ipse ꝑterea nutriatur mane in fine primæ horę, cibo humectante pauco: ideo vt ipse alia vice iuxta noctem fricari possit, & tunc cœnam tardet. Studium quoq; adhibeatur in expellendo superfluitates ab eo, fricatione olei [f] (de salicibus) cum quo vẽtrem suum non tãgat, nisi lassitudinem in musculis sui ventris senserit: quoniã tunc illos leuiter vngere conuenit. Et eius nutriens sit largius: & in eo procedat, cauendo ne eius nutrimentum sit multę caliditatis. Amplius omnem lassitudinem, cuius causa est motus ipsum dimittere, cum eius signũ inceperit, prohibet ne accidat, postea [g] (reuersionis) exercitio vtatur vt motus temperatus ad cutem materias expellat, & eas fricatio resoluat, q̃ fit inter [h] (illos motus in ipsorum consistentia.)

c. aqua calida vehemẽtus

d. q̃uis ipsa inspisset, tñ in ea est periculum penetrationis frigiditatis in corpus

e. reditiõis

f. dulcis

g. reditiõis

h. qetes illorũ motuũ.

A Dispositio præterea ipsius balneatione experiatur: nam si ex balneo accidat ei tremor, tunc res terminum pertransiuit, [i] (quanto magis) si febrẽ generauerit, quoniam tũc non est balneandus; immo euacuandus: & eius complexio rectificanda. Quod si nihil eorum ex balneo accidit, erit conferens, cum eius aqua fuerit temperata.

i. & scipue

Libro primo, fen tertia, doctrina secunda. Cap. 15.

De alijs dispositionibus quæ sequuntur exercitium & reliqua ab eo.

PRius loquemur de istis dispositionibus. Postea mutabimus nos ad regendum lassitudinem, quæ venit per se. Et ex istis quidem est raritas, quæ corpori accidit. Et accidit multoties ex fricatione pauca, & balneo. Ipsa vero est medicanda fricatione sicca ad duritiem parum declinante, & cum oleo styptico. Et ex eis est spis-B situdo, quæ ex frigiditate accidit, aut ex re styptica, aut ex multitudine superfluitatum, aut ex earum grossitie, aut earum viscositate, vnde proueniat vt in poris cutis retineantur. Aut erit spissitudo causa exercitij, quod ipsos humores ex profundo extraxit, non existẽtibus ibi causis antecedentibus: aut erit eius causa locus puluerulẽtus, aut fricatio fortis & dura. Illius autem quę est ex frigiditate, & stypticitate, signum est coloris albedo, & calefactiõis tarditas, [k] (et sudor et corporis reuersio) ad rubedinem cũ adest exercitium. Et hi quidem in balneis calidis sunt balneandi, in quibus de latere in latus, & super ventrem, & supini reuoluantur [l] (super pauimẽtum æqualis caliditatis) donec sudent, & inungant̃ oleis subtilibus calidis & resoluentibus. Illorum autem qui ad hoc deueniunt ex exercitio, signum est q C non habent hoc signum. & [m] (resudat) cutis. & ipsi quidem medicãdi sunt expulsione, si ibi fuerit superfluitas: postea regimẽ adhibeatur quod resoluat ex balneo & inunctione. Qui vero in hoc incidunt ex puluere, aut ex forti fricatione, magis est eis balneum necessarium, q̃ inunctio ex oleis. Et ipsi quidem fricatione molli vti debẽt ante balneum, & post ipsum. Est quoq; cum accidit eis post superfluum exercitium cũ pauca fricatione, debilitas cum raritate: & est cum accidit etiam ex superfluo coitu, & ex balneo [n] (frequenter.) Ipsi igitur medicandi sunt cum exercitio reuersionis, & fricatione sicca, quæ ad duritiem trahit cũ oleo styptico. Et nutrientia comedant humectantia paucæ quantitatis, in caliditate & frigiditate temperata, aut quæ parumper ad caliditatem trahant. Et similiter fiet si debilitas accidit, aut vigilię, aut tristitia, aut accidit siccitas [o] (in neruis.) Quod si istis acciderit ma-

k. & sudoris, & reuersionis coloris

l. in mansionib. balnei æqualis caliditatis, & in lectis vl̃ stratis ipsi.

m. est sordida

n. frequẽti.

o. ex ira

litia digerendi cibum, non confert eis reuersionis exercitium, neque aliquod exercitiorum vllo modo. Est præterea cum accidit ex superfluitate balneandi, & multitudine comedendi & bibendi, & ociandi, vt homo in suis membris humiditatis sentiat superfluitatem, & proprie in lingua, ita vt operationes membrorum lędat. Quod si hoc ex causa fuerit antecedente, in particulari medicatione continebitur. Et si ex aliquo eorum fuerit quæ nunc ex proximo nominauimus, sicut vino, aut multa ociositate, aut multa balnei humiditate, erit ei iniungendum vt forti vtatur exercitio, & fricatione aspera, & sicca, sine oleo: aut fricatione cum pauco oleo calefaciente. Superflua autem siccitas, quam qui habet sentit sua manu, est ex genere lassitudinis arefactiuę. Et ipsius sanatio est eius medicatio.

Libro primo fen tertia doctrina secunda. Cap. 15.

De lassitudine spontanea.

Quod si lassitudo ex superfluitatibus est extrinsecus: & sunt venæ interius mundæ, sufficit ei exercitium [a] (reuersionis, & augmentum regiminis quod i capitulo vlcerosæ diximus,) quæ accidit propter exercitiū. Sed si alia diuisio fuerit, non cogites exercitare eum, immo fac eum ociari, & dormire, & esse famelicum: & inunge ipsum [b] (semper circa) noctem super vētrem ex oleo, & balneetur cum aqua temperata, si balneum tolerare potuerit, secundum conditionem quam diximus.

a. reditiōis: & quod diximꝰ de regimine, & curatiōe p̄dicta in capitulo vlcerosæ.
b* ni vespere iuxta.

Ibidem.

Si autem pro certo sciueris humores crudos in venis nō esse, sed in radicalibus contineri mēbris, fricationem adhibe: & proprie in matutinis cum oleis laxantibus. Et da ei ad bibendum ex calefacientibus vt ipsorum calefactio ad cutem perueniat. Et iniūge ei quietem longam: postea fac cum aqua temperate calida balneari, & da ei ex diacalamentho absq; timore: sed tamen oportet vt sit antequam comedat & [c] ( ) exercitetur.

c* antequā

Doctrina tertia dictionis tertiæ, & est sermo vniuersalis in regendo senes. Cap. I.

Summa regiminis eorū est [d] (operari) quod calefaciat, & humectet simul ex nutrientibus, & balneis, & potibus, & somno prolixo, & mora multa in lecto, & maiore q̄ iuuenum, & ex assidua vrinę eorum prouocatione, & expulsione phlegmatis, ex eorum stomachis per viam intestinorum, & vesicæ, & vt naturę lenitas eis duret.

d. administrare

D *Libro primo fen tertia doctrina tertia. Cap. 3.*

De vino senum.

Vinum eis melius, est vetus rubeum vt vrinam prouocet & calefaciat simul. A nouo autem & albo vino sibi caueant, nisi se post comestionem balneauerint, & sitim habuerint. Tunc enim dabitur eis vinum album & subtile pauci nutrimenti, ideo vt sit loco aquæ. Ab illo vero qnod ex vinis est dulce & oppilatiuum, sibi caueant.

De aperiendis senum oppilationibus. Cap. 4.

Si eis acciderint oppilationes, quarum facilior est ea quæ ex vini prouenit potatione, erunt aperiendę cū diacalamentho, & dia trion pepereon, & puluerizatione piperis super vinū. Et si allia & cepas comedere cōsueuerint, comedant. Theriaca quoq; eis multum cōfert: & proprie cum oppilationes acciderint: & similiter

E athanasia et humorusia. Ipsi vero post eas [e] (mollificandi) sunt cum balneo & oleo, & nutrientibus, sicut [f] (aqua carnis in spelta) & hordeo.

e. humectādi
f. brodium carnis cum candarusio

Libro primo fen tertia doctrina quarta. Cap. I.

De correctione cōplexionis superfluæ caliditatis.

Quod si sola natura ad deponendū humorē, & euacuandum non suffecerit: in vomitu quidē adiuuetur ex rebus leuibus, sicut potu multæ aquę calidæ solius, aut cum [g] (nabit.) Et in solutione quidem ventris fit cum aliquo quod sit sicut [h] (violaceū muraba,) & tamarindi [i] (humidi,) & terenyabin, & [k] (xiraffet.) Ipsorū pręterea exercitiū erit alleuiandū. Et oportebit vt cibus detur eis, qui sit boni chymi. Et fortasse necesse erit vt [l] (balneationē in die sequantur.) Et oportebit ēt vt ab omni re calefaciēte prohibeantur.

g. nebit.
h* violæ cō pite.
i* ———
k. xiracost
l. qualibet die tertia administrent balneationem.

F Quā si ex balneatione post comestionē non senserint tensionem, & grauitatem in parte hepatis & ventris, secure ea vtantur: & si aliquid horum acciderit, aperitiua eis dentur, sicut [m] (apozema absinthij, & medicina ex aloe, & aniso, & amygdalis amaris cum oxymelle.) & balneationem post comestionem dimittant. Hæc autem aperitiua eis danda sunt, postquā primus cibus digestus fuerit: & antequā secundū sumant: In hora tū, inter quam & comestionem secundi, spatiū [n] ( ) interueniat tēporis: & hoc quidē est inter excitationem matutinalem & horam, in qua balneantur. Ipsi præterea sunt oleis super inungendi: & vinum eis album & subtile in potu tribuendum est: & [o] (debilitat eos) aqua frigida. Et illi quidem qui à principio rei complexionem habēt calidam & siccam, hoc toto sunt digniores. Qui vero complexionem habent calidam & humidam, & putrefactioni sunt apti, & vt

m. infusio absinthij, et infusio de aloe, & anisum, & amygdalę amarę, & oxymel,
Alia litera & amygdalę amarę cū oxymelle,
n. notabile
o. cōfert eis

& vt materiæ ad membra descendant, exercitio vti debent, quod multæ sit resolutionis, & leni, ne calefaciat: cauendo à motu, qui in humoribus ebullitionem apparere faciat. Qui vero plurimum ab exercitio sibi cauere debet, est ille qui non consueuit. Et melius quidem est vt exercitentur post euonem: & vt balneëtur antequam comedant, & vt studeant in expellendo superfluitates omnes. Cumq; in ver intrauerit, [a] (temperate) se [b] ( ) conseruent minutione & euacuatione.

a* tunc
b* præseruent seu

De rectificatione complexionis, in qua est frigiditas cum augmento. Cap. 2.

HVius quoque species tres sunt. In illa ergo quæ ex eis in duabus passiuis equalis fuerit, elaborandum erit, vt eius innatus calor secũdum augmentum procedat cũ nutrientibus calidis inter humiditatem & siccitatem temperatis, & vnguẽtis calidis, & electuarijs magnis, & euacuatiõibus humoribus proprijs, & balneationibus sudorem faciẽtibus, & exercitijs iuuantibus eos. Licet .n. aliquo tempore in humiditate sint temperati: accidet tñ eis, vt humiditates in ipsis propter frigiditatem generentur: Illorum aũt in quibus cum hoc est siccitas, regimen oportet vt sit ipsum et regimen senum.

De regimine corporum quæ uelociter ægritudines incurrunt. Cap. 3.

ISti autem ad hoc sunt parati propter repletionem sui. Et tũc quidem in ipsis temperanda [c] ( ) est humorum quantitas: aut propter humores crudos, qui in eis existunt: & tunc quidem temperãda est ipsorum humorum qualitas: & eligendum est eis ex nutrientibus illud, quod nutrimẽtum præbet mediũ inter multum & paucum. Et humorum ipsorum quãtitas temperanda est cum æqualitate quãtitatis nutrimenti, & augmento exercitij, & fricationis antequã balneẽtur, si exercitij & fricationis vsum habuerint, aut cum leuiore eorum, si nõ consueuerũt. Et vt vis, cibus partiatur, & non vna vice suã cõpleant satietatem. Quòd si in ipsorum corporibus sudor fuerit facilis, & consueuerint, fiat vt isti aliquibus sudent vicibus. Et si tarditas comestionis ipsorum non fecerit, vt cholera rubea in eorum [d] (fundatur) stomachis, retardetur ipsa vsque post balneum: q̃ si fecerit, prẽmittatur anteq̃ balneentur. Et hora quidem temperata, si prohibitor ibi non affuerit, est post [e] (quartam horarum diei æqualium.) Si autem propterea, q̃ cholera rubea in ipsorum [f] (funditur) stomachis, cibus fuerit sumendus prius [g] anteq̃ balneentur, &) oppilationum in hepate significationes sen-

c* seu adęquanda
d* effundat
e* quatuor horas diei equales.
f* effundit
g. balneentur, postea si

A serint, cum aperitiuis prænominatis, suis conuenientibus cõplexionibus medicentur. Et si cum hoc in capite nocumentum senserint, cum ambulatione succurratur. Et si eius cibus in stomacho corruptus fuerit, & postea descenderit per se, erit hoc lucrum: q̃ si nõ, deponatur cum diacymino, aut ficubus cum semine cartami [h] (conspersis.) cuius confectio est nominata.

h* cõfectis vel commistus.

De impinguando macrum. Cap. 4.

CAusarũ maciei fortior, sicut diximus, est siccitas complexionis, & meseraicę, et siccitas aeris. Meseraicæ enim cum siccantur, nutrimentum nõ recipiunt, & augmentatur siccitas & macies. Fricatio igiť ipsi adhibenda est anteq̃ B balneetur, quæ sit media inter asperã & lenem, donec rubeat cutis: deinde fricatio fortior fiat: postea emplastrum ex pice superponatur: deinde temperate exercitet̃: postea absque tarditate balneetur: deinde siccis mantilibus exiccetur: postea pauco inungatur oleo: deinde cibum sumat sibi cõuenientẽ. Et si ipsius ętas, & tẽpus, & consuetudo aquam tolerauerint frigidam, ex ea suprse fundat. [i] (Finis) aũt fricationis, quæ ante picis emplastrum præmittitur, est vt inflatio nõ incipiat consumi. Et hoc quidẽ est propinquum ei, quod in augmentando mẽbrum paruum diximus. Cõplementum vero locutionis de hoc, inuenietur in libro de [k] (pulchritudine) quarti libri.

i* terminus.
k. decoratione

De macrefaciendo pinguem. Cap. 5.

IPsius regimen est, vt descensus cibi à stomacho eius, & intestinis sit velox, ne cõpleatur mesaraicarum suctio in ipso, & vt cibum sumat, qui sit multæ quantitatis, & pauci nutrimẽti. Et frequenter balneetur antequam comedat: & C exercitium festinum, & olea resoluentia. & de electuarijs, tryphera minor: & electuarium de lacca, & theriaca: & vt ieiunus bibat acetũ [l] (&) almuri. Et nos quidem nominabimus hoc in dictione decorationis.

l. cum

Libro primo, fen tertia.

De custodia extremitatum à frigore.

Sed cum frigus ipsum impedierit, & nõdum [m] computruerit, sed [m] (in illo consistit processu,) melius erit vt extremitates ponantur in aqua [n] (naporum) proprie, aut in aqua in qua [o] (ficus coctæ fuerint,) & in aqua caulium, & in aqua [p] (myrti,) & in aqua anethi, & in aqua chamæmillæ. [q] (totum hoc ad superponendum est eis conueniens, & aqua scehe & aqua namen.) Ex [r] (napis) quoque emplastrum, apponere est medicamen eis conueniens. Ab igne præterea sibi cauere debet, ne ad ipsum accedat. Et oportet quidẽ vt velociter incedat, & [s] (pedem) moueat, &

m* est i via ad ipsam putredinem,
n* raparum
o. palea cocta fuerit
p. rerũ odoriferarum
q. oia ista sunt bona, & calamentum ẽ bonum epithematũ, & aq alsecha, & aqua lysimbrij.
r* rapis
s* pedes

a* ipsa
b* ipsa

& extrema,& exercitet [a] (ipsum,) & fricet: postea inungat,& super [b] (ipsum) aquam calidam ab alto fundat, cũ eo quod diximus. Et scito q dimittere extremitates suspensas, & quietas in frigore ne moueantur,& vt non exercitẽtur, est ex maioribus causis quæ faciunt extremis, vt ea superet frigus. Sunt præterea hominum quidam qui ponũt in aqua frigida,& faciunt vtilitatem: ac si nocumentum ab eis remoueretur, quemadmodum fructibus accidit cõgelatis. Cum enim in aquam proijciuntur frigidam: fiunt quemadmodum si ab eis extraheretur congelatio, & ab eis labitur,& leniuntur,& ęquantur:et si ea igni applicantur,corrũpuntur. Sed quõ fit istud, non est medico necessarium. Cum autem vna extremitas obfuscari cœperit:scalpellanda etiam erit, & sanguis ab ea extrahendus, membro in aqua calida posito,propterea ne aliquid sanguinis in orificijs plagarum congeletur, & non egrediatur:sed egredi dimittatur donec per se restringatur,postea ipsa epithemetur ex bolo armeno, & aceto temperatis,qm̃ hoc eius remouet læsionẽ.

Libro primo,fen tertia,doctrina quinta. Cap.7.

De conseruando iter agentem à nocumentis aquarum diuersarum.

c* vase terreo multũ resudante
d* declarauimus
e. clarificat:

AQuarum diuersitas iter agentem ad ægritudines magis perducit,q̃ nutrientium diuersitas. Ex hoc solicitudo est habenda, & res aquæ corrigenda. De eius autem emendatione est,vt vehementer coletur,& fiat vt à [c] (resudante corpore,multum per resudationem) egrediatur:ipsam quoq; coquere, quemadmodũ [d] (iam in hoc demonstrauimus) causam, eam quãdoq; [e] (colat:)& inter puræ aquæ substantiam, & id quod ei admiscetur,separationem facit. Et maius hoc toto est,ipsam sublimando distillare. Est etiam cum ex lana retorta fit lychinium, cuius vna extremitas in vas plenum ponitur, altera in vas vacuum,& guttatim aqua ad vacuum dilabitur,& est clarificandi modus idoneus: & proprie cum multoties factũ fuerit: similiter quoq; cum aqua amara,& mala coquetur: & proijcitur in ea dum ipsa bullit, lutum liberum, [f] (& guttatim distillabitur cum lana ad modum primæ. Et similiter etiam cum aquæ purę admiscebitur lutum liberum) in quo non existit mala qualitas,& proprie quod in sole fuit adustum, & postea colabitur,erit ex eo, quod eius prohibet malitiam. Aquam quoque cum vino bibere est ex eo,quod eius [g] (remouet) malitiam, cum ipsius malitia fuerit ex genere paucę penetrationis. Aqua etiam cum pauca fuerit, & non inuenietur temperata, cum aceto erit bibenda,&

f. & frustũ magnũ lanæ, deinde exprimat aqua, & q̃ experimitur ẽ melior q̃ prima. Et fiĩt cũ aqua ꝯquassac in vase,& quãdoq; ponit in ea lutum liberum
g. frangit

D proprie in æstate: quoniam hoc à multo excusat potu. Aqua prætérea salsa cum aceto est bibenda,& syrupo acetoso,in quam siliquæ, & myrti grana sunt proijcienda,& [h] (sorbæ.) Et post aluminosam quidem aquam, & ponticam bibendum est totum illud quod naturam [i] (soluit.) Vinum quoq; est ex eo,quod post ipsam potatum, confert. Super amaram quoque aquam exhibenda sunt dulcia,& vnctuosa,& ipsa cum iuleb est miscenda,& [k] (ante ipsam aqua cicerum est bibẽda,& antequam voluntas adsit remouebitur eius impedimentum.) & similiter comedere cicera. Ante vero aquam stantem, & palustrem, in qua existit putrefactio,non sunt gustanda nutrientia calida: supra quam styptica sunt exhibenda ex fructibus frigidis,& [l] (micla,) sicut cydonia & matiana & [m] (acetula.) Sup aquas quoque grossas & turbidas, vtendum est allijs. Et ex eo etiam,quod eas clarificat,est alumen iameni. Ex eis quoque quæ diuersarum aquarum remouent malitiam, sunt cepę,quoniam sunt vt theriaca huius,& proprie cepę cum aceto, & allia etiam. Et ex rebus frigidis, sunt lactucæ. Amplius ex regimine viatorum conueniente in diuersitate aquarum, est vt ex aqua suæ terræ ferat,& cum aqua misceat terræ in qua prius hospitabitur,& ferat ex aqua cuiusque hospitij ad hospitiũ,quod est post ipsum,& admisceat eam cum sua aqua,& ita faciat donec perueniat vbi vult:& similiter si ex luto suæ terræ sumpserit, & cum omni aqua ad quam peruenerit, admiscuerit,& ipsum in ea conquassauerit, & eam dimiserit quousque clarificetur. Aqua præterea panno interposito bibenda est, ne sanguisuga cũ errore ingrediatur,& ne quod ex malis permistionibus vehementer est minutum, transgluttiat. Ex rob quoque acetosis secum deferre, vt ea cum vnaquaque diuersarum aquarum misceat, est regimen conueniens.

h. zarur.
i. lenit
k* aqua cicerum bibita añ ipsã, & añ illã q̃ ei sitiatur ẽ ex his q̃ remouent eĩ nocumentum.
l* oleribus
m. ribes

Libro primo, fen quarta. Cap. 2.

De ægritudinibus malitiæ complexionis.

Et debes scire quòd infrigidatio quandoque siccitati coniungitur, & quandoque humiditati,& quandoque ab vtrisque separatur: veruntamen siccitas magis fit [n] (mansiua cum frigiditate, quæ senuit:)& humiditas est magis adducens frigiditatem, quę [o] (accidit.) Et iam quidem oẽs caloris causæ,cum superfluunt, in exiccando iuuant:& quandoq; etiam omnes frigiditatis causæ,cum superfluę fuerint, in humectando iuuãt. Et nulla quidem res ad hoc tantum peruenit, quantum ociositas,& assidua balneatio quæ est facilis [p] ( )in tina.

n. ꝯfirmã frigiditatẽ, q̃ iam acciderit:
o* accidet.
p* seu lenis, & balneari

Libro

Libro primo, fen quarta. Cap. 5.

De purgatione.

Ex causa præterea timorosa est, vt medicina vētris solutiua sumatur fæce in intestinis existente sicca, immo expellenda est, saltem cum clystери, aut iure [a] (mollificatiuo.) Balneum quoq; ingredi antequā ventris solutio fiat aliquantis diebus, est ex eis quæ [b] ( )bene preparāt, nisi aliquid prohibuerit. Et oportet quidem vt inter balneum & haustum medicinæ, paruum interueniat tempus. Post medicinā quoque non ingrediatur quis balneum, quoniam trahit materiam ad exteriora, & neque est bonum nisi ad ventrem constringendum, præterquam in hyeme, quia non est timendum primam balnei casam ingredi tali modo, ne calor sit vllo modo impediens ad attrahēdum, sed sit ad mollificandum. Et ad vltimū oportet vt aer illius, qui pharmaciam bibit, sit caliditatis paucæ, ne sudorem faciat, neque [c] (turbationem,) quoniam hoc est ex præparatorijs. Fricatio quoq;, & ex oleis inungi, est similiter ex præparatorijs.

a* lubricatiuo.

b. subtiliāt &

c. angustiā,

Eodem. Cap. 5.

De pharmacia.

Multoties quoq; ex haustu medicinæ peruenitur ad nauseam, & angustiam, & syncopin, & tremorem cordis, & ventris mordicationem, & proprie cum solutionem non fecerit aut [d] (sudorem:) multoties [e] (præterea) est nobis necessariū, vt eum faciamus vomere: & multoties excusāt nos ab hoc dare ei [f] (retentiua.) Et facere vt aquā hordei bibat [g] (quatenus venter soluatur, & medicinæ malitia remoueatur, & quod in intestinis retentum fuit lauetur.) Ille vero cuius complexio fuerit frigida, & super alios humores habuerit phlegma superabundans, debet sumere post medicinam, & ipsius operationem, nasturtium aqua calida ablutum cum oleo. Et qui calidæ fuerit complexionis, psyllium bibat cum aqua frigida, & oleo violaceo, & zuccarum tabarzet, aut iuleb. Et ille quidem qui temperatæ est complexionis, semen lini. Ei autem qui excoriationem timuerit intestinorum, bolus armenus cum succo granati detur. [h] (Sumere etiam debet quicquid diximus post fluxum vētris etsi non ipsum retinebit.) Omni præterea pharmaciam bibēti, cui postea aduenit febris, melior est aqua hordei. Syrupus vero acetosus, est excoriatiuus: & ideo tardandus est vsq; ad duos dies, aut tres donec in itestinis virtus sua redeat. Ille quoque qui medicinam bibit, secūda die est balneū intraturus. Et si ex humoribus ipsius aliquid fuerit relictum, balneum ipsum mundare poterit.

d. fuerit impediens: Alia lfa * ad sudorem,

e* ppterea

f. styptica

g. post solutionem vētris expellit malitiā solutiuæ medicinæ: & lauat qđ i meatib[us] seu i intestinis retentū fuerit. Alia lfa & lauat qđ trāseūdo in meatibus adhærens fuerit.

h* & oportet vt hmōi vel silia eis q̄ diximus administrētur post solutionē vētris, & si nō retinebunt ipsam. i. solutionem.

A Nam si videris q̄ balneum sit ei sapidum, & in ipso delectetur, erit hoc signum q̄ balneum ipsum ab eo quod relictum est, mundificat. Ipsum ergo in eo dimitte: q̄ si inueneris, q̄ in ipso non delectetur, immo in ea æstuationem patiatur, expelle eum. Scias præterea q̄ ei, qui intestinorum patitur debilitatem, plerunq; ex medicinis ventrem soluentibus aduenit ventris solutio fortis, & prolongabitur ei res, & multis indigebit medicinis donec retineatur. in senibus etiam similiter timetur ex ventris solutione, ipsius nocumentum. Et scito q̄ ex potu [i] (nabit) post medicinas vētris solutiuas ad febres peruenitur, & ad æstuationem. Post solutionem quoq; ventris, & minutionem, multoties in hepate aduenit dolor, quem aquæ calidæ potus remouet.

i. nebit

Libro primo, fen quarta. Cap. 7.

B *De modo succurrendi dispositioni eius, in quo superfluit ventris purgatio.*

INanitio) [k] superfluit aut propter venarū debilitatem, aut propter orificiorum ipsarū amplitudinem, aut propterea q̄ pharmacia earum pūgit orificia, aut propterea q̄ ex ea complexionis malitia corpori acq̄sita fuerit, [l] (aut ex ea quæ est sicut ipsa.) Cum ergo ventris purgatio superfluit, liga extrema superius, & inferius, incipiens ab ascellis & inguinibus descēdendo ab eis. [m] ( )& in potu parum theriacæ, aut philonij tribue. & si poteris, fac ipsum sudare in balneo, aut vapore aquæ calidæ sub pannis suis, capite externus tracto, cumq; multum sudauerit [n] (constrictiua ad potandum da ei, & fricetur.)

k. Solō ventris

l* aut ex eo quod curerit cursu eius. Alia lfa aut ex eo qđ currit.

m. ambobus,

Alia lfa n. fricet, & dent ei i potu constrictiua.

Libro primo, fen quarta. Cap. 11.

De vomitu.

C Foca quoq; cum bibita fuerit cum melle post balneum, faciet vomere, & soluet ventrem. Amplius qui vomere voluerit, non fortiter masticare debet prope ipsum. Cum autem aliquis forte vult vomitiuum sumere, sicut qui fit ex elleboro, ipsum bibere debet ieiunus, nisi fuerit quod prohibeat, & post duas horas diei, & postq̄ stercus ab intestinis exierit. Et si cum pēna vomuerit, bene erit: & si non moueatur parumper: & si non, in balneum mittatur.

Libro primo, fen quarta. Cap. 12.

De eo quod agere debet ille qui vomit.

CVm ille qui vomuerit, à suo vomitu euaserit, os suum, & faciem post vomitum abluere debet, ex aceto aqua temperato, vt grauitas quæ quandoque capiti accidit remoueatur, & parum masticis cum aqua matianorum bibat: & caueat sibi à comestione, & potu aquæ, & diu quiescat, & ipsius inungantur hypochon-

dria,& ingrediatur balneum,& abluat se velociter,& egrediatur. & si necessariũ ei fuerit dare aliquid ad comedendum,sit res boni saporis,& bonæ substantiæ,& velocis digestionis.

Libro primo sen quarta. Cap. 17.

De enemate.

Et clysterizandi hora melior est cum est aeris frigiditas,[a](quoniam sequetur inde,ne augmẽtetur grauitas,& dolor,& æstuatio,& nausea.) Balneum præterea solet facere[b](vt ebulliant) humores & spargantur. Clysteris quoq; conditio est vt aerem,& humores retentos attrahat. Et propter hoc secundum plurimum nõ est bonum,vt balneum enemati pręmittas.

a. & est horis duabus frigidiori-bus,vt minoretur angustia,& ęstuatio,& syncopis. b. vt cõmoueantur.

Libro primo sen quarta. Cap. 20.

De phlebotomia.

Tibi quoq; cauere debes à minutione in complexione vehementis frigiditatis,& in regionibus fortis frigiditatis,& in hora fortis doloris:& post balneum resolutiuum,& post coitum:& in ætate quæ est minor. xiiij. annis quanto plus poteris:& in ętate senum quanto magis poteris, nisi in figura confisus fueris,& in soliditate musculorum,& venarum amplitudine,& earũ repletione,& colorũ rubedine:hos nanq; ex adolescentibus,& senibus phlebotomare audebis.

Ibidem.

Balneatio quoq;,antequam minutio fiat, plerunq;[c](aggrauat minutionem,)propterea φ cutem ingrossat,& eam lenificat,& ad labendum aptam efficit,nisi phlebotomandus multam sanguinis habuerit grossitiem. Et oportet ne phlebotomatus in se replendo sit audax,sed secundũ ordinem nutriatur,& cibum primitus subtiliet. Et similiter oportet ne post ipsam exercitetur, sed declinet ad hoc, vt supinus iaceat:neq; post eam balneo vtatur resolutionem faciente.

c. difficilẽ facit phlebotomiam

Ibidem.

Dicemus ergo quod ex venis pedis,est sciatica,quæ phlebotomatur à parte syluestri[d](alcabi,)aut sub eo,aut supra ipsum:& ligatur illud quod est supra ipsum à summitate coxę, vsq; ad cabi,& inuoluitur fascia fortiter,aut instita.Et melius quidem est vt ante balneetur in aqua calida:& vt ipsa in longitudine phlebotometur. Quod si ipsa fuerit occulta,aliquis suorũ ramorum phlebotometur,qui inter minimum & secundum digitum ab eo existit.

d. alchab *Et sic vbi que legatur.*

Libro primo sen quarta. Cap. 21.

De ventosis.

Quidam autẽ præcipiunt vt ventosæ in principio mensis non apponantur,quoniam humores nondum[e](moti fuerunt,neq; ebullierunt) D neq; in fine mẽsis,quoniam humores tunc sunt minuti:sed in medio mensis cum humores sunt[f](ebullientes,)& in sui augmento,luminis in corpore lunæ augmentum sequentes:& augmẽtatur cerebrum in craneis:& aqua in fluminibus accessionem & recessionem habentibus.Ex suis vero horis in die,melior est hora secunda & tertia:& oportet quidem vt à ventosis sibi quilibet caueat post balneum,nisi cuius sanguis fuerit grossus:quoniam ipse se prius balneari debet, & vna hora morari,& postea ventosas apponere.Plurimi autem hominum abhorrent ventosas in anterioribus capitis apponere:et reperiunt in hoc sensum,& intellectum impediri.

e. commoti fuerũt,neq; excitati

f. cõmoti,

Libro primo sen quarta. Cap. 28.

De corruptis membris.

Cumq; vlcus in principio[g]( )fuerit, E non debet æger balneum ingredi: neque ipsum aqua tãgere calida, quoniam attrahet ad ipsum, quod in apostemate augmẽtum faciet:sed cum vlcus quieuerit,& saniem fecerit, fortasse tunc facile fiet ei. Omne præterea vlcus quod cito reuertitur,postquam carne repletum est,& consolidari debet,est in semita perueniendi ad fistulã: debes ergo semper intueri colorem saniei,& colorem laborũ vlceris:& si pus multiplicabitur sine multiplicatione nutrimẽti[h](est ibi alfase,

g. & augmẽto

h. tunc illud est pp digestionẽ. Loquamur autem nũc de curatiõe alfasch,

Libro tertio sen prima tract.2. Cap. 10.

De soda temporali.

Ego autem dico,quod quãdoq; effundimus aquã calidã super extremitates patientis soda,& assiduamus illud,& sentit quod soda ex capite ad eius extrema descendit,cum qua descensione resoluitur.

F *Libro tertio sen prima tract.secundo. Cap.19.*

De soda ex vaporibus.

Cum ergo senseris,φ in materia vaporosa sit caliditatis superfluitas per id quod inuenitur de signis caliditatis,alienabis[i](subtiliantia) multæ calefactionis vehementer,sicut euphorbium,& reliqua:Immo incipies primo attrahere ad contrarium,& purgare cum gargarismis,& administrabis embrochas temperatas in balneo.

i. resoluentia

Ibidem. Cap. 21.

De cura sodæ contingentis ex vaporibus malis aduenientibus capiti exterius.

Et similiter sunt curæ vaporum malorum extrinsecus aduenientium:&[k](quandoq; sunt frigidi,raro tamen,)sicut vapores locorum[l](almutakaregi) limosorum:secundum plurimum vero sunt calidi:quos quidem resolue cum embrochis tẽperatis, si ex eis plurimum retineatur:& imaginetur scotomiam,& vertiginem: & naribus

k. non sunt frigidi nisi raro, l. almethacharegie

& naribus attrahantur odores temperati boni, sicut [a] (rosæ & olei)eius,& nenufaris,& violæ. Quod si vehemens sentitur caliditas, camphora,& sandali:& administretur ablutio capitis in balneo cum aqua calida,& malua.

Alia lfa. a* aqua rosata & olei

Ibidem de soda ex ebrietate. Cap. 24.

Cumq; parum feceris eos ambulare, administra eis tinam,& balneum: deinde ad vltimum oportet vt eos infundas cum embrocis æqualis resolutionis,& cibes eos carnibus leuibus.

Ibidem. Cap. 26. De soda ab ictu.

Et oportet,vt caueantur balneum,& vinum, & ira,& cibi vaporosi,& calefacientes.

Ibidem. Cap. 29. De soda in febribus.

Et quandoque remanet soda post febrem,& post ægritudines acutas. Et ipsius quidem cura est infrigidatio ciborum,& eorum humectatio, et confortatio capitis ex oleo rosa. cum chamæmelino: vt effundatur super vtrasque manus,& vtrosque pedes aqua calida bis in die mane & sero:& inungatur cum oleo viol. deinde iuuetur cum [b] (extinguentibus) quando apparet declinatio manifesta.

Alia lfa. b. subtiliatiuis

Ibidem. Cap. 38. De hemicraneæ curatione.

Et ex eis,quibus iuuantur,est vt incipiant,& ingrediantur balneum,& multiplicent inclinationes super aquam calidam: deinde fiat eis caputpurgium ex oleo fisticino: illud enim sopit dolorem illico.

Libro tertio,fen prima,tract.a.iij. Cap. 3.
De curatione carabiti.

Cum vis autem eos balneare,balnea ipsos in aquis [c] (sapidis)balneationibus [d] (lenibus,)vt facias eos dormire:nam in dormitione eorũ consistit iuuamentum plurimum.

c. dulcibus d* leuibus

Libro tertio, fen prima, tractatu quarto.
De vigilijs.

Et quandoque oportet vt in potu tribuamus habenti saharam superfluam,virtutis cuius timetur resolutio,cerataria,& similia ex opio, vt faciat ipsum dormire. Ei vero qui nõ habet saharam cum huiusmodi superfluitate,sufficit vt laboret & exercitetur & balneetur,deinde ante cibum bibat [e] (aliquantulum vini,)& comedat cibum quoniam dormiet,in hora.

e. aliqd qđ inducit sedar.

Libro tertio,fen prima,tractatu quarto. Cap.14.
De cura corruptæ memoriæ.

ILla autem quæ [f] (separata est à caliditate & siccitate,)est facilioris curæ. Et huiusmodi quidem cura est cum eo quod dictũ est multoties. In ea vero quæ facta est à siccitate [g] (nuda,oportet ægrum nutriri ex cibis humectantibus temperatis. Et vt administres exercitium partium ca

Alia lfa. f. associat calitati & siccitati,

Alia lfa. g* & frigiditate

A pitis cum fricatione,& compressione facta cum pannis asperis,& motionem manuum et pedum. Et vniuersaliter exercitium quod non sit forte: sed sit secundum quantitatem qua fiat fames,& [h] (proueniat ad augmentum cibi,& quietem & somnum & balneũ & calefactionem) cum emplastris calefacientibus notis,quorum rememorationẽ non iteramus. Et cum ventosis super caput absq; scarificatione. Et cum medicinis rubificantibus:et fortasse necesse erit vt [i] (plurimum sit posterius,vbi collũ iungitur craneo.) Et administrentur aquæ in quibus cocta sint chamæmilla,& melilotum & pedes caprarũ: & ex oleis oleum de lilio,& narciso,& keiri.

h. exquiratur,vel necessariũ sit augmentũ in cibo & trãquillitas vel quies & somnus & balneũ, & calefaciat i. ponantur duo cauteria posteri* alchafa.

Libro tertio,fen prima,tractatu quarto. Cap.19.
De melancholia.

B Et sumat cibos laudabilis chymi humectatiuos valde. Et [k] (fiat augmentum in hoc vt corpus eius tenerescat)cum cibis conuenientibus et balneo [l] (ante) cibum. Et effundatur super caput ipsius aqua tepida non vehementis caliditatis. Cumq; ex balneo egreditur, si parũ sitis habet, non est malum,si parum aquæ potet.

k* regat,vt pinguefcat corpus ei* l* post. Alia lfa. ante

Ibidem.

Oportet ergo vt in aqua tepida sedeant,& cibẽtur pane infuso in iuleb,& pauco vino: & detur eis in potu aqua mista. Deinde dormiant,& post ipsum balneentur: deinde cibentur,cum egrediuntur.

Libro tertio,fen prima,tractatu quinto. Cap.11.
De epilepsia.

Et ex rebus quidẽ eis nocibilioribus est [m] (potus)successione balnei,& frigus repẽtinum. Immo oportet vt caput muniatur ab omni calore C superfluo:aut à frigore superfluo:& in balneo non faciat moram.

Alia lfa. m. vinum

Ibidem.

Et deuitet ablutionem cum aqua penitus:cum calida quidem propter illud quod in ea est [n] (de lassitate,)& cum frigida,propterea φ stupefacit, & nocet spiritui sensibili.

n* laxitate

Libro tertio, fen prima, tractatu quinto.
De apoplexia.

Et fiant post illud super caput ipsius,& membra,vaporationes calefacientes & embrochæ factæ ex aquis in quibus coctæ sunt herbæ calefacientes,sicut anethum,& sceha,& amaracum, & folia citri,& calamenthũ,& alhasce,& hyssopus,& melilotum,& origanum,& abrotanum.

Ibidem.

Deinde fac eos balneari post tres hebdomadas. Et vnge eos in die balnei cum oleis calefacientibus.

Libro

Libro tertio, fen secunda, tractatus vnici. Cap. 4. D

De curatione paralyseos.

Paralytici iuuantur balneo longo, sicco, aut balneis. *Ibidem.*

Paralysis in complexione frigida curatur calefacientibus, & in illa quæ est ex intemperie ob aquæ multæ copiam, vtere balneo multo sicco.

Libro tertio, fen secunda, tractatu vnico. Cap. 7.

De curatione spasmi.

Si est à siccitate, cura conuenientior est tina, & inunctio ex oleo humido post ipsam & eius iteratio post ipsam multoties. & illud cum non est cum febre, vbi non intermittitur omnino, & assidue fac illud in omnibus iuncturis. si autem potest fieri vt tina fiat, ex lacte fiat. & si non, ex aquis vbi cocta sint folia salicis, & hordeum fractũ, viola, nenuphar, cucurbita, citreoli. vel fiat tina tota ex succo cucurbitæ vel cucumeris. vel totum sit illud ex aqua ros. in qua decoctũ sit aliquid horum, aut aqua melonis indi vel similia.

Ibidem.

Si est ab humiditate. fiat submersio in aquis thermarum & sessio in pellibus vulpium & luporum. sessio in aquis in quibus decoctæ sint medicinæ subtiles vt abrotanum, folia iunci, calamus aromaticus, folia lauri & non sit longitudo spacij moræ in tina propter mollificationem virtutis. pone multitudinem numeri loco longitudinis spacij, & fac ipsum sedere bis in die. Iuuat spasmum communem seu tetanum à materia, si subito in aqua frigida demergatur, Hippocrate teste. nam corporis exteriora inspissantur, & innatus calor in interioribus clauditur. quare confortatur & resoluit materiam. sed id fiat in fortibus & æstate.

Ibidem.

In spasmo toti corpori cõmuni balneum siccũ mire iuuat. & inclinentur super lapides ignitos, super quos aspergatur vinum, & sudent cum cooperimentis.

Libro tertio, fen secunda.

De curatione tetani.

Sedeat æger ĩ oleo calfacto, quĩ fortiter resoluit.

Ibidem de tremore.

Balneum in aquis maris & balnea thermarũ vt nitrea & ex arsenico, & aspaltho, & sulfure & aqua maris, iuuant.

Item.

Sedeat æger in tina olei calfacti.

Libro tertio, fen tertia, tractatu primo. Cap. 5.

De conseruantibus & lædentibus oculos.

Abstergit oculum & acuit submersio in aqua clara, & apertio oculi in ipsa.

Libro tertio, fen tertia. De ophthalmia.

Et administra balneũ si scieris, ꝙ cerebrum sit mundũ. Et da in potu post cibum per aliquas horas aliquid vini antiqui puri in parua quantitate: nam balneum post ipsum in aqua calida, & vaporatio si fiat, erit illud iuuamen. Et administratio etiam collyriorum narratorum in antidotario ad [a] (descensionẽ) ophthalmiæ, & finem eius. Quod si materia fuerit sanguinea, adhibebis ventosas post phlebotomiam: & assiduabis fricationem extremitatum, & constrictionem earum plus q̃ in alijs: & administrabis in principio rei succos prædictos, deinde admiscebis ei medullam panis: postea infunde panem illum in rob, & permiscebis in ipso: & fortasse oportebit vt permisceas cum illo parumper opij, si fortis fiat dolor. Quod si materia fuerit cholerica, eua-
E cuabis post phlebotomiam cum eo quod educit choleram. Et administrabis balneũ ex aqua dulci. Et quandoq; conueniens erit effundere aquã frigidam ei super caput & oculum. Et quandoq; lauatur facies ex aqua frigida cui admiscetur parum aceti, & confert.

Libro tertio, fen tertia. Cap. 13.

De cura ophthalmiæ ventosæ.

Ophthalmia autem ventosa curatur cum embrochis, & vaporatiõibus, & balneis. Et vaporatio quidem ex milijs est iuuantior vaporationum, quæ fiunt ei.

Libro tertio, fen tertia. De vlceribus oculi.

Et non clamet nec sternutet, quantum possibile est, neq; ingrediatur balneum, nisi post maturationem ægritudinis: si autem ingrediatur necessarium est ei vt nõ prolonget moram: [b] (&
F intendat) in mũdificando caput, [c] (& stomachũ) cum euacuatiuis trahentibus ad inferiora.

Libro tertio, fen tertia. cap. 7.

De cura rupturæ corneæ.

Cum perseuerat in via generationis eius, cura est cura vlcerum & bothor, secũdum ꝙ diximus: ꝙ indigent mũdificatione corporis, qualiscunq; sit ægritudo, euacuando per phlebotomiam, & solutionem. Et post euacuationem, administretur balneũ ex aqua dulci: & proprie quando est in complexione acuitas præter quod moretur ĩ aere balnei nisi parum. Et neq; etiam multiplicet submersionem capitis sui in aqua fontis: siue sit calida, siue sit frigida.

Libro tertio, fen tertia. cap. 18.

De cura albuginis oculi.

Ei quidem quæ subtilis est, & quæ in corporibus euenit teneris, oportet vt assiduetur vaporatio cum aquis calidis, & balneis in aqua calida.

a. declinationem

b. et sit fundamentum seu radix curæ

c. ——

Alia sta. a. lambitio b cũ lingua super eam

calida. Deinde administretur [a](fricatio) [b]( )semper. Et quandoq; confert ei succus florum papaueris rufi,& succus cẽtaureæ minoris. Et iterum venarum pars vna,& ameos duæ tertiæ partis vnius, fiat ex eis puluis. Et fortius eo est,vt sumantur sarcocolla,zuccarum tabarzet, spuma maris,aristol.& baurac,& fiant cum eis alcohol. Et ex eis quæ conferunt sunt alcohol [c](astumecton,& alcohol alubar forte,& astaticon,& targamaticam.)In chronica vero grossa, & frigida in corporibus grossis,oportet vt administretur lenificatio albuginis cum vaporationibus,& lenificationibus,& balneationibus prædictis:& sint collyria prędicta quibus fit alcohol dissoluta in aqua acori:aut in aqua salis gemmæ fricati,& fiant cum eis alcohol in balneo. Et si non profecerint balnea, administretur alcohol cum alkitram cum ære vsto,ex quibus fiat collyrium. Et etiam collyrium de cornibus cerui. Et etiam alcohol ex stercore lacerti solo: aut cum masacumia:aut ære adusto:aut cum sale gemma torrefacto.

c. astamachũ & alcohol alabar forte, & astafethicũ, & tharchamathichun

Libro tertio, fen tertia. De altarfati.

Et reclinatio fiat super aquam ĩ qua decocta sunt hyssopum,& origanum,& vaporetur ex ea sola:aut cum aceto in quo decoquútur cinis aut menta:aut infusione olibani cum aloe: aut cum aqua croci syluestris:aut infusione croci: aut decoctione chamæmillæ & meliloti:aut succo eorum:aut decoctione foliorum caulis:& fiat emplastrum ex folijs caulis decoctis & contritis.

Libro tertio, fen tertia. De lacrymis oculorum.

Et ex eis quæ experta sunt in ipsis est ingredi balneum in ieiuno,& morari in ipso,& distillare acetum,& aquam in oculum multoties. Ille vero quę sunt natiuę recipiunt curã difficiliter.

Libro tertio, fen tertia, tractatu tertio. cap. 2.

De pediculis in palpebris.

INcipe à mundificatione corporis,& capitis, & partis oculi cum eo quod sciuisti: & proprie cum gargarismate facto ex aceto & sinapi: & administretur ablutio oculi,& embrochatio ipsius ex aqua maris,et aquis salsis,et sulfureis.

Ibidem.

De cura grossitiei palpebrarum. cap. 4.

IN recenti quidem cõfert facere emplastrum ex lentibus decoctis cũ aqua ro.& facere emplastrum de portulaca,& endiuia cum oleo ros. & albumine oui,& administretur totum illud nocte:& ingrediatur balneum post ipsam. Aut sumantur lentes excorticatæ,& sumac,& pulpa granatorum,& rosæ:& conficiatur illud totum cum alrob in nocte,& balneetur mane. Et assi-

A duatio balnei est ex rebus magis conferentibus ei. In antiqua vero & chronica, oportet vt crura ventosentur,& phlebotomentur venæ frontis, & administretur assiduatio balnei.

De cura gessæ palpebrarum. Cap. 6.

OPortet vt assiduet vaporationem oculi cum spongia infusa in aqua tepida: & assidue vtatur balneo cum aqua dulci ęquali:& ponat super oculum apud somnum albumen oui conquassatum cum oleo ro.& assidue faciat[d](su dare)caput cũ humectatiuis,& oleis, & embrochis,& caputpurgijs humectantibus cum oleo viol.& nenufarino,& reliquis.

d. inungere seu embrochare

Ibidem.

De grossitudine palpebrarum. Cap. 7.

ÆGritudo est sequens scabiem:& qñq; faciunt ipsam possidere linimenta frigida

B super[e](oculum),& eius cura est alcohol factum ex lapide lazuli,& lapide armeno: & ex nucleis dactylorum adustis,& spicis duabus,& administratio balnei assidua,& alienatio vini: quandoq; vero fricatur plurimum cum radio,& collyrio rubeo leni: sed fricatio cum zucca, quandoque excitat & attrahit.

e. palpebrã

Libro tertio, fen tertia, tractatu quarto.

De debilitate visus.

Et ingredi aquam claram viridẽ,& submergi in ea,& aperire ambos oculos in ea secũdum quantitatem qua possibile est,est ex eis quæ seruant sanitatem oculi, et confortant ipsum: & proprie in iuuentute.

Ibidem.

Et balneum nocet.& somnus superfluus nocet.& fletus vehemens.& multitudo phleboto

C miæ:et proprie [f](cum ventosis continuis.)

f. vẽtositio cõtinuata, seu freqns.

Libro tertio, fen. iij. De nocumento auditus.

Et facti causa siccitatis cura, est adherere balneo,et cibo,et vino humectatiuo,et effusio olei æqualis,et aquę tepidæ super caput,et caputpurgium cum eis quę sunt sicut oleũ nenufarinũ, et de [g](salicibus,et de semine cucurbitę, et alijs.

g. kecũ

Libro tertio, fen quarta. Cap. 55.

De cura sordis & oppilationis factæ[h]( )*in aure.*

h. ab ipsa

CVra quidem eius leuis est vt distilletur in eam oleum amygdalinũ de amaris montanis,proprie in nocte,et patiẽs ingrediatur balneum,et ponat aurem super terram calidam vt liquefiat fordes.

Libro. iij. fen. 5. De cura leui fluxus sanguinis.

Et oportet vt[i](administretur embrocha multum)cum aqua frigida. Et qñq; necessarium est vt sedeat homo in aqua frigida infrigidata cum niue, donec viridia fiant eius membra. Et qñq; necessarium

i. administretur ẽm brochę plurimæ

necessarium est vt caput eis gypsetur cũ gypso infuso ĩ aqua:aut gypso infuso in aceto. Et vt effundantur super caput ipsius aquæ infrigidatæ cum niue donec [a](stupefiat.)

a. Alia litera infrigidetur vehementer.

Libro tertio fen quinta. De curatione coryzæ.

Oppositio autem causæ efficiẽtis, calidę quidem est vt sit solicitus in infrigidando caput cũ eo quod est infrigidans, frigidum potentia, sicut introitus balnei dulcis omni mane cum est ieiunus. Et effusio aquę super extremitates, & inunctio capitis, & extremitatum, & suminis, & ani, & testiculorũ, & quæ sunt in circuitu eorum cũ oleo violato. Et embrochę administratio factę ex hordeo, & papauere, et violis, et chamęmilla, & effusio fortiter infrigidãtiũ actu super caput, & declinatio cum cibis ad illud quod alleuiat, & infrigidat, & humectat: & administratio [b](mellis rosᷓ.) omni die. Sed frigidæ est solicitudo, cum incipit commotio, & sternutatio, in calefaciendo caput, & vaporãdo ipsum cum pãno calefacto vsquequo sentiat calorem iam peruenisse ad cerebrum, & conseruando caput secundum illam [c](summam.) Et quandoq; necessarium est vt fiat vaporatio cum sale & milijs. Et quãdoq; fit vaporatio cum aquis calidis in fine, quo possibile est eas tolerare. [d](.) Et administrentur in ea embrochæ maturatiuæ, resolutiuæ.

b* gelengibin. i. zucari rosati

c. dispositionem

d. ex calefactione.

Ibidem.

Et oportet in hoc catarrho: vt non ingrediatur balneum ante maturationem: immo administrentur vaporationes siccæ.

Libro tertio fen decimatract. 1. Cap. 32.

De anhelitu balnei.

ANhelitus quidẽ balneati aqua calida, magnificatur propter necessitatem, & propter lenitatem instrumenti, & fit velox, & frequens propter necessitatem. Balneati vero frigida, res est econuerso.

Libro tertio fen decima. De doloribus pectoris.

Quandoq; autem cõfert embrochatio lateris cum aqua tepida, vt alleuietur dolor, & minoretur frequentia anhelitus: quoniam est nociua secundum q̃ iam sciuisti. Et post declinationem manifestam administra balneum: & aliena infrigidationem [e]( ) nisi in eis quę sunt de genere choleræ rubeæ.

e. vehementem,

Libro tertio fen. 12. De syncope.

Et balneum quidem conueniens est ei cui accidit syncope ex diarrhœa, & cholerica passione. Et si accidit syncope propter fluxum sanguinis, est nociuum valde. Et similiter si accidat propter sudorem plurimum. Et balneũ etiam est cõ

D ueniens ei qui inuenit ex vomitibus inflammationem in ore stomachi.

Ibidem. De casu virtutis.

Et vtatur balneo post euacuationem, & inungatur oleis viuificantibus calorem innatũ, subtiliantibus. Deinde vtatur post balneum vino puro, & syrupo de melle, & syrupo de absinthio, & similibus illis.

Libro tertio fen decimatertia. Cap. 29.

De cura malæ complexionis siccæ, & de hectica stomachi.

HOrum curatio curationi hecticæ proxima existit. Hæc enim ægritudo est quædam hectica stomachi. Cum ergo confirmatur, curationem omnino non suscipit, & neque est possibile vt occupatio sit ad humectandũ ipsum solummodo, immo humectatio eius non fit nisi

E cum cõmunitate corporis. Et ex humectatione igitur istorum, est eorũ balneatio, & sessio ipsorum in tina, & eorum iteratio ad balneum secũdum summam siccitatis. Et quandoq; necessarium facit superfluitas siccitatis, quæ est in eis, vt non concedatur eis ambulatio ad balneum, & recessus ab eo, immo deferantur ad ipsum, & ab eo, super [f](aliquid, quod conseruet,) ne resoluat eos motus, & ne resudet illud quod sumpserunt ex tina. Et quoniam balneum est mollificatiuum virtutis, tunc oportet ne approximet ei, quod resoluat, & duplicetur illud. Et oportet vt sit balneatio eorum, submersio ipsorum in tina, & non est ei necessarius aer balnei. Et oportet vt sit aqua tinæ temperata. s. inter illam ex qua fit horripilatio, & inter mordicantem. Et ad vltimum oportet vt nõ patiatur ab ea, immo

f * mahafa

F delectet, & humectet ipsum, & amplificet poros. Et oportet vt sit spatium balneationis eius vsque dum [g](perseuerat) & inflatur, & augmẽtatur corpus eius, antequam incipiat detumescere. Et oportet vt cum de balneo egreditur, quiescat paululum, deinde in potu sumat ex lactibus subtilibus, aut lac muliebre, aut lac asininum, aut lac caprinum. Et melius ex eo est, vt sit suctũ ex mãmilla, aut afferatur lac hora, qua mulgetur, & bibat ipsum antequam patiatur ab aere omnino. Et vt sit illud, cuius lac bibitur, iam cibatum tanta quantitate, quantum digerat, & sit vsum exercitio ante ipsum ęquali, & vt non [h](sit suctum,) & si est animal præter hominẽ cognoscitur bonitas digestionis eius, aut malitia ipsius per fœtorem stercoris eius, aut priuationẽ ipsius à fœtore: & ęqualitatem eius aut humiditatem ipsius aut ipsius exiccationem, aut eius superfluitatem in vna earum: Aut per eius æqualitatem, aut

g. tumescat

h * fugat aliud

aut eius inflationẽ propter ventositatem in ipso. Et vt fricetur cum instrumẽto, & [a] (abstergatur exercitando) ipsum. Deinde expectetur in infrimo digestio eius, quod bibitur de lacte: aut aqua hordei. & scitur illud ex eructuatione eius, & [b] (lenitate) viscerum. Deinde redeatur post. iiij. aut. v. horas, & balneetur. [c] (postea inungantur membra eius cum facilitate, vt exiccetur aquositas effusa in eis.) Si autem fuerit consuetus balneo, balneetur vice tertia: Et si fuerit rectius, vt sit contẽtus duabus vicibus, addatur in horis interpositis inter duas balneationes eius, secũdum q [d] (dicta est eius expositio, vt fit quies integra.)

a commoueatur excitando
b leuitate
Alia litera. c & fricentur mẽbra ei, vt exiccetur aquositas, scilicet superfluanõ naturalis & extrahatur humiditas naturalis
Alia lfa. postea inungantur mẽbra ei cum oleo vt cõspersa vt retineat aquositas imbibita in eis.
d dictũ ẽ, & fac ipsius quiescere quiete integra

Fen tertiadecima, tractatu secundo. Cap. 6.

De cura nauseæ.

Oportet vt administretur vomitus, & leniatur natura cum solutione ventris: & ieiunet, & dimittat cibum quantum potest: Et vt sit contentus minoratione, quando non potest: Et exercitium, & balneũ, & vt sudet facienda sunt, cum nõ est repletio, cuius motus timeatur cum motu. quod si timeatur, administretur quies, & somnus prolixus, deinde gradatim perueniãt ad cibum, & balneum, & [e] (experire de cibo cuius digestio bona sit, & experire) signa bonitatis digestionis prædicta in capitulo suo.

e confidera de cibo cuius digestio sit bona & considera

Fen tertiadecima, tractatu tertio. Cap. 5.

De cura debilitatis digestionis.

Cum fuerit debilitas digestionis accidens à causa leui, aut repletione antecedente nõ plurima, tunc sufficiet in ea longitudo somni, & dimissio exercitij, & vociferationis, & balnei, & administratio vomitus cum aqua tepida, & subtiliatio regiminis. Et quando est plus illa & maior, & sunt post acceptionem cibi mordicatio, & nausea, & eructuatio perueniens ad saporem cibi, oportet vt sumatur in potu aqua tepida multoties, & non cesset iterare, donec euomatur totum illud, quod corruptum est: deinde effundatur super caput eius oleum aliquod, & vaporetur venter eius, & [f] (viscera) cum panno calefacto: & fricentur extremitates eius cũ oleo de oliuis, & oleo ros. & effundatur super ipsas aqua tepida, & [g] (describatur) ei plixitas somni, & prohibeatur ei cibus in die illa: q si in mane surrexerit lętus & fortis, ingrediatur balneũ: & si non redeat ad somnũ, & regimẽ subtiliatiuũ, [h] ( )& dormitationem [i] (paucam, & leuem) tribus diebus continuis, vsquequo conuertatur stomachus eius ad dispositionem suam.

f latera
g pcipiatur
h paucum leue
i. ———

Libro tertio, fen tertiadecima.

De lubricitate, & lenitate stomachi.

Et amatur quidem vt administretur in men- A sebis, & melior horarum vomitus est illa quæ est post balneum, & postquam comedit post ipsum, & impletur.

Fen. xiiij. De cura cachexiæ.

Et clysteria subtiliantia, & resoluentia humiditatem solutione educentia eas, cõferunt in ea valde. Cum ergo euacuantur, tunc illud quo melius curantur, est exercitium temperatum, & minoratio potus aquæ, & balneatio cum aquis de baurach, & sulfuris, & aluminosis: [k] (quod si desunt, tunc fiat cum aqua maris.) Balnea autem dulcia nocent eis, nisi vtãtur eis siccis: & sudent in aere eorum calido.

Alia lfa. k. & q sedeant apud mare

Libro tertio, fen. xiiij. De cura ascitis.

De balneis vero illa, quæ sunt humida, eis sunt horrenda, & illa quæ eis sunt meliora, sunt sicca [l] ( ) sicut [m] (clibanus) calefactus B [n] (postq̃ tolerauerit) infirmus vt ingrediatur ipsum: & proprie habens hyposarcam. Cumq; ingreditur dimittat caput suum extra ad aerem, vt perueniat frigus ad partes cordis, & pulmonis, & infrigidet cor eius. & non magnificetur sitis eius, & resoluatur corpus eius in sudore exuberãte iuuatiuo. Et si fuerint humida cum aquis [o] ( ) thermarum nitrosis, sulfureis, & aluminosis notis exiccatiuis, iuuabitur cum eis valde in statu ægritudinis, & proprie habens hyposarcam: & iterando ingrediatur in ea in die vicibus aliquibus. Et si non cadit virtus eius, & possibile est eis, vt stet in eis per longitudinem diei, faciat. Et huius quidem generis est aqua maris tepida, & calefacta. Verum submersio in frigida [p] ( ) in fine rei, vehementer est conueniẽs. Et de bonitatibus aquarum thermarum [q] (& sta C tio) regiminis anhelitus frigidi, cuius similis deficit in balneis. Quod si aquæ thermarum non sunt præsentes, tunc [r] (resoluantur) aquæ dulces cum eis, quæ administrãtur ex eis ex medicinis, & decoquantur in eis ea quę sunt sicut baurach, & sulfur, & alusnẽ, & sinapis, & calx, & species aliæ notæ [s] (quas vis. In omnibus enim non fit malum.) Et oportet quidem vt istæ aquæ obuiẽt ventri habenti ascitem, & tympanitem: & hyposarcam toti corpori.

l. Et meliora ex siccis sunt
m. tanur
n. cũ quãtum qua possit tolerare
o. calidis
p. pura
q. est in quibus ẽ possibilitas
r. pparent
f. sm canones ipsarũ anteq̃ confirmet ęgritudo ita q non iuuant medicinæ,
Alia lfa. anteq̃ ægritudo perueniat ad desperationẽ,
t. & infrigidatur hepar & fel, tunc infrigidantur venę.

Fen. xv. De cura ictericiæ.

Et omnis qui habet ictericiam ex causa calida, oportet vt deuitet vigilias, & iram, & motum plurimum, & balneum. Et quando caliditas est in toto corpore [t] (& infrigidas hepar, et vesicam & infrigidas venas,) & proprie quando administras balneationem cum aquis [u] (frigidis et) tepidis in quibus decoctæ sunt medicinę frigidæ et humidæ. Aqua vero frigida actu, et illa in qua sunt

Alia lfa. frigida hepar & vesi. & infrigida venas
u. ———

sunt virtutes medicinarum constipantium, prohibent resolutionem icteritiæ.

Ibidem.

Curationes autem icteritiæ in quibus attenditur intentio ægritudinis ipsius, & resolutionis eius licet in eis sint apertio oppilationum & reliqua iuuamenta, aliæ sunt potiones: & aliæ sunt ablutiones: & aliæ sunt [a](sternutationes.) Et plurimum iuuamentum earum est in oculo, & facie. Et aliæ sunt quę sunt regimen commune, sicut est administratio [b]( )tinæ cum aquis fortibus. Et quando incipit mingere, mingat in tina quoniã est cura eius. Et quando egreditur ex balneo, cooperiatur vt non adueniat ei frigus omnino, & dormiat coopertus. Ea vero quæ sunt præter balneum ex illis quæ administrantur vsu medicinæ, sunt quæ extrahunt ex cute icteritiam. Et medicinæ quæ extrahunt illud, quandoq; extrahunt ipsum aut cum solutione ventris, [c]( )aut cũ sudore, & melius vt sit super exercitium, & laborẽ, & sitim: & proprie quando est faciens sudare potus: & similiter post balneum. Et illi qui suæ icteritiæ curationem vult cum resolutione, nocent frigus, & septentrio: nisi velit per ea resistere medicinæ calidæ, & [d](aggregare) eam: sicut sumit in potu piper: deinde post illud sedet ĩ aqua frigida. Et dicitur ꝙ patientes icteritiam iuuãtur per cõsiderationem in rebus citrinis. Illud enim mouet naturam ad expellẽdum materiam citrinam totam ad cutem: quare adiuuatur adiutorium curationis in ea. ego vero non sum ex illis qui negem huiusmodi curationes, sicut sunt plures eorum, qui philosophantur ad eas, & ex medicinis bibitis [e](cognitis,) est vt in potu sumat stans in tina vnc. ij. succi rasani cum drach. ʒ. baurach, & vnc. j. [f](vini). Nam ipsa non morantur quin extrahant ex ea citrinitatem. Et iterum sumatur manipulus asparagi, & pugillus ciceris, et decoquantur in vase vitreato cum. v. kist aquæ. de qua in potu sumatur mista cũ vino si non est feb. & si est feb. potetur sola: deinde sedeat in tina aquæ in qua decoctus est capillus veneris, & egredietur ex eo [g](cholera:) & iterum floris nitri pondus drach. ij. cum vino antiquo dimittatur in nocte sub cœlo & sumatur in potu, & de balneatione fiat illud quod dictum est. Aut sumantur in potu squilla assata cum. vj. partibus salis adusti, & dosis sit. ij. aur. in ieiunio. Aut sumatur in potu [h](leporis) marini pon. ij. drach. puluerizati super ouum sorbile, & sorbeatur. Aut corticis granatorum drach. iiij. arsenici pondus drach. ij. sumatur ex eis simul quantum tolerat

a. caputpurgia.
b. balnei freq̃ns qm̃ radix curationis ẽ sup ipsam & super id quod currit cursu ei⁹ ex administratione
c. aut, puocatione,
Alia lr̃a. e. faciẽtib⁹ sudare,
f. telha.
g. citrinitas:
h. caulis

D pollex, & sumatur in potu cum tribus vnc. lactis asinini. Aut põdus. j. drach. & quod est supra fœnugręci, & sumatur in potu cum aqua & melle, & sedeat in tina aquę frigidæ: aut sumatur capillus veneris tritus, & accipiãtur ex eo drach. iiij. cum aqua in qua decoctum est anisum.

Ibidem.

Et ex eis quæ experta sunt etiam est, vt dẽtur ĩ potu radices acetosæ: & stet in sole, & ambulet post illud hora vna, donec calefiat, & sitiat: deinde sumat decoctionem capilli veneris, & rubeæ tinctorum, & mentæ. Et similiter si bibatur post balneum. Et ex diureticis proprijs ei est, vt sumatur nucis cupressi pondus drach. ij. cum pondere drach. ij. casiæ ligneæ, & bibatur cum vino antiquo deinde [i](sedeat in tina in qua decoctus sit capillus veneris aut anisum post illud hora vna E donec calefiat:) qm̃ minget icteritiam totam.

Ibidem.

Et acetũ ipsum [k](quandoq;) sugitur naribus, et retinetur hora vna infirmus in pila balnei, qm̃ est bona curatio: & similiter si infundatur in eo nigella die & nocte, deĩde coletur, & fiat caputpurgium, & odoret ex ea sola & permista. Et ex eis quæ sunt pręter succos est, vt sumatur staphisagriæ quarta drach. j. & teratur, & dissoluatur cũ aqua coriãdri, & olei amygdalini ana drac. x. et fiat cum ea caputpurgium ipso existente in tina aut pila aquę in balneo. Et quandoq; misceantur cum ea aliquid [l](hordei) sicci, et aliquid aceti vini. In oculo vero ipso assiduetur ipsius ablutio cũ aqua ros. & aqua coriandri, & aqua niuis. Ablutiones vero habentibus icteritiã sunt aquæ in q̃bus decoquũtur capillus veneris & sceha, & F maiorana, & poliũ, & chamęmilla, & [m](alaniuden) proprie, & tribuli, et anethũ est radix in eis.

Libro tertio, fen. xvi. De duritie splenis.

In administratione autem [n](ciborum) melius est, vt administretur ante eos balneatio lõga secundum ieiunium: & sit statio in tina. Et quando egreditur æger ex ea, sumat incisiua [o](subtiliatiua) facientia sitim sicut pisces salitos, & carnem salitam & sinapim, & sahane, & sumat in potu vinum mistum cum aqua marina. Et subtiliet regimẽ suum, & faciat illud tribus diebus, & in quarto exercitetur donec sudet, & frequẽs fiat anhelitus eius, & emplastretur: & hoc fiat si res fuerit fortis, & si fuerit debilior hac, contentus sit eo quod est leuius hoc.

Fen. xvi. De cholirica passione.

Et iterum cum quiescit [p](inflammatio) cholericæ passionis, & dormiunt, & excitãtur: da eis in potu aliquid de robub: & fac eos ingredi balneum

i. currat habens ipsam cũ vestibus cinctis
Alia lr̃a. currat hns ipsam cursu vehemẽti vel cũ forti conatu ad currendum
k. quando
l. origani
m. alachauan
n. emplastrorum
o. acuta
p. vehemẽtia

neum cum facilitate, & nō multiplicent moram in eo: immo quantitate qua sumant de humiditate balnei: deinde extrahe eos, & [a] (cooperi ipsos,) & ciba eos cibo pauco leui boni chymi, & [b] (calefac) eos: & non dimittas eos plurimum bibere [c] (valde:) & separent inter aquam & vinum [d] (si sumpserint) styptica super cibum. Et præpara post illud in confortando stomachum eorum cū eis, quæ sunt sicut troc. de ros. parui & magni: & sicut geleniabin, & spodium, & cū eis q̄ sunt sicut alcanzi. Et multoties quidem fit balneum causa sparsionis humorū, & materiei cholericæ passionis, & euentus confractionis in membris.

a. approximas eis aromatica
b. sic quesce
c. aquæ:
d. aut comedant

Fen. xvi. De tenesmo.

Præcipe ei vt ingrediatur balneum calidum, & sedeat super terram calidam.

Libro .iij. Fen. xvi. De coli doloribus à frigiditate.

Et aqua thermarum in dolore vehementi, q̄n cum ea fit balneatio, iuuat valde. Et aqua de sale ammoniaco est mirabilis in hoc absolute: & si nō aliter, saltem bibita si toleratur eius potatio. Et similiter tina facta ex aqua ī qua decoctæ sunt medicinæ resolutiuæ subtiliatiuæ. Et quandoq; sufficit fricatio ventris subtilis, cum fricatione forti [e] (alliorum.) Et quandoq; commouet dolorē potius aqua frigida: est. n. nocibilior res in hac ægritudine cum pauca intentione in sedatione sitis. Et [f] (passum) durum parum est melius ea: & calidum est magis sedatiuum doloris. Et nocibilior res istis est frigus, & aer frigidus: quemadmodum res magis iuuatiua eis est [g] ( )aer calidus, & aqua calida.

e. crurium
f. vinum
g. calor &

Libro tertio, fen sextadecima. Cap. 10.

De tina, & balneo, & embrocha.

Tina vehemētis iuuamenti est in doloribus colicæ. Et propriæ cum est plena aqua, in qua decoctæ sunt medicinę colicę. Ipsa enim sua caliditate acquisita ab igne, & virtute sua acquisita à medicinis resoluit causam [h] ( ), & humiditate sua cum caliditate mollificat membrum. Quare alleuiat carminationem causæ facietis dolorem, & mollificat lacertum ani. Et illud est ex eis quæ iuuāt ad expulsionem retenti: veruntamen tina facit accidere angustiā, & syncopim ꝑpter hoc q̄ mollificat de virtute. Quare oportet vt vtatur ea debilis secundū cautelam, & sint ei proxime, cum ea vtitur, ea quæ confortant virtutem de odoribus fructuum, & aromatum, & [i] (alcardeneki,) & panis [k] (calidus,) & ea quæ delectant eū in quibus quiescat, & studeat vt non cooperiat aqua pectus eius, & cor ipsius. Et aquæ quidem thermarum vehementer conferunt colicæ frigidæ, cum sedent in eis: sicut melius est eis vt non approximent aquis dulcibus. Cumq; aliquod vasorū impletur aquis thermarum, aut aquis in quibus decoctæ sunt medicinę colicę, & in fundo eius separantur foramina plurima, quæ forsitan non sentiuntur propter suam [l] (debilitatem,) & resupinatur æger: & eleuatur vas ab eo vsq; ad quātitatē staturæ, & dimittitur ita, vt distillent ex eo super ventrem ipsius stillæ frequentes, est valde vehementis iuuamenti.

Alia lra. h. aspatu,
i. alkiardanegi.
k. calidi
l. strictam,

Fen. xvi. De colica ex fæce.

Et minora balneatione, cum administratione reliqui regiminis prædicti, & ponatur balneatio eius cum aqua frigida.

Libro tertio, fen. xvi. De vermibus.

Et ex cibis quæ gn̄ant ipsum phlegma sunt cibi lenes viscosi: sicut triticum, & faseoli, & fabę, & ex receptione pulueris farinę, & ex comestione carnis crudæ, & lactis, & olerū, & fructuum humidorum [m] ( ), & ablutione cum aqua calida post cibū: & similiter balneatio post comestionem, & coitus post repletionem.

m. et rexura fructuū,

Fen. xvi. De hæmorrhoidarum curatione.

Et sedeat ille qui curatur in aquis stypticis decoctis in [n] (cucuma) in aceto, & aqua, in qua decoctæ sunt gallæ, & cortices granatorum. Deinde curetur cum his, quę faciunt nasci carnem ex marā, vt non apostemetur.

n. cūcum

Ibidem.

Si autem doleat, sedeat in aquis stypticis, & curetur ante illud cum butyro plurimo posito super eam: deinde curetur cū eis quæ sunt sicut marā de cerussa & lithargyrio, & marā facto ex eis, et ex aquis solatri, & alkekengi, et coriandri.

Libro tertio, fen. xviij. De renū apostematibus.

Aqua vero calida nocet eis. Et similiter omne calidū actu, quod fortis est caliditatis. Et penitus aqua plurima non euacuatur, quin laborare faciat renes suo incessu, & motu. Et nō est vlceribus, & apostematibus aliquid congruū sicut quies: Et balnea quidem non cōueniunt eis: nisi post declinationem apostematum calidorum.

Fen. xix. De lapide vesicæ.

Syrupus iuuatiuus eis. Recip. [o] (milij sol.) triti drach. xv. capilli veneris [p] (drac.) vij. [q] ( )petroselini drach. iiij. ficus albas. vij. numero: decoquantur cum. iiij. lib. aquæ donec remaneat lib. j. et bibatur post exitum de balneo, cuius dosis sit lib. ß. Et oportet vt tinæ, quæ in ea administrantur, sint fortiores: et ponantur in eis cum medicinis notis medicinæ, quæ sunt sicut fol. agnicasti, et capillus veneris, et folium, et [r] (assuesir,) et rosa eius, et aliquid habēs stypticitatem, vt non superfluat mollificatio.

o. chalt
p. vnc.
q. scolopendrię drach. viij. tribulorū drac. x. dauci,
r. alusera,

Fen

Fen.19. Quo regendi lapide vesicæ affecti.

[a. pseruet, b. pseruet.]

Si autem indigueris phlebotomia, vt [a] (alleuietur ex minoratione) fac: q; si volueris vt vehementius [b] (alleuietur,) & apparent signa apostematis, et dolor sit vehemens valde, tunc oportet vt sedeat æger in tina, aut pelui aquæ in qua decocta sunt lenificantia: sicut molochia, & semen lini, & althæa, & furfur: & cum illa aqua sit commistum oleum plurimum, & conquassatum cũ ea: & sit illa aqua tepida. Cumq; extraxeris eum de tina, inunges [c] (partes virgæ) cum oleis lenificantibus, sicut est oleum chamæmelinũ, & anethinũ. et pones super vulnus butyrum tepidũ, et funde in ipsum. Et pone super ipsum cotum infusum in oleo ros. & pauco aceto: deinde administra medicinas cõsolidatiuas. Si autem magnificatur apostema assidue, fac eum sedere in tina prædicta in decoctione fœnugræci, & sem. lini. Et si dolor fiat fortior, fac eum sedere in die secundo, & in die tertio in aqua & oleo tepidis.

[c. mẽbrum]

Libro tertio fen 19. De curatione apostematum vesicæ.

Et scias q; assiduatio sessionis eorum in tina est valde iuuatiua, ita q; quando aduenit eis vrina, tunc rectius est vt mingant in ea. Et aquæ tinarum eorũ meliores sunt illę in quibus est mollificatio de illis quæ iam sciuisti multoties. Et quandoq; ponũtur in eis aldarsy sahã, & cyperi, & cordumeni, & spica, & amomum, & squinanthum cum fœnugrę. & se. lini, & sedant dolorẽ & apostema. Et istæ aquæ mollificatiuę quas multoties sciuisti, sunt sicut decoctio se. lini & fœnugræci. Et iterum aqua in qua decoquuntur [d] (napi & alhasce.) & caules. Et curatio quidem aldubellati eius, est proxima curationi aldubellati renum: immo necessarium est vt sint medicinę eius fortiores: & quidam laudauerunt papau. al. pondus drach. ij. & .s. quod detur in potu in decoctione spicæ, & squinanthi, & proprie quãdo sunt difficultates vrinæ, & dolor.

[d. rapæ & alhasceech]

Fen.19. De mollificatione vesicæ.

Et natatio in aqua calida maris, & balneatio in aquis thermarũ sunt iuuatiuę valde ad illud.

Fen.19. De cura diabetis. Cap. 18.

Diabetes quidem cum accidit, plurimum accidit ex caliditate ignea, quapropter plurimum curationis eius est infrigidatio, & humectatio cum fructibus, & oleribus, & robub frigidis de illis, quæ non prouocant: sicut sunt lactuca, & papauer: & quiescere in aere frigido humido, & sedere in tina aquę frigidæ tandiu, donec [e] (fortasse congeletur,) & sedetur sitis eius, & infrigidentur renes, & fortes fiant lacerti eorum. Et confert in ea odorare camphorã & nenufar & similia de redolentibus frigidis.

[e. vehementer infrigidetur.]

Fen 20. De coitus diminutione.

Et medicinę quæ agunt cum proprietate, & [f] (cibis,) ex quibus generatur sanguis calidus & humidus, abundans, & in eis cum hoc sunt inflatio, & viscositas, et spissitudo, sicut cicer, et faseoli, et cibi quos dicam: et melior administratio eorum est vt sit post balneum humidum, et inunctionem cum oleo sambacino, et de lilio, et narcissino, aut similibus. Et sorbeant oua sorbilia ante cibum puluerizato desuper sale stinchi, aut quę sunt sicut ipse. Cumq; comedit cibos ad coitum, bibat post illud vinum odoriferum parum per: deinde pergat ad lectum suum, et abluat pedes suos aqua calida, et vtatur vnctionibus, et [g] (abstersionibus cum inunctione.)

[f. cibi]

[g. linimẽtis facientibus erectionẽ.]

Fen vigesima. Cap. 36.

De regimine eius qui plurimo vtitur coitu, et nocetur eo, & debilitat ipsum: aut læditur visus, & sensus eius, & caput, aut neruus aut accidit ei tremor.

Oportet vt administrẽtur calefactio, et humectatio cum cibis bonis, quorum paucum nutrit plurimum: et cum balneationibus, et aromaticis, et regimine: et facere vt ipsi dormiant et quiescant, et lætari in ludis qui lætificant. Et lac quidem ouinum, et vaccinum est vehementis iuuamenti ad confortandum, et viuificandum: cum sumitur de eo in ieiunio cũ quãtitate qua digeratur, et dormiat super ipsum. Et oportet vt administretur exercitium præparationis, et quando administratur Mithridatum, et diamuscum cum superfluitate in humectatione, viuificat. Quòd si appareat debilitas visus, tunc causa eius est cerebrum: quare oportet vt assiduet inunctionem capitis sui cum eis quæ sunt sicut oleum viol. et fiat caputpurgium cum eo: aut distilletur in aurẽ, et vtatur introitu aquę dulcis, et aperiat visum suum in ea.

Fen vigesima. Cap. 13.

De cura eleuationis & paruitatis testium.

Curetur cum vnctionibus [h] (,) et emplastris calefacientibus confortãtibus; et attractiuis quæ diximus in capitulo erectionis. Et qñ occultatur, et fugit, tunc cura est assiduatio balneationum, et tinarum continuarũ.

[Alia litera h. & distillationibus.]

Fen 21. De cura sterilitatis.

Et si fuerit causa multitudo adipis, administretur exercitium, et subtiliatio cibi, et dimittat balneationem humidam, nisi cũ aquis thermarum: et vtatur euacuatione cum phlebotomia, et clysteribus calidis, et exiccatiuis calefacientibus,

bus,ficut eft theriaca,& theodoricon,et oportet vt dimittat vinum fubtile album,& vtatur forti rubeo,puro,pauco.

Fen vigefimaprima. Cap. 6.

De regimine curfus menftruorum prægnantis.

Decoquantur ftyptica in quibus non eft aromaticitas in aqua:& ex ea adminiftretur tina ficut funt lentes,& cortices granatorũ, & balauftiæ,& gallæ,& glandes,& fimilia. Et quandoq; fit ex gallis,& balauftijs,& corticibus granatorum,& ficubus ficcis emplaftrum,& ponitur fuper pectinem cum aceto.

Fen.xxi. Cap. 8. De abortu.

Caufæ abortus,aut funt primitiuæ ex percuffione,aut cafu,aut exercitio fuperfluo, aut faltu vehemẽti,& proprie ad pofteriora,vel retro:ipfe enim multoties facit defcendere fperma conceptum vifibiliter:aut aliquid ex paffionibus animalibus,ficut ira vehemẽs,aut timor, aut triftitia.Et ex frigore aeris,& caliditate eius fuperfluis. Et ꝓpter hoc genus abhorretur prægnanti prolongatio balnei ex hoc ꝙ magnificatur anhelitus eius. Balneum enim licet abortiri faciat ꝑ lubricitatem, facit tamen abortiri [a] (per egreffionem fœtus ad aerem frigidum.

Alia litera. a. ꝓpterea ꝙ facit fœtũ indigere aere frigido.

Fen.xxi. De extrahendo fœtum mortuum.

Et fi os matricis iam coarctatum eft propter apoftema calidum accidẽs ei, tunc non oportet vt laboretur,immo oportet tunc,vt adminiftretur effufio rerum pinguium plurima,& humectatio,& feffio in tina:& adminiftrentur [b] (epithemata)ad aperiendum os matricis,& auferatur caput,ficut diximus.In illo autem qui de fœtibus egreditur fup latus,fi poffibile eft vt equetur:tunc adminiftrentur [c] (epithemata ad aperiendum os matricis quæ)diximus.

b. emplaftra

c. canones quos

Fen vigefimaprima. Cap. 23.

De regimine eius [d] (quam lædunt partus accidentia.

d. quę ẽ par tui propinqua

Cum prægnãs appropinquat partui, neceffarium eft tũc,vt affiduet balneationem, & tinam:& melius eft,vt fiat extra balneum, vt non debilitetur,quare mollificetur.

Fen.xxij. De cura rupturæ.

Et oportet vt dimittat cibos inflatiuos,& nõ multum vtatur potu aquæ,& dimittat omnes res mollificantes,ita ꝙ etiam balnea.Et cum comederit,refupinetur:& fit cum fedet, cõftrictus circa rupturam,& apud coitum proprie. Et fit coitus eius apud [e] (lenitatem) ventris eius.

e. lenitatẽ Alia lfa. vacuitatẽ

Fen vigefimafecunda ad dolores iunctturarũ.Ca.13.

De balneationibus ad huiufmodi.

Balneatio quidem cum aquis calidis,& humidis,nocet eis propter illud quod liquefacit de humoribus,& dilatat de poris nifi in aq̃s thermarum.Balneationes vero ficcæ cum fricatione cum nitro,& fale,& fepeliri in arena calida,& fudare in ea funt iuuatiua eis.

Fen.xxij. Cap. 18. De cura calidi doloris.

Oportet vt curentur cum eis quæ infrigidant,& humectant ex oleribus,& carnibus,& cibis,& fructibus,& linimentis,& embrochis,& ceratarijs:& exercitentur cum æqualitate,& balneẽtur cum aqua dulci,poftq̃ effunditur fuper extremitates eorum aqua frigida in domo prima,& adminiftretur tina tepida:deinde fubmergatur in aqua [f] (tepida) fubito femel: & fundatur fuper fedes eorum aqua frigida.

f. frigida

Fen.xxij. prophylactice ad dolores iuncturarũ.

Et minorentur in balneationibus, qm̃ ipfę liquefaciunt humores:& faciunt eos currere ad iuncturas.verum aquæ thermarum conferũt eis in hora ægritudinis. Et ex illis quæ conferunt eis in principijs balneorum,& poft ipfarum expletionem,& in medio itroitus eorum in ipfis, eft effufio aquæ frigidæ fuper iuncturas: fi non eft aliquid quod prohibeat ex debilitate neruorum.Et quandoq; auferunt hoc nocumentum [g] (fe.)& oportet vt non dormiant fuper cibum omnino,qm̃ eft ex rebus nocibilioribus eis.

g. balnea

Fen.xxij. Ad dolores iuncturarum. Cap. 25.

De embrochis & tinis.

Svmantur olei de alcanna lib.j.& aceti lib.ſ. & nitri quarta lib.j.& cardamomi vnc.j.& ſ.& hyffopi vnc.j.& ſ. fubmergatur in eo lana [h] ( ),& vaporetur cum ea locus.Et adminiftrentur tinæ ex aquis medicinarum fingularium,refoluentium prædictarũ in hoc capitulo.Ea vero ex qbus fiunt inunctiones,funt,ficut oleum coftinum,& oleum de euphor.& oleum de pyrethro,& oleum de caftoreo,quæ adminiftrẽtur poft mundificationem: Et cerataria cum opopanaco,& euphorbio,& oleis prædictis.

h. fuccida vel lana humida i.Ma. k. velamen malum, feu res mala in modũ panniculi tegẽs ipfas: Alia lfa. l. defertur, feu ftat, feu natat m. Et aluminofatus aquarũ nocumẽto fuccurrit cum vino fubtili odorifero, & cũ algobera cruda, & cũ citrulis crudis, & oleribus fubtiliantibus Alia lfa. oleribus folutiuis

LIBRO SECVNDO.

De [i] (Aqua.) Cap. 69.

Aqua.Electio.Aquas bonas & laudabiles iã dixi in.1.lib.Illic igitur fciant.Male aũt aquæ funt ftantes:& q̃ funt in lacunis:& fup quas dñatur fapor extrane',& odor extraneus,& cõturbatę,fpifsę, grauis põderis:& quæ cito in lapidem conuertuntur:et fuper quas natat [k] (fpuma alba mala.) Et in quarũ fupremo [l] (congelatur)res extranea mala.Et fcias ꝙ nitrofitatis nocumento in aquis fuccurritur cũ lacte, et vino grofso,et amylo [m],(et melius eft cum vino fubtili odorifero,et antiquo crudo: et cucumeribus immaturis,et olerib' folutiuis) et cum

 prouocatiuis.

prouocatiuis. Aquas vero grossas cóturbatas rectificant subtiliatiua sicut allium, cepæ, porri: & bibere vinum post eas remouet malitiam earū, & proprie permistum eis. Et aqua quidem aspera non est nisi aut grossa, aut acuta abstersiua: & dicitur quandoq; aqua aspera illa quæ vehementer mūdificat illum qui ea abluitur. amaram autem rectificant dulcia: et aquā salsam rectificant xylocaracte [a](syre) & grana myrti & poma quæ dicuntur zaror, & lutum [b] (calidū) & sauich: & aquas malas vniuersaliter rectificat acetū. Natura. Aqua maris est [c] (acris) calida: aqua nitrosa est calefactiua, exiccatiua: aqua ęnea et ferrea cóferunt visceribus. Operationes & ꝓprietates. Aqua frigida, nocet habentibus oppilationes: verum ipsa confert habentibus raritatem: & cursum: quicūq; cursus fuerit: & ex quocunq; membro fuerit: & eis qui habent ægritudines causa eius: & confortat omnes virtutes in operationibus suis: quando [d] (sunt) cum æqualitate. s. digestiuam, attractiuam, retentiuam, & expulsiuam.

a. scemi
b. albor
c. acuta
d. fuerit

Decoratio. Aqua marina cófert fixuris accidētibus ex frigore anteq̄ vlcerentur, & necat pediculos, & resoluit sanguinem congelatum sub cute. Et aquæ sulfureæ sunt bonæ morpheæ & baras. Apostemata & bothor. Aquę sulfureę cóferunt apostematibus iuncturarum, & duricijs, & verucis pendētibus. Vulnera & vlcera. Aqua dulcis ad bibendum est mala vlceribus, propterea quòd humectat, & est diuersa ei quod conuenit regimini vlcerum. Aquæ marinæ vsus confert pruritui, & scabiei, & impetigini: & aquę sulfureæ etiam sunt bonæ impetigini, & scabiei, si ex eis fiat balneatio: & similiter sahafati. Instrumenta iuncturarū. Aqua marina & similes conferunt ægritudinibus neruorū: & proprie quando balneatio fit cum eis sicut tremor, & paralysis, & stupor, & similes, & aquæ sulfureæ etiam similiter, & conferunt omnibus doloribus iuncturarum & neruorum frigidis. Membra capitis. Epileptici iuuantur ab aqua tepida, & lęduntur ab aqua calida. Vapor autem marinæ, cófert [e] (epilepsiæ.) Et aqua ærea confert ori & auri. Membra oculi. Aqua asphalti est mala oculo. Membra anhelitus & pectoris. Aqua frigida valde est mala pectori, quamuis aqua est nociua cannæ pulmonis, propter humectationem quæ est in ipsa, cum ipsa indigeat exiccatione. Aqua tepida est bona apostematibus gutturis, & vuææ, et pectoris. Ex aqua marina fit embrocha apostematibus mamillæ. Aqua nitrosa quandoq; confert pulmoni. Aqua aluminosa cófert sputo sanguinis. Aqua ferri confert spleni & stomacho,

e. fodæ frigidæ.

D & aqua ęrea proxima est illi. Membra nutrimenti. Aqua frigida valde, proprie nocet habentibus oppilationes. Aqua marina & similes malæ sunt stomacho. Vapor aquæ marinæ confert hydropisi. [f] (Aqua nitrosa) quandoq; confert propter nitrositatem stomacho humido. Aqua aluminosa confert vomitui, & prohibet ipsum, & similiter aquæ thermarum stypticæ. Aquæ sulfureæ conferunt apostematibus splenis, & doloribus eius, & similiter hepatis. Membra expulsionis. Ex aqua marina fit clystere ad dolorem pungitiuum ventris, & quandoq; bibitur & soluit: deinde post ipsam bibitur ius gallinæ, & sedatur mordicatio eius. Aqua aluminosa ꝓhibet abortum, & fluxum sanguinis menstrui. Aquę sulfureæ conferunt doloribus matricis. Aqua frigida valde mala est coitui, & stringit ventrem, & sedat motum spermatis, & eius cursum. E Aqua salsa soluit: deinde stringit exiccatione sua. Et omnes aquę minerales faciunt vrinę difficultatem, & parturiendi, et menstruorum: et plurimum earum soluit et exiccat. Et quædam earum sicut aluminosa, stringit. Et quandoq; faciunt euenire colicam etiā. Aquæ vero ferreæ, et æreæ sunt bonæ renibus, et colicæ. Et aquæ turbatæ faciūt euenire lapidem in renibus, et vesica. Et aqua quidem in qua extinguitur ferrum, confert sputo sanguinis. Febres. Aquæ sulfureæ, et lutosæ [g] (et turbidæ, et fœtidæ) faciunt accidere febres: et grossæ faciunt euenire quartanas. Venena. Ad morsum viperæ sedetur in aqua marina et iuuatur ab ea: et similiter fit in reliquis vermibus perniciosis.

f. Pot. aquæ nitrosæ

g. & stātes, & mortuæ

F

EX AVICENNÆ LIBRO QVARTO, Fen prima, tractatu primo. Cap. 9.

De curatione ephemeræ secundum modum vniuersalem.

ET conceditur eis balneum cū eorum paroxysmus cósumitur in febribus ephemeris propter [h] (accidentia) de quibus est humectatio, et de [i] (quibus est sudatio,) et rarificatio pororū, et de eis est infrigidatio in [k] (quieta) dispositione: et prohibetur vbi timetur casus putredinis. Et non oportet vt euitet balneū nisi habens eam ex oppilatione, [l] (propterea q̄) balneum generat ægritudinem putridam: et similiter patiens eam ex satietate nauseatiua, nisi in fine rei, et cum dilatantur pori, et descendit nauseatiua satietas: illic enim oportet vt balneet. Et habens catarrhum non balneetur, nisi sit adustiuus. Et omnes habentes febres ephimeras oportet, vt non prolongent moram in aere balnei, immo

h. ītētiones
i. eis ē pūcatio sudoris.
k. secunda
l. qñq; enī

immo in aqua eius quantum volunt, nisi habentes eam ex soliditate, & ex spissitudine: eis enim conuenit, vt prolongent morã in aere balnei do nec sudent.[a] (Embrochatio) autẽ si fuerit effundendo, aut liniendo tantum, oppilat poros.

a. inunctio

Fen secunda, tractatu primo. Cap. 12.

De cura ephemeræ ex angustia.

Oportet vt habens eam multiplicet introitum tinæ, & ponat plurimum suæ intentionis in balneatione cum aqua balnei absq; aere eius, & multiplicet eam inunctionem cũ[b] (fricatione) post illud. oleũ enim[c] (aliquod) est magis iuuatiuum ei quam balneum.

b. oleo
c. ——

Fen prima, tractatu primo. Cap. 16.

De cura ephemeræ ex ira.

Fac eos quiescere, & fac vt occupẽtur lętificãtibus, & narrationibus, et vocibus bonis, & ludis mirabilibus: & fac eos ingredi balneum in aqua tepida, non plurimi caloris: & inunganturplurimum cum aliquo oleo plurimo. illud enim est magis conueniens eis, quã aqua calida.

Ibidem.

De curatione ephemeræ ex vigilijs. Cap. 18.

Curatio autem eius est ociari, & quiescere, & dormire, & embrochare caput cum eis quæ infrigidant & humectant: & balneum humidum, & cibi bonorum chymorum: et vnctiones humectantes.

Ibidem.

De curatione ephemeræ ex somno et vigilia. Ca. 20.

Curatio eius est sudatio in aere balnei: & ablutio æqualis cum aqua calida: et paucitas cibi: & declinatio eius ad id quod infrigidat, & humectat ipsum: & exercitium temperatum: & non oportet vt bibat vinum.

Fen prima, tractatu primo. Cap. 24.

De cura ephemeræ ex labore.

Curatio eorum est tranquillitas, & balneatio in tina: & inunctio[d] (fricando ꝓprie) super iuncturas.

d. cum fricatiõe leui

Ibidem.

Et oportet vt cõicet inunctio eorũ corpori: et proprie capiti, & collo, & spondylibus dorsi, & iũcturis oĩbus: & proprie post balneationem. Et oportet vt[e] (sternantur) strata eorum: & aromatizentur indumenta eorum, & sedilia eorum: & si indigent iteratione balnei propter reliquias, iterẽtur omnia quæ scripta sunt in capitulo suo.

e. mollificentur

Fen. i. tract. i. De ephemera ex fame.

Et balneetur, & effundatur super caput eius aqua plurima tepida: & sedeat in ea, et humectetur corpus eius cum eis, quæ sunt sicut oleum viol. & ros. & cucurbitinum.

De febre ephemera ex siti. Cap. 32.

Haec proxima est ei quæ est ex fame: & est dignior vt accidat propter defectũ[f] (eius quo sedatur de aqua) caliditas fortis ĩ vaporibus. Curatio[g] ( )dare in potu aquam frigidam, & aquas fructuum frigidorum, & proprie granatorum. Et humectare corpus cum tina. & si possibile est ei balneatio cum aqua frigida, faciat.

f. aquę cum qua sedat
g. est

Fen. i. tractatu. i. De ephemera ex oppilatione.

Et intromitte ægrum in die tertio post paroxysmum in balneum, hora mollificationis paroxysmi expectati, si fuerit febris, vsq; ad quinque horas. Et inunge eum: & frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio æqualis, sicut quod est inter farinam fabarum vsq; ad farinam orobi, & farinam radicum lilij, & aristolochiæ emollitæ cũ aliquantulo mellis & aquæ. Quod si fueris ausus vti fortiori hoc, tunc vtere spuma baurac. Et si existimas ꝙ balneum alterat naturam eius in aliquo, & facit accidere quasi horripilationem, nõ moretur in eo ictu oculi: oppilationes enim istæ nõ sunt de genere earum, quas aperit balneum. Cum ergo egreditur de balneo, non oportet vt approximet cibo, neque vino, nisi post securitatem ex paroxysmo. Si autem exigit dispositio vt cibetur aliquantulum, & non tolerat: detur in potu id in quo est apertio, sicut aqua hordei subtilis, plurimæ aquę, pauci hordei, plurimę decoctionis, decocta cum apio. Quod si paroxysmus non iteratur ei, tunc balnea eum secundo, si desiderauerit illud, & ciba ipsum.

Fen. i. tracta. i. De nauseatiua satietate.

Et expecta declinationem paroxysmi, & fac ingredi ipsum tunc balneum, & ciba ipsum, nisi fuerit illic superfluum destruens virtutem: tunc enim non facias ipsum ingredi balneum, immo ciba ipsum, & conforta stomachum eius cum rebus, quas scies, & quarum quædam scriptæ sunt in capitulis de solutione ventris.

Fen prima, tractatu primo. Cap. 37.

De febre ephemera ex[h] *(terrestreitate, id est quando cutis fit dura vt testa.)*

h. siccitate vel asperitate

Haec febris iterum sequitur priuationem resolutionis ꝓpter oppilationes non profundatas. Et plures quidem hominum cum dimittunt cõsuetudines suas balneãdi, febriũt. Et plures eorum sunt illi, in quorum corporibus generatur vapor cholericus, propter cõplexionem corporum eorum, et ciborum ipsorum, et aquarum ipsarum malarum, & propter dispositiones eorum accidentes ex vigilijs[i] ( ). Curatio eius est[k] (extinctio,) & administratio balnei, et sudare in eo post declinationem.

Alia lfa. i. & labore.
Alia lfa. k. mundificatio,

Et fricari cum eis, quæ sunt sicut furfur, & farina fabarum, & amygdalis amar. & semen melonis, & aliq d de [a] (alusen,) & baurac. Et fit cibus eius extinguens, & humectans: & vinũ eius sit plurimę cõmistionis. Et iteret balneũ multoties.

a. alasfnan,

Fen.1.tract.1. De ephemera ex calore.

Est necessariũ vt incipiatur in curatione eius cum eo, quod infrigidat ex embrochis super caput, & pectus: & ex oleis frigidis, & proprie oleo ros. infrigidato super niuem, quod fundatur super caput, & pectus ex loco longinquo: Et detur in potu aqua frigida, & quę currunt cursu eius: & sine cessatione eius fiat illud vsquequo declinet febris. Cumq; aufertur ingrediatur [b] (tinã, & non tangat eum tina,) si fuerit cum eo [c] (febris:) & balnea eum cum aqua tepida: & nõ permittas aerẽ eius calefacere ipsum: & non timeas ex effusione aquę calidę super caput eius: quoniã ipsa humectat, & resoluit febrem: & necessitas ad balneãdum plus est, quàm necessitas ad [d] (vngendum.) Cum ergo egreditur: [e] (tunc frica) caput eius cum oleis frigidis, sicut est oleum rosaceum, & de nenufare.

Alia litera b. balneum & nõ curetur de catarrho
Alia litera tinã & non curetur de catarrho
c. ——
d. fricationem.
e. múge vehementer

Ibidem.

De ephemera ex densitate cutis à frigore.

Cooperiantur in febre, donec sudent: cum ergo declinant, ingrediantur balneum, & balneetur cum aqua ad caliditatem decliui, & cum aere calido: & embrochétur super ipsos aquæ in qbus decocta sunt, sicut amaracũ, & anethũ, & sisymbrium. Et fricetur cum eis, quæ diximus quæ abstergunt poros, & mollificãt eos: Et postponatur in eis inunctio vsquequo sudent, & fricentur, & balneentur cum aqua calida valde. Et oportet vt antecedat balneatio cum aqua, balneationem cum aere: deinde inungatur cum aliquo ex oleis dilatantibus poros:

Ibidem.

De febre ephemera ex soliditate vel condensatione cutis causata ex aquis stypticis. Cap. 40.

Quandoq; accidit illis qui balneantur in aquis stypticitatem facientibus sicut super quam vincit virtus aluminis; aut draganthi, vt vehemens fiat spissitudo pororum [f] (apparentium) quare [g] (comprimuntur) eorum vapores: & accidit eis quod diximus aliquoties: & multoties quidem perducit ad putredinem.

f. extrinsecorum
g. coarctãtur

Ibidem.

Et oportet vt subtiliatio regiminis ipsorum sit maior: & mora eorum in aere balnei, & balneatione eorum cũ aqua calida maior: Et oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

D *De febre ephemera ex vino. Cap. 42.*

Quandoque accidit ex vino febris ephemera, & cura eorum est cura ebrietatis. Et fortasse indigẽt solutione cũ aqua fructuum, & similibus, & phlebotomia, & vomitu, & proprie quando perseuerat dolor capitis eorum. Et oportet vt ingrediatur balneum post declinationem.

De febre ephemera ex cibis calidis. Cap. 43.

Cibi calidi faciunt febrem ephemeram: & sicut illa quæ est ex sole secundũ plurimũ est cerebralis, & in spiritu animali: & illa quæ fit ex balneo est cordialis, & in spiritu vitali, similiter illa quæ fit ex cibo est hepatica, & in spiritu naturali.

Fen.1.tract.2. De curatione putridarum.

E Et ille quem plurimum oportet ex eis prohibere à potu aquæ frigidæ, est cui nocet in sanitate sua: immo cum videris [h] (calefactionem) fortem, [i] ( )& complexionem calidam [k] (&) siccam, et euacuaueris, tũc quandoq; concedes infusionem fieri in aqua frigida, [l] ( )apud declinationem et apparitionem signorum digestionis, et euacuationem humorum, [m] (et) non est malum vt administretur balneum: et potus vini subtilis cõmisti, et innnctio cum oleis [n] (lenificantibus.)

h. figuram
i. & musculos grossos
k. ——
l. &
m. ——
n. resoluentibus

Fen.1.tract.2. De rigore & horripilatione.

Et administretur absinthium decoctum in oleo aliquo: aut oleum oliuæ in quo decoctum est apium. Et introitus in [o] (oleum leuis caliditatis) est iuuatiuus valde Et fortasse necessariæ sunt potiones. Et multoties sedatur cum [p] (aqua calida leuis) caliditatis, et cum [q] (incuruatione) super vaporem eius. Et quando non sedatur per id, si materia est grossa, decoquatur in aqua anisum, et calamenthum, et semen apij, et mastix, et eruca, et anethum, et similia. Et [r] (balneetur in) aqua in quadecocta sunt ea quæ sunt sicut sceha, et abrotanum, et calamenthum, et anethum, et squinanthum, et ruta, et sansucus, et costus, et semina calida.

o. oleo calido
p. potu aquæ calidæ multæ
q. inclinatione
r. euaporetur cum

F

Fen prima tract. secunda. Cap. 39.

De tertianæ puræ cura.

Balneo vero oportet ne approximet nisi post digestionem. Post digestionem autem, et apud declinationem est ipsum melior curatio eis, et proprie consuetis: quãuis error in intromittendo eos in balneo ante digestionem saluior sit q̃ suum simile cum alijs. Et oportet vt sit balneum eorum tẽperatum, boni aeris, qui sit humidus, in quo sudent cum facilitate: ita vt non inflammentur eorum corda, et inungantur cum oleo viol

viol.& rof.conquaffato cũ aqua,& non prolongent in eo moram,immo egrediantur velociter: nam iteratio eft eis conuenientior: q̃ ftationis prolongatio:& fi apud exitum infundantur in aqua tepida,[a] (ftent in ea fecũdum quantitatem declinationis.) Deinde cum egrediuntur,tunc conuenit eis vt bibant vinum albũ,fubtile multa commiftione permiftum,& cooperiantur in locis fuis:fudabunt enim fudore vehementi:& fiquid refiduum fuerit,digeretur. Et poft illud cibentur cibis infrigidantibus,& humectantibus,& oleribus quæ funt illius modi.

Fen prima,tractatu fecundo. Cap. 39.

Cura tertianæ non puræ.

Res in quibus diuerfificatur cura tertianæ non puræ,[b] ( )funt res in quibus cõmunicant febres frigidæ[c] (de licentia fecunda.Et non conceditur habentibus eam balneum,donec plurimum declinauerit. Et fortaffe conceditur illud habentibus puram.f.vt non expectent plurimum declinationis:fed quãdoq; expectant digeftionem.)Quoniam[d] (eft prohibitum in eis balneum: balneum enim facit defcẽdere phlegma indigeftum,ꝓpter illud quod) effunditur ad locũ putredinis:& permifcet[e] (humorem malum cum putrido)et refoluit fubtile,& facit remanere fpiffum.

Fen prima,tractatu fecundo. De caufone.

Et cũ declinat ægritudo manifefte, tunc non eft malum vti balneo,cuius aqua declinat ad frigus. Et illi in qbus magis diligitur balneum ex eis,funt quorum febris eft ex phlegmate falfo.

Fen prima,tra.ij. De cura phlegmaticæ febris.

Et fi accidat dolor capitis,adminiftrẽtur embrochæ ex chamæmilla cum immiffione quatuor extremorum in aqua calida,& ligatione crurium cum fortitudine.

Ibidem.

Et quando declinat ægritudo, non eft tunc introitus balnei ante cibum malus.

Ibidem.

Et balneum quidẽ eft vehementis nocumenti nifi poft declinationem.

De fyncopali humorofa.

Et balneum quidẽ eft de rebus nocibilioribus iftis:& calidũ,& frigidũ valde ex aere: cum calido.n.nõ fit fecuritas de curfu humorũ ad pulmonem,& ad cor,& ad cerebrũ:et frigidum prohibet digeftionem eius,& addit ĩ oppilationem eius.

Alia lfa. a. & ftet in ea fm quantitatẽ delectationis, eft eis conueniens.

b. a curatione tertianæ puræ.

c. f. q̃ licentia fit balneo q̃ ꝓcedit̃ habẽtibus tertianã purã abfque hoc q̃ expectet̃ digeftio, & nõ expectatur pl̃m declinationis fi expectetur digõ, eft in eis illicita vel ꝓhibita.

Alia lfa. f. q̃ licẽtia in balneo q̃ qñq; ꝓcedit̃ hñtib' tertianã purã abfq; q̃ expectet̃ digõ,aut abfque q̃ expectetur pl̃m declinationis,fi expectat declinatio eft eis illicita.

Alia lfa. f. q̃ licẽtia cũ q qñque ꝓcedit̃ hñtibus tertianã purã q̃ nõ expectet declinationem ĩ adminiftratiõe balnei, fi expectat digõnem, eft eis illicita vel prohibita.

Alia lfa. f. q̃ licẽtia in balneo q̃ ꝓcedit̃ hñtib' tertianã purã abfq; hoc q̃ expectet̃ digõ, & abfq; hoc q̃ expectet̃ pl̃m declinationis,fi expectatur digeftio,eft eis illicita vel prohibita.

d. balneum permifcet phlegma indigeftum cum eo quod,

e Alia lfa. cum humore malo cum putredine,

Alia lfa humorem malum cum humore malo putrido,

Fen prima,tract.ij. De quartana periodica.

Sedeat in aqua calida dulci ante cibum omni die.prodeft balneatio quæ humectat & nõ facit fudare,nec excitat caliditatem. Item:ingrediatur balneum die fecundo fi fuerit digeftio. quæ fi non adfit,fiat tãtum effufio aquæ calidæ quantitate qua delectat corpus & humectat, fed non liquefiat ex ea humor. Die tertio adminiftretur vomitus propter id quod fuperfluit de cibo, & quod refoluit vel fubtiliat balneum.

Fen prima,tractatu tertio. Cap. 6.

De humectantibus hecticos.

Tina autem illa eft melior,quæ eft tepida, in qua non eft caliditas multa: & eft cum hoc cum virtutibus olerum,& herbarum infrigidãtium, & humectantium:& non fit ita vt ronficet, nedum quod fudare faciat:& non licet vt vapor tinæ fit calidus:& fi nõ efset quod prohiberet adminiftrationem tinæ frigidæ,non eligeretur fuper eam:verum quod prohibet ab hoc eft debilitas corporum eorum,& eorum extenuatio. In [f] (primis vero rebus)fortaffe fanat eos illud, verum debilitatẽ corporis fanat[g] (iam) illud cum infrigidatione pauca quam facit in cõplexione eius,quæ poffibile eft vt curetur. Quod fi fuerit debilius illo,timetur q̃ cadat in hecticã fenilem: & illud fecundũ minus. verũtamen cũ illo tardatur magis tẽpus mortis, & fortafse viuit cum ea tẽpore cui eft quantitas. Et multoties quidẽ eft [h] (rector)permutatio eius ad illam hecticã. Illud aũt ĩ quo fumus de refolutione tinę, rectius eft vt fiat inceptio in ea cum aqua, quæ eft calida ad terminũ:& fiat gradatio ad frigidam, & ad tẽperatam frigidã tolerabilem: hæc.n.gradatio facit corpus fufceptibile aquæ frigidæ,cum lęfio non fiat nifi per aduentum contrarij in complexione fubito.Et iterum corpus acquirit ex aqua calida fimilitudinẽ teneritatis, & tolerat cum ea frigidã.Et fi iteretur tina in die tribus vicibus,erit rectum.Et oportet vt adminiftretur cũ facilitate, vt non cadat virtus.Et fi fumpferit aquã hordei ante tinam duabus horis erit conueniens. Et fi præmittat[i] (tinam poft)emulfionem lactis fuper corpus eius,fecundum quod dicemus,vt dilatet tina meatus cibi, deinde fufcipiat aquã hordei, & quæ funt ei fimilia,poftea expectet, deide adminiftretur[k] (aqua tinæ) vt dilatetur cibus: erit bonũ.Et adminiftretur poft tinam,& balneum inunctio cũ oleis infrigidantibus,& humectantibus,ficut oleo viol. proprie: qñ factum eft ex oleo de cucurbita.fimiliter oleo nenufarino, & oleo de cucurbita.Et fi permutentur poft tinam ad illud quod eft decliuius ad frigus parũ tolerabile,

f. principijs vero rei ipforum

g. qñq;

h. rectificatio feu cura tio

Alia lfa. i. ante

k. tina

bile, deinde inungatur: erit [a] (rectum.) Et si praemittatur inunctio, & festinet [b] ( ) deinde ingrediatur aquam [c] (frigidam:) parum erit rectũ & illud secundũ tolerantiam: & non est malum gradari in eo. Et melior quidem horarum huius actionis, est post digestionem cibi: Et si possibile est vt submergatur post tinam calidam in aqua frigida subito, absq; gradatione, est magis vltimum ex parte curae: et magis forte ex parte timoris. Et effusio eius cum facilitate est minoris timoris, quam submersio infirmi in ea subito, & minoris iuuamenti. Et sit frigus secũdum quantitatem frigoris aquae aestatis, quae est inter tepidam, & illam quae est vehementis frigoris. Et si praemittatur emulsio lactis super membra sua, si non fuerit debilis, aut eius quod mistũ est aqua si fuerit debilis, deinde si administretur tina: erit rectum. Nam emulsio lactis super corpus est vehementis humectationis. Et genera quidem lactis bona ad emulgendũ, sunt praedicta. Et oportet vt emulgeantur ex vbere. Et dignius est, vt fiat fixio super inunctionem fricando ex [d] (medicinis) praedictis corpori toti, & iuncturis. Ingressio autem balnei non cõceditur ei, nisi fuerit ita, ne sudare faciat, neq; igniat, neq; alteret anhelitum: & sit calidũ aquae eius minus calido sui aeris: & sit caliditas aquae eius ita, vt delectet, & nõ laedat, & non faciat sudare: & quando non est in corpore eius materia praeparata putredini, et proprie cum illud est, & non digestus est cibus: immo oportet vt sit illud cũ voluntas est vt expandatur digestum eius in corpore. Et non prolonget moram eius in eo, immo separetur ab eo velociter. Et quãdo separatur ab eo, sumat aliquid de humiditatibus, & de sorbitionibus, quae non nocent ei factis ex hordeo, & lacte. Et quando accidit ei in balneo sitis, sedet eam cũ aqua hordei, & aqua alraib. Et lac sit lac asinae. Et oportet vt sit introitus in balneũ, deinde exitus eius ab eo secũdum modum, vt non sit labor in eo omnino. Et iam enunciauimus illud in locis alijs, & iterabimus de illo conditionem. Oportet vt permutetur ad balneum in [e] (lecto portato, in quo sunt strati stratus ĩgeniose, ita vt) perueniat cum ea ad primam domum: & [f] (permutetur ad illud quod ex duobus pãnis factum est plenum lana vel cotto, & dicit graece pedeto lene, quod conueniens est) balneo. Et exuatur vestimentis suis in ea aut in media [g] ( ) si non fuerit calida. Et non moretur in aliqua earum, nisi quantitate permutationis, et anhelitus pauci, & [h] (iam exutus) vestimentis, deinde ingrediatur ad domum [i] (secundam &) tertiã: verũtamen non sit

a* melius
b. eam,
c. frigidiorem
d. oleis
e. lectica portata in qua sit lectus stratus aequalis planus, donec
f. tũc permutetur ad stratũ lene ex eis quae sũt cõuenientia
g. domo,
h. quantitate qua exuat
i. ——

D vehementis caliditatis: et stet in ea quãtitate qua tolerat tinam. Hoc est illud quod dictum est: & quod magis est dilectum mihi est, vt sit tina eius in domo media temperata. Cum ergo separatur à tina frigida, cooperiatur mantili, aut [k] (sarcha) habente duas tunicas, & permutetur ad stratum [l] (suum &) lectum suum [m] (cum sua sabana,) & exiccetur [n] ( ) sudor eius cum mantili, & inungatur, & cibetur.

Fen prima, tractatu tertio. Cap. 11.

Curatio hecticae senectutis.

Non adhibetur hęc cura nisi cum nõdum confirmata est: & speratur quod nõ confirmetur: & cũ confirmata est, speratur vt postponatur perditio parumper. Et canon quidem in curatione eorum est calefactio, & humectatio. Et ex humectatione sunt balnea secundũ quod E sciuisti, quae non administrentur nisi post digestionem: nam si ipsa administrentur successione comestionis, faciunt cadere virtutem.

Fen prima, tractatu quarto. Cap. 5.

Praeseruatio à pestilentia.

Oportet vt extrahantur à corpore humiditates superfluę: & inclinetur regimẽ eius ad exiccationem ex oi modo, & ex minoratione cibi, nisi exercitio. Oportet.n. vt non administretur, neq; balneum, neq; [o] (vina) neq; toleretur sitis: et rectificetur aer cum eis quę diximus: & declinet cibus ad acetosa: & minoretur ex eo: & sit caro quae administratur decocta in acetosis.

Fen.1.tra.iiij. De eradicatione uestigiorũ Variolarũ.

Oportet assiduare balneationem.

Ibidem de cura apostematum in febribus.

In his febribus non conceditur potus aquę frigidę, neq; introitus balnei. F

Fen secunda, tractatu primo.

De signis declinationis materiei ad sudorem.

Et si ęger videt balneum, & tinam, & praeparationem ad illud in somno suo, tunc est significatio sudoris.

Fen tertia, tractatu tertio. De lepra.

Et fortasse est necessariũ inungere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluẽtibus, in quibus cadunt nitrum, & sulfur, & baccę lauri, & glutinũ carpentariorum, immo sinapi, & origanum, & piper, & macropiper, & pyrethrum, & staphisagria, & sinapi, & aloe, & calamenthum, & emplastrare eos super iuncturas eorum, immo fortasse est necessarium quod est sicut euphorbiũ: & illud, qñ pręcipitur eis vt balneentur propter resolutionẽ superfluitatum eorum, et propter sudorem ipsorũ. [p] (Inunctio) enim eorũ est canon in curatione ipsorũ. Et qñq; inunguntur fricãdo cum

k. chlamyde
l. seu
m. & lectica seu sabanam suam,
n* seu fugatur
o. bibitionem,
p. sudor

cum theriaca,& scellite,& alle sangiē. Et fortasse est necessariū inungere cum hmōi in sole calido. Et melior ablutio eorum in balneo est aqua, i qua decoquitur fœnugręcū cum sapone bono. Et oportet vt alieneť leprosus à coitu penitus.

Fen quinta, tractatu tertio. Cap. 17.

De administratione aquæ calidæ, & olei.

SCias q aqua calida,& oleum nō conueniūt apud restaurationem: qm̄ prohibent restaurationem: sed conueniunt ante ipsam: quoniam ambo præparant restaurationem: et conueniunt post ipsam: quoniam ipsa abstergūt, quod remanet ex apostemate, & duritie, & alrosboth, & a (pustulas quas) euenire fecerunt ligamenta in neruis: quare fit motus cum eis non facilis. Cum ergo administrantur aqua calida, & oleum, & adipes, & medullę, succurrunt illis nocumentis: inter illud vero aqua et oleum sunt valde prohibentia ab incarnatione. & fortasse administrantur in infantibus, & qui sunt eis proximi, non in alijs, cum emplastra exiccata sunt super eos, & faciunt eis dolorem: quare indigent tunc vt oleo inungatur locus, q dolet: deinde b (sustentetur,) & restaurentur: apud quietem vero c ( ) non datur licentia in hoc. Et medici quandoq; vtuntur embrocha ex aqua calida, cum ipsi soluunt ligamentum primum, quętentes ex eo iuuamentum: & est, vt attrahāt ad ipsum materiā. Et oportet vt sit illa aqua talis, vt cū cadit apud infirmum, sit temperata: calida enim fortasse resoluit ex corpore mūdo supra illud quod attrahit, & proprie qn̄ prolōgatur tempus effusionis eius: & attrahit ex corpore repleto supra illud, quod oportet, & proprie si abbreuietur tempus eius: immo oportet vt sit aqua cum caliditate ad equalitatem tendēs. & sit tempus effusionis eius secundum quantitatem quę videtur ex augmento membri, & eius inflatione: & non effundatur, cum incipit detumescere. Et nos quidē iam diximus de iudicijs embrochæ in capitulo dislocationis, illud quod oportet attēdere etiam hic: & magis dilectū mihi, qn̄ non est illic dolor, est vt nō appropinquet membro oleum, neq; aqua calida omnino, nisi illud quod antecedit ipsum in principio rei ad defensionem. Et de illis quæ ponuntur super iuncturas, quæ indurantur post restauratioē super torsionem, & attritionem, sunt dactyli & d (alleliati) emplastrando.

a. siccitate quam

b. applicentur puluilli

c. doloris

d. alalie

Fen. vi. tra. iiij. De cura morsi à cane rabido.

Et ingrediatur balneum oī die post potū eius, et sedeat donec mingat in tina: & administretur cibus humectatiuus, et alessidabegi cū pullo impinguato, & bibat vinū, & caueat sibi à frigore.

A

Fen. vij. tract. iij. De scabie & pruritu.

Et de compositis nostris bonis, est vt fiat ex argento viuo extincto, & ex folijs oleādri, & ex clymia argenti, & lithargyrio epithema cum aceto, & oleo ros. super quod dormiat in nocte, & abluat corpus in mane in balneo cum aceto, & vsnen viridi, cum aqua calida in primis: deinde e ( ) f (properet, &) inungatur cum oleo.

e. cum frigida deinde f.

Fen septima, tractatu tertio. Cap. 9.

De cura desudationis.

INcidunt materiam eius, si multiplicatur in corpore, phlebotomia, & solutio ventris. Et similiter oportet vt properet assuetus ea oī hora in euacuādo humores acutos. Et ex eis quę prohibent eam & auferunt ipsam, sunt balneatio, et mūdificano: deinde administretur aqua frigida

B

balneando in ea: & confert eis fricatio in balneo ex carne melonis cum farina lentium post sudorem, g (deinde alsehesabrē post ipsam,) & caro melonis cum lentibus, & farina fabarum.

g. cum alsa hese fran

Fen. vij. tra. iij. De pediculis & lendinibus.

Administra medicinas locales, & confert ad illud assiduatio balneationis, & mundificationis. Et vt assiduet balneationem cum aqua salsa, deinde cum aqua dulci, est melius. Et oportet vt assiduet permutationem vestium.

Fen. vij. tract. iiij. De extenuationis ablatione.

Et balneum post cibū est vehementer attrahens nutrimentum ad corpus, impinguatiuum: verum vtens eo exponitur oppilationi accidēti in hepate suo, proprie cū est cibus eius cibus eorum qui sunt impinguādi: & propter illud multiplicatur lapis in eo, qui quærit hoc: & illi sunt aptiores ad hoc vt in eis multiplicētur istæ oppilationes, & lapis, quorū venæ sunt in creatione strictę, & sunt non oēs ita. Et isti cū sentiunt grauitatem in latere dextro, sumant in potu aperitiua in oppilationibus hepatis nota: & sumāt in potu ante cibū suum capparē cum aceto, & melle, & oxymelle cum seminibus, donec auferatur grauitas. Et melius qdem balneū est illud quod est post digestionem primam, & cū iam descenderit cibus: Licet comedere cibū post egressionem à balneo absq; h (superfluitate) est de causis impinguationis. Et balneum quidē est bonum impinguatiuum pluribus hoībus, et proprie illis qui sunt in dispōne, q est sicut a refactio. Et oportet vt sit balneū post primam digōnem .s. qn̄ descenderit cibus à stomacho, nisi in rebus eisdem. Et calefactis quidē est i (ad hoc congruū factum ex lacte de quo extractū est butyrum non facto) acetoso. Et de ingenio impinguandi, est retētio

C

h. tēporis intermissione

i. ægrum aliōq factū ex taib nō

 sanguinis

sanguinis super membrum, ligando membrum quod ei equedistat in latere altero, sicut diximus ante, & ligetur illud quod est sub membro, ex quo vadit nutrimentum ad ipsum, cum est pingue, aut non quæratur eius impinguatio, sicut cum alseid est extenuatum, & planta manus est sana, & pinguis, tunc ligetur apud rascetam: aut cum adiutorium est extenuatū, & alseid [a] (non) ligetur apud cubitum, à superiore parte alseid. Et ex impinguantibus est illud quod pendet ex exercitio: & est omne exercitium leue, tardum: & totum illud fit æquale post fricationem velocem, bonam, paruam, temperatam in duritie & lenitate: & proprie fricationem cum incipit ad hoc peruenire, vt rubificet cutem: & post illud exercitetur cum æqualitate, & balneetur balneatione breui: deinde inungatur corpus eius, & fricetur fricatione sicca: deinde administrentur linimenta impinguatiua. Et permutatio quidem aeris & aquæ, est ex vno eorum quæ oportet obseruare, qm̃ fortasse extenuatio est causa eorum.

a. sanū pingue

Fen septima tractatu quarta. Cap. 6.

De extenuando.

Regimen extenuandi est contrarium regimini impinguandi: & est minoratio cibi: & post ipsum balneum: & exercitium vehemēs, cum penetratione eius: & ponere ipsum de genere qui non nutrit, & de genere eius cuius nutrimentum est siccum, aut [b] (acre,) aut salsum, sicut sunt lentes & cauguamich, & [c] (acetosa.)

b. acutum
c. resoluentia.

Ibidem.

Et oportet vt sit eorum balneatio in ieiunio: & sit aerea, sudare faciens, non aquosa, & humectans. Et si fuerit aquosa resolutiua, sit assiduatio in ea, vt non accidat ex ea attractio superflua absq; resolutione: deinde non festinet ad comedendū super ipsam, immo expectet, & dormiat post ipsam, aut moueatur, & exercitetur: deinde quiescat, post comedat rem debilem. Et similiter oportet vt sit fricatio eius fricatio resolutiua, continua.

Canticorum primæ partis tract. primo.

Vtere balneo ad tollendum sordes, & immunditiam, neque sis in hoc piger, si velis educere superfluitates à corporis superficie, & cutē ab accidentibus immunditiæ mundā facere.

Prima parte canticorum.

Signa choleræ.

Cum dominatur cholera citrina aut crocea, apparet quidem color cutis citrinus, cum debilitate, & casu appetitus cibi, & reperit ille in quo dominatur oris amaritudinē, & mordicationem ex ipsa cholera rubea in stomacho contingentem: acciditq; ei ventris solutio cum qua est cholera rubea, & insomnietas cum profunditate oculorum, & siccitas oris & linguę, & eius vrina est in colore valde citrina, acciditq; ei syncopis, & riget cutis cum permistione & perturbatione: accidit ei sitis post ieiunium, & subtilitate pulsus, & calore corporis. Sunt etiam apparent ei in somno coruscationes cum ex his accidentibus multa & frequens balneatio in aquis calidis, & sulfureis & motus laboriosi qui fiunt in regionibus, & [d] (villis septentrionalibus,) & frequens & continuus esus acutorum, & maxime si fiat tempore æstiuo.

d. a meridionalibus, & ętas iuuentutis,

Canticorum parte tertia.

Regimen potus aquæ.

25 Si quis ergo velit à morbis euadere, diuidat regimen suum in tria, quorum vnū tribuatur animæ, & aliud cibo, & aliud potui vel aquæ.

26 Et parum quidem aquæ frigidæ satiat, & sitim sedat, ad hoc tamen nō sufficeret multum tepidæ.

27 Non est autem aquæ potus frigidæ nimium [e] ( )frequentandus, eo quod neruis obsit.

e. aut potus niuis

28 Non est etiam offerendus potus aquæ niuis nisi pingui, sanguineo, multæ carnis.

29 Est etiam vitandus potus aquæ in mensa nisi [f] (ratiōe adhærentiæ, et tardi descensus buccellæ.)

f. accidat serach. i. passio in qua cibus non descendit ex meri.

30 Non est etiam sumenda aqua cum cibo, neo in egressu à balneo.

31 Nec etiam post forte exercitium, & coitum: hoc enim est malum & illaudabile.

32 Si tamen quis ex modica tolerandi potentia siti vrgeatur, sumat ex ea, parum tantum, scilicet quo declinatio & impulsio cibi ad inferius stomachi cōpleatur, quatenus ibidem digeratur. sumat tamē ex aquis illam quæ sitim sedet, & satiet: aut ex vino qd̄ & quantum congruat, & sufficiat.

33 Et si sumpta aqua ad satietatem, aut vino sufficienti, accidat sitis, vitentur potus eorum: quoniam talis sitis est mendosa.

Finis.

EX AVICENNÆ LIBELLO De remouendis nocumentis, quæ accidunt in regimine sanitatis, scilicet ex errore vsus rerum non naturalium.

Tractatu primo de speciebus errorum accidentium in rebus non naturalibus, & de aequatione, seu rectificatione ipsarum secundum modum vniuersalem.

IN balneo vero sunt capitula rectificationis, vel contemperantię ipsius, & eius quidem rectificatio est, vt ordinata sit ĩgressio in eo. s. vt non fiat subita, & est rectificatio aquæ ipsius balnei. s. vt sit dulcis, quæ non sit calida valde, neq; frigida, et rectificatio seu regimen morandi in ipso balneo, & regimen ordinis egrediendi ex ipso, et regimen ordinis administrãdi fricationes, & vnctiones, & ablutiones in eo, deinde in eo alienentur motus fortes, & coitus, & cibus, & res fluidæ, frigidæ actu, aut quę sint fortis caliditatis in potentia. Et rectificatio seu regimen horę ingressionis in balneum. s. vt non sit super vacuitatem stomachi, aut super repletionem, & vt non sit post rem, quæ cadere facit virtutem, vel quę valde debilitet virtutem, sicut motus laboriosus, aut euacuatio sanguinis, aut solutio ventris, aut coitus multus. Amplius nõ sit festina egressio ab eo, immo prolongetur in eo statio seu mora, & sit assiduatio sudoris, et sedeat in loco calido. Iam ergo diximus de dispositionibus aeris, & de eius rectificatione, et de regimine balnei secundũ modũ vniuersalẽ.

De regimine seu rectificatione cibi & potus in vniuersali.

POtus autẽ rectificatio, & regimen fit modis similibus istis prædictis, & potus quidẽ dicitur de aqua, & dicitur de eo, quod inebriat, & dicitur etiam de robub, & de potionibus fructuũ: sed hic nõ est intentio nostra, nisi de aqua, & de re alia. s. re, quæ inebriat. Dicamus ergo, q rectificatio aquę, aut est in quantitate ita, vt non sit supra quantitatem, quæ oportet, aut minus, quam oportet: aut est ĩ qualitate ita, vt ipsa aqua sit, & debeat esse subtilis, leuis ponderis, priuata sapore, & odore, recipiens calorem, & frigus velociter, & sit ex flumine currẽti super lutum purum, aut super terram dulcem velociter currẽs, longinqua à principio, à quo oritur, discooperta soli, & vento: & si fuerit ex flumine maiori, est melior, & quod ipsa sit delectabilis in gustu, & sit velocis descensus ab ore stomachi, & ab hypocõdrijs: & sit velociter prouocans vrinam, & sudorẽ. Quod si ipsa aqua fuerit paludosa, in qua nascuntur cannulæ, aut sulfurea, aut aluminosa, aut vitriolosa aut ęrea, aut lithargyriosa, aut ĩ ea fuerit virtus alicuius mineralis, tunc facit possidere species ægritudinis. Et melior quidẽ aquarum mineralium est aqua ferrea. Et de hoc capitulo sunt aquæ salsæ, & aquæ mali saporis, amaræ, & aquæ acetosæ. Et de rectificatione aquarũ est illud, quod dependet ab hora bibitionis ipsarum ita, vt aqua non bibatur super ieiunum, neque post repletionem hora, qua completa est assumptio cibi, neq; post motũ laboriosum, neque post causam rarefacientem corpus supra modũ,
B sicut est coitus, & balneum, neque post causam spargẽtem vel diffundentem calorem innatum superflue, sicut ira, & lętitia: sed sit post subtiliationem cibi, & digestionem eius per transmutationem factam in chylum: tunc enim est conueniens ad faciẽdum penetrare, & est conueniens etiam ad curationem ægritudinum acutarum vel calidarum.

De eo qui læsus est ex odoribus bonis.

Si ergo nocumentum prædictum. s. coryza causatur à rosa propter cõpressionem, tunc eius cura est, quod mollit vel relaxat, sicut olfacere odores mollificantes: & pper hoc dicitur, quod violę, & nenufar curant nocumẽtum rosarum, verum non iuuat tantum, quantum facit assiduatio effusionis aquę calidæ super caput. Odoris vero nocumenti causati, ex stypticitate, sicut
C odoris cypressi, & cyperi, curatio est administrare mollificantia prędicta. Et melius quidem est ad id, quod nocet sua compressione, vt olfaciat styptica, & effundantur super caput mollificantia, donec retineatur, quod resoluitur ex membro, & soluatur, quod constringit, & cõdensat: & propter illud ex odore nigellę cum balneo est iuuamẽtum plurimum ad remouendum nocumentum rosarum: immo propter hoc, quando aggregantur cyperi, & rosę, & cum hoc naribus attrahatur oleũ, non accidet coryza ab ipsa rosa.

De nocumento septentrionis.

NOcumentum septentrionis est condensare corpus, & prohibere resolutionem, & exprimere cerebrum, & ventrem: & propter illud sequit̃ ad ipsum ophthalmia, & tussis. Cura nocumenti septẽtrionis est administratio balnei, & cohol cum tutia nutrita vel præparata cũ agresta: & comedere cibum factum ex papauere cum

cum croco:& administratio trochiscorum rosarum paruorū:& distillatio olei cheirini permixti cum oleo rosarum tepidi in aure.

Tractatus tertius de remedijs nocumentorum accidentium ex malo regimine circa balneum.

Ocumētum balnei est, quod aer balnei non est temperatus, et temperamētum quidem aeris balnei in vniuersali vel in summa est, vt non sit vehementer calidus, neq; frigidus, in quo difficilis est sudor. In particulari vero, & distincte rectificatio, & cōuenientia balnei est, quod in ipso balneo ad minus sint tres mansiones, vel casæ: & quod sit in mansione vel in casa prima temperies, idest quod in ea nō sentiatur calor, neq; frigus: & quod mansio vel casa secunda non sit faciens angustias: & quod mansio tertia non sit æstuosa adurēs, neq; prohibens anhelitum rectum, firmum. Balneum quidem calidum valde facit fluere humores congelatos ad profundum membrorum, & facit accidere aut oppilationem, aut apostema, & facit humores ascendere ad cerebrum, vnde facit accidere sodam vehementem, aut sirsem, aut cursum humiditatum ad concauitates vacuas, vnde facit accidere epilepsiam, aut apoplexiam, & causat quidem epilepsiam, qn̄ fuerit oppilatio diminuta: sed quando oppilatio fuerit cōpleta, tunc causat apoplexiam. Balneum vero frigidum facit currere materiam ad viam sudoris motu diminuto, quare accidunt ex hoc nocumenta: & quandoq; facit accidere pruritum, & scabiem: & qńq; facit accidere coryzam: & quādoq; punctionem vel dolorem ventris. Curatio vero nocumenti ex balneo calido aut fit potionibus, & extinctiuis, sicut rob pomorum, & rob cydoniorum, & rob acetositatis citri, & syrupus de tamarindis, & syrupus alnisuch, & syrupus de alchedar, & syrupus acetosus, & alia ab his, frigidis non infrigidatis cum niue, aut cum linimentis cum sandalis, & aqua coriandri, & aceto super hepar, & cor: & positio commixtionis ex oleo rosarum, & aceto super caput temperatæ caliditatis, & frigiditatis: etiam positio pedum per horā in aqua frigida: deinde parū post effundatur modicum ex ea super spatulas, deinde post horam liniatur caput cum ea, postea effundatur parūper super corpus: & oportet, vt sit aqua frigida moderatæ non vehementis frigiditatis: & oportet, vt non fiat subito post balneum calidū, postea dormiat super stratum lene temperatum. Rectificatio ve-

D ro nocumenti ex balneo frigido est applicare aquam calidam moderatæ secundum mensuram, quam tolerat natura, & effundatur super caput aqua calida per horam ante egressionem, & assiduentur fricationes, & vnctiones, et compressiones manibus factæ super membra, & ingenia præparantia ad sudorem: postea quam primum egreditur, assiduetur effusio aquæ calidæ super caput solum, postea cooperiatur caput cooperturā moderata in æstate, et cooptura magna in vehementi frigore, & egrediatur, & dormiat. Alia litera ea, quæ calefaciunt

De errore qui accidit ex ingressu in balneum subito, & ex egressione ab eo subito.

IN illis, qui ingrediuntur balneum subito .i. absq; gradatione, si fuerit complexio ipsorū calida, timetur, ne accidat sparsio caliditatis innatæ, ad quod postea sequitur debilitas cordis,
E & chafacā. In eis vero, qui egrediuntur à balneo subito, timētur catarrhi acuti, & excoriatio intestinorum, & dolor iuncturarum. In illis autem, qui sunt frigidę cōplexionis, timetur ex ingressu in balneū subito apoplexia, & paralysis, & chafacham: & ex egressione subita timetur congelatio, & saccus, & mictus vrinæ inuoluntarius, & tremor. Cura eius, qui īgreditur balneū subito, si est complexionis calidæ, est, vt gradatim exeat ad domum vel mansionem balnei primam, & aspergatur super ascella sinistra aqua rosata subito, & quod induat vestimenta frigida, neque fugat, seu bibat aquam frigidam subito, deinde cū retur cum eo, quo curatur nocumentum vehementis caloris balnei. Si vero fuerit frigidę complexionis, administrentur ei illa, deinde administretur in potu aliquid de rob pomorum cum
F pauco diamusci, et dormiat. In cura eius, q egreditur è balneo subito, si fuerit calidæ complexionis, effundatur super eum, & super caput eius aqua calida plurima, & fomentetur caput eius cum panno calido, & dormiat. Si vero fuerit frigidæ complexionis, tunc sedeat in mansione calida valde, & naribus attrahat oleū iasiminum, et oleum de lilio, aut oleum rosarum alneserim: & liniatur caput cum mixtione facta ex spica, et cypero, & succentur membra, & exhibeatur in potu mithridatū, & theriaca de quatuor rebus, & cibetur cibario, in quo sit allium: & detur in potu parum de vino puro, & dormiat.

De aqua salsa in balneo.

AQua salsa in balneo cōfert scabiei, & pruritui: verum rarefacit cutem, postea condensat. Et quando non fuerit pruritus, tunc ipsa facit accidere prurituū, & macrefacit corp⁹, & nocet oculis, & facit accidere catarrhos, & ophthalmiam,

miam,& sensuum turbationẽ. Cura nocumenti ex balneatione cum aqua salsa est, vt ablutio fiat cum aqua frigida,& cõfert lutum boni odoris liniendo corpus cum eo,postea abluẽdo cum aqua calida dulci: deinde fiat fricatio cum oleo rosato odorifero cum facilitate, & frequentetur ablutio cum aqua dulci post illud.

De aqua aluminosa.

AQua aluminosa condensat cutim & constringit ipsam:& quandoq; facit accidere febrem ephemeram corporibus macris: & quandoq; ex ea fit casus in spasmum. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua aluminosa, abluantur isti post eam cum aqua calida multotiens ablutione vehementi,deinde fricẽtur,donec sudent, deinde abluãtur post,deinde inungãtur cũ oleo chamęmelino,aut oleo de keiri,posteadormiãt.

De aqua sulfurea, & naptica.

AQua sulfurea,& naptica corrumpit complexionem cutis corporis,& præparat ipsum ad putredinem,& facit accidere catarrhos: & si prolongatur mansio in aere ipsius, timetur ex eo hydrops: sed quod magis accidit ex ea, est icteritia. Cura nocumenti ex ablutione cum aqua sulfurea,& naptica, ablutio fiat cum aqua tẽperatæ frigiditatis, deinde cũ aqua calida, deinde sudet, postea abluatur cũ aqua tepida, postea inungatur cũ oleo rosato bono, postea dormiat.

De aqua ferrea.

ABlutio cum aqua ferrea confert iuuamentis plurimis,& non accidunt ex ea nocumenta plurima, quòd si nocet, non nocet, nisi quia condensat cutim.

De administratione fricationis, et vnctionis, & ablutionis in balneo.

COrpus temperatum, quando ingreditur balneum,sedere debet in qualibet mãsione balnei hora vna, postea expectare, donec corpus eius incipiat rotificari, & aliqualiter inflari, & appareat sudor:& tũc effundatur aqua primo super spatulas,& reliqua membra, deinde super caput, postea radatur caput seu administretur abrasio capitis,postea fiat compressio membrorum cum manibus,& fricatio cum facilitate,& solicitudo sit administrare huiusmodi super iunctu̇ras,neq; fiat illud in reliquis membris, nisi in patiente ama, vt resoluantur humores mali, neque fiat aliquod dolorosum seu fricatio dolorosa,nisi in habentibus phlegma crudum, vt resoluantur humores crudi à iuncturis.

De errore, & nocumento accidente ex fricatione superflua.

ILli,cui administratur fricatio superflua, si fuerit calidæ complexionis, aut siccæ, accidũt casus virtutis,& commotio choleræ,& quandoque præparatur ad febrem: & si fuerit caput repletũ, accidit ex illo commotio humorum. Cura quidem primi est vngere cum oleo rosato,& oleo violato,& comedere cibos leues extinguentes, sicut alchisch,& almes,& assumere syrupos extinguentes, sicut syrupus acetosus,& iuleb. Et cui accidit ex hoc cõstrictio naturę,detur in potu syrupus alnisuch.

De operatione, & nocumento aquæ frigidæ in balneo.

OPeratio aquæ frigidæ in balneo, si balneũ fuerit calidum, est sicut operatio,& nocumentum egressionis ab eo subito,& nocumentum est maius. Et cura ipsius est curatio illius, & magis fortis. Sed quãdo fuerit balneũ frigidum, eius operatio etiam, & nocumentum est, sicut operatio aeris frigidi. Et quando nocet, tunc eius cura est illud, quod dictum est.

De operatione, & nocumento aquæ calidæ in balneo.

NOcumentum,& operatio aquę prędictę est, sicut operatio aeris calidi vehemẽter in balneo,& nocumentum magis forte. Verum propter breuitatẽ temporis eius, est minoris impressionis,& propterea quod non aduenit cordi, sicut aduenit aer calidus, quare minus,& leuius debilitat,& cura eius est cura similis illi, & administretur syrupus de tamarindis, & illis, quibus cum hoc nocumento accidit fluxus ventris,exhibeatur syrupus pomorum,& cydoniorum,& agrestæ.

De errore, & nocumento ex mora in balneo.

EX mora in balneo in consuetis hominibus accidit dolor iuncturarum,& extensio in lacertis,& quandoq; sequitur febris ephemera. & cura est abluere cum aqua calida, & fricatio facilis cũ oleo chamæmelino, & oleo oliuarum nouo,& si non sedatur cum hoc, oportet, vt fiat phlebotomia in omni dispositione in die secundo post balneum.

De eo, qui vsus est exercitio forti ante balneum, aut post egressionem à balneo.

BAlneum quidem temperatum non nocet plurimum eis, quibus accidit motus superfluus, aut eis, qui volũt vti motu post balneum, Immo quando fuerit balneum temperatum, & nõ fuerit in eo mora, quæ faciat sudare plurimũ, & non fuerit in eo mora, nisi secundum mensuram, qua ex balneo acquiritur corpori humectatio, vel humiditas, est iuuamentum eis, quibus accidit motus fortis,& nõ nocet, nisi per lõgam moram

moram in balneo ita, vt balneum accipiat de humiditate, plusquam tribuat. Et cui accidit hoc, perducitur ad hecticam, cum vehemens fiat cordis calefactio, aut perducitur ad hydropisim, si resoluta fuerit caliditas naturalis, & debilitata, & infrigidata fuerit complexio viscerum. Cura illius est balneatio cum aqua frigida, & effundere oleum tepidum in hyeme, & in ęstate infrigidatum, & lac nouiter mulctum super caput, & applicare iuncturis mucilaginem altheæ cóquassatam cum oleo violato, et bibere vinum album valde permixtum, et sorbere iura facta ex auibus contusis vel contritis, & ex carne arietum castratorũ contrita, & si appareat frigus in visceribus, cuius signũ est mala digestio, & inflatio, & eructatio acetosa, tunc succuratur cũ diacurcuma, & distilletur oleum violatum in auribus eius, in quo dominatur cholera, & oleum alkeiri in eo, E cuius viscera sunt infrigidata, cófert in hac ęgritudine.

De longa mora in balneo.

LOnga mora in balneo operatur operationem, quam operatur motus vehemens, & cura eius est, sicut illa cura.

De nocumentis balnei super cibum.

BAlneum super cibum causat oppilationes in hepate, & venis, ꝑpterea ꝗ attrahit materias cibi indigestas ad exteriora corporis propter fluxum humiditatum ad ea per sudorem, et ad oppilationes sequuntur ęgritudines oppilationis, sicut apostemata, & prohibitio cibi, ne vadat seu transeat ad exteriora, & sequitur fluxus ventris periodicus, & sequuntur febres putredinis, quia oppilatio est vna ex causis putredinis. Cura vero est administrare syrupum acetosum F de seminibus, & euacuatio debilis facta cũ hiera picra, & administrare cibos leues aliqbus dieb⁹.

De nocumento eius, qui bibit in balneo rem frigidam.

POtare in balneo rem aliquam frigidã, sicut aqua frigida, & ceruisia, est timorosum valde. Quoniam res frigida fluida, quando peruenerit ad stomachum in balneo, in quo iam porositates sunt apertæ, & meatus sunt rarificati, & aperti, subito attrahitur ad hepar, & ad cor, quare infrigidantur ambo infrigidatione vehemẽti: aut debilitatur caliditas naturalis, & debilitantur oĩa viscera, & disponuntur ad hydropisim. Succurritur vero illi nocumento assumendo aliquid modicum de vino puro post balneum, aut potando diamuscum, aut dialacham, aut diacurcumam, aut mithridatiũ, aut fomentãdo hepar, & cor cum pannis calidis, aut assumere cibaria

D aromatizata. Et caulibus inest proprietas remouendi hoc nocumẽtum. & ex oleribus est enula, & ex potionibus est syrupus de pastinaca, & syrupus de absynthio, & syrupus de alchandicum.

De nocumento ex ingressu balnei corpore repleto.

HOc etiam est periculosum, quoniam ex eo accidit putredo humorum retentorũ in corpore, & agitatio ipsorum, & apostemata in visceribus, sicut pleuresis, & peripneumonia, & apostema hepatis, & timentur ex eo etiam nocumenta cerebri, & ipsius apostema, aut timentur febres, quæ sunt ex rebus, quæ magis proximę sunt, vt accidant, ꝙ aliæ. Cura eius est, cum succedit ei grauitas, & lassitudo, aut tactus vlceris, aut tensio, tunc oportet, vt propere fiat phlebotomia, & extrahatur quantitas cóueniens de E sanguine. Quod si remouetur, & quiescat ex hoc, bonum est, si non, tunc euacuetur cum syrupo de fructibus, & assumat potiones prohibẽtes putrefactionem, sicut rob cydoniorum, rob pomorum, rob prunorum, & alia ab istis. Et liniatur hepar, & cor cum linimentis conuenientibus, sicut est coriãdrum, & acetum, & solatrũ cum pauco camphoræ, & sandalis.

Tractatus quintus de aqua, et his quæ bibuntur.

De nocumento potus plurimæ aquæ.

POtus plurimæ aquæ nocet tribus modis: quorũ vnus est, quod debilitat caliditatem naturalem in membris vniuersaliter, & debilitat membra principalia: quare accidit eis tunc debilitas virtutum naturaliũ quatuor: Membris autem instrumentalibus accidit debilitas motuum, & tremor. Secundus modus est, quod virtus sequestratiua in hepate debilitatur in sequestrando omnem aquositatem à sanguine, quare aut effunditur aquositas ad partes inter mirach, & sifach, & accidit hydrops aquosa: aut penetrat aquositas cum sanguine ad membra, & accidit hydropisis carnosa. Et virtus sequestratiua in renibus debilitatur, quia accidit ex eo mictus vrinæ inuoluntarius cum difficultate in ea, & debilitantur renes. Tertius vero modus seu tertia ratio est, quod ipsa aqua multa soluit cibum, & facit ipsum descendere ante horam. Rectificatio in habente quidem cóplexionem frigidã fit bibendo super ipsam aquã dialacha in vino, aut athanasia, aut mithridatiũ ita, vt prouocet cum fortitudine: sed habentes complexionem calidam sumant super eam prouocantia vrinam, & confectionẽ de seminibus, & vinũ

& vinum subtile odoriferum, deinde transglutiant aquam frigidam post illud, & expectent super eam: & sint cibi ipsorum ea, quæ prouocant, & sedant sitim, sicut cibus de spinachijs, & cibus de cydonijs.

De nocumento aquæ mali odoris, cœnosæ, in qua nascuntur cannulæ.

Aquæ mali odoris, cœnosæ tardant descensionem suam à stomacho, & penetrationem cibi. Et sitis quidem augetur cū aquis huiusmodi, & virtus debilitatur. Et quia ipsæ non sunt puræ simplices, immo in huiusmodi aquis est terreitas plurima, quare ex eis generatur humor aut phlegmaticus vitreus, aut melancholicus, & propter illud multiplicant ægritudines splenis in hominibus, qui plurimum bibunt de ipsis, & accidere faciūt hemorrhoidas, & hydropisim propter malitiam cōplexionis hepatis inductam ab eis, & mictum vrinæ inuoluntarium propter malitiam complexionis renum. Rectificatio istarum aquarum est, vt ipsæ distillentur, si possibile est, aut cum lambico, aut cum pāno posito super orificiū vasis, in quo bulliantur, & postea exprimendo pānum illum, aut colantur, & purificātur tales aquæ cum pane, aut pomis, aut cydonijs, et talis colatura est melior. si vero aquę illæ bullitæ fuerint secūdum dispositionem suā, scilicet secundum quod sunt, oportet vt super eas sumatur cōfectio de aristologia, & sumātur sup eas illa, quę prouocant vrinam plurimam, et bibatur super eas vinum plurimū. Et cepę proprietatem habent in resistendo aquis prædictis, quando comeduntur crudæ. Et quando homo post potum aquarum prædictarum per diem biberit vinum purum modicum ī ieiunio, & non fuerit, quod prohibeat ex parte complexionis eius confert vehementer.

De nocumento aquæ sulfureæ.

Istæ quidem aquæ adurunt humores, & eos putrefaciunt: quare sequūtur in principio febres cholericæ, postea in fine febres melancholicæ propter adustionem sanguinis ex eis factam. Et melancholicus quidem humor, qui ex huiusmodi aquis generatur, est humor melācholicus malus, qui nominatur cholera nigra. Et nocumentum istarum aquarum est causare icterum, & pruritum, & febres tertianas, & cōclusam, & sodam, & ophthalmiam, & catarrhos calidos, & vrinæ difficultatem, & corporis maciem. Rectificatio earum, si est possibile ipsas distillare, sicut dictū est, erit conuenientior. Et si bibantur cum aceto, & proijciatur in eis lutum armenum, & lutum sigillatum, frangitur nocumentum ipsarum.

A Sed quando bibuntur, sicut sunt, vel secundum suam dispositionem, tunc syrupus granatorum cum syrupo violato frangit plurimū de nocumento ipsarum. Et syrupus quidem acetosus zuccarinus factus cum aceto, & succo cydoniorū resistit eis vehementer. Et lac seminis portulacæ triti assumptum cum syrupo violato, & syrupo de pomis est iuuatiuum. Et potus aquæ rosatæ super ipsas aquas prædictas est etiam conferens. Amplius sint cibaria leuia vnctuosa, in quibus ponitur oleum, & butyrum calefactum. Et quando apparet earum nocumētum, & non fuerit febris cum eo, tunc bibatur lac, & butyrum calefactum. Si vero fuerit febris, bibatur aqua hordei cum syrupo acetoso, & aqua granatorum muzorum.

De aqua aluminosa.

B Nocumentum istarum aquarum est stypticare, & constringere naturam, & exasperare pectus, & vocē, & causare difficultatem vrinæ, & stringere vias cibi, & causare corporis maciem. Rectificatio nocumenti est administrare pinguia, & transglutire oleum oliuæ, & amygdalarum super eas, & vinum subtile odoriferum. Et ex potibus est syrupus violatus, & syrupus prunorum. Et aqua hordei resistit eis valde. Et aqua quidem cicerum cum oleo bono, quodq; oleū sit comestibile, est iuuatiua. Et magis iuuatiuum omnibus rebus in resistēdo aquis prædictis est sorbitio facta ex decoctione furfuris cum zuccaro administrata. Et confectiones de granis vel medullis sunt iuuatiuæ non modicum.

De nocumento aquarum vitriolarū, seu currētiū super mineram vitrioli, vel aquæ in qua fuerit positum vitriolum.

C Nocumentum istarum est compositum ex nocumento aquæ aluminosæ, & nocumento aquæ sulfureæ: quare accidit ex stypticitate, & exasperatione res similis ei, quæ accidit ex aqua aluminosa, & ex putrefactione, & adustione materierum vel humorum accidit res similis ei, quæ accidit ex aqua sulfurea. Et nocumentum, quod faciunt huiusmodi aquæ vitrioli in pulmone, est magis vltimum seu vehementius. Rectificatio est bibere syrupum de hyssopo denominatum frigidum, & assumere syrupum rosarum cum syrupo de liquiritia, & aquam melonis indi extractam post ipsius assationem in pasta, aut aquam cucumeris, et citrulli, aut mucillaginem psilij, & seminis cydoniorum cum violis conditis, quodcunque istorum resistit nocumento prædicto.

De

De aqua mineræ lithargyrij, vel de aqua, in qua positum fuerit lithargyrium.

DOcumentum istius aquæ est simile nocumento aquæ sulfureæ: sed hæc proprietatem habet vlcerandi intestina. Rectificatio similis rectificationi nocumenti aquæ sulfureę, & additur administratio eorum, quę prohibent vlcerationem ĩtestinorũ, sicut sunt troch. de gummis, et troch. de spodio cũ syrupo violato, vt resistat stypticitati eius veheméti. Et psyllium confert ei valde.

De aqua mineræ viridis æris, vel de aqua, in qua positum fuerit viride æs.

NOcumẽtum istius aquæ est simile etiam nocumento aquæ sulfureæ: verũ est maioris nocumenti, quam illud secundum vnum modũ: & est, quod huiusmodi aqua aperit orificia venarũ, & lędit ea, & facit accidere mictum sanguinis, & fluxum sanguinis per ventrem, & sputum sanguinis ex pulmone. Rectificatio est administrare troch. de charabe super eam, et administrare sumach, & berberis. Et trochi. de terra sigillata remouent nocumentum eius cum stypticitate, & virtute theriacali, quæ est in eis. Et syrupus de iuiubis ingrossando sanguinem. Et administrare loch de papauere confert nocumento pulmonis, & renum. Et cõsideretur impressio, in quo membro vehementer fuerit, & curetur cum eis, quæ sunt appropriata illi membro. Et hepati quidem, & quæ ei continuantur, approprianturtrochi. de charabe. Pulmoni vero approprianturtroch. de papauere. Intestinis autem approprianturtrochi. de terra sigillata. Renibus trochi. alkechengi, & trochis. de papauere cum balaustijs.

De aqua salis armoniaci.

NOcumentum aquæ salis armoniaci est, sicut nocumenti aquę viridis æris, & difficilius eo. Et proprietas eius est nocere cerebro, & oculis. Rectificatio est, vt administrẽtur omnia, quæ administrantur pro rectificatione nocumenti aquæ viridis æris cum extinctione veheméti facta cum troch. de camphora, & odore ipsius, & cũ linimentis frigidis super caput ex oleo rosarum, & aceto, & aqua rosata, & sandalis, & succo olerum frigidorum: & facere oculis alcohol cum aqua coriandri, & antimonio nutrito cum agresta.

De aqua æris.

NOcumentum istius aquæ debilius est, quàm nocumentum aquæ viridis æris, & quod ei similatur.

D *De aqua naptica.*

NOcumentum istius aquæ est debilius, quàm nocumentum aquæ sulfuris, & quod ei similatur.

De aqua salsa.

PRoprietas istius aquæ est facere obscuritatem visus, & grauitaté auditus, & sibilum in capite, & pruritum. Rectificatio est extinguere cum robub frigidis, in quibus nõ est stypticitas vehemens, & administrare vnctuosa secundum quod dictum est in capitulis præcedétibus: & collyriũ oculis facere cum tutia nutrita cum aqua agrestę, et distillare oleũ de keiri ĩ auribus.

De aqua amara.

AQua amara putrefacit, & facit accidere febres cholericas: & timetur ex ea hydrops. Rectificatio est administrare potus dulces, sicut
E iulep, & syrupum violatum: & administrare ea, quæ prouocant vrinam, sicut medullæ seu semina melonis, citrulli, cucumeris, & cucurbitæ.

De aqua acetosa.

AQua acetosa vlcerat intestina, & stomachum, & facit nauseam, & facit accidere hydropisim. Rectificatio est administrare glutinantia, sicut pedes cum cymino, & quę frãgunt ventositatem, sicut carui, & origanum, & assumere syrupum de pastinaca, et syrupum de enula, & ex cibis administrare oua sorbilia, et medullas ossiũ cum sale aromatizato cum speciebus.

De nocumento aquæ bibitæ in ieiunio.

AQua bibita in ieiunio debilitat stomachũ & facit accidere catarrhos infrigidando cerebrum propter duas rationes: quarũ vna est propter communitaté stomachi cum cerebro: et
F secunda ratio est propter ascensũm vaporum aquosorum purorum: nocet etiam infrigidando hepar, & splenem: & præparat ad hydropisim. Rectificatio est assumere aliquid modicum de vino puro veteri, odorifero super eam, deinde festinare ad comedendum panem siccum, & tortellas tritas, & suych vel sauich, & ea, quæ habét proprietatem exiccandi aquositaté, & retinendi ipsam à veloci penetratione ita, vt resistatur infrigidationi cũ vino antiquo, & melle: & penetrationi cum his, quæ ingrossant, & inspissant.

De nocumento aquæ bibitæ super cibum, & repletionem.

NOcumentum bibitionis aquæ super cibum, & repletionem est interpositio ipsius inter cibum, & inter partes stomachi appręhendentes, & circundantes ipsum cibum ita, vt ex hac impediatur cibus à digestione: Nocet etiá extinguendo vel infrigidando partes stomachi

à fundo

à fundo eius vsq; ad os ipsius, & frāgit virtutem digestiuam, & debilitat eam sua infrigidatione, & facit penetrare cibum indigestum propter fluxibilitatem substantiæ aquæ, & multoties facit accidere dolorem hepatis, & stomachi. Rectificatio est assumere compressiua super ipsam cum diureticis velociter, sicut cydonia, quoniam expellet aquositatem velociter, postea prouocabit. Et nō est aliquid in hoc capitulo, sicut cydoniū, verum oportet, vt bibatur post digestionem aliquid vini, aut mellis, vt frangatur, quod aggregauit vel causauit potus aquæ plurimę, & cydonium sua infrigidatione, aut sumatur aliquid de semine apij cum penidijs. Quod si accidet dolor in hepate, aut stomacho, curetur cum diacyminο. Et si sentitur corruptio cibi ex hoc, & declinet ad fumosum, tunc soluatur cum syrupo de fructibus: si vero declinat ad acetosum, soluatur cum electuario Alseriaram: & non oportet, vt in hoc deficias.

De nocumento aquæ potatæ super motum laboriosum, aut super raritatem corporis à causis alijs.

NOcumentū est rarificare corpus propter causas alias similes eis, quas diximus de potu aquę in balneo communi. Rectificatio est rectificatio illius.

De nocumento potus aquæ super coitum.

POtus aquæ super coitum facit accidere tremorem cordis, & debilitatē eius proprie, & ea, quæ diximus in balneo communi. Rectificatio est olfacere muschū, & diamuschum dulce in habente complexionem calidam cum syrupo de pomis: sed in habente complexionem frigidam cum vino puro, & comedat alzarauni.

De nocumento focha.

POtus focha corrūpit hepar, & cerebrum, & cor, & stomachum, & splenem, & intestina, & renes, & vesicam, & debilitat ipsa, deinde generat tremorem, paralysim, & lepram, & baras, & mictum vrinæ inuoluntarium, & lapidem vesicæ, & renū, & hydropisim: & est de rebus, quæ magis nocent neruis, & contrariatur coitui: quoniam infrigidat, & humectat, & spargit humiditates, quę sunt in facie neruorum, & facit accidere catarrhos malos, & scrofulas. Rectificatio est administrare nuces, & amygdalas, & medullas fructuum, & administratio eorum, quæ prouocant vrinam. Et caueatur potatio vini super potū focha, aut caueatur potare ipsum focha super vinum: quoniam vinum facit penetrare velociter ad profundum membrorum, & iuncturarum: immo oportet, vt super focha sumatur lambendo mel, & butyrum, & administratio prouocātium plurimorum. Et alzarauni est theriaca ipsius focha omnibus modis. Et melius focha est illud, quod fit ex pane, & in eo ponitur multū de cinnamomo, et ruta, et origano.

Tractatus sextus de motu & quiete.

De motu plurimo.

MOtus plurimus calefacit primo calefactione vehementi, & exiccat: deinde in fine īfrigidat. Et ex nocumentis primis est putrefactio, & facere fluere materiā malam ad profundum membrorū. Et ex nocumentis secundis sunt ęgritudines neruorum frigidę, & casus virtutis: & quandoq; facit accidere chafachā, & syncopim. Rectificatio est, q̄ oportet, vt abluatur in æstate quidem cum aqua frigida: in hyeme vero cum aqua dulci tepida.

De quiete plurima.

QVies plurima generat humores crudos, et prohibitionem chordarū ab obedientia lacertorum in motibus, & hebetat sensus. Rectificatio nocumenti est, q̄ si fuerit illud in lōgo tempore, euacuetur cum pilulis stomachicis, aut pilulis cochijs. Si vero fuerit non longi t̄pis, tunc succurrat̄ cum exercitio forti, & fricatione, & cōpressione mēbrorum in balneo.

De vigilia maxima.

VIgilia vehemens plurima est similis motui vehementi plurimo: verum eius nocumentum magis dominatur cerebro, & cordi. Rectificatio est vehementer inūgere caput cum oleo violato, & naribus ipsum attrahere, & distillare in aurem, & olfacere aquam rosatam, & bibere vinum multę permixtionis, vt humectetur cerebrum: & administretur balneatio leuis cum aqua dulci temperatæ caliditatis, et sorbeat ius spinachię vel secūdum aliam literam ius carniū, & ferculū de cucurbita, ferculū de blito: et assumat syrupum de pomis, & epithemetur cor cum linimentis, vel epithematibus frigidis.

De nocumento coitus plurimi.

Bibant infusionem cicerum permixtam cum vino, & balneentur cum aqua calida, & vngantur cum oleo chamæmelino, & oleo rosato permixtis, & dormiant super saturitatem cibi aromatizati.

Finis Auicennæ.

EX SYRASI SVPER Fen ſecunda Canonis primi Auicennæ,

Capite ſecundo de febre Ephemera.

ET ex eis: quæ dicuntur facientia ipſas differre eſt, vt infirmus ingrediatur balneum. ꝙ ſi delectatur ex effuſione aquæ calidæ ſuper corpus eius, & ſudat ex eo ſudore tẽperato, tunc eſt febris diei vel febris ephemera: Et ſi non acciderit aliquid ex hoc, immo accidat horripilatio ex aqua calida, & cutis eius horrorem incurrat ex ea, aut accidat ei rigor fortis, tunc eſt febris putredinis.

Ex eodem, capite de regimine infantis ſuper doct. 1. Fen tertiæ Canonis primi.

DEINDE cum aqua &c. ſ. poſt ſaliciẽ, ſiue ipſa ſalitio rei teretur, ſiue nõ. CVM aqua tepida ipſum lauabimus. obſtetrix debet lauare ipſum cum aqua tepida, vt non remaneant poroſitates obtuſæ conſtrictæ propter ſalem, & ne prohibeatur reſolutio humiditatum ſuperfluarum, & etiam vt quieſcat corpus, & mundificetur ab abſterſione ſalis, & ipſius mordicatione. CVM aqua tepida lauari debet, vt caliditas aquę ſit eis conueniens, & ſimilis, quoniam calor eſt mordicans, & frigus eſt congelans.

Ibidem.

ET obſeruãdum erit, ne cum dormierit &c. vt non remaneat propter cauſam faſciæ ſecundũ formam tortuoſam. CVM aqua ſuaui æquali ſeu temperata timendo dominium reſolutionis in HYEME &c. AD caliditatem trahat &c. vt opponatur frigori aeris hyemis. NON mordicantem vt non lædat ſui mordicatione POST ſomnum longum. ſ. vt iam ſit completa digeſtio cibi ſui, & ſuperfluitates vrinæ, & ęgeſtionis ſint iam expulſæ, & vt remoueantur materię expulſæ ad ſuperficiem cutis, vel ad exteriora cutis cum ſudore: & talis hora eſt principium diei, cum ſomnus longior ſecundum plurimum fiat in nocte. AVTer ſecundum multitudinem ſordiciei, & ſudoris, & paucitatem amborum. AD id quod ſit magis tepidum vel ad id, quod magis declinat ad tepiditatem, vt aſſueſcat, & non fiat balneatio cum aqua calida, aut temperatæ caliditatis ei nociua ita, vt ſi alterabitur, lędatur ex ea. IN ęſtate vt confortetur, & induretur cum ea cutis, & pori conſtringantur, vt hoc prohibeatur à reſolutionę. IN hyeme vero non ſeparet ſcilicet obſtetrix & TEMPERATAE calidita-

D tis, vt opponatur frigori aeris hyemis. ET RVBERE incipiat: ſignificat enim corpus eſſe mundificatum, & non pertranſeatur iſte terminus, qui eſt rubedo cutis, & eius tumefactio, vt non reſoluantur humiditates, quia ipſe velociter recipiunt reſolutionem propter earum ſubtilitatem. IN eis ingrediatur propter debilitatem virtutis expulſiuę ipſarum, timendo ne accidat vlcus, aut aliud in auribus ipſorum: & via pręſeruandi ab hoc eſt, vt obſtetrix ſugat aures infantis, vt egrediatur aqua quæ in aures deſcendit vel fluxit.

Super cap. 5. doctrinæ primæ fen tertiæ, canonis primi. De regimine infantium.

VT BALNEENTVR, quoniã balneum ſua caliditate reſoluit ſuperfluitates retẽtas in interioribus corporis apud ſomnũ, & exic-
E cat humiditates, & excitat calorem: & humiditas balnei prohibet caliditatem à ſuperflua reſolutione, DEINDE. ſ. poſt balneationem. DEINDE dimittendus eſt ludere. oportet, vt iſte ludus fiat cum ęquali, quoniam ſi fuerit cum minori eo, tunc non faciet motum ei neceſſarium, quãuis talis motus fortis eſſet, & multus, tamen per comparationem ad motum minorẽ vel ad motum ſocij pueri minoris talis motus eſt debilis, aut paruus. Si vero fuerit cum maiori, tunc erit econtra: Puer enim declinat ad ſibi æqualem, & cum eo vult ludere, & certare, quare fit cum eo motus conueniens, & delectabilis.

Ibidem

POSTEA balneãdus vt reſoluatur à balneo, quod de ſuperfluitatibus ex ludo ſub cute, quas attraxit exercitium ad cutem, & vt balneum hu-
F mectet ſuccurrendo exiccationi inductę à ludo longo. DEINDE cibandus ſcilicet poſt balneũ ſecundum, & cibetur cibatione completa, & illud quoniam caliditas in hac hora iam excitata eſt per motum, & ſuperfluitates per ipſum, & per balneum ſunt iam reſolutæ, & membra indigent reſtauratione, quare in hac hora præcipitur cibatio.

Ex eodem de balneo, libro primo fen tertia doctrina ſecunda.

CApitulum de balneo poſtponitur ad capitulum de exercitio, quoniam hora adminiſtrationis balnei eſt poſt exercitium, vt reſoluantur ſuperfluitates, quas exercitium reſoluere non valuit. HVIC autem homini: per hominem quandoq; intelligimus hominem perfectiſſimæ complexionis, ſicut dixit excellentiſſimus Gal. in capitulo de cõſeruatione ſanitatis, quoniam ſermo medicorum ſecundum plurimum

mum non eſt, niſi de huiuſmodi corpore, deinde per comparationem ad ipſum de reliquis corporibus: & quandoq; intelligimus hominẽ, qui adminiſtrat exercitium, & fricationem, ſecundum q̃ oportet, & non eſt dubium, q̃ non remanet ſuperfluitas in corpore amborum. nam hoc in corpore perfectiſſime complexionato eſt manifeſtum. In alijs vero corporibus nõ remanent ſuperfluitates, quia ipſæ reſoluuntur per exercitium, & fricationem. RESOLVTIONEM faciens, qm̃ in iſtis non adminiſtratur balneum reſoluens, ſicut adminiſtratur in corporibus humidis, & patientibus hydropem: in huiuſmodi.n. corporibus patientibus percipitur mora in balneo, præcipue in domo eius calida, vt ſuperflua fiat reſolutio humiditatum ſuperfluarum: & in iſtis magis adminiſtratur aer balnei, q̃ balneum aquę. Corpora de quibus hic loquitur Auicẽna ſunt munda, ideo non indigent balneo reſoluenti ſicut indigent hydropici. CALOREM ſubtilem. ſ. ab aere ipſius balnei. ET humectationẽ. ſ. ab aqua. IN ipſo non multum, vt non ſuperfluat reſolutio facta ex caliditate balnei, & non accidat contrarium eius, quod quæritur ex balneo. VTANTVR tina. Tina eſt vas longum ſecundum menſurã longitudinis hominis in balneo vel in thermis poſitũ, & repletum aqua, & in eo homo infirmus iacet, & ſedet: et tale vas fit ex ęre, aut lignis, aut re alia, & permutatur de loco ad locum ſecundum neceſſitatem, & eius latera ſunt alta vel eleuata ſecundum menſuram, qua, cum homo ſedet in eo, caput eius remanet extra coopertoriũ huius tinæ eſt ſic diſpoſitum, q̃ in medio eius eſt foramen, in quo collum hominis ſedentis in tina circũdatur ab eo, & caput hominis prædicti remanet extra illud coopertorium tinæ: et ſecundum hanc formam homo poteſt ſedere in tina cooperta, & clauſa, et caput hominis ſtat extra tinam. IN principio reſolutionis, vt non exiccetur, & reſoluat, & extenuetur. HVMECTETVR vel madefiat i circuitu. i. ſup terram balnei, vt multiplicentur vapores, & fiat humectatio aeris, & minoretur exiccatio humiditatum corporis. ET egrediantur timendo ſuperfluitatem reſolutionis, & deſtructionem vtilitatis balnei, quæ eſt humectatio, & calefactio. DONEC perfecte qeſcat: ſi enim feſtinat ad balneum anteq̃ quieſcat ab exercitio, fortaſſe cauſabit illud fluxum materierum, et humiditatum ad iuncturas, & lacertos propter eorum debilitatem factam ex labore, & calefactionẽ eorum ex motu, & proprie cum humiditas eſt ſubtiliata, fluida verſus exteriora cauſa exercitij: ſed cũ

A adminiſtratur balneum poſt aduentum quietis completæ poſt exercitium, tunc reddit virtus ad ſuum principium, & iuncturę, & membra, & in ſumma inſtrumenta motus ſunt fortia in repellendo à ſe materiam, quæ ad ipſa effunditur: & propter illud dixit princeps, donec perfecte quieſcat. SECVNDVM ordinem balnei caſas. ita, vt non fiat permutatio ab aere calido in vltimo ad aerem frigidum in vltimo, neque è contra, ne propter contrarietatem, & proceſſionem de extremo ad extremum augeatur, & multiplicetur nocumentum. FASTIDIVM vel anguſtia vel nocumentum eis inferat, quoniam ſi propter ſuperfluam reſolutionem incurrat faſtidium, vel anguſtiam, quandoque accidit ex ea febris putredinis, & illud quoniam mouet materiam quietam, & ſubtiliat ſubſtãtiam eius, & præparat eam ad putredinem. A DEBILITATE ipſius, quoniam non debilitat, niſi qñ facit faſtidium vel anguſtiam, & ſenſus literæ eſt, q̃ fiat taliter, q̃ non inferatur eis faſtidium & anguſtia. FEBRIVM putridarum, & eſt præparatio materiæ ad putredinem propter ſubtiliationem ſubſtantiæ ipſius. NE oppilationes propter attractionem cibi non digeſti, crudi, humidi ad membra, & tũc humectantur membra, & fiunt groſſa, & ꝓpter illud pinguedo facta ex illa materia efficitur pinguedo adipoſa. & ſi cibus fuerit in ſe ipſo humectans, tunc eſt magis ingroſſans corpus, & impinguans: verum ex alia parte nocet generãdo oppilationes in meatibus: & eſt poſſibile remouere hoc ab eo, & ſe cuſtodire, ne accidant oppilationes, adminiſtrando ſyrupum acetoſum ſimplicem in corporibus calidæ complexionis. In frigidis vero corporibus adminiſtrando diacalamenthum, & diatrium pipereũ.

Quòd ſi dicatur, q̃ pinguedo non accidit, & non fit, niſi ex ſanguine, & non fit ſanguis, niſi poſt digeſtionem hepatis, quæ non fit, niſi poſt digeſtiones ſtomachi, quare ſi non accidunt digeſtiones prædictę, non accidet pinguedo: etſi accidet pinguedo, vt dictum eſt, non accidet oppilatio propter ſubtiliationem, & tenuitatem factam in ipſo ſanguine. Dicatur, q̃ cauſa oppilationis prędictæ eſt, q̃ balneum attrahit materias pluſquam alia cauſa attrahẽs, quare ex hoc multiplicatur, & ingroſſatur, & firmatur, et facit accidere oppilationem non ex hoc, q̃ attrahit indigeſtum cibum, ſed propter cauſam attractionis multæ materię, & ſanguinis ad membra. Amplius quandoque digeſtiua hepatis eſt debilis, & virtus digeſtiua membrorum eſt fortis: cum igitur aduenit ad ipſa cibus non digeſtus, digerunt

ipsum, & sibi eum assimilant loco deperditi, & resoluti. Sermo igitur ille videlicet quod non fit, & nõ aduenit pinguedo, nisi post duas digestiones perfectas ex toto est sermo falsus. ET ibi multũ moretur: quoniam aer balnei resoluet humiditates à cute, & non inuenietur, quod ex stomacho attrahi possit, quare attrahentur loco deperditi humiditates radicales, & sic dominabitur macies, et extenuatio in corpore. VT cholera rubea ebulliat, & effundatur ad stomachũ vacuum. REM subtilem ex eis, quæ reprimunt choleram, sicut si bibatur aqua granatorum muzorum, & fugat cydoniũ, aut pomũ: & in sũma administret aliquid, quo stomachus sit occupatus, & quo cholera reprimatur. HOC est ei necessarium.s. vt assumat aliquam rem subtilem ante balneum, vt nõ dominetur cholera propter resolutionem superfluitatũ, & stomachi vacuitatem. DOMVS balnei calidę timendo resolutionẽ plurimam, et dominiũ choleræ in eo. IN aqua rosata, vt cum ea remoueatur furiositas choleræ, & eius cõmotio, & effusio ad stomachum. PORI sunt apti.s. à caliditate balnei, ET ipsorum corrũpat: & propter illud multoties causat mortem subitam, si penetrauerit ad cor, & extinxerint caliditatẽ naturalem, & multoties causat hydropisim, si penetrauerit ad hepar, & extinxerit eius caliditatẽ. NE cito ad mẽbra penetret propter suam subtilitatem. PHTHYSIS, idest dissolutio mẽbrorũ, & eorũ extenuatio propter fortẽ resolutionem humiditatis membrorum principaliũ à forti caliditate. FRIGIDITATEM exponunt timendo velocem penetrationem frigoris ad interiora propter dilatationem pororũ, & propter illud oportet, vt sit bene coopertus pannis, vt non penetret frigus ad interiora membrorũ velociter. IN hora febris siue sit hora diei paroxysmi, sicut in periodica, aut in alia, sicut in cõclusa. SOLVTIONEM habet cõtinuitatis, quoniam mollificat extrema vulneris, & attrahit ad ea materias prohibentes consolidationem. AVT apostema, quoniam cum effunditur materia ad ipsum, tunc facit eam fluidam, & subtilem, et pręparat eam, vt effundatur ad ipm apostema. Si vero fuerit apostema in exterioribus, tunc illic est causa alia, & est attractio materię ad exteriora corporis. ET tu quidem iam sciuisti. intentio huius sermonis est manifestare iuuamentũ, & nocumẽtum balnei. EST calefaciens caliditate sui aeris, & cõmotione materierum cholericarum in corpore, si fuerint in eo existentes: INFRIGIDANS propter superfluam resolutionem, & cõmotionem materierũ frigidarum, crudarũ, si fuerint in corpore

D existentes: & est humectans balneũ, si fuerit administratũ cum aqua plus, quam cum aere: Est etiam exiccans, quando administratur balneum siccum faciens sudare calore sui aeris. IVVANS quando administratur cum debitis conditionibus, impediens vel nocens, quando non cõsideratæ sunt ante eius administrationẽ debitæ conditiones. SOMNVM facere propter tres causas, quarũ vna est, quod corpus ex eo acquirit humiditatẽ, vnde humectantur membra, & concauitas cerebri, & tunc difficultatur penetratio spirituum animalium, vitalium, et aliorũ spirituum in eo ad extra: Secunda causa est, quod per balneum resoluuntur humiditates superfluæ, quas oportebat resolui, vnde virtus quiescit propter hoc, & quærit quietem, & reditum ad suam minerã: Tertia causa est, quod corpus in eo, & instrumenta virtutum omnia moueu-

E tur, vnde accidit ex hac lassitudo in minera ipsarum, & additur ad hoc difficultas penetrationis ipsarum. ET aperire, id est aperire porositates remouendo sordiciem, & leniẽdo cutim, & ipsam mollificando, quare ab ea remouetur spissitudo, quam facit accidere frigiditas: & siccitas. ET abstergere, & intendit per hoc ablutionẽ sorditiei, & remotionem eius à cute: & illud quoniam iam tu sciuisti, quod fit attractio superfluitatum ad exteriora corporis, & earũ egressio per sudorem: & has superfluitates, in quibus est sapor baurachius, balneũ abstergit à superficie corporis, & abluit eas superfluitates, & sordities, quæ sunt supra cutem, & eas extrahit ex corpore: et adiuuatur balneum ad hoc perficiendum cũ fricatione, & ablutione facta cum rebus abstersiuis, sicut sapo, & visnen. ET resoluere: intendit per hoc subtiliationẽ ma-

F terierum, & pręparationem ipsarũ ad vaporationem: ipsum enim balneũ extrahit residuum materierum, quæ remanserunt ab ęgritudinibus, et quæ remanserũt à superfluitatibus digestionum in hora sanitatis, & resoluit vẽtositates: primum facit per sudorem, facit secundũ per euaporationem. ET digerere: intendit per hoc subtiliationẽ materierum grossarũ, & propter hoc adiuuatur natura ad earum digestionẽ. Et scias, quod digestio quandoque fit cũ eo, quod rectificat, & pręparat, vt fit nutrimentum: & quandoque fit cum eo, quod præparat ad expulsionem extra corpus: primũ quidem fit in phlegmate: Secundum vero fit, sicut in materijs malis. Et non est dubiũ, quod balneum, cum administratur moderate, calefacit sua caliditate temperata, & præparat sua humectatione materias, vt natura, & calor naturalis in eis operetur: quare accidit digestio ista cũ hoc, quod natura quiescit ex resolutione superfluitatũ, & mundificatione corporis

corporis à sordicie,& aptione pororum,& oppilationum quare fortificatur virtus ex hoc,& propter hanc causam digerit materiã: & cum res ita sit, sequitur, q balneum sit ex melioribus rebus in fine ægritudinũ materialium frigidarum. AD cutis superficiem trahere.s.cum caliditate aeris, & resolutione eius, quod cuti est proximũ,& attrahendo ad ipsum id, quod est longinquum, ne detur vacuum: & continuatur attractio vsq; ad stomachum:& ex hac attractione quærit natura assumptionem cibi. IN resolutione subtiliando ipsam. IN parte naturali,& illud, quia fit facilis expulsio mediante subtiliatione. ET retentione ventris, qm̃ mouet materiam ad partem contrariam parti solutioni ventris. cumq; administratur balneum in hora solutionis ventris, tunc ipsum resistit solutioni ventris, & facit retrocedere materiam: et operatio balnei adiuuat medicũ, B & operationẽ naturę. FATIGATIONIS vel lassitudinis,& illud resoluendo materias effusas ad lacertos,& chordas cũ motu. DEBILITARE cor, resoluẽdo caliditatem naturalẽ,& virtutem vitalem: iam enim tu sciuisti, q ipsum balneum operatur hãc operationem ab extra, & ab intra. SYNCOPIM resoluendo spiritus, & virtutem vitalem. ET nauseam,& illud qm̃ mouet materias,& eas agitat,& aliquid earum effunditur ad partem stomachi,& etiam propter vacuitatẽ stomachi effunditur ad ipsum aliquid de materijs. HVMORES quietos mouere, qm̃ resoluit materias cũ sudatione,& tunc continuatur attractio, vel peruenit attractio vsque ad materias quietas, quare attrahit ex eis aliquid,& cõmouet, præcipue cum balneum subtiliat eas, & præparat eas ad illud:& similiter balneũ nocet patientibus so C lutionem continuitatis, aut apostema. AD putrefactionem pręparare, id est balneum pręparat ad putredinem materias quietas, quas ipse mouit, & illud quoniã materiæ grossæ minus patiuntur à rebus nocentibus, quæ eis adueniunt: & nõ est dubium, q balneum subtiliat materierum substantiam,& tunc efficitur pręparata ad operationem vel impressionem, quæ fit in ea. Amplius propter multam quantitatem ipsarum materierum aduenięntium vel motarum propter earum subtiliationem factam à balneo oppilantur porositates, & retinentur vapores, & materiæ extraneæ rarefactę, quæ retrocedunt agendo in materiam operationem non conuenientem, quæ est putredo. ACCIDVNT apostemata, quoniam mouet materias, & eas agitat, quare effundũtur materiæ ad membrum ipsas recipiens, quod est membrum debile. effunduntur ergo ad ipsum,

A & causant apostema in eo, siue sit illud mẽbrum occultum, vel internum, siue manifestũ exterius.

Capitulo sexto. De ablutione cum aqua frigida.

CONSERVATVR .s.si corpus ei est mundum à superfluitatibus, non oportet, vt aqua frigida retineat eas in ventrem: Cõtrarium autem fit, quando corpus nõ ita se habet, vel contrarium fit in eo, quod non habet corpus mundum: Non enim est dubium, quòd regimen malum in eo, quod comeditur,& bibitur, est ex eis, quæ causant in corpore multitudinem superfluitatum: huiusmodi ergo corpus cum balneatur cum aqua frigida, retinentur ex ea superfluitates in corpore,& nocetur ab eis,& corrumpitur. Et oportet vt ille, qui vult balneari cum aqua frigida, sit iuuenis, vt eius caliditas sit sufficiens ad resistendum aquæ frigidæ, vt non profundetur frigus eius ad interiora:& oportet, q virtus eius sit fortis in resistẽdo, vt aqua frigida nõ imprimat, & non faciat accidere malitiam cõplexionis frigidæ,& ne accidant ęgritudines neruosę. Oportet etiã, vt forma prędicti, qui vult balneari cum aqua frigida, sit forma temperatę carnosa: quoniam corpus extenuatum vel macrum patietur velociter à frigiditate aquę in interioribus, aliter quoniã in corpore macro valde frigus penetrat in interioribus velociter: Corpus autem pingue est frigidæ complexionis, pauci sanguinis, quare non resistit frigiditati aquæ: Et oportet, vt balneatio cum aqua frigida fiat in æstate, vt sit aqua minus frigida, & caliditas corporis sit excitata, & fortificata,& humores eius incipiãt ebullire, & sit in medio æstatis, vt sit aer minus frigidus, & caliditas magis excitata,& humores magis ebullientes, & in hora ęstuosã. NAVSEATIVAM facietatem, qm̃ frigiditas aquæ causat retentionem materierum corruptarum, et facit ex eis accidere ægritudines. NEQVE vomitũ, quoniam frigiditas aquæ retinet materiã in profundo,& hoc adiuuat ad vomitũ. NEQVE fluxum ventris, quoniã retinet materiã in interioribus, & est causa additionis fluxus ventris. NEQVE vigilias, qm̃ vigiliæ rarificant corpus, qua facilis fit penetratio vel profundatio frigoris ad interiora,& proprie cum vigilię infrigident corpus causa resolutionis caloris naturalis,& apertione pororum, quæ causat raritatem,& illud adiuuat vehementer ad penetrationem frigoris. NEQVE rheumatismos, qm̃ aqua frigida retinet materias ad interiora corporis, quare auget catarrhos: & quia constringit poros, et retinet materiam, quę vult resolui, & egredi extra corpus. NEQVE senex, quoniam virtus eius nõ sufficit resistere fri-

giditati aquę. CORPVS est leue quoniam leuitas corporis, & facilitas motus significant mundificationem iuncturarum, & lacertorũ & cordarum à superfluitatibus, quoniam lassitudo, & fatigatio, vel pigritia in motu significant superfluitates, & quando administratur in hac hora balneatio cum aqua frigida, retinentur materiæ in iuncturis. ET est cum hoc fit. i. administratio aquę frigidæ post administrationẽ aquæ calidæ. MVLTVM sit frigidæ, vt non fiat permutatio de extremo ad extremum sine medio, & vt non penetret virtus frigida ad interiora porositatum apertarum, ex quo sequatur extinctio caliditatis membrorum. ET est quando fit hoc. s. ablutio cũ aqua frigida post exercitiũ. ANTE ipsum idest ante exercitiũ, & talis fricatio est fricatio pparationis. QVAM solebat, vt calefiat plus cũ exercitio, & spargatur caliditas ad exteriora, & indurẽtur membra prędicta, vt non possit frigus aquæ penetrare ad interiora. ET sit exercitium. s. quod administratur ante ablutionem, & vnctionem, temperatum. s. in quantitate, quoniam multa fricatio resoluit calorem naturalem, & rarificat poros, & hoc causat, vt frigus penetret, & fortiter imprimat: Pauca vero fricatio nõ calefacit, vnde debilitatur resistentia: In qualitate vero cõcedit, vt ipsa fricatio sit velocior parum, quàm moderata, vt sit calefactio eius fortior, quàm resolutio ipsius, & vt facilis fiat sparsio caliditatis ad exteriora, vnde resistatur frigori aquæ, & minorentur velocius superfluitates. SIMVL accidat vel superueniat, vt membra æqualiter fortificentur, & vt caliditas adhuc sit in motu, quare passio ab aqua frigida sit minor, & non oportet, vt aliquis faciat hoc, nisi ille, q est fortis valde: aliter enim timetur penetratio frigoris propter raritatẽ corporis factam ab exercitio. ANTEQVAM superueniat horripilatio: hic enim est terminus ablutionis cum aqua frigida, & est, vt corpori adueniat leuitas, & iuuamẽtum, & non accidat horripilatio: cum enim corpus incipit horripilari, & infrigidari, tunc oportet dimittere ipsam ablutionem cum aqua frigida. FRICETVR sicut nominabimus, vt calefiat corpus eius, & succurratur infrigidationi aquę, & vt resoluantur etiã humiditates sub cute retentę quas exercitium præcedẽs illic ad cutem remouit, & frigus aquæ retinuit, & prohibuit earum resolutionem. ET cibus eius augumentum: aut quia eius digestiua iam est fortificata propter fortificationem caloris in interioribus propter frigus exterius, aut propter multam resolutionem superfluitatum factam ex fricatione, & exercitio. ET vini potus

D diminutionem: aut vt non superfluat calefactio, aut vt non conuertatur in choleram causa aggregationis caliditatis, & fortificationis eius in interioribus, aut propter paucam indigentiã hic mectationis, & calefactionis, propter paucã indigentiã eius, quod replet stomachum & est pauci nutrimẽti. EIVS mora fuit tẽperata, & propter hoc redit color ad exteriora velociter causa reuersiõis spirituũ, & sanguinis ad ipsa: & similiter propter priuationem vehementis profundationis amborũ ad interiora causatę à frigore aquę. QVAM debuit: & propter hoc non redit velociter, ppter pfundationẽ spirituũ, & sanguinis ad interiora profundatione vehementi. MENSVRETVR. intentio est, q quãdo scitur in die primo, q mora in aqua frigida fuerit moderata, verbi gratia tunc die secundo obseruetur illa mensura, & illa quantitas, & non addatur, neq; minuatur: Si vero scitur, q in die primo mora prędicta fuerit maior, q̃ oportet, tunc in die secũdo quantitas moræ sit minor, q̃ fuerit quantitas prima, donec perueniatur ad æqualitatem: & secundum hanc mensuram si fuerit quantitas moræ minor in prima die, q̃ oportuerit, tunc addatur in secundo die, donec ad ęqualitatem perueniatur. ITERVM aquam. s. frigidam: & illud, cum necessaria erit reiteratio, vt confortetur virtus, & indurentur iuncturæ, & lacerti, & alia membra: et eius reiteratio acqrere facit humiditatẽ, et frigiditatẽ. SED qui hoc. s. secũdationẽ vel reiterationẽ ingressus in aquã frigidã. GRADATIM in eo, vt non sequatur permutatio de contrario ad contrarium subito. HORA feruoris. i. hora meridiei, & excrescentiæ caloris, quoniam si fiet illud in alia hora, tunc corpus infrigidabitur vehementer, & addetur illi frigiditas aquæ administratæ vice secunda: sed quando aeris frigus est paruum, non est curandum de infrigidatione aquę vice secũda. NE ventus sit ibi: si enim fuerit ibi ventus frigidus, tunc nocebit eius frigiditas: Si vero fuerit calidus, nocebit propter illud, qđ de fumis puluere ei associatur, aut propterea q diuersificat à consueto talis ventus calidus. Ideo nocet, quia ingreditur in ventrem diuersificatus à consueto, quare nocumentum eius est manifestum. POST coitum, quoniam coitus rarefacit corpus, quare præparat ad penetrationem frigoris, & peruentionem eius ad profundum, & quia coitus infrigidat propter euacuationẽ spermatis, quare si tunc administratur aqua frigida, nocebit: & quia euacuatio debilitat virtutem, quare non remanet in ea virtus seu potentia resistendi frigiditati aquæ: & quoniam caliditas

E

F

tunc

tunc eſt debilis, ideo non eſt ſecura, quin extinguatur ab aqua frigida. CIBVM qui non ſit digeſtus, qm̃ partes exteriores corporis tunc ſunt frigidæ valde propter retractionem caloris ad interiora propter digeſtionem cibi. Cum ergo fuerit ita, ſi tunc adminiſtratur aqua frigida, tũc duplicatur frigus, & fortificatur, & nocetur ab eo: & qm̃ virtus partis exterioris corporis tũc eſt debilis propter dominium frigoris, & parũ nutrit, tunc propter paucitatem cibi, quæ tunc eſt illic in illa hora, & qm̃ virtus exterioris partis corporis tunc eſt debilis, ideo deficit in reſiſtẽdo infrigidationi aquæ frigidæ: & qm̃ ablutio cum aqua frigida facit retrocedere caliditatem ad interiora, & facit eam exuberare in interioribus, & auget virtutem eius: ideo propter illud magnificatur anhelitus, & fit frequens. Repletio autem ſtomachi coarctat cor, & pulmonẽ, et diaphragma, & prohibet ipſum attrahere aerem neceſſarium, quare accidit ex hoc anguſtia. Quòd ſi dicatur, ꝙ ablutio cum aqua frigida oportet, vt ſit laudabilis valde poſt comeſtionem cibi, qm̃ ipſa aqua adiuuat eius digeſtionem fortificando calorẽ in interioribus: Dicamus, ꝙ dato, ꝙ iuuet ſecũdum iſtum modum, tamẽ nocet ſecundum alios tres modos: & cum ita ſit, oportet vt non adminiſtretur propter nocumentum prædictum accidẽs ſecũdũ tres modos, licet iuuet in re alia. NEQVE vigilias. iam ſciuiſti huius declarationem in principio capituli. NEQVE corporis debilitatẽ: quoniam cum adminiſtratur, & corpus fuerit debile, tunc non reſiſtitur aquæ frigidæ vincenti caliditatem naturalem, & propter illud tepeſcit caliditas, & additur debilitas. NEQVE ſtomachi: qm̃ debilitas ſtomachi ſecundum plurimum eſt in corporibus debilibus, et tu iam ſciuiſti, ꝙ non eſt conueniens adminiſtratio balnei aquæ frigidæ in corporibus debilibus. Ablutio præterea facit retrocedere caliditatem naturalem, & materiam ad interiora, & recipit eam ſtomachus debilis, qm̃ in diſpoſitione ſanitatis eius, cũ ſtomachus eſt vacuus à cibo, effundũtur ad ipſum multæ materiæ, qualiter ergo fit, cum ſtomachus eſt debilis? NEQVE poſt exercitium: qm̃ exercitiũ rarificat corpus, & præparat, vt frigus velociter penetret ad ipſum, & imprimat in eũ. VALDE fit fortis: quoniam virtus eius prohibet, ne frigus imprimat, ſed non abſolute, ſed cum conditionibus prædictis. QVAM diximus: quæ ſunt vt præcedat fricatio vehementior conſueto, & fricatio vehemens cum oleo, ſicut ſolebat ſuper exercitium temperata in quantitate, ſed in qualitate velocior parũ, deinde profundetur corpus in aqua

A ſubito, & moretur in ea quãtitate temporis, qua totum corpus ab ea circundetur: aliter & reuoluatur in ea ſecundum menſuram, qua totũ corpus ſecundum partes cutaneas & exteriores ab ea circundetur, & patiatur: & illud poſt eius exitum: & augumentum fiat in cibo: & minoretur potus eius. Iſtæ ſunt conditiones, quibus conceditur ablutio cum aqua frigida poſt exercitium in corpore forti valde: Et neq; conceditur in debili abſolute, neq; in forti abſq; his cõditionibus. POSTEA confortat ipſum. & illud cauſa reuerſionis eius ad ſuum principiũ. Et ſcias, ꝙ hoc eſt dubium, quoniam illud nõ eſt verum, niſi ſecundum eos, qui credunt, ꝙ frigus in exterioribus cauſat fugã caloris ad interiora: & princeps Auicenna iã reprobauit illud in ſua philoſophia: imo nõ fortificatur calor naturalis ex adminiſtratio-
B ne balnei cũ aqua frigida, niſi propter duas cauſas: quarum vna eſt, ꝙ ex illa balneatione ſequitur pauca reſolutio propter inſpiſſationẽ, & condenſationem poroſitatum factam à frigore: Secunda cauſa eſt, ꝙ aqua frigida indurat partes exteriores corporis, & eas ſolidas facit infrigidãdo ipſas, & prohibet eas, ne recipiant actionem caloris in eis, quare exuberat impreſſio, & actio caloris naturalis in iterioribus vel in partibus intrinſecis ſolum: & ſequitur ex hoc, vt ſit in eis operatio eius fortior, quare paſſum quanto eſt minus, tanto fortificatur impreſſio agẽtis in eo. Et cum ita ſit, erit conuerſio, & tranſmutatio humiditatum in ſubſtantiam plus, & propter illud multiplicatur, & augetur ſubſtantia corporis.

De eo quod comeditur & bibitur.

CVM egreditur balneũ vel ex balneo, vt exiccetur ſtomachus eius, & fortificetur appetitus:
C balneũ enim facit fluere humiditates in ipſo exiſtentes, quare mollificat, & debilitat appetitum: & hoc quidem in homine pingui plus: exiccatio enim minorat humiditates in ſtomachis ipſorũ. ET dormiant ſomnum leuem, vel paruum, vt redeat ex hoc virtus eius, vt non debilitetur ex balneo cum priuatione cibi.

Ibidem.

Aliud etiam nocumentum ſequitur, videlicet corruptio complexionis ipſius cibi, maxime ſi bibatur aqua poſt fortem motum prędictũ, eo quia ab ipſo agitatur, & commouetur. NEQVE poſt comeſtionem: Hic conſiderat, in quo tẽpore aqua ſit bibenda poſt cibum. MVLTA bibenda eſt aqua: hora quidem potus aquæ diuerſificatur ſecũdum diuerſitatem cibi: Si enim cibus fuerit multæ aquoſitatis, ſicut brodia, & fructus humidi, tunc poſt ipſos non oportet bibere aquam

omnino, præcipue si fuerint fructus, sicut chriso mila, quoniam velociter dissoluūtur in aquositatem, & sicut cucumer, quoniam incrudatur ex potu aquæ super ipsum, nisi complexio fuerit calida cibum adurens, tunc enim conceditur potus aquę post ipsum, vt contemperetur stomachus. Et similiter si fuerit cibus assumptus siccus, sicut carnes frixę, & assatę, tunc non conceditur dimissio potus post talem cibum, vt non cōuertatur in fumosum, & non fiat bona ipsius digestio. Diuersificatur etiam hora potus secūdum diuersitatem complexionum. In cholerica enim complexione cōuenientius est, vt multiplicetur potus aquę ita, vt etiam bibatur ipsa in tempore comestiōis cibi: In quibusdam enim stomachis ipsorum aduretur cibus, si non bibatur aqua: In habētibus vero stomachum frigidum res est ecōtrario ita, vt quidam eorum sunt, qui si bibant aquā post tempus lōgum, debilitatur eius digestio, aut destruitur, aut corrumpitur. Et sermo eius neq; post cibum multa aqua est bibenda, potus enim plurimus operatur, quod dictum est, qm̄ aqua ꝑpter sui subtilitatem penetrat in spatio inter stomachum, & cibum. Si ergo potus multiplicatur, eleuatur cibus, & natat in stomacho, & illud quando nō fuerit ille cibus terrestris grauis, quē aqua non potest eleuare, neq; sit complexio calida valde ita, vt per eam resoluatur aliqua pars aquæ, & reliqua pars eius misceatur cum cibo. Et sermo eius donec de stomacho descendat, & hoc est verū, vt subtilietur cibus, & adiuuetur ad velocem descensum: & hoc iudicium non verificatur, nisi in complexione frigida: In cōplexione enim calida tardatio potus vsq; ad hanc horam est ex eis, quæ corrumpūt digestionē. MODICVM aquæ frigidæ sugendo sumat: hoc fiat in siti, quæ causatur à superflua caliditate meri, & gutturis, & siccitate ipsorum, qm̄ ex suctione aquæ prolongatur tempus transitus aquæ super guttur, & meri: & similiter fiat qn̄ sitis causatur à superflua caliditate cordis, et exiccatione pulmonis, qm̄ propter suctionem resudat plus de aqua ad cannā pulmonis, & ad ipsum pulmonem. Cū vero fit sitis propter superfluam caliditatem stomachi, oportet, vt bibatur aqua subito, & vice vna nō paulatim, quoniam caliditas stomachi fortificatur ad resistendum frigiditati aquæ aduenientis ei paulatim, & non fortificatur in resistendo, cum aduenit ei aqua vice vna, vel bibitur aqua vice vna, SVPERIORIS ventris lenitas: & huius sensatio non fit, nisi post descensionem plurimi cibi. ALLEVIAT & colligit: quia inspissat ipsum, et quoniam stomachus est calidus valde propter calefactionem cibi digesti, quia frigus reducit ad æqualitatem, immo contemperat membra omnia, quoniam aqua ita se habet ad membra, sicut se habet aer ad spiritus.

Ibidem.

ET si alleuiatus fuerit, balneet se &c. Nā balneum ante alleuiationem facit penetrare cibum corruptum ad extrema corporis, quare corrumpitur sanguis bonus ex eius permixtione: post alleuiationem vero ex balneo subtiliatur, quod penetrat de cibo: quare non accidūt ex eo propter sui cruditatē, & grossitiem oppilationes: fomentationem autem factam cum pāno calido super stomachum laudat Auicenna, quia per eam confortatur digestio, sed nutriens debet subtiliari, qm̄ mēbra digestiua iam sunt debilia, quare non digerunt, quod est durum, & post digestionem.

Can. primo, fen tertia. doctr. secunda.

Cap. 8. De regimine vini, et aquæ.

HOc capitulum continet vigintinouē considerationes. Cōsideratio prima est de regimine aquæ. QVÆ in frigiditatis fortitudine temperata existit, qm̄ aqua vehementer frigida est mala valde extinguens calorem naturalē, immo quandoq; interficit subito perueniendo ad cor, & quandoq; debilitat hepar, & facit accidere hydropisim, & nocumentum in visceribus, et in instrumentis anhelitus notis. INTER aquam putei & fluminis: Dixit Alcharis medicus eximius se expertū esse illud, & inuenit, ꝙ fecit accidere inflationem, & rugitum: & est possibile, vt illud sit verum propter diuersitatem aquarū prędictarum in subtilitate, & grossitie. SCIRE autem debes ꝙ bibere aquam &c. Sciendum, ꝙ potatio aut est in ieiunio: & tunc penetrat ad membra principalia, dum adhuc est frigida, aut bibitur super cibū, cum quo miscetur, & tunc impedit illud à penetratiōe eius, aut bibitur post exercitium, & balneum, & tunc quia membra sunt inflammata, attrahūt velociter ante, q̄ res potata calefiat: Si vero bibatur post motū, qui fit in coitu, tunc nocet valde, quoniam motus coitus cum hoc, ꝙ calefacit mēbra, euacuat etiam sperma, & spiritus, quare tūc membra attrahūt magis humiditates, & magis fortiter, pręcipue quādo vēter seu stomachus fuerit vacuus, seu famelicus: quoniam tūc attractio est fortior, & velocior: Aut bibitur obediendo siti mendosę, quæ quidē accidit aut à phlegmate viscoso, aut grosso, aut salso, & tūc potatio auget causam ipsius, Aut Vinū bibitur sup ebrietatē à vino, aut re alia. s. vt stomachus calefiat à vino: & hoc quidē apud me non est vituperabile qm̄ sedat, &

extinguit

extinguit illam caliditatem. Et Auicenna quidem nõ appropriauit illud in nocte, nisi qm̃ sitis dominans, quæ est à calefactione stomachi, quæ est in hora sitis mẽdosę, est in nocte, et apud somnum apud aggregationẽ caliditatis ad interiora: sed illa quæ fit apud occupationẽ naturæ cũ digestione cibi quandoq; fit propter necessitatẽ naturæ, vt fiat permixtio cibi cum re humectante propter decoctionem, & tunc non est dubium, quod est vera sitis, & potus in ea iuuat, neq; est possibile, vt hãc sitim præcesserit potus ad quãtitatem conuenientẽ. Et qñq; fit sitis pp̃ter grauitatem cibi, & desideriũ naturæ, vt abluatur, & expellatur, & tũc sine dubio est sitis mendosa, & potus in ea est malus, qm̃ corrũpit digestionẽ, & agitat cibum, & est illa, quam præcessit potus in quãtitate cõuenienti seu conueniens potatio, & dicendũ q̃ hęc est causa, quare Auicẽna vituperat potũ ebriorũ, quem dixit Alcurasi nõ esse vituperabilẽ apud me VINVM permixtũ excusat mẽbra sua humectatione ab aqua dulci, donec moreť in stomacho & calefiat, & oportet vt eius pmixtio fit cum aqua calida, qm̃ si permisceatur cũ aqua frigida, tunc adiuuat ad velocẽ penetrationem aquæ, quæ est secũ pmixta, quare nocet plus, q̃ potus aquæ solius. VINVM autem &c. hic considerat naturã vini, & quod ex vinis est eligendũ secundum diuersitatẽ hominũ. Sciendum, q̃ vinũ diuiditur ex parte substãtiæ suæ, & ex parte coloris, & saporis ipsius, & odoris, & ex parte temporis eius in nouitate, & vetustate. Ex parte enim suæ substantię diuiditur vinum, quia quoddã est subtile, quoddam grossum, quoddã est mediocre: ex parte vero coloris eius sunt qnq; species vini. s. rubeũ, citrinũ, album cũ intentione q̃ per album intelligatur transparens vel diaphanũ, qm̃ vera albedo non reperitur in vino, et viride vinum, & nigrũ. Et rubeũ quidem vinũ, qm̃ permiscetur, efficitur citrinũ, & color in eo non efficitur propter pmixtionem rubeus. Et citrinum quidem ex permixtione efficitur album. Et album propter permixtionẽ non efficitur color alius, immo fortificatur albedo. Et viride nõ efficitur propter pmixtionẽ albũ, neq; efficitur in eo propter pmixtionem viride. Et nigrũ quidem non efficitur ex pmixtione color alius, imo debilitatur nigredo, & non efficitur color in eo ex pmixtione color niger. Ex parte vero saporis diuiditur, & consideratur, quod delectat gustũ, aut abhorretur, & sunt duæ diuisiones. s. vinum boni saporis, & abhominabilis saporis: & cõsideratio quidẽ non est, nisi de quinq; speciebus saporum vini, qm̃ sapores sunt nouem: & in vino nõ

A reperitur sapor salsus, & acetosus, & acutus, & insipidus, quare remanet in eo sapor amarus, & dulcis, & pinguis, et vnctuosus, et stypticus: neq; in vino repeniuntur isti sapores puri, & sapor in vino non proportionatur vel non denominatur nisi à sapore dominante. Et secũdũ plurimũ vinum habet saporem cõpositum ex dulci, & amaro, & styptico, quare propter suam stypticitatẽ est confortans viscera, & propter suam amaritudinem aperit oppilationes, & propter suam dulcedinem mundificat, & abstergit. Vinum vero ex parte sui odoris diuiditur in bonum habens odorem, & malũ habens odorem. Sed ex parte tẽporis sunt quatuor diuisiones. s. vinum nouũ, quod non habet tempus sex mensium, & nominatur mastar seu mustum. & est vinum mediocris temporis, & est illud, quod habet tẽpus sex

B mensium, sed nondum compleuit annum: & est vinum vetus, et est illud, qđ habet tempus vnius anni, sed nondum peruenit ad tempus annorũ quatuor: & est vinum antiquũ valde, et est illud, quod habet tẽpus annorũ quatuor: & qñ appræhenderis has diuisiones potes ex eis ad inuicem cõponi species sexcentũ vini: sed Auicenna non connumerauit hic, nisi quasdã species, ex quibus possibile est, q̃ intellectus extrahat species cõpositas. Consideratio de natura vini aut est, qñ est pmixtum, aut qñ est purũ: & consideratio vniuscuiusq; istorũ aut est absolute, aut secundum species cuiuscũq; vini: aut secundũ hominem absolute, aut secundũ diuersitatem cuiuscunq; hominis. Sed hic non loquemur nisi sermone cõpendioso, secundũ q̃ est conueniẽs. Dicamus ergo, q̃ vinum purũ absolute est calidũ in tertio siccũ

C in secundo, & diuersificantur gradus in hoc, secundum species vini: Nam vinũ nouum remissiorem habet caliditatẽ, & siccitatem, quare est eius caliditas in primo tertij gradus, imo fortasse est in fine secũdi: Siccitas vero eius est in principio secũdi, imo fortasse est in fine primi. Et vinũ antiquũ valde, quod est purũ, est vehemẽtioris caliditatis, & siccitatis, quare est eius caliditas ĩ fine tertij, & eius siccitas in fine secũdi: & illud, quod est mediocre inter ea, habet dispositionẽ mediocrẽ. verũ vinũ vetus magis declinat ad naturã vini antiq valde: & vinũ tẽporis mediocris magis declinat ad naturã vini noui: & vinũ quidem citrini coloris vehemẽtioris est caliditatis, q̃ vinũ aliud qđcũq;: & rubeũ est infra illud. verũ diminutio siccitatis eius ab ipso ẽ multo maior, q̃ diminutio caliditatis ei⁹: & vinũ albũ minoris est caliditatis, q̃ qdlibet aliud: et vinũ nigrũ diminutã hẽt caliditatẽ, & ẽ terrestre. vinũ aũt viride

mediocris est dispositionis. Natura vero vini permixti diuersificatur secundum quantitatem aquæ, quæ secum permiscetur: quanto enim quantitas aquæ est maior, tanto caliditas vini permixti est minor ita, vt huiusmodi vinum est infrigidatiuum, & humectans perducēdo aquā ad membra. Et vinum quidem album, subtile, aquosum conuenientius est calefactis, & sedat sodam factam ex inflammatione stomachi. Sciēdum, ꝙ cuidam ex amicis nostris accidit soda clamosa, seu vehemens perseuerans duobus annis, & medici præceperunt eis diętam, & curabant cum solutiuis, & cum speciebus triferæ, & similium, & non inuenit ex hoc nisi augumentum doloris: & accidit semel, ꝙ in eo dominabatur appetitus lactis acetosi, seu cōtingit huic semel, ꝙ valde appetebat lac acetosum, & cum primum comedit lac prædictum, sedabatur soda: verum post horas reuertebatur soda, & quia cū sedatione sodæ aliquando inueniebat quietem, ideo tempore longo continuauit comestionem lactis prædicti: Postea post tempus ausus est bibere vinum permixtum, & sanatus, ac liberatus est à soda subito. & talis quidem soda causata erat à cholera in stomacho existente, & ex adustione eius in eo: & lac quidem, quod assumebat ante, q̄ cōuertebatur in choleram, sedabat sodam, sed postq̄ lac conuersum erat in choleram, redibat soda. Vinum autem grossum nigrum, & viride coloris olei est malum, generans oppilationes. Et vinum nigrum quandoq; generat melancholiam: grossum vero rubeum est multi nutrimenti, præcipue qñ est nouum, quia vinum nouum est magis declinans ad nutrimentum, & cibum: Sed vinum vetus magis declinat ad virtutē medicinalem, immo existimatur, ꝙ vinum valde antiquū fit medicina absolute: & propter illud vinum grossum præcipue nouum est valde impinguans, seu habet virtutem impinguandi. Vinum autem dulce oppilat hepar, quia ab eo attrahitur ante horam, quia dulce, & penetratio eius est velox, quia est vinum ab hepate dilectū, & venæ hepatis sunt strictæ valde, quare oppilat eas: Verum vinum dulce aperit oppilationes pulmonis, quoniam penetrat ad ipsum, aut ex via hepatis, aut resudando per meri ad cānam pulmonis ex panniculo, qui est inter eos: & illud fit antequam vinum perueniat ad stomachum: ꝙ si fuerit ex parte hepatis, tunc penetratio vini dulcis ad ipsum hepar erit post colaturam, & clarificationem vini dulcis in venis hepatis strictis. Et venæ pulmonis sunt magis amplæ, q̄ venæ hepatis, quare illud, quod de vino peruenit ad ipsum

D pulmonem, est subtile valde: & propter illud qđ est in eo de digestione, & abstersione, & ablutione, & penetratione, & subtiliatione aperit oppilationes ipsius pulmonis: Si vero fuerit penetratio vini ex parte meri, tunc penetrat ad pulmonem resudando ex poris strictis valde. ET à paruis quidē incipere, idest à paruis cyathis incipere. alia litera & à paruo quidē incipere &c. quia alleuiatio stomachi cū paruo cyatho est conuenientior. & dico ꝙ potatio continua cum paruo cyatho est conuenientior, quoniā actio stomachi super quantitatem paucam vini est fortior: & similiter elongatio, & interpositio temporis notabilis īter cyathū & cyathū vini bibitū est melior, q̄ freqnētatio assumptionis cyathorū vini absq; temporis interpositione, quoniam qñ inter cyathū et cyathum meat tēpus, tunc vnumquodq; ipsorum aduenit alteri post digestionē

E præcedentis Et vinum quidem, quando sic se habet, ꝙ adiuuat digestionem, & non facit penetrare, est diligendum præcipue in consuetis. Nam consueti vino raro digerunt cibum absq; ipso vino. Et oportet, vt circundetur locus, in quo vinum potatur cū eis, quę delectāt sensus omnes, quia de proprietate vini est cōmouere, & concitare appetitus, & confortare omnes virtutes appetitiuas. Et quando virtus qualibet inuenit, qđ desiderabat, viuificatur, & augetur virtus, et quę cūq; virtus priuatur illo, tunc contristatur, & lęditur, & anima non suscipit vinum, & tunc fortasse corrumpitur vinum, vnde corrūpuntur humores, & causatur nocumentum maius q̄ iuuamentū. Et vinum bibitum deterius ē qñ bibitur in absentia amicorum, & præcipue cum timore,

F ne illi loco timorosum aliquod superueniat.

Libri primi fen tertiæ doctrina secunda.
Cap. 8. de somno & vigilijs.

POSTQVAM cibi, quem sumpserit, complebitur digestio: Auicenna non apposuit hanc conditionem. f. ꝙ balneum non adiuuat ad somnū inducendum, nisi qñ fuerit balneum administratum, postq̄ completa fuerit digestio cibi assumpti, qm balneū, quod administratur ante illud, debilitat digestionem, qua re multiplicantur vapores prohibentes somnum. Et effusio quidem multæ aquæ calidæ super caput adiuuat ad somnum propterea, ꝙ aqua illa effusa humectat: & oportet vt nō sit illa aqua vehementer calida pp duas causas, quarū vna est, quia tūc ipsa superflueret in calefactione, et hoc prohibet somnum: Secunda causa, quia cōstringit porositates, seu corrugat porositates capitis, quare nō penetraret aq̄ illa effusa ad īteriora capitis, q̄re nō humectaret.

De lassitudinis

De lassitudinis ab exercitijs curatione.

ET AQVA tepida balneari, quoniam aqua calida quandoq; desiccat poros, & corrugat poros, quare prohibetur resolutio: Tepida vero aqua quia cum resolutione subtili lenit cutem, & subtiliat eā, quare facilis fit penetratio, & exitus materiæ facientis lassitudinem resolutæ in ea. ET in ipsa longo morari tempore: Intētio in hoc est augere resolutionem: & non timetur quidē ex longa mora in balneo hic, quoniā materia istius lassitudinis non est corrupta: & in ista quidem lassitudine administratur balneum, & non in vlcerosa lassitudine, quoniā materia vlcerosæ est corrupta, quare timetur ex balneo motus ipsius materiæ, & eius putrefactio, ex qua accidat febris. ET POST vnamquanq; inungatur: Intentio talis vnctionis est, vt cum resolutione fiat lenificatio cutis, & digestio materiæ. QVOD si necesse fuerit &c. hic non est necessaria abstersio sudoris post balneum, nisi vt non infrigidetur sudor, ex quo postea infrigidetur corpus, & inspissetur cutis, & retineatur, qđ ī ea est de humiditatibus, vnde augeatur extēsio, & difficilis fiat resolutio materiæ: & necessaria est reiteratio vnctionis cum oleo, si exuccatur oleum, vel abstergitur oleum cum abstersione sudoris, vt ex tali reiteratiōe vnctionis fiat lenificatio, & resolutio.

Ibidem.

INTENTIO autem in apostemosam &c. considerat hic de cura apostemosæ lassitudinis. Sciendum, q lassitudo apostemosa tria habet accidentia. s. tensionem, & calefactionem, & tumefactionem, quare completur curatio ipsius cum tribus rebus. s. laxatione, vel mollificatione eius, quod est tensum, & infrigidatione eius, quod est calefactum, & euacuatione superfluitatum, vt remoueatur illud, quod causat tumefactionem, & hoc quidem completur cum quatuor rebus, quarum vna est oleum plurimum tepidum propter illud, quod est in eo de mollificatione, & lenificatione, & digestione necessaria ei pro digestione, & euacuatione: Secunda res est fricatio lenis valde propter illud, quod in ea est de mollificatione, & resolutione materierum cum subtiliatione ipsarum, & apertione pororum: Tertia res est longa mora in aqua declinante ad calefactionem parum propter id, quod in ea est de infrigidatione, & lenitate & mollificatiōe: frigus enim inspissat poros, & retinet materias, & auget tensionē: & calidum valde exiccat, & corrugat poros, quare prohibet resolutionē ab exterioribus, & etiā superflue resoluit, quare debilitat: & prolōgetur mora in ea, vt fortificetur euacuatio ma

A teriæ cū resolutione: Et quarta res est quies, quoniam ipsa digerit. IN arefactiua &c. In hac parte determinat de cura arefactiuæ, Sciēdum, q cura lassitudinis arefactiuę cū aliquibus rebus completur, quarum vna est abscisio exercitij, vt remoueatur causa inducens eam: et oportet, vt fiat illud in principio apparitionis eius: Secunda res est inspissare corpus, vt minoretur resolutio, & non superfluat siccitas, & proprie cum ista lassitas secundum plurimum accidat propter raritatem texturæ corporum: & hoc perficitur administrando balneum primo cum aqua calida fortis caliditatis: & in die secundo infundatur vel se proijciat in aqua frigida subito post balneationē cum aqua fortis caliditatis. Quod si dicatur, q calidum, sicut exiccat vel condensat poros, minorat resolutionem partium exteriorum, & super-
B fluit in calefactione corporis, & sequitur ex hoc augumentum resolutionis partium interiorum in hora balneationis, & post ipsam p illud, quod acquirit corpus de calefactiōe ab ipsa balneatione: Dicemus, q aquæ calidæ, quando nō prolongatur mora in ea, non vehemēs fit resolutio, neque eius calefactio, & facit euenire soliditatem, vel densitatem prohibentem resolutionē plus, q̄ faciat euenire calefactionem resoluentē: & aqua quidē calida < magis facit hoc, > q̄ frigida, quæ licet inspisset, & prohibeat resolutionem, tamen ex ea timetur penetratio frigiditatis, & proprie in corpore raræ texturæ, quod est nociuū. In die autem secundo, quoniam corpus est iam inspissatum parumper, & est calefactum cū balneatione aquæ calidæ, & iam est humectatum parumper etiam propter cibum, & abscisionem exercitij
C resoluentis, tunc confert aqua frigida ꝓpter multas rationes, quarum vna est inspissatio corporis prohibentis resolutionem, & secunda est, quia corrigit calefactionem aquæ calidæ. Tertia ratio est, quia ipsa conseruat humiditatem aquæ calidæ coarctatam interius: & res quidem, qua curatur ista lassitudo, est multiplicatio humiditatum in membris, quę perficitur tribus rebus, quarum vna est multiplicatio quietis, & secunda fit cum cibis humidis, tertia fit cū fricatione faciente currere materias ad exteriora. REGIMINE SANORVM: qm̄ regimen sanorū est administratio ciborum leuium, qui omnes sunt humectantes humectatione naturali: & non est dubium, q hoc est necessariū in lassitudine. IMMO hoc est secundum plurimum: Nocumentum enim aquæ frigidæ est forte propter velocitatem penetrationis eius in corpus rarū. LEVITER & subtiliter: quoniā illa resoluit superfluitates, & facit fluere

fluere humiditates,& mouet eas ad exteriora hu mectando cutem:& leuiter fieri debet,ne superfluat resolutio humiditatum,& fortificetur siccitas. VT aquam frigidam subito &c. id est vnica vice se proijciat in aquã frigidam. ET istæ quidẽ duæ causæ &c. caliditas intrinseca,& inspissatio cutis absq; dubio quælibet illarum prohibet penetrationẽ aquæ frigidæ ad interiora,quare prouenit vtilitas aquæ frigidæ absq; nocumento ab ea proueniente, QVONIAM cũ mora nulla est securitas.s.à nocumento aquæ frigidæ,quoniam apud longam moram quandoq; eius qualitas superat qualitatem caliditatis,quare infrigidantur interiora,vnde duplicatur nocumentum.

Ibidem.

BALNEATIONE experiatur:cum hoc quidem experitur dispositio cuiuslibet corporis in eius mundificatione, quõ de natura balnei est, q agitet humores,& eos cõmoueat. Si ergo humores erunt vel se habebunt secundum q oportet, tunc balnuem non faciet accidere aliquod nocumentum, q si non erit sic, tunc eorum commotio causabit accidentia eis proportionalia:& per hoc vult,hic Auicenna, vt experiatur dispositio patientis lassitudinẽ exercitij, an in corpore eius sint humores mali,aut non,vt administretur cibus,& alia secũdum q oportet. QVANDO eius aqua fuerit temperata:quoniam si fuerit frigida, inspissat corpus superflue,& coarctat materias, vel retrocedit materias,& causat lassitudinem aliam à lassitudine exercitij. Si vero fuerit aqua calida valde,tunc corrugabit poros,& prohibebit resolutionem,quare non iuuat vehementer in lassitudine.

Canone primo,fen.tertia.doctr.tertia.cap.2.

De nutriendis senibus.

POST balneationem:In hoc dicto est dubitatio,quoniam lenitio naturę oportet,vt pręcedat balneum:& intentio balnei est resoluere superfluitates,& humectare corpus,& ipsum disponere ad nutrimentum.

Cap.3.doctr.5.fen.tertia canonis primi.

ET augumento exercitij &c. Intentio multiplicationis vel augmentationis exercitij,& fricationis est diminuere repletionem cum augmento resolutionis associatæ minorationi cibi. Et fricatio quidem est adiuuans ad resolutionẽ, quoniam ipsa aperit oppilationes & poros,vnde materiæ recipientes resolutionẽ inueniunt vias latas. Oportet autẽ,vt talis fricatio sit lenis,quoniam fricatio dura inspissat cutem,vnde minoratur resolutio. Et oportet,vt fricatio sit aspera, vt apiat poros:& talis fricatio facta ante balneũ

D causat augumentum resolutionis,quãdo mora in aere balnei est maior:quãdo vero erit ecõtra, tũc illa fricatio erit humectans,quia disponit porositates,vt in eis penetret aqua,præcipue quando post ipsam administratur tina balnei. Et scias q administratio balnei non conceditur istis,si repletio fuerit superflua,quõ timetur ex ea aduentus febrium propter cõmotionem humorum,& putredinem ipsorum. VSVM habuerint id est consueuerint,vt non timeatur aduentus ægritudinis in eo subito,propterea q res diuersa à consuetudine occurrens corpori disponit ipsum ad ægritudines. ET vt cibus eis partiatur,vt securus sit à nauseatiua satietate,quoniam est dispositus ad nauseatiuã satietatem propter multas humiditates in eis. POST horas quatuor diei ęquales: hic Auicenna mensurat tẽpus comestionis cum E huiusmodi horis diei æqualibus,quõ cum huiusmodi horis non est diuersitas,sicut in alijs horis obliquis.s.lõgioribus vel breuioribus. IN capite:causa est præmissio cibi ante balneum ꝓpter multitudinem vaporum eleuatorum,vel ascendentium,quos commouet balneum. CVM ambulatione,quia ambulatio est ex eis,quæ suo motu attrahunt materias ad inferiora.

De impinguando macrum.

POSTEA absq; tarditate balneetur,vt attrahatur sanguis ad cutem,quõ fricatio fortis,et longa in hoc non est sufficiens,quõ fricatio sufficiẽs attrahere illud,quod intenditur,superflue resoluit. quõ resolutio procedens à fricatione maior est,q̃ eius calefactio:& hoc cõtrariatur illi, quod intẽditur. Et aqua quidem,qua balneatur,oportet,vt non sit frigida,quia frigida repercutit,& F retrocedere facit sanguinẽ veniẽtem ad exteriora,& facit ipsum moueri ad iteriora:& oportet, vt sit vehementer calida, vt sit magis attrahens; & aqua vehementer calida magis rubificat colorem:& oportet, vt domus, in qua balneatur, sit calida tẽperate,quia calida valde resoluit, & frigida inspissando repercutit sanguinẽ ad interiora.& oportet non sit mora superflua in eo,ne superfluat resolutio. DEINDE siccis mantilibus exiccetur:Intentio huius exiccationis est,vt non remaneat aliquid de aqua balnei super corpus; quia ipsa causat frigiditatẽ in cute, ꝓpter quam reuertitur sanguis ad interiora:& pp illud accidit ei,qui non exuccat se ab aqua balnei,vt citrinetur color eius post paruũ tempus. Et oportet, vt hoc mantile exuccans sit ex cotto,aut serico, aut ex ambobus, vt adiuuet sua calefactione ad attrahendũ sanguinem:lineum aũt mantile non conceditur pp eius frigiditatẽ,& exiccationem.

Et

Et oportet, vt huiusmodi mantile sit asperum, vt attrahat. Et tale mantile est habens in sua superficie fila plurima incisa, sicut in tapetis reperitur. POSTEA pauco inungatur oleo, vt retineatur, quod acquisiuit corpus de humiditate balnei: Tale autem oleum debet esse paucum, quia multum de oleo mollificat cutem, vnde facilis fit resolutio eius, quod ab eo resoluitur: oportet etiam, vt in ipso oleo sit stypticitas pauca, vt oppilet poros: Si n. esset in eo multa stypticitas, tunc inspissaret cutem, & prohiberet dilatationem, vel ampliationem, quae necessaria est in impinguatione. SI aetas tolerat: intentio in hoc est aggregare totum illud, quod corpus imbibit de humiditate balnei, & prohibere ipsum à resolutione: & oportet, vt talis aqua non sit vehementis frigiditatis, neque etiam multum administretur, vt non causet retrocessionem sanguinis ad interiora. Quòd si dicatur, quod supra dictum est, necessarium esse exuccationem aquae balnei cum mantili &c. cauendo, & timendo, ne remaneat aqua, quae infrigidet, & repercutiat: Sed non est dubium, quod infrigidatio aquae frigidae plurimae est maior, quare &c. Dicendum, quod illud, quod remanet de aqua balnei, quae non exuccatur à corpore, infrigidat post diminutionem calefactionis corporis, quare ipsum minus resistet infrigidationi aquae in repercutiendo sanguinem ad interiora: & iterum quando infrigidatur illa aqua, tunc remanet ipsa super corpus tempore longo, quare erit infrigidatio partium exteriorum maior, quod infrigidatio cum aqua frigida, qua balneatur, quantumuis fuerit multa valde, quoniam impressio causae debilis continua fortior est, & potentior, quam impressio fortis, quando non est continua. Et scias, quod administratio aquae frigidae oportet, vt sit post complementum balneationis cum aqua calida, & tunc eius administratio excusat ab oleo in retinendo humiditates acquisitas à balneo. Et oportet, vt inter balneum, & inter comestionem non intermediet tempus, immo cibetur in hora, qua completa est administratio olei, & aquae, vt corpus postea vehementer attrahat humiditates propter praemissionem vel antecessionem fricationis, & balnei: postpositio autem cibi post illud vehementer macrefacit. Et scias, quod illud, quod diximus, est iudicium eius, in quo non est possibile praemittere cibum super balneum, quoniam antecessio ci-

A bi facit in eo accidere oppilationes, & nocumentum in capite, & alia ab his: in eo vero, in quo nó timetur hoc melius est, vt fit eius fricatio, & balneatio post comestionem, quoniam vehementer impinguat: Sed fricatio, & balneum post digestionem impinguat moderate cum hoc, quod per illud non timetur aduentus oppilationum. Et scias, quod ex impinguantibus velociter sunt radices mandragorae, quae decoquantur in vase, super quod est positum aliud vas perforatum, in quo vase perforato sint passulae coopertae ab alio vase recipientes virtutem, & vaporem radicum mandragorae: Cum ergo passulae illae acceperint virtutem praedictam, tunc decoquantur in cibarijs impinguantibus, & impinguabit in vna hebdomada. Verùm non permanet longo tempore, & nominatur arabice adeps festinata, vel accelerata, & infra

B istam est administratio iusquiami post eius rectificationem cum decoctione aut reiteratione ablutionis eius cum aqua calida, & administratione cum medullis seu nucleis fructuum, puta amygdalarum, pinearum &c. & cum seminibus. Et scias, quod restauratio in impinguatione maior est, quam resolutio in carne, & pinguedine, & adipe tantum, sed in augumento restauratio est maior in membris radicalibus, quàm eorum resolutio. FINIS vel terminus fricationis, quae ante picis emplastrum praemittitur. fricatio praecedens administrationem picis est secundum duas diuisiones, quarum vna est illa, quae administratur post balneum, & non conceditur omnino, quod ipsa perueniat ad terminum, ad quem videatur tumefactio, nedum quod detumitio, & arefactio, quoniam si perueniret ad illum terminum, tunc balneum

C post illud superflueret in resolutione supra illam, quae fit à fricatione faciente cutem rubere, sicut prius declarauimus: & secunda est illa, post quam non administretur balneum: & talis quidem fricatio oportet vt perueniat ad terminum, in quo tumefactio incipiat detumescere: & illa fricatio fit ita, vt accidat tumefactio in vltimo, vt attractio iam in vltimo sit facta: & post hanc non timetur resolutio, quoniam linimentum picis prohibet ab hoc, quoniam non succedit resoluens aliud, sicut balneum.

FINIS.

modo aqua solum habet hoc proprium inter ele menta:& sic ad primum. Ad secundnm dicendum q aqua proprie non nutrit, vt patet per rationem Auic.quia illud non nutrit corpus quod non est in potentia ad hoc,vt conuertatur in substātiam mēbri:sed aqua est huiusmodi,ergo &c. maior patet,quia nutricatio fit per cōuersionem nutrientis cum nutrito.minor apparet, quia nutritio non differt à generatione, nisi sicut pars à toto.nam nutritio est quædam generatio,sed eadem est materia totius & partis, cū ergo mixtū non posit generari ex vno elemento, vt patet.2. de generatione,tex.cōmen. 49.sed requiruntur omnia quatuor in perfecto mixto, & sanguis & corpus nostrū sint mixta, ergo aqua sola non poterit conuerti in sanguinem nec in membra, nisi cōmisceatur cū aliquo elemēto & fiat mixtum: vel cum alio corpore.Tamen hic aliqui male intelligunt. quia dicunt q si misceretur cum cibo nutriret,sed hoc est falsum vt declaraui in ca. de humoribus nō perdita propria forma ex tali mixtione.& ideo Auicen.intelligit q aqua non nutrit nisi componatur cum aliquo elemēto vt fiat mixtum,& tunc potest nutrire. Tunc ad rationem cum dicitur,q potest digeri &c.dicendum q digestio dupliciter potest accipi. Vno modo large pro quacunq; alteratione ad caliditatem:et hoc modo non loquitur hic,sed Gale. in cōmento prędicti apho.Alio modo pro præparatiōe ad nutriendum,& hæc est vera digestio,& hoc modo loquitur hic. Ad aliud dicendnm q prolongatio vitæ potest fieri dupliciter vel duplici de causa, aut quia restanrat humidnm naturale, & hoc modo omne tale vitam nutrit,sed aqua non est tale restaurans.Alio modo,quia resistit actioni caloris,ne tantum consumat humidum radicale,& hoc modo non omne prolongans vitam nutrit.Et q aqua cum sua frigiditate resistat consumptioni in humido apparet,videmus enim ad sensum q equi plus durant famem & sitim cum freno q̄ sine freno propter frigiditatē freni, quæ prouenit ab ore vsq; ad os stomachi, & ipsum alterat, ergo multo fortius ex aqua, & hoc modo non oportet q nutriat illud quod vitam prolongat. Ad aliud cum dicitur omne quod est in potentia corporis humani &c. dico q aliud potest esse in potētia dupliciter. Vno modo proprie & in propinqua. Alio modo in potētia remota. modo illud qđ est in potentia propinqua corpus nostrū bene pōt nntrire, nō autem qđ est in potentia remota. mō aqua est in potētia remota, quare non oportet q posit nutrire:propter qđ notandum q aliquod dicitur esse in potentia remota

A ad corpus humanū.s.quia non pōt recipere eius formā in vna trāsmutatione, sed requirit plures transmutatiōes.& hoc est dupliciter, aut quia ipsum est corpus simplex, & hoc modo aqua non est in potētia propinqua ad corpus nostrū quod est mixtum perfectū,aut quia dato q sit mixtum non habet proportionē ad corpus nostrū,& hoc modo ferrū & palea & fenū,& hæc non possunt nos nutrire,non quia nō sint mixta, sed quia nō habent proportionē ad corpus nostrum,et sic ad illud. Ad aliud dicendū q aqua iuuat ꝓpter sui subtilitatē ad penetrationē cibi, quia ipm acuit. Et cum probatur q non per.G.in.7.de inge.c.6. vbi dicit aqua nihil confert dignū ad distributionem cibi per mēbra.dico q ibi loquitur de aqua in cōparatione ad vinum aquosum.& hoc est verum,quia vinū aquosum plus facit penetrare ci-

B bum q̄ aqua sola,quia vinum mixtū aquæ remittit eius frigiditatem,per quam est nata oppilare, sed nō loquitur de aqua absoluta quare nō valet. Ad aliud cū dicitur q aqua transire moratur, dicendum q verū est ratione frigiditatis:sed qñ est calefacta propter sui subtilitatē penetrat. Ad vltimnm dicendū,q Aui. non intelligit hic, q res nutrimenti non posit cōpleri sine aqua debita, sed debet exponi absq; auxilio etc.i.absq; auxilio liquiditatis cibi, quæ liquiditas completur per aquam,tamen hoc non competit aquæ magis q̄ cuilibet alij potui,quia vinum aquosum melius hoc facit quam aqua,& sic ad illud.

Amplius aquæ &c. Hic declarat in speciali de opationibus & effectibus aquæ. Et duo facit, quia primo proponit tres diuersitates aquarū.Secundo eas manifestat ibi.(Aquæ vero quæ sunt

C alijs meliores.)Deinde cum dicit.(Aquæ vero.) hic manifestat istas diuersitates aquarū.Primo facit hoc. Secundo ponit quēdam canonem generalem ad cognoscendū aquas bonas & malas ibi circa finē capituli.(Cūq; diuersę bonę & malę.) Prima in tres sicut tres sunt diuersitates aquarū quas proposuit,& quas manifestat.Nā primo declarat quæ aquæ sunt laudabiles, & quæ illaudabiles secundum sui substantiā. Secundo ostendit hoc rōne eius quod admiscetur cū ea. Tertio declarat tertiā diuersitatē aquarum.s. quæ sunt laudabiles,& quæ non rōne qualitatis superantis in ea.secūda ibi(Aquę præterea quibus substātia admiscetur metallina.)tertia ibi(Nix vero & aquę glacies &c.)Prima in duas, quia primo ostendit primā diuersitatem aquarum ratione substantiæ quantū ad laudabiles. Secundo quantū ad illaudabiles.ibi(Puteorum vero aquæ &c.)Prima in duas, qa primo determinat de vna specie aquarum

rum laudabilium scilicet, de aquis fontalibus & fluuialibus. Secũdo de pluuialibus. ibi (Ex aquis quoq; laudabilibus sunt aquę pluuię &c.) Prima in duas: quia primo docet cognoscere aquas fontales & fluuiales laudabiles à parte substantiæ Secundo docet eas rectificare ex parte substãtię. ibi (Sublimatio præterea.) Prima in duas: qa primo notificat p causas aquas laudabiles ex parte substantiæ fontales & fluuiales. Secundo p effectus. ibi (Ex illa q̃ est.) Sic ĩ prima parte dicit &c. Iuxta istam partem (Aquæ vero quæ sunt &c.) Notandum vt reducantur ad ordinem aliqualem laudes aquę ex parte substantię, quia eas inordinate proponit bonitas. ergo aquæ ex parte substantiæ aut sumitur ex parte originis eius: aut ex parte quantitatis: aut ex parte motus: aut ex parte loci per quẽ transit. Si ex parte originis tunc illa quæ est in luto libero vel petroso est laudabilior. Si ex parte quantitatis tunc illa est laudabilior quæ est in multa quantitate. Si ex parte motus hęc est dupliciter: aut cõsideratur ratione principij vel termini: aut ratione motus absolute. Si ratione principij illa est laudabilis quæ incipit à monte & ab alto loco procedit cum motu magno et impetu. Si ratione termini illa est laudabilis quæ tendit versus orientẽ & maxime versus oriens æstiuale. Si ex parte motus absolute hæc est tripliciter: aut ratione motus in se: & circa illa quę mouetur est laudabilior q̃ illa quæ quiescit: aut ratione qualitatis motus: & tunc illa est laudabilior quæ fortiter mouetur aut ratione distantiæ motus: & tũc illa quæ est cum maiori distantia à principio mouetur originis est laudabilior. Si ex parte loci per quem transit hoc dupliciter. aut ratione substantiæ loci. s. q̧ sit petrosus vel lutosus: aut ratione coopertur vel discoopertur loci: & sic apparet ordo conditionum bonitatũ aquæ ex parte substantiæ acceptarum. Causa autem quare ex istis cõditiõibus dicitur aqua laudabilis est hæc: quia sicut apparet p Gal. primo de regi. sani. aqua laudabilis debet esse subtilis substãtiæ de se & debet esse priuata à permixtione rerum extranearum: & quia omnes istę conditiones prædictæ hoc faciunt. s. q̧ aquæ subtiliant & eã remouent à permixtione rerum extranearũ: ideo ex eis dicitur aqua laudabilis. Vlterius notandum q̧ non appellat hic Auic. lutum illud quod cõmuniter appellamus cenum: quia tale lutum reddit terram grossam & permixtam partibus terreis & rebus extraneis: & per cõsequens illaudabilem. Sed vocat hoc lutum arenam minutissimam: & talis arena reddit ipsam claram & puram: quia colat aquam: & ideo illi qui faciunt cisternas colant

D aquam per talem arenam.

Sed tu dices ipse dicit q̧ aqua quæ tendit ad meridiem est mala: sed contra immo videtur bona: quia tendit versus caliditatem. nam maior est caliditas in parte meridionali q̃ in aliqua alia: sicut ergo aqua discooperta est bona quia respicitur à calore solis, ergo multo fortius si tendit ad meridiem. Dicendum cum Auic. q̧ aqua quæ tendit versus meridiẽ est mala propter duo. primo quia à meridie procedunt venti valde vaporosi qui admiscentur cum aqua currente versus illam partem & ipsam corrumpunt. Item est mala quia tendit versus vehementem caliditatem quæ est tanta quę facit partes subtiles euaporare et grossę remanẽt. vnde ab eo quod discooperta est non est mala: sed quantum currit versus talẽ partem. Quærantur hic tria simul. Primo vtrum

E aqua fontis sit melior q̃ aqua fluminis magni. Secundo vtrũ aqua fluminis magni quæ currit ex propinquo q̃ ex longinquo. Tertio vtrum illa quæ à locis altis descẽdit &c. quia de istis tribus videt Auic. credere bonitatẽ & bene ptractẽt.

Et illa &c. Hic docet cognoscere aquã laudabilem ex parte substantiæ per signum & effectum eius. Primo facit hoc. Secundo q̧ dixit q̧ ipsa debet esse leuis docet cognoscere leuitatem eius. (Debes autem scire.)

Dubitaret aliquis circa primam partẽ de eo quod dicit q̧ ista aqua est bona quæ est frigida in æstate & calida in hyeme. non videtur verum q̧ Hip. directe dicit contrarium in lib. de aere & aqua quia dicit talem esse malã quæ cito calefit & cito infrigidatur. Ad hoc potest respõderi dupliciter. Vno modo quia ibi loquitur Hip. de

F aqua quantum ad eius exhibitionem. & hic ipsa aqua est mala: quia effectus inducit malos. s. oppilationes propter eius frigiditatem: sed Aui. loquitur hic de aqua quantum ad eius significationes bonitatis in se: & ideo non contradicũt. Vel dicendum q̧ Hip. ibi loquitur de aquis illaudabilibus: sed Auic. hic loquitur de laudabilibus. modo in aquis illaudabilibus est malum q̧ sint tales. s. calidæ in hyeme & frigidæ in æstate: quia tunc magis augetur eorum malitia ab alteratione continentis: sed in aquis laudabilibus est bonum: quia hoc est eis naturale cum viscera terræ à quibus egreditur sint calida in hyeme & frigida in æstate. vel aliter q̧ aquarum quædam sunt occultę & profundę vt aquę conductuũ & puteorum: alię sunt manifestę vt aquæ fontium & fluminum: tunc dico q̧ aquæ conductuũ & puteorum possunt dupliciter considerari: aut quãtum ad principiũ sui ortus: aut quantum ad eorũ exitum.

exitum. Si quantum ad principium sui ortus sic debent esse calidę in hyeme & frigidæ in ęstate, quia viscera terræ à quibus procedunt sunt calida in hyeme & frigida in æstate. Sed quantũ ad eorum exitum debent esse frigidæ in hyeme, & calidæ in æstate propter alterationem continentis. Si ergo tales aquæ sint calidæ in hyeme & frigidæ in æstate quãtum ad principium sui exitus sunt malę, quia contra naturam earum, & de caliditatibus hic loquitur Auice. Hippo. aut loquitur ibi de aquis manifestis.

Sublimatio &c. Postquã docuit cognoscere aquas laudabiles ex parte substantiæ earum per causas & p signa: hic docet eas rectificare ex parte suæ substantiæ & tria facit. Primo docet eas rectificare per sublimationem & distillationẽ. Secundo per decoctionem. Tertio per concussionem. secunda ibi (Et si istud non fuerit) tertia ibi (Amplius decoctio substantiæ &c.) Iuxta primam partem intelligendum ꝙ sublimatio & distillatio possunt accipi pro eodem. s. ꝙ sunt synonima & exponemus, & pro. i. vel dicendum ꝙ sublimatio & distillatio sic differunt, quia sublimatio est decolatio per elambicum, sicut sublimatur aqua rosata & aqua vitę. Sed distillatio est decolatio rei per res habentes porositates angustas, vt per filtrum, & hoc modo aqua distillatur in cisternis per arenam. Et causa quare hęc rectificant aquas est hæc, quia aqua dicitur illaudabilis ex permixtiõe rerum extranearum cum ipsa. cum ergo de natura aquæ propria sit, vt sit pura & simplex, & sublimatione & distillatione fiat separatio partium extranearũ ab aqua, ideo sublimatio & distillatio aquam rectificant.

Et si istud &c. Hic ponit secũdum modum rectificatiõis. s. per decoctionẽ. Primo facit hoc. Secundo circa hoc reprobat opinionem quorundam. ibi (Et torpidi quidem medicorum) Deinde cum dicit,

Et torpidi &c. Hic reprobat opinionẽ quorũdam circa decoctionem aquæ, & diuiditur in duas. Primo mouet diuisionem illam secundam & causam diuisionis ponit. Secundo remouet eam. ibi (Scire autem debes.) Deinde cum dicit.

Scire autem &c. Hic remouet opinionem illorum. Primo ostendit ꝙ decoctio aquæ rectificat aquã. Secũdo probat quod dixit per signum. ibi (Et huius quidem significatio existit.)

In parte prima intẽdit talem rationem. illud quod remouet ab aqua congelationẽ frigoris, & quod separat partes terrestres ab aqua, rectificat aquam, sed decoctio facit hæc duo, ergo &c. ma. patet, quia aqua est de se similium partium, &

A ideo vna aqua non dicitur laudabilior alia, nisi quia est magis subtilis & similis in suis partibus, & minus habet admixtionem rerum extranearũ. minor apparet. nã decoctio propter caliditatem primo remouet congelationem ab aqua, vt notum est. Item propter decoctionem rectificatur, & ex tali rectificatione descendũt partes terrestres grossæ inferius, & partes aqueæ, quia sint subtiles remanẽt superius disgregate à partibus grossis, quia de ratione calidi est disgregare ethe rogenea, & tunc partes illæ paruæ terrestres, quę non poterant scindere aquã propter earum paruitatem iuuantur ex descensu ex raritate facta in aqua, & sic apparet ꝙ decoctio rectificat aquam. Circa istam rationẽ Auice. quatuor facit. Primo probat ma. rationẽ. Secundo mi. Tertio respondet ad formas rationis illorũ. Quarto infert con

B clusionem suam. secunda ibi (Post hoc decoctio) tertia ibi (Et erit illud) quarta ibi (Decoctio ergo non subtiliat.) Iuxta primam partem est notandum, ꝙ per hoc quod dicit, ꝙ aqua in diffinitiõe suæ aquositatis existit ex partibus similibus ĩ subtilitate & spissitudine, intelligit sic. i. quãtum est ex parte essentiæ aquæ, dũmodo ipsa non alteretur à sua natura, & ideo dato ꝙ hic non sit inuenire elementum purum: tñ quantum est de sua natura magis inclinatur ad naturalem eius simplicitatem & puritatem. nõ autem talis differentia est inter simplicia sed mixta. nam in partibus mixtorum est dare aliquas partes grossiores, & quasdã subtiliores propter diuersam dispositionem materiæ, & propter diuersam actionẽ agentis, sed simplicia sunt talis naturæ, ꝙ de se sunt talia in summo: & cũ ipsa existentia in summo sint

C in sua puritate, & partium similium, & homogenearum: ergo aqua quãtum est ex parte essentiæ aquæ constat ex partibus similibus in subtilitate & spissitudine, & hoc apparet, ꝙ si vna aqua sit grossior alia non ex parte essentiæ aquæ, sed ratione admixtionis partium extranearum cũ ea, vel propter frigus inspissantur eius partes. Et notãdum ꝙ Auic. magis se refert ad permixtionem terræ cum aqua, q̃ alterius elementi, quia mixtio aquæ cum aere, vel igne non reddit eam spissiorem cum sint subtilioris substantiæ, quàm aqua, & ipsam non inspissant.

Sed dubitaret aliquis de eo quod dicit, ꝙ vna causa, quare aqua inspissatur est ꝓpter frigus superueniens ei, sed hoc non videtur, quia aqua est frigida in summo, & ideo non ponitur eam infrigidari, ergo nulla frigiditas aquæ superueniens, potest eã infrigidare, vel congelare. Itẽ dicit, ꝙ alia cã spissitudinis eius est fortis pmixtio aquæ cum

cum partibus terrestribus, quę propter earũ paruitatem non possunt descendere & separari ab aqua, sed hoc non videtur, quia quęlibet pars minima terræ est grauior quacunq; parte minima aquæ. nunc autem idem est motus totius & partis, vt totius terræ, & vnius glebę terræ, vt patet 2. cœli & mũdi, ergo sicut tota terra petit locum deorsum, cum sit grauior: ita etiã quęlibet pars terræ debet descendere. Ad primum dicẽdum ꝙ dato ꝙ essentia aquę sequatur esse frigidum in summo, tñ non sequitur ꝙ habeat infrigidare in summo. nam sicut igni competit esse calidum in summo, vt est in materia ꝓpria. s. igni, qui est elementum existens in concauo orbis lunæ, & tñ ei non competit vrere vt sic, sed solum competit igni, vt est in materia aliena. s. hoc iferius existenti, vt puta adurere. Similiter dico, ꝙ aqua licet sit frigida in sũmo, tñ non habet eius frigiditas congelare, sed ei aduenit congelatio ab extrinseco, & ideo dicitur secundo de generatione, ꝙ vstio & congelatio insunt per accidens elemẽta. Ad secundum dicendũ ꝙ licet terra sit grauior aqua & de ratione eius sit moueri deorsum, tamen ad motum cuiuslibet elementi requiritur determinata quantitas. Et ratio huius est, quia motus eorum fit ab aliqua virtute determinata. quælibet aũt virtus requirit quantitatem determinatam, & propter hoc contingit ꝙ millesima pars vnius scintillæ ignis non calefaceret, quia nõ est quantitas ei proportionata. Similiter est in proposito. nam partes minimę terrę admixtę aquæ propter earum paruitatem minimam non possunt scindere aquã & descendere, quod apparet, quia videmus in aere qui est medium subtilius & citius diuisibile, sunt atomi, & partes terrestres minimę, quæ propter earum paruitatem non possunt scindere aerem & descendere. quanto ergo minus poterunt scindere aquam, cum sit substãtiæ spissioris. & sic ad illud.

Post hoc &c. Notandum ꝙ causa quare decoctio remouet spissitudinẽ ab aqua frigida ex congelatione est, q̃ a decoctio fit à caliditate. modo autem prima actio calidi est calefacere, & per hoc subtiliare & rarefacere, si ergo spissitudo aduenìat in eam propter congelationem, quia congelatio opponatur subtiliationi & rarefactioni, quę fit à calido, patet ꝙ decoctio habet primo cõgelationem remouere & eius spissitudinẽ. Item habet secundo remouere spissitudinem accidentem ex cõmixtione partium terrestriũ, quia cum decoctio habeat rarefacere, & per mediũ rarefacti melius et citius moueat̃ corpus graue, quàm per corpus depssum, sicut vidimus ꝙ lapis me-

D lius & citius mouetur per aerem qui est subtilior q̃ per aquam, ideo subtiliando aquam istam rarificat, & tunc partes terrestres magis possunt diuidere continuitatẽ aquæ & descẽdere, quare &c.

Sed diceret aliquis quando aqua est decocta & rarefacta, quæ primo erat spissa remanet pura & propinqua simplici elemento. Sed hoc nõ videtur, quia hoc est contra Hippocratem in libro de aere & aqua & regiõibus, qui vult quòd talis aqua quæ primo fuit spissa & congelata nunquã redit ad pristinum statum sanitatis: & hoc declarat, quia perdit saporem, quem primo habebat: ergo decoctio eam nõ rectificat. Ad hoc dicendum dupliciter. Vno modo ꝙ duplex est spissitudo aquæ. Vna est cum congelatione sicut glacies & de tali loquitur ibi Hippo. ꝙ nunquam redit ad pristinam bonitatem, quia per actionem calidi resoluitur eius subtile & grossum remanet, &
E de tali non loquitur Aui. hic. Alia est spissitudo per admixtionem rerum extranearum, et de ista hic loquitur Auic. Vel dicendum ꝙ spissitudo potest dupliciter accidere aquæ. Vno modo per condensationem partiũ à frigido solum, & talis spissitudo remouetur per decoctionem, & sic loquitur hic Auic. Alia est spissitudo facta à frigido maximo, quod habet exprimere partes subtiles, & relinquere grossas, quæ est frigiditas arefaciens, quare fit sicut fit in crystallo, licet non tanta, & hęc nunquã redit ad pristinum bonitatem, & de hac loquitur Hippo. ibi, non autẽ hic Aui. quare non contradicunt.

Dubitaret aliquis circa illam partem. (Et erit illud) vbi soluit ad formam rationis eorum & dicit ꝙ nõ sequitur ꝙ relinquatur spissum in aqua
F ex decoctione, & subtile resoluatur, quia illud quod resoluitur est homogeneum, & simile ei quod remanet. Sed hoc non videtur verũ, quia illud quod resoluitur ab aqua in decoctione est vapor. modo autem vapor est humiditas subtiliata, vt apparet per Gale. 5. de simpli. medici. dist. ij. cap. j. ergo omne quod resoluitur est subtilius, q̃ quod remanet. Prӕterea quod habet naturam aeream est subtilius q̃ quod habet naturã aqueam, sed vapor est naturæ aereę, quare &c. Præterea si in decoctione aquæ non resolueretur subtilius, sed esset tota homogenea in partibus, tunc aut non de ipsa resolueretur, aut tota simul, sed non tota simul, vt patet, nec est dicendum ꝙ non resoluatur cum minuatur eius quantitas, ergo vna pars sic & alia non. hoc autem nõ esset, nisi quia vna eius pars est subtilior, & magis nata resolui quàm alia, quare solutio Auic. non valet. Dicendum ꝙ aqua quæ remanet in decoctione est homogenea

mogenea cũ illa quæ resoluitur, propter q̃ sciendum q̃ hæc est differentia inter simplicia & cõmixta, quia in mixtis per decoctionẽ citius resoluitur subtile, & postea relinquitur grossum, qa agens citius imprimit formã in materiam dispositam q̃ non dispositam. cũ ergo partes subtiles sint magis proportionales igni q̃ grossæ, ideo citius resoluũtur ab igne & recipiunt actionẽ eius citius. Sed in simplicibus eadẽ est ratio in omnibus partibus & in toto, & ideo omnes eorũ partes sunt homogeneę. itaq; non resoluit subtilior pars aquæ, cũ inter ipsas non fit cõparatio. Ad rõnes. Ad primam dicendũ, q̃ non vult per hoc dicere Auic. q̃ñ vapor sub forma vaporis est non subtilius fit q̃ sub forma aquæ, & hic nullus dubitat, sed anteq̃ conuertatur in vaporẽ tota aqua est similis in suis partibus. Et per hoc ẽt patet ad secũdam. Ad tertiã dicendum, q̃ cũ dicitur aut B resolueretur tota aut nunq̃, aut vna pars primo, & alia post. dico q̃ non est dicendũ q̃ non resoluatur, vt tu dicis, ne ẽt resoluatur tota simul, cuius ratio est, quia licet sit de se eiusdẽ dispositionis, tñ quia alteratio eius à calido non fit simul, sed successiue, quia primo attingit partes propinquiores, ideo non simul tota resoluitur. Et cum dicitur si pars vna sit & alia non, hoc non est, nisi quia vna est subtilior alia. dico q̃ hoc esset verũ in mixtis, sed in elementis non est, sed propter alterationẽ quæ fit successiue, & non simul in instanti, quare non valet.

Et huius &c. Hic declarat per signum q̃ decoctio rarificat aquam. & primo facit hoc. secundo declarat quoddam suppositum. ibi (Nõne vides) (Et huius quidẽ) .s. q̃ decoctio separat grossum à subtili, & q̃ aquam rectificat &c.

C Nonne vides &c. Hic declarat quoddã suppositum prius, vel dicendum q̃ confirmat declarationem prædictã .s. q̃ decoctio rectificat aquã. & primo ostẽdit hoc. secũdo in opposito. ibi (In aquis aũt alijs &c.) Prima in duas, quia primo facit quod dictũ est. Secũdo ponit bonitates & laudes aquæ cuiusdam fluuij, de quo fecit mentionem .s. Nili. ibi (Sunt autem qui aquam &c.)

In aquis &c. Hic declarat quod dixit in opposito, sed in malis aquis, et patet. Hic cadit q̃stio ad euidentiã omniũ prædictorũ, .s. vtrũ decoctio rectificet & subtiliet aquã & diligẽter inqratur.

Amplius &c. Postq̃ docuit duos modos rectificandi aquas ex parte substãtiæ .s. per sublimationem & distillationẽ primo, secundo per decoctionem, hic ponit tertium modum rectificandi aquas, scilicet per concussum & patet.

Sed diceret aliquis non videtur q̃ concussus A rectificet aquã, quia motus frigidorũ infrigidat magis, sicut patet q̃ vinũ citius & magis infrigidatur mota phiala per aquã q̃ stando, nunc autẽ superflua frigiditas inspissat aquã, ergo non rectificat. Dicendũ q̃ post decoctionem concussus rectificat aquã, quia est quidam motus. omnis aũt motus subtiliat & rarificat, ex qua rarificatione magis accidit segregatio rerum extranearũ aquę diuersarum, vt supra dictũ est, quare &c. Ad rationem dicendum q̃ motus frigidorũ non infrigidat seipsum, sed res extraneas motas in eis, & ideo non valet. vnde concussus multum confert aquis puteorũ & lacuum occultorum, quę non possunt moueri, vel stant coopertę: & ideo quanto aquæ puteorum magis concutiuntur, & magis de eis extrahitur tanto sunt meliores &c.

Ex aquis &c. Postq̃ Aui. deter. de vna specie aquarum laudabiliũ ex parte substantiæ .s. de aq̃s fontalibus quibus comprehẽdit aquas fluuiales: hic deter. de dispositiõibus & diuersitatibus speciei aquarum laudabilium .s. pluuialiũ & tria facit. Primo ponit latitudinẽ aquæ pluuialis in sua bonitate. Secundo ostendit q̃ aquæ pluuiali potest inesse aliquod impedimẽtum vel nocumentum. ibi (Sed tamen aquæ pluuiali.) Tertio docet hoc nocumentum remouere. ibi (Quod si aqua pluuiæ bullierit &c.) Iuxta primam partẽ notandum q̃ aquæ pluuiales sunt dignæ laudabilium aquarũ. nam tales aquæ sunt paucæ inflationis & cito penetrant, & hoc est ꝓpter earum subtilitatem. Quod aũt aqua pluuialis sit subtilis substantiæ apparet, quia est sublimata per nubẽ, sublimatio autem est causa subtiliationis & rectificationis aquæ, vt visum est supra, & ideo aqua pluuialis est laudabilis. Vlterius intelligendũ q̃ in ista prima parte ponit latitudinẽ bonitatis aquæ pluuialis. nã tangit duplicem modũ aquarum pluuialium laudabiliũ. vnum modũ laudabilem & vltimę laudabilitatis. alium minus laudabilẽ. primum tangit cũ dicit, q̃ ille quæ eueniunt in ęstate ex nubibus cũ quibus adsunt tonitrua. secundum tangit cũ dicit turbidatio autẽ vaporis &c. Causa autem quare primę sunt laudabiliores est hęc. nã illę aquę quę pluunt in ęstate sunt magis digestæ & subtiliatę à calore ęstatis q̃ illæ quę veniunt alijs tpibus, & quãto subtiliores tanto puriores & simpliciores, & per cõsequẽs meliores. Itẽ sunt laudabiles maxime illę cum quarũ nubibus sunt tonitrua, quia tonitruum subtiliat vaporẽ inquãtum est motus quidã fortis, & motus habet calefacere & subtiliare, tum ẽt quia tonitruũ, vt apparet ex alia scientia fit q̃ñ eleuatur exhalatio calida & sicca agitatur & cõmouetur in

corpore nubis, postea exit de nube cum forti impetu, & ex tali concussione aliquando aduritur & generatur corruscatio & ignitio, & ideo ex tali calefactione exhalationis siccę illi vapores nubis subtiliātur, & ideo aquæ generatæ ex illis vaporibus sunt subtiles, sed aqua pluuialis quæ fit ex ventis & vaporibus turbantibus nubes est minus laudabilis, quia eius substantia est falsa, vt dicit. A. quia non est pura, sed habet admixtionem partium grossarum & terrestrium admixtarum ventis. permixtio autem aquę est causa illaudabilitatis eius, vt dictum est supra, quare &c.

Sed tamen &c. Dubitatur circa illā partem, sed tñ aquæ pluuiali. q̄ hoc qđ dicit, licet sit aqua melior pōt exponi dupliciter. Vno modo licet sit aqua melior. s. inter pluuiales, ꝓpterea quod est valde subtilis &c. Alio modo referendo ad alias aquas nō pluuiales, vt dicatur, licet sit aqua melior. s. omnibus alijs aquis non pluuialibus.

Sed quantum ad secūdam expositionem dubitatur, vtrū aqua pluuialis sit melior omnibus alijs aquis. Et videtur q̄ sic, quia ipsa sit subtilior & purior omnibus alijs propter eius sublimationes à sole, vt dictum est, & per consequens melior. In cōtrarium arguitur, quia homines non sic vtuntur ea sicut alia. Dicendum q̄ in regi. sani. hominis puto aliam esse meliorem, & ideo ipsam elegit Gale. in. 4. de reg. san. & hoc est ꝓpter tria nocumenta, quæ habet in se aqua pluuialis magis q̄ alia. Primū est, q̄ propter eius nimiam subtilitatem est magis nata putrescere, vt statim dicet Aui. in sequenti parte, ad eius putrefactionem sequitur putrefactio in humoribus. Secunda causa est, quia cum hæc aqua sit subtilissima eius nocumētum est natū citius peruenire ad spiritualia. s. sua frigiditate quę inimicatur vitę. Tertia causa est, quia ipsa propter sui subtilitatem impedit actum digestionis. s. propter eius multam prouocationem. modo multiplicatio vrinæ minorat egestionem & econuerso. nunc autem vt dicit Auenzoar conueniens est, vt homo sit bis, aut saltim semel solutus in die, & ideo contradicitur q̄ alia sit melior, & per consequēs secunda expositio non est bona. Tunc ad rationem dico q̄ ratione subtilitatis absolutę bene est laudabilis, tñ ratione aliorum est illaudabilis. Notandum vlterius circa illā partem, q̄ sicut Auic. posuit duplicem aquā pluuialem laudabilē, vnam in vltimo laudabilitatis, & aliam minus laudabilem, ita etiam posuit duas alias illaudabiles, quarum prima correspondet primæ, secunda secundæ. nam prima aqua ex eo q̄ erat subtilissima est laudabilissima in se, tamen cum hoc etiam est il-

D laudabilis quantum ad aliud. s. quia propter eius superfluā subtilitatem est magis nata putrescere. Secundo quia ꝓpter eius permixtionem cum rebus extraneis est magis nata putrescere & alterari q̄ non pluuialis. Et vltimo ponit nocumentum cōmune vtriq; aquæ pluuiali quod est impedire pectus & vocem, & causa hęc est, quia vox causatur maxime à pulmone & mēbris spiritualibus quæ sunt in pectore, non aūt pluuialis aqua cum sit inter alias aquas, aqua magis subtilis, ideo eius frigiditas præterea statim spūalia tendit propter eius subtilitatem, & ideo eius nocumentū quod est frigiditas penetrat citius ad mēbra spiritualia q̄ aliarum aquarū grossarum. frigiditas autem est cōtraria & inimica spiritualibus membris & vitæ, quare &c.

E Et quia &c. Hic ostendit q̄ dato, q̄ aqua pluuialis sit laudabilis, tñ ei potest inesse aliquod nocumentū. Et primo facit hoc. Secundo circa hoc reprobat opinionem quorūdam. ibi (Quidā autem dixerunt.) Notandū q̄ Auic. hic non exprimit quis fuit iste quidam, tñ ista litera inuenitur in libro Hip. de aere & de aqua. ita q̄ ipsum videtur improbare. verum est tñ q̄ in illo libro Hippo. inuenitur duplex litera. Vna quæ dicit quod aqua pluuialis est nata cito putrescere, quia. n. ex multis cōgregantur aquæ, ideo aquis alijs citius putrescere solent, ita dicit verum est, q̄ alia litera inuenitur dicere contrarium. Sed vt hæc cōtrouersia tollatur inter Auice. & Hippocra. quęruntur duo simul & fit quæstio, vtrum aqua pluuialis sit subtilis substantiæ. Secundo vtrū dato q̄ sic an sit magis nata putrescere propter eius subtilitatem. Et diligenter excutiantur, & isti auctores ad concordiam reducantur.

F Puteorum vero &c. Postq̄ auctor deter. de aquis laudabilibus ex parte substantię, hic deter. de aquis illaudabilibus ex parte substantiæ. Et quinq; facit. Quia primo determi. de aq̄s puteorum & aquis ductuum. secūdo de aquis paludosis. tertio de niuosis. quarto de aquis lacunalibus. quinto de nō currentibus. secūda ibi (Aqua autē paludis.) tertia ibi (Niuosę vero. quarta ibi. (Et aquæ stantes.) quinta ibi (Aquæ vero nō currentes &c) Quia via propinqua fuit eis adhibita. postquam incesserunt sic, quia aquæ fontiū peruenientes ad poros terræ, qui sunt in fonte scaturiunt & exeūt cum impulsione & motu forti ex se, quia non potest tota exire simul, & ideo vna pars impellit aliam, & tūc ex tali motu subtiliat & depuratur, nec fit ei admixtio partium terrearum ex longitudine. Ex eis tamen illæ sunt deteriores quibus ex plumbo &c.

Dubitatur

Dubitatur circa hoc: diceret aliquis non videtur quòd aquæ ductuum, quæ procedũt per cannales plumbeos sint natæ generare dysenteriam, quia dysenteria est excoriatio intestinorum quæ fit à caliditate acuta. plumbum autem est frigidum, quare &c. Item quia plumbum sanat vlcera dicunnt auctores medicinæ, ergo non facit vlcera intestinorum. Dicendum ad hoc multipliciter. Vno modo quòd dysenteria est fluxus sanguinis per intestina, & hoc est dupliciter. Aut quia fluit ab hepate propter debilitatẽ eius contentiuę, & tunc ad hoc confert maxime aurum & ferrum inquantum confirmant & fortificant virtutem viscerum, & maxime stomachum, vel à proprietate, vel stypticando & roborando, & hic fluxus proprie vocatur diarrhęa. Aut fit propter excoriationem intestinorum, et tunc plumbum habet hoc facere à forma specifica, B aut quia in plumbo sunt aliquæ partes subtiles adustæ, quæ habent hoc facere, & aliæ grossæ, quæ consolidant. Vel dicẽdum quòd datum interius excoriat, & sic loquitur hic, sed datum extra non. Vel dicendum ꝙ plũbum habet aquam ingrossarẽ & putrefacere, et aqua putrefacta conuertitur ad choleram, & ideo propter eius siccitatem sanat vlcera, et sic loquuntur auctores, sed propter acritatẽ & mordicationem quã acquirit habet excoriare intestina, & causare dysenteriã.

Niuosæ vero &c. Diceret aliquis non videtur quòd aquæ niuis sint grossæ, quia nix habet partes aereas admixtas partibus aqueis, quæ debent eam reddere subtilem, præterea aqua quæ fit ex liquefactione niuis fit per subtiliationem quando generatur nix. nunc autem sublimatio habet subtiliare aquam, vt supra patuit. Dicendum quòd aqua niuis est grossa propter duo. primo propter infrigidationem superfluam coagulãtem & inspissantem. nam hæc est causa vna de causis ingrossantibus aquam, vt supra dictũ est. Item quia propter vehementem frigiditatẽ eius fit expressio partium subtilium, quare remanet grossa. Ad rationes. Ad primam verum est, ꝙ illæ partes aereæ sunt in niue, sed excluduntur propterea ab aqua, quando liquefit nix. Ad secundam quòd licet quantum ad primam generationem nix generetur per subtiliationem, tamen inspissatur propterea à frigido circunstante, & ingrossatur, quare non valet. Notandum quòd aqua paludis differt in duobus ab aqua lacunali, quia in aqua paludali nullus est motus, sed in aqua lacunali est aliqualis motus huc & illuc licet paucus, et ideo aqua paludalis ad hoc est peior lacunali. (Et præcipue discoopertæ) supple A quia alterantur à sole, & admiscentur ei vapores & radij: & quia per motum non subtiliãtur, ideo remanent grossæ & malæ, & ex his peiores sunt discoopertæ, quàm coopertæ, ex quo nõ mouentur, quia subtile resoluitur & remanent partes grossę. Vnde generant choleram.) Notandum ꝙ non est intelligendum quòd istæ aquæ calefactæ à sole in æstate proprie conuertantur in choleram, nec phlegma quando sunt in frigiditate, cum multum tendant ad naturam simplicium, dato quòd sint putrefactæ, sed quia propter earum caliditatẽ, vel frigiditatem disponũt hepar ad generandam choleram multam, vel phlegma. Qui eas bibunt splenes &c.) Circa quod notandũ quòd causæ generant ægritudines splenis, hoc est, quia istæ sunt aquæ grossę propter resolutionem partium subtilium à grossis à calore solis. Item propter admixtionem vaporum cum eis, & partium terrearũ propter quod aduenientes ad splenem ipsum oppilant. Causa quare subtiliant myrach est, quia tales aquæ grossę ingrossant humores, & ipsos faciunt ineptos ad penetrandum ad myrach, & consequenter quia male nutritur subtiliatur. Et causa quare interiora eorum ingrossantur est, quia oppilant propter eius grossitiem. Causa quare est in istis fames & sitis est triplex, quia ista aqua est causa indigestionis membrorum, & ideo quia membra non nutriuntur, appetunt cibum & potum, & causant famem & sitim. Alia causa est, quia cũ hæc aqua potius sit causa indigestionis in stomacho, est causa acetositatis in eo, quæ à frigida indigestione causatur. acetositas autem habet incitare appetitum & acuere incidendo viscosos humores, C qui obtundebant calorem, & sic causæ appetitus cibi & potus. Alia causa est, quia hæc aqua causat frigiditatem in stomacho, quæ habet exprimere humiditatem de villis stomachi, et per consequens inducere famem & sitim, & est cum nocumento &c. Nam illę sunt valde stypticę & oppilatiuę propter grossitiem earũ, & propter partes terrestres, quæ sunt in eis quæ stant fixæ in loco. (Adurentes) id est lõgę. Sed tu diceres quomodo fiunt tales febres in senibus, cum ipsi habeant corpus frigidum, immo magis deberẽt fieri in iuuenibus. Dicendum quòd Auic. non vult per hoc dicere, quòd in senibus magis accidant istæ febres adurentes ex istis aquis ratione naturæ eorum calidioris quàm in iuuenibus, sed vult dicere quòd istæ humiditates grossæ, ex quibus fiunt febres adurentes magis retinentur in senibus, quàm in alijs propter imbecillitatem virtutis expulsiuæ eorum.

Aquæ præterea &c. Prius determinauit de diuersitatibus aquarum ratione laudabilitatis & illaudabilitatis ex parte substantiæ, hic determinat de aquis,& de diuersitatibus earum ex ratione mixtionis earum. Iuxta quod notandum q substãtia metalli potest dupliciter intelligi. Vno modo large,scilicet pro omni corpore minerali, scilicet prout dicitur de ferro de argento & ære, & similibus. Alio modo potest accipi pro quadam specie metalli quę dicitur metallus proprio nomine. Modo hic accipitur hoc secundo modo. Et quando subdit. (Aut eius simile) accipit metallum primo modo scilicet pro ære, plumbo,ferro &c.

Vlterius notandum q aqua potest dupliciter admisceri cum metallis. Vno modo artificialiter scilicet q limetur & puluerizetur metallum aliquod,& ponatur in aqua. Alio modo q hoc fiat naturaliter.s.quia aqua transeat per illa loca, & labatur, tamen modo Auic. vtroq; modo intelligit hoc. Vlterius notandum q istæ aquæ admixtæ metallis sunt malę quantum ad regimen sanitatis. Cuius ratio est,quia omnes sunt grossiores q̃ debeant, & omnes aquę grossæ sunt malę in regi.sani. Item quia tales aquæ habẽt aliquam qualitatem excellẽtem,quam ex metallis acquirunt,& omnes tales sunt malæ. Vlterius notandum q omnes aquæ sanguisugales sunt malę,qa omnes sunt putrefactæ & corruptæ, & ideo putrefactos generant humores. Propter partem quędam superius dictam.s.ibi(Illa est in qua virtus ferri &c.) Dicit ad hoc vt interioribus fortitudo tribuatur &c.scilicet mẽbris, quia ipsa confortat stomachum & hepar & alia interiora,confortat enim stomachum,vel à proprietate, vel à qualitate.s.quia ferrum habet exiccare humiditates stomachi quæ obtundebant eius calorem, & per consequens eius appetitiuam. Item quia ratione frigiditatis adiuuat ad exprimendũ & corrugandum os stomachi exprimendo humiditatem & necesse circa ipsum, & per consequẽs est causa appetitus in eo, & eodem modo dicẽdum de appetitu hepatis, sed aqua admixta auro habet cõfortare mineram virtutum.s.cor,quia aurum habet à proprietate lętificare cor, siue illa aqua admisceatur auro,qa labatur per mineram auri.verum est q aliqui volũt & male,q aurum non sic habet minerã, sicut alia metalla, siue fiat ista mixtio per puluerizationem,siue per eius extinctionem in aqua.

Nix vero &c. Postquã determinauit de diuersitatibus aquarum ratione substantiæ, & ratione admixtionis earum,hic determinat de di-

D uersitatibus aquarum ratione qualitatis earũ. Et primo facit hæc ratione qualitatum earũ primarum. Secundo ratione secundarum.ibi(Aqua vero salsa.)Prima in duas.Quia primo diuersitates aquarum determinat ratione frigiditatis.Secundo ratione caliditatis.ibi(Aqua vero calida.) Prima in duas. Primo determinat diuersitates aquarum frigidarum quando aqua est multum frigida. Secundo hoc facit quando est temperate frigida.ibi (Aqua propterea temperate frigida. Iuxta primã partem notandum q hic insinuat Auicen. q aqua niuosa & glacialis duplicem habet vtilitatem. Vna est,quia aliquibus corporibus.s. in vehementi calefactione quęritur vehemẽs infrigidatio quæ fit cum istis aquis,et tunc modos administrationis earũ erit liquefaciendo niuem vel glaciem & bibẽdo illam aquam, siue dando niuem vel glaciem in forma niuis vel glaciei,aut

E circundando aliquã rem, & infrigidando ipsam cum eis. Alia earum vtilitas est, quia aliquæ sunt ciuitates habẽtes naturaliter malas aquas,et ideo tunc danda est eis aqua niualis,vel glacialis,quæ licet nõ sint in vltimo bonitatis,quia sunt nimis spissæ propter congelationem. Item propter expressionem partium subtilium à frigido. Item quia propter earum superfluam frigiditatem val de lædunt neruos & naturam prosternunt, quia frigidum est naturæ inimicum, tamen meliores sunt q̃ quędam alię aquæ,quæ cõmuniter habentur in quibusdam terris.

Sed tu dicis q hæc aqua quando coquitur redit ad primam bonitatem, hoc nõ videtur, quia contrarium dicit expresse Hippo. in lib. de aere & aqua,q aquæ congelatæ nunquam redeũt ad

F pristinam bonitatem, sed perdunt id quod erat saporitum in eis, ita dicit & hoc declarat per signum,quia nunquam per decoctionem redeũt ad quantitatem primam. Dicendum q sine dubio aqua cõgelata cocta postea est mala ratione expressionis partium subtilium à frigido vehementi,& ideo decoctio eius non rectificat ipsam quantum ad hanc malitiam, quia non immittit in eam partes subtiles expressas primo à frigido. & hoc modo loquitur ibi Hippocra. tamen per decoctionem perdit cõgelationem, quam prius habebat,& quantum ad hoc quodammodo redit ad bonitatem aquæ, quia tunc pauciores habet malas conditiones,& quãtum ad hoc loquitur Auicen.& ideo non contradicunt.

Aqua præterea &c. Iuxta illud propterea & appetitum excitat,supple quia constringit villos stomachi,& exprimit humidum quod obtundebat calorem stomachi innatum,& ipsum reddit

adaptum

adaptum in sui operationem:& sic efficit ipsum fortem,& facit ipsum appetere cibum.

Aqua vero &c. Hic determinat de dispositionibus aquæ calidæ & effectibus eius. Primo quãdo est calida sine admixtione alterius rei. Secundo de ea quæ est calida per admixtionem artificialem.ibi(Et illi quidem.)Prima in duas. Primo determinat de aqua nõ multum calida quantum ad operationes quas efficit circa corpus sanum. Secundo quantum ad operationes quas efficit circa corpus ęgrum.ibi (Illa vero quæ multum est calida.)

Sed tu dices non videtur, ꝙ aqua calida corrũpat digestionem, quia digestio fit à calido, ergo iuuatur digestio ab aqua calida. Item quia aqua calida habet calefacere stomachum. stomachus autem calidus, vt dicitur in thegni digerere quidem bonus, sicut frigus appetere est bonum.

B Post nõ videtur ꝙ perducat corpus ad hydropisim, & ad hecticam, hoc est impossibile, quia istæ sunt ægritudines contrariæ, quia hydropisis est ægritudo materialis, & hectica immaterialis, Item quia hydropisis est ęgritudo frigida & hectica est ęgritudo calida. præterea non videtur ꝙ saltem hecticam possit inducere, quia aqua est cõplexio naturaliter humida, siue sit actualiter calida siue frigida, sed hectica est mala cõplexio sicca, quare &c. Ad primum dico, ꝙ aqua calida corrumpit digestionem faciẽdo cibum natare in stomacho, quia digestio fit in fundo stomachi per coadunationem stomachi & caloris circa cibum, vt patet.2.de virtutibus, sed super natatione facit cibum vacillare in stomacho. modo hoc facit aqua calida. nam sicut frigida constringit calida aqua dilatat, & potissime tepida quæ dissoluit villos stomachi, sed multum calida ipsos corrugaret nimis, et malo modo ꝑpter quod aqua calida corrumpit digestionem. Alia causa est, quia digestio fit à calore innato, sed aqua calida habet caliditatem extraneam, quare non est conueniens. Et ex hoc apparet ad primas duas rationes, quia digestio non fit à quocunq;, sed à calido naturali vel regulato ab eo, sed caliditas aquæ est caliditas extranea, quare non confert digestioni, sed impedit vt dictum est. Ad aliã dicendum ꝙ aqua calida potest inducere hydropisim quando eam bibit habens hepar debile ieiunus, quia virtutem eius sanguificatiuam debilitat & generat aquositatem, quæ veniens ad ventrem inducit hydropisim. Item potest inducere hecticam, vel propter vigilias, vel propter ieiunia vel labores, & tũc dato stomacho ieiuno per transiens ad membra supercalefacta caliditatem

A adauget, & perducit ad hecticam. Et per hoc patet ad tertiam, quia non per eãdem rationem generat eas. Ad quartam dicendum, quòd licet ipsa sit humida non est inconueniens, quando ratione caliditatis exiccet & inducat hecticã: præterea cum ad ipsam quod plus est potens caliditas eius in exiccando in talibus q̃ eius humiditas humectando, quare non valet.

Aqua autem &c. Iuxta illud notandũ.(Aqua autem calefacta cũ fuerit tepida facit nauseam.) quia ratione humiditatis habet laxare villos stomachi, & ipsos mollificare & dilatare ratiõe debilis caliditatis, sicut per oppositum aqua frigida habet constringere & corrugare, & ideo sub ratione qua est calida, habet resoluere. Itẽ quia debilis caliditas cum humiditate penetrat & replet, & repletio est causa nauseæ, sed fortiter calida resolueret. Item quia tepida attrahit humiditates ad villos stomachi, quibus attractis causatur fastidium et nausea. Notandum circa illam partem quæ remansit.(Aqua præterea temperate frigida, quòd aqua vehementer frigida lædit multum propter eius grossitiem. Item propter vehementem humiditatem valde nocet neruis, & breuiter omni operationi vitæ. Item aqua calida lædit, quia digestionem corrumpit, & facit alia nocumenta, quę infra dicẽtur, propter quod conuenienter dicitur quòd aqua temperate frigida in vsu regiminis sanorum corporũ est conuenientior omnibus alijs aquis, tamen in quibusdam regionibus, in quibus sunt vina potentissima magis conueniens est vsus aquæ vehemẽter frigidæ ad contemperandum caliditatem excellentem illorum vinorum. in alijs autem regionibus non. Vlterius notandum de eo quod dicit,

C quòd aqua multum frigida impediat apostemata in interioribus membris, & ratio hæc est, quia sicut apparet in thegni tex.cõ.156. secundum Haly communis intentio in omni apostemate est euacuatio eius quod collectum est. modo vehementer frigida faciunt oppositum quia oppilãt. Item quia apostemata facta in membris interioribus velantur quodam panniculo subtili, per quem panniculum subtilem continue desudat aliqua humiditas, sicut fit in apostematibus oculorum ꝙ generatur quidã panniculus subtilis regens ipsa. hoc autem non contingit in apostematibus exterioribus factis in cute, vt patet: quia sufficit cutis exterior. modo talem humiditatẽ continue resudantem in apostematibus in interioribus, & virulẽtiam oportet abstergere continue, vt patet per Gale.in.13. de ingenio. cap.2.&.3.2. distin.& ideo dicit Aui. in.4.canti. ꝙ habẽtibus

apostema in interiora oportet dare aquam solatri &c. vt illa virulētia abstergatur. modo talem abstersionem huius humiditatis male prohibet aqua frigida, & ideo est eis inconueniens. verum est ꝙ aliqñ potum aquæ frigidæ cōcedunt aucto res in habentibus erysipelas in membris interioribus qñ timemus de marasmo, aut gratia mitigationis cuiusdam accidētis scilicet sitis. & ideo sicut dicitur. 3. regiminis acutorum. commen. 15. conceditur potus aquæ frigidæ mixtæ cum alio potu. s. hydromellis, quia tunc tantum nō potest nocere, sicut si per se sumeretur.

Et illi quidem &c. Hic determinat de dispositionibus aquæ calidæ per commixtionem artificialem. Notandum: duplex est aquæ caliditas. Vna est actualis vt quæ fit ab igne vel sole. Alia est potentialis & hæc est duplex, aut inducitur ratione loci per quem transit, vt si trāseat per loca sulfurea, vel aluminosa. Alia est quæ fit per decoctionem quarūdam rerum calidarum, vt herbarum calidarum ex quibus recipit virtualem caliditatē vt absynthij, hyssopi: cāmomillæ, & hoc, & de hac vltima loquitur hic, & hæc est quę habet inducere effectus, quos hic dicit secundum virtutem quam habent illæ herbæ ad prędictas ægritudines, vel per modum potus, vel per modum balnei, vel per modum collyrij, vel per modum epithemationis, vel quomodocunque aliter expedit.

Aqua vero &c. Hic determinat diuersitates aquarum ratione qualitatum secūdarum, & sex facit, quia sex sunt diuersitates istarum aquarū. Nam primo de aqua salsa. Secundo de turbida. Tertio de aqua salis armoniaci. Quarto de aquis aluminosis. Quīto de aquis ferreis. Sexto de aqs æreis. Secūda ibi (Aqua vero turbida.) Tertia ibi (Aqua autem salis armoniaci) Quarta ibi (Aquę propterea aluminosæ.) Quinta ibi (Et ferrea.) Sexta ibi) Aereæ vero.)

Diceret aliquis nō videtur ꝙ aqua salsa faciat fluxum ventris propter vim radendi, quia cōtrarium huic expresse dicit Hipp. in libro de aere & aqua. s. ꝙ aquæ dulces laxat vētrem, & salsa stringit ipsum. Dicendum ꝙ isti non contradicunt, quia Hip. ibi intelligit ꝙ aqua salsa stringit in fine ventrem. & hoc idem vult hic Auic. & causa hæc est, quia habet exiccare & remouere humiditatem quæ habet facere ventrem lubricum & fluxibilē, sed in principio habet soluere vētrem. Causa autem potest esse duplex. Vna quia propter sui mordicationem habet incitare et vigilare virtutem expulsiuam intestinorum. Secunda causa est, quia quando inuenit humiditatem aliquam grossam habet ipsam eliquare: & per consequēs ventrem fluxum facere: tñ videte in corporibus siccis, quia non inuenit talem humiditatem eliquandam quantum ad hoc non facit ipsa fluxibilia in pricipio: imo magis exiccat ipsa &c. Vlterius notandum ꝙ aqua salsa interius data & bibita bene corrumpit san. & generat pruritum & scabiē, quia ipsum exiccat & reddit impetum ad vnionem & inuiscationem cum membris. & ideo generat humores grossos & adustos, & potissime si freqnter bibatur, sed apposita exterius remouet scabiem exiccādo humiditates malas.

D

Licet ventrem &c. Hic cadit illa quæstio, vtrum aquæ subtiles, vel aquę grosse competant habenti fluxū ventris. (Res vnctuosę & dulces.)

Circa hæc dubitaret aliquis, nō videtur ꝙ res vnctuosę & dulces sint tyriaca aquæ grossæ, quia ipse adhuc magis constringunt ventrem cū omnia dulcia & vnctuosa faciant oppilationes. Dicendum ꝙ nocumenta hæc aquæ grossæ sunt duplicia. Primum est ꝙ oppilāt. & ratione hac competit eis res prouocatiua. Secunda est ꝙ detinentur propter res grossas terreas eis admixtas, & ratione hac ei competunt vnctuosa, quæ labificāt, & non intelligit hoc de dulcibus absolute. dicit, ꝙ aqua salis armoniaci soluit ventrem, ratio hęc est, quia sal armoniacus habet vehementem virtutem abrasiuam, vt dicit Mes. cap. de salibus. ideo pertingens ad intestina, vel ad ventrem, & mordicans ea incitat expulsiuam, & abradit materiam.

E

Aquæ præterea &c. Dicit ꝙ superfluitatem currere non permittunt. Causa hæc est, quia alumen est stypticæ naturæ, & ideo habet constringere istos fluxus. (Sed corpora quæ sunt apta febribus &c.) Causa hæc est, quia aquæ aluminosę omnes sunt stypticæ, vt patet. 5. terapē. & ideo in his qui sunt dispositi ad febres retinent fumosas superfluitates, quę deberēt expelli ad extra, quæ venientes ad cor causant febrem.

F

Et ferreæ &c. Diceret aliquis nō videtur, ꝙ aquæ ferreæ habeant resoluere splenem, quia resolutio fit à calido, & ferrum est frigidum Item non videtur adiuuare non potentes coire, quia contrariatur virtuti generatiuę, cū sit frigidum, & etiā materiæ spermaticæ, quæ est calida & humida, & ferrum frigidū & siccum. Ad hoc potest dupliciter dici, vt dicitur cōmuniter quòd hoc nō facit ratione complexionis, vt tu arguis, sed à proprietate substantiæ, sed quia isti ignorant causam horum effectuum: ideo omnia reducunt ad formam specificam, & ideo dicendū ꝙ hoc est possibile propter duo. Primo, quia

ferrum

ferrum est stypticum: ideo confortat calorem naturalem & vnit ipsum, & condensat villos: & virtus à membris confortata expellit oppilationes & resoluit splenem: & hoc modo valet aqua ferri in corruptionibus stomachi vt dictum est supra: & eadem ratione confortat virtutem generatiuam. Item quia ferrum est siccum habet exiccare humiditates superfluas obsidentes calorem naturalem: & ideo tamen quia est stypticũ confortat virtutem exprimendo humiditatem & vniendo calorem: tamen etiam quia exiccat humiditates superfluas: ideo quãtum ad hoc per accidens hoc facit; licet non per se vt tu probas ratione qualitatum actiuarum.

Aereæ vero &c. Et hæc dicit cachesia vt qñ es tu nudus totus. Et causa hæc est duplex. Vna est quia ęs habet exiccare illam humiditatem: & ideo datur talibus electuarium de scoria ferri qđ exiccat. Alia causa est: quia resoluit humiditatẽ aquosam pp quasdã partes acutas quas habet ęs.

Cumq; aquæ &c. Hic sicut superius dicebatur ponit quendam canonem generalem ad cognoscendum bonitatẽ & malitiam aquarũ &c.

Et quod &c. Hic sicut supra dicebatur remittit nos ad alium locum pro sufficientiori determinatione aquarum speciali vt patet.

EX IACOBO DE PARtibus excerpta, in Librum primum Auicennæ, fen secunda doct. secunda summa prima.

De dispositionibus aquarum. Cap. 16.

Qua vnum &c. In hoc capitulo primo agit de proprietate aquę solius inter elementa: & de diuersitatibus aquarũ. Secũdo de electione aquæ & experientia bonitatis eius à pondere. ibi (Aquæ vero quæ sunt.) Tertio de rectificatione aquæ per sublimationem, distillationẽ, & decoctionem. ibi (Sublimatio.) Quarto de laudibus aquæ nili: & notificatione malarum aquarum. ibi (Sunt aũt.) Quinto de aquis pluuialibus. ibi (Ex aquis quoq;.) Sexto de puteal ibus et paludosis. ibi (Puteorũ vero.) Septimo de niuosis glatialibus lacualibus nõ currentibus & haustis ex canalibus. ibi (Niuosæ vero.) Octauo de metallinis & sanguisugalibus. ibi (Aquæ præterea.) Nono de niue & aqua glatiali. ibi (Nix vero.) Decimo de aquis: frigida, calida, & tepida. ibi (Aqua præterea.) Vndecimo de aquis, salsa, turbida, aluminosa, & ęrea. ibi (Aqua vero.) Duodecimo de permixtione aquarum & remissione sermonis de eis ad alia loca. ibi (Cumq; aquæ.) In prima parte quæ est præsens tex. dicit primo q aqua est vnum quatuor elementorum cui soli ex eis proprium est ingredi in eo quod comeditur & bibitur: non vt nutriat sed vt sua subtilitate & fluxibilitate & penetrare faciat alimentum per anfractus corporis: & vt rectificet .i. præparet substantiam nutriẽtis ad facile recipiendum digestionem & impressionẽ innati caloris. Secũdo dicit q ideo dicimus aquã non nutrire: quia de ratione nutrientis est vt sit sanguis in potentia: & non solũ sanguis: sed pars hominis in potentia longinquiori: sed ex nullo simplici elemento potest sanguis fieri, neq; pars hominis: nisi cum alijs immixtum fuerit. Hip. vero .3. regi. acutorum dicit q aqua nõ nutrit: quia naturaliter non habet fecem. Et Gal. libello de aquis cap. 5. ait. Quoniam aũt nõ nutrit aqua: sed solũ est vehiculũ cibi Hippocrati: et Chrisippo: & Erasistrato videtur. Et propterea neq; vitalẽ virtutem putant eam confortare. Et hæc est causa quare iubent mellicratum & oxymel & vinũ dare in ęgrotantibus abscedendo ab aqua: hæc Gale. Tertio dicit q aqua confert ad liquefaciendum .i. reddendum molle & fluidum nutriens solidum & subtiliãdum ipsum vt leuiter & cito penetret & fluat per venas & foramina: neq; potest nutritio compleri: maxime ex solido cibo nisi coadiuuante aqua vel aliquo sibi proportionali in liquefaciendo & subtiliando nutriens vt vino vel ceruisia hydromelle vel sicera. Signanter additum est ex solido cibo, quia infantes ex lacte conuenientissime nutriuntur absq; potu aquæ. Quod autem aqua sit nobis necessaria, Gal. affirmat .1. simpli. medi. cap. 1. dist. 2. dicens. Aqua est qua vtuntur omnes homines cõmuniter siue sani sint aut infirmi: & necessitas eius est necessaria ad hoc vt remaneat vita. Sed q aqua non pstet dicta adiutoria arguet aliquis ex illo cañ. 3. regiminis acutorum cañ. 42. Aquę vero nullum inueni vsum: nisi quia in acutis bibitur morbis. Et eodem cañ. dicit q rugitũ facit, in stomacho natat: quia transire moratur eo q frigiditati pertinet & indigestibilis est nec vrinam prouocet. Item dicit Gal. com. illius cañ. Oportet vt aqua tota sit tardę penetrationis, difficilis digestionis & difficilis descensionis: quãuis sit melior aquarum. Huic consonat illud metricum. Gloria sit Baccho, pereat Thetis & sua proles, Quę manet in stomacho rudis, indigestaq; moles. Ad primũ dic q Hip. voluit aquam crudã non profice-

re bibitam via medicinæ vel ieiuno stomacho: nisi in morbis acutis: nam chronici fieri solent ex materijs grossis quas sua frigiditate plus ingrossat & incrudat aqua: nec in pleuresi confert sedando sitim vel facilitando sputum si bibatur toto tempore eius: sed per interualla bibita inter oxymel & aquam mellis iuuat ad screandũ: quia aqua facit accidere illis potibus roritatẽ propter multitudinem humectationis suę: vt ait Gal. in fi. cõ. Ad secũdum dic ꝙ Gal. non loquitur de aqua cibo moderate imixta ad reddendũ ipsum liquidum fluidum & penetratiuum: sed de aqua sola sumpta à ieiuno vel inanito. Ad me metricum dic ꝙ vinum sanis est melius aqua maxime prouectis & temperatis vel infrigidatis. Sed dicit Rasis. 3. Almã. c. de virtute aquę ꝙ ipsa calorẽ reprimendo calefactis calidamq; habentibus cõplexionem plusꝙ vinum conueniens est. Quarto innuit aquas tripliciter diuersificari. Primo penes substantiam secundum quam diuersitatẽ quędã grossa dicitur, altera subtilis, alia media. Secundo penes id quod eis admiscetur secundũ quam diuersitatem quædam dicuntur lutosæ: quædã ferreæ quædã sulfureæ alię aluminosæ & sic de similibus. Tertio penes qualitatẽ secundũ quã diuersitatẽ quædã calidæ dicuntur, alię frigidæ: alię tepidę. Et iterũ penes qualitatem quædã sunt insipidę, quædã dulces, quædam salsæ, quędam amarę. Et iterum quædam clarę & luminosæ: quædam turbidę. Et iterum quædam mali odoris, alię non mali: alię inodorę.

Aquæ vero &c. In hac parte secunda primo describit aquas alijs meliores. Secũdo docet has à pondere nosci. ibi (Debes autem.) In prima parti. tangit. 19. conditiones bonę aquæ. Prima est ꝙ sit aqua fontis: nam fontales aquæ sunt alijs meliores. Idem sentit Gal. 1. de regi. sani. ca. 10. dicens: ꝙ fontis aqua recens maxime est bibenda quæ nullam adiectam habeat perniciosam qualitatem. Et libello de aquis ait fonteas excellere alias. Et ante eum Hip. sed Rasis prætulit aquam magnorum fluminum dulciũ. Iuxta illud Auer. 5. colliget. c. 38. de aquis. Melior aqua secundum Hip. est aqua fontium orientalium quæ scaturit ex terra quæ non habet nimis grossam substantiam neq; nimis mollem vel luteam: sed sit mediocris inter eas. Et propterea hęc aqua est suauior & leuior & citius permutatur à calido & frigido. Et Rasis sentit ꝙ melior aqua sit fluminũ magnorum dulcium. Et Hip. dicit ꝙ istę sunt diuersarum substantiarum eo ꝙ transeunt per diuersas terras: & propterea quia ingrediuntur eas multi riui. Et tamen videtur ꝙ Rasis non lauda-

D uit flumina grossa magna nisi propterea quia sol operatur in eis vnam operationem, propter quã separantur res grossę à subtilibus: & propterea coquunt medici aquam eis qui habent debilem stomachum & hepar: hæc Auer. sed in fi. c. illius adhæret Hipocrati. Secunda est ꝙ non solum sit aqua fontis: sed fontis terrę liberę. s. non infectę putredine aliqua vel extraneo sapore: vel odore: vel metallica virtute vel substãtia aliq̃ alia extranea aut qualitate. Tertia est ꝙ nõ solum sit aqua fontis terræ liberę: sed etiam currens: nam cursu mundificatur & subtiliatur aqua. Quarta est ꝙ non solum sit currens: sed etiam discooperta soli & ventis. Nam sol & venti purificant aquas & eas subtiliant: quemadmodum aerem. Currens enim discooperta ex cursu nobilitatur & subtiliatur: sed non currens discooperta quandoq; est

E pluris malitię ex discoopertura ꝙ coopertura nõ currens ex profunditate & coopertura: vt aquæ puteales coopertæ profundæ sunt malitię minoris ꝙ paludosæ discoopertæ soli & ventis maxime meridionalibus; citius enim putrescunt & corrumpũtur paludosæ putealibus ab extraneo calore cui plus exponuntur. Quinta est ꝙ non solum sit currens & discooperta: sed etiam incedat abscedens à fonte supra lutum. Nam quæ supra lutũ fluit melior est ea quę fluit petras: quia lutum mũdificat aquam: & tollit ab ea res extraneas vt terrestreitates quæ sibi immiscentur & colat aquam. i. reddit limpidam separando ab ea quod eam turbat ac si colaretur per pannũ mundum. Petrę vero non faciunt illud: quia nec sunt sic affines terrestreitatibus aquæ mixtis nec ab aqua penetrantur sicut lutum. Attende ꝙ licet

F aquę petrosę sint grossiores & frigidiores à Gal. censentur puriores alijs & sine fecali residentia. Ait enim libello de aquis. c. 2. Petrosæ vero peiores quidem sunt & duritie & frigiditate. Purę vero plus alijs & absq; hypostasi. Sexta est ꝙ non solum super lutũ fluat: sed super lutum liberũ. i. absolutum ab omni putredine & fœtore & extranea substantia vel qualitate: ita ꝙ nec sit fœtidum: neq; lacunosum: neq; alius malę substãtiæ vel qualitatis aquã inficientis. Septima est ꝙ sit multę quãtitatis ita. s. ꝙ conuertat in sui naturã illud quod ei miscetur ex pluuijs & riuis & non maneat etherogenea manifeste. Octaua est ꝙ fortiter currat: nam per cursum fortem subtiliatur. Sed instabit aliquis ꝙ aqua ex forti cursu rapit secum terram & alia ex ripis quibus turbatur & ingrossatur sicut est videre in Rhodano. Dic ꝙ talis aqua in substãtia sua est subtilis & facile residet qđ ei miscetur: & ideo bona est: sed debet

pmitti

permitti prius residere q̃ cibis imisceatur vel in potu detur. Nona est q̃ ipsa currat versus orientem & maxime versus orientem ęstiuum.s. versus hác partem vbi sol oritur tempore æstatis:sic enim melius à sole purificatur,& in ortu & ascẽ su eius. Et post hác in bonitate est currens in septentrionem. Et currens in occidentem vel meridiem mala est maxime flantibus austris. Eiusdem sententię meminit Gal. libello de aquis.c.1. dicens. Aquæ vero fluxibiles multo subtiliores sunt,& ad vrinationem meliores,& omnes quęcunq; fontes versus orientem fluunt humiditate & subtilitate & bono odore. Et vt sint moderate frigidæ & calidæ, excellunt alias. Quæ vero fluunt versus septentrionẽ dulces quidem sunt, in frigiditate autem excedunt. Quæ autem versus occidentem violentę quidem sunt in infrigidádo, violẽtę vero & ẽ in duritie.i.grossicie propter qd̃ bráchosæ sunt & pleuriticę & spasmosę. Quæ vero versus austrum salsiores sunt & calidiores & ad vrinádũ non idoneæ, hæc Gal. Decima est q̃ plurimum elongata sit à sua origine seu principio, quia quanto magis ab eo elongatur, tanto magis subtiliatur & purificatur subtiliatione & purificatione quas acquirit suo longo cursu versus orienté. Huius contrarium sentire videtur Auer.5. colliget.c. de aquis dicens. Non potest esse vt in æstate non defluat aquæ multitudo ad flumina & aqua pluuię, & propterea quanto plus elongatur flumen à suo ortu est deterius, & propter hoc nostrum flumen melius est in Corduba q̃ in Sibilia, & est deterius in Sibilia propter crementum & decremenium & propter admixtionem aquæ salsæ in eo quamuis illud non sentiatur, & est imposibile q̃ aquę magnorum fluminum non sint turbidę. Et propter hoc inuenimus in fundo pitariorum,i.vrnarum quando ponimus in eis aquam fluminum multum de sabulo & terra, hæc Auer. Cui responde si vis q̃ aqua elongata à suo fonte potest deteriorari ex malis pluuijs & malis riuis & malis terris si per eas fluat aut sibi commisceantur sicut euenire asserit in suo flumine. Sed cõtrarium huius hic supponit Princeps ex alijs conditionibus bonæ aquæ quæ si sibi insint ex longo cursu versus solis ortum quasi decoquitur. Et si quas habeat terrestreitates sibi commixtas facile resident & ab eis absq; artificio sola quiete in vase mundo per residentiam purificantur. Vndecima est q̃ ipsa descendat à locis altis cum alijs bonitatibus. Hanc conditionẽ tangit Gal.c.2. libelli de aquis dicens. Sed plana quidem terra deterior est ad effluxiones aquarum, & vt plurimum sunt ibi

A putei fossę & fontes stationarij. In summitatibus vero sunt fontes meliores & aquæ puriores & melioris odoris & dulciores eis quę sunt in planitiebus, hæc Gal. Et ad illa iuuat q̃ aquæ montium sunt plus expositę soli & ventis & fortius fluunt vt in pluribus, vnde minus fiunt putrescibiles. Duodecima est quòd sit quasi dulcis, quæ dulcis esse imaginatur, quia est omni sapore extraneo priuata non multum fortiter, sed quasi insensibiliter immutans gustum. Signanter dicitur quasi dulcis, quia non est proprie dulcis, sed insipida, immo ipsa est in summo insipiditatis & velut exemplar aliarum rerum insipidarum, vt ait Gal.4.simpli.medi.c.7. Tertiadecima est q̃ vinum nõ tolerat permixtionem eius nisi sub modica quantitate, quia quanto purior est, tãto magis frangit virtutem vini. Et intelligas

B id de vino mediocris fortitudinis, nam fortia vina qualia sunt hispanica mixtionem sustinent aquę plurimę. Vel intelligas q̃ vinum quodcũq; minus aquæ puræ q̃ alterius sustinet. Quartadecima est q̃ sit leuis ponderis, ex hoc enim noscitur esse subtilis & terrestreitatibus nõ esse immixta quibus aggrauetur eius substãtia. Quintadecima q̃ cito infrigidetur & cito calefiat, quia est resoluta.i.non congelata neq; coagulata, sed sparsa in hyeme & calida in æstate. Et licet cito infrigidet, non tñ facile congelari solet ꝑp carentiã terrestreitatis: qua cõdensetur & fiat glacies. Et ex cita calefactiõe & infrigidatiõe eius leuissima esse ꝓbatur. Iuxta illud Hip. sect.5.apho.26. Aqua quæ cito calefit & cito infrigidatur leuissima est. Et licet talis sit leuissima pondere, dicit tamen Gal. in cõmento. Non oportet intellige-

C re hic Hip. intendisse leuissimam in pondere, si enim hoc intendisset, vile quid in longo tempore & magno labore inuestigasset quod tamen libræ appositum leuiter apprehendi potest. Intendit ergo leuissimam quæ stomachum non aggrauat & quæ cito transit digesta. Neq; solum his quæ hic posuit est tentãda aqua, sed alijs modis quos hac causa reticuit, quia breuissimus erat & posuit obscura. Est autem leuissima quia non turbata, secundo quia in ipsa non apparent corpora terrea, tertio quia non horribiliter est sapida, quarto quia cito calefit & infrigidatur. Quæ cum assint cito digeritur, & sic cibus digestus bonus sic aqua suo modo bona esse videtur ex leuitatis suę digestionibus. Quicunq; ergo ad bibendum aquam tentaturi sunt, non certiora experimẽta habere possunt, hæc Gal. Decimasexta est q̃ in ea non dominetur aliquis sapor, sed sit insipida penitus. Iuxta illud Galen. 4. simplicis medi.

medi.cap.secūdo distinctio.secunda. Et perscruteris subtiliter seruationem eius quod est de impressione eius in lingua tua & proprie ꝙ est ex aqua in qua non declaratur aliquis horum saporum quos diximus hic non stypticitas neq; acredo neq; acuitas neq; aceto sitas neq; amaritudo. Nam cum sapor sit passio in humido facta à sicco terreo alteratiua gustus secundum potētiam in actum vt ait Aristo.ca. tertio tractatus secūdi libelli de sensu,& aqua pura careat sicco terreo merito est insipida. Decimaseptima est ꝙ nullus odor in ea dominetur. Nihil enim odorabile est sine siccitate. Iuxta illud Aristo.tracta.nūc dicto cap.5. Est autem odorabile non secundum ꝙ per spicuum, sed secundum ꝙ lauabile vel inundabile euchymę siccitatis. Cum igitur aqua pura nihil siccitatis habeat penitus inodora est. Decimaoctaua est ꝙ cito descēdat ab hypochondrijs. i. à partibus quæ sub costis sunt. Ex hoc enim facili descensu leuissima dicitur à Galeno, non offendens stomachum nec in eo natans nec vento sitates illic multiplicans. Decimanona est ꝙ res in ea cito decoquuntur & dissoluuntur vt carnes, pisces, olera, legumina, grana, panica. Prio quia cito calefit. Secundo quia subtilitate sua velociter penetrat vsq; ad intima horum quæ coquuntur in ea. Nonne vides ꝙ cum aquis putealibus vix pisa coquuntur & dissoluuntur quæ facile coquuntur in aqua fluminis. Ex dictis elici potest descriptio talis aquæ melioris ꝙ est aqua fontis, terrę liberę, currens, discooperta soli & ventis, super lutum liberum incedēs, multa, fortis cursus, tendens in oriens, elongata à suo principio, descēdens à locis altis, insipida, cuius quantitatem magnam vinū non tolerat, leuis in pondere, quæ cito calefit & infrigidatur, in qua non superat sapor neq; odor, cito descēdēs ab hypochondrijs in qua cito coquitur & dissoluitur qđ in ea coquitur. Attende primo ꝙ aqua dicitur pura secundum medicos ex iudicio sensus cum penitus est insipida & summe clara & luminosa & oīno sine odore, licet nulla inueniatur apud nos ex toto munda carens omni immixtione. Iuxta illud Gal.1. simplicis medi.c.1.distin.2. Et hæc quidem aqua experitur & iudicatur de ea per tres sensus qui sunt gustus & visus & odoratus. Per gustum quidem vt non sit ei sapor oīno, immo sit insipidi saporis in summo. Et per visum quidem vt sit summe munda & clara & luminosa. Et similiter iterum in odoratu oportet ne sit odor ei penitus. At vero aqua denudata ex his omnibus proprietatibus est iterum apud naturam non munda in fine mundificationis, sicut

D nullum quatuor elementorum sensatorum est purum cui nō permixtum sit aliud ab eo. Apud sensum vero & apud vsum aqua longinqua ab illis proprietatibus est pura munda. Attende secūdo ꝙ cōditiones principaliores melioris aquæ sic colligit Gal. libello de aquis.c.6. Vna itaq; bonarum & malarum aquarū est cognitio. Si hyeme quidem est calida æstate vero frigida. Secunda vero si pura est & non læsa secundum colorē neq; materiam habet vel hypostasim. Alia vero si est leuis & facilis ponderis, quæ enim pondere est leuis non est permixta terræ. Considerare aūt oportet & si cito calefit & infrigidatur melior est enim ista alijs. Et qualiter ad digestionem se habet qualiter autem ad secessionē. Quæ enim cito digeruntur sunt meliores. Et quæ secedunt, si secedunt secundū vesicam, nulla.n.est quę per

E itestina aquarū secessio, hęc Gal. Attēde tertio ꝙ vltra conditiones melioris aquę quas hic narrat princeps conditio temporum anni non est omittenda. Iuxta illud Gal. libello de aquis.c.4. Vernales igitur & hyemales temporaneæ sunt & optimę quas ego maxime laudo. Autumnales vero & ęstiuales cum in generatione differāt & in bonitatibus non est dicere quantum à vernalibus deficiunt. Terra enim vaporat siccius in æstate & autumno & aer habet permixtiones terræ multas quas purgāt pluuiæ & propter hoc huius aquæ sunt duriores, & ad abstergendum quidem sufficientes & secedendum secundum intestina, non bonę autem sunt renibus & pulmoni & arteriæ. Attende quarto ꝙ etiam venti diuersificant bonitates aquarum & ariditas & pluuiositas. Iuxta illud Galeni ibi. Differunt aūt

F aquę & penes spiritus. Boreas enim si flauerit dulcior quidem erit sed frigidior, si vero auster minus quidē dulcis, calida vero magis. Omnino autem quæ fiunt in ariditatibus aquæ nitrosiores sunt eis quę fiunt in pluuiositatibus. Attende quinto ꝙ in electionibus aquarum attendi debent color & regio. Iuxta illud Gal.c. vlti. nunc dicti libelli. Differunt autem aquę etiam secundum colorem & regionem. Et oportet de his ab hominibus locorū interrogare. Est enim aqua in Leontinis quā si quis bibit moritur. Talis autem est in æro acardiæ quam vocant aquā styge. Talis etiā est in Thracia et lacus qui in sabromatibus super quē neq; auis volare potest. Et alius secūdum medos super quem & regio stat nigra quæ approximata igni accenditur. Et hoc pharmaco aiunt Medea corrūpere filiam Anacreonis. Est etiam & circa Susam aqua quā si quis biberit amittit dentes. Subarius vero fluuius viros igno-

ignorantes facit. Is autem qui in ægypto depilat capita bibentium. Harum itaq; nullam est scire non interrogando ab hominibus illorum locorum, hæc Gal. Attende sexto q; herbæ aquis in nascentes, sunt etiam considerandę. Iuxta illud Galeni libello de aquis.c.2. Herbæ autem aliqñ quidem valde nocent aquæ, aliquando autem iuuant sicut nasturcium & calamentũ & adianthum. Hæc enim plurimum in riuis nascuntur, & bonis quidem aquis nocent, malis aũt iuuant si permisceatur aliquid pharmacosum aquis, fiũt aũt ad vrinationẽ meliores hmõi aquę, hęc Gal.

Debes autem &c.) In secunda particula dicit primo q; pondus iuuat ad cognoscendum dispositionem malitię vel bonitatis aquæ. Nam quæ leuior est, est melior vt in pluribus scilicet dum non habet aliquas ex malis conditionibus vt fœtorem vel extraneum saporem. Secundo dicit q; aquæ pondus dupliciter noscitur. Primo ꝑ mensuram eius in statera seu ęquilibra. Secundo madefaciendo duos pannos aut duo cota eiusdem ponderis in diuersis aquis de quibus est dubitatio quæ leuior sit, deinde desiccando optime pãnos hos aut cota, post ponderando, & illa aqua melior & leuior est cuius pannus est leuior & cotũ leuius, quia per hoc designatur aquã fuisse subtilem sine terrestreitate, quia non reliquit in panno vel coto terrestreitatẽ qua fieret grauior.

Sublimatio præterea &c. In hac parte tertia dicit primo q; sublimatio et distillatio corrigunt seu rectificant malas aquas. Et intellige per sublimationem eleuationem aquæ sub forma vaporis virtute caloris vsq; ad summitatẽ seu coopertoriũ alembici vel alicuius alterius vasis cooperti. Et per distillationem intellige descensum dicti vaporis inspisati & conuersi in aquam à frigiditate coopertorij & emanationem eius per rostrũ alembici seu distillatorij instrumenti. Potest etiam & per distillationẽ intelligi colatio aquæ per poros strictissimos pannorum vel staminorum vel taratantarorum aut similium per quos transire nõ valent terrestreitates aquarum grossarum, sed solum transeunt partes aquosæ subtiles. Secundo dicit q; si istud non fuerit.i.si instrumenta sublimationis & distillationis non habeãtur, decoctio tunc rectificat malas aquas. Aqua nanq; bullita minus inflat & velocius descendit à stomacho & hypochondrijs vt testantur sapiẽtes. Et istud est signum q; est subtilior & penetratiuor. Tertio dicit q; aliqui medici torpidi idest pigri in inquirendo veritates & naturas rerum existimant q; per decoctionem partes subtiles aquæ coctæ resoluantur & grossæ remaneant

A sicut fit in lacte & melle & ouis & in terra molli cum ex ea fit later per decoctionem. Et ideo affirmant q; aqua ex decoctione non melioratur, immo spissior fit. Et isti falluntur quia ad ingrossationem requiritur q; humidum recedat & siccum maneat constans. Sed ab aqua nõ potest recedere humidũ ipsa remanente sub forma aquę. Et ideo nõ ingrossatur per decoctionem. Iuxta illud Arist.4.metheororum.ca.de coagulatione & liquatione tex.36. Ingrossatio enim humido quidem abeunte fit, sicco autem cõstante. Aqua autem humidorum non ingrossatur sola ibi & tex.21. Item ignis aut caliditas non solum non ingrossat aquam, immo congelatam aquam & ea quæ aquę sunt à dominio coagulata dissoluit & subtiliat. Iuxta illud Arist. ibi. Quæcunq; quidẽ igitur sunt aquę non coagulantur ab igne, soluũ

B tur enim ab igne. Idem autem idem per se non erit causa contrarij. Quarto dicit q; aqua in diffinitione suę aqueitatis.i.ratione quidditatiua seu substantiali suę proprię naturę constat ex similibus partibus in subtilitate & spissitudine, quia est corpus simplex & elementum, & non inspissatur nisi altero duorum modorum.s. vel ex forti frigore super eam prædominante, aut propter cõmixtionem fortem terrestrium partium nequeuntiũ ab ea de se separari, quia sunt ita paruę q; findere non possunt continuitatem aquæ & inferius residere. Et sic oportet vt immixtę maneant substantiæ aquæ donec ipsa subtiliata facilius findi possit. Sed instabit aliquis contra primum modum inspissationis aquæ, quia si qualitas frigoris præualẽs super aquam sufficiat ipsam inspissare aqua pura in propria natura & regio-

C ne debebit esse spississima, quia est frigidissima. Dic q; frigiditas aquæ propria sibi naturaliter inhærens non congelat eam sed deforis veniens & eam coadunans inspissat eam & quandoq; congelat faciens eam accedere ad naturam terræ. Aliter ex aqua pura terra fieri non posset contra Aristo. secundo de generatione de elementis dicentem. Vniuersaliter quidem manifestum est q; omne ex omni innatum est generari. Verbi gratia ex igne quidem erit aer, eodem autẽ modo & ex aqua terra, & ex terra ignis. Sed quid ad Aristo. dicetur.4. metheororum dicẽtem. Aqua autem humidorum non ingrossatur sola. Dic q; cum aqua inspissatur & congelatur à forti frigore congelante iam non est sola, sed pars eius aliqua vel facta est terra vel terræ approximat. Quinto dicit post hæc.i. postquam aqua inspissata est à frigore vehementi sibi superueniente vel ex cõmixtione paruarum partium terrestrium

cum

cum ea decoctio primo remouet ſpiſſitudinem aquæ q̃ ſibi contingit ꝑpter frigus, quia ſicut frigus duxit partes aquę à circũferentia verſus centrum ingroſſando & compingendo, ſic calor de coquens reducit eas à centro verſus circũferentiam dilatando & ſubtiliando. Remouet etiam decoctio ſpiſſitudinẽ quæ prouenit ex cõmixtione paruarum partium terreſtrium, quia tam vehementer rarificat & attenuat ſubſtantiã aquæ ꝙ facillime finditur à terreis partibus prius ſibi immixtis, & tunc ab ea ſeparantur & deſcendũt dictæ partes & aqua remanet pura propinqua ſimplici. Sexto dicit reſpondendo rationi torpidorum medicorum dicẽtium ꝙ decoctio remouet ſubtile ab aqua, & relinquit groſſum ꝙ in decoctione aquæ illud quod ex ea fuit ſeparatum idest reſolutum, eſt homogeneũ ei quod remanſit, & non longinquum ab eo idest eſt eiuſdem naturæ cum aqua remanente in vaſe decoctionis, & non multum ab ea diſtat in ſubtilitate vel groſſitie, quia cum aqua ſeparatur à terreſtreitatibus ſibi immixtis partes eius aſſimilantur ſibi inuicem in ſubtilitate, neq; multum intereſt. i. non eſt magna differẽtia inter id quod ſubdit. i. partem aquæ quæ reſoluitur in decoctione & poſtea inferius recedit & inter illud quod remanet ex aqua poſt decoctionẽ. Et ſi volueris iſtud experiri decoque aquã in vaſe aliquo & cooperi os vaſis coopertorio habente roſtrũ & recollige aquam quæ per roſtrum defluit & cape ſimilem quantitatem aquæ coctæ quę manſit in vaſe & dimitte ambas infrigidari, poſt pondera eas & inuenies ipſas ferè æqualis ponderis. Vel intellige vt videtur repetitio eiuſdem ꝙ non multum intereſt inter id quod ſubdit & inter illud quod remanet. i. non eſt magna differentia inter partes aquæ coctæ inferiores & reliquas eius partes. Septimo concludit principale intentum. ſ. ꝙ decoctio non ſubtiliat aquam, niſi quia tollit ſpiſſitudinem quã à frigore acquiſiuit, & deſcendere facit ac reſidere partes terreſtres prius ibi immixtas. Octauo dicit ꝙ ſignum huius. ſ. ꝙ decoctio deſcẽdere facit terreſtreitates ab aqua, eſt ꝙ ab aquis groſſis diu cuſtoditis in aliquo vaſe ſine decoctione non deſcendit aliquid de quo ſit curandum, ſed cum decoquuntur ſtatim deſcẽdit ab eis multa terreſtreitas & fit aqua remanens leuis ponderis & clara. Nono dicit ꝙ cauſa deſcẽſionis terreſtreitatis ab aqua poſt decoctionem eſt ſubtilitas acquiſita aquæ ꝑ decoctionẽ. Cuius rei ſignum eſt ꝙ aquæ magnorum fluuiorum vt fluuij Geon maxime acceptæ prope finẽ eorum ſtatim cum in vaſe recolliguntur ſunt turbidæ

D terreſtres & poſtmodum in vna receſſione. i. ſeparatione terreſtreitatis per decoctionem breui tẽpore & quaſi ſubito ita clarificantur. ꝙ ſi iſtorum decoquũtur vt terreſtreitates reſideant, nõ deſcendet aliquid terreſtreitatis ab eis de quo ſit curandum, quia tales aquæ primo ſunt ſubtiliatę ex longo curſu cum ſint recollectæ in poſtremo fluminum longe ab origine, ſecundo quia decoctio adhuc amplius ſubtiliat eas. Attende primo ꝙ Geon fluuius de paradiſo ſurgens vniuerſam Aethiopiam cingit, dictus ꝙ in cremẽto ſuę exundationis terram ęgypti irriget. Ge. n. græce terra eſt, hic apud ęgyptios Nilus vocatur vt ait Papias auctoritate Iſidori. Attende ſecundo ꝙ Gal. libello de aquis. ca. vltimo tãgit duos modos corrigendi malas aquas dicens. Conuerſantes autẽ vbi eſt praua aqua ingeniari oportet

E facere eam potabilẽ. Optimum ergo eſt coquere eam in lagenis figuralibus. ſ. de terra & infrigidando per noctem rurſus calefaciendo bibere. Si vero exercitui oportet preparare bonam aquã ex mala, foneas decet fodere ab altis locis ad deorſales. i. inferiores immittendo ad foueas, in quibus ſit dulcis terra & poroſa, exinde autem ad lagenam trãsfluat, ſemper enim in foueis remanebit aquæ malitia. Sunt autem & alij plures modi correctionis malicię aquarum de quibus determinat Raſ. 6. Alman. & prin. primi. 3. doct. 5. ſumma ſingulari. c. de præſeruatione iter agentis à nocumento diuerſarum aquarum.

Sunt autem &c. In hac parte. 4. dicit primo ꝙ aliqui ſumme laudauerũt aquã Nili propter quatuor, primo propter longitudinem ſui curſus, ſecundo quia currit per bonas terras & loca

F nitida, tertio quia currit à meridie verſus ſeptẽtrionem ſubtilians aquas quę fluunt in ipſam, quarto propter eius multitudinẽ & in hoc quarto ſecum cõmunicant plures aliæ aquæ. Et eſt nilus fluuius ægypti ſic appellatus, quia limum trahit. De hoc fluuio quęrit Ariſto. libello de inundatione nili. Propter qd alijs fluminibus in hyeme quidem augmẽtatis, in æſtate autem multo factis minoribus ſolus eorum qui in mare fluit multũ æſtate excedi, tãtq; tantus vt ciuitates ſolę ſupſint velut inſulę. Et poſt recitationẽ & reprobationẽ pluriũ ſuper hoc opinionum, ſic rñdet Ariſt. Videntur. n. aquę factę in æthiopia per tẽpora hęc à cane vſq; ad arcturũ multæ & abundanter, hyeme autem nullę. Et propter hoc ſimul cum ventis annualibus aduenit fluuius. Iſti enim nebulas maxime ferunt in regionẽ & quicunq; alij venti fiunt ęſtiuales ante hos quibus aſcendẽtibus ad montes defluũt aquę ad ſtagna

per

per quę Nilus fluit. Attende q Gal. fuit vnus ex tollētiū aquā Nili. Ait enim libello de aquis.c.j. Sed quāuis non laudem fluentes versus austrum aquas, Nilū tñ fluuiū ita laudo vt sicut mihi videtur paucis comparetur fluuijs secundum bonitatem aquæ & subit ventrē & mulieribus in partubus confert. Secundo dicit q hæc conditio est in malis aquis q si quotidie effundantur de vase vno in aliud vas omni die residet ab eis euidenter aliqua terrestreitas sicut in primis diebus. Et vltra hoc non cito sed paulatiue descendit ab eis quod descendere solet. Et vna cum istis habent q nunquam perfecte clarificantur. Cuius ratio est q sicut terrestreitates immixtę faciliter descēdunt à substantia subtili carente grossicie viscositate & vnctuositate, sic difficulter descendūt à substantia grossa non faciliter diuisibili propter ipsius grossitiem. Tertio dicit resūmens vnum qd prædixerat vt addat quòd decoctio subtiliat substantiam aquæ & post decoctionem concussus.i. agitatio aquæ vel crebra mutatio de vase in vas sicut cursus aquæ subtiliat eam.

Ex aquis quoq; laudabilibus &c. In hac parte.5. dicit primo q aquæ pluuiales sunt ex aquis laudabilibus maxime ęstiuę & ex nubibus cadētes cum quibus tonitrua sunt. Primo quidē quia materia earum subtiliata fuit à virtute cœli eam eleuante. Secundo quia exhalatio calida & sicca clausa & inflammata in nube quæ rumpens nubem facit tonitruum subtiliat iterum eam. Tertio quia decidens inferius à calore æstatis in fine regionis aeris rursus calefit & subtiliatur, tales ergo aquæ sunt multum subtiles. Secundo dicit q turbulentia vaporis, ex qua venti maximi fiūt cum nubibus moti turbida nubes ex quibus turbatis pluuia prouenit. Et ideo substantia talis pluuię est falsa & nō pura.i. notha spuria seu violata alterius substantiæ commixtione nō sincera munda, sicut de cholera vel tertiana dicitur q est falsa seu non vera, sed notha spuria ex phlegmatis commixtione. Attende primo q cōmuniter nubes turbātur ex exhalatione terrestri sibi commixta quę est materia ventorum, & dum nubes simul inspissantur cum exhalatione tali vertuntur in pluuiam quæ non pura neq; munda aqua est, sed terrestreitatibus īmixta. Attende secundo q quidam libri in hoc passu pro falsa habent phlegmatica. Et licet hæc pluuialis aqua propter terrestreitates sibi immixtas plus rebellet digestioni & tardius descendat incrudans cibos & inde possit phlegmatica vocari, melius reputo q falsa scribatur & non phlegmatica. Tertio dicit q licet aqua pluuialis, sit de melioribus

A aquis, tñ cito putrefit, quia est subtilis valde, & ideo tam corrumpens terreus q̄ aereus videlicet calor non naturalis cito operatur in eā putrefaciens ipsam. Et quādo bibitur talis sua putredine putrefacit humores corporis & lædit pectus & impedit vocem. Quarto dicit aliquos dixisse q aqua pluuiæ cito putrefit, quia eleuatur à diuersis humiditatibus puta cadaueribus paludibus lacubus stagnis mari et similibus, sed si ob id putrefieret non laude sed vituperio digna esset, non ergo hac causa putrefit, sed quia est subtilis valde & omne subtile passionibus est aptum. Quinto dicit, si aqua pluuiæ bulliatur, erit minus apta putredini. Et si comedātur acetosa tempore sui vsus impediunt putrefactionem & securant corpus à nocumento eius, sicut acetum, vel acedula, vel succus agrestę vel succus limonum,

B aut arengiarum, aut granatorum, aut acetositas citri, aut succus berberis vel turionum vitis. Cuius ratio est quia acetosa vt in pluribus sunt frigida & sicca, quare putredini resistunt ex vtraq; qualitate, & sunt etiam subtilis substantiæ, fundatur enim sapor acetosis in substantia subtili. Et ideo prohibent oppilationes quæ sunt ex causis potioribus putredinis humorū. Sed arguet aliquis q facilis receptio putrefactionis non minuitur in aqua pluuiali per ebullitionem seu decoctionem, quia ipsa est apta putrefieri propter suā subtilitatem vt modo est determinatum, & decoctio iterum addit in ipsius subtilitatē quare reddit eā magis putrescibilem. Item ebullitio acquirit ei calorem extraneum qui est pater putrefactionis. Ad primū dic q aqua pluuialis abundat in aereis partibus quibus apta redditur ad pu

C trefactionem, & hę resoluuntur per decoctionē et terrestres resident, quare ipsa remanet vt aqua pura quæ non est putrescibilis. Item nō omnino subtiliatur per decoctionem, sed ex separatione terrestreitatis fit subtilior & ex separatione aeris grossior. Ad secundū dic q calor relictus à decoquente leuiter recedit priusquā putrefaciat remoto coquente, qa statim se reducit aqua sua habituali frigiditate ad propriā frigiditatem.

Attende primo q sicut prin. hic laudat aquas pluuię sic Gal. libello de aquis.c.3. dicens. Aquas vero pluuiales scio leuissimas esse & subtiles & puras & bonas & dulces gustu. Educit enim sol vt & rapit quod est subtilissimum de aquis. Attende secundo q Gal. ibi reddit causam velocis putrefactionis aquæ pluuialis quā hic repellit prin. Ait enim ibi. Educit autem non de aquis solum, sed etiam ab ipso mari. Aliquādo enim & à cadaueribus & alijs corporibus vnde putrefit

fit citissime omnium. Cum vero putrefit à poya, insipida fit, & qui eā bibunt occupantur branchis & tussibus & grauedinibus capitis. Ad hāc cōtrouersiam sedandā dici potest q aqua pluuialis vt in pluribus est apta putrefactioni propter subtilitatem eius. Sed nihil prohibet vt quādoq; fiat apta putredini, ppterea q materia eius in pte separabatur à rebus corruptis vt in magnis pestilentijs multum generalibus, qualis fuit illa quæ incepit anno domini.1345. & durauit quinq; annis per omnia climata sparsa & occidens innumerabilem hominum & animalium multitudinem, tunc non erat tutum bibere aquas pluuiales quarum materia partim eleuabatur in forma vaporis à cadaueribus insepultis & p aerem corruptum ascendens & iterum descendens sub forma pluuię corrūpebatur. Sed cōmunibus annis non pestiferis parum est quod eleuatur à cadaueribus & rebus corruptis comparatione huius qđ eleuatur à mare fluminibus & terris. Nec necessarium est vaporem eleuatum à rebus putridis esse putridum. Quod si putridus esset motu ascensus vsq; ad mediam regionem & frigiditate regionis illius & motu descensus perdere deberet eius putredinem. Et si non perderet deberet vinci ipsius malitia copiosa multitudine bonorum vaporū, relinquitur ergo q aquę pluuiæ cito putrefiāt vt in pluribus ex sui subtilitate. Sed instabit quis, q si ita esset aqua optima superius descripta magis esset putrescibilis q̄ aqua lacuum stagnorum et paludum, quia subtilior est. Dic q non est simile, quia optima subtilis est ex puritate suę substantię qua redditur imputrescibilis, qa nullū simplex putrefit, sed aqua pluuiæ redditur subtilis ex aeris cōmixtione qua disposita fit ad putredinem. Attende tertio q inter bonas & malas aquas pluuiæ sic discernitur q bonæ ex eis cito calefiunt & cito decoquunt quod in eis coquitur & vino paucę immixtę conferūt digestioni & vrinationi & hepati & spleni & renibus & pulmoni aperiendo vias horum membrorum sua subtilitate. Iuxta illud Gal. ibi. In eis vero quæ bonæ sunt si quid decoquitur cito decoquitur, & si aliquid calefeceris cito calescit, & si vino permiscueris modicam ad digestionē & vrinarum successionem erit benigna & hepati & spleni & renibus & pulmoni, non enim habentes virtutem fortiter infrigidātem decenter propitię fiunt. Attende quarto q aqua pluuialis secundum Auerroim est optima aquarum præcellens fontinas & fluuiales. Ait enim tractatu secūdo primę partis cāticę super illo cantico. Melior ex aquis est pluuialis munda. In hoc quidē con-

D uenerunt omnes medici, & hoc qn do non admiscetur his aquis sicut dixerunt aliqua terra no citiua. Est tamen dubitatio & controuersia inter eos de bonitate aliarum post prędictas in gradu existētium. Nam quidam asserunt fontinas esse meliores, quidam autem asserunt hoc de fluuialibus, hæc ille.

Puteorum vero &c. In hac parte sexta primo agit de aquis puteorum & conductuum. Secundo comparat aquā paludis ad aquā putei. ibi (Aqua vero paludis aqua putei.) In prima particula dicit primo q aquæ puteorum & aquę cōductuum artificialium ex ligno, plumbo, vel petris, aut alijs rebus sunt fontinis deteriores, quia constringuntur diu morantes in visceribus terræ, vnde adipiscuntur terrestreitatem & grossitiem multam. Secundo dicit quòd quia sic con-

E stringuntur non potest fieri quin aliqua putrefactione inficiantur, quia semper in visceribus terræ porosæ est aliquis calor vaporans, & vapores immixti aquis illic reclusis neq; à sole neq; à ventis purificantur. putrescunt ergo facile sicut frequenter videmus ex vaporibus reclusis in nostris corporibus putridas fieri febres, tales enim aquæ non motę fuerunt nec eductę ex suis locis per propriam naturam inclinantem eas vt erūpant à terra & manifestentur suis subtilitate & leuitate, sed per violentiā & artificium ac ingenium humanum quod parauit eis viam qua inciderent. Tertio dicit quòd inter aquas conductuum illę sunt peiores, quarum vię seu conductus sunt ex plumbo facti, quia trahunt aliquid de natura plumbi propter eius molitiē, & ideo sæpe inducunt fluxum ventris dysentericum.

F Sed instabit aliquis, quia plumbum est frigidum & humidum vt ait Serapion in aggregatori auctoritate Galeni, non ergo habet vim qua dysenteriam inducat excorians intestina. Item est medicina mirabilis contra cancrum vt ibi dicitur quod esse non posset si esset acutum & excoriatiuum. Item valet ad apostemata testiculorum & ani & compescit cursum materierum ad aures & pedes. Iuxta illud Auerrois quinto colliget capitulo quadragesimo tertio de plumbo. Et valet contra apostemata testiculorum & ani & contra cancrum, & facit cessare materias currētes ad aures & pedes. Item multi sunt fontes artificiales quorum conductus sunt ex plumbo facti Parisijs Brugis & in montibus Pannonię & aquis eorum vtuntur incolę cum cibo & potu nec apparuit quòd inde incurrerint dysenteriā.

Pro solutione harum obiectionum attēde primo quòd licet plumbum sit frigidæ naturæ, habet

bet tamen virtutem dissolutiuam comparatione ad humanas carnes. Cuius rei signum est q la mina plumbi superposita nodis dissoluit eos & neruos tortos & ingrossatos. Iuxta illud Auer.5. colliget.c.43. de plumbo. Et laminatum subtiliter & suppositū neruo torto & grosso dissoluit & rectificat: et hoc q dissoluit significat q habet virtutem dissolutiuam comparādo ipsam carni hominis quāuis dominetur super ipsius complexionem frigiditas. Attende secūdo q plūbum est facillimę dissolutionis inter metalla & valde abundās in argēto viuo. Iuxta illud Alberti magni quarto mineralium.c.3. Plumbum minus oībus alijs metallis addit super materiā argētiuiui. Propter quod dicit etiam Arist.& Auic.q cum fluit plumbum proculdubio videtur esse argentumuiuum. De cōpositione igitur plumbi pro certo creditur q suum argentumuiuum est multū respectu sui sulfuris, hæc ille. Potest ergo fieri q aqua per plumbum currens accipit ahquid de natura argentiuiui quod in plūbo abundat specialiter in regionibus calidis qualis est arabia vñ fuit princeps, & q talis aqua participatione argētiuiui excoriet viscera tenerorū corporum, sed dura & fortia non lædit, immo nec argentumuiuum bibitum lædit ea. Iuxta illud principis quarti.6.summa.1.c.2. Argentum quidem viuum plurimi, qui bibunt non læduntur eo, egreditur.n. cum dispositione sua per inferiorem regionem.

Ad primo dic q virtus plumbi dysenteriam inducēs & carnem hominis dissoluens nō inest ei à complexione plumbi, sed à proprietate. Vel dic q virtus plumbi quā contrahit aqua p ipsum transiens facit eam morari in intestinis sua grossitie & cū talis aqua putredine aliqua participet potest in superficie intestinorū putredinem aliquam inducere, & sic excoriare. Ad secūdum dic quòd plumbum solū non est medicina cancri, sed cum oleis succis aut aquis frigidis. Ad tertium dic quòd aliam facit impressionem virtus plūbi ad extra & interius sumpta, sicut aloe quod interius excoriat & sanguinem fluere facit, & exterius cōsolidat & sanguinis fluxū sistit.

Ad quartum dic quòd in his inferioribus regionibus aquę per plumbum fluentes non multum inueniuntur dysenterias puocare, vel quia non tñ trahunt de virtute plumbi, vel quia non sunt nitrosæ, sicut in superioribus regionibus.

Aqua vero &c.) In secunda dicit quòd aqua paludis est peior aqua putei. Et causa malitię minoris aquæ putei est, quia manatio ipsius acuitur idest suus fluxus seu scaturigo frequentior & velocior est propter extractionem assiduam aquæ

A à puteo. Et ob hoc ista aqua quasi perseuerat in continuo motu ac si esset fluens, & non diu moratur constricta in terra, neq; diu residet in locis ex quibus manat. Et in hoc supponit princeps q puteus frequentetur & ab eo sæpe hauriaẗ aqua, tunc enim scaturigines putei, quasi continue nouam euomunt aquam succedentem loco aquæ exhaustę. Si vero non frequentetur, contrarium accidit. Et circa hoc aduertendum est q scaturigines puteorum suam efficiunt aquam proijcere vsq; ad certam altitudinem putei quam communiter non pertranseunt, & inde est q hausta aqua à puteo cito subit vice eius alia, donec repleuerit quod exhaustum fuit & attigerit mensurā altitudinis solitæ. Et si possent scaturigines putei superreplere ipsum & euomere foras aquam iam non esset puteus, immo fons viuus. Et causa malitię maioris aquæ paludis est quadruplex.

B Prima est diuturna mora ipsius in visceribus terræ vnde putrefit. Secūda est tarditas motus emanationis vel egressus eius. Tertia est q non mouetur egrediens à terra ex fortitudine suę impulsionis sicut aqua fontis, sed largitate seu multitudine materiæ, ita q est adeo grossa & grauis q clausa maneret in visceribus terræ, nisi tantum superabundaret q illic capi non posset. Quarta est q talis aqua non est cōmuniter, nisi in terra corrupta fœtidę limositatis. Attende primo q Gal. particularius secundum effectus vituperat aquas putei libello de aquis.c.1. quàm Princeps hic. Ait enim ibi. Stationarię itaq; aquæ, voco autem sic & eas quæ ex puteis eo quòd non sunt fluentes, non sunt valde subtiles & intus assumpte minus madefaciūt & dissoluūt cibaria & minus digeruntur & non bene minguntur eo q frigidæ sunt, fiunt autem potabiliores quando frequenter hauriuntur ac si fluerent. Attende se-

C cundo q valde ibi detestatur aquas paludosas ratione putredinis ipsius & malorum operum dicens. Paludosę vero omnes sunt pessimę. Odorem enim habent inconuenientem sicut putrescentem. Et æstate quidem sunt calidæ, hyeme vero frigidæ, quod est maximum signum malitię aquarum. Aestate igitur ventres perturbant. A vesica vero tarde pertranseunt, multoties aūt dysenterias faciunt, hyeme vero frigidæ existentes ventres quidem non valde turbant. Scissiones autem & pleureses & tusses faciunt, conuertuntur vero & ad splenem & aliquando desinūt ad hydropisim. Solæ autem paludum quas vidi illę quæ in ægypto, sunt sanę, quoniā æstate quidem non putrescit aqua, autūno autem replens eas Nilus antiquam quidem extrahit, aliā vero

nouam

nouam in eis ponit, hæc Galenus ibi.

Niuosę vero &c. In hac parte septima primo dat iudicium de niuosis & glatialibus aquis. Secundo de lacualibus stantibus. ibi (Et aquæ stantes.) Tertio de non currentibus in generali. ibi (Aquæ vero non currentes.) Quarto de haustis ex cannalibus. ibi (Et iudicium.) In prima particula dicit quod aquæ niuosę & glatiales. i. genitę ex liquefactione niuiũ & glaciei sunt aquæ grossæ. Cuius ratio est, quia nix non est aliud quàm congelatio nubis. Iuxta illud Arist. primo metheororũ. Cum cõgeletur nubis nix est, cum autem vapor pruina. Et glacies non est aliud quàm aquæ congelatio vel aqua gelata. Sed nec nubes nec aqua gelatur, nisi ex aliqua permixtione terrestreitatis vel conuersione partis eius ad terræ naturam. Cuius rei signum est quod nix et glacies liquefactę ad ignẽ & bene bullitę multam reddunt residẽtiam. Et quia de his iterũ agetur in parte nona sileo vsque ibi.

Et aquæ stantes &c.) In secũda dicit quod aquę stantes stagnorum & lacuum sunt malę & graues maxime illę quæ sunt discoopertę sole sine montis obiectu & australibus ventis, quia putrefiunt calore solis & resoluuntur subtiles earum partes grossioribus remanentibus. Et ad harum putrefactionem coadiuuant austri calidi & vaporosi. Et malitia dictarum aquarum consistit in. 12. nocumẽtis quæ corpori inferunt. Primum est quia in hyeme infrigidantur propter niues, & ideo generant phlegma, & calefaciunt in ęstate, quia calefactę sunt calore solis & sua putredine & inde generant choleram. Sed instabit aliquis quod aqua nõ nutrit quare non generat phlegma. Dic quod ipsa ex se sola non generat phlegma neque choleram, sed mixta cibis facit quod generant istos humores. Secundum est splenetica passio. i. induratio splenis, qua quis spleneticus dicitur siue sit apostemosa siue non. Iuxta illud Prin. tertij. 15. tract. 2. c. 4. Et spleneticus quidem est qui habet duritiem in splene suo, aut propter grossitudinem suę substantiæ quãuis non perueniat ad finem ad quem peruenit apostema, aut propter apostema durum in ipso. Et hanc passionem generant dictę aquæ, quia sua grossitie & terrestreitatibus oppilant splenem, quare melancholia cõculcatur in eo, nec ab ea bene mundificatur. Ad illud etiam cooperatur sol resoluẽs partes ipsius superficiales subtiles & relinquens grossas, non enim penetrat in totam hanc aquam vniformiter subtiliãs calor solis sicut ignis decoquens eã. Tertium est subtilitas myrach. i. extenuatio seu macies eius. Et est myrach panniculus ventris compositus ex cute ventris & panniculo carno-

D so post eam & musculis ventris. Iuxta illud Principis tertij. 13. ca. 1. Cum ergo verificaueris tunc scies quòd cutis et panniculus qui est post ipsam, & est carnosus & lacertus positus in tunica quæ est suprema tunicarum lacerti ventris nota determinate omnes sunt in summa myrach. Et hunc panniculum extenuant dictæ aquæ, quia oppilant vias sua grossitie quibus alimentum transire solet ad ipsum. Quartum ẽ ingrossatio idest tumor interiorum propter oppilationes inductas à dictis aquis non sinentes superflua purgari & nutrimentum membris exterioribus distribui, quare vel inflantur interiora vel superant. ita grossiora debito fiunt. Quintum est demacratio partium exteriorum & humerorum & coili propter prohibitionem transitus nutrimenti ad dictas partes ex oppilationibus dictarum aquarum. Sextum est appetitus cibi superans vel excessiuus. Septimum est sitis. Sed instabit aliquis quòd fames & sitis sunt appetitus contrarij. Nam fames est appetitus calidi & sicci, & sitis frigidi & humidi, sed ab eadem causa naturali non procedunt contrarij effectus. Dic primo quòd isti appetitus non sunt contrarij, quia simul se compatiuntur, idem nanque sæpe simul sitit & famescit, sed sunt contrariorum. Dic secundo quòd dictę aquæ in hyeme appetitum cibi augmentant sua frigiditate & quadam terrestri stypticitate, sed in æstate sitire faciunt suis caliditate & putredine quas eis impressit solaris calor. Dic tertio quòd dictæ aquæ morantes diu in stomacho primo appetitum excitant sua frigiditate & grossitie, deinde calefactę sitim efficiunt. Octauum est constipatio ven-

E

F tris, vel quia istę aquæ moram trahunt in stomacho & intestinis, vel quia porum oppilant quo cholera profluit ab hepate ab intestina gratia mundificationis & abstersionis ipsorum. Nonum est difficultas vomitus, quia confortant orificium stomachi, quod confortatum depellit humores ad interiora & multiplicant grossos humores proniores ad descensum quàm ad ascensum. Decimum est peruentus ad hydropisim, quia oppilant vias vrinales. Et exire prohibent aquositatem vrinæ quæ retenta facit ventrem intumescere & hydropicari. Vndecimum est apostema pulmonis, quia tusses & catarrhos excitant sua frigiditate & grossitie, & prope pectoralia diu morantes ea debilitant & eorum materias incrudant quę in pulmone cõgestę tumorem generant & apostema. Duodecimum est apostema ex oppilatione inducta ab eis, & quia multiplicant humores grossos, & hoc satis

sub

sub nomine splenis prædexpressum non nocet si resumatur ad maiorem declarationem. Decimũ tertium est dysenteria quam maxime inducunt æstiuo tẽpore calefactę à sole & putrefactę, vnde acquisiuerunt nitrositatem & vim putrefactiuam superficiei intestinorum. Decimumquartum est desiccatio pedum & manuum, quia pro hibent liberum transitum nutrimenti ad eos. Decimumquintum est debilitatio hepatis, quia suę venę capillares oppilantur ex grossitie dictarum aquarum, quare prohibetur chylum perfecte sanguificare. Decimumsextum est diminutio nutrimenti propter splenem, idest spleneticam passionem, quia cum splen induratur non emundat hepar sufficienter à superfluitate melancholica, sed mouens hæc circa hepar quod est fons nutritionis debilitat ipsum. Cuius rei signũ est q; sæpe splenetici fiunt hydropici. Decimum septimum est mania cum melancholia non purgata decenter à splene oppilato et indurato cum sanguine petit cerebrum & imbibit eius ventriculum medium, & istud fit in habentibus debile cerebrum. Decimumoctauũ est hęmorrhoides ex sanguine grosso melancholico profluente ad venas ani quam non bene mundificauit neq; satis attraxit splen durus & oppilatus ab aquis lacualibus. Decimumnonum est varices cum sanguis melancholicus non purgatus à splene tibias petit & venas earum intumescere facit. Vigesimum est apostemata laxa .i. mollia phlegmatica maxime in hyeme propter phlegma multiplicatum tunc temporis ab his aquis. Vigesimumprimum est difficultas impregnationis, quia mulieres non bene mundificantur à suis menstruis propter oppilationes ab aquis lacualibus, remanent igitur matrices earum immundæ lubricæ non concipientes à quibus lubricat immissum sperma. Vigesimumsecundum est difficultas partus, tum ex debilitate fœtuum non se bene connertentiũ & iuuantium ad exitum, tum ex parte matrum debilium existentium ex mala nutritione, tum ex tenuitate mirach & musculorum ventris solitorum ad partum non parum cooperari. Vigesimumtertium est multiplicatio apostematum in nouiter natis, quia concepti fuerunt in vase immundo & nutriti sanguine malo non bene purificato & exierunt contusi ex difficultate partus. Vigesimum quartum est mola matricis & impregnatio mendosa. Et est mola matricis proprie quædam carnositas informis & inanimata genita in matrice ex sanguine coagulato sine semine viri. Et impregnatio mendosa sic describitur à principe ter

A tij. 21. tract. 2. capitu. de mola quandoq; accidunt mulieri dispositiões similes dispositionibus prægnantium ex retentione menstruorum & alteratione coloris & casu appetitus & adunationę oris matricis, & quandoq; est cum hoc duricies quædam, & quandoq; est in ea aliquid duriciei in matrice tota, & accidit inflatio ambarũ mammillarum & repletio earum, & quandoq; accidit earum apostematio, & sentit in ventre suo motum qui est sicut motus embrionis, & magnitudinem corporis quæ est sicut quãtitas embrionis quod mouetur per compressionem, dextra & sinistra, & quandoq; remanet sic annis quatuor aut quinq;, hæc princeps. Et hæ passiones in mulieribus generantur ex dictis aquis, quia multiplicant humores grossos & oppilant vias menstruorum quæ retenta faciunt intumescere matrices ac si concepissent. Vigesimum-

B quintum est ramex .i. hernia sæpe pueris accidẽs ex oppilatione viarum vrinæ, quare pars aquositatis ad bursas testiculorum deriuata ramicem parit aquosam quæ lucet velut lanterna. Vigesimumsextum est varices & vlcera crurium in prouectis, de varicibus iam causa dicta est. Sed vlcera fiunt cum humores in venis tibiarum conculcati diuturnitate temporis corrũpuntur & carnes vlcerant. Vigesimumseptimum est difficultas sanationis plagarum tam ex malitia cõplexionis acquisitę ex dictis aquis q̃ ex humoribus grossis male morigeratis effluẽtibus ad eas. Vigesimumoctauum est appetitus caninus inductus ab istis aquis hyemali tempore propter causam dictam in desiderio comedendi superante. Vigesimumnonum est difficultas solutionis, ita

C q; indigent fortibus pharmacis ad eorum solutionem propter oppilationes & grossitiem humorum non obedientiũ pharmacis. Trigesimũ est nocumentum & apostema in intestinis ex solutione ventris vtentiũ dictis aquis, quia cõmuniter laxari nequeunt eorum ventres, nisi forti pharmaco, quod qñq; carens transitu libero pp oppilatiões inuiscatur villis intestinorũ causans apostema vel excoriãs ea et specialiter elleborus, diagrediũ, esula, collo q̃ntida & similia. Trigesimũprimũ est abũdantia quartanarũ pp sparsionẽ melãcholię cũ sanguine & putrefactionẽ eius quam splen oppilatus vel induratus sibi non attraxit vt debet ex officio. Trigesimumsecundũ est febres adurentes superuenientes senibus propter siccitatem cõplexionis ętatiuę & cõstipationẽ ventrium. Oppilatio enim poro quo cholera trãsit ab hepate ad intestina ab his aqs grossis cholera sanguini mixta diffundit̃ p venas &

corpus quæ cum putrefiat & inflammetur parit febres adurentes cooperante ad acumen earum ficcitate corporis quæ est lima caloris. Attende primo ꝙ quorundam lacuum renouantur aquę per fluuios aliquos currentes per eos sicut lacus Constātiensis & lacus Lozanēsis, & istorū aquę non ingerunt mala quæ prænarrata sunt vtentibus eis. Attende secundo ꝙ lacus septentrionales nō sunt adeo nociui sicut meridionales, quia non sic inficiuntur putredine & ęstu maxime si fuerint adūbrati mōtibus versus meridiē, sed eorū aquæ sunt grossæ frigidę nocētes pectoralib⁹.

Aquę vero &c.) In tertia dicit ꝙ generaliter aquæ stationarię non sunt bonę stomacho, quia sua grossitie diu morantur in eo. Et sua frigiditate debilitant digestiuam ipsius, nisi putruerint aut à sole fuerint supercalefactę, quo dato deijciunt appetitum, corrumpunt digestionem & E disponunt ad febrem. Et de numero non currētium aquarū sunt lacus, stagna, piscinę, vada, paludes, cysternę. Et lacus sicut aquę naturaliter et abunde congregatę in vno loco. Sed stagna proprie sunt aquæ artificialiter congregatę vel retentę cum sclusis ad conseruationem piscium. Et piscinę sunt aquæ artificialiter retentę sine piscibus dictę piscinę, quia piscibus carent. Vada vero sunt aquæ retentę gratia adaquationis animalium. Et paludes sunt aquæ limi fœtidi. Et cysternę sunt aquæ pluuiales in aliquo vase artificialiter aptato. Dicuntur etiam cysternę aquæ quæ hauriūtur ex loco non ꝓfundo simili puteo quales abūdāt in Florentia & monte pessulano, hę nō sunt penitus stationarię sicut nec puteales.

Et iudicium &c.) In quarta dicit primo ꝙ iudicium aquæ quę hauritur ex cānalibus est simile iudicio aquæ stātis in hoc ꝙ est grossa nocens stomacho disponens ad oppilationes. Melior tñ est aqua omnino stāte, quia non diu manet in vno loco, & sic ex motu aliquo subtiliat. Secundo dicit ꝙ aqua hausta ex cānalibus cum de se non currat indubie grauis est, & forte plurimę ex eis habent aliquid stypticitatis maxime cū sui cānales fuerint ex stypticis factì vt ex ferro vel lignis de quercu. Tertio dicit ꝙ istę aquæ frequenter & velociter calefaciunt interiora & specialiter exterius applicat, quia claudunt poros & reuerberant fumos, vapores spiritus & calores corporis ad interiora, sumptę etiam interius oppilationes inducunt ex quibus sæpe oriuntur putridę febres, & ideo sunt inutiles & nociuę febricitantibus & cholericis. Et sunt meliores ægritudinibus in quibus retentio & maturatio sunt necessarię sicut in principio phlegmonū exterius

D applicatę cum oleo ros. & aceto ad repercutiendū & retinēdum calorem interius ꝓ digestione materiæ vel in sudoribus superfluentibus & debilitantibus digestiones cōmunes & ꝓprias mēbrorum deforis adhibitę, vel in fluxibus ventris maturationem & digestionem ciborum & humorum impedientibus interius sumptę.

Aquæ præterea &c. In hac parte octaua dicit primo ꝙ omnes aquę sunt malę quibus admiscetur substantia metallica vel aliquid ei simile vel sanguisugę, ita ꝙ non cōpetunt in regimine sanitatis pure conseruatiuo, quædā tñ ex his in ꝗbusdā casibus conferunt. Attende primo ꝙ genera metallorum à quibus aquæ possunt contrahere naturā sunt argentumuiuum, plumbum, stannum, argentū, æs, cuprum, seu auricalchū, & aurum, quod est dignissimum oīum, & velut rex metallorum quorum sulfur est vt pater & argentumuiuum mater. Attende secundo ꝙ aurum non præbet aquæ malitiā aliquam, immo reddit eā confortatiuam, & ideo iubent medici decoqui petias auri finissimi in aquis caponum pro confortatione ęgrorum debilium valde, & licet aliqñ inueniatur in aquis vt in fluuio Indiæ qui Tagus dicitur. Iuxta illud Boetij. 3. de cōsolatione. Nūquid ꝗ Tagus aureis arenis donat aut erinus rutilante ripa, raro tñ purum inuenitur in propria minera, similiter argentū à quo ēt aqua non peioratur. Attende tertio ꝙ similia substātijs metallorum in deteriorādo aquas sunt attramentorum species, alumen, arsenicum, quę mediant inter metalla & lapides in modo substātiæ & originis. Attende quarto ꝙ interdum sanguisugę paruulę latent in aquis quę cum bibuntur adhęrentes vijs potus sanguinem ab eis manare faciunt. Iuxta illud Prin. tertij. 9. cap. 5. Qñq; contingit vt sint quædā aquæ habentes sanguisugas paruas occultas quarum occultatio difficile facit cauere ab eis quare deglutiuntur. Et qñq; pendet in manifesto gutturis, & quandoq; suspēditur in interiori parte meri, & qñq; peruenit ad stomachum. Et melior modus cauendi à malitia dictarū aquarum est vt nō bibātur donec fuerint colatę per pānum mundū. Secundo dicit ꝙ aqua abundās in ferrea virtute fortificat interiora & prohibet dereb. i. corruptionem stomachi qua cibū corrūpit vel ipsum nō retinet, & cōfortat oēs appetitiuas naturales & aīales. Et de dispositiōibus huius aquæ & sibi similium postea dicetur scilicet in fine ca. istius, & cap. vlti. sum. præsentis, & 2. cā. capitulo. de aqua. Attende quòd aqua ferreę virtutis sua stypticitate quam traxit à ferro confortat interiora coadunando ea, &

ea, & eadem virtute compescit vomitum & lubricitatem stomachi, & exprimens humiditates ab orificio stomachi suscitat appetitum sicut melancholia naturaliter illic profluens. Attende secundo q aquæ serratę per artificium & maxime per ignitum calibem qui stypticior & mundior est ferro sunt eiusdem virtutis cum ferreis naturaliter, licet sint subtiliores propter suam decoctionem virtute ferri igniti, & sunt saniores & vtiliores stomacho & visceribus, quia cũ sua virtute styptica sunt substantiæ subtilis non grauantis stomachum neq; viscera.

Nix vero &c. In hac parte nona dicit primo q nix & aqua glacialis .i. congelata & facta glacies sunt bonę, nisi res aliqua malę virtutis fuerit eis immixta, siue dissoluantur & fiat ex eis aqua sine aliqua bona aqua sua approximatione siue cõmixtione infrigidetur siue ipsęmet in aquam bonam mittantur. Attende primo q nix quæ nihil aliud est quàm congelatio nubis dupliciter infici potest. Primo quidem ex corruptis terrestreitatibus nubi cõmixtis ex qua fit. Secundo ex casu eius super malas arbores aut malas herbas aut malas terras aut res alias putredine infectas. Sed glacies & aqua glacialis sortiuntur malitiã ab aquis ex quibus fiunt, vt glacies paludis trahit ad naturam paludis & glacies lacus ad naturam lacus. Attẽde secũdo q niuis & glaciei triplex vsus tangitur hic à principe. Primus est vt liquefiant & aquis earum vtantur homines loco aquę potabilis. Secundus vt per has refrigerentur alię aquæ electę ex quarum actuali frigiditate queritur vtilitas sine cõmixtione cum eis, vt plenum vas aqua fontis bona sepelitur in niue vel circũdatur glacie cum quęritur ex tali aqua circũposita loco vnde fluit sanguis restrictio fluxus vel repressio phlegmonicę inflammationis vel herpetis corrosiui vel erysipelę non vlceratę. Iuxta illud Hippocratis aphorismo. 5. apho. 24. In his vero oportet frigido vti, vnde sanguis fluere futurus est, non super ea, sed circa ea loca iuuat frigidum, & quæcunq; phlegmones seu inflammationes in rubeum aut subsanguineum colorem fuerint tendentes ex recenti sanguine. quoniam vetera denigrat & erysipelam non vulneratam iuuat, quoniam inuulnerata nocet. Tertius est vt mittantur in aquam bonam & dissoluantur in ea quatenus imprimãt ei frigiditatem actualem vehementem qua indigetur pro dictis casibus vel similibus requirentibus forte refrigerium. Attẽde tertio quòd multa mala attribuit Gal. aquis niuosis & glacialibus libello de aquis capitulo quinto dicens. Quæcunq; vero sunt à

A glacie & niue dissolutę malę sunt. Nam quãdo congelãtur exprimitur ab eis id quod est subtilissimum, & sunt durę & in frigiditate excedentes. Dura autem aqua & frigida neq; ad digestionem neq; ad vrinationem est idonea. Mala vero est pectori & lateribus & spasmos suscitat & tetanos & ruptiones in thorace & sputiones sanguineas & empiemata. Et permanet secundum ventrem multo tempore gurgulationes ibi operans. Et si cholericus humor ibi fuerit corrumpitur simul cum eo. Et cum subeat vix à ventre ad ieiunum non anodosatur idest distribuuntur facilitet neq; sputum reducit idest facilitat, hæc Gal. Sed hæc mala omnia pendent à suis vehementibus frigiditate & grossicie, quas satis tangit hic princeps, non à facile corruptione vel extranea qualitate, ideo dicit has bonas. Secundo

B dicit quòd dispositiones diuisionum idest modorum istarum aquarum non sunt ab inuicem multum diuersę sicut dispositiões aquarum mineralium, sed sunt grossiores omnibus alijs aquis, & nocẽt habentibus dolores neruorum, & corriguntur ac bonę fiunt per decoctionem. Causa vero suę maximę grossiciei fuit coadunatio & constrictio vehemens dũ conuertebãtur in glaciem & niuem. Et causa qua nocent neruis est frigiditas earum cum grossicie substantiæ. Nam frigidum inimicum est neruis, apho. 5. Sed decoctione rarificatur & à terrestreitatibus purificatur & aliquid perdit suę fortis frigiditatis. Tertio dicit q si glacialis aqua traxerit originem ex malis aquis vel nix conceperit malã virtutem ab his supra quæ cadit melius est vt ab eis aqua bona infrigidetur absq; permixtione eius cum

C eis. Et ad hanc infrigidationẽ magis idonea sunt vasa aurea vel vitrea vel argẽtea q̃ vasa figuli, qa non sunt sic porosa nec penetrabilia sicut vasa terrea. In his ergo locetur aqua bona infrigidanda qb⁹ obturatis, aut nix aut glacies circũponat.

Aqua præterea &c. In hac parte decima, primo agit de effectibus aquæ frigidæ. Secundo calidæ. ibi (Aqua vero calida.) Tertio tepidę & paulo calidioris & multum calidę. ibi (Aqua autem calefacta.) Quarto in speciali de iuuamẽtis aquę calidæ arte. ibi (Et illi quidem.) In prima particula dicit q aqua temperatę frigiditatis est melior sanis corporibus omnibus alijs aquis, quia excitat appetitum & fortificat stomachum, sed lædit neruos & nocet habentibus apostema in interioribus. Excitat quidem appetitum cibi sua frigiditate, nam frigidus venter appetere bonus est. Et fortificat ipsum vniendo calorem eius qui sibi communicatur à membris circun-

 stan-

stantibus sicut ignis fabrorum aspersione modicę aquæ fortificatur. De hac dicit Princeps secundo canonis capitulo de aqua quòd nocet habentibus oppilationes, verum ipsa confert habentibus raritatem & cursum quicunq; cursus fuerit. Et ex quocunq; membro fuerit, & eis qui habēt ægritudines causa eius & confortet omnes virtutes in operationibus suis quando sunt cum ęqualitate, scilicet digestiuam & attractiuam & retentiuam & expulsiuam. Et aqua frigida valde est mala pectori, hæc princeps ibi. Instabit aliquis per illud principis primi prima doctrina sexta capitulo tertio. Quod enim frigiditati inest essentialiter, est vt omnibus sit virtutibus cōtraria. Et paulopost dicit. Et frigiditas quidem paralyticum faciens & mortificans & ab omnibus prohibens operationibus. Item dicit Galenus tertio regiminis acutorum cōmento illius cañ. Aquæ vero nullum inueni vsum, nisi quia in acutis bibitur morbis, loquēs de optima aqua. Hanc ergo aquam quāuis sit melior aquarum, tamen inuenimus eam morari in stomacho tempore longo, quare facit accidere in eo secundum plurimum rugitum, non igitur efficit stomachum fortem. Item stomachus est membrum panniculosum, neruosum, frigidum, non ergo iuuatur, immo læditur ab aqua frigida. Item dicit Galenus pręfato cōmento. Propter hoc ergo non inuenimus ipsam posse confortare animalem virtutem, sed appetitiua stomachi est animalis virtus, non ergo excitatur appetitus ab aqua. Item aqua frigida curat tetanum. Iuxta illud Hip. apho. 5. aph. 22. Est autem vbi in tetano sine vulnere in iuuene bene carnoso æstate media frigidæ aquę multa infusio, caloris reuocationem facit, calor vero hoc liberat, ipsa ergo confert neruis. Item aqua frigida confert apostematibus extrinsecis vt phlegmonibus herpetibus et erysipelis teste Hip. aphorismorum quinta canone illo. In his vero oportet frigido vti, igitur & in intrinsecis quæ magis inflammata sunt & maiori egent refrigerio. Ad primū dic q; verba illa principis intelligūtur de frigiditate superāte naturalē calorē, sed præsens sermo est de frigiditate tēperata. Ad secundū dic q; aqua frigida potest tripliciter ministrari, scilicet ante cibum cum cibo & post cibum. Ante cibum sumpta ieiuno stomacho non solum mala est, sed inter venena connumerātur à Principe quarti. 6. sum. 1. c. 22. dicente. Ex potu illius in ieiuno & post balneum aut coitum timetur corruptio complexionis & hydropisis cum cibo sumpta paulatim & modice secundum viam permixtionis non no-

D cet his qui consueuerunt ea vti specialiter calidis, sed si ex ea multum bibatur causat rugitum. Post cibum sumpta dum fit digestio conturbat eam sicut cum mittitur in ollam feruentem decoctionis carnium. Sed facta prima digestione paruus aquę potus proficit ad ducendum cibum seu deportandum per meseraicas consuetis parum in prandio bibere & facta digestione vti potu delatiuo, qualis mos olim fuit apud arabes qui suscepta lege machometi non bibebant vinum, sed aquam modicam quasi lambendo & digestione prima celebrata bibebant ex ea mediocrem haustum. Ad tertium dic quòd Gal. loquitur de aqua bibita in ieiuno vel sumpta nimie. Ad quartum dic quòd aqua frigida non curat tetanū per se, sed per accidens confortando calorem in interioribus. Ad quintum dic
E quòd apostemata interiora indigent resolutione vel maturatione & apertione meatuum quas impedit aqua frigida per incrudationem humorum. Sed exteriora indigent repercusſione & extinctione acuminis & mitigatione doloris ad quas iuuat aqua frigida. Iuuat etiam ad maturationem eorum deforis adhibita confortando calorem interius.

Aqua vero &c. In secunda tangit quinque nocumenta aquæ calidæ. Primum est corruptio digestionis scilicet conuersio cibi in fumositatem propter caliditatem aquæ. Nam vt ait Gal. 6. morbi cap. primo. Corruptio digestionis est quādo cibus in malam qualitatem conuertitur, vnde fit ineptus ad nutriendum. Secundum est q; naturæ facit cibum in stomacho, quia excalefactione leuigata est, & quadam igneitate parti-
F cipat, vnde subleuat cibū. Iuxta illud Gal. primo simpli. medi. distin. 2. cap. 1. Aqua quę secundum hanc dispositionem est ex parte quadam composita, & non est simplex, quoniam accepit ex substantia ignis partem, & accepit ex qualitate eius proculdubio. Tertium est quòd ipsa bibita non extinguit statim sitim, quia sitis est appetitus frigidi & humidi. Et id proprie extinguit eam quod irrigat calorem & non sinit eum super proprium humidum eleuari & consumere ipsum, sed aqua calida cum igne participet, non facit id primo occursu, sed cum se reduxerit ad frigiditatem vel temperiem. Quartum est quòd quandoq; inducit hydropisim vel ventosam dictam tympanitem corrumpendo. s. primam digestionem & in fumum conuertendo cibum vel aquosam dictam ascitem cum sua caliditate partim penetrat ad hepar ducens secum aliquid cibi nondum digesti per quam vię hepatis

tis oppilantur, & caliditas aquæ resoluit partes hepatis subtiles, vnde debilitatur & fit hydropisis. Quintum est quòd inducit hecticam & cōsumit corpus, quod si verum sit, igneitate qua participat facit illud. Attende primo ꝙ quintu plex est aqua calida. Quædam est calida naturaliter actu & potentia quales sunt aquæ balneorū naturalium dictę à quibusdam aquæ thermarū. Aliç sunt calidæ naturaliter potentia tantum sicut salsę, sulfureæ, aluminosę non erumpentes à terra cum actuali calore. Et hę possunt arte calefieri sic erunt calidæ potētialiter à natura & actu ab arte. Aliæ sunt calidæ pontentia tantum ab arte, sicut illę quibus immiscetur sulfur, sal aut alumē. Aliç sunt solum actu calidæ ab arte sicut aqua dulcis ab igne vel sole calefacta. Aliæ sunt calidę ab arte actu & potentia, sicut aquæ dulces calefactæ ad ignem quibus immiscetur vel immixtum fuit multum salis aut aluminis vel alterius rei calidæ. Et inter has calidæ actu tantum artificialiter plus alijs aquis corrumpunt digestionem & natare faciunt in stomacho cibum demptis putridis vel abominabilibus vel venenosis sicut sunt arsenicales, sed plus cæteris extinguūt sitim, imo reliquę omnes non extinguūt, sed inducunt sitim. Sed calidæ artificialiter actu tantum plus disponūt ad hydropisim & hydropicis plus nocent. Iuxta illud Galeni primo simplicis medicinæ. c. 4. distin. 2. Hydropicis autem aqua dulcis est de deterioribus rebus si bibunt eam, & si balneantur cum ea, & aqua salis tota & aqua cui admiscetur bauracitas & sulfureitas & pix est iuuatiua eis. Attende secundo ꝙ Galenus opinatus est aquam calidam dulcem non posse hecticare, nec consumere corpus, sed per accidens infrigidat resoluendo calorem, & per se semper humectat membra corporis, licet resoluat humiditates contentas in vijs & porositatibus eorum. Ait enim primo simplicis medicinæ capite quinto. In successione aquæ calidæ inuenies ipsum corpus parum post. Et frigidius eo quod fuit illud est quoniam corpus quando dilatatur & rarificatur fit frigidius quàm fuit, quoniam caliditas innata resoluitur ex eo super flue. Veruntamen aqua calida quāuis corpus infrigidetur post vsum eius plus q̄ fuit, tamen non exiccat et arefacit ipsum secūdū illud plus q̄ fuit. Et hoc ꝓbat tribus modis. Primo ex hoc ꝙ aqua calida reddit corpus lene dicens. Lenitas quam adeptum est corpus ex balneatione cum aqua calida est signum significans in corporibus animalium humiditatem. Secundo ex hoc ꝙ aqua calida reddit carnem vlcerum quæ lauantur ea mol

A lem & tremulam dicens. Et caro iterum quæ est in vlceribus significat hoc idem significatione manifesta cum contingat, vt quando effunditur super vlcus aqua calida fiat caro eius tremula. Tertio ex hoc quòd combustio ab aqua calida non imprimit membris siccitatem sicut facta ab igne dicens. Et de illis quæ significant illud est quòd aqua bulliens quando comburit corpus non apparet ex ea in membris quæ cum ea comburuntur exiccatio nec arefactio sicut appa ret in membris quæ aduruntur cum igne. Attende tertio ꝙ licet senserit ita Gal. excusat tū hos qui dixerunt aquā calidam desiccare corpus & arefacere, dicens. Sed corpus euacuatur cum balneatur cum aqua calida, ergo est humiditas in eo ex hoc modo post balneationem eius minor quàm fuit ante, & propter illud necesse est

B homini vt parcat ei qui æstimauit quòd balneatio cum aqua æqualis caliditatis & effusio eius super corpus est ex eis quæ exiccāt & arefaciunt ipsum. Error enim istorum est similis error illorum qui æstimauerunt ꝙ senes sunt humidiorum corporū quàm adolescentes. Et illud quoniam superfluitates humiditatis sunt in corporibus senum plures & membra radicalia in adolescentibus sunt humidiora. Et secundum hunc modum accidit corpori ex effusione aquæ calidæ super ipsum & balneatione ipsius cum ea. Et ad vltimum apud omne capitulum ex capitulis quibus humectatur, quādo aqua calida vtitur. Et illud est quoniam humiditates omnes quæ sunt in venis & in alijs locis vacuis euacuātur & corpus ipsarum venarum, & omne quod est de genere carnis fit humidius quàm fuit. Et non

C ęstimo ab aqua dulci vnquam expoliari hanc virtutem, hæc Gal. Idem sensisse videtur Hippocrates dicens apho. quinta. Calidū nocet hoc frequenter vtentibus, facit enim carnium effeminationem. i. mollitiem. Item videmus ꝙ carnes & pisces duri & sicci per decoctionem in aqua humectantur & remolliuntur. Sed huius contrariū princeps hic exprimit dicens aquam calidam ad ducere hecticam et consumere corpus. Item cibi in aqua cocti sunt sicciores assatis propter resolutionē sinę substātialis humiditatis à calore aquæ. Iuxta illud Arist. 4. metheororum. c. 24. de epsesi quæ interpretatur elixatio. Propter quod sicciora quę epsesim passa sunt q̄ assa. Non enim attrahunt in seipsa humidum quæ epsesim patiuntur preualet enim quæ deforis caliditas ei quę intus. Si aūt vinceret q̄ intus traheret vtiq; in seipsam, ergo à simili aqua calida desiccat corpus. Item videmus expimētaliter cutes diu stantiū in balneo

aquæ calidæ dulcis crispari & exasperari, & illud est signum desiccationis cutis. Item aqua calida accepit partem ex substantia ignis & accepit ex qualitate eius proculdubio vt Gal. affirmat. 1. simpli. medi. c. 3. Sed omnis ignis est desiccatiuus. Item aer excessiue calidus siccat & demacrat humana corpora sicut docet experimentum, ergo & aqua calida, quia non plus potest aer spoliari sua humiditate quàm aqua, cum sit summe humidus ex propria natura. Pro concordia principis cum Gal. & solutione istarum obiectionum aduersus eum, dic primo q̃ aqua calida dulcis frequẽter corpori adhibita vel multum excedens in caliditate potest educere à mẽbris humidum aereum substantificum & aqueũ substantificum & reddere corpus substantialiter siccius quàm fuit prius vt prætendunt rationes nunc allegatę. Dic secundo q̃ aqua dulcis applicata homini siue intus siue extra semper humẽctat ipsum humiditate madefactiua mollificans & teneras faciens partes quas imbibit. Et nisi Gal. illud intellexerit non video bene q̃ saluari possit opi. ipsius de aqua calida dulci quòd semper humectat.

Aqua autem &c.) In tertia dicit primo quòd aqua calefacta cum redierit ad tepiditatem inducit nauseã, quia omne tepidũ est remollitiuũ & relaxatiuũ contrario styptico & acetoso. Sicut ergo stypticũ vel acetosum appetitum prouocat exprimẽdo humiditates orificij stomachi & corrugãdo ipsum, sic tepidũ fœdat appetitũ remolliendo & relaxando ipsum os stomachi, & etiã quia natat in stomacho pp leuitatem et aereitatẽ quas acquisiuit ex calefactione præcedẽte. Et pp hoc aqua facta tepida ex frigida immediate minus causat nauseam quàm facta ex calida tepida sine medio. Secũdo dicit q̃ cum fuerit aqua paulo calidior tepida si bibatur ieiuno stomacho lauat sæpe stomachum & soluit ventrem. Et libro de regimine principum Aristoteli attributo capitulo quadragesimo scribitur. Sane græcus iudicauit, & dixit q̃ sumere quolibet mane aquã calidam pleno ore bis ita sanum reddebat hominem q̃ non indigebat alia medicina. Tertio dicit q̃ bibere frequenter aquam calidiorem tepidã malum est, quia debilitat virtutem stomachi. Nam remollit & relaxat ipsum & dispgit ipsius calorem & amputat appetitum cibi replens orificium stomachi repletione quadam phantastica vaporosa. Quarto dicit q̃ aqua multum calida quãdoq; resoluit passionem colicam & ventositates splenis. Et plus ministratur ad istos esse ctus ab extra in balneo vel fomentatione quàm

D ab intra in potu. Sæpe enim videmus dolores colicos vehementissimos calido balneo statim mitigari maxime ventosos & à frigore ortos absq; apostemate. Iuxta illud Prin. tertij. 16. tra. 4. c. 10. Tina vehementis iuuamenti est in doloribus colicę, ipsa enim sua caliditate acquisita ab igne & virtute sua acquisita à medicinis resoluit eam, & humiditate sua cum caliditate sua mollificat mẽbrum, quare alleuiat carminationem causæ facientis dolorem & mollificat lacertum ani, & illud est ex eis quæ adiuuant ad expulsionẽ retẽti.

Et illi quidem &c.) In. 4. narrat. 12. iuuamenta aquæ calidę arte. Primum est in epilepsia dum administratur in forma balnei præcedente purgatione. Iuxta illud Prin. tertij. 1. tracta. 5. cap. de cura epilepsiæ. Post mundificationem vero & solutionem ventris & quietem aliquibus die-

E bus non est malum si ingrediatur balneum. Sed instabit aliquis auctoritate Prin. 2. cañ. cap. de aqua dicentis. Epileptici iuuantur ab aqua tepida, & læduntur ab aqua calida. Dic q̃ voluit aquam balnei vel embroches epileptici non debere esse vehementer calidam ne subito cõmouens eius materiam paroxysmum excitet, sed caliditatis temperatę pro resolutione residui materiæ ipsius post purgationem. Secundum iuuamentũ est in melãcholica passione sub forma balnei vel embroches ieiuno stomacho. Iuxta illud Prin. tertij. 1. tract. 4. cap. de cura melancholiæ. Et fiat augmentum in hoc vt corpus eius tenerescat cum cibis conuenientibus & balneo ante cibum, Et effundatur super caput ipsius aqua tepida non vehementis caliditatis. Cumq; ex balneo egreditur si parum sitis habet non est

F malum si parum aquæ potet, hæc Prin. Tertium est in dolore capitis frigido sub forma balnei & embrochę. Iuxta illud Rasis. 9. Alman. capitu. 1. Cum autem cephalęa per hebdomadam vnam perseuerauerit, eger est mittendus in balneum. Et super caput ipsius aqua in qua chamæmelum amaracus & stœcados arabicum cocta fuerint simul aut sigillatim fundenda est. Caueri tamen oportet ne diu in balneo moret̃ ęger, teste Prin. tertij. 1. tract. 1. c. 29. dicente. Et scias q̃ omnis qui conqueritur de ægritudine frigida in capite suo nocetur à vino & mora in balneo. Quartum est in ophthalmia sub forma balnei teste Gal. cõ. 31. illius apho. 6. parti. Dolores oculorum meri potio aut lauacrum &c. recitante qualiter sanauit duos ophthalmicos administratione balnei. Quintum est in pustulis gutturis & gingiuarum generatis ex hoc quod vapores & fuligines humorum malorum soliti purgari per poros cutis

cutis intra retinentur & ad guttur & gingiuas elevati supercalefaciunt eas, & in eis pustulas multiplicant, & quandoq; mala vlcera. Hæc sæpe contingunt in his qui à scabie aut pruritu repente liberati sunt. Quorum sanatio est absente febre putrida balneum aquæ calidæ reuocantis ad cutem vapores & fuligines hinc purgari solitos, per hoc enim tollitur antecedēs causa harū pustularum. Sed coniunctę causę earum competunt frigida & styptica quæ putredinem reprimunt & supercalefactionem tollunt sicut decoctio rosarum sumach lentium, balanstiarum & similium. Sextum est in apostemate post aures quod parotis vocatur in forma balnei vel fomētationis postquam fluxus materiæ cessauit & euacuatione phlebotomiæ vel pharmacię materia diminuta est, tunc enim balneum vel fomentatio aquæ calidæ confert ad resolutionem residui materiæ. Septimū est in rheumatismis quorum maturationi confert aqua calida bibita vel vino imposita confert eis etiam balneum aquæ calidæ. Iuxta illud Prin. tertij. 5. tract. 1. cap. 13. Et ille qui consuetus est pati catarrhum quandoq; prohibet aduentum catarrhi suo subito introitu ad sudandum in balneo ante aduentum catarrhi. Et paulopost dicit. Et quandoq; fit vaporatio cum aquis calidis in fine quo possibile est eas tolerare. Octauum est in vlceribus diaphragmatis. Nonum est in solutione continuitatis partium pectoralium. Non quidē recenti dum sanguis ab eo manat vel manare timet̄ imoderate, sed in antiqua ad saniē conuersa. In his. n. calida aqua bibenda est vel vino imiscenda, quia omne frigidum actu lædit debile pectus & excitat in eo tussim. Competit etiam aqua calida sub forma balnei in vlceribus diaphragmatis & pectoris non ratione vlcerum, quæ desiccatiuis curari quærunt, sed gratia mitigationis doloris & facilitationis sputi & meliorationis anhelitus. Et propter has causas laudat Hip. 3. regiminis acutorum in peripneumonia balneum dicens. Balneare in peripneumonia iuuantius est quàm in acutis febribus. In latere enim etiā tenerę costę atq; inter spatulas existētem dolorem mitigat. Item excoquitur quod per sputum necesse est excreari & adiuuat, flatum etiam bonificat & screatus aufert laborem, quia artus mollit, cutem humidam facit, vrinam expellit, capitis releuat grauitatem nares humidas reddit, hæc ille. Et Gal. in commento dicit. Propter has ergo res fit balneatio valde iuuatiua in peripneumonicis, quod est quia peripneumonici euadunt ab ęgritudinibus suis quando excreant humores retentos in pul-

A mone per sputum. Et sicut peripneumonicus sic etiam pleuriticus iuuatur per ipsam iuuamento magno, propterea quia sedat dolorem quem habet, hæc Gal. Et sicut balneum confert istis apostematibus sic vlceribus eorum modis tactis. Decimum est in prouocatione menstruorum. Vndecimum est in prouocatione vrinæ sub forma balnei in vtroq; casu. Nam balneum aquæ calidæ vias laxat & aperit & lubricas reddit humores & aquam cōmouet & subtiliat. Duodecimū est in mitigatione dolorum maxime venietium à frigore puro vel à materia frigida, quia complexionem ęquat & materiam resolnit.

Aqua vero salsa &c. In hac parte. 1 r. primo agit de aqua salsa. Secundo de turbida. ibi (Aqua vero) Tertio de aqua salis ammoniaci. ibi (Aqua autē salis) Quarto de aluminosa. ibi (Aquę pre-

B terea) Quinto de ferreis. ibi (Et ferreæ) Sexto de æreis. ibi (Aereæ vero.) In prima parti. dicit primo quòd aqua salsa demacrat & exiccat corpus siue bibat eam, siue balneetur in ea. Et intelligas illud tam de salsa naturaliter quàm de salsa per artem, quia quodlibet sal est desiccatiuum & calefactiuum à secundo gradn vsq; ad tertiū, quare consumit humiditates membrorum fluentes & radicales ab vtraq; qualitate. Secundo dicit ꝙ aqua salsa primo occursu facit ventrem. 1. fluxu ventris sua virtute abrasiua seu abstersiua. Sed finaliter postea restringit ventrem propter siccitatem quæ est in eius natura. 1. propter siccitatē quam relinquit in visceribus ex sua complexione postquam defluxit per ea. Et intellige hoc de aqua salsa tam bibita quàm clysterizata. Et non intelligas quòd aqua salsa prima vice dum bibi-

C tur vel clysterizatur soluit & alijs vicibus sequētibus laxat, immo dum continuatur inducit dysenteriam. Sed intellige ꝙ eadem aqua cum fluit per intestina laxat & abstergit, & postquā fluxit ex vestigio siccitatis ab ea derelictæ in intestinis restringit. Et simile sæpe apparet in pharmacis laxatiuis ꝙ quādo operantur laxant ventrem, & postquā fuerint operata venter est constipatior quàm ante propter siccitatem derelictā ab eis in intestinis. Tertio dicit ꝙ aqua salsa corrumpit sanguinem, & ideo generat pruritum & scabiē.

Sed instabit aliquis, sal est de maxime perseruantibus à corruptione. Iuxta illud Serap. in aggre. c. de sale. Et virtus eius tertia est virtus quæ prohibet putrefactionē corporū eorū quæ sunt parata putrefactioni pp humiditatē superfluā quæ est in eis. Et huius signū est ꝙ carnes & pisces, & alia plurima quę tpe longo seruare volumus cōdimus sale vel mersos tenemus ī salmuria. Dic ꝙ

aqua salsa nō corrumpit sanguinem corruptione putrefactiua ex se, nisi quantum reddit ipsum odiosum membris & destituit à regimine naturæ. Sed corrumpit ipsum potius corruptione declinante ad adustionem, tollens à sanguine dulcedinem nutrimentalem, & dans ei mordacitatem supercalefactiuam & exiccatiuā similes his quæ cholerae rubeæ insunt, quare mēbra refutāt ipsum, & ad cutem pellunt, vbi vel pruritum vel scabiem generat. Scabiem quidē si subtilis fuerit vesicans cutem & pustulas generans. Pruritum vero si grossior fuerit sub cute latēs absq; vesicis, seu pustulis apparentibus. Iuxta illud principis quarti. 7. trac. 3. c. 4. Et scabies quidē differt à pruritu in hoc, ꝙ cum pruritu non sunt bothor, sicut sunt cum scabie, q̄m ipsa est à materia subtiliore & minus declināte ad salsedinem. Attende ꝙ princeps non loquitur hic de aqua salsa mediocriter sub forma cōdimenti quales sunt aquæ carnium vel pisorū, vel raparum quas pro potagis comedere solemus, sed de illis in quibus manifeste superat & excellit virtus salis.

Aqua vero &c. In secūda dicit, primo quòd aqua turbida generat lapidem & oppilationes, quia turbari solet ex permixtiōe terrestreitatum ingrossantium eam, quæ congestę in vijs strictis paulatim oppilant eas, & dum eis obuiat in renibus aut vesica glutinosus humor simul eas alligat, & calor corporis decoquens vtrunq; simul siccans & indurans ex eis lapidem facit. Hac de causa medici prohibere solent aptis ad calculos omnes potus turbidos. Secundo dicit ꝙ qa aquę turbidæ vias oppilāt & calculos generāt, si quis eis vsus fuerit post ipsas sumere debet res vrinam prouocātes, vt fęniculum, anisum, carui petroselinum, nasturtium, & similia. Tertio dicit quòd aqua turbida & omnes aquę graues & grossę plerunq; conferunt habenti ventrem. i. fluxum ventris, quia diu manent in stomacho, nec ab eo leuiter descendunt, & quāuis ita sit ꝙ diu morantur & tarde descendunt à stomacho non reputo tutum pro restrictione fluxus vētris eis vti, quia digestionem impediunt, & magis oppilant meseraicas & venulas hepatis, & vias vrinæ q̄ intestina, quare prohibendo transitum liberum chyli ad hepar, & aquositatis ad vias vrinæ & nutrimēti ad membra plus nocent q̄ prosint etiam in fluxu vētris. Quarto dicit ꝙ res vnctuosæ & dulces sicut butyrum, oleum cerebellum & medullæ animalium sunt vt theriaca turbidarum aquarum, ita ꝙ reprimunt earum malitiam, & prohibent à nocumentis ipsarū, sic tyriaca venena reprimit, & à suis nocumentis præseruat corpus.

D Sed instabit aliquis, quia vnctuosa fastidiunt stomachum & natant in eo, sicut docet experimentum, conueniunt ergo cum turbidis aquis in tardo descensu eorum à stomacho, malitias igitur earum aggrauant. Item dulcia oppilant hepar, propterea ꝙ attrahuntur ante sui digestionem, cōcurrunt igitur cum aquis turbidis in oppilando. Ad primum dic ꝙ dulcia & vnctuosa sumpta moderate cum mensura qua delectant, neq; fastidiunt stomachum, neque natant in eo, sed fortiter & delectabiliter amplexatur ea stomachus & cito digerit. Insuper reprimunt suis caliditate & humiditate temperatis, & sua lenitate terrestreitates aquis turbidis immixtas maxime si fuerint salsæ, vel amaræ. Ad secundum dic ꝙ non omnia dulcia oppilāt hepar, sed dulcia grossa naturæ valde dilecta, sicut vina grossa dulcia,
E vel porcinę carnes. Attēde ꝙ ad correctionem aquæ turbidæ multum conferunt allia & cepę. Iuxta illud Prin. primi tertia doc. 5. sum. singulari, cap. 7. Super aquas quoq; grossas & turbidas vtendum est alijs. Ex eis quoq; quæ diuersarum aquarum remouent malitiā sunt cepę, quoniam sunt vt theriaca huius & proprie cepę cum aceto, & allia etiam.

Aqua autem &c. In tertia dicit ꝙ aqua salis armoniaci laxat ventrem, siue bibatur, siue clysterizetur, siue in ea sedatur per modum balnei. Et tertio Almansoris cap. 4. dicit Rasis. Aquæ vero sale armoniaco salitę ac malum habentes saporem ventrem laxant cum bibuntur, vel cū in eis sedent aut clysterizantur. Attende primo ꝙ sal armoniacus à loco sic dictus, vnde defertur extrahit̄ à lapidibus duris claris, & est salsus mor
F dicans multum, & melior ex eo est albus clarus, sicut cristallus, & est ille qui plus ingreditur in medicinis, & est calidus & siccus in quarto gradu abstersiuus, subtiliatiuus, lauatiuus, hæc Serapion in aggregatorio capitulo de sale armoniaco auctoritate Isaac. Attende secūdo ꝙ duplex est aqua salis armoniaci, quædā naturalis manās à mineris, vel per eas fluens, ex quibus hoc sal trahitur, alia artificialis ex commixtione salis huius plurimi cum aqua cōmuni, et vtriusq; harum est eadem virtus. Sed arguet aliquis ꝙ balneū eius non laxat ventrē, quia de proprietate salis armoniaci est ꝙ attrahit ab interioribus ad exteriora, vt ait Serapio capitulo ꝓdicto: diuertit igitur humiditates ab intestinis trahens eas versus cutem, videtur ergo ex hoc, ꝙ stringit ventrem. Dic ꝙ cōcesso, ꝙ istud sal exterius applicatum stringit ventrem, non est idem ꝙ de aqua eius, quia profundius penetrat, & sedendo in ea musculos ani

penetrans stimulat, & humores quietos cócitat & congelatos eliquat & fluxui adaptat. Attende tertio q laus salis armoniaci, & aquæ ipsius non solum consistit in laxando vẽtrem, sed maxime in releuando pendentem vuulam, & consumando vngulam oculi.

Aquæ præterea &c.) In quarta dicit, q aquæ aluminosę prohibẽt superfluitatem cursus menstruorum & sputum sanguinis, & ipsius fluxum per hemorrhoidas, sed inducũt febres in dispositis vehementer ad eas. Causa primi est earum stypticitas quam contrahunt ab alumine. Causa secundi est, quia claudunt poros & prohibent fuligines exire & humores euentari, quare superca lefiunt, & de facili putrescunt inducentes febrẽ. De his dicit Rasis tertio Almãsoris cap.4. Aquæ autem calidæ, quæ super alumen currunt hęmoptoicis.i. sanguinem spuentibus, atq; mulieribus menstruorum nimietatem patiẽtibus, & hęmorroidibus conferunt, febres tamẽ in calidis generant corporibus. Attende primo, q ad nos duplex defertur alumen. Vnum quod vocatur alumen de pluma, quia est leue tenerum, sicut pluma, & dicitur alumẽ iameni à loco vnde venit. Dicitur etiam alumen scissum propter scissuras inuentas inter partes eius, & istud est stypticius cęteris, & ideo stypterea vocatur. Aliud est alumen de rocha splendidum sicut cristallus, solidum, vt lapis tener, aliud est liquidum, & illud nõ vidi: nec ad nos defertur, sicut existimo. Attende secundo, q quia alumen est de genere corrosiuorum, licet debilium nõ est tutum dare in potu aquam aluminosam, siue naturaliter talis fuerit, siue facta ab arte, sed in forma balnei ministrari solet pro dictis casibus & quibusdam alijs. Iuxta illud Prin.c.19. summę præsentis. Sed aquis aluminosis, & attramentalibus confert balneari sputo sanguineo, et egreßioni sanguinis ab ano, & à menstruis, & nauseæ & vomitui sine causa, & cachexiæ, & multo sudori. Attẽde tertio q aquæ aluminosæ multum proficiunt vlceribus humidis, quia consumunt humiditates ipsorum & obturant vias per quas imbibuntur superfluitatibus. Iuxta illud Gale. primo simplicis medicinæ, cap.1. distinctione secunda. Aqua vero cui admisceturalumen, sicut aqua quæ est in regione Italiæ confert vlceribus: verũtamen in vlceribus ad quæ attrahitur aliquid ex materijs est velocius agens, propter hoc q exiccat ea omnia.

Et ferreę &c.) In quinta dicit q aquæ ferreæ resoluunt splenem, id est extenuant splenem ingrossatum, & adiuuant eos qui nequeunt coire. De aqua ferrata dicit Serapion in aggregatorio

A auctoritate Dioscoridis. Aqua in qua extinguitur candẽs ferrum & vinum in quo extinguitur conferunt fluxui ventris & vlceribus intestinorum, & duriciei & tumori splenis, & cholericæ paßioni & fluxui qui fit à stomacho. Nam corroborat stomachum relaxatum & debilitatũ maxime à cholera. Et paulopost dicit auctoritate Pauli. Quando extinguitur ferrum candens in aqua fit aqua illa desiccatiua, & propter hoc confert grosiciei splenis. Sed istabit aliquis. Primo quia aqua ferrata est frigida & sicca, & splenis grosities cõmuniter fieri solet ex melancholia, quæ similiter est frigida & sicca, crescit ergo dyscrasia splenis per aquam ferratam. Item ipsa est oppilatiua, & sic auget oppilationem splenis indurati. Item ipsa indurat magis exprimẽs humidum liquidum à grosso, & compingens splenẽ.
B Item non videtur valere coitui, quia reprimit calorem sua frigiditate, & desiccat semẽ sua siccitate. Attende primo q aliquando splen intumescit & sentitur durus, tẽsus, tactui renitẽs ex spumositate quadam sine collectione melancholiæ indurantis & inflãtis ipsum. Iuxta illud Gale.2. de apostematibus ad Glauconem, cap.1. distin.2. Multoties aũt tangenti videtur renitens splen, non tamen scirrhosus est tumor, sed spumosus magis, in quo vtiq; prima die faciendo per absynthium pharmacum emplasticum, super apponere oportet mixtæ virtutis, quale est quod per sulfur & alumen, hęc Galenus. In hoc casu specialitar conferre videtur aqua ferrata, tum quia consumit sua siccitate, spleneticam spumositatem, tum quia cõfortat & vnit splenem de natura rarum, moll em, & laxum quo fortior redditur ad
C expellendum quod distendit ipsum. Attẽde secundo q aqua ferrata specialiter in potu confert spleneticis. Iuxta illud prin. tertij.15. trac.2. ca. de cura spleneticorum. Et potus eorum sit aqua ferrariorũ, & omne in quo extinguitur ferrũ ignitum multoties. Et quia reperio ferratas aquas plus à medicis laudari in paßiõe splenetica q̃ conferre videantur ex propria complexione, & similiter acetum, credo q eis insit proprietas aliqua qua conferunt spleni. Ad primum, secundum, & tertium obiecta responde, si vis per primũ notabile, s. q aqua ferrata confert in splene spumoso. Vel dic, q licet noceat frigiditate & siccitate, oppilatione, & induratione in splene indurato à melancholia, confert tñ ipsum confortando super expulsione materiæ, & à tota ferri proprietate. Ad quartum dic, q aqua ferrata non cõuenit impotẽtiæ coitus à frigiditate, vel à paucitate materiæ, sed impotentiæ prouenięti à remollitione nimia

nimia, vel superflua apertione vasorum spermatis, ob quam semen inuoluntarie effluit absque veretri tensione.

Aereæ vero &c.) In sexta dicit q aquę æreę conferunt corruptioni complexionis. Et intellige per corruptionem cachexiam, quæ est dispositio mala hepatis antecedēs hydropisim. Iuxta illud prin. tertij. 14. trac. 4. c. 3. Quando corrumpitur dispositio hepatis, & cōmunicat super ipsum debilitas accidit in primis dispositio antecedens hydropisim, & nominatˀ cachexia, & appropriatur nomine corruptionis complexionis. Sed tertio Alman. c. de virtute aquæ scribitur. Quæ vero super terram ex qua fit ęs transit complexionem habentibus corruptam perutilis esse cōprobatur. Et in glo. marginali ordinaria super illis verbis complexionem habentibus corruptā scribitur, s. incipientibus pati leprā. Alias laudes plures attribuit prin. aquis æreis secundo cañ. ca. de aqua. Primo quidem de eis dicit, aqua ærea confert ori & auri. Secundo dicit aqua ferrea cōfert spleni & stomacho, & aqua ærea proxima est illi. Tertio dicit, aquæ vero fereæ & æreæ sunt bonæ renibus & colicæ. Sed ex quo ęs tot bonas virtutes cōmunicat aquæ, quare tantum vituperantur vasa ærea ad comedendum & bibendum in eis. Ait enim Serap. ī aggregatorio. c. de ære. Quidam faciunt ex ære vasa ad comedendum & bibendum in eis, & nocet eis multum, & maxime illis qui assuescunt hoc diu, nam parati sunt tales incurrere elephantiam & cancrum, & dolorem hepatis & splenis, & malitiam complexionis maxime comedentes in eis res acres, & bibentes in eis vina dulcia. Et quando comedunt cibū qui stat in die vna, & nocte in eis, peius multum est. Et qñ ponitur vas æneum super pisces assatos calidos fit venenum mortiferum, hæc ille. Dic q ista non vituperātur ex parte æris, sed propter æruginem quam colligunt & cōmunicant cibis & potibus reseruatis in eis. Et hæc æris ærugo dicta Arabice zimar & zinzar est venenum perniciosum. Iuxta illud prin. 2. cañ. c. de ære. Oportet quidem vt caueatur vsus dimittēdi illud, in quo est salsedo aut amaritudo, aut pinguedo, sicut sunt olea & carnes, aut acetositas, aut dulcedo in vasis æris, & bibendi ex eis, ipsa enim transmittunt proculdubio zinzariam, & zinzar est venenum, hæc princeps.

Cumq; aquæ &c. In hac parte. 12. dicit primo q in cōmixtione diuersarum aquarū bonarum, cum malis fortior superat. i. vincit aliam, & trahit cōmixtum ad sui naturam, vt licet flumina, q̄ plurima dulcis aquæ fluant in mare, & sibi com-
D misceantur mare semper manet salsum. Attende q fortitudo vnius aquæ super aliam nō attenditur penes excessum in multitudine, vel magnitudine quātitatis, sed virtutis, vt si posueris vnū sextarium aquæ amaræ in decem sextarijs aquæ puræ dulcis totum constās ex his reddetur amarum. Secūdo dicit q de correctiōibus malarum aquarum tractabit inferius, s. primi. 3. doc. 5. ca. 5. sum. singularis de regi. iter agentium. Tertio dicit q tractabit. 2. cañ. qui est de medi. simpli. c. de aqua id quod restat tractādum de iudicijs & proprietatibus, & modis proprietatum aquarum, si Deus voluerit, id est sibi gratiam dederit ad perficiendum dictum secundum.

Gentilis in Cap. vnicum doctrinæ. ij. Fen. 1. primi, De elementis.

Aqua autem est corpus simplex, cuius natu-
E ralis locus est, vt sit circundans terram, & circundata ab aere, cum in suis sitibus permanserit. Et hæc quidem est eius grauitas comparatiua. Quę frigida est & humida. s. eius natura talis existit q si dimissa fuerit sicut est, nec vlla causa extrinseca ei cōtraria fuerit, apparebit ex ea frigiditas sensibilis, et dispositio quę est humiditas. Et ipsa quidem est eius generatio in creatione sua, quæ reddit eam aptam ad spargendum & extendēdum pro qualibet re, quamuis sit pauca. Et recipit omnem figuram quæ est, sed non retinet. Cuius esse in generatis iuuamentum præstat ad figurandas formas, quas in suis diuisionibus aliqui figurare volunt, & ad figurandum & lineandum & temperandum. Humidum enim licet formas figurales cito amittat, cito tamen eas recipit, sicut siccum, licet eas duriter suscipiat, du-
F riter tamen retinet eas. Cumq; humidum & siccum se adinuicē temperauerint, adipiscetur siccum ab humido, vt cito suscipiat tēsionem & facile figurari & acquiret humidum à sicco, vt retineat firmiter quod in eo accidit. Et propter humidū prohibetur siccū à sua separatione. Et propter siccū prohibetur humidū à sua fluxibilitate.

Hic notificat aquam & postquam dixit genus, dicit primum locum eius: secundo qualitatem eius, tertio vtilitates quas facit in mixtione. Dubitatur si aqua circundat terram nullus esset locus habitabilis: in hoc est opinio campani dicentis, q aqua non est concentrica terræ, tunc enim totam terram cooperiret: nā pone q vna pars aquæ deprimatur, tunc ab alia parte eleuabitur versus cęlum: & sic ergo descendet & replebit locum quē tu dicis discoopertum: oportet igitur q aqua sit excētrica terræ: & ideo pars eius. s. terræ remanet discooperta. Anto. dicit contra,

quia

quia Auer. ponit.12.metaphy.45.cōmento, ꝙ totius mundi est vnum centrum,& ideo grauia ad locum vnum moueantur, & alia argumenta adducit,de quibus non curamus. Alia est opinio cōmunis, ꝙ ex diuina prouidentia propter vitam animalium respirantium terra est discooperta, quæ naturaliter deberet esse cooperta aqua. Cōciliator vero differētia.13.dicit,ꝙ hoc est propter tres causas,vna propter quasdā stellas in quibusdam imaginibus cœli stantes in septētrione,quæ compescunt mare oceanum,vt nō cooperiat terram,& dicit hic Guilielmus,ꝙ non est inconueniens,ꝙ ex natura cœlesti sit aliquid hic inferius quod non est de natura eius in quo reperitur, sicut fluxus & refluxus maris non est de natura aquæ,quia omnis aqua hoc haberet,sed est de natura lunæ facientis fluere mare.i. aquam maris, secunda causa est porositas, siue cauernositas terre,vt Arist.problematum.23.5. problemate,cum assignat causam,quare est ꝙ serenitate existente in mari,quia non existente procella naues quandoq; deglutiūtur & pereunt, & vna causa est terræ cauernositas : ex inclusione enim aquæ in cauernositate terræ pars terræ discooperitur,tertia causa est, quia dicit Conciliator, ꝙ terra eleuata est in septentrione,& ostendit hoc ex Aristot.2. metheo.qui vult ꝙ mare illius partis ex hoc fluit per reliqua maria.

Et ipsa &c. Specialiter ostendit quid consequitur aquæ per humiditatem,notum enim est, ꝙ per frigiditatem infrigidat, & dicit,ꝙ ipsa generatio eius.s.humiditas in creatione sua.i. aquæ est,quæ reddit &c.i. aqua per humiditatem habet aptitudinē sparsionis & extensionis pro qua libet re,quāuis sit pauca.i.res spargens,& extendens quasi diceret debile agēs spargit aquam & extendit,dicit autem eius generatio, quia Auic. cum imaginatus est qualitatē in subiecto,ꝙ subiectum ex natura præcedit,accidens vidit ꝙ qualitates non proprie creantur, sed subiecta quę ex nihilo facta sunt,& accītia facta sunt ī subiectis.

Cuius esse in generatis &c. Considera hic, ꝙ aqua ꝓpter sui humiditatē plura facit iuuamenta in mixtione, q̄ per frigiditatem, frigiditate.n. temperat calidum,sed humiditate facit aptitudinem receptionis formarum naturalium, & figurarum artificialium & naturalium, & ideo referens ad artificialia dixit figurarum quas &c. vel totum ꝙ dixit refertur ad artificiales formas, & tunc sequitur de naturalibus, cum dicit ad figurandum & lineandum &c. & temperandum,s. terreum ,siccum: humidū enim &c.et considera ꝙ ista facit aqua per humidum materiale corpu-

A lentum dictum,ꝙ est aptū teneri & imbibi cum terreo sicco,& non exhalare sicut humidum facit aereum.

Cumq; humidum &c.) Quia humidū proprio termino.i.seipso non bene est terminabile, sed termino alieno, quia termino sicci, & siccū suo termino est bene terminabile,& non termino alieno,quia non est alij cōfigurabile ideo siccum largitur humido & humidum sicco, secundum Auic.dicit per certificationem autem &c. intelligit formæ inductionem,quæ de cōfuso facit certum & determinatum ad vnū,& ideo vocatur certificatio & æquatio, & est vocabulum, quo Auic.vtitur in prima philosophia.

Iacobus in Cap. vnicum doctrinæ.ij.Fen.1. primi, De elementis.

Aqua autem &c. In hac parte quarta primo B prin.per genus describit aquam. Secundo per locum ibi(Cuius naturalis locus.) Tertio per qualitates eius tam primas q̄ secundas ibi(Quæ frigida.) Quarto per iuuamētum quod præbet in generatis ibi(Cuius esse.) Quinto comparat humidum ad siccum ibi(Humidum enim.) In prima particula dicit, ꝙ aqua est corpus simplex. Sed instabit aliquis. aqua nutrit pisces. ergo non est corpus simplex. Item aqua nutrit plantas, sed ex corpore simplici nullum mixtū nutriri potest. Item ex aqua fit sal, sicut est videre in salinis, sed ex simplici corpore nunquam fit mixtum. Ad primum & secundum dic,ꝙ nec pisces,nec plantę nutriuntur ex aqua pura.Iuxta id Aristo.2. de generatione tex.50.Omnia autem ex mixtis nutriuntur. Etenim quæcunq; videntur vno solo nutriri,vt aqua sola plantæ multis nutriūtur.Mi C xta est enim aqua terræ, ideo rustici tentant irrigare miscentes. Ad tertium dic, ꝙ nec sal, nec aliud quodcunq; ex aqua pura fit, nec ex alio elemento,immo omnia mixta ex omnibus elementis sunt.Iuxta id Aristo.2.de generatione tex.30. Quoniam quidem igitur corpora omnia ex omnibus constituta sunt simplicibus dictum est.

Cuius naturalis &c. In secunda dicit, ꝙ naturalis locus aquæ est, vt sit circundās terram & circundata ab aere cum permanserit in suis sitibus,id est positionibus naturalibus. Et hæc quidem est eius grauitas comparatiua. Quæret hic aliquis,si naturaliter aqua circūdet terram quid prohibet eam totam cooperire terram,& facere cataclismum,seu diluuium perpetuum,cum ipsa sit præsto fluere & altior terra, cuius rei signū est ꝙ naui elongata à portu stans in summitate mali videt portum,& stans in pede non. Dic ꝙ omnia elementa nutui obediūt sui creatoris,cui placuit

placuit magnam partem terræ ad tuitionem animantium & plantarum esse discoopertam. Vel dic quòd quæq; res huius orbis inferioris duplicem sibi naturaliter insitā habet inclinationē. Vnam ad custodiam vniuersi secūdum quam aqua quę grauis est ascendit in phialam euersam, cuius officium est calefactum ne vacuum fiat. Aliam ad suipsius custodiam. Ex prima autem harum mare terram ambiens prohibetur affluere super faciem terræ, ne submergat animātia, nisi quòd interdum per astra cogitur facere diluuium, sicut aliquando visum est propter coniunctionem superiorum planetarum in signo piscium. Cuius rei signum est, quòd ab effodientibus in cacuminibus montium repertæ sunt quandoq; anchorę & gubernacula nauium. Attende circa id quod in litera dicitur. Et hæc est eius grauitas comparatiua, quòd elementa media, s. aer & aqua habent leuitatem & grauitatem comparatiuas, sed extrema non sic, videlicet terra & ignis. Cuius ratio est, quia vbicunq; ponatur ignis extra proprium locum naturaliter ascendit tanquam leuissimus, et terra descendit velut grauissima. Sed aer positus in sphęra ignis descēdit, & in aqua positus ascendit, vt igne grauior & leuior aqua. Et aqua posita in terra ascendit, & posita in aere descendit vt leuior terra & grauior aere. Et sic grauitas aquę & leuitas aeris sunt comparatiuę, & leuitas ignis & grauitas terræ sunt absolute.

Quæ frigida est &c.) In tertia dicit quòd aqua est frigida & humida. s. natura eius talis est, quòd si fuerit dimissa, sicut est, nec vlla causa extrinseca fuerit ei contraria apparebit ex ea frigiditas sensibilis, & dispositio quæ est humiditas. Et ipsa quidem, s. humiditas est eius generatio, id est congenita qualitas, vel proprietas aquæ in creatione sua, scilicet dum producitur in esse, quæ generatio, seu congenita qualitas reddit aquam aptam ad hoc, vt spargatur & extendatur pro qualibet re cōmouēte eam. s. quamuis sit pauca, sicut vides. dū paruus lapis in medium stagni proijcitur aqua exundans facit circulos ad longam distantiam. & mare impulsum à vento sæpe rumpit diras, seu litora, & submergit magnam patriam. Et ipsa quidem recipit omnem figuram, quę est id est quæ ei imprimitur, sed non retinet illam. Quæret hic aliquis, si naturaliter aqua sit frigida et humida, quod nō apparet de aquis thermarum, seu balneorum naturalium, illæ siquidem sunt perpetuæ caliditatis: ergo non sunt calidę per violentiam, quia nullum violentum perpetuum. 2. cœli. tex. 18. Item nullum naturaliter inexistentium aliter assuescit. 2. ethicę, cap. 1. Nam si lapidem deciesmillesies sursum proiecer[is], nunq; assuescit ferri sursum. Sed aqua assueta est, quasi cōtinue calefieri, vel à sole & astris, vel ab igne manens sub propria specie, & interdum adeo quòd vrit tangentem. Item mater aquarum, & longe maior portio totius elemēti aquæ abs ⁎ absq; cętere aquæ scaturiunt est sicca, s. mare. nam balneum aquæ maris siccat humana corpora: ergo naturaliter aqua potius dicenda est sicca, quàm humida denominatione facta à maiori parte, et digniori, vt debet. Oppositum dicit hic princeps, & Aristot. 2. de generatione tex. 24. Dic quòd aqua pura naturaliter & omni tempore frigida est actu, vel habitu. Et non solum frigida, sed summe frigida. Ad primum obiectum de aquis thermarum: dic quòd non sunt aquæ puræ, sed sunt mixta imperfecta. Huius rei signū est quòd cum resederint in fundis earū solet reperiri sulfur vel alumē, nitrum, aut asphalthum, & in odoribus suis prędictorū aliquid representatur: concedatur ergo quòd tales aquæ vt sulfureæ sunt, vel aluminosæ sunt calidæ, sed non vt aquæ. Et cum vulgariter dicūtur balnea naturalia, vel aquæ naturaliter calidæ naturalia accipiūtur, vt opponuntur artificialibus, vt non opponuntur violentis, ita quòd naturalia dicuntur, quia nō sunt humano artificio calefacta sicut balnea parari solita in casis. Et cum dicitur nullum violentum perpetuum, intellige de violento habentem causam extra se fatigabilem. Ad secundum dic, quòd aqua pura nunquam assuescit calefieri, immo si feruens fuerit: & relicta naturæ suæ cito se reducet ad propriam frigiditatem per habitum frigiditatis ei cōnatum. Ad tertium dic de mari quòd non est aqua pura, sed terræ multæ immixta propterea saporis salsi est, & in eo non tam cito merguntur oneratę naues, sicut in amnibus. Resistit enim mare plusq; fluuij diuisioni ob sui grossitudinem: & cum tangitur in ratione quòd denominatio fit à maiori parte & digniori, nega id & dic cū auctore sex principiorum capitulo vltimo quòd substantiarum impositio in termino est vltra quem trāsgredi impossibile est: & ideo denominatio aquæ & designatio suarum proprietatum à puriori parte fiunt non à maiori: sicut pugillus niuis albior dicitur maximo equo albo. Quęret rursus aliquis si aqua sit summe frigida. Videtur quòd non: quia summe frigidum est mortificans. aqua autē assidue bibitur à rusticis & bestijs, & non inde mortificantur: immo nō lęduntur sensibiliter. Item mucilago psilij magis infrigidat tertianarios & causonicos, quam aqua frigida: citius enim & tutius sanat eos: quàm aquæ potus. Iuxta id Hippo. tertio regimenti acutorum canon. 42.

canon.42. Aquæ potus & cholericis, & quibus sub diaphragmate cholera dominatur in choleram mutatur. Itē drachma vna opij ore sumpta præ nimia frigiditate cito occidit quod non faciunt drachmæ.20.aquæ frigidæ ebibitæ. Itē per excedens frigus aqua cōuertitur in niuem & glaciem, quæ sensibiliter plusq̄ aqua nos infrigidat. Oppositum sentiunt penè omnes philosophi & medici famosi. Dic q̄ aqua pura est summū frigidorum. Cuilibet etenim elemētorum vna primarum qualitatum attribuitur. Iuxta id Aristotelis secundo de generatione, tex.24. sed tamen simplicium quatuor vnius qualitatis vnūquodque est, terra enim magis sicci q̄ frigidi: aqua autem frigidi magis q̄ humidi: aer autē humidi magis q̄ calidi: ignis autem calidi magis q̄ sicci.

Ad primum, q̄ summe frigidum est mortificans concede, sed aqua: non nega de pura aqua. Tales autem non est quam rustici bibunt & animalia. Item consuetudine demulcetur rei cuiusque malitia, sicut aqua consuetudinaria effecta rusticis & animalibus parum aut nihil nocet qđ non solum in lædentibus à qualitate, sed etiam à tota substātia compertum est in filia nutrita napello, de qua princeps quarti sexta tractatu primo cap.2. Ad secundum dic q̄ mucilago psilij non plus infrigidat aqua, quia sit frigoris intensioris, sed quia cum frigore grossioris est corpulentiæ, vnde magis moratur in corpore, & cum illo habet q̄ choleram educit, quæ est causa febris, sed aquæ potus oppilat & obuians choleræ corrumpitur: & id voluit Hippo. quando dixit q̄ in choleram conuertitur. Nam tūc immixta vaporibus putrefactæ choleræ calefacit. Ad tertium de opio dic q̄ mortificat mora longa ex densitate substantiæ, & cū hoc nihil prohibet vt sit quædam proprietas inimicitiæ coadiuuās. Ad quartum dic, q̄ aqua pura non cōuertitur in niuem, aut glaciem, sed terræ immixta: & dic vltra q̄ gelu & glacies non infrigidant plus aqua cōmuni, nisi quia frigiditas earum est in dēsiori subiecto, sicut ferrū ignitum profundius vrit igne stipulæ.

Cuius esse &c.) In quarta dicit princ. q̄ esse aquæ præstat iuuamentum in generatis ad figurādas formas.i.qualitates foris manētes de quarto genere qualitatis quas aliqui volūt formare, id est imprimere in suis diuisionibus.i.incisionibus, vel lineatiōibus, vel sculpturis: & ad figurandum & lineandum & temperandum siccū, supple sibi permixtum. Est enim humidum sicco sicut cola faciens sicci partes adinuicem hęrere & recipere figuras & lineationes, & temperamentum ariditatis. Attende hic q̄ formabilitas con- A sequitur impressibilitatem. Iuxta id Arist.4.meteoro.tex.30. Impressibilium autem quæcunque manent impressionem passa: hæc quidem formabilia. Impressibilitas vero consequitur mollificabilitatem. Iuxta id Arist. ibidem. Est autem impressio superficiei secundum partem in profundum cessio pulsione, aut percussione totaliter, aut tactu: sunt autē talia mollificabilia velut cera. mollicies autem sequitur humiditatem. Iuxta id Arist.2. de generatione tex.9. Amplius molle quidem humidi: molle enim est quod subijcitur in seipsum quod facit humidum: ideo nō est humidum mollis: sed molle humidi. Ex istis apparet qualiter aqua existens humida iuuat ad figurās suscipiendas inquātum.s.est causa molliciei: ipsa tamen non est in se mollis. Iuxta id Arist.4. meteoro.tex.28. Molle aūt quod cedit non econ- B tra circunstando. aqua enim non mollis, non.n. cedit impressioni superficies in profundum. sed econtra circunstat.

Humidum &c.) In quinto dicit, q̄ licet humidum amittat cito formas figurales tamē cito recipit eas, sicut licet siccum suscipiat eas duriter id est difficulter. duriter tamen idest firmiter eas retinet. Et cum humidum & siccum temperauerint se adinuicem siccum adipiscetur, seu acquiret ab humido: cito suscipere tēsionem id est extensionem & facile figurari: & humidum acquiret à sicco, vt retineat firmiter id quod in eo accidit.i. imprimitur. & siccū prohibetur à sua separatione.i. puluerizatione, vel incineratione propter humidum. Et humidum prohibetur à sua fluxibilitate propter siccū. Instabit aliquis cera, butyrum, axungiæ, nix, glacies, grando, & simi- C lia coagulata à frigido per siccum igneum fluxibiles fiunt, sunt tamen humidę in complexione propria. Non igitur humidum prohibetur vniuersaliter fluere propter siccum. Dic q̄ præsens litera intelligitur de humido aqueo fluido actu. Tale namq; per sicci commixtionem prohibetur fluere, sicut aqua per farinā in cōfectione panis.

Gentilis Fulginatis expositio, super Cap. 19. summæ primæ, Doctr. ij. Fen. ij. Canonis primi Auicennæ.

De eis, quæ proueniunt ex balneatione & fricatione ad solem. Cap. 19.

QVidam &c. Postquam determinauit in generali de istis causis nō necessarijs annexis rebus non naturalibus: hic deter. de eis in speciali: & quia inter causas istas nō necessarias illæ, quæ magis annectuntur rebus

non

non naturalibus supra determinatis sunt fricatiões & balnea:ideo solum de istis duabus determi.& duo facit.s.quia primo determinat de balneo.secundo de fricationibus.ibi(In arena sepeliri &c.) Iuxta primam partem deter. de effectibus & operationibus balnei. Secundo pro sufficientiori determinatione de eis remittit nos ad aliũ locũ.ibi(Et nos fortasse reiterabimus &cę.) Primã in duas.Quia primo docet eligere melius balneum auctoritate quorũdam.Secundo determi. de operationibus balnei.secunda ibi (Debes autem scire.) Iuxta primam partem notandum ꝙ Aui.per hæc verba Quidam ornate &c.nõ intendit propter hoc repræhẽdero illos, qui talem sententiam dixerunt.nam ipsi bene dixerunt, & quãquam ornate loquerentur:propter quod notandum ꝙ ornatus verborum est duplex. Vnus est rhetoricus & cursiuus,sicut faciunt isti dictatores,& iste ornatus bene spernendus in sciẽtia: & ideo nunquam videbitis aliquem valẽtem virum ipso vti,sed ignorãtes cognitionem rerum conantur ad ordinationem vocum & sonorum: & de hoc non intelligit hic Auic. Alius est ornatus cum pondere sententiæ, quando per breuia verba prægnantia, multa sententia continetur, vel colligitur.& hic ornatus est conueniẽs scientię,& hoc vtũtur periti. Sed alia litera inuenitur quæ dicit elate loquentium: & tunc non debet intelligi.i.superbe, sed elate.i.subtiliter:& isti sic fuerunt locuti subtiliter de balneo, quia tetigerunt quatuor partes balnei:quarũ duæ sunt principales.s.aer & aqua,& aliæ duæ non sunt principales.s. domus & ignis. Prima ergo cõditio quã ponũt,est ex parte domus: & est ꝙ ipsa debet esse antiqua:non tamen antiqua, quia sit ruinosa: nam talis est mala,propter quod debemus imaginari triplicem dispositionem domorum.s.nouam,antiquam,& mediocrem:modo noua domus est mala ad balneum, quia propter calorem ignis resoluuntur ab ea vapores grossi ex cęmento,lapidibus & lignis,quæ spiritus inficiunt & ingrossant:& non solum nouæ domus sunt malæ ratione balnei,sed etiã ratione habitationis propter causam dictam. Item domus antiquissimæ sunt malæ ad balneum & habitationes: primo, quia timetur de casu & ruina ipsarum. secundo quia ab eis resoluitur vapor putridus corruptus & malus:& ideo domus hæc conueniẽs est, quæ mediocriter se habet,tamen magis debet tendere ad antiquitatem aliquantulam. Secunda conditio balnei est ꝙ aer debet esse amplus, & non coarctatus,quia tũc est purior. Item aqua eius debet esse dulcis, & videte, ꝙ hoc debet referri ad

D balneum, quod est propter regimen sanorum: nam sicut apparebit infra, quædam balnea aliarum aquarum vt salsarum, magis conueniunt quibusdam ægritudinibus quàm dulcium aquarum:immo dulces aquæ eis nocerẽt, vt arteticis: & hoc vt infra patebit. Itẽ ignis qui calefacit domum debet esse mensuratus secundum complexionem eius qui debet ingredi balneum. Cuius ratio est,quia vnum corpus.s. molle & debile indiget alio modo caliditatis ꝙ durum, & forte vt infra dicetur. Deinde cum dicit.

Debes autem &c.) Hic exequitur de operationibus balneorum,& primo aquarum dulciũ. secundo aliarum.secunda ibi(Balneum quoque differentias habet etc.)Prima in duas.Primo deter. de operationibus balnei,quæ possunt esse iuuatiuæ & nocitiuæ:iuuatiuę quidem si debite ap-
E proximentur, nocitiuæ si indebitę. Secundo de operationibus balnei solũ nocitiuis.secunda ibi. (In balneo præterea cum eius multis iuuamẽtis) Prima in duas.Primo deter.de opationibus balnei,prout diuersificantur ratione principiorum balneorum. Secundo prout diuersificantur ratione effectuum relictorum in balneo. secunda ibi.(Est etiam cum balneum resolutione)Prima in duas.Primo facit quod dictum est.Secũdo circa dicta remouet opinionem quorundam.secunda ibi(Et in attendenda.) Prima posset diuidi in duas.Primo ponit operationes naturales balnei in generali.Secũdo magis in speciali distinguendo balneum in tres casas. secunda ibi.(Et prima casa.)Sed non est vis, legatur totum simul.

Sed statim diceret aliquis non videtur ꝙ calefacere sit propria operatio balnei, quia quod est
F naturale alicui procedit à principio intrinseco, & per se, quia natura est principiũ intrinsecum motus & quietis per se, & non secundum accidens,vt patet.2.physi.te.cõ.3.sed calefacere ignẽ balneo per aliud,quia per ignem,quare &c.pręterea quod est operatio artificialis non est naturalis,sed calefacere est operatio artificialis in balneo,ergo &c. Maior patet, qa ars & natura sunt principia diuersa.minor est nota. nam balneum fit artificialiter, quare &c. Pręterea Auer.vult in sexto colliget,cap.4.ꝙ balneũ nec calefacit, nec infrigidat, sed humectat, vel exiccat. Item Ioan. Damascenus in suis apho. Balnea non quærimus causa calefaciendi, vel infrigidãdi:sed humectandi vel exiccandi. Præterea videtur male dicere ꝙ balneũ calefacit suo aere, & humectat sua aqua, quia aer est humidior ꝙ aqua, quia est humidus ad summum, aqua autem non: & ideo humectatio magis est nata procedere ab aere ꝙ ab aqua.

Item

Item aqua calida magis debet calefacere q̃ aer calidus, quia caliditas magis imprimitur in aqua q̃ in aere propter corpulentiam aquæ, ergo male dicit. Dicendum est ad hoc, q̃ calefacere est naturalis operatio balnei & per se, quia per se procedit à qualitate partis balnei, nã sicut dicimus, q̃ aqua calida per se calefacit, & per accidens infrigidat: & q̃ aqua frigida per se infrigidat & per accidẽs calefacit: ita etiam quia balneum est actu calidum, quia habet aquã calidam & ignem calefaciẽtem, tanq̃ suas partes ad ipsum requisitas, ideo dicitur balneum per se calefacere. Item dicitur calefacere operatio balnei per se: quia est generale omni corpori: nã omnia corpora siue debilia, siue fortia & rara & spissa calefiunt in tali balneo. Tunc ad primam rationem, cum dicitur quod est naturale alicui procedit à principio intrinseco, conceditur, & cum dicitur hoc non est in proposito falsum est. & cum probas, quia inest ei mediãte aqua calida vel igne: dico q̃ tam aqua calida q̃ ignis est pars integralis eius, & per cõsequens eius principium intrinsecum, & non extrinsecum: non tamen est ei ita intrinsecum, sicut materia & forma homini, quia balneum est artificiale, & res per aggregationem, & per hæc patet solutio. Ad secundam, quia nõ accipitur hic naturale, vt distinguitur cõtra artificiale, sed vt distinguitur contra extrinsecum: quia caliditas est ei intrinseca. Ad aliud dicendum q̃ non vult intelligere, q̃ balneum non calefaciat absolute, nec infrigidet, cum ibi sint aliquæ partes calidæ & aliquæ frigidæ: sed intelligendo in comparatione ad humectationem vel exiccatiõem, quia plures partes balnei humectant vel exiccãt, q̃ calefaciant vel infrigident: nam aqua calida solum ibi calefacit & aer calidus, & aqua frigida solum ibi infrigidat: sed tam aqua calida q̃ frigida, & etiam aer humectant: & sic intelligit Auer. & Dama. s. quo ad plures partes balnei. Ad aliud dicendum quod pro tanto dicit, q̃ balneum calefacit mediante aere potius q̃ mediante aqua, quia aer calefaciens propter sui subtilitatem magis est natus penetrare & interius calefacere, q̃ aqua quæ grossior & minus penetratiua: dixit et q̃ balneum habet humectare mediãte aqua magis q̃ mediante aere, quia aqua est magis corpulenta q̃ aer, vt dicit Auer. & quia in balneo non solum est calida quæ humectet, sed frigida inhumectat, aer autem solum calefacit in balneo, ita q̃ non infrigidat, ideo ratione plurium eius partium aqua humectat magis q̃ aer: & ideo magis attribuit humectationẽ balnei ipsi aquæ q̃ aeri: & sic ad illud. Vlterius est intelligendũ q̃ Aui.

A distinguit domum balnei in tres casas, siue cãmerulas: et ratio hęc est, quia sicut natura in suis operationibus non procedit subito, sed paulatim: ita etiam ars medicinę in operationibus balnei, quarũ prima est caliditas mediocris, & talis dicitur infrigidans & humectans, nõ quia infrigidet absolute: sed quia minus calefacit q̃ aliæ, & ideo potest homo eius caliditatem tolerare, dato q̃ non extrahat pãnos, & hæc domus prima plus humectat q̃ calefaciat: quia ex quo est debilis caliditas plus habet resoluere q̃ calefacere, & quia resoluẽdo humectat, ideo plus humectat q̃ calefaciat: & istam primam casam non habent balnea nostra. Secunda casa est magis calida q̃ prima, & minus q̃ tertia: & ideo dicitur calefacere respectu primæ & humectare respectu tertiæ. tertia casa est calefaciens respectu aliarum, & exiccans propter suam caliditatem. Dubitaret aliquis circa

B illam partem: & neq; attẽdenda sunt &c. quia diceret aliquis quomodo non sunt attendenda illa verba, quia sunt verba Gal. in cõ. 13. 4. particu. illius apho. Ad elleborum his qui nõ &c. Ad hoc dicendum per expositionem literæ: quia nõ vult hic Auic. reprehẽdere. G. in hoc dicto, sicut verba vidẽtur sonare, sed vult dicere q̃ nõ sunt huic dicto contraria, propter quod notandum q̃ duplex est humectatio: quædã est nutritiua sic isto modo nutrimentum conuertitur in substãtiam mẽbri: & ipsum primo rorat & humectat, & de hac intelligit ibi Gale. q̃ aqua hoc modo nõ humectat, quia non nutrit, vt habitum est supra. Alia est humectatio quæ est quædã madefactio, & præparatio corporis ad resolutionem, & hoc modo intelligit hic, quando dicit q̃ aqua hume

C ctat membra, propter quod illa verba istis non contradicunt.

Sed plerunq; &c. Hic ponit operationes balnei non naturales. Primo distinguit istas operationes non naturales. Secundo de ipsis exequitur. ibi (Est nanque cum accidit.) Et notandum quòd istæ operationes possunt dici non naturales dupliciter, aut quia non sunt procedẽtes à balneo per se, aut quia non sunt cõmunes omnibus balneis vel omnibus hominibus: sed quod est naturale debet competere per se, & per consequẽs omnibus, quia quod est per se est de omni, sed non conuertitur, vt patet primo Posteriorum. Deinde cum dicit.

Est namque &c. Hic exequitur. Primo declarat istas operationes, vt procedunt ab aere. Secundo vt sunt ab aqua. ibi (Cum eius aqua &c.) Iuxta quod notandum, q̃ exiccare inest balneo per accidẽs. s. resoluendo humidum cum deberet

ret humectare:& ideo apparet vlterius ex hoc ꝙ quando dixit supra, ꝙ tertia casa est calefaciẽs & desiccãs, ꝙ illa exiccatio tertię casę est per accñs.

Cumq; eius &c. Hic ostendit idem, quátum ad operationes aquæ. Primo quantum ad qualitates passiuas. Secundo quantum ad adiectiuas. ibi (Est tamen cum eius aqua.) Cũq; eius aqua est multæ caliditatis, cutis ex ea horripilatur. s. aqua multũ calida. i. corrugatur sup. quia ex multa & subita caliditate terretur natura, & tunc refugit calor naturalis ad interiora, & quia calor ille debilitat cutem, et tenebat poros apertus, ideo ad eius recessum sequitur clausio ipsorum & inspissatio cutis, ex qua inspissatione ꝓhibetur transitus aquæ per poros: quando ergo aqua est multum calida corrugatur cutis: sed quando est tepida dilatatur, quia ipsa est magis conformis calori nostro, & ideo ab ipsa non terretur: sed remanet in partibus exterioribus: & ideo aqua tepida plus resoluit q̃ multum calida, propter quod pręcipit Gale. in. 7. terapeuti. ꝙ si debet approximari aqua calida, quæ debeat resoluere debet esse tepida: si non, tunc debet esse, vel frigida, vel multum calida. Quare de eo quod dicit ibi.

Est tamen &c. Vtrum aqua sit frigida in vltimo: & vltimo infrigidet corpus. Et ar. ꝙ nõ sit frigida in vltimo, quia opium & mandragora & iusquiamus, & omnia narcotica magis infrigidant q̃ aqua. In oppositum est Aui. Ad hoc dicendum ꝙ refert quærere, vtrũ aqua sit vltimo frigida, & vtrum vltimo infrigidet: tunc dico ꝙ si quæras primo modo: dico ꝙ sic. quia cui inest aliquid primo, est tale in vltimo: sed aquæ inest frigiditas primo, ergo aqua est frigida in vltimo: maior est nota discurrẽdo in omnibus. nam igni primo inest caliditas: & ideo primo est mensura omnium calidorum: & omnia alia dicuntur calida per participationẽ ignis. minor declarata est secundo de generatione. tex. cõ. 21. quia quodlibet elementum habet vnam qualitatem à domino: & ꝙ aquæ primo inest frigiditas quare &c. Si autem quærat quis, vtrum vltimo infrigidet aqua, dico ꝙ non, immo multa sunt, quæ magis infrigidant. & causa huius potest esse multiplex, aut quia habet hoc à proprietate: & dato ꝙ aqua sit frigidissima, aut quia habet aliquam mixtionem per quam eius frigiditas citius penetrat ad membra interiora: nunc autem ad actionem rei naturalis non solum requiritur præsentia agentis ad passum, sed tempus sufficiẽs & multæ aliæ conditiones, vnde ad hoc vt aliquid infrigidet corpus requiritur ꝙ habeat in se aliquid quod faciat ipsum cũ sua virtute penetrare ad intra cor-

D pus: illud autem quod est frigidum sic quod habet naturam penetratiuam: & dato ꝙ sit in se minus frigidum sentitur magis frigidũ, q̃ quod extra remanet: vnde sicut dicit Albertus nõ est impossibile ꝙ ignis lacer igneus sit magis calidus q̃ elementalis ignis: & sicut est in artificialibus, ita etiam erit in naturalibus, nam poterit mixtum aliquod habere ex permixtione aeris quod vehementer penetret propter eius subtilitatẽ q̃ aqua ipsa, & propter permixtionẽ terrę ꝙ magis adhęreat quam aqua: & propter hæc duo magis infrigidabit: quia penetrabit ad intra, & stabit diu affixus in loco: aliter non esset verum, quando dixit ꝙ compositum magis agit in compositum q̃ simplex in compositum: aliter enim intelligendo esset falsum: quia quis dubitat ꝙ ignis magis agat in lignum ipsum calefaciendo q̃ aqua cali-

E da, & in corpus hominis etiam cum comburit. Sed credo ꝙ fuit ad hanc intentionem, nescio tamen si sic intellexit: tamen si debet esse verum, debet exponi sicut dictũ est supra. Vnus est, quoniã aquæ natura in vltimo rei existit frigida &c. Et ex hoc apparet ꝙ aliqua pars balnei debet esse frigida ad hoc, vt in vltimo balneationis superaspergatur corpus, vt pori claudantur vt calor non multum exhalet: sed constringatur interius & confortetur: & ideo aspersio aquæ frigidę confert in balneo, quando aliqui debilitantur ex nimia resolutione spirituum: & pro tanto ibi ponitur aqua frigida.

Circa hoc quæratur vtrum aqua calida possit in corpore humano redire ad frigiditatem naturalem primam. Et arguitur ꝙ non, quia quando aliqua qualitas, quæ inest alicui per aliquod alte-

F rans præsente alterante, vel imprimente non redit ad primam qualitatẽ: sed remanet sub dispositione alterãtis: sed aqua calida est huiusmodi. ergo &c. maior patet, minor apparet, quia semper est calor naturalis præsens. Et si dicas ꝙ non redit ad actualem frigiditatem: sed ad frigiditatem potentialem, sicut opium. dico ꝙ non est simile, quia refert de frigidis in potẽtia, & de frigidis in actu. nam ea quæ sunt talia in potentia semp operantur de se idem: vnde dicit. 3. de simplici medi. dist. 4. cap. 1. ꝙ dato ꝙ iusquiamus detur calidus actu: tamen semper infrigidat sicut aqua, quia est naturaliter igni contraria: dato ꝙ sit calida semper extinguit ignem proiecta super ignem: hoc autem est falsum, quia quando est calida aqua calefacit, quare non valet. In oppositum est Aui.

Ad hanc quæstionem dicunt quidam ꝙ aqua redit in corpore ad suam frigiditatem per naturam suam, quam habet ex seipsa. Alij dicũt quòd

aqua

aqua redit ad frigiditatem potentialem, ficut natura frigida. Alij dicunt, quòd aqua redit ad frigiditatem per calorem innatum. Sed prima opinio non valet, quia non mouet feipfum: & ideo dicebatur fupra ab Auic. in. j. fen, q materia non patitur, neq; creatur a feipfa: cũ ergo aqua quando eft calida fit in potentia ad frigiditatem: ideo per feipfam non poterit acquirere frigiditatem. Secundi non dicunt verum, quia non eft fimile de fimplicibus & mixtis, nam iufquiamus licet detur actu calidus, tamẽ femper infrigidat ficut aqua, licet actu calida proijciatur fuper ignem ipfum femper extinguit, fi ergo aqua reduceretur ad frigiditatem potentialem exiftẽs actu calida infrigidaret, ficut contingit in iufquiamo, quod eft falfum. Tertia opinio non valet, quia calor innatus nullam habet virtutem infrigidãdi, fed femper calefacit, ergo nõ dabit frigiditatẽ aquæ. Et ideo dicendum q eadem eft ratio, quare infrigidat in corpore, ficut quare eleuata ab igne infrigidatur: & caufa illius eft: quia aqua habet frigiditatem in fummo, & ideo ficut vult Cõmen. fecundo de anima, cõ. 115. quòd falua exiftẽte forma, aqua ipfa non poteft calefieri, nifi admixtione partium ignearum cum ea: & ideo quãdo eleuatur ab igne remanet calida, donec vapores ignei remanent in ea, & ideo quando funt exclufæ illæ partes igneæ remanent frigidæ, & eodem modo eft in corpore. Tunc ad rationem quando dicitur, quando aliqua qualitas &c. conceditur fi fit præfens, agens, potens ipfam conferuare in illa difpofitione, aliter non oportet, & quando dicitur in minori, q calor nofter propriã poteft conferuare caliditatem, dico quòd nõ eft verum, quia magis eft natus pati & infrigidari ab ea propter eius qualitatem & excellentem, quare ratio non cõcludit. (Et extinguet ipfum et infrigidabit.) Notãdum, q infrigidatio ab aqua calida eft per accidens dupliciter, aut quia refoluit calorem innatum, quo refoluto remanet corpus frigidum, aut quia ex eo q calida penetrat & fui humiditate obtundit calorem innatum &c.

Eft etiã &c. Hic determinat de balneo quantum ad diuerfitatem effectuum relictorũ ex balneo. Primo facit hoc. Secundo docet balneare hecticos. ibi (Qui autem balneum ingrediũtur.) Prima pars in duas. Primo facit hoc, quãtum ad qualitates actiuas. Secundo quãtum ad pafsiuas. ibi (Eft præterea cum ingrediuntur &c.) Circa iftam fecundam partem notandum, cum dicit. ipfo ficco fupple exiftente, fupple virtualiter, fcilicet propter virtutem rerum exiccantium pofitarum in balneo, vel dicitur ficcum, quia non

A apponitur aqua in ipfo, & hoc poteft effe dupliciter, aut quia folum fic ibi aer calefacit, ficut funt thermæ Anglicorũ, aut quia fiat balneum in quo fit receptus fumus folum rerum exiccantium, quod fit accipiendo quendam locum, in quo non pofsit aer refpirare, & de fubter fit ebullitio & effumatio rerum exiccantium emiffa per vnum canonem magnum & amplum, ficut fit in eis, quos volumus fortiter exiccare.

Quæritur vtrum balneum adiuuet digeftionem cibi. Et arguitur quòd non, quia fi hoc effet, tunc ingredi balneum poft comeftionem effet bonum, hoc autem eft falfum, quia hoc prohibetur cum faciat oppilationes, quare &cæ. Præterea illud quod diftrahit calorem à locis digeftionis ad exteriora, non adiuuat fed impedit digeftionem, balneum eft huiufmodi. ergo &cæ. B Præterea digeftio fit à calore naturali, fed caliditas balnei non eft caliditas naturalis, fed extranea, ergo &c.

Secundo quæritur, vtrum balneum digerat humorem frigidum. Et arguitur quòd non, quia illud quod prohibetur in catarrho ante digeftionem eius nõ digerit humorem frigidum: fed balneum eft huiufmodi &cæte. Maior patet, quia fi digereret catarrhum & humores frigidos, tunc coucederetur & non prohiberetur, minor apparet per Galenum in octauo de ingenio, capi. tertio, aut fexto, de regimine fanita. qui ipfum tunc prohibet. In oppofitum iftorum eft Auicen. Ad primam quæftionem dicunt quidam, quòd digeftio fit in tribus locis, fcilicet in ftomacho, fecunda in hepate, tertia in venis. Quod balneum non adiuuat primam digeftio-C nem, fed impedit, fcilicet digeftionem ftomachi: & hoc probant rationes fupra dictæ, fed digeftionem hepatis & venarum bene adiuuat: & fic intendit Auicenna, tamen ifti meo iudicio non fatiffaciunt bene vt videbitis ftatim, & ideo dico aliter, quòd fi balneum conuenienter approximetur, adiuuat digeftionem nutrimenti in omnibus membris digeftionis, fcilicet in ftomacho, in hepate & in venis, fi autem approximetur, inconuenienter impedit in ea in omnibus, nam ad digeftionem nutrimenti bona requiritur, quòd caliditas fit in locis digeftionis, & quòd prohibeatur frigiditas exterior: illud ergo quod facit caliditatem effe in locis digeftionis, & quod prohibet exteriorem frigiditatem iuuat ad digeftionem: fed balneum conueniẽter approximatum facit hoc, quare &cæte. Maior eft nota: nam illa duo requiruntur ad bonam digeftionẽ, mi. apparet, propter quod cõuenientia

approximationis balnei consistit ex parte duorum, scilicet ex parte balnei quod debet approximari: & ex parte corporum quibus debēt approximari. ex parte quidem balnei, nā quoddam est temperatum inter caliditatem & frigiditatem, quoddam est superfluū, vel quia nimis calidum, vel quia parum calidū. Similiter potest esse ista conuenientia vel inconuenientia approximationis ex parte corporum: nam quædam sunt rara, & debilia & facile passibilia, quædam sunt dura & fortia & depressa, & quædam mediocria: tunc dico ꝙ si sit corpus debile existens in regione frigida & aere frigido valde, tunc balneū aeris temperati ei competit non balneum aquæ, sed balneū quales sunt thermæ de Alamania, quæ sunt stuphæ siccæ, & tunc isti melius digerunt quo ad omnem digestionē. si vero sit tempus calidum & æstiuum, & in aere calido, tūc balneum aquæ frigidę, vel aeris frigidi confert digestioni eius, quia recludit calorem ad interiora, non tamen multum moratur in eo, quia tunc noceret, & sic de alijs. Ad secundam quæstionē dicendum, ꝙ balneū iuuat in digestione humoris frigidi, quia ipsum subtiliat & resoluit, & calorē naturalem cōfortat, si debite approximetur. Sed propter solutionem argu. notandū, ꝙ in catarrho sunt duo consideranda. s. fluxum humorum & humorem fluentem, modo intentio curatiua fluxus est resistere fluxui faciēdo ipsum sistere, sed ratione humoris fluxi intētio est euacuare & resoluere, tūc dico ꝙ balneum non competit catarrho ratione fluxus, immo noceret, quia faceret ipsum magis fluere q̄ resolueret, sed ratione humoris fluxi bene competeret. Sed quia maius est nocumētum, quod inducitur ex fluxu q̄ sit iuuamentū, quod inducitur ex resolutione: ideo quantum ad hoc prohibetur balneum ante digestionem catarrhi: & quātum ad hoc ipsum prohibet Gal. in. 8. Sed si humores essent calidi prohiberentur ratione vtriusq;. Et ex his patet ad rationes prius factas. Ad primam dictum est, quomodo debet aliquis ingredi balneū post comestionem, & qūo non. Ad secundam dicendum ꝙ balneū indebite approximatum nō distrahit calorē à locis digestionis, sed mittit vel cōseruat, vt visum est. Ad tertiam dicendum, ꝙ licet non faciat sicut principale: tamen facit sicut coadiuuans: & hoc sufficit quantum ad quæstionem quæsitam. Ad rationem alterius quæstionis responsum est. Notandum circa illud. (Verumtamen oppilationes efficit.) ꝙ hæc pinguedo non est bona: quia oppilatiōes generat. Itē apparet ex hoc quod balneum non faceret hoc in quocunq; corpore, quia non

D in corpore habente vias strictas: nam in eis faceret oppilationes, sed in habentibus illas illatas, vt libere exeat nutrimentum ad exteriora per eas.

Qui autem &c.) Hic gratia eius quod dixit, docet modum balneandi hecticos, quia inciden taliter hæc introduxit, vel dicatur à nobis.

In balneo &cæ. Postquam determinauit de operationibus balnei, quæ debite approximato balneo sunt iuuatiuæ: hic determinat de nocumentis balnei. Iuxta istam partem notandum, ꝙ sicut dicit Auer. in. 6. colliget, cap. 4. balneum facit effectus multos et contrarios, quia calefacit & infrigidat, humectat & exiccat, debilitat & fortificat, macrefacit & impinguat. Isti autem effectus contrarij dependent ex tribus causis. s. ex mora in balneo. Secūda ex parte partium balnei. Tertia ex parte corporum quæ in balneo approximantur. Ex mora quidem in balneo, quia si superflue moratur infrigidat vltimo propter resolutionem caloris innati, & exiccat & debilitat & macrefacit, si parum moretur, facit horum contraria, si mediocriter media. Similiter rōne partium balnei, quædam enim calefaciunt & exiccant: quædam enim calefaciunt & humectāt: supra posuit de casis balnei. Similiter ex parte diuersitatum corporum balneatorū, quia si sit corpus purum & mundum à superfluitatibus, tunc resoluitur circa cutem & sanum relinquit, si vero sit corpus non purum, sed plenum superfluitatibus, vel habens aliquod membrum debile, tūc balneum saltē aquæ dulcis nocet eis, & facit nocumenta quæ hic enumerat Auic. nam facit descēdere facile superfluitates ad membra debilia. Et causa hæc est triplex. Prima est, quia balneum

E

F addit in motu materiæ, quia ipsum magis cōmouet & agitat: & per consequens citius fluit ad locum debilem. Secunda est, quia aperit et ampliat vias: & sic preparat viam humoribus vt fluant ad locum. Tertia, quia resoluit virtutē illius membri debilis. Quarta, quia rarefacit materiā & subtiliat propter caliditatē eius: & ideo facit ipsam magis aptam ad fluxum. hoc facit balneū aquæ dulcis, sed balneum aquæ salsæ faceret contrarium exiccando, vel aquæ sulfureæ, quæ habent magis hoc euacuare &c.

Balneum quoq; &cæ. Postquam determinauit de operationibus balnei facti ex aqua dulci, hic determinat de operationibus balnei, quæ fiunt ex aquis non dulcibus. Et primo proponit diuersitatem operationum eius in generali. Secundo exequitur de eis in speciali. secunda ibi (Si enim fuerint nitrosæ.) Et hæc secūda in duas. Et primo determinat diuersas operationes istorum

rum balneorum aquarum non dulcium. Secundo ponit quędam generalem canonē obseruandum in omni balneo secunda ibi (Qui autem in terminis.) Prima in duas. Primo ostendit in generali diuersitatem operationū balnei ex diuersitate aquarum non dulcium. Secūdo de illis determinat in spāli. secunda ibi (Aereę vero aquę.) Notandum circa illud. (Marinæ aut cineritiæ,) quòd aquæ cineritiæ fiunt hoc modo, quòd coquitur cinis cum aqua: & quādo bene est impressa virtus cineris ī aqua extrahitur illud grossum de cinere quod residet in fundo: & postea iterū ponitur in eadem aqua adhuc de cinere alio, decoquitur & grossum proijcitur, & sic fit ter, vel quater, vel plures quousque partes multæ subtiles, & adustæ misceantur bene cum aqua, & efficitur fortior secundum fortitudinem cineris, & cinis est fortis, secundum ꝙ fit de lignis aptis ad B hoc: nam ex quibusdā lignis fit fortis vt de cereto, quercu, & robore & similibus: ex quibusdam autē debilis, vt de salice, vel palleis, & similibus.

Et prohibebunt humorum descensionē &c. Circa quod diceret aliquis non videtur ꝙ prohibeāt fluxum humorum ad apostemata, quia istæ aquæ subtiliatiuæ sunt, & per consequens faciēt humorē magis fluere ipsum colliquando & subtiliando. Dicendum ad hoc per expositionem literæ ꝙ prohibebunt, id est prohibitionem faciēt per viam resolutionis materiæ quæ debet fluere ad apostemata causanda. Et ideo notandum, ꝙ balneatio talis aquę non debet fieri super locum debilem & apostemandum, quia tunc magis attraheret humores ad locum illum debilem: sed in locis anterioribus à qbus materia fluit: & tūc duo faciūt ex quibus prohibetur fieri apostema: C nam resoluunt materiam & ipsam diuersificāt, diuertunt ad alias partes contrarias propter caliditatem: nam ipsam subtiliant & resoluunt, vel expellunt. Et venam habentibus ciuilem.) Iuxta quod notandum, sicut apparet per Auice. 4. cano. vena ciuilis, & vena medena sunt idem: vnde dicitur medena à ciuitate meda: quia illi de illa ciuitate maxime incurrebant hanc passionem & est pustula quædā, à qua egreditur quasi continue aliquid ad modum fluxus venæ: & illud quod egreditur mouetur aliquando, adeo quòd putatur ꝙ sit animal, vel dubitatur vtrum sit animal vel non: modo istæ aquæ conferunt habentibus talem pustulam, quia resolnunt, subtiliant, & exiccant illam materiam melancholicā, quare conferunt &c.

Aereæ vero &c. Hic deter. in speciali de diuersitatibus opationum istarum aquarum non A dulcium, quando ex eis fit balneum, & quatuor facit. Quia primo determinat de effectibus aquarum mineraliū. Secundo de operationibus aquarum aluminosarum. ibi (Aquis aluminosis.) Tertio sulphurearum. ibi (Sulphureæ vero.) Quarto de operationibus balnei aquæ maris. ibi (Marinę autē aquæ &c.) Prima in duas, quia primo ostendit in generali quales operationes fiunt ab aquis mineralibus. Secundo hoc facit in speciali. ibi (Et æneæ quidem &c.)

Sed statim tu dices hoc est falsum: quia hic dicit, scilicet quòd istæ aquæ iuuent in ægritudinibus frigidis & humidis: quia omnes istæ aquæ præter salsas sunt frigidæ: ergo nocent ægritudinibus frigidis & humidis & arteticis, & podagricis & paralyticis. Item nocere videntur asthmati constringendo vias anhelitus: quia omnes istæ aquæ exiccant. Item videntur nocere carbunculo: quia carbūculus fit ex siccitate materiæ: & istę aquæ exiccant. Item quomodo possunt ægritudinibus conferre, cum sint diuersarum naturarū: nam quædam sunt calidæ & siccæ, vt carbunculus, quædam frigidæ & humidæ, vt arthetica & similia cum contrarijs morbis competant cōtrariæ curæ. Ad hæc omnia dicendum, quòd istæ aquæ conferunt ægritudinibus causatis ex frigiditate & humiditate. Sed notandum quòd hoc faciunt dinersimode. nam aquæ ferreæ & æreæ conferunt: & hoc dico maxime si apponatur super membrum infirmum confortando calorem propter earum stypticitatem & fluxui resistendo, sed aliæ aquæ puta salsæ conferūt, si apponantur super membra, ex quibus fluūt humores antequam fluant: quia resoluunt & exiccāt, & ideo aquæ salsę conferūt istis ægritudinibus resoluendo & exiccando & confortando, & videte aquæ salsæ non cōpetunt in principio, nec in augmento, nec in statu, quia plus attraherent de materia ad locum: tamen bene competunt in fine, vt resoluant & exiccent vlcera: ferreæ autem non in fine, sed in principio & augmento: sic conferunt omnes istæ aquę ęgritudinibus humidis exiccando: & paralysi & asthmati quia exiccant, & per hoc apparet solutio ad omnia illa. Tamen de carbunculo notandum, quòd per carbūculum non intelligo hic apostema magnum factum ex melancholia adusta, vt communiter accipitur carbunculus, quia istę aquæ magis nocerēt ei quàm prodessent, sed per carbunculum intelligo pustulas paruas à quibus egreditur aliqua humiditas virulenta ad modū carbunculi, & istis pustulis conferunt istæ aquæ exiccando: & ideo exponę. Et cōferunt carbūculis et vlceribus. i. pustulis

vlcerosis similibus carbunculo.

Et æneæ &c. Hic determinat de operationibus istarum aquarum mineralium in speciali. Et postet diuidi in tres partes. Quia primo ostendit operationes ænearum. Secundo ferrearum. ibi (Ferreæ vero.) Tertio simul nitrosarum & salsarum. ibi (Et nitrosæ quidem.) Sed legantur omnia simul.

Aquis &c. Hic determi. de effectibus aquarum aluminosarum, et atramentalibus, id est in quibus est virtus vitrioli, non quia in eis dominetur vitriolum: sed quia habet aliquas partes ferreas, quę habent virtutem vitrioli. (Et cachexię) id est disponi ad hydropisim. (Et multo sudori.) s. prohibendo ipsum propter stipticitatē earum.

Sed tu dices, quomodo conferunt cachexiæ, cum sint stypticæ: & cachexia fit ex superflua humiditate? Dicendum quòd conueniunt ei, quia exiccant. Item quia habent confortare membra principalia, scilicet hepar, ex cuius. s. hepatis defectu prouenit cachexia. Item habent mēbra conseruare exteriora, ne recipiant illas humiditates.

Item dubitaret aliquis. Non videtur, q aquæ sulphureæ valeant duriciei vuluæ: quia cum ipsæ exiccare habeant, magis indurabūt eam. Dicendum quòd duplex accidit durities in vulua. Vna quæ fit à siccitate, & isti non confert: sed magis noceret, & de ista non intelligit. Alia est quæ fit ab humoribus frigidis & grossis & viscosis, & talibus est conueniens: quia ipsas subtiliat & resoluit: & sic intelligit hic. (Sed stomachum laxant) id est debilitant, & nō accipit hic laxare pro mollificare, eo quòd ipsæ non mollificant, sed exiccant & resoluunt.

Item diceret aliquis. Non videtur quòd aquę marinæ repleant caput, quia supra dictum est, q aquæ salsæ sunt subtiles & habent resoluere, sed cum aqua maris sit salsa: ideo non habet replere. Dicēdum est ad hoc, quòd aqua maris cum hoc, quòd est salsa: tamē habet aliud quàm alię aquæ salsæ: quia cum hoc est grossa: & ideo est styptica propter admixtionem partium terrestrium: & ideo facit oppilationes: et ideo accidit quòd replet caput, sed aliæ aquæ sunt subtiles magis: & ideo hoc non facerent.

Qui autem &c. Hic ponit quēdam can. generalem obseruandum in omni balneo.

Et nos &c. Hic pro sufficientiori determinatione dictorum remittit ad alium locum. Circa hoc notandum cum dicit. (Cū de potu aquę frigidæ &c.) quòd non debet intelligi, sicut sonat: quia non determinauit ibi de potu aquę frigidę, sed expone de potu, de balneo aquæ frigidę, quę D aqua frigida dicit potus frigidus, tamen ineptus modus loquendi fuit & cæte.

De his quæ proueniunt ex vsu Solis. *Cap.* 29.

IN arena &c. Postquam determi. de vna re annexa. s. de balneo: hic determinat de alia, scilicet de fricatione. Et notandum q non determinauit hic de fricatione directe, quia de ipsa determinabit in libris particularibus, vt de fricationibus cum pannis rigidis & huiusmodi: sed solum determinat de quibusdam annexis fricationi, de quibus postea nō determinabit: ista autem annexa fricationi sunt quatuor & duo facit. Primo determinat de istis quatuor in generali. Secundo in generali. ibi (Et sudorem efficit.) Nota quòd hoc debet referri ad sepeliri & in arena, & ad balneari in oleo: non autē ad aspersionem aquæ frigidæ: sed illa aspsio aquæ frigidæ est causa resolutionis inquantum confortat virtutem, E quæ postea superfluitates expellit: & hoc est per accidens. Notandum quòd ex istis apparet solutio cuiusdam problematis, quòd mouet Aristo. in secūda parti. 10. problemate, scilicet quare qui stant in Sole calido multum cum paucis pannis non sudant: quia fortis calor constringit & coarctat poros: & si quid resoluit in fumum insensibilem subtiliat vel consumit & sudorē non efficit.

In sole &c. Hic determi. in spāli de istis quatuor annexis fricationi. Primo de effectibus fricationis morando in sole. Secundo de effectibus volutationis & exiccationis in arena. ibi (Et arenæ quidem.) Tertio de effectibus fricationis in oleo. ibi (Semicupium vero.) Quarto de effectibus sparsionis aquæ super faciem. ibi (Faciem vero.) Prima in duas. Primo ponit effectus qui fiūt F in sole, quando non superflue moratur. Secundo quando superflue moratur. ibi. (Quod si aliquis.) Iuxta est (Et ægritudines prædictas in capitulo de sole.) id est in sermone de fricatione facta ad solem sicut sonat: quia de sole non facit capitulū, & dicit ægritudines prædictas, id est apostemata laxa & hydropisim &c.

Semicupium vero &c. Hic determinat de effectibus fricationis in oleo, vbi dicit (Aut dactylon.) Aliqui dicūt quòd est species vulpis, aliqui quòd est species lupi, aliqui quòd est talpa.

Faciem vero &cæ. Hic determinat de effectibus sparsionis aquæ super corpus: circa quod notandum quòd ex hoc apparet quòd in causone, & in febribus fortiter adurentibus non est inconueniens, quòd caput & extrema ponantur in aqua frigida, quod virtutē corroborat & confortat: licet autem habeant hæc pro incontinenti. (Et pprie ex aqua rosacea et aceto) supple quia confortat

confortat ratione suæ stypticitatis & aromaticitatis: & acetum quia facit penetrare. (Et est cum desiderio appetitus.) id est quia appetitui confert propter roborationem quam facit in calore innato. (Et dolorem frigidum capitis.) quia adauget morbum.

Iacobi de partibus interpretatio, super Cap. 19. summæ primæ, Doctr. 2. Fen. 2. Canonis primi Auicen.

De his quæ proueniunt ex balneatione. Cap. 19.

Quidam ornate &c. In hoc capitulo primo agit de meliore balneo & operatione eius naturali, & suarum causarum. Secundo de mutationibus alijs per accidens, & per se prouenientibus à balneo, & de aqua balnei quando calefacit, & quando infrigidat, & de balneo resolutiuo quando calefacit. ibi. (Sed plerunque ex balneo.) Tertio ex diuersitatibus effectuum balnei penes suam siccitatem & humiditatem & moram in eo paruam, vel multã & ingressum eius corpore repleto, vel inanito. ibi (Et præterea cum.) Quarto de obseruandis in balneo siccorum, vel hecticorum, vt per ipsum humectentur. ibi (Quod si quis eorum.) Quinto de nocumentis balnei. ibi (Præterea cum multis.) Sexto de differentijs balneorũ penes suas aquas. ibi (Balneum quoque differentias.) Septimo de effectibus prouenientibus ex vsu Solis, & sepultura ac volutatiõe in arena, & balneo olei, & roratione faciei cum aqua. ibi (De eis quæ proueniunt.) In prima parte, quæ est præsens tex. primo describit melius balneum. Secundo memorat effectus ipsius. ibi (Debes autem.) Tertio effectus suarum casarum. ibi (Et prima est.) Quarto tollit errorem quorundam circa aquam balnei. ibi (Et neque.) In prima parti dicit primo, quòd quidam ornate loquẽtium, scilicet Plinius secundus egregius philosophus & medicus eloquentissimus inter Romanos sui tẽporis, qui librum edidit de Historia naturali, descripsit melius ex balneis per tria. Primum est quòd eius fabrica sit antiqua, scilicet parietes, tectum, & fundamentum. Ex nouis enim maxime cum fuerint calce, vel luto liniti redditur aer balnei grossus, rheumaticus, præfocatiuus. Et intellige quòd istud balneum antiquæ fabricæ cum antiquitate sua fuerit frequentatum, alioquin est mali & impuri aeris, eo quòd aer in eo reclusus & suffocatus non renouatus putrefit. Secundum est quòd aer balnei sit amplus, quia in strictis balneis se balneantes recipiunt anhelitum, alter alterius quan- A doque fœtentes: & coguntur sæpius aspirare iterum aerem emissum cũ expiratione, veluti inutilem ad cordis refrigerium, similes facti illis qui cibos euomitos iterum resumunt. Tertium est, ꝙ aqua fluens & effusa per ipsum sit aqua dulcis non habens extraneam qualitatem, qua corpus immutet immutatione, aliter quàm quæ ex balneo cõmuniter quæritur. Secundo dicit ꝙ descriptioni melioris balnei per tria prædicta, quidam addidit quartam conditionem, scilicet vt balneator, id est rector & director balneorum mensuret ignem balnei proportionaliter ad illius complexionem & conditionem qui balneandus est. Quidam enim calidi rari facile resolubiles balnea caliditatis intensę non sustinent: & si se coegerint ad sustinendum, vel syncopizant, vel febrem incurrunt. Alij frigidi vel densi compacti B non sudant, nec assequũtur balnei beneficium, nisi vehementer fuerit calidũ. Alij inter hos medio modo se habent.

Debes autem &c. In secunda parti. dicit, ꝙ operatio naturalis balnei est, ꝙ calefacit per ipsius aerem, & humectat per suã aquam. Attende primo, quòd Gręci & Arabes nomine balnei communiter vtuntur pro loco artificialiter præparato ad extergẽdam sordiciem humanæ cutis & mundificandum mẽbra exteriora, & tollendũ corporis lassitudines, licet submersio corporis in fluminibus, aut in mari, vel in alijs aquis frigidis, aut calidis arte, vel natura, solet etiam balneum vocari. Attende secũdo quòd triplex est artificiale balneum. Quoddam est aquæ tantum ꝙ proprie tina, vel lauacrũ dicitur, scilicet cum in tina, vel cuua plena aqua corpus nudum poni C tur. Aliud aeris, vel vaporis, tantum quod vocatur proprie stufa: & cum igne calefit pyria appellatur. Fit etiam quandoq; in cuua duplicis fundi cum lapidibus candẽtibus, vel lateribus vel quarellis ignitis inter duos tinæ fundos reclusis, vel cum ferro ignito in vasculo aliquo occultato. Aliud est aeris & aquæ simul, cum scilicet in stuphis sint tinæ aqua plenæ. Et de tali balneo loquitur hic prin. dicens, ꝙ naturalis operatio balnei est calefacere suo aere, & humectare sui aqua. Attende tertio, quòd talis balnei multæ sunt vtilitates, iuxta illud Ra. quarto Alman. Sũt etiam de iuuamentis balnei corpus humectare, & renouare, porosque aperire, & sordes congregatas detergere, repletionem quoque minuere & ventositatem dissoluere, & ad somnum ducere, & humores subtiliare. Balneum præterea dolorem reprimit, ventrem stringit, lassitudinem remouet, corpus nutrientibus aptum efficit.

Et prima casa &c.) In tertia parti dicit φ prima casa balnei infrigidat & humectat corpus, & secunda calefacit & humectat, & tertia calefacit & desiccat. Attende primo φ Graeci & Arabes olim curiosi magis & solliciti circa sanitates hominum seruandas φ̃ hodie simus, sua balnea aedificabant cum tribus casis seu stationibus, vel domunculis sibi inuicem proximis, quibus erat aditus de vna in aliam, vt gradatim balneaturi incederent de frigido in calidum: & ita recederent. Sed hodie balnea seu stuphas aedificant homines grossiori modo vnica casa contenti & se spoliāt in cameris distantibus à stuphis, & vnico linteo cooperti de cameris frigidis subito se transferūt ad stuphas, & consimiliter linteo solo cooperti se subito transferunt à stuphis calidis ad cameras frigidas, & si velint in tinis lauari, lauant se extra stuphas: vnde euenit vt frequenter qui sani stuphas ineant, infirmi redeāt & qui infirmi intrāt, exeant infirmiores. Attende secundo φ stupharum hodiernarum vnicam casam habentiū quibusdam calor aduenit de subtus per pauimētum sicut Parisijs: alijs à latere per poros insertos alteri parietum, vt in istis bassis regionibus, et in istis est similitudo maior cum stuphis trium casarum φ̃ in prioribus: propterea φ in prioribus calor veniens de subtus quasi vniformiter totam calefacit stupham. Sed in istis calor dispergitur ita difformiter, vt in eis possint tres diuersi gradus proportionales gradibus causarum trium assignari. Primus iuxta parietem oppositū illi cui pori infiguntur vnde venit calor. Secundus in medio primi & tertij. Tertius gradus est prope parietē, vnde venit ignis. Attende tertio, φ apud Arabes vnde fuit princeps casę balnei sic distinguebātur φ prima erat cōparatione ad alias frigida & humi. sed in se erat quasi tepida. Et in ea spoliabantur homines suis vestibus: erat enim propter ipsius teporē conueniens omnibus, eo φ tepidum infrigidat calefactos, & calefacit frigidos. Secunda erat calida & hu. calida quidem per igneū calorem quo calefiebat. Humida vero propter effusionem quasi continuam aquae calidae per eam. Et in ea tinae plures erāt plenae aqua calida, quas balneantes intrabant, & in eis se lauabant & fricabantur. Tertia erat calida & sicca propter fortem ignis caliditatem sibi aduenientem absque multa in ea sparsione aquae. Et hanc subintrāt cupientes abunde sudare & humiditates plurimas à profundo corporis educere. Et sicut gradatim per istas casas intrabant sic gradatim per eas redibant se reuestientes in prima casarum, vbi se spoliauerant. Attende quarto quòd Gal. 10. de in-

D ge. san. cap. 10. casas balnei distinguit opposito ordine vocans illam tertiam quam princ. hic primam vocat, & econuerso. Ait enim ibi. Sed prima pars balnei, id est calidus aer magis caeteris corpus totum calefacit, dissoluens, liquefaciens, et extenuans humores eorum etiā diuersitatem, & imparilitatem, atque angustiam facit aequam & insimul esse: poros dilatat, purgans quod à cute exire prohibebatur. Secunda pars balnei, id est aqua calida si fiat propter, id est cōtra siccitatem poterit emittere suam humiditatem vsq; ad fundamenta membrorum eis etiam suscipientibus & custodientibus. Tertia pars balnei, id est aqua frigida totum corpus infrigidat, cutim constringit & confortat. Quarta pars balnei, id est exiccare sudorem, purgat humores corporis cum sudore sine vllo nocumento, quod fit ex frigidita-

E te: balneum tamen haec omnia facit, si aqua eius fuerit dulcis, & fiat in congruo tempore: hęc Galenus. Attende quinto quòd Galenus & Prin. super hac controuersia sic possunt concordari, quòd prin. describit casas balnei sanorum tali ordine, quo debēt eas ingredi. Sed Galenus describit passu nunc allegato casas balnei hoc ordine, quo debent ethici eis vti. Primo quidem debent casam subitrare, quae calidior est, vt & fumi capnosi resoluantur, in quibus abundant: & sic pori aperiantur, quòd per eos possit aqua profundari: consequenter debent intrare secundam, & immergi in tina plena aqua calida mediocris caliditatis, vt per eam humectentur, deinde debent intrare casam frigidam, quam tertiam vocat. Et illic subito mergi in tinam plenam aqua frigida, vt pori claudātur, vt aqua quae penetrauit in cor

F pus retineatur, humectans interiora. Iuxta illud Gale. cap. nunc allega. iuuat ergo in siccis & calidis capnosum fumum purgari. Istud est iuuamētum ex prima parte balnei factum, si prout oportet existat. Secūda vero pars, id est balneari quodāmodo prodest ei, eo quòd humectat, sed quoniam calefacit nocuum est. Tertia pars balnei refrigerat calefactum corpus praeter vllam lęsionem virtutē confortat, membra quoque ex balneo vltra modum dissoluta ad naturalē modum reducit: haec Galenus.

Et neque &cae.) In quarta parti dicit, quòd non est credendum illi qui asseruit, quòd aqua nō humefacit mēbra interiora, neq; cū bibitur, neq; cū corpori deforis occurrit. Attende φ aliqui affirmauerūt aquā non humectare nos, neq; bibitā, neq; nobis exterius occurrentē, quia cum sit elementum nō potest sic īmisceri corpori, φ fiat pars eius nisi in prima cōpositiōe ex elemētis

in qua

in qua fit pars materiæ hominis non pars formalis, non ergo humectat intime membra nec restaurat aliquid resoluti humidi. Item aer quo nihil est humidius non humectat corpus, neq; penetrans in ipsum, neq; deforis occurrens, immo continue desiccat corpus nunquã perueniens ad tantam frigiditatem, quin semper aliquid resoluat de nostris corporibus. Prima harũ rationum soluitur, concedendo ꝙ aqua bibita vel nobis exterius occurrens non humectat nos substantialiter, ita ꝙ fiat pars nostri, sed madefacit nos et profunde imbibit, & non finit innatum calorem resoluere libere radicale humidum. Ad secundam dic, ꝙ nec aer sic imbibitur membris nec tam stabiliter permanet in eis sicut aqua, qua ꝓpter non sic humectat. Iuxta illud Auer. 6. colliget. c. 5. Et quãuis aer sit humidior aqua, sicut alibi declaratum est: tamen nõ humectat corpora sicut aqua, eo ꝙ nõ applicatur corpori, sicut aqua, immo desiccat corpora.

Sed plerunq; &c. In hac parte secũda primo diuidit mutationes, quæ à balneo fiunt, & declarat qualiter balneum qñq; suo aere infrigidat, & sua aqua non humectat. Secundo declarat qualiter aqua balnei quandoq; calefacit quandoque infrigidat. ibi (Et est cum.) Tertio qualiter balneũ calefacit interdum resolutione. ibi (Est &c.)

In prima parti. dicit primo, ꝙ duo genera mutationum prouenire solent ex balneo vltra operationes eius modo tactas, cum dicebatur ꝙ suo aere calefacit, & sua aqua humectat. Vna est operatio balnei per accidẽs: alia per essentiam, id est per se & directe. Secundo dicit declarando operationem eius per accidẽs, ꝙ balneum quãdoq; suo aere infrigidat resoluendo nimium de calore innato, sicut flamma maior extinguit minorem: quia vastat humidum, quod minorem seruat, quandoq; etiam balneũ suo aere exiccat substantias membrorum: quia resoluit naturales humores solitos nutrire membra, quibus resolutis calor innatus membrorum resoluit seipsum & proprium humidum: & non solum resoluit aer balnei bonos humores, sed etiã humiditates coniunctas membris, & eis intimas cum nimiũ continuatur, & licet bonos humores resoluat, puta sanguineos malos, tamen auget, atque multiplicat, videlicet choleram & melancholiam. Choleram quidem inflammando sanguinem, melancholiam vero resoluendo subtile grosso relicto terrestri quod melãcholia est. Tertio dicit, quòd aqua balnei vehementer calida, cutis horripilationem inducit & claudit poros ipsius: ex quorum clausiõe euenit, vt nec humiditas aquę pro-

A fundetur in corpus, nec humiditates corporis libere resolui possint calore aquę, vel aeris balnei. Et hæc est operatio aquæ balnei per accidẽs contraria illi operationi naturali qua balneum dicebatur sua aqua humectare. Cuius opationis ante principem Gale. meminit tertio de regimine sanitatis, capitulo secundo dicẽs, ꝙ dulcium aquarum calidarum, virtus siquidem eucratę sunt est calida et humida. Si vero calidiores magis quàm oporteat calida quidem est virtus: non tamẽ humida: adhuc similiter, horrere enim cogit corpora & inspissari poros eorum, vt neq; patiantur vltra exteriori humiditate, neq; quid interioris superfluitatis euacuetur. Et intellige per horripilationẽ horridam pilorum cutis eleuationẽ cum diuersitate in frigore & punctione. Iuxta illud principis quarti prima tractatu secundo capi. sexto. Horripilatio est dispositio in qua ĩuenit corpus diuersitatem in frigore & punctione in cute & lacertis. Et fit quandoq; à caliditate superflua corpori occurrente quandoque à frigiditate teste Aristo. quærente particula octaua problematum problemate decimo, propter quid horripilantur & calido & frigido infusi.

B

Et est cum &c.) In secũda dicit primo, quòd aqua balnei quandoq; calefacit, quandoque infrigidat. Secundo dicit ꝙ calefacit propter hoc ꝙ est multũ calida: & hæc est operatio per se aquæ calidæ. Tertio dicit, quòd infrigidat & humectat, quando calor eius est modicus & minor, quàm sit calor aquæ tepidæ: & hæc ipsius operatio est iterum per se. Quarto dicit, quòd aqua balnei calefacit interdum cũ fuerit frigida: quia calor habitus, id est acquisitus ab aere balnei constringitur & impellitur ad ĩteriora corporis per frigiditatem aquæ, cũ corpori obuiauerit actualiter frigida: & hæc est operatio per accidẽs aquæ frigidæ. Et secundum hanc expositionem hoc quartum dictum debet coniungi secundo hoc modo. Sed eius quidẽ calefacere est, ideo quòd multum est calida & propter constrictionẽ cum fuerit frigida, quia calorem constringit &c. Vel intellige si vis quòd aqua frigida refrigerat exteriora, quia depellit ab eis calorẽ ad interiora. Et hæc est operatio per se, qua vnum contrariũ depellit aliud. Quinto dicit quòd aqua frigida balnei tunc infrigidat, cum quis multo tempore se balneauerit in ea. Nam per lõgam in ea moram frigus eius penetrat ad interiora maxime si vehemẽs fuerit, & hæc est operatio per se. Sexto dicit ꝙ aqua balnei dulcis infrigidat corpus duobus modis, siue calida fuerit siue frigida. Primo à sibi connaturali & habituali frigiditate. Ipsa enim

C

per naturam eius est in vltimo frigiditatis.i.summe frigida, licet cum calefit vel calefacta est calefaciat corpus accidentali calore. Talis enim calor, nec in aqua, nec in nostro corpore diu permanet: sed cito auferetur vtrisq; se reducentibus ad propriam naturam. Remanet igitur in aqua balnei, qua nos penetrauit operatio propria scilicet infrigidatio: licet calida penetrauerit, quia se reducit ad suam naturam. Secũdo quia est humida siue calida, siue frigida sit: & ideo postquã multum humectauerit cõstringet & suffocabit calorem innatum præ multitudine suæ humiditatis & extinguet ipsum, & sic infrigidabit, sic aqua plurima licet sit feruentissima supra ignem proiecta extinguit ipsum.

Est etiã &c.) In tertia dicit q̃ q̃nq; balneum resoluendo calefacit, s. vel quia resoluit humiditates quibus hebetatur calor digestiuus & suscitat sopitum calorem, vel quia resoluit ventositates quæ prohibent stomachum & alia vasa digestionis à perfecto amplexu cibi. Et hoc opus facit balneum dum reperit cibum, qui tempore debito non fuit digestus, vel humores crudos: hos enim maturat & cibũ decoquit. Sed instabit aliquis quia balneum resolutiuum spargit & dissoluit calorem inatum & trahit spiritus ad exteriora. Cuius rei signum est, q̃ æstiuo tempore digestio debilitatur propter resolutionem & hyeme fortificatur. Dic q̃ sicut phlegmatici æstate bene se habent, & melius digerunt calore aeris adiuti: sic his quibus cibus tarde digeritur, vel in qbus multi sunt humores crudi melius digerunt auxilio balnei, dũmodo non tanta sit in eo mora, neque tantus eius calor, q̃ calorem spargat aut cibos, vel chimos nondum digestos penetrare cogat in vias strictas, aut poros membrorum quibus oppilentur.

Est præterea &c. In hac parte tertia prĩo agit de diuersitatibus effectuum balnei penes suã siccitatem & humiditatem. Secũdo penes moram in eo paruam vel multam.ibi(Et est cũ in ipso.) Tertio penes ingressum eius corpore repleto vel inanito:ibi(Et est cum balneum.) In prima parti.dicit primo, q̃ cũ aliquis intrat balneũ, quando ipsum est siccum desiccatur ab eo. Et balneũ tale confert hydropicis consumendo aquositates i ascite, & vẽtositates in tympanite, & phlegmata in hyposarca. Confert etiam habentibus laxitatem.i.remollitionem membrorum, vt paralyticis & tremulosis à frigiditate & humiditate, & pinguibus superflue mollibus. Attẽde q̃ balneum q̃nq; fit siccum, propterea q̃ suus aer vehemẽter calefit sine multa sparsione aquę. Et q̃nq;

D redditur siccum, propterea q̃ aqua eius est de genere desiccantium, s. salsa, sulfurea, vel aluminosa. Secundo dicit, q̃ cum quis intrat balneum q̃d est humidum, humectatur ab eo. Et tale confert macris, siccis, hecticis: et redditur humidum pauca aeris calefactione, & multa ac frequenti irroratione cũ aqua dulci tepida & præsentia tinarũ tali aqua plenarum. Et est cum in ipso &c.) In secunda parti. dicit primo, q̃ balneũ desiccat din morantes in eo maxime in tertia casa ipsius, & post in secunda propter resolutionẽ forte quam efficit & sudorem quem exuberare facit. Secundo dicit q̃ balneum humectat parum morantes in eo cũ corpus ab eo exiccatur.i. post lotionem cum aqua dulci statim abstergitur cũ linteo & educitur à balneo antequam sudare incipiat.

E Et est cũ balneum &c.) In tertia parti. dicit primo q̃ balneum vehementer exiccat & demacrat & debilitat illos qui ingrediuntur ipsum ieiuni & vacui, quia cum tales inopia nutrimenti per resolutionem præuiam, iam debilitari incipiant ex resolutione per balneum acuta plus debilitantur & desiccantur educta à membris non solum nutrimentali, sed etiam substantiali humiditate tam ab intraneo q̃ extraneo calore. Secundo dicit q̃ balneum impinguat illos qui subintrãt ipsum repleti ad saturitatẽ, quia trahit abunde ad membra exteriora alimentũ in quibus pinguedo manifestatur. Sed oppilat ideo q̃ à stomacho & hepate trahit alimentum non coctum ad membra, quod quia à mẽbris non perfecte vincitur & integre assimilatur relinq̃t in poris superfluitates quibus oppilantur: vnde tandem continuato errore mala crassities tumens introduci-

F tur, vel hyposarca. Tertio dicit q̃ balneum confert & impinguat mediocriter illos qui ipsum intrant in fine primæ digestionis, & antequã assit vacuitas.i.completa prima digestione, & anteq̃ mẽbra nutrimento careant & sint inanita. Quęritur an tẽpus aptius balneo sit statim post complementũ primæ digestionis. Videtur q̃ sic, quia tunc balneum confert & impinguat mediocriter, vt dicit hic princeps. Itẽ dicit magnus Auenzoar cap.i. theisir in prohe. Et dixerunt medici, q̃ moderatus motus in ambulatione & equitatione confert multũ in conseruatione sanitatis, quãdo tempus multum calidum excessiue non fuerit. Balneum quoq; hoc idẽ faciet quando steterit in ipso mediocri modo & euacuato stomacho à cibo absq; fame: & in tẽpore non multum calido, & hoc quolibet die decimo: hæc ille. In oppositum arguitur, quia sicut balneũ post saturitatem penetrare facit cibos indigestos & oppilationes

lationes inducit, sic post primam digestioné & ante secundam factum penetrare facit chylum indigestum. Item dicit prin. primi. 3, doct. 2. ca. 5. Qui vero impinguari desiderat, balneum post comestioné ingrediatur, si securus fuerit ne oppilationes accidant. Qui autem vult resolutioné & macrefieri balneandus est dum est famelicus & ibi multum moretur. Sed qui sanitatem tantú vult conseruare balneum ingredi debet postquá digestum est quod est in stomacho & in hepate, hæc princeps. Item balneú fieri debet post exercitium teste Gal. secundo de regi. sani. ca. 3. dicente. Cum iuuenis est, exercitádus est & durius fricandus & post exercitia facta est balneádus. Sed exercitium competit post digestiones celebratas instante iam hora sumendi cibum. Teste Gal. dicto lib. cap. 2. dicente ꝙ tempus exercitij est optimum quando externus cibus fuerit perfecte digestus & qui in ventre & qui in vasis. i. in hepate & alterius cibi instat tempus. Dic primo ꝙ in regimine pure cóseruatiuo temperati corporis, si competat balneum, competit hora qua pene facta est digestio tertia in venis capillaribus & approximat hora qua nutrimentum subingressurum est poros membrorum vt cutem abstergat, poros aperiat & mundificet à suis superfluitatibus præparans eos libere receptioni proprij alimenti. Dixi signanter si competat balneum, quia Gal. in hoc visus est hæsitasse. 3. de regi. sani. cap. 2. dicens ꝙ exercitatus iuuenis ducendus est ad balneum, etsi paruam inde habuerit vtilitaté, quia iam ab exercitio moderato curatus est et fricatus, sed tamen dura & tenera mébra inde mollientur & euaporabitur, si quid superfluitatis & liquefactionis carnis mollis vel pinguedinis intus à cute contineatur quod in immoderatis cótingit exercitijs. Sed & hęc euacuata sunt nec hic immoderate exercitatur. Indiget igitur hic iuuenis balneo ad hoc solum vt à sudore lauetur & puluere, hæc Gal. Si ergo neq; puluere neq; sudore sordidus fuerit vt sæpe contingit non competit ei balneum. Dic secundo ꝙ macris volentibus mediocriter impinguari balneum competit post primam digestionem vt membra humectétur & suus calor innatus minus depascat de radicali humido & tractio cibi ad membra acceleretur, & copiosior fiat. Nec timetur ex eo de graui oppilatione sicut ex balneo post saturitaté, quia chylus qui attrahitur est multum subtilis, immo subtilior humore postquam à fœcibus separatus est. Rationes post oppositum sunt pro primo dicto. Prima ante oppositú est pro secundo. Secunda vero non expresse innuit ꝙ immediate post

A primam digestionem competat balneum, sed ꝙ fieri non debet nisi stomacho vacuo à cibo absq; fame. Attéde primo ꝙ balneum multipliciter diuersificatur in suis operationibus, vltra tres diuersitates modo tactas. Iuxta illud Auer. 6. colliget cap. 4. Et dicimus ꝙ balneum in nobis diuersas imprimit operationes primas videlicet & secundas & tertias. Nam ipsum humectat & desiccat, infrigidat & calefacit, & superfluitates quæ sunt in poris & sub cute euacuat. Et aliquando oppilat, ventositatem dissoluit, inflationem remouet & corpora nutrimento præparat, & aliquando cómouet appetitú & materiam de vno membro ad aliud spargit, & humores fluxibiles facit & etiam dolores mitigat & aliquando cómouet. Attende secundo ꝙ harum diuersitatú tres sunt causæ principales. Iuxta illud Auer. ibi.

B Et harum contrarietatum causa vna ex tribus rebus existit, vna est diuersitas partium balnei, alia est diuersitas corporum patientium, tertia est diuersitas morę in balneo.

Qui autem &c. In hac parte quarta tangit decem conditiones obseruádas ab his qui se balneant vt humectétur sicut hectici & macri cholerici dispositi hecticę. Prima est quòd debent in aqua mergi moderate calida, nisi nimia obsit eorum debilitas vnde timeatur aduentus syncopis vt per dictam aquam membra sua mollificétur & humectentur. Secunda est ꝙ in exitu à dicta aqua inungátur vel oleo oliuę vel violaceo quatenus plus humectentur & vt aqua quę penetrauit in poros teneatur intra cutem clausa & constricta propter olei adhærentiam qua pori clauduntur. Tertia est ꝙ non diu moreńt in balneo,

C quia longa in eo mora siccat & resoluit & corpus demacrat. Quarta est ꝙ elongant locum téperatum, idest casam balnei magis temperatam qualis est prima & post hanc secunda moderatę calefactionis in aere & aqua. Quinta est vt aqua copiosa effundatur supra terrá balnei vel ipsius pauimentum vt aer balnei multitudine vaporú per ipsum sparsorum fiat humidior & minus resoluens. Sexta est vt patientes supra lectum suauiter & secure deportentur sine labore sunrum membrorum & absq; sollicitudine ne cadát aut syncopizent & debilitentur in via. Septima est vt in exitu à balneo rursus inungantur gratia amplinris humectationis & vt sudnr prohibeatur. Octaua est vt in exitu balnei olfaciant ilico frigida aromata sicut rosas, violas, flores nenufaris cydonia, sandalos pro cófortatióe virtutum. Nnna est vt quiescere dimittantur hora vna in domo vbi se spoliant homines donec sedata fuerit

rit frequentia suorum anhelituum quam ex balneo acquisiuerunt & redierit ad eos aeris attractio temperata sicut ante balneum. Decima est vt post hæc in potu tribuatur eis aqua hordei vel lac asinæ vel mulieris vel capræ. Attēde q Gal. 10. de inge. sani. ca. 9. sub alia serie scripsit obseruanda in balneis hecticorū dicens. Quapropter dico q omnis habēs hecticam maxime veniens in phthisim. i. arefactionem si non habeat aliquā febrem de putredine vel de apostemate viscerū oportet in balneum mittatur. Sed studeamus ne patiatur laborē ne virtus p hoc dissoluatur. Portetur ergo vsq; in balneū in lecto, & postea suauiter in linteo calefacto deponatur, cūq; in primā balnei māsionē peruenerit, exuat pānos, deinde in secundam mansionem mittatur quæ secundum cōplexionem mediocriter extendenda est, ibi vero oleo tepido vnguatur, quo facto ad tertiam est perducēdus & in fontem calidum mergendus. In his mansionibus nullam habeat moram, sed solummodo suauiter per eas transeat. In fonte quoque parum maneat, in aqua frigida, deinde exuccetur cum mappa & ad lectum feratur, & cum spongia aut molli linteo exuccetur, tandem domum feratur & nutrimento reficiatur, domus tamen sicut dixi balneo vicina sit, hæc Galenus.

Quod si quis &c. In hac parte quinta dicit primo, q si quis eorum. s. hecticorum in balneo diu manserit timendum est de syncopi. quia per balneum cor supercalefit & depauperatur suis spiritibus & syncopis primo cōmouetur. i. maxime cōmoueri solet quando hi balneanī propter causam dictam. Et ista clausula cum præcedenti coniungi potest, quia est de balneo hecticorum, & sequenti, quia est de balnei nocumento. Secūdo dicit q cum iuuamentis balnei plurima sunt eius nocumenta. Primum est facilis fluxus superfluitatum ad mēbra debilia quem balneum cōmouet, primo quia superfluitates quietas agitat & subtiliat, vias aperit & membra debilia laxiora reddit. Secundum est q laxat corpus. i. molles reddit carnes, neruos, venas, arterias, pāniculos & ligamenta eius sua humectatione Sed contra dicit Ras. 4. Alman. c. de balneo, q balneum tollit lassitudinem. Dic q hoc verū est, sed ingerit laxitatem. Differunt enim lassare & laxare quēadmodum laxitas & lassitudo. Nam laxare est fatigare & lassitudo fatigatio, sed lassare est remollire & laxitas remollitio, & laxitas est oīum partium mollificabilium, lassitudo vero musculorum proprie neruorum & iuncturarum. Tertium est impedire neruos quorum substantia ca-

D lore dissoluitur teste Gal. apho. 5. cōmento illius canonis. Calidum nocet. Nam balneum neruos mollificat & rarificat vnde petunt robur & firmitatem motui necessarias. Quartum est resoluere innatum calorem, & id maxime facit caliditate sui aeris, aperiente poros & trahente spiritus & partes sanguinis subtiliores ad exteriora sub forma vaporis. Quintum est q deijcit appetitum. Sed instabit aliquis, quia prima & principalior causa appetitus cibi est inanitio membrorum quam balneum inducit, nam mēbra inanita trahunt à venis, venę ab hepate, hepar à stomacho & tunc adest fames. Dic q licet balneū primam causam desiderij cibi suscitet. s. inanitionē membrorum, tollit tamen eius causam coniunctam replens orificium stomachi vaporibus remollientibus ipsum & inducens dispositionem

E contrariam illi quam inducit melancholia illic profluens gratia suscitationis appetitus. Huius simile fit à calore æstiuo. Sextum est debilitatio virtutis seu potentiæ coeundi, quia balneum vētositates & calorem resoluit qui faciunt erectionem, & spermatis materiam minuit, & virgam mollificat & rarificat, quę tempore coitus debet esse dura & tensa. Aliqua ex his nocumentis meminit & aliqua addidit Hip. apho. 5. dicens. Calidum nocet hoc frequenter vtentibus, facit enim carnium effœminationem, neruorum incontinentiam mentis, stuporē, sanguinis fluxum, defectiones spirituum, quibusdam mors sequitur. Et Ras. similiter. 4. Aman. ca. de balneo dicens. Nocumēta vero eius sunt vires destruere & cor vsq; adeo calefacere vt quandoq; ad syncopim perducat, nauseam commouet & malis humori

F bus occasionem cito descēdendi tribuit. Ideoq; febricitantes vel qui contusionem est perpessus vel apostemata vel plagā vel excoriationem habentes balneum timere debent. Sed dicet aliquis, si balneum tot parit incōmoda, quare dicit Hip. tertio regi. acuto. prope finem, Balneū non nocet amantibus etsi bis in die pręceperis? Dic q delectatio & consuetudo & pauca mora in balneo quasi temperato faciunt vt prosit & parum noceat si in aliquo nocet & maxime si corpus fuerit mundum. Iuxta illud Auer. 6. colliget ca. 4. Et scias q omnes partes balnei in corporibus puris bonas actiones operantur vna alteri non resistente. Quod est quia dissoluunt superfluitates & euacuant sine læsione virtutum, & membra mollificant sine neruorum relaxatione, & humectant sine calefactione & oppilatione & refrigerant absq; inuiscatione. Et hæc oīa non nisi cum partibus frigidi & calidi complentur,

tur, & si aliquid damni in eis percipitur illud est in corporibus impuris, quia nullũ damnum puris euenire solet, hæc Auer.

Balneum quoq; &c. In hac parte sexta primo agit in generali de effectibus aquarum nitrosarum, sulfurearũ, marinarũ, cinericiarũ, salsarũ & similiũ. Secũdo de effectibus ęrearum, ferrearum & salsarum in cõmuni, & postea in speciali de quaq; earum.ibi (Aereæ vero.) Tertio de effectibus aluminosarum & attramentaliũ. ibi (Sed aquis aluminosis.) Quarto de effectibus sulfurearum. ibi (Sulfureæ vero.) Quinto de effectibus marinarum.ibi (Marinę autem.) Sexto de modo balneatiõis in thermis.ibi (Qui autem.) In prima parti.dicit primo q balnea diuersificãtur penes diuersitates aquarum, quæ per ipsa fluũt vel in ipsis sparguntur, vel in tinis suis comprehenduntur, quia magna pars operum balnei procedit ab eius aqua & ipsius aer ab aquis mutatur & diuersas recipit impressiones. Secundo dicit q aquæ nitrosæ aut sulfureæ aut marinæ aut cinericiæ aut salsæ siue per naturam siue per artem sic q eis misceatur vel in eis bulliatur nitrũ, sulfur, sal aut cinis vel staphisagria vel baccæ lauri qnq; effectus imprimunt corporibus nostris. Primus est resolutio vaporum, fumorum, aquositatum, humiditatum humoralium, vẽtositatum, caloris & spirituum. Secundus est subtiliatio humorum faciens eos trahere ad naturã vaporis. Tertius est ablatio laxitatis.s.mollitiei nimię carnis, neruorum, panniculorum & ligamentorũ, ita q cõferũt hyposarcę, paralysi, tremori, torturę, relaxationi siphac, cõminanti de ruptura. Quartus est prohibitio descẽsus humorum ad apostemata trahendo.s.humores ad contrarium sua resolutione. Quintus est conferre habentibus venam ciuilem. Et hos omnes faciunt sui caliditate & siccitate. Et est vena ciuilis seu vena medeni passio sic appellata, quia multiplicatur in ciuitate medena. Quam describit princeps quarti tertia tract.2.ca.vltimo dicens. Est vt accidat super partem corporis pustula quædam inflans, deinde vesicat postea egredit ex ea quiddã rubeũ ad nigredinem decliue, deinde non cessat prolongari & prolongatur & fortasse est ei motus voluntarius sub cute, ac si esset motus animalis quasi in veritate sit vermis, donec æstiment quidam q sit animal quod generatur. & æstimant quidam q sit ramus villi nerui per vehemẽtiam grossitudinis, & plurimum quidem accidit in cruribus, de hac dicit Galenus q eam non vidit.

Aereæ vero &c.) In secunda dicit primo q aquæ ęreæ & ferreæ & salsę præstant nouẽ iuua-
A menta. Primum est generale.s.in ægritudinibus prouenientibus ex frigiditate & humiditate, cõsumũt enim sua siccitate materias earum. Secundum est in doloribus iunctuũrum, consumunt enim humiditates quibus iuncturę imbibuntur & corroborant iuncturas prohibentes ne faciliter alias recipiant. Tertium est in podagra.i.gutta pedum propter easdem causas. Quartum est in laxitate seu mollicie superflua membrorum consumendo humiditates quibus relaxantur. Quintũ est in asthmate.i.ęgritudine pulmonari cum qua patiens non inuenit excusationem ab anhelitu frequenti sicut est anhelitus quo laborat præfocatus. Sed quomodo confert in casu hoc aqua ferrata cum sit multum styptica, quare videtur materias magis in pulmone conculcare quàm foras educere. Dic q sua siccitate aliquid
B materiæ consumit & sua stypticitate calorem in interioribus recludit & fortificat in hoc coadiuuans ad digestionem materiæ, nec sua stypticitas cum administratur in forma balnei pertingere potest vsq; ad pulmonem. Sextum est in ægritudinibus renum vt in diabete & laxitate eorũ & debilitate ex pollutionibus frequentatis & cursibus inueteratis alborum menstruorum & crudorum. Solent enim grauiter dolere renes frequenter polluti & menstruatæ cum superfluitate. Septimum est in fracturis ossium. Postquã enim partes ossis fracti fuerint inuicem reiunctę si fomẽtetur locus fractionis cum aliqua ex istis aquis, porus sarcoydes qui partes coniungit indurabitur & pene similis ossi efficietur. Octauũ est in carbunculis. In principio quidem quia partim repercutiunt materiam quæ fluit partim re-
C soluunt illam quæ fluxit, in declinatione vero post casum escharę, quia mundificant & siccant vlcus relictum ibidem post casum carbunculi. Nonum est in vlceribus quorum sanatio est mũdificatio desiccatio & prohibitio aduẽtus superfluitatum ad ea quæ per dictas aquas efficiuntur. Secũdo dicit q aquæ ęneę seu ęreæ præstãt nobis in speciali iuuamẽta quatuor. Primũ est in passionibus oris.s.pustulis, vlceribus et fissuris sordidis cum ex eis colluitur os: abstergunt enim & siccant oris humiditates & confortant partes eius. Secundum est in tumore vuulę vel relaxatione vel casu ex humiditatibus sibi imbibitis cum dictę aquæ gargarizantur vel gutturi superponitur pannus intinctus in eis post purgationes vniuersales. Tertium est in oculo laxo.i.remollito & humectato superfluitatibus ad eum fluentibus si cum eis lauetur oculus. Quartum est in humiditatibus fluentibus ab aure ex vlceribus eius inueteratis

inueteratis lota sępe cum eis aure. Tertio dicit ꝙ aquæ ferreæ specialiter iuuant stomachum, quia consumunt superfluas eius humiditates & sua stypticitate confortant tam orificium stomachi ad appetitum cibi quàm fundum ipsius ad digestionem. Conferunt etiam spleni à tota proprietate sicut supra memini, & in tumore eius vaporoso & in relaxatiõe ipsius. Quarto dicit ꝙ aquæ nitrosæ & salsæ quinq; iuuamenta specialia præstant hominibus. Primum capiti humido loto eis vel embrochato, quia resoluunt ab eo fumos & vapores & desiccant humiditates eius & superfluas ad quas est pronum. Et balneum earum diuertit à capite fumos et vapores et trahit ad cutẽ. Sed vapor ipsius per nares attractus nocet capiti, debet ergo caput extra balneum earum teneri & ab eis caueri. Secundum pectori disposito catarrhis, siccant enim eius superfluitates & humores fluentes ad ipsum diuertunt. Tertium stomacho superflue humido, ꝓpter dictas causas. Quartum hydropicis resoluẽdo & consumendo suis caliditate & siccitate aquositates ascitis, ventositates tympanitis, et phlegma hyposarcę. Quintũ inflationi .i. ventoso apostemati vel ventositati inflatiuę vbicunq; fuerit. Attende primo quòd nitrum, baurach et sal sunt ferè eiusdem virtutis & originis, nisi ꝙ baurach & nitrũ sunt fortiora sale & carent stypticitate. Iuxta illud principis secundo huius ca. de baurach. Baurach est fortius sale & est ex genere virtutis eius, sed stypticitas non inest ei. Et Serap. in aggre. ca. de nitro ait. Nitrum & baurach .i. nitrum & spuma nitri, species baurach & mineræ ipsius sunt sicut mineræ salis. Nam ex eo est quod est aqua fluens, deinde petrificatur, & ex eo est quod est in minera sua sicut lapis. Attende secundo ꝙ sicut nitrum differt à sale quia caret stypticitate, sic aquæ nitrosę ab aquis salis. Iuxta illud Plinij. Aquæ vero nitrosæ plurimis locis reperiuntur, sed sine viribus densandi. Attende tertio ꝙ licet prin. secundo cañ.c. de nitro dicat nitrũ esse baurach armenũ, baurach tñ ꝓprie spuma nitri dicitur & aphronitrum ab aphros græce quod est spuma latine.

Sed aquis &c.) In tertia dicit ꝙ in aquis aluminosis & atramentalibus balneari, sex corpori iuuamenta præbet. Primum est in cura sputi sanguinei passionis hęmoptoicę, stringũt enim vias suas forti stypticitate. Secundum est in fluxu superfluo hęmorrhoidarum propter causam similẽ. Tertium est in superfluentibus menstruis tam rubeis quàm albis. Quartum est in nausea .i. appetitu vel conatu vomendi sine effectu, & in vomitu spontaneo sine causa manifesta, videlicet

D absq; sumptione cibi aũt medicinę suscitantis vomitum vel titillatione linguę aut palati vel imaginatione circa abominabile, sed ex phlegmatibus paulatim congestis & inuiscatis in tunicis stomachi, quia desiccant reuolutum stomachũ & consumunt partem superfluitatũ eius. Quintum est in cachexia, & est dispositio antecedens hydropisim in qua superfluitates aquosæ multiplicari incipiunt quas consumunt balnea dictarum aquarum. Sextum est in superfluo sudore quem compescit balneum ex dictis aquis oppilando poros sua stypticitate. Attende ꝙ atramentũ est substantia mineralis media inter metalla & lapides rancidi saporis, styptica, adurẽs, cuius pars liquefit & dissoluitur in aqua per decoctionem, & alia eius pars est lapidosa & indissolubilis. Et enumerantur à principe secũdo ca-

E nonis capi. de atramento quatuor modi eius. s. album, rubeum, citrinum & viride, à quibus extrahuntur substantiæ quatuor homogeneæ dissolubiles in aqua similium colorum, quarum alba dicitur calchadis, rubea asurie, citrina colcotar, viridis calcanthum siue vitreolum. Et vltra has species est quoddam fuscum ad nigredinem declinans quod ponitur in incausto, & dicitur atramẽtum scriptorum ab atro colore, & quia scriptores eo solent vti & fit artificialiter diuersis modis, & ab atramentis mineralibus denominantur aquæ atramentales.

Sulfureæ vero &c.) In quarta dicit ꝙ aquæ sulfureæ septem in nobis operantur effectus. Primus est mũdificare caliditate & siccitate neruos à superfluitatibus quibus imbibuntur. Secundus est pacificare dolores distensionis neruorũ qua-

F lis in tetano est, & dolores spasmi prouenientes ex repletione liquefaciendo & consumendo humores à quibus causantur. Tertius est mundificare sua abstersiõe superficiem corporis, scilicet cutem à pustulis & vlceribus malis antiquis, qualia leprosis accidere solent & signis violaceis .i. liuoribus seu persuris cutis ex ꝑcusione vel sanguine sub cute mortificato & à pãno faciei quæ fit ex sanguine sub cute præfocato postquã venam exijt. De quo dicit Princeps quarti septima tracta. 2. capi. 6. Et ille qui est ad rubedinem decliuis est lentigo. Et qui de eo delinitur est pannus & à morphea & albaras quæ sunt cutis fœditates quædam albę, aliç nigrę sicut supra declaratum est. Quartus est resoluere suis caliditate & siccitate superfluitates tam ventosas quàm aquosas & humorales descẽdere solitas ad iuncturas splenem & hepar. Quintus est minuere duriciẽ vuluæ sua liquefactiua, dissolutiua & resolutiua virtute.

virtute. Et de eis dicit Prin.2.cano.capi.de aqua. Aquæ sulfureæ cõferunt doloribus matricis. Sextus est laxare stomachũ, nõ quia remolliant ipsum cum sint vehemēter desiccatiuę, sed suis fœtidis vaporibus abhominationē inducunt qua stomachus seipsum laxat & fit quasi nauseans vt multis contingit quãdo vident apostemata materiæ fœtentis aperiri vel olfaciunt aliquid horribilis odoris. Possunt etiam laxare liquefaciendo materias in concauitate stomachi contentas, quæ postquam liquefactę sunt imbibuntur forte pelliculis eius. Septimus est deijcere cibi appetitum per similem modum quo stomachum laxant.

Marinę autem &c.) In quinta tãgit duo nocumenta balnei marinarum aquarum quę supra omiserat cum de effectibus ageret aquarum salsarum & nitrosarum. Primum est replere caput se balneantis in eis & ideo caput eius non in balneo sed extra tenere debet. Nam sicut aquæ marinæ sunt grossiores dulcibus, sic vapores earum vaporibus dulcium, quare magis replent & aggrauant caput, & præterea liquefaciunt & distēdunt humores capitis quibus obuiant. quare magis replent & plus loci occupant. Sed contra. vapor aquæ marinæ confert epilepsię quæ est morbus capitis repletionalis, sicut scribit Prin.2.cañ. ca. de aqua. Dic quod si conferat hoc est in epilepsia phlegmatica post euacuationes sufficientes vaporatione facta exterius cum embrochis non recepta per nares ad consumptionem residui materię & desiccationem cerebri. Secundus est super calefactio corporis maxime matricis vesicæ & intestini colon successu tēporis cum assiduatur balneũ earum. Et propterea dictę aquæ sunt malę in balneis & graues idest grauantes vel graues in pondere sua plurima terrestreitate.

Qui autem &c.) In sexta dicit primo quod balneati volentes in aquis thermarum debent non subito sed gradatim ad eas accedere, & quiete ac suauiter in eis balneari. Et sunt thermę proprie loca subterranea calida. Et aquæ thermarũ sunt quæ scaturiunt à dictis locis actu feruentes super terram ad instar fontis, & à fonte manantes in pluribus locis recolliguntur quædam fonti propius, aliæ remotius cum præparatione habitaculorum ad balneationes idoneorum vt gradatim possint balneantes se transferre à locis minus calidis ad calidiora fonti proxima: qui quandoque est ita feruidus vt homines non sustineant balneari in ipso. Secundo dicit quod forte iterato loquetur de balneo capitulo de conseruatione sanitatis. f.ca.5. doct.2. fen. tertię primi quę est de regimine sanitatis continuando dictis hic ea quæ dicētur ibi. Et iterum loquetur de balneo, cum de potu aquæ frigidæ tractabit quod non facit ca.8. doct. nunc dictę quod est de regimine aquæ & vini, sed secundo cañ.c. de aqua tangit plures effectus aquarum quos exercēt sub forma balnei. Vel lege hic ablutione loco de potu, postquã enim Prin. fen.3. primi doc.2.c.5. de balneo egit, immediate subiungit capitulum de ablutione cũ aqua frigida quæ modus balnei est.

A

De his quæ proueniunt ex vsu solis. Cap. 20.

In arena &c. In hac parte septima primo ponit quatuor titulos tractandorum in particulis quatuor istius partis ac si hic inciperet nouũ capitulum. Primus titulus est primę particulę de his quę proueniunt ex vsu solis, & incipit. ibi (Et in sole calido.) Secundus est particulę secundę incipientis. ibi (Et arenę quidem.) Et est de eis quæ proueniunt ex sepeliri in arena & volutari in ipsa. Tertius est tertię incipientis. ibi (Semicupium vero.) Et est de eis quæ proueniunt ex balneari in oleo. Quartus est quartę incipientis. ibi (Faciem vero:) Et est de eis quæ proueniunt ex rorare aquam super faciem. In prima particula tangit octo effectus fricationis corporis in sole, quos præcipue operatur quando cum ea mouetur corpus de loco in locum, & maxime motu forti sicut motu cursus. Primus est resolutio vehemēs superfluitatum & earum diminutio, primo quidem à calore solis, secundo à fricatione, tertio à motu. Secundus est sudor, nam fricatio poros cutis aperit & humores à motu subtiliantur quos solaris calor trahit ad superficiem cutis. Tertius est egressus inflationis. i. resolutio ventositatis inflatiuæ à caloribus solis fricationis & motus. Quartus est resolutio apostematum laxorum. s. mollium phlegmaticorũ, quæ zimiæ seu vdimię dicuntur ex calefactione desiccatione & resolutione caloris solis fricationis & motus. Quintus est resolutio hydropisis de frigida causa siue ascites siue tympanites aut hyposarca propter causam dictam in apostematibus. Sextus est in asthmate & in specie anhelitus in qua necessarium est alas extēdere. i. extremitates spathularum & collum. Et à Principe talis anhelitus vocatur preparatio anhelitus tertij.10. tract.5. ca.30. dicente. Præparatio anhelitus est anhelitus qui non aduenit habenti ipsum nisi præparetur & ęquetur & extendat collum suum ex tensione tendente ad superiora, quare aperitur propter illud meatus, & quandoque fit in veritate propter humores replentes & oppilantes sicut asthma quos dissoluunt & consumunt calor, fricatio & motus post purgationes vniuersales. Septimus est

B

C

est resolutio doloris antiqui frigidi capitis. In recenti vero, dum materia adhuc fluit per hæc adiuuabit in cura sciatici doloris & doloris renum prouenientis .s. ex humoribus frigidis vel aquositatibus aut ventositatibus, quia materia eorum resoluit. Adiuuabit etiam in doloribus lepræ .s. in pruritibus & punctionibus & formicationibus quibus vexantur extremitates leprosorum propter vapores & humores nitrosos intercutaneos, quia resoluuntur à re quæ participat virtute solis, & licet leprosi abûdent in humoribus adustis corrosiuis, sunt tamen depauperati naturali caliditate maxime in suis extremitatibus, ita vt sint veluti mortificatæ & insensibiles & gaudent calore solis. Adiuuabit etiam in suffocatione matricis & mundificatione eius cum mulier sedet super eam resoluendo sanguinem menstruum corruptum vel sperma putridum venenosum ex cuius retentione dicta suffocatio causatur. Tertio dicit q sol inspissat, indurat, & siccat corpora quieta stantium sub eo crispando .s. & contrahendo cutem sicut cauterium cuti applicatû super orificia pororum inspissat ea generando crustam, quæ dicitur eschara & ignis crustam inducit in superficie assaturarû vnde clausis poris phibetur resolutio. Quarto dicit q in sole quiete manere sine motu locali plus nocet & operatur in adustione cutis quàm sub ipso ambulare & magis phibet resolutionê à corpore fieri efficiendo cutê durâ & testeâ. Sed contra, Aethiopes sole adusti & denigrati sunt debiles resoluti adeo q senescunt .30. anno vel ante, nec cutes eorum sunt siccæ duræ spissæ sed humidæ, molles, lenes. Dic primo q æthiopes non stant in sole, sed latitât in cauernis terræ maxime in æstate. Dic .2. q quia vexantur continuo caumate sunt debiles resoluti. Dic .3. q quia caumata suorum locorum trahunt humiditates successu temporis ab interioribus versus cutem lenes fiunt suæ cutes & quodammodo splendidæ quâdiu sufficiût intrinseci humores eas imbibere, sed eis deficientibus crispantur & indurantur. Dic .4. q Prin. hic loquitur de illis qui se exponunt subito soli forti non consueti quiescentes in eo. In talibus enim cutis induratur & desiccať vt in assaturis pp fixionê vehemêtis agentis supra suû passum.

geretur dolor ex nimia distensione & attractione nouæ materiæ. Octauus est fortificatio cerebri cuius complexio excedit in frigiditate, per hæc enim continuata reducitur ad temperamentum. Secundo dicit q cum res super qua cadunt radij solares fortes non fuerit lenta .i. humida rheumatica sed permanet locus ipsius siccus

D Et arenæ &c. In secuuda dicit primo q arenæ maris sunt cæteris fortiores in resoluendo, quia resoluunt & consumunt humiditates sua ariditate, vnde sumunt nomen, resoluunt insup sua salsugine quam ex mari acquisierunt. Secundo tangit tres modos quibus corpori applicantur ad resolutionem faciendam. Primus est sede re super eas calidas nudis natibus. Secundus est sepeliri in eis vel volutari nudato corpore. Tertius est superaspergi eis. Tertio tangit earum effectus dicês q resoluût dolores frigidos, humorosos & ventosos & sanant ægritudines prædictas in ca. de sole .i. in prima particula istius partis cuius titulus est de eis quæ proueniunt ex vsu solis. Et finaliter dictę arenę applicatę corpori modis prętactis vehemêter siccât ipsum, & ideo laudâtur in paralysi & hydropisi de frigida causa post purgationes vniuersales.

E Semicupium &c.) In tertia dicit primo, q intrare semicupium plenum oleo vel aliquo tali quinq; iuuamenta corpori exhibet. Et intellige p semicupiû paruâ tinam, & per oleum oleû oliuarum, & per aliquid tale alia genera oleorû vel lac animalium vel decoctiones vulpium aut catulorum. Primum est tollere lassitudinem maxime illam quæ cursu vel ambulatione vel equitatione inducta est, quia mêbra inferiora plus alijs tacta oleo demulcêtur, & eorum siccitas ex motu acquisita corrigitur, & tensio laxatur, & caloris ac spirituum resolutio viscositate olei prohibetur. Secundû est in febribus longis frigidis .i. à frigida materia procedentibus, vt quotidianis & quartanis, primo ad mitigationem typi .s. frigoris & horripilationis, secundo ad confortationem caloris naturalis, nâ de proprietate olei oliuarû est vt calefaciat corpus sicut est calefactio vestimenti & cooperimenti. Tertium est in doloribus neruorû & articulorum cum febre quales sæpe quartanarijs accidût. Videtur enim pluribus eorum maxime in typo q habeant ossa fracta vel quasi essent percussa baculis, & stridorê aliquem se audire iudicant ex ossium suorû concussione. Et istos dolores mitigat oleum, & similiter illos qui iuncturis & neruis accidunt in extremitatibus corporis per viam crisis imperfectę febrium. Sæpe etenim diuturnę febres tumoribus; & doloribus extremitatû criticant, quos mitigat oleû sine repercussione maturando materias eorum & fouendo simul calorem innatû. Quartum est in spasmo & tetano. Sed contrarium huius asserit Gal. secundo simplicis medi. ca. I. dist. 3. dicens. Et vidi esse de sententia q per hanc causam .s. quia oleum est ęqualis caliditatis

F

sit q

fit q̃ non confert neq; nocet in habentibus spasmum & habentibus saltum & habentibus tremorem & in eo cuius sensus destruitur & cui ad uenit difficultas sensus iuuamento neque nocumento, cui sit quantitas de qua sit curandum. Et idest quoniam non est posibile in eo vt iuuet istos, quoniam non calefacit calefactione vehementi, neq; sufficit iterum lędere illos quoniam non infrigidat penitus. Dic primo q̃ in spasmo & tetano de inanitione confert sua humiditate. Dic secundo q̃ si in spasmo & tetano de repletione non ex se conferat ita vt sufficiat eos curare, confert tamen plurimum eis vel ex caliditate acquisita ab igne vel ex rebus calidis secum permixtis. Iuxta illud Gal. statim post verba eius nunc allegata. Si autem acquirat caliditatem accidentalem fortem confert iuuamentum multum, sicut videmus ipsum facere cum facimus sedere habentes huiusmodi ægritudines in semicupio olei calidi cum quo decoctę sunt quædam radices aut aliquę herbę calefacientes corpus. Et propter illud fit sicut materia & instrumentum reliquis medicinis. Et illud est quoniam si tu permisceas cum eo medicinas frigidas fit mèdicina permixta ex eis simul frigida, & si permisceas cum eo medicinas calidas fit medicina calida. hæc Gal. Quintum est in retentione vrinæ, quia vesicam mollem tractabilem & aptam motui reddit & ipsius collum sua humectatione relaxat & sua caliditate ipsam cõfortat. Iuxta illud Hip. apho. 5. apho. 23. Ano, pudẽdo, vesicę, matrici calidum quidem amicum & determinans, frigidum vero aduersum & occidens. Secundo dicit q̃ oportet vt oleum sit calefactum extra balneum si debeat exhibere dicta quinq; iuuamenta. Nam si foret actu frigidum sua frigiditate noceret, & non potest moderatius & vniformius calefieri quàm extra semicupium ad ignem. Tertio dicit q̃ si vulpes cocta fuerit in dicto oleo vel dabaon modo qui dicetur tertij. 22. tract. 2. ca. 12. erit medicamen optimum omnium in doloribus iũcturarum & in podagra. Iuxta illud Ebẽ Mesue distin. 12. sui grabadim seu antidotarij. Oleum vulpinum est medicamen vltimum ad arteticam & podagram & dolorem renum & dorsi. Quod ita fit. Accipe vulpem integram interioribus euulsis, pone in vase & funde desuper aquę fontis & aquę maris ana kist. 2. olei antiqui & clari. kist. 2. & ß. decoque lento igne cum salis vnc. 2. vsq; ad aquæ consumptionem & dissolutionem membrorum vulpis. Et est kist pondus 18. vnc. Et dabaon est animal rapax simile lupo maius leopardo, quod de more claudicat ideo claudicans solet appellari, & quia caremus eo, loco ipsius capimus vulpem vel canum catulos ad istos effectus.

Faciem vero &c.) In quarta tangit quatuor effectus madefactionis & irrorationis faciei cum aqua. Primus est viuificare virtutem laxatam seu fatigatam vel resolutam à nocumento & inflammatione febrium. Et cum adest syncopis erigere & confortare virtutem vitalem maxime cum tales madefactio & irroratio fiunt cum aqua ros. & aceto. Attende q̃ nõ solum in debilitate vehementi & syncopi, puenientibus ex acutis febribus conueniunt madefactio & irroratio faciei cum aqua frigida, immo ferè in omni defectione cordis. Nec istud vulgus ignorat. Solẽt enim simplices medicinæ ignari quadam consuetudine dum vident aliquos subito deficiẽtes seu syncopizantes cum impetu spargere supra suos vultus aquam multum frigidam. Et illud approbat prin. tertij. 11. tract. 2. c. 8. dicens. Et ex eis quæ necessaria sunt in speciebus pluribus syncopis est inspissatio corporis exterius vt comprimatur spiritus resolutus, nisi sit solutio vẽtris fortis valde, aut sit causa frigus vehemẽs. Et cum non est illic causa frigoris manifesta prohibens rorationem aquæ frigidæ & euentationem & sorbitionem aquæ frigidę & aquę ros. proprie & indui ea quę odore sandalorum infecta sunt cum odoramento odorum frigidorum multoties sanantur cum istis. Secundus est medicari desiderio. i. appetitui cibi cadenti aut deficienti & erigere seu excitare ipsum. Et istud fit cum frigiditas illa faciei cõmunicatur orificio stomachi p nervos qui ad ipsum à cerebro descẽdunt. Appetitus. n. frigido iuuat, & maxime cum vapores aut fumos exprimit os stomachi replẽtes quadam phantastica repletione. Tertius est nocere patiẽtibus rheuma, q̃a frigiditas aquæ sup faciem rorata cerebrũ debilitat & exprimit & sic causam rheumatis auget. Attẽde q̃ nõ solũ in rheumate sed ẽt in ægritudinibus solitis ab eo generari & aggrauari nocet madefactio vel irroratio faciei cũ aqua frigida ẽt si sit aqua ros. vel aceto mixta sicut in pleuresi, peripneumonia & ophthalmia, & ideo licet his ęgritudinibus grauati sint inqeti & insomnes nõ debẽt frons eorũ & tempora ĩfrigidari sine magna cautela. Quartus est nocere hñtibus capitis dolorem ex frigiditate, q̃a causam doloris augmẽtát.

Attende q̃ p̃dictę madefactio & irroratio continuatę canos accelerãt maxĩe in barba, pp quod Rasis. 5. Almã. c. de tardãda canicie dissuadet eas dicẽs. Hoc ãt summope ẽ cauẽdũ ne capilli aqua ros. ĩfundãtur et p̃cipue si cãphorã hẽat admixtã.

De causis

De causis doloris absolute.

Ideoq; &c.) In tertia dicit ꝙ quia mala complexio mansiua non sentitur nec dolorem efficit habens hecticam minus inflammationes sentit quàm habens ephemerã aut tertianam, licet calor hecticę sit maior calore ephemerę & tertianę, quia calor hecticę permansiuus est & defixus in substantia radicalium membrorum. Calor vero tertianę febris ex vicinitate cholerę putrefientis aduenit membris in quibus salua est sua naturalis complexio secundum habitum, sic ꝙ si cholera illa recesserit resolutione aut euacuatione sensibili membrũ remanebit in sua naturali cõplexione, nec figetur in eo calor quem cholera impressit, nisi tertiana mutetur in hecticam vt aliquando fit. Sed circa hanc mutationem est regula generalis ꝙ nunquam mala complexio diuersa fit mansiua vel æqualis in membro nisi ordinatim. s. paulatim successione. Et intellige hoc nisi causa imprimens fuerit magnę violentię & passum ipsius vehementer dispositum ad recipiendum impressionem eius vel ex raritate substantiæ vel ex symbolo seu conuenientia qualitatis, sicut ex balneatiõe hectici febrientis in aqua frigidissima quandoq; fit quasi subito de hectica febrili hectica senectutis frigida & sicca habitualiter & permansiue. Sed instabit aliquis contra illud quod dicit princeps ꝙ habens hecticam non tantum sentit inflammationis quantum habens ephemeram, quia ex hoc videtur innuere quòd habens hecticam sentiat aliquid inflammationis & sic mala complexio mansiua sentietur. Dic primo si vis ꝙ negatiua nihil ponit. Vel dic ꝙ hecticus post cibum sentit inflammationem non ex calore solo habituato in membris sed ex effusione alimenti supra membra arida quasi calcinata, sicut ex effusione aquæ super calcem fit inflammatio. Et talis inflãmatio semper post cibum veniens & non alia hora est vnum ex signis potioribus hecticæ febrilis.

Est etiam &c.) In quarta dicit quandoq; in dispositione sanitatis inuenitur hoc proximum intellectui. i. simile secũdum iudicium nostri intellectus. s. ꝙ complexio aduentitia non sit mansiua & indolorosa nisi ordinatim. Verbi gratia siquis iam assuefactis in frigore hyemis intrauerit balneum videlicet primam balnei casam & cum aqua calida immo tepida subito se lauerit, sentiet recalcitrationẽ vel horripilationem, quia qualitas corporis scilicet frigiditas partium exteriorum contracta ex frigore hyemis & iam consuetudinaria effecta est longinqua à caliditate aeris & aquæ balnei & ei contraria. Pugnat ergo

D contra caliditatem aduenientem recalcitrans & inde fit horripilatio. Sed postquam aliquãdiu illic steterit & lotioni cum dicta aqua assueuerit delectabitur in ea victo paulatim frigore assueto quod recalcitrabat. Et si postea se transtulerit de prima casa balnei ad mediam quę calidior est & steterit ibidem aliquãdiu calidior factus ita ꝙ iam sit quasi assuetus in eius calore, tunc si subito ipsi inscio super eũ prima aqua fundatur sentiet ex ea frigiditatem & patietur horripilationem, terretur enim quodammodo natura à mutationibus subitis.

Gentilis in librum primum fen. iiij.

De indicijs pulsuum balneatorum. Cap. 14.

Balneatio &c. Postquam Aui. determinauit de pulsu qui prouenit ex exercitio, hic determinat de pulsu qui prouenit à quodã annexo exercitio. s. à balneo. Primo ostendit qualis

E pulsus prouenit ex balneo aquæ dulcis. Secundo ostẽdit qualis pulsus puenit à balneo aliarũ aquarũ quę habent admixtionem rerũ extranearum. ibi (Ex aquis vero.) Prima in duas. Quia pręmittendo diuisionem balnei facti ab aqua calida & frigida ostendit qualis pulsus prouenit ex balneo aquæ calidæ. Secundo frigidę. ibi (Sed balneationis.) Prima in duas, Primo distinguendo de balneo ostendit in confuso qualis pulsus prouenit ex balneo aquæ calidæ. Secũdo hoc facit magis distincte. ibi (Dicemus ergo.) Iuxta primam partem notandum ꝙ quãdo dicit (in principio) appellat hoc principium balnei quando ipsum est tẽperatum & debite approximatum, & ꝙ sic intelligat apparet per id quod subdit. cumq; multum resoluerit debilitabit pulsum.

F Notandum vlterius ꝙ sicut dicebatur de exercitio tẽperato quod in principio facit pulsum magnum respectu eius quod erat in principio. secũdo quia additur necessitas fit magnus & velox, tertio quia adhuc magis addit, fit magnus velox & spissus, ita est etiam de balneo, quia in principio balnei temperati calor mouetur ad membra & fortificatur ex dilatiõe ad membra. Item propter resolutionem superfluitatum etiam obtundebant calorem, & cum ad fortitudinem virtutis sequitur fortitudo & magnitudo pulsus, ideo in principio balnei temperati est pulsus magnus & fortis, & quia in medio eius est calor augmẽtatus, ideo propter necessitatem additam additur velocitas & vltimo spissitudo, si autem sit superfluum & resoluens tunc debilitat virtutem, & tunc differentia quæ primo adueniebat ex fortitudine virtutis. s. magnitudo prius deficit in pulsu et remanet paruus, velox et spissus. secũdo quando

quando diminuitur necessitas ex superflua resolutione deficit magnitudo & velocitas & remanet spissitudo, vltimo autem quando magis perdurat efficit virtutem valde debilem, & tunc ponit pulsum debilem paruum & tardum & rarum, quia immediatus defectus debilitatis virtutis est debilitas in pulsu.

Dicemus ergo &c. In ista parte distincte declarat qualis pulsus prouenit ex balneo.

Sed tu dices vnde est hic quòd aliquando perdurat talis impressio accidentalis aquæ in corpore balneato, aliquando non. Dicendum ꝙ hoc potest esse ex parte duorum, aut ex parte aquæ, aut ex parte corporis balneati, & ex parte aquæ dupliciter, aut ex parte substantiæ aquæ, vt quia si est multum calida diu durat caliditas in ea, si autem est parum calida parum durat quando penetrat in corpus per poros. Item potest hoc accidere ratione corporis balneati, quia illud corpus vel est raræ compositionis & caliditas aquæ non perdurat sed resoluitur per poros, postea remanent partes aquæ frigidæ quæ infrigidant corpus, aut est spissæ compositionis & densæ, ita ꝙ non est multum porosum corpus, & tunc diu retinetur caliditas & durabit. Vlterius notandum quòd Auicen. valde bene habuit intentionem Gal. in commen. 12. introductorij pulsus, quia vult intendere talem diuisionem ꝙ si fiat balneum ex aqua calida, aut illa caliditas extranea impressa in aqua recedit, ita quòd non durat, sed redit aqua ad suam naturalem frigiditatem, aut remanet eius impressio caliditatis in corpore, si primo modo tunc ponit pulsum paruum, quia virtus debilitatur à contrario, scilicet à frigido & tardum & rarum, quia ibi est necessitas diminuta, si autẽ permaneat caliditas hoc est dupliciter, aut resoluit parum & non manifeste, ita quòd non propter hoc accidit syncopis & defectus virtutis, & tunc fit pulsus paruus propter defectum virtutis & velox & spissus, quia necessitas non est propter hoc diminuta, sed si resoluat manifeste & perducit ad syncopim, tunc quia deficit virtus & necessitas, ideo tunc fit paruus & debilis, & tardus & rarus sicut dicebatur de exercitio. Quando ergo Gal. dicit quòd pulsus est paruus tardus & rarus debet intelligi quando vltimo soluit.

Sed balneationis &c. In ista parte. A. ostendit qualis pulsus proueniet ex balneatione aquæ frigidæ. Sed quæritur circa istam qualis debeat esse pulsus factus à balneo aquæ frigidæ. Et arguitur quòd debeat esse paruus auctoritate. G. qui ponit ad literam in suo introductorio

A pulsuum capitulo tertio, quod statim sunt parui & rari. In oppositũ arguitur, quia illud quod fortificat virtutem & auget calorem ponit pulsum magnum velocem & spissum, sed balneum aquæ frigidæ factæ est huiusmodi. ergo & cætera maior est nota, quia illæ sunt causæ prædictarum differentiarum. minor apparet, quia balneum aquæ frigidæ adunat calorem ad interiora qui coadunat, efficitur maior & fortior &c. Ad hoc dicendum breuiter sicut apparet per Gal. in commen. 13. introductorij pulsus, nam oportet distinguere de hoc tempore balneationis & de pulsu. Nam aut loqueris de balneatione quantum ad tempus sui principij, aut quantum ad eius processum. Item aut quæris de pulsu diastoles, aut quæris de pulsu systoles. Item oportet tertio distinguere de

B corpore cui balneum approximatur, quia vel est robustum & forte vel debile. Hoc præmisso dico si loquamur de motu systolis & in principio balneationis & in corpore robusto quod pulsus systolis erit magnus velox & spissus, cuius ratio est; quia systoles est motus constrictionis spiritus, & cum in principio balnei aquæ frigidæ & in corpore robusto calor constringatur & moueatur versus interiora, ideo systoles iuuatur ex tali motu, & quia calor adiuuatur & fortificatur & multiplicatur in seipso, ideo virtus eius quantum ad systolem augetur & etiam necessitas, & cum istæ sint causæ pulsus magni velocis & spissi, ideo systoles erit magna velox & spissa, & per oppositum motus diastoles fit paruus tardus & rarus per contrarias causas, quia ex infrigidatione

C accidit debilitas in virtute & minoratur necessitas, & est motus contrarius motui diastoles, quia spiritus mouetur ad interiora. Si autem loquatur quantum ad processum temporis dico quod si sit corpus carnosum, tunc fit pulsus magnus & fortis, non tamen velox nec spissus, cuius ratio est, quia virtus fortificatur, & ideo fit pulsus magnus & fortis, & quia necessitas non augetur propter frigiditatem aquæ ideo fit tardus & rarus, ita quod mangnitudo sufficit ibi ad euentationem caloris, & ideo dicit hic Auicenna augmentabitur fortitudo & crescet parum, si autem non sit corpus spissum & carnosum, sed rarum, tunc fiet pulsus eius paruus tardus & rarus, quia prosternitur eius virtus & calor valde diminuitur, quare &c. Et ex his patet ad rationes.

Ex aquis vero &c. In ista parte ostendit qualis pulsus prouenit ex aquis alijs.

Iacobus in doct.3.fen.3.primi.

De iudicijs pulsuum balneatorum. Cap. 14.

Balneatio &c. In hoc ca. primo diuidit balneũ. Secundo agit de pulsibus balnei aquæ calidæ. ibi (Si autẽ. Tertio aquæ frigidæ. ibi (Sed balneationis.) Quarto aquæ thermarum. ibi (Ex aquis.) In prima parte dicit ꝙ balneatio est duplex, vna cum aqua calida, alia cũ aqua frigida, quibus adde si vis aliam cum tepida.

Si autem &c. In secunda dicit prima ꝙ si balneatio fiat in aqua calida proueniẽt ex ea in principio sua iudicia fortitudinis virtutis pulsatilis & necessitatis euentatiõis adaucti caloris. s. iudiciũ ꝙ pulsus erit fortis propter fortitudinem virtutis & iudicium ꝙ erit magnus velox frequens propter necessitatem euentationis adauctam. Secundo dicit ꝙ si balneum aquæ calidæ multum resolnerit de calore & spiritibus reddet pulsum debilẽ, et Gal. affirmat ꝙ tunc erit pulsus paruus tardus rarus. Tertio innuit generaliter verũ esse ꝙ post multam resolutionem ex balneo calido semper sunt in pulsu paruitas & debilitas, sed non semper tarditas & raritas. Quod sic declarat. Aqua calida calefaciens interiora calore accidentali penetrando in poros quandoq; non permanet in suo calore, immo se reducit statim ad sibi connaturalem frigiditatem, & tunc erit pulsus tardus & rarus. Et quandoq; diu permanet in suo calore, & tunc erit pulsus velox & frequens. Quarto dicit quod si balneum calidum suo calore accidentali tantũ resoluerit de spiritibus & virtute vt syncopis proxima sit tunc tardum & rarum efficiet pulsum. Id voluit Gal. quando dixit paruum fieri pulsum tardum & rarum post plurimã resolutionẽ ex balneo calido.

Sed balneationis &c. In.3. dicit primo ꝙ si frigiditas balnei frigidi penetrauerit corpus reddet pulsum debilem paruum tardum rarũ, quia debilitabit virtutem pulsatilem & minuet necessitatem euentationis caloris & arterias constringet. Secundo dicit ꝙ si frigiditas balnei frigidi non penetrauerit sed solum corpori circũsteterit coadunans calorem in interioribus augmẽtabit modicum fortitudinem & diminuet velocitatem & frequentiam, quia calor non augetur intensiue per tale balneum, immo quodammodo contemperatur in arterijs brachiorum sicut per aerem frigidum attractum.

Ex aquis &c. In.4. dicit primo quòd balnea thermarum. i. locorum calidorum subterraneorum deficcatiuę virtutis augent duriciem pulsus & diminuunt ipsius magnitudinem sicut sulfurea salsa & aluminosa desiccatione sua duras

D faciunt arterias & nõ sinũt eas more magni pulsus libere dilatari. Secũdo dicit ꝙ balneum aquę thermarum calefacientis augmentum efficit in velocitate pulsus, quia calefaciendo necessitatem euentationis adauget cui satisfit velocitate. Tertio dicit quòd si balnea thermarum calida resoluerint virtutem propter moram nimiam contractam in eis erit quod iam diximus, scilicet pulsus fiet debilis paruus tardus rarus, maxime si debilitas vehemens fuerit & vicina syncopi vel morti. Attende quòd de pulsibus balneantium sic disseruit Gal. libro de introducendis in pulsu capitulo tertio, siue tex.13.&.14. Balnea vero calida quidem magnos & citos & spissos & vehementes operantur pulsus quoad fuerint moderata. Immoderata vero paruos & imbecilles, veloces autem adhuc & spissos. Si vero

E in hoc quieuerit paruos & tardos & imbecilles & raros. Frigida vero balnea confestim quidem paruos & debiliores & tardos & raros & rariores. Postea vero qualemcunque contigerint operantia. Omnino enim vel torporem vel robur operantur. Torporem igitur inferentia infrigidantia paruos & imbecilles & tardos & raros. Calefacientia vero & roborantia magnos quidem & vehementes, velocitate vero & spissitudine moderatos, hæc Gale. Rasis vero.10. Almanso. de pulsu balneantium dicit. Balneum quoque magnitudini pulsus atque eius lenitati & velocitati & spissitudinis augmentum probet. In quo si quis moram fecerit fiet pulsus paruus & subtilis eius tamen velocitas remanet.

Iacobus de regimine infantis nuper nati.

F Attende secundo quòd ad indurationem cutis & corporum infantium dudum aliqui ex more habebant mergere ipsos in aquam frigidam. Iuxta illud Aristo. 7. politices capitulo. 37. Expedit autem mox & ad frigora consuescere ex paruis pueris, hoc enim & ad sanitatem & ad bellicas actiones maxime proficuum. Propter quod apud multos barbarorum est consuetudo, his quidem in fluuium frigidum abluere natos, his autem inuolucrum paruũ idest vestem tenuem circumponere, puta Celtis idest gentibus sic appellatis. Omnia enim quæcunque possibile assuescere mox inchoantibus melius quidem assuescere, hæc ille. Sed Gal. istum modum reprobat primo de regimine sanitatis capitulo.8. dicens. Cutis non est densanda in superfluum pueri, quia facile ab ægritudinibus interiorem causam habentibus postea caperetur, etsi ab exterioribus melius defendatur:

quare

quare non est intingendus aqua fluminum fœtus vt ignitum ferrum sicut faciunt Germanici cum exierit à matrice & est adhuc calidus. Sed studendum est vt media raritatis & densitatis sit cutis. Christiani vero nouiter genitos ad sacros fontes deferunt & sacerdos eos nudos aqua frigida perfundit etiā in hyeme baptizās eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sed pro delicatis nobilibus expediret aquam fontium in hyeme calefieri cum lex illud non prohibeat.

Iacobus ibidem.

Deinde aqua &c. In hac parte tertia nos instruit Prin. de quinq; faciendis infanti post eius salitionem. Primum est lotio eius cum aqua tepida vel mediocriter calida. In hac enim plurimum delectatur infans maxime post mordicationem salis vel salmorę. Gal. vero primo de regimine sanitatis. ca. 6. post salitionem statim potum lactis ordinat, scilicet suctionē eius ab vbere deinde balneum dicens. Et post bibat lac & balneetur dulcibus aquis.

Iacobus ibidem.

Ipse præterea &c. In hac parte. 7. dat. 12. regulas obseruandas circa infantem in balneatione & extersione & fricatione ipsius & statim post eas. Primà est, infans balneādus est æstiuo tempore in dulci aqua ęquali. i. temperata in qualitatibus primis actiuis, & in hyeme in calida caliditate suaui non pungente. Primo vt per balneum abstergatur sordities suę cutis. Secundo vt calor naturalis excitetur. Tertio vt superfluitates resoluantur & cedant venturo cibo, balneo igitur in infantibus partim operatur quod exercitium in prouectis. Secunda est, hora conuenientior ad lauandum infantem in balneo est post eius longum somnum. Nam tunc digestio facta est & tempus instat quo superfluitates euacuentur & infans paretur ad cibum suscipiendum. Quod si fiat balneum ventre pleno cibo cibus indigestus ad membra trahetur & oppilationes inducet. Tertia est, conuenit infanti vt bis vel ter in die lauetur. Nam lotio ipsius est præparatio quædam ad cibum suscipiendum. Cum ergo bis vel ter sit in die cibandus. Iuxta illud Prin. c. sequenti. Bis autem aut ter in die sugere mamillas debet ei sufficere, bis vel ter in die balneandus erit. Item bis vel ter in die vel amplius sordidat pannos egestione & vrina seipsum fœdans, non enim scit sugere neq; petere vas verbo vel signo quando instat tempus mingendi vel egerendi, quare indiget bina vel trina lotione seu balneo in die. Quarta est, infans in balneo tempore æstiuo

A mnetur dum balneatur, à balneo vero tepido seu temperato in actiuis ad balneum magis tepidum, idest plus particeps moderatę caliditatis si ęstas non fuerit calida vehementer, vel plus particeps moderatę frigiditatis si in feruore caloris excesserit, vt à moderata caliditate fiat superfluitatum resolutio non effreni æstate & à moderata frigiditate prohibeatur resolutio nimia caloris & spirituum ab æstate effrenitātium in caliditate. Quinta, non lauetur infans in balneo nisi donec eius corpus calefiat & incipiat rubere, deinde extrahatur quia lotio diuturnior calorē & spiritus attractos ad membra superflue resoluit. Et minor illa quæ clare facit & rubere non satis excitat calorem innatum, nec satis resoluit superfluitates pororum quæ cibi locum occupāt.

Sexta est, ferueantur aures infantis dum lauatur in balneo ne subintret eas aqua. Nam

B subintrans eas aqua est causa doloris. Iuxta illud Prin. tertij. 4. ca. 18. Ingreditur aqua quandoq; in aurem cum nō effundit eam ille qui balneatur aut abluitur & lædit. Et quandoq; apostematur radix aurium & vehementem incurrit dolorem. Modus autē præseruandi aures ab ingressu aquę est vt oppilentur cum cotto lotionis tempore vel prope eas non ducatur aqua. Septima est, infans hora lotionis à nutrice hoc modo est accipiendus siue tenendus. Primo quidem assumatur infans cum dextra manu nutricis consequēter appodietur ipse infans supra suum pectus nō supra ventrem super sinistrum brachium nutricis & cum dextra manu lauet eum nutrix. Causa vero quare super pectus appodiatur & non super ventrem est, quia eius pectus est ossuosum

C durum, venter vero tener mollis cito passibilis cum visceribus quæ in eo sunt, ne ergo expressura appodiationis venter eius & viscera doleāt super pectus appodiatur. Octaua est dum lauatur infans studiose ducantur palmę ipsius ad eius dorsum, & pedes ipsius sursum versus caput & versus nates suauiter ducantur & subtiliter non vi nec repente sed paulatiue, vt per hoc habilitētur membra eius ad motum. Per plantas igitur palmas manuū hic intelligit sicut primi prima. doct. 5. sum. 2. ca. 20. paragrapho illo. Musculorum vero digitos mouentium quidam sunt qui in planta sunt, & quidam sunt qui sunt in brachio, quia si omnes in planta coniungerentur propter carnem multam grauarent. Nona est, infans post lotionem & extensionem suorum membrorum suauiter exiccandus est & extergēdus cū mollibus pānis lineis, ne circa cū refrigeretur aqua balnei cuti adhęrēs à sua frigiditate

ditate oppilet aut rigere aut horripilari faciat.

Decima est, infans postquam exsiccatus & ex tersus fuerit, iaceat in primis super ventrē ipsius, & tunc fricet nutrix, premat & figuret incessanter dorsum eius à puppi capitis vsq; ad nates, deinde iaceat supra dorsum & fricet, similiter premat & figuret anteriora & latera eius cum suauitate. Et præter hoc totum incessanter infans fricetur prematur & figuretur in extremitatibus suis. s. capite, brachijs & tibijs. Fricetur quidem gratia resolutionis superfluitatum & excitationis caloris naturalis. Prematur vero & figuretur gratia corroborationis & decorationis formarum membrorum. Vndecima est, infans post fricationem, pressionem & figurationem suorū membrorum iterum fasciandus est cum pannis lineis mundis & institis seu bindis vt seruentur membra ipsius in decenti figura. Et sint panni eius mediocriter calidi, & fasciatio eius non nimis stricta, ne prohibeat transitum nutrimenti ad membra & crementum ipsorum, neq; nimis laxa sic q̄ non valeat retinere membra sub suis figuris decentioribus, nam tunc perdit vtilitatem gratia cuius fit. Duodecima est oleū oliuę dulce, post fasciationem infantis proijciatur in nares ipsius quia abluet oculos & tunicas eorum subintrando. s. vel resudando ad oculos per foramina parua quibus cōmunicant nares cum domesticis angulis oculorum, ita vt lippę & virulentię fistulares dictorum angulorum interdum per artem quandoq; à natura diriuentur ad nares, vnde minus faciem fœdant. Ex prædictis vides quàm attentus fuerit circa nouiter natos Prin. aboali ita vt Auer. ęmulus ipsius. 6. colliget. cap. 7. de regimine infantis dicat & fateatur. Auicen. multum hic dixit & sufficienter declarauit.

Iacobus in cap. 3. doct. 1. fen. 3. primi.

De ægritudinibus quæ accidunt infantibus.

Est etiam cum accidunt &c. In hac. 7. parte primo dicit q̄ etiam tussis & rheuma quandoq; superueniūt infantibus. Id testatur Hippo. aphorismorum tertia dicens. In ætatibus vero talia accidunt paruis quidem & nouiter genitis pueris oris vlcerationes, vomitus, tusses. Et Gal. in commento ait. Tusses enim accidunt ex inordinata sumptione lactis descendentis ad tracheam arteriam. Et Rasis libel. experi. c. 36. ait. Tussis accidit pueris in prima ætate, linguę autem eorum non possunt claudere epiglotum & sic infrigidatur pectus & eius instrumenta. Potest & alia causa tussis infantium assignari, quia quando erant in vtero materno aspirabant aerem calidum, sed

D postquam nati sunt aspirant frigidum non eis consuetum quare tussiunt. Item habent cerebra plena humoribus & superfluitatibus qui descendentes ad guttur & pectus, rheumatismos generant & tusses excitant. Secundo dat remedia. 4. contra tussim & rheuma infantium. Primum est effusio plurima aquæ calidæ super caput illius cui hi morbi accidunt, quia ipsa digerit & resoluit humores qui rheumata generant & tusses commouent si fluant ad pectus. Teste Hipp. aphorismorum. 5. de calido dicente. Eorum vero quę in capite sunt grauedinem soluit. Et Gal. in commento. 23. ait. In passione capitis similiter facit, grauedinem enim soluit, quia materiā morbi digerit. Attende tamen q̄ post effusionem plurimam aquæ calidæ super caput infantis caput illico debet optime extergi & exiccari

E cum capitergijs calidis, ne aqua super caput ad propriam reducta frigiditatem ex semetipsa caput suo frigore lędat & rheuma denuo generet.

Gentilis Fulginatis expositio super doct. 2. fen. 3. Can. 1. Aui.

De balneo & nominandis balneis. Cap. 5.

HVic autem &c. Docuit superius per vnā rem annexam hic per aliam. Et primo determinat de regimine corporis. Primo per balneum aquæ calidæ. Secundo frigidę. ibi (Hic quidem) in sequenti capitulo. Item prima in duas. Nam primo determinat de modo vsus balnei aquæ calidæ. Secundo determinat de iuuamentis & nocumentis eius. ibi (Sed qui febrem habet.) Primo determinat de modo vsus balnei ad ingressum & moram eius in eo. Secundo quantum ad exitum. ibi (Et se custodire.) Prima in

F tres secundum quòd tres principaliter debent attendi circa balneum. Primo ex parte qualitatis. Secundo quantitatis & cum hoc ex modo ingressus. ibi (Quapropter.) Tertio ex parte temporis. ibi (Qui vero impinguari.)

Qui vero &c. Et hæc in duas. Nam primo docet debitam horam ingressus ratione impinguationis. Secundo ratione conseruationis sanitatis & macrefactionis. ibi (Qui autem.)

Sed dices videtur quòd homo indigeat balneo etiam propter alias causas, quia sicut Gal. dicit in fine secundi de reg. homo indiget balneo ad hoc vt abstergat à sudore & puluere. Item dices nec videtur quòd indigeat ipso propter istas causas, scilicet humiditatem temperatam & calorem, quia humiditas ista est humiditas aquea, nos autem non indigemus humiditate aquea sed naturali. Item & similiter cum talis caliditas fit accidentalis, nec etiam ea indigemus. Dico, q̄ ista

ꝙ iſta duo iuuamenta, quæ hic ponuntur non inueniuntur poſita ab alio auctore ſed iuuamenta Gal. ipſa per ſeipſum, dico quòd balneum poteſt competere & ratione abſterſiõis ſudoris & pulueris, quemadmodum Gal. ponit, poteſt etiam competere, vt calefaciat et humectet temperate. & iſtius ratio eſt, quia ipſum balneum ſpargit calorem & nutrimentum per membra, & ideo vt ſic calefacit & humectat temperate. Et quod tu dicis primo de iuuamentis, dico ꝙ Auicē. illa dedit intelligi per illa, & quia ipſa per ſeipſum. ſ. per balneum abſtergitur ſudor & puluis, ideo non poſuit. Ad alia dico ꝙ caliditas & humiditas vt aquæ eſt vel aeris, non confert immediate, ſed confert mediate. ſ. vt dictum eſt. ſ. inquantum facit ſpargere caliditatem vel nutrimẽtum per corpus, & hoc eſt vtile, quia ad ipſum ſequitur humidũ. Vlterius intellige ꝙ illud (Quapropter) ſequitur valde bene ex eo quod dixit ꝙ iſtis balneatio reſolutionem faciens non eſt neceſſaria. Vlterius intellige ibi, vbi dicit (ſecundum ordinem balnei) caſas ingredi debent ꝙ ſicut ſuperius habuiſtis, balneũ ipſum habet plures caſas, modo vult dicere ꝙ homo non debet immediate cum intrauit primam caſam intrare in ſecundam, & poſtea immediate tertiam, ſed debet primo morari ĩ prima caſa parũ, & poſtea ingredi in ſecundam, & ibi etiam morari parũ, & deinde intrare in tertiam. ſ. ſic ordinate, & ſicut dictum eſt in introitu, idem ordo etiam debet ſeruari in exitu, quia non debet etiam ſubito exire, ſed illud debet etiam fieri ordinate.

Vlterius intellige ibi (Et ab aliqua forti cauſa feb. putridarum) quòd iſta cauſa poſſet eſſe & efficiens & materialis. efficiens ſicut oppilatio, quæ putredinem efficit quæ oppilatio ſic cauſata eſſet ex eo, ſcilicet ꝙ corpus exiſtens repletum balneum ſua caliditate attrahet humores ſuperfluos ad cutim, vnde ibi fiet oppilatio. Poteſt etiam eſſe alia cauſa efficiens. ſ. debilitas virtutis cauſata. ſ. ex balneo propter manifeſtam reſolutionem membrorum, vnde virtus exiſtens debilis humores non poteſt regere, vnde relinquuntur & putrefiunt. Cauſa materialis poteſt eſſe humores commoti balneo qui propter ſuam cõmotionem poſtea putrefiunt, & putridam faciunt. Vlterius intellige ꝙ illa. ſ. (oxymel & diamentaſtrum) poſſunt aſſumi & ante balneũ & poſt, ſed magis credo ꝙ debent aſſumi ante quia ſic prohibent oppilationem fieri, ſed ipſa aſſumpta poſt remouent aliquam paruam inductam. Item intellige quòd iſta diuerſificantur ſecundum complexiones, quia oxymel ratione A aceti frigiditatem habet, ſed illa alia duo magis ſunt calida. Item etiam intellige quòd ſicut habetis à Gal. 4. de regimine ſanitatis inter illa duo. ſ. diamentaſtrum & diatrionpipereon eſt differentia, quia diacalamentum vel diamentaſtrum magis valet ad penetrandum nutrimentum per corpus, ſed diatrionpipereon magis facit ad iuuandum digeſtionem. Vlterius dices quomodo aqua calida inducit phthiſim, ipſa enim non eſt vlceratiua pulmonis, nec alicuius membri? Item non etiam eſt conſumptiua, quia ipſa eſt humida, ergo quomodocunq; accipias, non videtur quia inducatur phthiſis. Dico ꝙ in capitulo de aqua loco phthiſis hic habuiſtis hydropiſis, & forte iſta litera eſt melior, ſed adhuc dico ꝙ inducitur hectica ratione ſuæ caliditatis actualis, phthiſis autem inducitur quia ipſa B poteſt pulmonem debilitare, & ſic humores ad ipſum deſcendent & vlcerabunt & inducent phthiſim. Vlterius intellige ꝙ balneum facit iſtos contrarios effectus ſecundum triplicem diuerſitatem ſecundum ꝙ Auerrois dicit primo ſecundum diuerſitatem caſarum. Item etiam ſecundum diuerſitatem moræ in balneo & horæ ingreſſus eius. Item etiam ex parte diuerſarum diſpoſitionum ipſorum corporum, ex parte iſtorum omnium poteſt facere illos contrarios effectus ſecundum quod tu met conſiderare potes.

Vlterius quod dicit (Fructuum) intellige acetoſorum & ſtypticorum, quia iſti magis infrigidant & confortant. Vlterius dices. dicit hic ꝙ debet cauere à balneo ille qui habet feb. vel apoſtema vel ſolutionem continui dices non videtur de feb. & de apoſtemate, quia in. 10. & in. 5. C de inge. ſanita. ca. 10. & 13. habuiſtis in feb. balneum. Item in. 3. de regimine ſanitatis habuiſtis quòd balneum confert in feb. & apoſtemate. Item ratione quia ipſum balneum materiam digerit & euacuat & calorem confortat, vt ex. 3. regi. habetis. Dico quòd illud cauere intelligo non ex toto euitare, ſed quia debet cum cautela approximari, nam ipſum indebite approximatum, maximum facit nocumentum, debite autem facit iuuamentum magnum. Item dices, male dicit (niſi in reſolutiõe) quia ipſemet ponit alia iuuamenta. Dico ꝙ intelligit ꝙ illud ſit magis principale. Et in hoc terminatur ſententia huius capituli.

De ablutione, quæ fit cum aqua frigida. Cap. 6.

HOc quidẽ &c. Hic determinat de regimine ſanitatis per balneum aquæ frigidæ. Et tria facit. Primo oſtendit cui corpori competat huiuſmodi balneum. Secundo oſtẽdit modum

vsus eius.ibi (Et in hora.) Et tertio docet quædã iuuamenta eius.ibi(Cum aqua autem frigida.) Secunda in duas. Primo docet vsus modum, qñ debet balneari semel in die. Et secundo quando pluries.ibi (Et est cũ post.) Prima in duas. Nam primo docet debitũ modũ vsus istius balnei ex parte horæ. Secũdo ex parte quãtitatis & quãtitatis.s.ex parte ingressus & egressus.ibi (Deinde.) Intellige hic primo ꝙ illud qđ dicit primo regimen exponitur per illud quod postea dicit, neq; fastidium &c.& similiter etiam illud quod dicit ætas exponitur, similiter ꝑ illud qđ dicit postea, neq; puer neq; senex, nam non competit frigidũ pueris, quia prohibet eos ab augmento, neq; senibus quia sunt frigidi, sed solum cõpetit tale balneum iuuenibus. Item dicit etiam postea virtus quia virtus debet esse fortis. dicit etiam figura, quia debet esse bene carnosa vt prohibeat frigiditatem intus minus ingredi. dicit autem tẽpus, quia debet esse tempus & ætas particularẽ, quia debet esse dies calida non ventosa vt dicit̃ infra. Item intellige ꝙ debet illud balneũ fieri post fricationem & inunctionẽ, quia qñ illud balneũ frigidum fit, debet calor naturalis incitari vt sua frigiditas non possit nocere membris intrinsecis, calor enim tunc excitatus & in membris exterioribus existens, repugnat frigiditati balnei ne nocere possit intrinsecis. Sed dices. iste dicit ꝙ ista aqua debet esse temperata directe. Oppositum ponit Auer.6. colliget.ca.6. qui dicit ꝙ non debet esse calida nec etiam temperata, quia non compleret opus quod intendimus.s. frigiditatem, sed debet esse frigida. Dico ꝙ non solum intelligo ꝙ sit temperata, quia sit recte media inter caliditatem & frigiditatem, sed intelligo ꝙ ipsa declinet aliqualiter ad frigiditatem. Item dices postea ipse dicit ꝙ sit exercitium temperatum aut parum velocius q̃ solebat. dicens: Gal. solum dicit ꝙ sit velocius. Dico ꝙ potest intelligi aut pro.1.ita ꝙ tunc dicet temperatum quantum ad quantitatẽ, quia erit medium inter multum & paucum, sed idem erit velocius vt secundum aliquid exacuatur calor naturalis. Item intellige ꝙ ipse debet se proijcere in eam subito, & huius ratio est duplex. Vna quæ tangitur in litera, vt.s. membra inspissẽtur & dura fiant. Alia ratio est quam tangit Gal. quia si solum pars vna post partẽ mitteretur in aquam frigidam, calor tunc occuparet vnam partẽ & dimitteret alias, & fugeret ab alijs, vt ergo illud non faciat, debet se subito proijcere. Item intellige quod dicit ꝙ debet plus comedere & minus bibere. Ratio illius ẽ duplex. Vna est vt appetitui satisfaciamus,

D quia ipsi cibum appetunt plus & minus potum. Alia ratio, quia cum tunc fortificetur calor & digestio debet plus comedere, cum autem ipse humectetur debet minus bibere, & ita illud est & ratione delectationis & iuuamenti. Sed dices ꝙ non debeat fieri subito per illum apho.51.2. parti.secundum multũ & repente nec alterare &c. Dico ꝙ mutatio ad conueniens facta subito, nõ est nociua, immo prodest, sed mutatio ad inconueniens si fiat subito maxime nocet. Item ꝙ dicit gradatim intelligo ꝙ à principio caliditatis æstatis debet sibi sufficere solum balneare semel, sed postea vlterius, quando augmentatur caliditas potest balneari bis. Item intellige ꝙ illud balneum non competit post ista, quia tunc debilitaret membra intrinseca. Sed dices saltẽ non videtur ꝙ post exercitium, quia contrarium huius posuit Auicen. & idem omnes alij volunt.s.

E ꝙ ipsum fiat post exercitium. Item etiam exercitium excitat & præparat calorem, qui resistit frigiditati balnei, oportet distinguere ꝙ est exercitium multum, paruũ, & mediocre, modo quod omnes dicunt intelligunt exercitium moderatũ & mediocre in quantitate, sed post exercitium longum multum, illud balneum non competit, & sic intelligit Aui.hic. Sed quæritur, vtrum optime sano competat balneum aquæ calidę. Et videtur ꝙ non aucto. Auer.6.coll.ca.9. qui dicit ꝙ licet competat seni balneum aquæ calidæ, nõ tamen competit iuueni. Item ratione quia nihil alterans corpus temperatum competit ei, balneum est huiusmodi, ergo &c. Item cuius iuuamentũ pficitur per fricationem & exercitiũ non indiget balneo, sed hoc est secundũ Gal.in.3.de regi.quare &c. In oppositũ est Aui.hic, & Gal.

F ẽt q docẽt ipsum approximari. Dico ꝙ balneũ aquę calidę debite approximatũ cõpetit corpori optime sano vt iuueni. Et ratio est illa quæ tacta fuit, quia quãtũcũq; corpus sit temperatũ, adhuc debet fieri abstersio sudoris & pulueris. Et tunc quod tu dicis de Auer. dico ꝙ ipse ibi cõparatiue loquitur.s.ꝙ non tñ competit, sed abstersiuum bene cõpetit. Ad aliud nihil alterans &c. dico ꝙ verũ est, si ista alterẽt vel trãsmutent ad dispositionẽ quæ naturaliter nõ debet esse ꝙ nihil tale competit, sed si transmutet ad illud quod debet esse, bene potest approximari. Ad aliud dico ꝙ verum est si perficiatur quantum ad omnia, sed illa non perficiunt quantum ad omnia, quia nõ quantum ab ea quæ oportebat abstergere, licet faceret illud quãtum ad alia. Tunc quæritur, vtrum balneum frigidum cõpetat ad regi.sani. Et videtur ꝙ nõ, qa nihil repugnãs oĩbus virtutibus

busin omnibus operationibus suis competit ad regimen sanitatis, balneum frigidum est huiusmodi, quare &c. Maior de se patet, quia in regimine nos intendimus conseruare virtutes & nō eis repugnare. Minor patet, quia sicut superius dictum fuit frigidum ipsum contrariatur omnibus virtutibus per se, ergo quod primo est frigidum primo & maxime contrariatur eis, sed primo frigidum est aqua, quare &c. Item quod est causa febris ephemerę non cōpetit in regi. sani. sed balneum aquę frigidæ est causa febris ephemerę, vt in. 8. de inge. ca. 2. & 3. habetis, & etiam de febribus, quare &c. Item nihil medicinale cōpetit ad regi. sani. saltē corporis optime sani, sed balneū frigidum est res medicinalis, quare &c.

Tunc quæritur. dato q competat vtrum competat ante cibū vel post. Et videtur q post, quia illud quod confortat digestionē debet approximari qn fit digestio, sed balneum frigidū est huiusmodi, vt hic dicit Auic. quare &c. Item illud quod fit in meridie cōpetit post cibum, sed balneum frigidum est huiusmodi secundum quòd Auice. dicit, quare &c. Maior patet, quia vt plurimum nos comedimus in tertia. In oppositum vtriusq; est Auicē. quare &c. in litera, & Gal. & omnes. Dico ad primum q balneum frigidum approximatum cū conditionibus hic positis cōpetit iuueni, sed in alia ætate nō competit. Ratio primi est ex iuuamentis iam tactis, quia illud qđ inspissat membra & fortificat calorem & digestionem competit, sed cum conditionibus prędictis balneum frigidū est huiusmodi, quare &c. Ratio secundi est, scilicet quare non competit in ætate crescentię, quia membra propter augmentum & extensionem debent mollificari, sed frigidum inspissat & indurat ea vnde redduntur inepta ad augmentum, similiter nec etiam competit senibus, quia in eis calor est diminutus & & in quantitate & qualitate, & ideo quia non potest repugnare frigiditati aquæ non cōpetit.

Tunc ad primum quod dicis dico quòd illud frigidum non repugnat illis, immo iuuat, quia ipsum non peruenit ad intrinseca existens frigidum & ēt contēperat & nō iuuat. Ad aliud dico q bene facit ephemerā indebite approximatū, sed debite non. Ad aliud dico q bene nihil medicinale euacuatiuum competit ei, sed medicinale alteratiuum competit ei, non ab eo q debet esse, sed ab eo q est tale, bene ei competit.

Tunc ad secundū dico q illud balneū frigidū competit ante cibum, & ratio est, quia ipsum debet fieri post fricationem & exercitium, vt Aui. ponit, sed cum ista fuit facta prima & secunda di-

A gestione, patet q etiam fiet tunc illud balneum. Et tunc quod tu dicis. primo dico q illud esset verum ratione sui secundum se, sed quia exercitium & fricatio debent præcedere ipsum, ideo etiam ratione illorum non potest fieri post, sed oportet q fiat ante. Ad aliud de meridie dico q non oportet, quia debet comedisse parum, ita q in breui tempore & ante meridiem ipsum pos sit esse digestum. Et in hoc terminetur sententia istius capituli.

Iacobi de partibus expositio super doct. 2. fen. iij. Can. 1. Aui.

De balneo & nominandis balneis. Cap. 5.

HVic autem &c. In hoc. c. ostendit primo quibus & propter quid competit balneū & modum & horam sui vsus. Secundo ordinem ingrediendi casas balnei & tempus morandi in

B eis & vtilitates eius. ibi (Balneorum vero.) Tertio horam balneationis quęrentium impinguari per balneum cum modo præseruationis ab oppilatione, & quęrentium demacrari, & quęrentium solum sanitatem seruare. ibi (Qui vero impinguari.) Quarto modum præseruādi eos in quibus timetur ebullitio cholerę ex balneo. ibi (Et si timet.) Quinto quibus non competit balneū. ibi (Sed qui febrem.) Sexto vtilitates & nocumenta balneorum. ibi (Et tu quidem.) In prima parte dicit primo q balneatio resolutionem faciens nō est homini necessaria, de cuius regimine hic agitur. s. iuueni tēperato, quia corpus ipsius est mundum, & ita non indiget resolutione superfluitatum. Secundo dicit q ex iuuenibus temperatis ille qui balneo indiget, non indiget eo nisi vt acquirat ab eo calorem subtilem idest moderatum

C demulcentem tactum & humiditatem temperatam in qua voluptuetur. Et ideo non debet in eo multum morari nisi se paulo plus debito exercitauerit, tunc enim indiget humectatione balnei corrigente siccitatem ex motu ortam, vel nisi paulo minus debito se exercitauerit & fricauerit. Tunc enim indiget calore balnei perficiente resolutionem opportunam, vel nisi se exercitauerit in loco puluerulento vel vsque ad sudorem, tunc enim indiget balneo quo abstergatur & lauetur à pulueribus & sudore. Tertio dicit q si iuuenes exercitati descenderint in fontem. i. tinam aqua calida plenam, intrent ipsum & stent in eo donec cutis seu superficies suorum corporum rubeat & intumescat, & quamprimum incipit ab eo resolutio fieri vel cutis detumescere, protinus exeant. Et aer tinam circundans humectetur plurima effusione aquæ tepidæ dulcis, consequenter lauentur velociter

& egrediantur à locis balnei & tinę. Quarto di-
cit exercitatus nõ debet ingredi balneum donec
perfecte quiescat.s.donec sanguis eius & spiritus
per exercitium commoti quiescant & anhelitus
factus velox & magnus ad proprium redeat tẽ-
peramentũ, nec calor balnei calori exercitij sup-
additus debilitet & resoluat. Attende q Gal.3.
de re.sa.c.2.modum & vtilitatẽ balnei post exer
citium in quinq; propositionibus describit. Pri-
ma est, exercitatus iuuenis ducendus est ad bal-
neum, & si paruam inde habuerit vtilitatẽ, quia
iam ab exercitio moderato curatus est & frica-
tus. Secunda est, dura & tenera membra per bal-
neum molliũtur & euaporatur si quid superflui
tatis & liquefactionis carnis mollis vel pinguedi
nis intus acutę cõtineatur quod in immoderatis
contingit exercitijs. Tertia est, iuuenis tempera-
tus non indiget exercitio propter hæc, quia sup-
flua p exercitiũ & fricationem satis in hoc sunt
euacuata, & ipse non solet immoderate exercita
ri. Quarta est iuuenis tẽperatus indiget balneo
ad hoc solum vt à sudore lauetur & puluere, nõ
vt calefiat in balneo, sicut isti qui sine exercitio
balneantur decoquẽtes seipsos. Quinta est iuue-
nis temperatus dum balneatur post exercitium
non debet contrahere moram in solio seu aere
balnei, sed lotus ad aquá moderate sustinet, quia
hæc moderatę naturæ corporis congrua est.

Balneorũ vero &c. In hac parte secũda pri-
mo dicit Prin. se iá declarasse & retulisse dispo-
tiones & conditiones balneorũ.s.c.vltimo sum-
mæ primæ doctrinæ secundæ fen secũdæ primi.
Secundo dicit q illud quod hic nunc dicendum
restat, est primo q oẽs balneandi debent ingredi
casas balnei secundum ordinem.s. primo primá
quæ cõparatione ad alias frigida est & humida
& in se temperata. Postea secundá quæ calida est
& humida lotionibus corporum & tinis aptata
multa aqua respersa. Deinde tertiam quæ est ca-
lida & sicca sudoris abunde prouocatiua.s. diu
stetur in ea, quia natura non sustinet sine graua-
mine subitas mutationes. Secundo dicendũ est
hic q balneandus nõ moretur in domo seu casa
calida balnei nisi tali mensura q non recipiat in-
de nocumẽtum supercalefactionis resolutionis
nimię vel debilitatis, sed tali mensura stet in ea
q requiescere faciat suaui somno propterea q su
perfluitates resoluit & corpus præparat ad rece-
ptionem nutrimenti, & tali mẽsura q custodiat
ipsum à debilitate quæ prouenit ex nimia reple-
tione calorem innatum hebetante, & tali mẽsu-
ra q præseruet ipsum ab aliqua causa forti febriũ
putridarum.s.ab oppilatione pororum quæ po-

D tissima est causa putredinalium febrium pro-
pter prohibitionẽ euentationis humorum & re
tentionem ac conculcationem fuliginum cor-
rumpentium eos.

Qui vero &c. In hac parte tertia primo agit
de hora balnei impinguatiui. Secundo de macra
tiui.ibi (Qui autem vult resolutionem.) Tertio
custoditiui sanitatis.ibi (Sed qui sanitatẽ tantum
vult.) In prima dicit primo q quærens impin-
guari, debet intrare balneum post comestionẽ
dummodo fuerit securus quòd oppilationes ei
non accidant, puta quia est latarum viarũ subti-
lium humorum non pronus ad eas, nec assuetus
eis sine forti causa vel habet in vsu medicinam
promptam contra oppilationes. Eiusdem sentẽ-
tiæ meminit Rasis.5. Almã.c. de his quæ corpus
impinguant dicens. Conuenit præterea post ci-
E bũ balneari & oleo prius inungi debet & postea
aquam tepidam super corpus proijcere. Cuius
ratio est duplex. Vna est, quia balneum copiose
trahit sanguinem ad membra, nec membra nu-
tritionis ei resistunt, sed liberaliter transire per-
mittunt iam cibo munita. Secunda est, quia bal-
neum hac hora vehementer humectat vnde fit
vt nutriens faciliter membris iungatur & inui-
scetur, verũtamen per hoc indigestus cibus tra-
hitur ad hepar. Secundo dicit q qui quærit ab
oppilationibus præseruari si fuerit calidæ com-
plexionis bibat oxymel quod ratione mellis nu
trimenti vias & superfluitatum eius abstergit &
mundificat. Et est triplex oxymel, vnũ simplex,
aliud diureticum, aliud squilliticum inter quæ
minus calidum est simplex, sed magis aperitiuũ
est diureticum. Et iterũ simplex oxymel triplex
F inuenitur, vnum est paucę commixtionis quod
ex partibus aquæ sexdecim & vna mellis fit. Et
istud infrigidat calefactis conferens. Aliud mul
tę commixtionis ex partibus aquæ quatuor &
vna mellis, & hoc calefacit. Aliud medię com-
mixtionis ex octo partibus aquæ & vna mellis
quod remisse calefacit frigiditate aquæ prohi-
bente caliditatem mellis. Tertio dicit q volens
se præseruare ab oppilationibus si fuerit frigidæ
complexionis bibat diamentastrum.s. electua-
rium de mentastro & diatrionpipereon. i. ele-
ctuarium de tribus generibus piperũ.s.albo, ni-
gro & longo quod describitur.5.can.sum.primę
tract.tertio. Et p vnaquaq; vice sumat.ʒ.j. de alte
ro istorũ cũ paruo haustu puretę cicerũ vel aquę
fœniculi aut apij vel vini albi vel hydromellis.

Qui autẽ vult &c.) In secunda dicit q quæ-
rens resolutionem suæ supefluæ humiditatis &
macrefieri debet balneari famelicus & longo
tempore

tempore in balneo morari, sic enim resoluitur humiditas corporis & siccatur corpus ab innata caliditate coadiuta calore balnei deficiente alimento quod resoluta restauret. Sed qui sanitatem &c.) In tertia dicit, ꝙ quærens ex balneo seruare dũtaxat sanitatẽ corporis sine demacratione, vel impinguatiõe debet ingredi balneum post digestionem cibi iam completam in stomacho & in hepate. Attende, ꝙ balneum in regimine pure conseruatiuo debet fieri non statim post digestiones completas in stomacho & hepate, sed etiã in venis, quia fieri debet post exercitium. Iuxta illud Gale. 2. de regi. sani. cap. 3. Cum iuuenis est exercitandus est, & durius fricandus, & post exercitia facta est balneãdus, sed tempus exercitij est optimũ quando hesternus cibus fuerit perfecte digestus, & qui in ventre, & qui in vasis & alterius cibi instat tempus, vt ait idem dicto libro capitulo secundo.

Et si timet &c. In hac quarta parte dicit primo, ꝙ ille debet comedere rem subtilẽ ante balneationẽ, qui timet ne cholera rubea in eo ebulliat, si hoc fecerit. i. se balneauerit iã perfectis digestionibus & ieiunus. In tali enim cholera ebulliens, vel febrem inducit, vel ad os stomachi profluens & ipsum pungens syncopim gñat ex vehementi dolore corde sibi compatiente. Secũdo dicit ꝙ hoc. s. sumere rem subtilem, aut cibũ est necessarium ante balneationem ei, cuius cõplexio est calida, & qui abundat in cholera rubea, quia aliter balneum cõmouebit eius choleram ebullire faciens eam. Et cum hoc præseruandus est, ne subintret casam balnei calidam maxime tertiam, quæ suo calore plus alijs choleram ebullire facit. Tertio dicit, ꝙ cibus melior istis ante balneationem est panis infusus in succo fructuũ, vt malorum granatorum, vel macianorum acetosorũ, vel cydoniorũ, aut panis infusus in aqua rosata. Talis enim choleram reprimit, os stomachi confortat & calorem temperat, nec trahitur per balneum ad hepar ante sui digestionẽ, cum balneum taliũ sit remissæ caliditatis. Quarto dicit ꝙ tales calidi cholerici præseruare debent, ne vel in exitu balnei, vel in balneo rem actu frigidam bibãt, quia per poros balneo apertos, quasi repente transiret ad membra principalia maxime ad hepar corrumpens suas virtutes actuali frigiditate, sicut vides equos labore æstuãtes adhuc sudorosos adaquatos aqua frigida statim morti fundi. Quinto dicit, ꝙ tales calidi cholerici debent sibi cauere, ne rem vehementer calidam in egressu balnei, vel in balneo bibãt maxime aquã calidam, quia verendum est ne subito penetrans

A vsq; ad membra principalia phthisim, id est consumptionem corporis & hecticam inducat sua resoluenti caliditate. Sed quare dicit præcipue ab aqua, nunquid bibitum vinum calidum, aut nectar, aut Hippocras post balneum bibitũ, vel in balneo citius inducere phthisim, vel hecticam q̃ aqua, cum quodlibet horum cum sua actuali caliditate sit potentia & virtute calidum & siccum. Dic ꝙ ista plura præstant beneficia, quæ non præstat aqua. Primo quidem sunt familiaria humanæ naturæ. Secundo confortat mẽbra principalia. Tertio nutriunt. quarto generant et multiplicant spiritus. Quinto facilius aqua resoluuntur, & quia nutriũt plus de eis retinetur in membris nutritiuis transeundo per ea, & plus de eis retinetur in membris. Sexto dicit ꝙ calidi cholerici cauere debent, ne repente balneum exeant,

B & ne caput suum post ipsum detegant, & ne corpus suum frigori exponant, quia tales natura rari sunt & balneũ hos magis rarificauit poros aperiens, quare frigidus aer libere subintrãs interiora debilitat, & calorem innatum vel extinguit, vel diminuit. Septimo dicit ꝙ calidi cholerici debent à balneo exire tempore hyemali suis pãnis vndiq; bene cooperti, ne tunc penetrentur à frigore intenso continentis eos aeris.

Sed qui febrem &c. In hac parte quinta prohibet balneum in tribus casibus. Primo quidem in febre hora febris, quia febris est calor naturalis mutatus in igneum, vt ait Gale. primo aphor. cõmẽto illius canonis. Humidæ diætæ omnibus febricitantibus cõferunt. Balneum igitur superigniens, amplius febrem augmentabit. Secundo in solutione cõtinuitatis, nam si noua fuerit quæ

C plaga dicitur, balneum nocet augmentando sanguinis fluxum. Si vetus, dicta vlcus, balneum nocet augmentando putredinem & humectando vlcus, quod potius debet exiccari, qa vlcera non sanantur, nisi desiccẽtur. Tertio in apostemate, quia materiam apostematis amplius intumescere facit, & in ea putredinem dilatat. Instabit aliquis primo de febre ephemeræ cui competit balneum. Iuxta illud Gale. 8. de ingenio sanitatis, capi. 2. Sed vos scitis, ꝙ huiusmodi febricitantes in primo die secũdo & tertio mane quoq; meridie & vespere & noctu in balneum misissem, & bene euaserũt quarto & quinto die sine macula ad solitum opus exeuntes. Et primo de febribus ad Glauconem, cap. 5. distinc. 1. de curis ephemerarum ait. Curare autem oportet balneo omnes. eos quidem qui in densitate cutis, aut in bubonibus febricitauerint, si in aere balnei tardare præceperis nihil lædes. reliquos vero omnes cito ab

aere

aere remoue: in aqua vero si amplius morari voluerint, concede. Secundo de febre hectica, cui balneum conuenit. Iuxta illud Gale. 10. de inge. sani. cap. 9. Dico q omnis habens hecticam maxime veniēs in phthisim, si non habeat aliquam febrem de putredine, vel de apostemate viscerum oportet in balneum mittatur. Tertio de putrida, cui competit balneum post purgationem. Iuxta illud Gale. 11. de inge. sanitatis. cap. 16. Ego vero nullum febrientem ex putredine in balneum introduco, nisi prius materia purgetur. Sed materia purgata balneum & cataplasma præparo. Et cap. 20. eiusdem laudat balneum tam in putrida continua, q̄ interpolata, dicens. Cumq; cruda materia & putrida fuerit digesta ponatur molle cataplasma & balneum sine dubio præparetur. In eis tamen quæ sunt interpolate facit febre dissolui incipiente, quia tunc temporis balneū præparabit corpus in sumendo cibo. Et primo de febribus ad Glauconem ca. 2. dist. 4. de cura febris tertianæ ait. Si vero digestionis signa apparerant, & si multoties balneaueris non vtiq; peccabis. Et paulo ante ait. Eos vero qui amāt balneum, neq; si bis balneaueris in die, peccabis. Et in quartana laudat ipsum balneum quarti prima trac. 2. cap. 59. Quarto arguitur q in vulneribus cōuenit balneū. Nā phthisis est vulnus in pulmone: sed Princeps phthisicis comedit balneū tertij decima cap. vltimo dicēs. Et quandoq; conceditur vt ipsi ingrediātur balneum ante cibum, & post ipsum, cum non est in hepatibus ipsorum oppilatio. Ipsum enim impinguat eos & confortat ipsos. Quinto arguitur q in apostematibus, quia peripneumonia & pleuritis, quæ sunt apostemata balneo iuuantur. Teste Hippo. parti. tertia regi. acu. circa finem cano. 62. dicente. Balneare in peripneumonia iuuātius est q̄ in acutis febribus. In latere etiam tenerę costæ, atque inter spatulas existentem dolorem mitigat. Item excoquitur, quod per sputum necesse est excreari & adiuuat flatum etiam bonificat & screatus aufert laborem, quia artus mollit, cutem humidam facit, vrinam expellit, capitis releuat grauitatē, nares humidas reddit. Idem dicit Gale. in cōmento. Ad primum, secundum, et tertium obiecta, dic Principem hic voluisse balneum nō debere ministrari in putridis interpolatis hora febris maxime ante declinationem: neq; in cōtinuis ante digestionem materiæ. Ad quartum dic, q balneū non cōuenit in phthisi ratiōe vulneris, sed hecticę sequentis ad ipsum. Ad quintum dic, q in principio, augmento, & statu peripneumoniæ & pleuritidis balneum non competit, quia his tempori

D bus fluxum materiæ ad locum ægritudinis augmentat & putredinem dilatat & febrem incendit. Sed in declinatione competere potest. Iuxta illud Prin. tertij decima trac. 5. cap. 3. Et post declinationem manifestam administrat balneum. Istud facere in Gallijs nō soliti sumus: sed veteres assueti balneis liberius & liberalius ea suis patientibus concesserunt, & quia minus tunc temporis se replebant, & magis purgabant, vnde suspicio de recidiua nō tanta habebatur, sicut nūc apud nos.

Et tu quidem &c. In hac parte sexta primo tangit actus oppositos, in quos potest balneum. Secundo iuuamēta balnei. ibi (Et eius quidem.) Tertio nocumenta eius. ibi (Eius autem.) In prima particu. dicit, q iam sciuimus ex præcedentibus. s. ex scriptis primi. 2. doc. 2. summa. 1. cap. vlt.
E q balnea possunt in actus contrarios. Nam calefaciunt & infrigidant, siccant, & humectant, iuuant, & nocent. Et posse in hos actus inest eis ex triplici radice. Primo quidem ex diuersitate eorum & secundum casas, & secundum aquas. Secundum casas quidem. Nam prima infrigidat, secunda calefacit & humectat, tertia calefacit & desiccat. Sed secundum aquas balneum aquæ calidæ calefacit, frigidæ frigidat, dulcis humectat, salsæ sulfureæ, vel aluminosę siccat. Secundo ex diuersitate dispositionis corporum se balneantium. Nam balneum calidum famelicos & inanitos siccat & demacrat, & interdum resoluēdo calorem, corpus infrigidat. Sed repletos sanguine & cibis humidos & crassos reddit. Tertio ex diuersitate moræ in eo, quia parum morans, vel mediocriter in balneo calido dulcis aquæ calefit
F & humectatur: & superflue morans resolutione nimia caloris & humidi tandem desiccatur et infrigidatur. Et eius &c.) In secūda refert primo sex vtilitates quas efficit balneum. Prima est prouocare somnum propter delectationem, quam ingerit & diuersionem fumorum acutorū à capite ad cutem & resolutionem spirituum animalium qui somno & quiete restaurari solent: & quia caput humectat. Secunda est aperire poros sua caliditate propterea spāliter laudatur in ephemeris ex oppilatione pororum. Tertia est abradere. i. abstergere sordiciem à superficie corporis cooperante fricatione. Quarta est resoluere suo calore superfluitates quæ sub cute latent, & quę continētur in poris & venis, vel resolutione insensibili vel sudorali. Quinta est digerere suis caliditate & humiditate superfluitates humorales & cooperari ad digestionem cibi suscitando calorem innatum, & resoluendo humiditates he-

betantes

betantes ipsum. Sexta est attrahere sua caliditate nutrimentum ad superficiem cutis & exteriora membra: vnde cutem rubescere facit & intumescere & corpus impinguat, quando post cibum fit. Secundo reducit omnia balnei iuuamenta ad quatuor eius operationes. Prima est resolutio resoluendorum vnde pacificat colicam & iliacam, & dolores alios ventosos & vaporosos & fumos educit. Secunda est euacuatio euacuandorum in parte naturali. i. ad receptacula à natura ordinata, vel per vias naturales, vel à virtute expulsiua naturali, ad quam cooperatur balneū, quia materias commouet & fluxibiles reddit & vias aperit, vnde iuuat ad vrinandum & screandum. Tertia est retentio fluxus ventris, maxime cum prouenit ab humoribus fluentibus à venis ad intestina, tunc enim balneum ad contrarium trahens fluxum ventris sedat. Quarta est remotio fatigationis seu lassitudinis. Nam lassitudo reddit membra consimilia sicca, & replet eorum concauitates humiditatibus calidis, subtilibus, mordicatiuis. Iuxta illud Gal. 2. simpli. medicinę cap. 6. distin. 2. Lassitudo facit accidere duas causas. Quarum vna est, q membra similiū partium exiccantur: & altera est q loca vacua, quæ sunt inter ista mēbra replentur humiditate, quæ non est bona, iuuatiua, naturalis, immo est subtilis, mordicatiua, calida. Sed balneū est perutile ad remotionem vtriusq;. Iuxta illud Gale. ibi. Et balneum quidem cū aqua dulci est de rebus magis conferentibus vtrisq; rebus. Et illud est, qm̄ aqua dulcis sua humiditate rectificat, quod accidit iam in instrumentis corporis & membris ipsius de siccitate, & resoluit per caliditatem suam acquisitā illam superfluitatem calidā & subtilē.

Eius autē &c.) In tertia refert sex nocumenta balnei. Primum est debilitare cor eius qui diu manet in eo, quia superflue resoluit spiritus & calorem innatum. Secūdum est tandem inducere sincopim, resolutis adeo spiritibus & calore, vt relinquant regimen exteriorum membrorum, & intra retracti cōfugiant ad cor. Tertium est nauseą, vel propter ebullitionem choleræ, vel cōmotionem humorum in stomacho, vel liquefactionem humiditatum cerebri descēdentium ad stomachum, vel repletionem stomachi ex fumis & vaporibus à mora superflua in balneo genitis. Quartum est cōmotio humorum, qui prius erāt quieti, propterea dissuadetur balneū in magna repletione non præcedente purgatione, quia humores acutos ebullire facit, & crudos eliquat, mouet & extendit suscitans dolores. Quintum est præparatio humorum ad putrefactionē, quoniam permiscet malos cum bonis, & afficit eos extraneo calore quando superfluit. Sextū est declinatio humorum ad receptacula membrorū. Nam postquam cōmouit humores quietos, & hos dilatauit aperiens vias membra fortiora debilibus mittunt: ex quibus collectis fit apostema vel intus vel extra. Quod experimento frequenter apparet cum repleti stuphas adeūt, vel se balneant non cōtenti priori repletione, nisi se et in balneo cibis & potu repleāt vnde claui multiplicātur in pluribus & emunctoriorū apostemata.

De ablutione quæ fit cum aqua frigida. Cap. 6.

HOc quidem &c.) In hoc capitulo tangit primo conditiones attendendas ante lotionem cum aqua frigida. Secundo post quæ fieri solet, & propter quæ & qualiter, & quādiu, & quibus adiunctis. ibi (Et est cum hoc.) Tertio de iteratione balnei aquæ frigidæ, & modo & hora & cautelis in ea seruādis. ibi (Et est vt post) Quarto de iuuamentis ablutionis cū aqua frigida. ibi (Cum aqua autem.) In prima parte tangit quatuordecim conditiones obseruādas, priusquam quis toto corpore lauetur, aut balneetur in aqua frigida. Prima est obseruatio debiti regiminis in sex rebus non naturalibus, quo neglecto corpus factum cacochymum, vel plectoricum facile læditur ab aquæ frigidæ balneo, quia in cacochymis caprinosos fumos interius recludit. Et in plectoricis humores incrudat & intus cōculcat. Secunda est ætas. s. iuuentus, in qua corpus est robustius ad resistendum frigiditati aquæ. Tertia est virtus seu robur virtutum vitalis & naturalis se recolligentium intus & fortificantium ex occursu frigidę aquę. Quarta est figura sicut carnis dēsitas corpulentia frigus aquæ prohibens ad interiora penetrare. Quinta est tēpus, videlicet ęstas cuius caliditas corpori impressa plusquam conuenia taliquid remittat de frigore aquę, & tactui gratum faciat occursum frigiditatis. Sexta est absentia fastidij. Septima absentia vomitus. Nā grauato stomacho vomitu vel fastidio facile lęditur magis occurrēte sibi frigore balnei, qd fumos & vapores & humiditates interius repellit, & in eo cōpingit. Octaua est absentia fluxus ventris. Nā frigus aquæ deforis occurrens versus intestina propelit humores & augmentat fluxum. Nona est absentia nimiarum vigiliarum. Nam vigiliæ nimiæ calorem & spiritus superflue resoluunt, post quas aquæ frigus occurrens corpori non reperit calorem sufficientis resistentiæ. Decima est absentia rheumatis. Nā frigus extrinsecum corpori occurrens auget rheuma comprimēdo suo frigore membra mollia. Vndecima est, q se balneans

neans aqua frigida non sit puer. Nã balneo aquę frigidæ prohibetur à cremento, & propter teneritatem suorum membrorum facile penetratur à frigiditate. Duodecima est q non sit senex, qa calor senum diminutus est non sufficiens absq; nocumento resistere frigori aquæ. Tertiadecima est q corpus se balneans in aqua frigida sit leue non aggrauatum humorali repletione: vt calor & spiritus ab occursu frigoris fugientes intus libere transeant, & illic fortificati libere redeāt expellentes frigus membrorum exteriorum, quod eis impressit frigiditas aquæ. Quartadecima est, q motus se balneantis in aqua frigida sint conuenientes, id est membra motiua, vt musculi, nerui & chordę sint vigorosa, robusta, nō parata per occursum frigoris incurrere stuporem, tremorem, spasmum, vel paralysim O q parum curant & attendunt iuuenes nostri temporis huius regionis Franciæ ad istas conditiones, qui æstiuo tempore fluuios nudi intrant: in eis natāt & diu stāt indiscrete nullo regimine seruato neq; mensura vsi: sed voluptatem pro regula habentes, tan diu stāt illic quādiu delectat eos aquæ frigiditas: & frequenter nullum inde consequuntur apparens incōmodum iuuenili robore multa potente maxime in regionibus frigidis, quarum incolæ sunt fortis caloris in interioribus.

Et est cum &c. In parte secunda. primo agit de ablutione aquæ frigidæ post calidam. Secūdo de ea post exercitium. ibi (Et est cū hoc fit.) Tertio de mensura morę in ea. ibi (Postea perseueret in ea.) Quarto de fricatione & mēsura cibi & potus post eam. ibi (Deinde cum egressus fuerit.) Quinto de signis moræ in ea temperatę & superfluę prima die quibus scitur quādiu standum est in ea diebus sequentibus, ibi (Et consideret tempus reuersionis.) In prima parte dicit primo, q ablutio corporis cum aqua frigida quandoq; fit post ablutionem eius cum aqua calida propter duos fines. Primus est vt roborentur partes exteriores corporis, & indurentur, & fortius resistāt causis resoluentibus & occurrentibus deforis. Nam frigus aquæ partes exteriores vnit, & compingit. Secundus est vt calor innatus interius retineatur, ꝑpter frigus aquæ quod repellit ipsum ad interiora. Talem lotionem aquæ frigidæ post calidam consulit Gale. in hectica. 10. de inge. sani. ca. 10. dicens. Febris vero hectica non iuuatur ex calida aqua, sed ex frigida prius, tamē cum calida præparetur vt frigidam postea suscipere possit. Et pauloante eodem capitulo dicit. Eis vero, qui in hecticam incidunt propter calidam & siccam complexionem maxime ad phthisim. i. con

D sumptionem perductis aqua frigida non præcedente calida, molesta erit, sicut ambulanti in longo itinere in æstiuo tempore & corpore desiccato malum est balneum aquæ frigidæ, nisi calidę præcedat. Hoc enim scilicet balneo aquæ frigidę post calidam eis efficietur quod fit ferro candēti. si in aquam frigidam ponatur, quia corpus tunc infrigidatur & confortatur & induratur, sicut ferro contingit. Secundo dicit hic Princeps, q si volumus, vt ablutio cum aqua frigida post calidam exteriora fortificet, & calorem innatum intus retineat, oportet vt aqua frigida non sit multæ frigiditatis: sed in frigiditate temperata, ita q sit vt aqua tempore æstiuo aeri exposita. Nam si frigus eius vehemens vt niuis esset, mortificaret exteriora, & sua vehementia penetrans debilitaret interiora.

E Et est cum hoc &c.) In secunda dicit primo q ablutio corporis cum aqua frigida quandoq; fit post exercitium: quia corpus ab exercitio calefit & præparatur ad recipiendum sine nocumento occursum aquæ frigidæ, sicut præparatur ab aqua calida dum præcedit frigidam. Iuxta illud Gale. cap. nunc allegato. Defecta vero corpora ideo balneamus cum aqua calida, supple vt præparentur ad suscipiendū frigidam. Itidem faciūt exercitia si postea lauacrum efficiatur, exercitia nāq; prosunt istis, sicut illis. i. phthisicis balneum aquæ calidæ: quia exercitia non solum calefaciūt corpus, sed etiam calorem naturalem ab interioribus ad exteriora perducūt, qui perductus aquę frigidæ repugnat prohibens eam ad interiora penetrare, & visceribus nocere. Secūdo dicit, quod qui post exercitium cum aqua frigida abluēdus

F est, debet ante exercitium fortiori fricatione vti: vt per eam cutis induretur, & melius resistat occursu frigoris aquæ. Sed inunctio cum oleo debet fieri modo solito, sicut quando non abluitur cum aqua frigida quatenus per eam mēbra motiua præparentur exercitio. Tertio dicit q exercitium cui succedere debet ablutio cum aqua frigida debet esse temperatum, vel paulo velocius solito post fricationem & inunctionē, vt calor per hoc adauctus occursui frigoris melius resistat, & aquæ frigiditatē corpus ferat intristanter. Quod si exercitium vehemens fuerit per calorem minuet aperiens nimium poros, quare frigus occurrens nimis profundabitur: & calorem minuet & viscera lædet. Quarto dicit q præmissis fricatione fortiori inūctiōe & exercitio moderatis exercitatus in aqua frigida subito natet, vel immergatur, vt membra eius dura fiāt per frigus occurrēs vnita & compacta. In testimoniū huius dicit Gale. 10.

Gale.10.de ingenio sanitatis,cap.9. Nonne multos iuuenes in itinere ex æstiuo sole calefactos cito in aquam frigidam descendere videmus, eo ꝙ eis prodest maxime si in vsu fuerat eis? Natura enim corporis regitiua cogit eos istud operari. Ipsa enim dat irrationalibus animalibus appetere ea quæ sunt nocitiuis opposita, videmus enim sæpe ea in aquam frigidam mergi.

Postea &c.) In tertia dicit, ꝙ exercitatus tandiu manere debet in aqua frigida quandiu sentit alleuiationem ex ea, & quandiu tolerare potest intristanter eam sine nocumento, & quandiu ei nõ superuenerit horripilatio vel rigor. Ipso namque incipiente, vel horripilari, vel rigere frigus excedere incipit & præualere calori & percutere musculos. Est enim horripilatio, sicut ait Pri. quarti prima trac.2.cap.6. dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctio in cute & lacertis. Rigor vero est, vt non possit continere membra sua ex cõmotiõe & tremore euenientein eis & motibus inuoluntarijs.

Deinde cum egressus &c.) In quarta dicit primo, ꝙ balneatus in aqua frigida postquã exsuerit ab ea, fricetur per modum inferius dicendũ.s. pluribus manibus cum oleo, donec calefiat cutis & ad exteriora cũ suauitate reuocetur calor naturalis. Secundo dicit ꝙ post balneum aquæ frigidæ cibi quantitas augeatur: quia tunc temporis digestiua virtus fortificata est per fricationẽ, & fortificationem innati caloris, & cibi appetitus fortior factus est. Nam sicut frigus aeris hyemali tempore, vel frigida regione plus cibi appetere facit & digestionem fortificat, sic aqua frigida corpori circunstans & ipsum tangens. Tertio dicit, ꝙ post balneum aquę frigidæ minor potus exhibendus est, quia minor sitis adest & minor necessitas humidi roridi, cuius resolutionem, aquę frigus prohibet, sicut frigus aeris temporis à regione. Non enim tantum sitimus hyeme sicut æstate: nec in septentrione, sicut in meridie.

Et consideret &c.) In quinta dicit primo, ꝙ ad sciendum si balneatus in aqua frigida decenti mora, vel pluri opportuno manserit in ea, oportet ad duo attẽdere.s. ad reuersionem caloris cutis, & ad reuersionem caloris extremitatum, quę reuersiones si velociter fiant post exitum eis ab aqua frigida, tunc mora in ea temperata fuit. Sed si vix & tarde fiant, plus debito in ea mãsit, quia si calor spiritus & sanguis extremitatum quo cutis colorabatur ad interiora impulsi per frigus aquæ non cito redeunt significantur penetratio frigoris & profundatio caloris excessisse modũ. Secũdo dicit quòd balneatus in aqua frigida die

A vno mensuretur sequentibus diebus, quo ad moram eius in ea, secũdum ꝙ ex hoc scitum fuerit, s. mensura tali qua fiat velox reuersio coloris ad superficiem cutis, & caloris ad exteriora mẽbra.

Et est vt post &c. In hac parte tertia dicit, ꝙ balneatus in aqua frigida quandoq; post fricationem & reuersionem caloris ipsius ad exteriora rursus intrat aquam frigidam, vt amplius fortificetur, & durior fiat, ac magis resistens causis extrinsecis. Secundo tangit duodecim cõditiones, quas seruare debet volens hoc agere. Prima est, vt in ipso iterato ingressu gradatim procedat vel de aqua minus frigida ad aquã magis frigidam, vel secundum membra ipsius prius intromittẽs tibias, consequenter brachia, postea conspergẽs superficiem corporis: deinde se totum mergens & manens in aqua frigida, vel secũdum tempus

B moræ ipsius in dicta aqua, ita ꝙ primo die & prima vice modicum moretur: secunda paulo plus & sic consequenter. Secunda est vt incipiat iterationem balnei frigidi die calidiori æstatis & hora diei feruentiori.s. à meridie vsq; ad tres horas post meridiem. Tunc enim corpus feruore temporis æstuans gratius sustinet aquæ frigiditatem & in ea voluptuatur. Tertia est ꝙ in loco balneationis eius non vigeat vẽtus maxime boreas, ne frigiditatibus venti & aquæ simul iunctis penetretur corpus. Quarta est ꝙ non iteret ingressum aquæ frigidę post coitum: quia coitus est ex euacuationibus maxime debilitantibus. Iuxta illud Prin. tertij vigesima trac.1.ca.10. Coitus euacuat de substantia cibi postremi quare debilitatem affert, cuius similem aliæ non afferunt euacuationes, & euacuat de substantia spiritus rem

C plurimam propter delectationem. Et propter illud qui plus delectantur plus sunt cadẽtes in debilitatem. Et coitus quidem velociter facit peruenire illum qui plurimum eo vtitur ad infrigidationem sui corporis causa sui & resolutiõe caliditatis innatæ, & mortificatione virtutis. Quinta est ꝙ non iteret ipsum post cibum indigestũ, quia prohibet suo frigore digestionem eius. Sexta est, ꝙ non post vomitum, quia vomitus stomachum debilitat & aqua frigida debilitatẽ augeret. Septima est ꝙ non post euacuationem per fluxum, quia propellendo humores ad intestina fluxum reuocaret, vel angeret. Octaua est quòd nõ iteretur post colicam passionem, quæ est motus materierum corruptarum nõ digestarum ad separationem ex via intestini redeuntium ad ipsum à corpore secundum acuitatem & laborem expulsiuę, vt ait Princeps tertij.16. tracta.1.cap.3. Nam talis motus per frigus aquæ cresceret, &

viscera grauata per hanc passionem grauarentur amplius. Nona q non iteret post vigilias superfluas, quibus resolutis calor sine nocumento sustinere non posset iteratum occursum frigoris aquæ. Decima q non post debilitatem corporis à quacunq; causa, quia virtus debilis qualis est senum & conualescentium succumbere posset iterationi frigoris aquæ, quæ requirit magnam resistentiam ad hoc vt non noceat. Vndecima est q non post debilitatem stomachi, ne frigus occurrens magis debilitet. Duodecima est, q non fiat iteratio post exercitium, nisi ille qui facit fuerit valde fortis: quia iam dictum est in secunda conditiõe, q à calidiori die qui est in æstate hora feruoris prius incipiat: & tali hora nõ cõuenit exercitium: immo si tunc fieret & virtutem debilitaret, & poros corporis nimis aperiret: vnde frigus aquæ de facili posset ad iteriora lędẽs penetrare.

E Cũ aqua &c. In hac parte quarta tangit duas vtilitates lotionis corporis cum aqua frigida. Prima est calorẽ ad exteriora dispersum subito propellere ad interiora per naturam contrarietatis. Secunda est per antiperistasim confortare calorem in interioribus vniendo ipsum: quare fit fortior & postea redit plurimus ad exteriora. Attende q Gale. 3. de regimi. sani. cap. 2. tangit modos vsus & vtilitates balneationis in aqua frigida sub decem propositiõibus. Prima propositio est, quousq; i. quandiu augeatur corpus eucratõ, id est temperatum frigida aqua non balneãdum est, quia prohibet augmentationem. Secunda est, adaucto vero iam sufficienter assuefaciẽdum est ei, quia totum corpus fortificat & cutim spissam & durã efficit, vnde ab exterioribus minus læditur. Tertia est: qui debet balneari aqua frigida debet hoc incipere anni hora incipiente æstate, vt vsque ad hyemem iam sit ea assuetus. Sit & dies vt possibile est non vẽtosus & calidissimus, & sit meridies. Et homo balneandus in medio quartæ septimanæ annorũ circa vigintiquatuor annos in nullo ab aliqua causa eo die, vel præcedente nocte alteratus suam constitutionem certissime custodiens: sit & animo nõ tristis, immo lætus maxime tunc. Quarta est prius fricetur linteis durioribus, vel stamine, vt æqualior fiat fricatio: deinde fricetur oleo, postea vero exercitetur æqualibus, quibus assuetus erat exercitijs, sed siccioribus: demum repente in aquam descẽdat, vt vno nocumento omnibus corporis membris circum effundatur aqua, ne si paulatim descẽderit, rigor inascatur. Quinta: sit autem aqua neq; tepida neq; multum frigida, postmodũ vero & hac vtetur. Sexta, egrediente ipso ab aqua, plu-

D ribus manibus fricetur per oleum quousq; calefiat cutis. Septima, postea cibaria quidem plura assuetorum minor vero potus offeratur, quia & plura appetunt in frigido balneo, & digerũt melius & sitiunt minus, & incedunt in crastinum ad exercitia fortiores, & corporis quidem tumorem æqualem anteriori habent, constrictum vero & fortiorem, & cutem duriorem & spissiorem. Octaua, similiter in eo in secundo die agenda sunt omnia, & in tertio & in quarto. Nona, pro tempore procedente iubebimus eum secundo intrare aquam frigidam post prędictam fricationem in primo ingressu factam, sed & non tertiam ingressionem supple concedimus ei iubentibus nobis in secundo ingressu, quantum voluerit immorari. Decima immoretur in aqua frigida secũdum assiduam experiẽtiam, si quidem exiens ab aqua frigida in fricationibus boni coloris cito efficietur, moderate in eo moratus est. Si vero difficile calefiet & discolor permanebit vsque ad multum tempus, immoderate vsus est frigida. Cutis enim respiciens cognitiones, sciẽs siue tantundem siue plus, vel amplius siue minus in aqua est morandũ, quemadmodum omnino tractabile est, qualiter supuenientia peccata corriguntur. hæc Galenus.

Gentilis in Cap. 7. Doctr. 2. Fen. 3. primi.
De Cibo & Potu.

Qui autem &c. Hic ponit regulam de regimine corporis pinguis. Iuxta qđ nota, q illi pingues debent dormire post balneum ad hoc, vt calor naturalis qui propter spissitudinem substantiæ impeditur redire intus, in somno melius redeat & subingrediatur.

F Sed dices cum isti pingues habeant strictas venas, & ita habeant parum de spiritu & sanguine non videtur q isti possunt ieiunare. Idem hoc etiam vos infra habebitis, q humidi minus tolerant famem. Dico q phlegmatici pingues bene possunt ieiunare & comedere tantum semel in die. Et ratio est, quia calor in eis conuertitur super phlegma. Quod ergo tu dicis, dico q ipse intelligit hic de illis qui sunt crassi ex acquisitione vt ex re. delitioso, & non de pinguibus ex naturali complexione.

Iacobi in Cap. 7. Doctr. 2. Fen. 3. primi.
De Cibo & Potu.

Corpora præterea &cæ. In hac parte. 10. primo agit de ordine comestionis ad balneũ in cholericis. Secundo de ordine exercitij & balnei ad esum in alijs. ibi (Alia vero) Tertio de modo motus ante cibos & post. ibi (Et quemadmodum.) Quarto de signis et cura corruptionis appetitus. ibi

ibi.(Corrupto præterea.)Quinto de hora & vicibus comestiõis hominum pinguium.ibi (Qui autem ex hominibus.) In prima particu. dicit, q necesse est illos separatim.i.modo proprio ab alijs distincto, vel pluries in die comedere in quibus cholera rubea magis adunatur.i. abundantius aggregatur:& tam cito comedere debent q suæ comestiones suis exercitijs præferantur. Attende primo, q comestio cholericorum ante balneationem, ideo fit vt eorũ cholera non ebulliat versus os stomachi dolorẽ faciens, vel syncopim inducens ex acutissimo sensu particulæ illius. Et propterea comestio talis balneum præcedens debet esse modica. Iuxta illud Pricipis cap.5.do.præsentis. Et si timet ne cholera ebulliat rubea, si hoc fecerit & se ieiunus balneauerit ante balneationem rem debet sumere subtilem quam comedat. Et qui calidę existit complexionis cholera abundãs rubea hoc ei necessarium est. Ex eis autem quibus isti cibãtur melius est panis in succo fructuum infusus, aut in aqua rosacea: hæc Prin. Attende secundo q homines vehementer calidi paucis vel nullis indigent exercitijs, sed sufficiũt eis cibus, balneũ & fricatio cum oleo suauis. Iuxta illud Gale.6.de regi.sani.cap.4. Quidam autem & eorum qui vehementer calidi sunt complexionem nequaquam indigent exercitijs, sed sufficit eis oblatio.i.cibus & balneũ fricatis oleo mollibus fricatiõibus. Acre enim id est acutum & calidum mordax, quod transpiratur in eis nõ vaporosum, neque delectabile sed mordax humor:& his quæ post cibum lætantur balneis. Et quidam eorum incredibile qualiter impinguati sunt in tali dieta: hæc ille.

Alia vero &c.) In secunda parti. dicit primo q alij à cholericis debent prius exercitari, vt superfluitates tertiæ & quartæ digestionũ purgentur & calor naturalis viuificetur & pori aptẽtur receptioni nutrimenti: deinde balneari vt reliquiæ superfluitatum ab exercitio derelictę purgentur & puluis & sordes cuti adhærentes balneo abstergãtur postea cibari, vt resolutio nimia substãtialis humiditatis membrorum prohibeatur:& partes deperditę cibo reparentur. Sed comestio non debet præcedere balneũ: quia si præcederet cibus idigestus calore balnei traheretur ad mẽbra. Secundo dicit q si fuerit necessarium alicui sumere cibum ante exercitium vel quia debilis est, vel quia fortiter, & diu est excitandus, vel quia in loco aut tempore vehemẽter calido: panem solũ comedat tali mensura q digeri possit priusq̃ incipiat exercitari. Aliter traheretur indigestus ad mẽbra causaturus in eis oppilatiões.

A

Ibidem.

Qui autẽ &c.) In quinta particula dicit primo q homines pingues non statim post balneũ comedere debent, sed tardare comestionem & parum dormire priusquam comedant, vt calor eorum tunc occupetur in diminutione suæ pinguedinis & humiditatis superfluę, quę pinguedinis causa est. Secundo dicit q pinguibus conuenit solum semel in die comedere, quatenus ieiunio suæ tollantur repletio, pinguedo, & supflua humiditas, quibus disponuntur ad subitaneã & improuisam mortẽ suffocationis, vel apoplexiæ.

Iacobus ibidem.

Neq; post ipsum &c.) In tertia dicit primo, q aqua plurima non est bibenda post comestionem, ne defluens inter stomachum & cibũ à stomacho separet, & ipsum in eo natare faciat, imo potus differendus est, donec cibus descẽderit de stomacho. Et secunda canticæ tracta.1.cap.4.ait. Et etiam vitandus potus aquæ in mensa, nisi ratione adhærentiæ, & tardi descensus buccellæ. Non est etiam sumenda aqua cum cibo, nec in egressu à balneo. Et Auer. in cõmento ait. Causa quidem huius est, quoniã cum sumitur aqua super cibum priusquã stomachus calefecerit ipsum, infrigidat ipsum & incrudat. Est etiam causa quare supernatet cibus sumptus in stomacho, & quare etiam non adhæreat & vniatur eidem: & conterat ipsum sicut exigitur. Actio nanq; stomachi super cibum sumptum fit conterendo & coquendo simul: vnde sicut cũ infunditur simul et in magna quantitate aqua in olla, propter hoc tardatur cibi decoctio in eadem, sic quidem contingit inde ipsi stomacho: hæc Auer. Secundo dicit q cibus à stomacho cognoscitur descendisse per alleuiationem superioris partis ventris, quæ est regio stomachi, ita q pars illa leuis, & vt vacua manifeste apparet. Tertio dicit, q si sitis insistauerit & coegerit bibere ante cibi descẽsum, sumatur tunc modicum aquæ quasi sugendo. Et quanto frigidior hæc aqua fuerit: tanto minus ex ea sufficit, quia suo frigore sitim extinguit, sicut humiditate. Quarto dicit, q hæc modica quantitas aquæ stomachũ alleuiat & colligit. Alleuiat quidem à siti. Alleuiat etiam cooperando ad descensum cibi. Colligit autem sua frigiditate coadunans partes stomachi. Et secunda canticæ tracta.1.cap.4.ait. Si tamen quis ex modica potẽtia tolerandi sitim vrgeatur: sumat ex ea parum.s.q declinatio & impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur, quatenus ibidẽ digeratur. Sed contra dicit Hippo. tertio regi.acu.cañ.42. Aquæ vero nullum inueni vsum, nisi quia in acutis bibitur

tur morbis. Et paulo infra dicit. Rugitum facit, in stomacho natat, quia transire moratur, eo q frigiditati pertinet & indigestibilis est: nec vrinã prouocat, non nutrit, quia naturaliter nõ habet fæcem. Et Gale. in cõmento ait. Hanc ergo aquã quamuis sit melior aquarum, tamen inuenimus eam morari in stomacho tempore longo, quare facit accidere in eo secundum plurimum rugitum. Et libello de aquis ait. Quoniam autẽ non nutrit aqua, sed solum est vehiculũ cibi Hippocrati & Chrisippo & Erasistrato videtur. Et propterea neq; ad vitalẽ virtutem putant eam cõferre. Et hæc est causa quare iubent melicratum & oxymel, & vinum dare in ægrotãtibus abscedendo ab aqua. Ad primum dic, q Hippocr. voluit aquæ non inesse virtutem aliquam confortandi ac nutriendi vt alijs potibus, neq; subtiliare, aut aperire virtute aliqua actiua, q si penetret & cibum cui cõmisceatur penetrare faciat, hoc sibi inesse ex subtilitate substantiæ. Ad secundum dic q aqua modica sugendo bibita, neq; natat, neque rugitum facit, sed plurima bibita. Ad tertium concede q aqua nõ nutrit, & q vinum melius est aqua tam in sanis q̃ in ægris nõ vehementer febricitantibus. Attende tamẽ, q sicut cum cibo non conuenit aqua plurima, sic nec vinum plurimum. Iuxta illud Gale. lib. de virtute cibariorum, cap. 5. Nec oportet vnq̃ q recipiat ex vino multum in principio acceptionis cibi, ne descendat cibus cum vino, & prohibeat digestionem propterea q separat inter substantiã, & primum cibũ, quia quando non tangit stomachus cibum nõ mutat ipsum in similitudinem & conuenientiam corporis, sed remanet in eo indigestus. Quinto dicit, q ad summum. i. breuiter & summarie loquendo non omni hora comedendũ, sed post comestionem debet sumi quantitas potus quæ cibo cõferat. s. primitus modica quantitas quasi sugendo qui cibo permixtus reddat ipsum plus passibilem & capacem digestionis: et is potus permixtiuus dicitur. Postea quãtitas maior dum cibus in stomacho digestus fuerit, vt ducat & faciat penetrare cibum: & is potus dicitur ductiuus. Eiusdem sententiæ meminit Gale. lib. de virtute cibariorum, cap. 1. dicens. Et debẽt isti tales qui accipiunt cibum cum eo sumere de vino quod tantum sedet sitim, & abstineãt se cum quantitate qua possunt & quiescant, donec digestio fiat: postea sumãt de vino post ista, prout optant. Nam ipsum adiuuat ad descensum cibi, & subtiliat vt penetret & ingrediatur in venas subtiles. Id hodie non practicatur, nec à sapientibus nec à simplicibus: sed horis prandij & cœnę bi-

D bunt satis & vltra satis pro potibus permixtiuo, & conductiuo.

Gentilis in Cap. 8. Doctr. 2. Fen. 3. primi. De regimine aquæ.

Complexionibus &c. Prius determi. de regi. per cibum: hic deter. de regi. per potũ. Et primo de regi. per potum aquæ. Secundo per potum vini. ibi (Vinum vero album.) Prima in duas. Primo ostendit quæ aqua competit corpori temperato. Secundo docet modum approximandi ipsam. ibi (Scias aũt.) Et hæc in tres. Nam sicut habetis in. 3. techni. primo docet debitum modum vsus eius à parte tẽporis. secundo à parte quantitatis. ibi (Multam quoq;.) Tertio à parte qualitatis. ibi (Amplius aqua tepida.) Item primo proponit horam prohibitam & concessam approximationis aquæ. Scdo declarat ipsam sal-

E tẽ quantũ ad quędã. ibi (Et siti quidẽ mendosa.)

Circa principium capituli vbi dicit (Complexionibus temperatis.) dices male dicit temperatis, quia temperatis competunt temperata, & sic aqua tepida competit & non frigida.

Item videtur, q magis tolerat aquam frigidam cholericus q̃ sanguineus: quia cholerici cõtrariantur & resistunt ei ambabus qualitatibus suis, scilicet caliditate & siccitate, sed sanguinei solum caliditate.

Item quomodo facit nocumentum secũdum longitudinem dierum, cũ non moratur ipsa tantum in corpore. Dico ad primum q si aqua frigida sola acciperetur q ipsa distemperaret, & nõ competeret, sed accepta cũ alijs cibarijs mixta, quia ex eis resultãt quoddam temperamentum cum cibis debet assumi frigida, & sic competit.

F Ad aliud dico, q vt habetis. 7. de inge. sani. capi. 9. sanguinei magis eam sustinent: et ratio quia ipsi habent plures carnes, propter quas membra interiora defenduntur à frigiditate aquæ: cholerici autem sunt macri. Et quod dicis, dico q bene ratione illius ipsi plus resistũt. s. ex complexione, sed illa resistentia. s. ex carnibus magis facit. Ad aliud dico, q non remanet ipsa aqua tãtum, sed illud fit, quia primo illo tempore quo durat inducitur aliqua dispositio, et postea alia vice inducitur effectus illius nocumenti.

Scias &c. Vlterius intellige circa illã partem. (Scias q bibere) q illud. s. post ieiunium & post exercitium est malum, quia tunc aqua potest subito peruenire ad membra intrinseca, & ad hepar, & ea multum lædit: & isto modo quandoq; facit hydropisim. Similiter etiã nocet aqua cum natura in digerendo studet, eo q ipsa prohibet ebullitionem cibi: quemadmodũ & aqua posita in lebete

in lebete etiam ebullitionē prohibet. Itē quod dicit, quòd si sit necessitas primo debemus incipere etc. ratio est, quia nos semp debemus incipe à leuioribus, vt dicit Mesue & Auic. infra fen. 4.

Sed dices ibi nō videtur q aqua frigida noceat ebrijs, qa illud quod ꝓhibet vel diminuit nocumentū vini, non nocet ebrijs: aqua frigida est huiusmodi, quia nocumentū vini est calefacere & eleuare vapores: sed aqua frigida ꝓhibet vtrūq;.

Dico, q potus aquæ frigidę bene credo q illis qui multum bibissent vinum & maxime de potentibus: & hoc ante ebrietatem q conferret: sed qñ iam inebriatus est dico q aqua habet nocere, cuius ratio est, vna quia cura ebrietatis fit per digestionem illorum vaporum & aqua digestionē impediat: nocet qa prolongat & retardat ebrietatem. Item etiam quia ipsa ingrossando & infrigidādo illos vapores potest facere catarrhum & alias huiusmodi ægritudines per descensum eius ad iferiora sicut videmus fieri in stuffis. Et quod tu dicis dico, q istud est verum. s. q aqua illud faciat. s. antequam sit facta ebrietas, & propterea signanter Auicen. dixit quandoque ebrio.

Et siti quidem &c. Hic ponit regimē per vinū. Primo deter. de regi. ꝑ potum vini quod debetur maxime corporibus lassis. Secundo quod maxime debetur corpori sano. ibi (Et tu quidem scias.) Item primo docet hmōi regimē quod debetur hmōi corporibus lassis. Et secūdo quia circa illa sæpe contingit errare docet illa euitare nocumenta. ibi (Quòd si ex cibo aut.) Itē primo docet debitum regimen ex parte qualitatis & temporis. Secundo ex parte quātitatis. ibi (Ille autem cuius cerebrū.) Itē primo docet hmōi debitum regimen. Secundo declarat ipsum ponēdo quædā iuuamenta vini. ibi (Vinum præterea.) Item primo docet debitum regimen ex parte qualitatis. Secundo ex parte temporis vel horę. ibi (Vinum quidem.)

Vlterius intellige q dicit (Propterea quòd humor sitim &c.) quòd per humorem hic non intelligo humorē proprie, sed intelligo vaporem, qui eleuatur ex cibo in digestione: quando enim aliquis superflue comedit calor non potens perfecte cibo dommari eleuantur vapores qui sitim inducunt: si autem aqua tūc bibatur plus adhuc impedietur & retardabitur digestio: & licet tūc propter frigiditatem reprimat illos vapores nihilominus postea eleuabuntur & facient secundum quòd etiam nos videmus quando multa ligna viridia ponuntur super ignem. Dicit Aui. (fugendo) quia tunc superius potus magis adhęret parietibus stomachi totius: & ita sitim magis extinguit: & hoc etiam est verum in cibis: comedere enim paulatim & bene masticare maxime extinguit famem propter eandem causam: sed transglutiendo cibus non adheret stomachi parietibus & tales multum comedunt, quia in eis fames non extinguitur: vnde in talibus maxime debet præcipi q bene masticent. Vlterius intellige q aqua multa est maxime mala, quia frigida generaliter sunt inimica naturæ: & cum aqua sit primo frigida primo est inimica & sic mala. intelligo autem illud posse esse necessarium vel propter nimis intēsum appetitum eius, vel quia non haberet tunc vinum.

Sed dices ibi si illud fit post comestionē: tunc ipsa facit natare cibum & infrigidabit calorem: & sic digestionē impediet. Item ēt faciet penetrare cibū indigestum in membra. Et ita non debet fieri post comestionem: dico quòd intelligo post comestionem iam facta digestione, quia ante digestionem bene proueniunt illa nocumenta sicut & tu dicis.

Iacobus in Cap. 8. doct. 2. fen. 3. primi.

De regimine aquæ.

Complexionibus &c. In hoc capitulo primo agit de regimine aquæ. Secundo de regimine vini. ibi (Vinum vero album.) Prima pars est præsens textus. In prima parte agit de aqua quæ conuenit complexionibus temperatis. Secundo tangit opinionem quandam circa mixtionem aquarum remittens nos ad priora super electione & correctione aquarum. ibi (Empyricorum autem.) Tertio de nocumento aquæ bibitę quando non conuenit, & de modo succurrendi necessitati eius & occurrendi suis nocumētis ibi (Scias autem quòd bibere.) Quarto de remedijs contra mendosam sitim & malo quod sequitur obediendo ei. ibi (Et siti quidem mendosa.) Quinto de effectibus aquæ secundū qualitates eius primas actiuas. ibi (Multam quoque aquam.) In prima particula dicit primo, q aqua plus cōueniens temperatę complexioni est quæ temperata est in fortitudine frigiditatis, idest non frigida vehementer vt nix, nec veluti tepida sed sensibilis frigiditatis: & illa cuius infrigidatio facta est cum niue nō aquæ mixta: sed adhibita deforis per medium vasis maxime si mala est huiusmodi nix, vel quia fit ex vaporibus corruptis, vel quia cecidit supra malas plantas vel in locis infectus. Secundo dicit, quòd in niue etiam bona talis est dispositio vel proprietas quòd aqua resoluta ex ea nocet neruis & mēbris anhelitus & omnibus interioribus, nec sustinet aliquis intristater sine nocumēto talis aquę potum

nisi vehementer sanguineus fuerit. Et si cui alteri vtentium nunc non nocuerit in processu temporis nocebit plurimum. De talibus aquis dicit Gal. libello de aquis ca.5. Quæcunq; vero sunt à glacie & niue dissolutę malę sunt. Nam quando congelantur exprimitur ab eis id quod est subtilissimum, & sunt durę & in frigiditate excedentes. Dura autem aqua & frigida neq; ad digestionem, neq; ad vrinationem est idonea: mala vero est pectori & lateribus & spasmos suscitat, & tetanos & ruptiones in thorace & sputiones sanguineas et empiemata et permanet secundū ventrem multo tempore gurgulationes ibi operans.

Empyricorum &c.) In secunda particula dicit primo aliquos empyricorum dixisse q aqua putei non est permiscenda aquæ fluminis in eadem refectione. Neque vna alteri superbibenda donec altera earum descéderit à stomacho. s. nec videtur hoc empyricum penitus carere ratione: quia sicut diuersitas ciborum est stomacho grauis conturbans ipsum, sic diuersitas aquarum de quibus altera velociter descendit, altera tarde.

Attende q empyrici dicuntur, qui relictis causis & essentijs morborum signis & curis intendunt vel per proprias experientias, vel per experientiam suorum prædecessorum vel argumento à simili. Iuxta illud Gal. libro de Introductione medicorum. c.3. Empyrica vero secta quæ ad concursus symptomatum. i. accidentiū incidentium in ęgrotantibus aspicit. Et attendēs ad symptomata conferētem curam obseruat, neq; passionem scit neq; causas inquirit: sed est contenta eorū quæ in symptomatibus secundū experientiam asserūtur: vsu vtitur autem & historia præexpertorum & simili transitione ab experto ad inexpertū, hæc Gal. ibi. Deinde subdit principales intentiones empyricę sectę dicens. Caracterizant igitur. i. insigniunt vel constituunt & empyricam hęresim: hæc Gal. Primum quidem ad concursus aspicere symptomatum, & neque ad passionem neq; ad causam. Secundū vero in concursibus obseruatio eorum quæ per experiētiam congruunt. Tertium historia præexpertorum. Quartum autem similis transitio, vt si quis concedat alicui speltam quam non expertus est propter similitudinem eius cum frumento per experientiā sibi cognito. Secundo dicit hic Princeps iam se prius demonstrasse electionem & correctionem aquarum. s. primi. 2. doct. 2. sum. 1. c. 16. Tertio dicit, q si aliqua mala aqua cū aceto pmisceatur rectificatur inde: qa frequentius aqua potabilis vel est mala propter grossiciem & tarditatem descensus eius à stomacho, vel quia dispo

D sita est ad putrefactionem. Acetū vero subtiliat plurimum & à putredine vehemēter pręseruat.

Scias autem &c.) In tertia particula primo tangit quinq; casus in quibus potus aquæ est vehementer impediens & nociuus. Primus est in homine ieiuno: tunc enim libere penetrat aqua bibita nullo impedita retinaculo vsque ad intima membrorum principalium mortificās suum calorem innatum. Secūdus est in exercitato forti exercitio & similiter statim post coitum. Nam tunc pori corporis sunt multum aperti: quare penetrat aqua in profundo membrorum. Tertius est post balneationem maxime quando fit hæc balneatio ventre vacuo: tunc enim vię sunt vehementer apertę: quare lędens penetrat aqua vt dictū est. De tali potu aquæ dicit Princeps quarti sexta summa. 2. cap. vltimo. Ex potu illius in ie-

E iuno & post balneum & coitum timetur corruptio complexionis & hydropis. Quartus est bibere aquam frigidam obediendo siti nocturnę mendosę. nam per eius potum prohibentur resolutio & digestio humoris salsi vel vini fortis vel alterius acuti facientis sitim, & cito post potum reuertitur sitis ita fortis vt ante. Quintus est potus aquæ dum natura studet in digerendo cibū, & hoc si præcesserit facietas aquæ sufficiens ad bonam cibi permixtionem: tunc enim digestionem inchoatam impedit, sicut si in olla plena carnium bullientium aquam frigidam superfunderes, & calorem innatum quo digestio fit plurimum debilitat. Secundo dicit, quòd si multa fuerit necessitas mitigandi sitim: puta quia nimis vexat & inquietat oportebit vt temperetur in aere frigido, id est mitigetur sitis per infrigidatio-

F nem aeris qui inspirandus est, & per frequentes ablutiones oris cum aqua frigida, vt siti pacificata superueniat somnus digerens materiam, quæ est sitis causa. Tertio dicit, quòd si ad mitigationem sitis non sufficiant infrigidatio aeris inspirandi & ablutio oris cum aqua frigida bibat sitibundus aquam frigidam cum vase stricti orificij sicut ē phyala vel aquaria gracilis rostri: quatenus aqua prolixiori decursu supra orificium stomachi fortius sitim mitiget & de ea minus sumatur ne digerendorum digestionem penitus impediat. Quarto dat exceptionem à primo casu quo prohibebatur aquæ potus in ieiuno dicens, quòd ebrio quandoque proficit nec læditur ipse si ieiunus bibat & copula hanc literam sic cum priore. Scias autem quòd bibere aquam cum aliquis est ieiunus vehementer est impediens: licet quandoque ebrio conferat & non impediatur à potu aquæ ieiunus.

Cuius

Cuius ratio est, quia ieiunus ebrius, non est omnino ieiunus, nec in stomacho vacuus sed adhuc ibi habet reliquias aliquas hesternæ crapulæ, quarum nitrositas aqua mitigatur & stomachus per aquã ab illis abluitur: & repressis vaporibus et fumis præparatur stomachus ad receptionem noui nutrientis. Quinto dicit, q si quis ieiunus abstinere non possit ab aquæ potu: maxime post exercitium, quia vehementer inquietatur, quasi syncopizans ex rabie sitis bibat prius vinum aqua calida limphatum: post hoc superbibat satis aquæ frigidæ. Attende q Prin. quarti. 6. quæ est de venenis, numerat inter venena aquam frigidam in ieiuno bibitam: & etiam vinum purum in ieiuno bibitum ibi summa. 2. c. 31. Aquã quidem frigidam, quia quandoq; complexionem corrumpit & hidropysim inducit. Vinum vero purum, quia sæpe facit accidere præfocationẽ & dolores & inflammationem: & proprie post exercitium & laborem, sicut ait ibi Prin. vt igitur vtrunque prohibeat ab impressione suæ venenositatis suadet hic Prin. q permisceantur vt sese contemperent, & sit aqua calida, ne vinum & aqua penetrantes subito corrumpant calorem suis frigoribus actualibus.

Et siti &c.) In quarta dicit primo, q si impeditus mendosa siti super hanc dormierit, & non bibens eã tolerauerit, sedabitur per hoc sitis mẽdosa eius. Propterea dixit Hippo. aphor. quinta. Quibuscũq; est desiderium noctu bibere valde sitientibus, si super hoc dormierint bonum est. Causa autem hic redditur, quia natura per somnum reuocantem calorem ad interiora resoluit materiam facientem sitim: præcipue dũ coniunctio fit inter tolerantiam sitis & somnũ sic, q tolerantia sitis somnum non prohibeat, sed simul hũc secum compatiatur. Et huius signum est, q statim post somnum reperitur sitis euanuisse. Secundo dicit, q cum in vexatis siti mendosa nocturna natura digestiua. i. calor naturalis digestiuus extinguetur propter potum aquæ frigidę, & propter obedire appetitui eius mẽdosa sitis non ideo cessabit, sed cito redibit: propterea quòd humor qui est causa ipsius salsus, aut acutus suscitabit eã dilapsa inferius aqua frigida bibita. Ex potu igitur aquæ digestio impedietur, & sitis non extinguetur. Tertio dicit, q habens sitim mẽdosam, si pro sedatione ipsius biberit aquam frigidam non debet eam sumere ingurgitando, seu transglutiendo cũ magnis haustibus, sed sugẽdo paulatim, & quasi lãbendo. Sed instabit aliquis q aqua frigida sugẽdo sumpta, videtur potius incendere ardorem & augere sitim q̃ eã mitigare,

A sicut fabri fortius incẽdunt ignem supaspersione aquæ frigidæ, quia modica aqua non sufficit vincere suum contrarium: immo quadam antiperistasi fortificat. Dic q si humor extinguẽdus aqua vt cholera, aut salsum phlegma congregatus esset in fundo stomachi, ad quem statim labitur aqua frigida bibita magis expediret ingurgitare eam cum magno haustu q̃ sugendo sumere. Sed causa coniuncta mendosę sitis est infiltrata circa os stomachi, vbi aqua plurima figi non potest, quare melius est vt lento transitu continue irriget orificium stomachi mitigando sitim non extinguendo digestiuũ calorem, nec incrudando cibum vel humorem in stomacho contentum.

Multam quoq; &c.) In quinta dicit primo, q generaliter malũ est sanis bibere multã aquam frigidam, quia extinguit innatum calorem & pe B ctus offendit, & stomachũ deijcit, & mẽbris omnibus neruosis obest. Secundo dicit, q si necessitas vehemẽs induxerit ad bibendũ simul aquam frigidam multam, sicut sitis aliter implacabilis, & veluti furiosa, tunc bibẽda erit post comestionem sufficientem vt permixta cibo non libere labatur, sed corrigatur & cõtemperetur ipsius malitia. Tertio dicit, q aqua tepida bibita nauseam inducit, quia stomachum remollit & laxat. Omne nanq; tepidum est remollitiuum & relaxatiuum ex propria natura. Quarto dicit, q aqua tepida frequenter in potu sumpta stomachũ infirmat: sed raro sumpta lauat hunc, & ventrem laxat, quia sępe sumpta stomachũ remollit & appetitum, & sedat, calorẽ dispergit: sed raro sumpta reperit humores stomacho adhærentes, quos lauãdo educit, & materiã sęcum quæ est in intestiC nis remolliens, & viam dilatans suis caliditate et humiditate inferius inducit.

Iacobus in Cap. 14. Doctr. 2. Fen. 3. primi. De lassitudine ab exercitio.

Et aqua &c.) In secunda dicit, q in cura dictę lassitudinis cõfert balneari in aqua tepida, & in ea diu morari. Et si semel in die aut bis lassus descenderit in solium. i. balneum aquæ calidæ dulcis erit ei conferens, quia balneum tale dura remollit, tensa relaxat, dolorem mitigat, ventositates resoluit.

Et post &c.) In tertio dicit, q in dicta lassitudine lassus post quamlibet balneationem est iungendus oleo cõmuni dulci calido, quod remollit, & lassat, & mitigat dolorem terso bene prius suo toto corpore cum linteo calido. Et si oportuerit iterare inunctionem cũ oleo propter abstersionem venarum, & apertionẽ nimiam orificiorum suorum, & pororum cutis ab exercitio,

nimia fricatione & balneo præcedētibus. Et propterea ꝙ oleum prioris inunctionis cito siccatur in eis fiat iterum atq; iterum inunctio, quatenus oleum viscositate substantiæ poros oppilet & humiditate sua siccitatem auferat, & tensa relaxet. Hæc omnia nos prædocuit patronus noster. 3. de regi. sani. cap. 4. dicens, ꝙ tensiuus labor curatur cōtraria remissione. s. quæ fit fricatione pauca & molli per oleum dulce tepidum, & statim quiescit, vel quiete & balneis eucratis, & mora ampliori in calida aqua. Sed si bis vel ter eū balneaueris maiorem inferes vtilitatē. Et post balneum inungatur anteq̃ induatur. Et si sudore abstergatur pinguedo olei rursus vngatꝰ. Et in postera die surgētes à lectulo, postea vngātur non sūme frigido oleo, nō dure cōstricti, i. manibus cōpressi.

Ibidem.

Et hoc &c.) In secūda dat quatuor remedia contra hanc lassitudinem, quibus complētur intentiones prædictæ. Primum est inungi multo oleo tepido. Nam dolorem mitigat, calorem minuit, somnum prouocat, tensionem laxat ex tumore ortam paulisper resoluens. Secundum est fricatio vehementer lenis similia operans. Vehementer lenis dicit, quia aspera & fortis calorem dolorem, & tensionem augeret plethora pręsente trahens notum sanguinem ad superficiem cutis. Tertiū est diu morari in balneo dulcis aquæ, quæ parum declinet ad caliditatem: nā dolorem lenit, & somnum prouocat, & tumorem minuit suo calore, qui non est tantus vt trahere valeat à profundo corporis, sed suauiter resoluit superficiētes & poros aperit. Quartum est quies animæ & corporis, quia motus auget tensionem, dolorem, & caliditatem dilatans sanguinem, & educens ipsum ad superficiem corporis. Has intētiones & hæc remedia præmeminit Gale. 3. de regi. sani. c. 4. dicens, ꝙ conquassatis & inflāmatis doloribus cura est secundum tres intentiones omnium inflāmatorū, euacuare superflua & reqes tensi, & infrigidatio inflāmati. Oleum ergo tepidum & mollissime fricatum, & longissima in aquis eucratis mora sanat hos labores, & maxime si tepidior parū fuerit. Similiter & quies multa & inunctiones continuę. Et omnia quęcunq; fatigatum requiescere faciunt & mitigant, & superfluum euaporant: hæc ille.

In arefactione vero &c.) In hac parte. 5. primo agit de regimine & balneo conuenientibus in lassitudine arefactiua. Secundo de exercitio reditiuo secūda die, & iteratione balnei similis primo, & submersione corporis in aquā frigidā statim post ipsum. ibi (In die aūt secūdo.) Tertio de

D horis comestionis & qualitate ac mēsura cibi, & diligentia expulsionis superfluitatum. ibi (Ipse prę terea.) In prima parti. dicit, ꝙ in medicatione lassitudinis arefactiuæ prima die nihil est imutandū de regimine sanorū hoc excepto, ꝙ aqua sui balnei debet esse magis calida pp tres causas. Prima est, quia in aqua vehemēter calida est ꝓprietas ꝙ inspissat cutē propterea ꝙ siccat, & corrugat eam. Secunda est, quia inspissatione cutis per aquam feruentē nō est tale impedimentū, vel talis timor, sicut in inspissatione eius per aquas frigidas, qm̄ cum eo ꝙ inspissant est in eis ambiguitas mala, seu timor mali, quo timetur percussio neruorū suis frigoribus, et penetratio frigiditatis ipsarū ad intima corporis iā desiccati, nec vestiti carne qua frigori resistat. Tertia causa est, ꝙ causa maciei talis lassi secundum plurimū est raritas

E cutis, pp quam si balneum aquæ frigidę gratia inspissationis cutis sibi applicaretur, penetraret illico frigus eius corpus percutiens neruos & interiora. Magis ergo cōuenit ispissatio cutis per balneū aquæ fortis caliditatis, sed nō est in ea mora faciēda nisi breuissima. s. dūtaxat quousque cutis crispetur ipsam cōtrahat: siccaretur. n. corpus & supcalefieret ampliori mora. Eiusdem sniæ meminit Gal. 3. de regi. sani. c. 4. dicens. Indiget aūt in primo die nullo alio præter ea quę dicta sunt, nisi aqua calidiori vt lēte aggregetur & calefiat, & roboretur cutis. Et ca. 5. eiusdē libri ait, ꝙ qui habent dispōnem similē labori calidiori curātur balneo, qa indigēt nutrimēto cutis, ergo cōstringenda est, qď fit aqua feruenti tutius q̃ aqua frigida. In die &c.) In scđa dicit prio, ꝙ lassus hac lassitudine die scđo vtat exercitio reditiuo suaui

F & subtili. i. nō laborioso, quatenus si quæ sint superfluitates in musculis retentæ, vel alijs mēbris, per hoc resoluantur & ad mēbra sanguis attrahatur. Scđo dicit, ꝙ vtatur balneo die secūdo secundum dispositionem primæ. s. in aqua fortis caliditatis corrugantis cutē. Tertio dicit, ꝙ in exitu à balneo feruētis aquæ subito se imergat in aquā frigi. & egrediatur statim. Primo vt suo frigore condenset cutē. Secundo vt resolutio fieri solita per poros cutis paucior fiat. Tertio vt resolutione minorata sua conseruetur humiditas propria seu naturalis. Nā sic aqua frigida corpori occurret, in quo est tantum caliditatis, ꝙ resistere sufficit nocumētis aquę frigidę corpore iam inspissato à calore balnei prioris corrugante cutem. Quarto dicit, quòd istæ duæ causæ, scilicet inspissatio corporis, & caliditas eius adinuicem se iuuant in resistendo nocumentis frigoris aquæ, maxime cum lassus post balneū aquæ calidæ subito

bito imergitur in aquam frigi. & statim egreditur non contrahens in ea moram, quoniã in mora corporis in ea nulla securitas immo periculũ: ne frigus vincens tandem corpus penetret ostensurum neruos & interiora. Hæc nos Gal.3. de regi.sani.cap.4.prædocuit dicens. Secũda vero die indigent apotherapico.i.redituo exercitio breui & molli & tardo. Insiliant vero confestim in frigidam, vt maneat eis in cute calor & robur, et non euaporetur, & facile in carnem & cutẽ nutrimentum suscipiant, quod maximũ est eis proficuum: vtantur etiam humida diæta: hæc ille.

Iacobus ibidem.

Dispositio &c.) In tertia dicit primo, ꝙ dispositio lassi balneatione expiatur qualis & quãta sit. Et vtrum balneum sibi conueniat. Nam si ipse tremorem ex balneo incurrat, tunc res transiuit terminum lassitudinis simplicis, cõmunis, exercitialis, & curæ ipsius: nec balneum ei conuenit, & multo amplius res pertransiuit terminũ, si lassus ex balneo incurrerit febrem, nec tunc vltra balneandus est, sed euacuãdus, & complexio eius est rectificanda. Per tremorem enim significatur materia multa musculos opprimens: per febrem vero superfluitas multa cum putrefactiõe. Et quia ex balneo materiæ rigoris, & etiã febris magis cõmouentur & cõmiscentur bonis humoribus plus tremere faciunt & febrẽ augmentant quare non cõuenit. Sed primo opus est digestione peccantium humorum: secundo purgatione, tertio alteratione malæ qualitatis relictæ ex eis. Attende ꝙ Auer.6.collig.cap.16. curam lassitudinis in generali sic breuiter scripsit. Et dicimus, ꝙ causa efficiens est mala complexio materialis, ergo medicina cõmunicãs istis speciebus erit ante euacuatiua, aut alteratiua, & alterationem & digestionem facit natura cum cibis et medicinis quæ habent disponere humores ad hunc finem. Et aliquando adiuuant hanc somnus, quies, & fames. Et euacuatio fit cũ medicinis quæ prouocant vrinam & sudorem & ventrem, & cũ exercitio & phlebotomia. Et hæc fiunt quia ars cursum naturæ sequitur. Istæ sunt medicinæ cõmunicantes oĩbus speciebus supradictis, hæc Auer. Secundo dicit ꝙ si nihil horum lasso superuenerit ex balneo.s.neq; tremor, neq; rigor, neque febris conueniet ei balneum aquæ temperatæ calidę, quia somnum prouocat, dolorem mitigat: et materiam lassitudinis resoluit.

Iacobus in Cap.4. Doctr.4. Fen.3. primi. De incurrentibus velociter ægritudines.

Quinta est, tardẽt plethorici suam comestionem vsque post balneum, nisi hac tarditate cho-A lera rubea effundatur ad horum stomachos, sicut plerunq; fit in acute famescentibus, & habentibus porum delatiuum choleræ à chisti in stomachum naturaliter latum. Nam balneum præcipue siccum, vel desiccatiuum in ieiuno factum plethoriã minuit, & corpus demacrat. Sexta est, si tardet comestionem vsq; post balneum causa fuerit effusionis choleræ in stomachum, pręmittatur comestio balneo, saltem præassumatur bucella panis in aqua intincta, vel in aqua rosarum vel in vino malorum granatorũ, vt stomachus fortificatus choleram nõ recipiat, neq; attrahat: immo ad intestina naturali suo cursu diriuetur. Septima est hora temperata comedendi est pro prima vice diei post quartam horarum naturalium diei incipiẽdo diem ab ortu solis, nisi quid prohibuerit hac hora comedere, sicut occupatio B in secularibus negocijs, vel quia nõdum descendit à stomacho hesternus cibus. Et tunc Gale. cibo simplicissimo, sicut solo pane contentari suadet vsque ad decimam horam tali quãtitate qua tunc sit digestus. Ait enim sexto de regimi.sani. cap.11. Visum est mihi circa quartam horam offerre cibum simplicissimum qui est panis solus. Ego quidem ipse ita gessi. Quidam vero non sustinent panem comedere solum sine pulmento aliquo. Sed aut cum glandibus, aut dactylis, vel cum melle vel sale. Deinde bibunt quidam eorum, ego autem nunquam bibi in tali cibo, & solum comedebam panem. Sit autem multitudo tanta vnicuiq; quanta vsq; ad decimam horã digesta esse potest. Etenim si exercitari voluerint maxime vtiq; ita innocui exercitantur: hæc Gal. O quantum elongati sumus à sobrietate Gale. C & suorum contemporaneorum non solo pane contenti, sed ferculis plurimis nostros farcientes ventres. Octaua est, si cibus fuerit sumendus ante balneationem, propter ꝙ cholera rubea stomachis eorum infunditur, dum balneãtur ieiuni, & ex hac sumptione cibi ante balneatiouem senserint significationes oppilationum in hepate puta tensionem, vel grauitatem dextri hypocundrij medicentur oppilationes eorum cũ medicinis aperitiuis conuenientibus suis complexiõibus iam prænominatis capitulo quarto sum mę pcedentis, pręcipue cũ hydromelle decoctione radicis, vel semine apij. Attẽde primo ꝙ quidam libri sic habẽt hanc literã. Et si infusio cholerę rubeę in eorũ stomachis nocumentũ fecerit quod diximus, præmittatur cibus. Deinde si senserint sigñationes oppilationũ in hepate cũ aperitiuis pręnominatis suis conuenientibus complexionibus medicentur. Et in litera prius exposita

non capitur, sin autem pro, sed si non, immo solum pro sed si. Attende secundo q; sicut ex balneo post comestionem quandoq; contingũt oppilationes hepatis & dolores capitis sic ex exercitio post balneationem & cõsimilibus auxilijs indigent. Teste Gale.6.de regimine sanita.ca.11.dicente. Nocumentum quibusdam nõ paruum fit exercitantibus in multitudine cibariorũ: quibusdam enim caput repletur, & secundũ hepar sensus fit tensionis vel grauedinis, vel vtrisq;, quãdo igitur quid taliter contigerit curandum id confestim. Nona propositio est, si plethorici ex balneo, vel exercitio post cibum senserint in capite nocumẽtum, cum hoc.s.cum oppilatione in hepate, succurratur eis cum ambulatione. Iuxta illud Gal. vbi supra. Emphraxes quidem, id est oppilationes, quæ sunt secundum hepar, per ea quæ expurgant, curentur. Repletiones vero capitis per ambulationes maxime quidem ante cibum. Nihil tamen prohibet & post cibũ. Sed has quidem ambulationes, quæ post cibum vltime tardas facere decet. Eas autem quæ ante cibum robustiores quidem his, non tamen tales quales properantes ad aliquam digestionem agimus, hæc Galenus. Prodest autem ambulatio dolori capitis ex balneo post comestionem, quia descendere facit ad fundum stomachi cibum, qui prius balneo motus effumabat ad caput dolere faciens ipsum.

Iacobus in Cap.4.Doct.4.Fen.3.primi. De incrassatione macri.

Causarum &c. In hoc capitulo primo dat causas maciei. Secundo remedia. ibi (Fricatio igitur.) Tertio cõtinuat dicta hæc ad prius dicta, & postea dicenda. ibi (Et hoc quidẽ.) In prima parte assignat tres causas maciei. Prima et fortior cæteris est siccitas complexionis totius corporis, vt infra dicetur quarti.7.trac.4.cap.1. Nam siccitas plurima nutrimentũ prohibet vniri mẽbris & calorem acuit quare resoluit abundanter humidum & restauratio sui modica fit. Secunda est siccitas mesaraicarum qua contrahuntur, & non trahunt chylum sufficienter neq; recipiunt satis alimenti, vnde siccitas & macies augentur. Tertia est siccitas aeris nos cõtinentis qua fit consumptio nostrarum humiditatum tam substantialium q̃ nutrimentalium. Multo plures maciei causas assignat Prin. quarti.7.capitulo nunc allegato quod incipit. Extenuatio aut fit propter priuationem materiei pinguedinis cibi. Aut fit propter multitudinem vsus cibi subtiliantis &c. Gale. vero.6.de regimi. sani. cap.11. causas maciei sic

D signauit. Fit autem hæc tenuitas quibusdã quidem in ea quę secũdum totum corpus dyscrasia secundum eam quę ad siccum & frigidum est superabundantiam, quibusdam autem fit propter anadoticam, id est redditiuam virtutem, seu distributiuã vel nutritiuam, vel secundum vtrãq; imbecilliores ambas existentes natura.

Fricatio &cæ. In secunda dat octo remedia contra maciem. Primum est fricatio totius corporis ante balneum media inter asperã & lenem donec cutis rubificetur. Deinde fiat fricatio fortior, vt per eam suscitetur calor, & abunde trahatur alimentum ad membra. Secũdum est superpositio emplastri de pice in toto corpore, quod suo calore sanguinem attrahit & calorem suscitat, & sua viscositate retinet in membris sanguinem attractum, donec inuiscetur & assimiletur

E partibus corporis. Tertium est temperatũ exercitium post dictam emplastrationem ex pice, per quod diffunduntur sanguis & spiritus versus exteriora. Quartũ est balneatio in aqua dulcis mediocris caliditatis post exercitiũ sine mora, qua membra humectentur & nutrimẽtum eis abundãtius adhæreat & assimiletur. Quintum est extersio totius corporis ab aquositate balnei adhærenti cuti cum mantilibus siccis, vt melius oleũ quo post inungitur imbibatur ei, & diutius hæreat. Et sunt mantilia in proposito pãni de lana, vel lino, quibus pudibunda cooperiuntur in balneo. Sextum est inunctio totius corporis cũ oleo oliuarum dulci tepido statim post extensionem vt membra humectentur & à lassitudine prohibeantur, & sanguis ac spiritus per fricationes, exercitia, & balneationes ad membra deducti re

F tineantur in eis. Et ad hanc intentionẽ omphacinum oleum, vel rosatũ esset efficacius oleo dulci propter suam stypticitatem. Septimũ est assumptio cibi sibi conuenientis post inunctionem, vt collaticiorum ex cancris, aut pullis, aut aqua carnium cum vitellis ouorum, aut lactis asinæ, aut capræ, aut mulieris, aut caponum pinguium, aut gallinarum, vel perdicum, vel fasianorum, vel vituli, vel hœdi, vel annualis agni, vel annualis porci, si virtus affuerit qua digeratur. Octauum est effusio aquæ frigidæ mediocris frigiditatis super totum truncum corporis in exitu à balneo aquæ calidæ, si tempus, ætas, & consuetudo tolerauerint, aquam frigidam, scilicet si tempus fuerit æstas, & ætas, iuuentus, & vir impinguandus de more habuerit in aquis frigidis sæpe balneari vt sanguis & spiritus ad membra tracti in eis retineantur ab aquæ frigore clausis poris acutis. Nonũ est cõmensuratio fricationis p̃cedentis empla-

emplastrationem cum pice talis, quod finis fricationis prius fiat quam incipiat minui tumor membrorum per fricationem inductus. Non enim quæritur ex fricatione resolutio, sed attractio nutrimenti & spirituum ad membra impinguáda & viuificanda. Hæc remedia prius nobis dedit. Gale.6. de regimi.sani.cap.12.dicens. Est autem nullum quidem auxilium emplastrationi cũ pice virtutem habens parem. Prodesse tamen possunt & hęc talia ante balneum manibus non valde mollibus, sicut rursus, neq; asperis refricare corpus vsquequo ruborem accipiat. Deinde fricatione dura non multa oppilante cutem densam & duram operari, & postea exercitijs commensuratis vtentem. Deinde balneatum ita, vt non prolixæ moretur secundum balneũ abstergere similiter prædicta fricatione sicca, & postea vnctum oleo breui offerre cibaria. Intentio vero talium est ad carnosum genus trahẽtes sanguinem bonum roborare eam, quæ in eis est nutritiuam virtutem vt non euaporetur quod attractum est sanguinis. Igitur roboratur quidem virtus nutritiua ex eo quod calefacit carnes, & non euaporatur is qui deductus est ad eas sanguis. vngentibus eas oleo virtutem habente emplasticam.i.adhæsiuam. Si vero & ætas concesserit frigidis balneationibus idem homo simul vtens cum prædictis proficiet multum: hæc Galenus.

Et hoc quidem &c.) In tertia dicit, quod remedia iam dicta contra maciem totius sunt illis propinqua quæ dicta sunt prius cõtra paruitatem & debilitatem alicuius membri, cap.11.doctr.2.huius.3.fen: & sermo completus de impinguatione macrorum innenietur in libro de pulchritudine quarti libri.f.ca.1.trac.4.fen.7.libri.4. quæ est de decoratione corporis.

De extenuatione grossi & crassi. Cap. 5.

IPsius regimen &c. In hoc capitulo dat nouem remedia contra grossitiem & crassitiem corporis nimias remittens nos ad sequẽtia super ampliori sermone de his. Primum est quod procuretur velox cibi descẽsus à stomacho & intestinis: ne meseraicę spacium habeant sugendi complete totum chylum à cibo. Procuratur autem descensus eius præmittendo cibos lenitiuos alijs, vt primam aquam decoctionis caulium, vel decoctionis concharum, vel decoctionis pisorum vel puretam factam ex bletis, violarijs, boraginibus & mercuriali, vel poma cocta, vel panem subnigrum multi furfuris. Secundum est assumptio ciborum qui sub magna quantitate sumpti modicum nutriant vt olerũ, radicum, leguminũ, salsorum induratorum, panis furfureus, de quibus

A qui sumunt magnam quátitatem, ita vt saturentur parum nutriuntur, quia paucus ex his generatur sanguis. Tertium est frequens horum balneatio ante comestionem, tunc enim facta resoluendo humidum tam nutrimentale quam substantiale corporis demacrat maxime balneũ siccum quod stupha dicitur vel balneum in aquis desiccatiuis naturaliter aut artificialiter calidis vt sulfureis vel aluminosis. Quartum est exercitiũ velox propter multam sui resolutionem, maximẽ si cum velocitate fuerit forte vel longum. Quintum est inunctio frequenter facta ieiuno stomacho cum resoluentibus oleis vt anethino, iuniperino, rutaceo, laurino, de lateribus, de castoreo, vel de euphorbio. Sextũ est, de electuariorũ numero est trifera minor quam describit Prin.5.ca no.sum.1.trac.3. Septimum est electuariũ de lacca quod dialacca dicitur: & est duplex magna sci
B licet & minor quas describit Princ.trac.1. sum.2. quinti. Octauum est opiata famosissima tyriaca maior quam describit ibi, quæ desiccat humiditates impinguantes corpus, quia medicinæ desiccatiuæ prædominantur in compositione ipsius, vt in trifera minore & in dialacca. Nonũ est potus aceti & almuri ieiuno stomacho, quia acetũ vehementer siccat & almuri etiam, quod quandoq; fit ex piscibus salitis: quandoq; ex farina ordei & sale facto pane: & vtrũq; siccat propter dominium salis in eo. Sed assiduus vsus aceti maxime in ieiuno multa inducit incómoda visum debilitat, pectus offendit, tussim cõmouet, stomachum & hepar lædit, neruos & iuncturas vehemẽter opprimit, hos artheticis, illos tremoribus & paralysibus vexans. Sal vero & almuri debili-
C tant visum, supercalefaciunt hepar, sanguinem adurunt, serpigenes, impetigenes, scabiem, pruritum, morpheam, lepram in dispositis inducũt vias vrinæ excoriant cum diu cõtinuantur. Attende quod Gale.6. de regi.sani.cap.12.artem demacrãdi pingues, & subtiliãdi grossos sub quatuor regulis & exẽplo vnius demacrati per ipsum nobis reliquit. Prima regula est. In his qui sunt immoderate ingrossati exoluere quidẽ oportet anadosim i. minuere redditionem cibi ad membra: augere vero oportet effluxiones .i. resolutiones corporis. Secunda est. Anadosis quidem exoluitur id est redditio cibi minuitur cõtinuis subductionibus ventris assuefacientibus nobis sibi organa inferius cito impellere quæcunque continentur secundum ea. Tertia est, effluxiones corporis augebimus acutis, id est velocibus exercitijs, quorum est & cursus, vnctionibusq; diaphoreticis, id est euaporatiuis fricantes quáplu-

rimum. Quarta est: esse autem oportet fricationem mollem, scilicet & rarificat suam: quia dura poros cutis claudit & resolutionem prohibet. Exemplum vero est hoc. Ego deniq; quendam crassum sufficienter, id est nimis paruo tempore commoderate eusarcum, id est carnosum feci acuto cursu vti cogens, deinde quidē abstergens ei sudorem syndonibus, id est linteis, nec valde mollibus, nec valde asperis. Deinceps vero fricās q̄plurimū vnctionibus diaphoreticis. Et post talem fricationem ad balneum ducens, in quo balneo cibum quidem confestim non offerebam. Quiescere vero iubens & quid assuetorū sibi gerere, rursus ad secūdum ducebam balneum, deinde tumores, id est substantias cibariorum oligottophos. i. parum nutrientes dabam vt implerentur, parum vero de eis in totū adderetur corpus: hæc Galenus. De hac materia remittit nos Princeps ad dictionē decorationis, id est ad Fen septimā quarti, quæ de pulchritudine seu decoratione intitulatur. In cuius trac. 4. cap. 5. diffuse determinatur de extenuatione pinguium.

Iacobi in Cap. 5. sum. vnicæ, Doct. 5. Fen. 3. primi. De custodiendis extremitatibus à frigore.

Sed cum &c.) In tertia parti. dat. 4. consilia principalia, dum frigus impedit membrum aliquod viatoris, & membrum illud nōdum computruit, sed in illo processu consistit, videlicet in via ad putrefactionem. Primum est, q̄ extremitates nimis infrigiditatę sint: manus, aut pedes ponantur in aliqua octo aquarū hic nominatarum mediocriter calida actu. Prima est aqua naporū, seu raparū, quæ vapores & fumos à frigore constrictos dulciter resoluit & dolorem lenit. Vnde de ea scripsit Sera. in aggre. c. de rapa. Et quando decoctio eius infunditur super podagram & super scissuras quæ fiunt à frigore, cōfert eis. Secunda est aqua decoctionis ficuum, quæ nimis constricta per frigus laxat, & resoluit fumos ac vapores malos per virtutem lacticinij, quod in ficubus latēs in aquam resoluitur per decoctionem. Tertia est aqua caulium, quæ nitrosa est abstersiua & resolutiua. Quarta est aqua myrti, quæ desiccat humiditates quæ sunt sub cute, vt ait Prin. 2. huius. c. de myrto. & prohibet membrum à putrefactiōe. Quinta est aqua anethi, quę frigus tollit, poros apit, & dulciter resoluit. Sexta est aqua chamæmeli, quę similia agit: & totum hoc ad superponendum est conueniens. i. omnes aquæ dictæ, & decocta in eis sunt conuenientes ad superponendum membro infrigidato, de quibus omnibus nullum est frigidum nisi myrtus, in qua est

D est caliditas subtilis, vt ait Prin. 2. huius ca. de ea. Septima est aqua scehæ, quæ resoluit, incidit, & cōfortat membrum sua stypticitate, & prohibet herpetem estiomenum, vt scribit Prin. 2. cañ. ca. de sceha. Et est sceha species absynthij, vt patet in Serapione. c. de absynthio. sed in synonymis huius libri dicitur, q̄ est sticados Arabicū. Octaua est aqua naamen, seu nemen: de quo scribitur 2. huius. c. de nemē, q̄ est zinzibrium, & q̄ est calidum & siccum in secundo gradu resistens putrefactionibus. Et Ianueñ. in synonymis ait. Nemen Arabice exposuit vbiq; translator Auicen. q̄ est zinzibrium: veritas autē est q̄ ipsum est serpillum. Vide capitulum de nemen in Auic. cum capitulo de serpillo apud Dioscoridem: & videbis q̄ idem dicunt: quod etiam per Serapionem apparet. Simile fere consilium de impositione ex

E tremitatum in frigidatarum in quibusdam aquis dedit Rasis. 6. Almanso. cap. 7. dicens. Si autem acciderit pedes inflari, & eorū sensus minui adhuc curari poterunt, nisi virides & nigri fiant, si in aqua mittantur, in qua frumenti palea cocta fuerit, aut in qua napi, vel caules bullierint, aut anethū, aut chamęmeli, aut sticados Arabicum aut namen, aut maiorana, aut melilotum, aut semen lini, aut fęnugræcum, vnumquodq; separatim, aut omnia simul: hæc ille. Secundum consilium est, q̄ emplastrum ex napis contritis cum melle, tanquam huic casui conueniēs & aptum membro congelato superponatur quod lenit & mulcet eius duriciem & compressionem à frigore illatam. Tertium est, q̄ pars congelata non approximetur igni, quia calor eius extraneus fortis ingerit dolorem & adaptat eam putrefactioni, sicut facit ignis in gelatis fructibus. Quartū con-

F silium est quadrimembre: cuius primum membrum est, q̄ exercitetur pars impedita congelatione: quæ si fuerit pes velociter incedat: si vero manus eam sæpe moueat. Secundum est, q̄ fricetur diligenter cū manu calida pars incipiens gelari, quatenus fricatione pars cōstricta dilatetur: pori eius aperiantur: superfluitates retentæ educātur: & ad ea spiritus & sanguis trahatur cooperante ad hæc exercitio præcedente. Tertium est, q̄ manus vel pes post hæc inūgatur oleo liliaceo vel laurino, vel chamęmelino p̄ confortatione, dilatatione, & temperata calefactione partis læsæ. Quartum est quòd embrochetur pars cōgelata, vel congelari incipiens effundendo ab alto super hanc aquam calidam cum eo, quod dictum est, scilicet in qua decocta fuerit aliqua ex medicinis nominatis in octo aquis primi consilij ad easdem intentiones.

Iacobus

Iacobus in cap.7. sum. vnicæ. doct.5. fen.2. primi.

De custodia iter agentis ab impedimento diuersarum aquarum. Cap.7.

A Quarum diuersitas &c. In hoc cap. primo dat causam habendę sollicitudinis in aquis iter agentiū. Secundo agit de correctionibus aquarum per colationem, decoctionem vel sublimationem solam, aut cum impositione luti. ibi(De eius autem.) Tertio per admixtionem alicuius cum ea. ibi(Aquam quoq;.) Quarto per ea quæ post eam vel ante eam sumuntur. ibi(Et post.) Quinto per deferre secum aquam propriæ terræ aut lutum ipsius ad imponēdum aquis extraneis. ibi(Amplius ex regimine.) Sexto per bibere eas interposito panno. ibi (Aqua præterea.) Septimo per admixtionem rob acetosorum. ibi (Ex rob.) In prima parte dicit primo q; diuersitas aquarum plus generat ægritudinem in iter agentibus q̃ diuersitas ciborum. Primo quia citius & profundius penetrat ad hepar & alia mēbra propter sui subtilitatem quàm solidi cibi. Secundo quia plurimum substantiæ malorum ciborum per intestina effluit quæ sunt membra vilia dura, aquæ vero non. Tertio quia aqua nullā habet familiaritatem cum humano corpore qua confortet & nutriat ipsum sicut habet cibus. Quarto quia aqua per propriam naturam est inimica naturali calori & digestionibus omnibus. Quinto quia frequentius cōtingit itinerantibus in quibusdam locis nullā bonam reperire aquā quàm nullum reperire bonum cibum. Secundo dicit q; propter hoc q; diuersitas aquarum est nocentior itinerantibus diuersitate ciborum, maior de aqua sollicitudo est habenda & res aquę. i. malicia ipsius diligenter corrigenda modis infrascriptis.

De eius autem &c. In hac parte secunda dat sex modos emendationis seu correctionis malarum aquarum maxime peccantium in grossicie substantiæ vel turbulentia. Primus est vt aqua corrigenda coletur & fiat q; à corpore aquæ refudante per colatoriū multum ex terrestreitatibus suis per residationem egrediatur ab aqua remanens in colatorio. Iuxta illud Rasis.6. Almā. ca.12. Aqua grossa & turbulenta clarificanda est ipsam multoties de vno vase ad aliud mutando. Quod si fieri non poterit per colatorium quod ex farina tortellarum madefacta sit coopertum coletur. Et Gal. in libello de aquis.c. vltimo ait. Si vero exercitui oportet pparare bonā aquā ex mala, foueas decet fodere ab altis locis ad deorsales & per has ducere aquas immittendo ad foueas in quibus sit dulcis terra & porosa. Exinde

A autem ad lagenam transfluat, semper enim in foueis remanebit aquæ malicia. Secundu modus est per decoctionem seu bullitionem aquæ. Nam ipsam decoquere quandoq; eam colat & separat substantiam purę aquæ ab eo quod permiscetur ei de terrestreitatibus vt prius causa in hoc iam demonstrata est primi.2.doct.2.sum.1. ca.16. paragrapho illo. Decoctio ergo non subtiliat aquam nisi propter hoc q; aufert spissitudinem frigoris, & quia facit quod ei cōmixtum est descendere. De hoc modo dicit Gale. libello de aquis.c. vlti. Conuersantes autem vbi est praua aqua ingeniari oportet facere eam potabilem: Optimum est igitur coquere eam in lagenis singularibus & infrigidando per noctem rursus eā lesaciendo bibere. Tertius modus maior. i. efficacior hoc toto. s. vtroq; prædictorum modorū

B est per sublimationē, sic q; aqua cuius correctio quæritur, ponatur in alembico seu distillatorio instrumento in quo fieri solet aqua rosata, & effluens aqua per rostrum alembici recipiatur in fiala vitrea vel alio vase nitido. Et quia tale vas distillatorium cum suo furnello raro reperitur in via paratum, Rasis.6. Alman.ca.12. descripsit sic alium sublimationis modum. Quod si aqua valde insipida. i. mali saporis fuerit & oportuerit viatorem vti ea, eam in ollā mundam & vitreatam ponat, cuius ori ex transuerso ligna superponat super quæ lanam carpinatam mittat, quibus ita peractis ignem sub olla accēdat, & quod in lana colligitur cōprimendo colligat, & quod ab ea manauerit bibat. Quartus modus est per distillationem cum lychnio lanę retortæ quale est lychnium vnde fiunt candele secundum hūc

C modum. Sit vas plenum aqua cuius correctio quæritur in loco superiori cui imponatur vna extremitas lychnij, & sit sub eo vas aliud vacuū super quod pendeat alia extremitas lychnij. Et inclinetur paulatim vas superius ī parte lychnij, sic q; per lychnium & non aliter effluat aqua à vase superiori in vas inferius. Et is modus clarificādi aquā multum idoneus est si distillatio multoties fiat per dictum lychnium in quo quidem remanent terrestreitates aquę manente tandem aqua quasi pura. Quintus modus est per decoctionem & impositionem luti & distillationem hoc modo. Bulliatur ad ignem aqua amara multa, & dum bullit proijciatur in eam lutum liberum ab omni corruptione, foetore & extranea qualitate, deinde distilletur de vase in vas cū lychnio lanę retortę sicut nunc dictum est. Vt distilletur super lanam positam in colatorio quæ sibi retineat terrestreitates aquę distillandę. Sextus

tus modus est per admixtionem luti & colationem hoc modo. Sumatur aqua pura idest cruda nulli alteri rei sicut vino vel aceto artificialiter permixta sed sicut reperta est,& imponatur ei lutum liberum ab omni extranea qualitate, & maxime lutũ quod ab ęstu solis fuit adustũ, postea coletur aqua per colatorium mundum, sicut colantur nectar & hypocras, & sic frangetur aquæ illius malitia tam per lutũ quod sibi retinet per terrestreitates eius quàm per colationem & motum quibus subtiliatur.

Aquam quoq; cũ vino &c. In hac parte tertia primo docet corrigere malitiam aquæ ex defectu penetrationis. Secundo ex paucitate. ibi (Aqua etiam.) Tertio ex salsedine. ibi (Aqua prętera.) In prima particula dicit q̃ bibere aquã cum vino remouet malitiam aquæ prouenientẽ ex difficili & tarda penetratione propter grossiciem suę substantię, quia vinum maxime album vel subrubeum clarum est velociter penetratiuũ à modo substantiæ & à qualitate & à familiaritate maxima cum humano corpore, quare facit aquam cui commiscetur cito penetrare.

Aqua etiam &c. In secunda dicit q̃ cum pauca fuerit aqua neq; inuenit ex ea satis ad tollendam sitim erit bibenda temperata cum aceto maxime in ęstate, quia ipsa excusat à multo potu vehementer sedans sitim, propterea q̃ acetum facit aquam ad intima mẽbrorum cito penetrare, & prohibet eleuationẽ nimiam caloris supra humiditates corporis vnde causatur sitis.

Aqua præterea &c. In tertia dat tres modos corrigendi aquam salsam & reddendi eam potabilem. Primus est vt permisceatur aceto quod ipsam subtiliet & sal ab ea descendere faciat & supercalefactionem prohibeat quæ ex sale timetur. Secundus est vt permisceatur syrupo acetoso propter easdem causas & secum bibatur. Tertius est quòd proijciantur in eam siliquæ & grana myrti & sorbę. Et sunt siliquæ grana xylocaractę in vagina reclusa sicut alia legumina quę cum granis myrti aquę salsę immissa sua grauitate salsuginem aquæ deprimnnt & deducunt ad inferiora, idẽ faciunt sorbę. Similes modos emendationis aquæ salsæ pręmeminit Rasis.6. Alman.c.12. dicens. Salsa autẽ si fuerit aqua cum aceto erit bibẽda & xylocaractæ de romania in ipsam mittendę erũt aut semen myrti vel sorbę aut lutum corasceni, aut qui ea vti volunt cydonia comedãt. Cydonia enim ab aqua salsa remouent nocumentum. Et paulopost iterum dicit. Acetum quoq; aquæ salsę saporem comprimit, & syrupus acetosus ad hoc vtilis est. Atten

D de q̃ Arist.2. metheo. docet aquam maris salsam reddere dulcem ac potabilem faciẽdo q̃ resudet in vas cereum tenue per poros cerę. Ait enim illic. Si quis vas cereum formans posuerit in mare circũligans os taliter vt non per rimam aliquam intret mare quod ingreditur per parietes cereos fit potabilis aqua.

Et post &c. In hac parte quarta primo agit de correctione aquæ aluminosę. Secũdo amarę. ibi (Super amaram.) Tertio stantis palustris. ibi (Ante aquã.) Quarto grosse & turbidę. ibi (Sup aquas.) Quinto diuersarum aquarũ in generali. ibi (Ex eis quoq;.) In prima particula dat duos modos reprimendi malitiam aquæ aluminosæ iam bibitę & aquæ ponticę. Primus est sumere aliquid post eam quod ventrẽ soluit, vt mãnam, cassiam fistulã, tamarindos, diaprunis, quia aqua

E aluminosa fortiter restrictiua est & pontica, etiã qualis est aqua expressa à cydonijs imaturis. Secundus est post eam bibere vinum subtile & subrubeum vel albũ, quia aqua aluminosa multum oppilatiua est restringens menstrua & hæmorrhoidas & sputum & inducens febres oppilando poros horum qui se balneant in ea, sicut scribit Prin. primi secunda doct.2. sum.1. cap.16. Vinum vero substãtiæ subtilis oppilationes fieri prohibet & factas aperit sua penetratione.

Super amaram &c.) In secunda dat quatuor remedia contra impedimenta aquæ amarę. Primum est q̃ super eam exhibeantur dulcia & vnctuosa, dulcia q̃dẽ sicut ficus vuę passę, dactyli, vnctuosa vero vt butyrum, oleum & carnes pingues, quia virtus aquæ amarę vehemẽter abstergit & abradit superficiem membrorum per quæ

F trãsit, sed dulcia & vnctuosa mulcent & leniũt. Secũdum est q̃ aqua amara bibenda cum iuleb permisceatur. Iuleb arabice est syrupus simplex ex sola aqua & zuccharo. Vel adhibita aliqua parte aquæ rosatę, vt ait Ioãnes Serap.i.7. sui breuiarij. Et dicitur græce iulen. Istud sua lenitate reprimit vim abrasiuam aquæ amarę, & sua frigiditate obuiat virtuti ipsius supcalefactiuę. Iuxta illud Rasis.6. Almã.c.12. Si ĩ aqua fuerit amaritudo ei dum bibitur iuleb admisceatur vel zuccha ra & comedat dulcia. Tertium est q̃ ante potum aquæ amarę & antequã voluntas assit bibendi, bibatur aqua cicerũ & remouebitur ab hac impedimentum aquæ amarę, quia aqua cicerũ est aperitiua vehementer faciens aquã amaram ei superbibitã quę grossissima est velociter pertrãsire, quare non figitur circa superficiem membrorum tẽpore quo sufficiat eã abradere. Quod autẽ aqua amara sit grossissima Gal. affirmat.4. simplicis

simplicis medicinæ.cap.23.Vbi loquens de aqua stagni palestinę quæ amara est dicit. Et propter illud fit ista aqua grauior omni aqua ex maris aquis. Et propter illud si steteris in hac aqua, deinde volueris submergi in ea non poteris. Et si accipis hominē & ligas manus & pedes & proijcis eum in illud stagnum nō submergitur, neq; descendit ad inferiora. Quartum est comedere cicera ante potum aquæ amarę, quia in substantia eorum est lenitiua virtus per quam prohibēt abrasionem aquæ amarę & virtus aperitiua qua faciunt eam cito penetrare non sinentes eam figi super membri superficiem.

Ante aquam vero &c.) In tertia particula dicit primo ꝙ nutrientia calida non sunt comedenda ante potū aquæ stantis & palustris in qua est putrefactio, quia cibi calidi putrefactionem aquæ augmentant & dilatari faciunt & ab ea putrefiunt. Secundo dicit ꝙ supra aquam stantem & paludosam siue post eam styptica danda sunt ex fructibus frigidis vt cydonijs & macianis.i. pomis stypticis sicut sunt poma de capēduto & ex acedula seu acetosa & ex micla. Et est micla cibus factus cū pane azimo & aliquando ei miscetur oleum, & tunc præparat ad vomitum, vt ait Princeps primi quarta ca.11. Nam prædicta omnia festinant descensum aquæ paludosę sua stypticitate comprimendo eam ad inferiora. Et styptici fructus infrigidatiui sua frigiditate reprimunt putrefactionem & resistunt ei, & similiter acedula. De correctiōe huius aquæ dicit Rasis.6. Alman.cap.12. Aqua vero si fuerit stans in se putrefactionem habens admixtā cum rob de succo vuę acerbę & malorū granatorum & pomorum bibat. Cum autem aquam illam in potu sumit omnes calidos cibos dimittat & vinum nullo modo bibat nisi fuerit album subtile. Hæc.n. aqua stās est id quod plus potest generare febres quàm aliqua alia res.

Super aquas &c.) In quarta particula dicit primo ꝙ alia comedenda sunt super aquas grossas & turbidas, quia subtiliant eas & calefaciunt, & eas cito descendere faciunt, & prohibent ne stomacho noceant & intestinis, & ne venas oppilent. Secūdo dicit ꝙ alumen iameni quod scissum dicitur & alumē plumę clarificat aquas turbidas dum proijcitur in eas. Istud alumen est valde stypticum, & ideo stypterea dicitur, quod cū proijcitur in aquam turbidam inferius exprimit terrestreitates eius & ad fundum vasis descendere cogit.

Ex eis &c.) In quinta dat tria remedia cōmunia contra maliciam aquarum. Primum est

A cępe quod est vt tyriaca malarum aquarum, & maxime cępe cum aceto, quia est subtiliatiuum, incisiuum, abstersiuum cū stypticitate & aperit fortiter, vt ait Prin.2.huius ca.de eo. & est calidū in tertio quare calefacit malas aquas prohibens ne sua frigiditate noceant stomacho, & subtiliat grossas faciens eas cito penetrare, & expellit nocumentum ventositatis venenorum. Et acetum huic permixtum vigorat eius virtutem in subtiliatione & penetratione aquarum, & prohibet à siti quam inducere solet cępe comestum. Secundum est allium de quo Serapion ī aggregatorio cap.de eo scribit. Quādo sumitur allium & post bibitur aqua corrupta non nocet aqua illa potanti, cuius causę similes sunt causis de cępe nunc dictis. Tertium ex frigidis rebus ex lactuca, de qua scribitur in aggregatorio Serapionis cap.de ea ꝙ

B confert mutationi aquarum ignotarum, & id vt puto est à proprietate, sed à suis frigiditate & humiditate cum subtilitate substātiæ reprimit acumen & supercalefactionem aquarum salsarum & amararum & sulfurearum & corruptionem putridarum. Ista remedia pręmemorat Rasis vbi supra dicit. Impedimentum præterea diuersitatis aquarum remouet cępas vel allia vel lactucam cum aceto comedere.

Amplius &c. In hac parte quinta dat viatori duo remedia generalia contra mutationes & malicias aquarum. Primum est ꝙ portet secū vel in lagenis vel in barillo vel in alio vase de aqua suę terræ & cum peruenerit ad hospitium primum quo vult hospitari permisceat hanc cū meliori aqua quam inueniet in illo loco & ex ea bibat ac vtatur in cibis. Et dum recedet ab illo

C hospicio secum ferat aquam illius hospicij vsque ad aliud hospicium proximum, quā cōmisceat aquę meliori istius hospicij qua decoquat cibos, & in potu vtatur. Et similiter ferat ex aqua cuiusq; prioris hospitij ad proximum sequens, & misceat ipsam cum aqua loci sequentis hospicij quatenus gradatim assuescat aquas plurimum distantes ab aquis illius territorij quibus consueuit vti. Et ita faciat donec peruenerit ad terminum quo tendit. Iuxta illud Rasis sexto Alman. ca.12. De his quæ nocumentum ex aquarum diuersitate remouent est vt non bibantur simplices sed vt cuiuslibet mansionis aqua cum pręcedentis mansionis aqua temperetur ipsam ei immiscendo. Secundum remedium cōueniens est. Si viator secum deportauerit de luto libero suę terræ bonam quantitatem & aliquid de eo permiscuerit cum omni aqua qua vsurus est in hospicijs suis cōminuendo ipsum in ea et postea dimiserit

miserit ipsum residere in fundo donec aqua clarificet. Iuxta illud Rasis vbi supra. Ad hoc quoq; confert lutum terræ suę secum deferre de quo cum quieuerit parum accipiat & cum aqua misceat quam sic dimittat donec lutum descendat & aqua clarificetur, ex qua postea bibat.

Aqua præterea &c. In hac parte sexta instruit iter agentem ꝙ dum bibit aquam bibat eã interposito panno tenui lineo mundo colando, scilicet aquam per talem pannum priusquã eam bibat, vel superponendo super hunc pannum rostro aquarię vel orificio tenuis cannalis & ꝑ eius medium suggendo illam aquam. Primo vt si in illa aqua sint aliquæ paruulæ sanguisugę latẽtes visum, retineantur in panno, ne cum aqua transglutiãtur sicut interdum fit vnde sanguis per os effluere solet ipsis adhærentibus & vulnerantibus meri. Secundo ne cum dicta aqua transglutiantur corpuscula aliqua mala secum permixta prę paruitate latentia visum, sicut terrestreitates corruptę vel aliqua mala mineralia vel aliquæ herbulæ acutę. Iuxta illud Rasis. 6. Almã. cap. 11. Et si in aqua fuerint herbæ in quibus est acuitas & malitia cibos vnctuosos semper comedat. Et in eius colatura studeat, aquam quoq; non bibat nisi colatam per pannum medium.

Ex rob &c. In hac parte septima instruit iter agentem ꝙ secũ deferat succos acetosos rob vocari solitos dum sunt inspissati, vt rob de agresta, rob de berberis, rob de acetositate citri, rob de limonibus vel de arengijs vel de granatis acidis, & aliquod ex istis cum aquis misceat quas bibere intendit. Et hi succi maxime seruiunt quando aquæ bibendę sunt calidæ acutę vt salsę nitrosę sulfureæ amarę, & dum putridę sunt vel ad putredinem declinant vel fastidium generant. Teste Rasi supra dicente. Aqua vero si fuerit stans in se putredinem habens admixtam cum rob de succo vuæ acerbæ & malorum granatorum et pomorum misceatur. Et paulopost dicit. Aqua quoq; si fastidium fecerit cum rob malorum granatorum erit bibenda.

Gentilis in fen. 4. De purgatione ventris.

Balneum quoq; &c. Ponit tertium cãn. generalem dicens, ꝙ ingredi balneum aliquot diebus ante dationem pharmaci est bonũ, sed post sumptionem medicinæ non debet ingredi balneum, quia impeditur operatio pharmaci nisi vellemus restringere. Sed in hyeme conceditur ingressio primę casę balnei, tamen nõ debet esse tantę caliditatis ꝙ faciat sudare, vnde confortat quia subtiliat materiam & rarificat membrum. Ratio patet ꝙ debet esse balneum aquæ dulcis

D calidæ tẽperate, quia si esset multum calida oppilat vt patet. 7. terap. c. 6. & debet præcedere balneum duobus diebus vel tribus secũdum diuersitatem corporis vt Halyab. 2. practicę ca. 56. tamen si materia sit multa non debet ingredi balneum vt dissoluatur per corpus, & etiam si sit debilitas alicuius membri, vnde materiæ currũt ad illud membrum debile. Inde non debet intrare balneum post sumptionem medicinæ, quia medicina trahit intus & balneum extra nisi in hyeme, quia materiæ stant multum fixę, vnde ingressio primæ casę vbi sit caliditas temperata non faciens sudare iuuat aliqualiter præparans illam materiam, quia aliqualiter cõmouet eam ad motum. Similiter inunctio & fricationes iuuant simili modo, tamen debet esse interuallum inter haustum medicinæ & balneum, & ne iste de

E bilitetur nimis.

Gentilis ibidem.

Ille quoq; &c. Ponit alium cañ. dicens ꝙ qui sumit medicinam sequenti die debet intrare balneum vt resoluantur reliquię humorum.

Dubitatur: Ioãnes Mesue libro primo distinctio. 3. cañ. 3. dicit ꝙ quando medicina perfecte euacuat non competit balneum, immo non nisi quãdo volumus restringere. Secundo balneum trahit superfluitates de loco ignobili per nobile & ad nobile vt de intestinis per hepar ad stomachum ad cutim. Tertio superfluitates melius expellũtur per intestina quia est locus aptior, ergo. Dicendum ꝙ balneum approximatur post purgationem propter superfluitates non à pharmaco motas, immo tales superfluitates medicina non potuit euacuare nec virtus eas attingere po

F tuit, & propter istas conceditur balneum, & nõ datur propter superfluitates intestinorum. Primo propter istas damus clystere lauatiuum & conceditur secunda die ne virtus nimis debilitetur. Et ad Ioannem Mesuẽ intendit ꝙ non conceditur dum fit euacuatio. Ad alias patet solutio, quia arguit veritatem.

Gentilis in fen. 4. De enemate.

Et clysterizandi &c. Declarat horam dicens ꝙ melior hora est hora aeris frigida, quare non sequitur æstuatio, & si necesse fuerit balneũ caue ne prẽmittas balneum clysteri, quia balneũ trahit extra & clystere intus. Nota, hora clysterizandi sumitur ex multis, ex cibo vnde non debet fieri post comestionem quia traherẽtur indigesta, nisi illa esset ita debilis ꝙ daretur parum cibi, sed clystere lenitiuum potest fieri quocũq; tempore, nec fit hora magni æstus, quia fieret nimis magna commotio, ideo fit hora frigidiori,

tamen

tamen clystere post balneum potest fieri non tamen immediate, sed dimitte & fac cadere interuallum temporis.

Balneatio &c. Addit alium cañ. dicens ꝙ balneatio reddit minutionem difficilem, quia in duratur cutis, vnde phlebotomus non potest figi in punctione cum fit phlebotomia. Sed vbi essent hmores grossi competit, quia eos subtiliat et reddit eos aptos euacuationi, sed quia resoluit gratia caliditatis non competit, vnde Auic. vult immediate ꝙ phlebotomia post balneum non competit, sed post tempus notabile competit.

Cumq; vlcus &c. Ponit aliam considerationem attendendam dicens, ꝙ cum vlcus est in principio non debet intrare balneum, quia fiet maior tractus materiæ ad locum, sed facta sanie potest securius intrare balneum. Dubitatur: balneum lauat, mundificat & exiccat vulnera, ergo. consequentia no. & antecedens patet, quia aqua humectat & lauat, etiã resoluit, ergo exiccat. Dicendum ꝙ balneum dulcis aquæ putrefacit humiditate aquæ, etiam trahit plus de materia, etiam balneum stypticum sua caliditate trahit, sed balneum quod magis competit est balneum aluminosum stypticum, & hoc habet verum corpore existẽte repleto & in principio, sed in declinatione cõfert qa lauat & abstergit &c.

Et ad rationem dico ꝙ plus lædit attrahendo quàm iuuet abstergendo & lauãdo. quieuerit. i. declinauerit.

Vgo Senensis in cap. 2. fen quartæ primi.

De mala complexione.

ET nulla &c. Narrat hic quasdã causas humiditatis. Et dicit primo ꝙ nulla est causa quæ humectet tñ quãtum quies, ociositas, balneatio assidua facilis in tina, & hoc fuit dictũ supra secunda huius de balneo. Dicit secundo ꝙ bibere vinum temperatum est forte in humectando. Potest ergo hoc intelligi duobus modis. Vno modo ꝙ nulla res tãtum humectat quãtũ aggregatum ex his, scilicet quiete & balneo facili in tina. Et potest intelligi primum sigillatim ꝙ nulla res tãtum humectet vt quies. Et vtrum sic intelligatur, certum est ꝙ non, ideo ista maxime humectant, quia per se humectant vt innuit Dy. nam quies non humectat per se, sed pro quã to prohibetur per eam resolutio facta per motũ vel quæ fieret ex calore intenso. Balneum autem aquæ dulcis non multo tempore durãs, & in hora cum suis opportunis circunstãtijs quæ dicũtur. 7. terepeu. & prima quarti. c. de cura hecticęs per se humectat, quia aqua per se est humectatiua, & quia diffundit nutrimentum per corpus.

A Via autem ad sciendum ꝙ ista sint maxime humectatiua fuit experientia antiquorũ, quia nulla ratio probandi hoc sufficiens afferri posset & hoc sine experientia.

Iacobus in caput præallegatum.

Tres sunt causę fortes in humectãdo quarum duę primæ perueniũt ad summum humectationis, & tertia harum est simpliciter fortis. Prima est ociositas, i. assidua requies corporis & animæ qua prohibentur siccitas & resolutio solitę contingere per motus & exercitia & multiplicãtur humiditates in omni digestione. Secunda est assidua balneatio facilis. i. modesta non laboriosa in tina seu cuna plena aqua dulci mediocris caliditatis. Et has duas causas humectationis prædixit Prin. primi. 2. doct. 2. sum. 2. ca. 3. vbi ait. Humectantium multæ sunt causæ. Ex eis nanq; est

B sicut quies & somnus & humectantibus obuiare & præcipue balneo post comestionẽ proprie. Et sum. 1. do. eiusdẽ. c. 12. ait. Quies vero semper est infrigidans propter priuationem viuificationis caloris, & propter constrictionem quæ est suffocans & humectat propter defectum resolutionis superfluitatum. Et de balneo dicit primi secunda doc. secunda sum. 1, ca. 19. Debes autem scire ꝙ operatio naturalis est calefacere suo aere & humectare sui aqua. Et primi. 3. doct. 3. c. 5. ait. Qui vero impinguare desiderat balneum post comestionem ingrediatur.

Vgo in cap. 5. fen quartæ primi.

De solutione ventris.

Balneum &c.) Ponit hic cañ. tertium in vsu balnei, & sunt quatuor regulæ. Prima, ꝙ ingredi balneum aliquãtis diebus antequã sumatur me-

C dicina ventris solutiua, est ex eis quæ præparant bene nisi aliquid prohibeat. Secunda regula est ꝙ oportet ꝙ inter ingressum & stationẽ in balneo & haustum medicinę paruum tempus interueniat. Tertia regula est ꝙ nõ debet ingredi balneum postquã medicina est assumpta, quia balneum trahit materiam ad exteriora, & non est bonum nisi ad constringendum ventrem præterquam in hyeme, quia tunc non est timẽdum ingredi primam casam balnei tali modo ne calor balnei impediat attractionem pharmaci per suam tractionem ad exteriora, sed bene iuuat ad mollificãdum. Quarta regula est ꝙ aer illius qui sumpsit pharmacum debet esse calidus pauca tamen caliditate, ita vt non faciat sudare nec turbet corpus faciendo æstuationẽ, & causa est quia aer hoc modo calidus ex præparatorijs est. Vbi no. ꝙ balneum de quo hic loquitur est balneum aquæ dulcis calidæ, & in vsu eius ante pharma-

&

cum est vtilitas subtiliandi humorem,& vtilitas aperiendi vias, & vtilitas mollificandi intestina & stomachum. Et ideo si aliud non fuerit prohibens erit de bonis præparatorijs. Dies autem isti debent esse secũdum Haliabbatem duo aut tres, aut quatuor, & in hoc debent stare in arbitrio. boni medici secundum qualitatem corporis & humoris. Impedientia autem vsum balnei possunt esse multa, vt asthma, syncope plurima, plenitudo congelatorũ in capite humorum, epilepsia et similia. Rasis autẽ sexto continentis auct. G. dicit hoc modo. Aliquantis diebus. Secunda regula clausit duo primum ꝙ statim egredienti balneum non debet dari medicina. secundum ꝙ paruum debet interuenire tempus. Causa primi est vt quiescat motus ad exteriora & corpus reficiatur a tędio balnei. Causa autem secũdi est vt medicina detur antequã humores iterum coagulentur aut vię indurẽtur. Et si quæritur quãtum tempus debet esse inter balneum & potionem medicinæ, dico cum Rasi. 6. continentis, ꝙ debet esse media hora, vnde dixit dico ideo vtendum esse balneo ante laxatiuum spacio medię horę. Causa tertij est clara, quia trahendo ad exteriora impediret opus medicinę & ideo cum fuerit aer frigidus aut tẽperate calidus ita vt nõ fiat sudor nec æstuatio, est de his quæ non permittunt euaporare medicinas & humores tenere fluidos & poros apertos, & hoc voluit quarta regula..

Balneum &c. In. 4. dicit primi ex bonis præparatiuis ad receptionem pharmaci est ingredi balneum ante solutionem ventris aliquãtis diebus, nisi aliquid fuerit quod ipsum prohibeat. Attende primo ꝙ nomine balnei potest hic intelligi tam balneum siccum quod stupha dicitur quàm humidum aquæ calidæ dulcis nominatũ tina, quod cõuenit esse mediocris caliditatis nõ prouocãtis sudorem neq; trahentis humores ad exteriora. Tale nanq; digerit humores & liquefacit ac fluidos reddit ac vias apit. Et si sit aqueũ lenit & humectat corpus purgandum, quibus adaptatur vt optime ferat opus pharmaci sine molestia. Attende. 2. ꝙ prohibentia balneum ante pharmaciam sunt mollicies neruorum, catarrhus incipiens, dispositio ad apostema, oppilatio in visceribus, quoniam hæc omnia balneo aggrauantur. Secũdo dicit opportunum esse ꝙ inter balneum & medicinæ haustum paruum interueniat spacium tẽporis vt diei vnius ad omne minus vel duorum aut trium vt reparentur resoluti spiritus & sedetur motus humoralis masię per balneum concitus ad exteriora quodammo

D do motui pharmacię obuius. Tertio dicit ꝙ post sumptum pharmacum quãdiu operatur nemo intret balneum. Nam attrahit humores ad exteriora pharmaco resistens & impediens ab opere suo, & conturbat corpus motu agitatiuo. Iuxta illud Mes. 3. intentione suorum simpliciũ ca. 3. Vulgares autem & qui non sunt familiares artis cõmuniter hos & illos post medicinam balneant, ignorãtes ꝙ balneum ad exteriora trahit, quemadmodum. G. dixit, & ignorantes quoniã opponunt motui residuę materiæ quę iam in necessitate posita est cum virtute pharmaci repere ad viam expulsionis reuocãdo illam virtute balnei ad membra, ergo indifferenter balneantes post sumptum pharmacũ faciunt cadere in oppilationes & ægritudines cutis, hæc ille. Quarto tangit duos casus in quibus balneum competere

E potest durante adhuc opere pharmaci. Primus est, vbi est opus constrictione ventris, propterea ꝙ pharmaci opus superfluit, tunc enim balneũ confert diuertendo humores ab intestinis & attrahendo eos ad superficiem cutis. Iuxta illud Mes. 3. intentione suorum simplicium. c. de conuersione materiæ ad contrarium sui fluxus. Et secundum veritatem quidem non est congruum balneum post medicinam, nisi cum purgatio superfluit, confert enim tunc ad ventrem constringendum. Attende primo ꝙ balnea quę conueniunt in retentione superflui fluxus ex pharmacia sunt balnea aquæ dulcis calidæ vigorata cum resolutiuis. Iuxta illud Mes. ibi. Balnea autem & fricationes in eis sunt ad hoc. s. ad restringẽdum fluxum causa magna & beneficium efficax specialè & proprie facta ex aquis dulcibus vigoratis

F cum rebus quæ poros dilatant & corpus confortant, qualia sunt chamęmeli & absynthium, sanfucus & folia citri. Attende secũdo ꝙ in illo casu balnea plus obsunt quàm prosunt. Iuxta illud Mes. ibi. Debiles autem in arte cum stypticis balneant, ignorantes, quoniam poros coarctant & materias & fumos interius conuertunt, & hoc fit causa maior ad fluxum, immo sit tua magnifica intentio dilatare poros & attrahere ad exteriora quantum est possibile, sic enim fiet materierum euacuatio, & acutorum fumorum exclusio. Fac igitur ægrum sudare in balneo aut vapore aquæ calidæ & vtere fricatione prius leni, deinde acriori, vt pati poterit vsq; dum multum sudet. Sudor autem sæpe & sæpius abstergatur vt non obstet egressioni sudoris alterius aut vapori parato excludi. Opponitur enim poris diu retentus sudor, abstersus vero facilem facit sudoris alterius egressionem. Secundus casus in quo balneum

neum confert durãte opere pharmaci, est dum pharmacia sumitur in hyeme, tunc enim nõ nocet, immo confert plurimum primam casam balnei tali modo ingredi ꝙ calor ipsius sit temperatus in nullo impediens opus pharmaci sua attractione ad exteriora, sed solum mollificet humores & membra frigore cõstrictos & vias reseret. Sic enim parebunt promptius humores pharmaco trahenti.

Vgo in cap.5.fen.4.primi.

Ille quoq; &c. In ista parte ponit vsum balnei post medicinam, dicens ꝙ ille qui bibit medicinam die secunda est intraturus balneum, & poterit balneum ipsum mundare ab humoribus siquid de illis est relictum. Nam si videris ꝙ balneum sit ei sapidũ & delectetur in ipso hoc erit signum ꝙ balneũ mundificat ipsum ab eo quod derelictum est, & ideo ipsum in eo dimitte. Sed si inueneris ꝙ in eo nõ delectetur, immo in eo patitur æstuationem, expelle eum.s.à balneo.

Et vt melius veritas istius canonis videatur dubitatur. Vtrum sumpto pharmaco solutiuo balneum conueniat die secunda &c. Negatiue arguitur auctoritate Auic. in hoc.c. vbi supra dixit, post medicinam quoq; quis non ingrediatur balneum, quoniam trahit materiam ad exteriora, nec est bonum nisi ad ventrem stringendum. Secundo arguitur auc. Mesuę de consolatione medicinarum intẽtione tertia.c.3.cañ.3. Et sunt ibi suę ratiões tres. Prima est ista. Balneũ trahit ad exteriora et in humoribus residuis post medicinam remãsit ex medicina inclinatio motus ad interiora versus vias expulsionis, ergo hic motus prohibetur per balneũ, sed inconueniens est talem motum prohibere, ꝙ autem sit inconueniens talem motum prohibere probatur eisdem rationibus, quibus probatur ꝙ hora qua pharmacum actualiter euacuat nõ conuenit balneum, quia per hoc fiunt motus agitatiui & debilitatiui. Et confirmatur quia materiam euacuare debemus modo faciliori, sed dũ materia repit ad intestina virtute præcedentis pharmaci facile est adiuuare motum suum, quem habet, ergo facile per intestina euacuabitur, sed cum balneo non, nisi cum difficultate trahetur ad interiora, ergo &c. Secunda ratio est ista. Illa euacuatio est inconueniẽs per quã trahitur materia de mẽbro ignobili ad ignobile per membra nobilia transeundo, sed hoc est huiusmodi vt dictũ est sæpe supra, ergo &c. Minor patet, quia trahitur materia de intestinis ad cutẽ à balneo & non nisi per venas & hepar, quæ sunt membra nobilia. Tertia ratio est, Ipsa natura euacuat ex vijs pro-

A pinquioribus, ergo ita debet facere medicus. maxime cum vię sunt conuenientes euacuationi. Sed vię propinquiores ad euacuandum talẽ materiã à pharmaco derelictã sunt intestina & sunt membra conuenientia eductioni, ergo non debet conuerti ad cutim per balneum. Item inducit duo nocumenta quæ fiunt per vsum balnei post assumptionem pharmaci. Primum est ꝙ facit oppilationes, eo ꝙ materias trahit in venas ab intestinis. Secundum est quòd facit possidere ægritudines cutis quare malam materiam trahit ad cutim. Tertio arguitur sic. Per pharmacũ isti qui ipsum sumpserunt remanent inflammati exiccati & inaniti, sed post has dispositiones perseuerantes nõ conuenit balnenm præsertim ad intẽtionem qua hic administratur, ergo &c.

B In oppositum est Auicẽ. in litera, & probatur duabus rationibus. Primo sic. Illud quod purgat humores remanentes in locis cuti vicinis & tollit inflammationem membrorum & eorũ consumptionem & laxitudinem est conueniens secunda die post pharmacum, sed balneum est huiusmodi, ergo &c. Minor patet. 4. Alman.ca.de iuuamentis balnei, & pro parte secunda primi. Et maior patet quia pharmacati saltem pro eradicatione vt plurimum sunt exiccati, & habent pancos humores superfluos, & ipsos habẽt circa cutim, ergo conuenit eis illud per quod hæc remouentur. Et patet assumptum quia pharmaco debite administrato pro euacuatiõe vt plurimũ pars humoris dimittitur superflui, cum melius sit infra subsistere q̃ exquisitissime euacuare, & illud parum relinquitur circa cutim, quia in locis à quibus pharmacum fuit longinqunm, & C minime potens attrahere. Secundo sic. Illud quod aperit poros & euaporare facit contemperando caliditatem & siccitatem conuenit sequẽti die post pharmacum, quia timor est ne aliqui humores agitati & subtiliati, & aliqui vapores pharmaci remanserint in totius ambitu quos remouere oportet, & remouentur per aperitiuum & vaporatiuum. In dubio isto primo dicam de balneo & eius effectibus quãtnm attinet proposito, secundo respondebo iuxta viam Auicẽ.

Quantum ad primum nota ꝙ balneum cõmuniter ita describitur. Balneum est corpus liquidum fluidum quod corpori nostro circũferentialiter occurrens ipsum accidentaliter immutat. Et videntur qui ita describũt velle ꝙ balneum quandoq; est aqua quandoq; est aer, qñq; vapor, siue cum istis sit aliqua cõmixtio virtutis mineralis vel herbarum vel taliũm, siue non sit, siue circa tale corpus sit strictura terrea artificialis

lis ipsum claudens aut naturalis, siue non sit. Et hoc modo thermę & stuphę et aqua i semicupio & aer à sole calefactus vel à vento infrigidatus vel humectatus, & talia omnia essent balnea. Et videtur mihi ꝙ doctores medicinę authētici nō loquuntur isto modo. Nam Auicē. tertia primi ca. de balneo nominando balnea vult ꝙ qui indiget balneo non indiget eo nisi vt ab ipso habeat caliditatem subtilem & humiditatem temperatam. Ex quo videtur ꝙ omne balneum est inductiuum humiditatis tēperatę & subtilis caliditatis, quod non facit aqua frigida nec aer frigidus exterius occurrens, & ideo puto ꝙ limitāda sit dicta descriptio dicendo ꝙ balneū est corpus subtile naturaliter humidum, & ita accidentaliter calidum, vt corpori circūferentialiter occurrens sit ipsum actualiter calefactiuū. Quod si dicatur ꝙ casa balnei est infrigidatiua, puta prima E vt dicit Aui. secunda primi. dicitur ꝙ illa casa nō est balneū, sed sibi deseruiens. Et dicitur de aqua actu frigida ꝙ nō proprie dicitur balneum. Nota secundo ꝙ cum multiplicia sint balnea hic loquitur de balneo quod est in cōmuni vsu, & est balneum aeris calidi cum præsentia aquæ calidę dulcis, hoc enim est illud quod absolute dicitur balneum, & in quo dicuntur corpora balneari, licet improprie per quandam similitudinem dicantur balneari in aqua frigida, vnde Auic. post ca. de vsu balnei ponit ca. de balneatione in aqua frigida. Tertio nota ꝙ balneū quosdam habet effectus immediatos, & per se, quosdam autem mediatos secundum modum loquendi medicorum, quosdam per accidēs, siue sint mediati siue immediati, & potest secūdum varios modos suę applicationis & secundū varietatem dispositionis corporis quod balneatur, qńq; calefacere vltimate, quādoq; infrigidare, qńq; humectare, quādoq; exiccare, qńq; impinguare, quandoq; macerefacere, qńq; aperire, qńq; oppilare. Et ideo diuersis corporibus & eidē corpori in diuersis dispositionibus est aliter, & aliter ad administrandum, ita ꝙ nullum videtur corpus, cui nō possit in aliqua dispositione & aliquo modo disconuenienter approximari. Et ideo cū quæritur vtrū tali corpori vel tali dispositioni conueniret balneum, non est sensus, vtrum qualitercunq; applicatum vel cum quacunq; circūstantia alia coueniat, tunc enim nulli corpori conueniret. Sufficit ergo ꝙ cum aliqua dispositiōe sit conueniēs. verbi gratia si dicatur vtrum balneum conuenit homini secunda die post assumptionem pharmaci. Sensus est vtrum in aliqua dispositione corpus inueniatur secunda die post assumptionem

D pharmaci in qua sibi conueniat. Et siquis magis realiter intelligat potest addi ꝙ quando pharma cum pręcedēti die sumpsit vel indicatione sumpta ab hoc ꝙ pharmacum sumpsit. Nam nemo dubitat ꝙ corpore statim cibato, aut intestinis plenis malis humoribus, aut superfluitatibus, aut hora vehementis famis non conueniret, & si pręcedenti die pharmacum sumpsisset, & hæc pro nunc de balneo. Sed pro responsione ad quęsitum, nota primo ꝙ corporum purgatorum ꝑ pharmacum quædam euacuantur euacuatione eradicatiua merito dicta, quia totaliter euacuante humorem eradicatiue superfluum aut quasi, quædam tantum minoratiue, quia multum adhuc de superfluo & peccante humore remansit.

Secundo nota ꝙ corpora eradicatiue bene & artificialiter purgata per operationem pharmaci vt plurimū non remanent omnino bene munda à malis humoribus. Istud patet, qa melius est infra subsistere quàm exquisitissime euacuare, ergo in rationabili euacuatione cum vt plurimū ex arte debet fieri id quod est melius, euacuatur pro eradicatione non exquisitissime, & per consequens aliquid de humore superfluo remanet. Ex quo cum descriptione eradicatiue euacuationis, patet ꝙ id quod remanet est paucū. Nota tertio ꝙ tale paucū quod remanet, debet vtplurimum remanere in locis à quibus minime potuit pharmacū trahere, quia vnde potuit magis trahere magis euacuauit, ergo alijs parib⁹ magis remanet in locis dictis. Ex quo sequit̃ ꝙ vtplurimū tale paucū remanet in ambitu totius ꝑpe cutim extra venas, ab his enim locis propter distantiam & grossiciem & frigiditatem & viarū stricturam minime potest pharmacum attrahere.

F Quarto nota ꝙ quāuis non omnes humores qui agitantur à medicina trahātur ad intestina, & nec statim post cōsuetam operationem pharmaci sistatur motus humorum versus intestina, & cum hoc vtplurimum aliquid de humoribus qui remanent hoc modo agitati in sequenti die inueniatur in intestinis, experientia tamen patet hos motus aliquando quietari. Et Auic. videtur innuere ꝙ aliquando sunt quietati in secunda die. Similiter etiam humores qui ad intestina cucurrerunt secunda die cū clysteri debent euacuari, & ideo in sequenti die per magnam partē sui nec humores motu pharmaci tendunt ad intestina, nec in intestinis sunt humores mali. Ex his respondetur ad quæsitum per conclusiones quarum prima est ista. Stante humorum motu à pharmaco versus intestina non conuenit balneum nisi medicina superflueret aut de superfluitate

fluitate timeretur. Hanc vult Mesue loco allegato & ipsam vult Auicen. in isto capitulo, & patet per rationes quasdam positas ante oppositum. Secunda conclusio, humoribus malis existentibus notabilis quantitatis in intestinis non conuenit introitus balnei cum mora diu. Patet quia materiæ mouentur de loco ignobili ad ignobilem per locum nobilem, quod est inconueniens. Ex quo patet quòd antequam in balneum ingrediatur secunda die, ille qui sumpsit pharmacum debet sumpsisse clystere, si aliter, hæc superflua non emittantur. Tertia conclusio, si pharmacum superflue operatur, merito huius non oportet sequenti die ingredi balneum resolutionem faciens. Patet quia augeretur dispositio illa præter naturam quæ est inanitio. Quarta conclusio, post euacuationes minoratiuas non oportet sequenti die gratia resolutionis ingredi balneum. Patet quia remanet materia multa & maius esset nocumentum agitationis & periculum motus humoris quàm iuuamentum resolutionis, vt patet intelligenti in hac materia. Quinta conclusio vt plurimū post pharmaci eradicatiui exhibitionem, alijs deductis causis sequenti die oportet ingredi balneum, probatur quia vtplurimum in talibus prope cutim remansit materia superflua quæ est apta per balneum resolui & nocumenta sunt apta sequi si rationabiliter procedatur, quia motus pharmaci est quietatus & in intestinis nō erunt materiæ malę trahendę ad cutim. Et hoc est pro mente Auicen. & quia rationes quas fecit Mesue nō sunt contra istum intellectum, ideo puto quòd non contradicunt Mesuę nec Auicen. quemadmodum dicit Conciliator in differentia 145. Rationes enim non probant nisi de illo in quo humores inclinantur ex motu pharmaci ad interiora, aut in quo sunt humores, qui in interioribus peccantes trahentur ad extra quorum nullum contingit in his, de quibus Auicen. loquitur. Et quia qui sumpserunt pharmacū possunt esse ex alia causa quàm ex opere pharmaci in dispositione ad standum in balneo, ideo dixi in conclusione alia causa deducta. Auicē. autem quia vidit quòd quandoq; medicus potest errare imponendo in balneo pharmacum ad ostendendum quòd hic error est paruus cum de facili vitari possit, dedit modum quomodo illud percipere possumus, & p hæc diligens faciliter soluit.

Iacobus in cap. 5. fen. 4. primi.

De regulis specialibus solutioni ventris.

In prima parti dicit quòd potionatus secunda die post pharmacum sumptum debet intrare balneum, si ceperit die lunę pharmacum, die Mercurij mane ieiuno stomacho balneādus est in aqua calida dulci quatenus humores à pharmaco relicti balneo educantur cum resolutione. Nam prius dictum est capitulo tertio istius quartæ fen, quod residuum materiæ dimittere quod necesse erat euacuare, minus nocumentum est quàm exquisitissime euacuare. Ad eductionem igitur illius residui competit balneum. Secundo dicit quòd si potionato videris balneū fore sapidum, idest dulce & gratum, & quòd in eo delectatur, illud erit signum quòd balneum proficit educendo ab eo malos humores à pharmaco relictos. Dimittatur ergo tandiu in balneo quādiu sentiet ipsum sibi sapidum & delectabile, quia balneare non nocet amantibus, & si bis in die præceperis, vt ait Hipp. tertio regiminis acutorum cā. 62. Tertio dicit quòd si potionatus non delectetur in balneo, sed ex eo patitur æstuationem statim à balneo debet educi. Nam per hoc significatur quòd corpus commouet vna cum spiritibus & humoribus eius & ab eo educit id quod non oportet. Expectatur aūt secunda dies post sumptum pharmacum vt medio tempore pharmaci virtus reficiatur comPetenti cibo, & spiritus ac sanguis pharmaco cōmoti, quiete resideant. Non enim conuenit vt debilitati quæ fit à pharmaco statim succedat illa debilitas quam balneum inducit.

Vgo in cap. 18. fen. 4. primi.

De modo succurrendi superfluæ ventris solutioni.

Et si &c.) Ponit tertiū remedium dicens q̄ si potes fac eum sudare in balneo aut per vapores aquæ calidæ in lecto suo, & sub pannis sicut cum vesicis plenis aqua calida & vasis strictis & similibus positis iuxta patientem, capite tamen extracto ne aer calidus tractus ad interiora nimium debilitet calorem in exterioribus, conuenit tantum in illo casu vt materia illa trahatur. Et dicit notanter si potes quia ex alijs causis quādoq; ista prohibentur, vt si esset nimium inflammatus aut debilitatus.

Cumq; &c.) Ponit quartū remedium dicēs q̄ quando multum sudauerit in balneo, aut in vapore aquæ calidæ, da ei ad potandum constrictiua & frica ipsum. Et nota q̄ fricatio fit vt abstergatur sudor, & possit melius fluere, & constrictiua dantur vt cōfortentur intestina & stōs.

Et fiant &c.) Ponit quintū remedium, & est vt faciat ei epithemata ex rebus redolentibus sicut ex aqua myrtilorum & sandalorum & caphoræ, & cum succo fructuum, scilicet stypticorum. Et no. q̄ ista epithemata sunt approximāda

stomacho & intestinis, non autem alijs partibus ad confortandum ea ne recipiant materiam, sed constrictiua alijs partibus approximata noceret, quia ab illis exprimerent materiam versus stomachum, & ideo isti empirici qui in fluxibus ventris faciunt lauandas ad pedes & manus cum decoctione rerum stypticarum errant vehementer, vnde Mesue in suo de consola. medi. cap. de superfluitate fluxus ventris vituperat administrationem balnei et constrictiui in hac intentione.

Iacobus in cap. 18. fen. 3. primi.

De modo succurrendi superfluae ventris solutioni.

Tertium est facere vt is sudet in quo superfluit opus pharmaci vel in balneo aquae calidae dulcis, vel in vapore aquae calidae retento sub pannis, vt calore aquae vel vaporum ipsius pori aperiantur & humores trahantur ab interioribus versus exteriora. Et sic cesset fluxus, diuersione humorum ad contrarium. Debet aût extrahi caput vt melius & diutius sudor toleretur, & ne caput doleat vaporibus repletum.

Vgo in cap. 18. fen. 4. primi.

De enemate.

Item sumitur hora ex parte aeris, quia clystere saltem acutum est exhibendû hora superiori, & maxime tempore multum calido. Causa tangitur in litera sicut superius etiam tempore existente multum frigido dum est aeris frigiditas minus exhibendum est, quia tunc humores sunt indispositiores ad exitum, sumitur etiam hora ex parte alterius, quia clystere non est faciêdum post balneum immediate, quia cum balneum humores facit ebullire, eos etiã dispergit & trahit ad exteriora. Clystere sequens amplius nocebit calefaciendo, & non bene educet, cum humores ad interiora vel exteriora sint dispersi. In casu tamen quo esset doloris vehementia posset imediate sequi enema. Multoties bonû est praemitti balneû p têpus multû, quia pparabit ad enema aliqñ & dissoluendo humores & materias.

Iacobus in cap. 18. fen. 4. primi.

De enemate.

Balneum &c. In quinta duo praemittit vltra praedicta ex quibus infert tertium. Primum est balneum tam siccum q stupha dicitur quàm humidum aqueû quod vocatur tina id suo calore solet in humoribus ebullitionem efficere, & dispergere eos ab interioribus ad exteriora. Secundum est, conditio clysteris. i. virtus eius est quod sibi attrahit aerem & humores in membris retentos ad intestina, mouet ergo humores motu contrario motui balnei. Ex his infert tertium. s. q non expedit secundum plurimum praemittere balneum enemati, quia per balneum diuertuntur humores ab interioribus ad exteriora, vnde indisponuntur ad obediêdum clysteri trahenti hos ad interiora. Signanter dicit secûdum plurimum. Nam quandoq; conuenit praemittêre balneum enemati dando, dum scilicet humores sunt grossi compacti & viae constrictae quatenus balneo liquescant humores & fluidi fiant & aperiantur viae coarctatae.

Vgo in cap. 20. fen. 4. primi.

De phlebotomia.

Vlterius nota q per balneum resolutiuum. Auicê. intelligit balneum aquae notabiliter calidae in quo magna mora contracta est q quia calefaciendo & potenter agendo resoluendo spiritus & sanguinem in vaporem valde debilitat virtutem, ideo nô statim sequi debet phlebotomia ne debilitas iungatur debilitati, ne etiam corpus ad nimiam ebullitionem perducatur. Post vero balneum mollificatiuum in quo paruam morã contraxit infirmus tanq post rem liquentê & disponentê humores exitui côuenit phlebotomia.

Iacobus in cap. 20. fen. 4. primi

De phlebotomia.

Quarta regula est, cauenda est phlebotomia post balneum resolutiuû siue balneû illud siccû fuerit quod stupha dicitur siue aqueum humidû quod tina dicitur. Nam per tale balneum plurima spirituû resolutio fit, & innati caloris ac humiditatum nutrimentalium ad quas côsequitur debilitatio non parua virtutis qua phlebotomiã ferre non poterit resolutum corpus. Signãter dicitur resolutiuum, quia balneum aliud puta calefactiuum grossorum humorum ante phlebotomiam quandoq; côpetit vt supra tactum est parte secûda ca. praesentis paragrapho illo. Et si grossi fuerint humores antiq pceperût vt balneetur,

Vgo ibidem.

De phlebotomia.

Vlterius no. q balneû trahêdo superfluitates ad cutê & replêdo poros cutis facit ingrossari cutê & facit phlebotomiam esse grauê, vt patet. Balneû enim conuenit si sanguis sit grossus & in illo casu quando sit phlebotomia est exiccanda cutis ne lubricent.

Ibidem.

Vlterius nota quòd ille non debet balneari balneo resoluente quale est balneum aquae calidae multum in qua contrahat magnam moram, causa est ne addatur debilitas debilitati. Sed vtrum debeat balneari balneo non resoluente, est dubium. Regulariter tamen non est conueniens nisi propter alia iuuamenta.

Iacobus

Iacobus in cap.20.fen.4.primi.
De phlebotomia.

Secunda regula est, balneum calidú siue siccum fuerit quod stupha dicitur siue humidum quod dicitur tina ante phlebotomiam ministratum aggrauat secundum plurimum & nocet in ea. Quia vel balneú est fortis caliditatis aut diu statur in eo, & sic inspisat & corrugat cuté, quare phlebotomus vix in eam penetrat & cum dolore, vel est temperatę caliditatis aut pauca in eo contrahitur mora, & sic reddit cutem leuem & lubricam, quare phlebotomus vix super venam stabiliter figitur donec scissa fuerit, & de leui labitur ad latera venę tangens arteriam, neruú vel chordam. Ab hac aút regula venit excipiendus is qui habet sanguiné vehementer grossum vix educibilem per phlebotomiá, cuius sanguis balneo subtiliandus est & liquefaciendus ante phlebotomiam vt libere per eá effluere possit. Inter balneum tñ & phlebotomiá interueniat tępus quo motus humorum à balneo inductus & spiritus cesset & cutis redeat ad mediocritatem suę spissitudinis & lenitatis & lubricitaté, quæ à balneo est illata perdat & sic phlebotomia non aggrauabit. Fiat ergo balneum vel per vnum diem vel per plures horas ante phlebotomiam.

Ibidem.

Secundum membrum est, balneum resolutiuum post phlebotomiá nó conuenit, qa virtuté iam ex phlebotomia debilitatam sua resolutióe deijceret & suo calore cómotionem & inflámationé adaugeret corporis sanguinis & spirituú. Signanter dicit resolutionem faciente, quia balneare manus & faciem in aqua rosata mediocris frigiditatis virtutem viuificat.

Iacobus in cap.20.fen.4.primi.
De phlebotomia.

Tertia est, expedientius est vt ante phlebotomiam sciaticę pes in aqua calida dulci balneetur vt caloré aquæ dilatatus sanguis humectatá venã latius dilatet, inflet & ingrosset. Has duas regulas pręmeminit Ras.7. Almá c.de phlebotomia, dicens. In sciatica vero quicquid ab ancha est vsq; ad partes quæ super cauillá per spacium vnius manus existút latitudinis ligari debet, aliter nó manifestabitur. Quod si propter hoc non apparuerit in balneú mittatur & multum aquæ calidæ super pedem infundatur donec manifestetur.

Vgo in cap.21.fen.4.primi.
De ventosis.

Et oportet &c.) Auic.ponit alium can. dicens q oportet quélibet sibi cauere à ventosatione post balneationem nisi ventosandus haberet sanguiné grossum, quia túc primo debet se balneare postea morari vna hora, deinde ventosari.

A

Pro parte nota q notabiliter post balneú non fiat ventosatio, primo ne debilitas debilitati cóiungatur, ne etiam ebullitio facta per balneú cóiungatur ebullitioni ventosarú. In casu tñ maius eligendo iuuamentú nocuméto, ventosationi pmittenda est balneatio vt fiat per balneú sanguinis ebullitio & subtiliatio disponés sanguiné ad euacuádum p ventosas, vna tñ hora post, & breuiter tanto tempore post quanto humorum sint sedatę ebullitiones.

Iacobus in cap.21.fen.1.tertij.
De soda ex vaporibus.

Quos quidé. In secúda docet sub tribus regulis curá eius soda de vaporibus calidis. Prima est resoluátur calidi vapores facié tes soda cú embrochis capitis téperate calidis si ex his vaporibus plurimum in capite retentú fuerit & imaginationes scotomicas inducát aut vertiginosas per quas æger iudicat se videre muscas, vel q omnia voluantur in girum. Embrocha ergo caput cum decoctione florum chamæmillę vel melliloti vel furfuris macri. Secunda est odores boni, vicini temperamento veluti rosarum & olei ros. & florum nenupharis & violarum, attrahantur per nares vt ipsi temperent & confortent cerebrum. Et si calor vehemens in cerebro sentitur tunc odorentur camphora & sandali quibus refrigeretur. Tertia est abluatur caput infirmi in balneo cum aqua calida moderati caloris in qua cocta fuerit folia maluarum, cum suis seminibus, vt pori capitis aperiantur ex tersa sordicie quæ eos oppilabat, & vapores mali per has resoluantur & inde sedetur vaporalis soda.

B

C

Iacobus in cap.25. tract.2. fen.1.tertij.
De soda ex ebrietate.

Nonus est postq ambulauerit moderate patiés, introeat in tiná aquæ calidę dulcis & stet in balneo áereo calido vt sudore emittat superfluitates à vino relictas vna cú alijs. Decimus finaliter, & ad vltimú infundátur corpus & caput infirmi cú embrochis calidis ęqualis resolutióis.i. moderate resoluentibus, sicut cum aqua decoctionis florum chamęmillę vel melliloti vel furfuris macri pro resolutione vaporum vini derelictorum in capite.

Iacobus in cap.26.tract.2.fen.1.tertij.
De soda ex percussione.

Et oportet vt &c. In tertia iubet euitare quatuor in soda pcusionis et in soda casus, ne apostema

ma accidat. Primũ est balneũ quod humores cõmouet & effluere facit ad locum percussum siue aqueũ fuerit quod tina dicitur siue sit aereũ qd vocatur stupha, maxime in principio dum fluũt humores ad locũ doloris. Secũdũ est vinũ quod effumãs ad caput dolores aggrauat et qñq; febrẽ & apostema affert. Tertium est ira quæ ebullire facit sanguinem & humores & ipsos inflammat vnde ipsa disponit ad febres putridas & apostema. Quartum est cibi vaporosi fumosi & calefaciẽtes vt allia, cępę, porri, sinapium, salsa & acuta sicut sunt species alesanginę, quæ incommoda pariunt vt balneum & vinum, supercalefactiones & fluxus humorum & putrida febris & apostemata in loca contusa.

Gentilis in cap.30. tract.2. fen.1. tertij. De soda in febribus.

Et quandoq; remanet. Hic ponit curam sodę quæ remanet post febres, talis autem soda remanet quandoq;, quia remanet euaporatio ad caput, & tunc cura est cum cibis frigidis rectificantibus calorem, & prohibentibus vaporem, & cum oleis prohibentibus vapores recipi in capite vt oleo rosa. & resoluentibus vaporem receptum, vt oleum chamæmillę, & cũ rebus mouentibus vapores ad contrarium vt cum aqua calida effusa super extrema, mane & sero, scilicet ante cibum vel aliquo spacio post cibum. Et inũgatur cum oleo violato, vel in capite ad prohibendum vapores vel in membris simul cum sale, vt supra dixit in regimine ebrietatis. Quando autem talis soda remanet, quia solum calor extraneus remanet. Vnde materia vaporosa resoluitur, & ideo tunc extinguentia iuuant, quia stantibus vaporibus, non sic iuuarent constringendo eos, sed cum declinat recedentibus vaporibus iuuatur ab illis &c.

Iacobus in cap.30. tract.2. fen.1. tertij: De soda in febribus.

Tertium est effundere aquam calidam super ambas manus & ambos pedes qualibet die bis, puta mane semel & semel in sero, vt inde vapores inferius trahantur. Quartum est inungere frontem & tempora violato oleo parum tepefacto quod caput humectat & ipsum infrigidat & dolorem lenit. Quintum est vt iuuetur remotio caloris soda faciẽtis cũ extinguentibus vt succo lactucę vel portulacę vel nenupharis cũ declinatio manifesta apparet repletionis tam vaporosę quàm materialis humorosę capitis. Nam si prius tentes extinguere calorem conculcabis

D intus vapores & fumos simul cum humoribus, vnde prorogabatur præexistens soda.

Iacobus in cap.36. tract.2. fen.1. tertij. De cura oui.

Cumq; ergo declinat &c. In.iiij. primo ait ꝙ cum ouũ declinat & sanari incipit intret ęger balneum vel siccum aereũ quod dicitur stupha vel humidũ aqueum temperate calidum quod dicitur tina, quatenus per ipsm materia relicta resolui possit & fumi ac vapores à capite diuerti.

Gentilis in cap.1. tract.3. fen.1. tertij. De hemicranea.

Cũq;. Considerãdũ ꝙ qñ est prolongata, tũc egemus fortibus, vt gũma, ruta &c. & iuuantur vt incipiãt & ingrediãtur &c. non intelligit incipiant. s. in principio aduẽtus hemicraneę, sed prolongata hemicranea. Et factis euacuationibus tu

E potes facere istam curam. Incipias primo cum balneo vt habilitet materiã resolutioni, postea trahatur oleum de granis fistici, quia calefacit & resoluit.

Iacobus in cap.1. tract.3. fen.1. tertij. De hemicranea.

Et ex eis. In septima dicit ꝙ tria sunt à quibus iuuantur patientes hemicraneam. Primum est, vt post purgatioues vniuersales & particulares incipiant paulatim resoluere residunm materię peccantis, & ad illud faciẽdum intrent balneum vel siccum aereũ. quod stupha dicitur vel calidum aqueum quod dicitur tina. Secundum est ꝙ ipsi multiplicent inclinationes suorum capitum & præcipue partium dolentium vel oris & narium super aquam calidam seu vaporem ipsius pro mitigatione.

F *Iacobus in cap.3. tract.3. fen.1. tertij. De cura carabiti.*

Quarta est dum conualescentes phreniticos balneas, balnees eos in aquis sapidis, idest dulcibus vel aromatizatis vel delectabilibus & eisdem gratis balneationibus lenibus, idest suauibus, vel lenibus, idest pauci teporis & ęgris facilibus ad tolerandum vt per tale balneum quod corpus humectat, lenit & demulcet, suauiter eos dormire facias, quia iuuamentum plurimũ assequuntur ex dormitione. Iuxta id Alex. j. prac. ca. lviij. lauari aũt oportet & vngi his quibus iam exercitatio facta est & nõ quantitas passionis nocet oĩno, sed si adhuc siccitas & insomnietas abundẽt. Et si febriãt nihil nocet si lauentur maxime si temperato vtãtur balneo vt neq; aerem habeant ignitum neque solium calidum. Qui aũt timent tales lauare patientes multũ errant. Nam qui insomnietatem patiuntur si non lauentur

lauentur adhuc magis turbantur & sine intelle-ctu sunt, lauare ergo oportet vt diximus, sic enī facientes temperantur, & alienatione & febre carent, hæc Alexander.

Iacobus in cap.13.tract.4.fen.1.tertij.

De corruptione memoriæ.

Quintum est balneum mediocriter calidum dulcis aquæ mūdę quo trahitur ad membra sanguis abundanter, somnus prouocatur & totum corpus ex seipso humectat.

Ibidem.

Nonum est adhibere super occipicium aquas moderatę caliditatis in quibus cocti sint pedes caprarum vel pedes mutonis cum chamęmilla & melliloto vt humectet occiput, & ad ipsum attrahant alimentum proprium.

Gentilis in cap.20.tract.4.fen.1.tertij.

De melancholia.

Cumq; ex balneo.) Istud est dictum Rasis primo continen. & sit hoc vt aqua illa humectet aliqualiter, & tollat calorem aliquem accidentalem & sitim si quam impressit balneum. Fricatio tenerum faciens, vt est fricatio leuis. Studiū in humectando &c. quia melancholicus humor plus peccat per siccitatem.

Iacobus in cap.20.tract.4.fen.1.tertij.

De melancholia.

Sextum est, fiat in hoc, scilicet humectatione vel elaboretur ad hoc vt corpus tenerescat puta vt membra eius tenera & mollia fiant. Interius quidem per conuenientes cibos modo nominatos. Exterius autem per balneum aqueum dulcis aquæ calidæ ante comestionem quod præparat corpus ad nutritionem & nouorum ciborū receptionem. Nam dilatat poros & carnes humectat vnde facilius coniungitur eis atque coadhæret actu nutrimentum & somnum prouocat, quæ omnia faciunt ad impinguationem.

Septimum est effundatur super caput ægri quando est in balneo aqua dulcis tepida non fortis caliditatis quatenus per ipsam cerebrum humectetur somnus prouocetur & melancholia partim digeratur partim resoluatur. Octauū est non est malum, si melancholicus modicum aquæ bibat dum de balneo exit, si tunc parum sitiat maxime si bibere consueuit aquam vt inde humectetur & delectetur et amittat sitim. Sed sit aqua fontis, dulcis, munda, frigoris nō multum intensi, sed declinans ad tepiditatem ne viscera offendat. Nonum administretur fricatio totius corporis in balneo & extra, non aspera, dura, sed tenerum faciens & membra mollificans suauiter attrahendo nutrimentum ad ea dicta in cap. de

A conseruatione sanitatis puta primi tertia doct. ij. capitulo. iiij. Et hęc fieri potest cum manu suaui vel oleo dulci, nam calorem innatum sopitum euigilat & delectat infirmum & nutriri adiuuat & somnum prouocat. Decimum est adhibeatur maius studium seu cura maior in humectatione melancholicorum quàm in ipsorum calefactione, quia melancholia plus peccat & lædit siccitatis excessu quàm frigiditatis. Humectetur ergo quantum possibile est vt cholera nigra per id reprimatur, somnus prouocetur & corpus impinguetur.

Iacobus in cap.21.tract.5.fen.1.tertij.

De colore sanguinis putrefacti.

Detur eis in potu dulcis aqua, munda, permixta cum vino vel cum dicto iuleb, vt humectet eos in interioribus sicut balneum in exterio

B ribus. Quartum est, quòd dormiant post prædictorum susceptionem, vt recreetur virtus prædebilitata pharmacia et spasmo & melancholia. Quintum est, quòd iterum post somnum balneentur in aqua tepida qua plus humectentur. Sextum est, quòd cibentur post egressum balnei cibo leui humido multum confortante & bene nutriente, sicut pullo pisto vel hordeo mū dato contrito cum cancris grossis fluuialibus. Iuxta illud Alexan. primo prac. cap. lxxxiiij. Si autem contingat fieri vt multum nimis deponat, idest euacuet vt & spasmi superueniāt, multi enim hoc patiuntur, & si non aliquid dignum deponat, idest euacuet propterea quòd naturam habent sicciorem & imbecilliores neruos, propter hoc igitur aqua multa fomentandi in balneo sunt & multum vngendi ex hydroleo, idest

C aqua & oleo. Et panis infusus cum vino dandus est, aut omphacomelle, idest rosato de rosis im maturis aut in aqua frigida. Si autem de eo bibere voluerint non aqua frigida magis eos iuuabit. Bene etiam conueniens est & mala granata & pyra ante cibum ei dari & ventres pullorum. Postquam autem cibaueris requiescere eum facies & iubebis vt dormiat patiens. Postea autem cum receperit fortitudinem ad balneum eum duci necesse est aere tepido procreato, & immorari ibidem iubebis non solum autem in solio, sed etiam in piscina. Postquam autem inuolutus fuerit sabanis, idest linteis & vestibus proprijs, iterum mox nutries eum bene aut pane in vino infuso aut omphacomelle. Regrediens autem in domum permittes eum quiescere, obdormiscet enim ob hoc omnino, hæc Alexander ibi, à quo extraxit princeps textum præsentem.

Iacobus in cap.22.tract.4.fen.1.tertij.
De calore sanguinis putrefacti.

Secundo iubet ꝙ vtatur balneis bonis, scilicet tepidis ex aqua dulci, quatenus per ea corpus humectetur, somnus prouocetur, cholera digeratur.

Gentilis in cap.10.tract.5.fen.1.tertij.
De epilepsia.

Et alienent &c.) Diceret aliquis cum quo debent lauari manus? Dicendum ꝙ cum aqua decoctionis herbarum conferentium in hac passione, vt ruta, saluia, & similia, vel lauetur cum aqua & vino. Quod si subtilietur regimen post vt rectificetur, si quid remãsit crudum, alienent cibos desiccatiuos. Contra immo talia sunt concessa. Dicendum ꝙ intelligit simul ista siccatiuos, grauatiuos, scilicet siccos, grauãtes stomachũ, sicut esset lens & caro bouis, stupefactiuos, vt papauer vel lactuca.

Iacobus in cap.10.tract.5.fen.1.tertij.
De epilepsia.

Septima est ꝙ vitent ablutionem non trunci corporis, sed suorum capitum cum aqua penitus. Cum calida quidẽ quia laxat caput & ipsum attenerat & passibile reddit ab omni occurrente, sit calor aut frigus, & fortassis attrahit materias ad caput. Cum frigida vero, quia stupefacit, & quasi mortificat calorem cerebri & nocet spiritibus animatis eius ingrossans ipsos & ineptas ad motus & coarctat humores, fumos & vapores, forte eos impellens ad vias spiritus sensus & motus.

Iacobus in cap.13. tract.5.fen. 9.tertij.
De apoplexia.

Dat vndecim regulas super embrochis, vaporatiõibus & oleis proprijs in apoplexia post purgationes. Prima est, vaporationes calefacientes fiant super caput & membra apoplectici post modo descriptas euacuationes, vt phlegma relictum partim subtilient & partim resoluant, vt cũ sale grosso, milijs torrefactis, furfure macro, grana tinctorũ, piperibus contusis vel gariofilis. Torrefac quæ mauis ex his in patella, & sacculis impone de tela subtili quos actu calidos nunc capiti, nunc collo, nunc vultui applica vel spinę dorsi. Secunda est embrochas adhibe capiti ex decoctionibus calidarum herbarum secundum hunc modum, recipe seminis anethi, sceha idest sticados arabici, amaraci idest adianthos, vt ait Ianuen. vel vt Plinius ait maioranę, foliorum citri calamenti origani abrotani, aã. M.i. fiat decoctio in lib.v. aquæ fontis donec redeãt ad tres quæ super caput ab alto effundatur actu calida.

D

Ibidem.

Quinta est balneentur apoplectici post tres hebdomadas, non humido balneo dulcis aquæ calidæ quod vocatur tina. Sed aereo quod stupha appellatur vt sicco calore superflua neruorũ & cerebri resoluat post purgationes vel phlebotomias in eis relicta. Sed cum apoplexia diem septimũ nunq̃ pertranseat, iuxta id Galeni sexto aphoris. cõmento.51. illius canonis. Quibuscunq; sanis dolores repente fiunt in capite &c. Hæc autem passio septem dies non excedit cum membrum nobilissimum sit quomodo dicit hic, Fac eos balneari post tres hebdomadas? Dic ꝙ licet apoplexia cum malignitate sua non transeat diẽ septimum, manent tamen post diem illum periculosa & grauia ipsius vestigia, scilicet paralysis vnius lateris de morte suspecta magnis & assiduis indigens auxilijs. Sexta est inungatur æger die balnei, puta post balneũ vel parũ ante ipsum cũ oleis calidis actu & potentia vt oleo de spica, vel de cinnamomo vel de castoreo vel oleo laurino vel rutaceo per totum corpus maxime in latere paralytico, collo & spina dorsi, quatenus ꝑ ea cerebrũ & nerui simul calefiant & conforten tur & resoluantur superflua ipsorum.

E

Gentilis in cap.4.tract. vnici fen.2.tertij.
De paralysi.

Post euacuationes & iuuamenta &c.i. postq̃ est iuuatus à medicinis, quibus est vsus, iuuatur balneo sicco quia sine aqua, vel cum aqua sicca vel balneis, vt de sulfure & similibus. Ista enim balnea ante euacuationem dilatarẽt materiam. Sed tu.d.xj. terapeuticę.ca.xx. percipitur, ꝙ balneum non fiat, si particula est debilis. Sed hic est debilis particula, vt nerui. Dicendum ꝙ loquitur in febribus, in quibus pars debilis posset apostemari, hæc autem debilitas neruorum in paralysi ex balneo remouetur.

F

Iacobus in cap.4.tract. vnici fen.2.tertij.
De paralysi.

Quartus est, isti paralytici post euacuationes & auxilia alia prius memorata, iuuantur balneo longo, sicco, calido, quod dicitur stupha, aut balneis pluribus, & hoc in fine rei, vt in declinatione vera paralysis, & post sufficientes euacuationes corporis & capitis. Nam & calefaciunt & desiccant neruos frigore prægrauatos & humiditatibus, & fieri debent ieiuno stomacho, fœcibus preexpulsis, vrinis & alijs superfluitatibus. Iuxta illud Mesuę. capitulo. de paralysi. In fine quidem rei conferunt stuphę & balnea sine aquis & fricationes in eis cum sale solutiuo, aut cum castoreo, & aniso, et dauco, aut cum

vrtica

vrtica acuta,& cōferūt etiam aquæ thermarum quas vulgus balnea naturalia vocat post fricationem in balneo sicco,& abstinentia cibi & potus supra balneum,& regimen exiccatiuum quantum possibile fuerit,hæc ille.

Gentilis in cap.7.tract.vnici fen.2.tertij.

De spasmo.

Si autem est siccitate.) Hic ponit curā spasmi ex inanitione & totum studium eius est ad humectandum,primo cum tina & inunctione post tinam,vt ex vnctione retineatur q̃ tina impressit de aqua vel lacte,vel alio succo. Secundo cum clysterijs. Tertio cum vnctione super iuncturas & lacertos. Quarto cū potu lactis & aliorum humectantium. Quinto cum submersione in oleo. Sexto cum caputpurgio.s. cum immissis per nares. Septimo cum vnguentis ad caput,& vltimo docet dare tereniabi.i.mannam & patēt partes. Considerādum q̃ cura est praua quia impossibilis,si est confirmatus,sed difficilis valde si non est confirmatus.vt supra dictum est. Vbi nō intermittitur omnino exponitur dupliciter primo,vbi.s.cum non est febris,nō intermittitur.i. non datur spacium quasi dicat sæpe pone eū in tina,secundo sic vbi.s.cum est febris non intermittitur.i.non ponitur omnino in tina quia febris.s. putrida prohibet vsum tinç,nisi in sui declinatione,& cum positione quam te docuimus alias cō positione, docuit hoc capitulo de cura sodç à siccitate.

Iacobus in cap.7.tract.vnici fen.2.tertij.

De spasmo.

In prima particula dat.vij. regulas super vsu tinarum & ijs vnde fiūt. Prima est,cura quç plus conuenit in hoc spasmo est tina,scilicet balneū aquæ dulcis calidæ temperati caloris. Et inunctio corporis statim post tinam ex oleo humido de dulcibus oliuis vel ex violato vel nenupharino, ab ijs enim nerui spasmati & aridi fortiter mollescunt & humectantur & leniuntur & motibus aptantur. Secūda est fiat multoties iteratio tinç huius & ad minus qualibet die bis puta mane & sero nisi febris assit de qua timeatur q̃ per tinā crescat & sæuior reddaẽ. Et vbi adest febris non intermittitur neque denegatur omnino tina puta si sit hectica vel ephemera vel putrida talis q̃ eius materia iam tota digesta est & parata resolui per auxilium tinç. Et assuefiat huiusmodi tina cum dicta vnctione in omnibus iuncturis vt inde humectentur & mollificentur & motibus aptentur,obseruata cautela q̃ parum permaneat quaq; vice in tina corpus ægrotantis neque per longam moram deijciatur virtus. Tertia est

A fiat tina ex lacte vaccino aut ouino vel caprç aut asinç si possibile est.s.tm̄ lactis habeatur & patiēs possit tolerare sumptus, quia totum corpus vehementer humectat & aridos musculos quadam nutritione fouens refocillat. Quarta est si cōmode balneum ex lacte fieri non possit tunc fiat ex aquis dulcibus & mundis in quibus bullierint folia salicis,ordeum fractum,violç,nenuphar de quolibet istorum.M.ij.& duç cucurbitç & duo citruli, refrigerat enim tēperate tina hæc & humectat fortiter vniuersum corpus. Quinta est fiat tina si plus ęgro placeat vel promptius haberi possit ex succo cucurbitç vel succo cucumeris,nam fortiter humectat & temperat calorem siccitati annexum. Sexta est sicut tota tina illa si magis delectet ex aqua rosacea in qua bullierit aliquid prædictorum vt succus cucurbitæ vel cu-

B cumeris vel folia salicis vel ordeum fractum,violç aut nenuphar,præstat enim corpori dulce refrigerium & humectationem & confortationē sua flagrātia. Septima est sit tina hæc ex aqua melonis indi vel ex aqua salicis vel ex similibus vt aqua cucurbitç vel aqua nenupharis quæ fortiter humectant & temperant calorem.

Ibidem.

Hic ponit curam per exterius approximata, licet etiam ponat curā, quæ fit à febre, & primo per tinas & quædam alia, secundo per submersionem in aquam frigidam,tertio per ventosas, quarto per febrem,quinto per quoddam empyricum,sexto per sternutatoria,septimo per quasdam olei superfusiones,octauo per balnea sicca, nono per emplastra quædam, decimo per quasdam vnctiones & vaporationes,ibi secūda. (Ex

C eis autem,) ibi tertia. (Et ille quidē,) ibi quarta. (Et ex cura,)ibi quinta.(Et ex curis quidem.)ibi sexta, (In spasmo præterea,) ibi septima. (Et in eis,)ibi octaua,(Balneum,)ibi nona. (Et emplastris,) ibi decima. (Et inunctio.) In prima parte laudat aquas thermarum.i.aquarum naturaliter calidarum.s.sulfurearum, de quibus sunt multæ apud nos medicinæ subtiles.i.subtiliatiuç & resolutiuç.In secunda parte ponit aphorismum.v. particulç.Est autem vbi in tetano. Et ponit causam veritatis aphorismi & conditiones,de quibus quærere esset disputare de illo aphori.

Ibidem.

In secunda particula dat regulas.vij.circa submersiones & sessiones in pellibus & aquis & inunctiones & linitiones his spasmatis vtiles. Prima est submersio spasmati corporis in aquis thermarū, est ex curis bonis,sic q̃ in balneis naturaliter calidis maxime sulfureis quæ therma-

rum aquæ ſolent appellari, ſæpe ſubmergatur & D
balneetur ęger poſt purgationes, quia reſiduum
materiæ reſoluunt. Secunda eſt ſeſſio vel inuo-
lutio ſpaſmati corporis in pellibus vulpium vel
pellibus luporum quæ dicuntur in capitulo iun
cturarum, ſcilicet tertij.xxij. tractatu ſecundo ca
pitulo.xij.paragrapho illo. Et decoctio ordei &
vulpis cuius modus eſt vt bulliat aqua debulli-
tione vehementi omni die tandiu donec minua
tur tertia eius & proijciatur ſuper ipſam daba
ſeu daboha & eſt animal ſimile lupo aut vulpes
viua decollata cum ſanguine ſuo & decoquatur
donec diſſoluatur in decoctione & coletur in
aqua & ſedeat in ea. Et ſecundo huius capitulo
de vulpe: ait ꝙ eius pellis eſt calidior pellium, &
eius quidem pelle iuuantur humectati propter
ipſius reſolutionem. Et rurſus ibi. capitulo de
daboha, quæ lupi ſpecies eſt vel animal claudi- E
cans ſimile lupo ait. Iam diximus in capitulo de
k.ſiumá iuuamenti ipſius quod facit in poda-
gra & dolore iuncturarũ. Et Ianuen. in ſuis ſy-
nonimis ſuper verbo daboha verba hæc repe-
tẽs, ait ꝙ nuſquam inuenit Auicennam hoc di-
xiſſe. Pelles vero lupi & vulpis dupliciter poſ-
ſunt ſpaſmatis adhiberi particulis: puta vel recẽ-
ter excoriatę pilis extra poſitis ſic ꝙ illic calidæ
teneantur, vel ſiccę & conditę ſicut poni ſolent
in foderaturis veſtium pilis verſus carnem inte-
rius poſitis & vtroq; modo hic proſunt. Tertia
eſt inunctio ſpaſmatarum partium cum adipe lu
porum & oleo de lilio cęleſti quod irinum dici-
tur ęqualiter cõmixtis & calefactis in hoc caſu
confert, nam poſt purgationes ſiccat & coſumit
materias relictas neruos calefaciens & ipſos con
fortans. Et adeps aut oleum vulpis idem facit. F
Quarta eſt ſimiliter confert decoctio paruulorũ
canum quos catulos hic vocat ſi frequenter pa-
tiens in hac balneetur vel ex hac fricentur parti-
culæ ſpaſmatę, & debent hi catuli ſtatim poſt eo
rum decollationem in aqua balnei cum ſuis pel-
libus adeo decoqui quouſque ſeparentur carnes
ab oſſibus, & laudo vt leuiter prius euiſcerẽtur
ne reddant balneum ſordidum vel fœtidum &
abominabile, & ꝓ quolibet balneo tres paruuli
canes accipiantur & poſt decoctionem aqua co-
letur. Quinta eſt ꝙ ſeſſio ſpaſmatorum in aquis
in quibus bullierint medicinæ ſubtiles ſeu ſubti
liatiuę ſimiliter confert ſecundum hunc modũ.
recipe abrotani, ſoliorum lauri añ.M.iiij.foliorũ
radicis iunci calami aromatici.añ.lib.ſ. contun-
dantur & bulliant in aqua balnei recluſa in ſac
culo & poſt ſuam decoctionem in eadem aqua
fortiter exprimantur vt amplius eorum virtutẽ
recipiat & in ea ſedeat frequenter ſpaſmatus, ca-
lefacit enim, ſiccat & cõfortat particulas neruo
ſas reſoluens reſidua ſuperfluitatum, & hic intel
lige ꝑ folia radicis iunci tunicas iunci eius quæ
ſibi inuicem ſuperpoſita vſq; ad radicẽ eius pro-
tenduntur, vel ſumas hic cyperum qui radix di-
citur iunci triangularis. Poſſunt & in hac aqua
decoqui ſticados, ſauina, iuniperus, anthos, cha-
mæmila, cinnamomum, ſpica, primula veris.
Sexta eſt linimentum ſimiliter conferens mem-
bris ſpaſmatis eſt illud quod fit ex radice contri-
ta ſpinę iudaicę & ſemine ſpinę albę & ſemine
ſpinæ ægyptiacę & ex ſucco centaureæ mino-
ris vel ſimul compoſitis vel ſigillatim per ſe ad-
miniſtratis. Componuntur autem ſecundum
hunc modum. Recipe radicis ſpinę iudaicę, ſemi
nis ſpinę albę, ſeminis ſpinę ægyptiacę.añ.vnc.ſ.
terantur optime & incorporentur cum vnc. iiij.
ſucci centaureæ minoris, & fiat linimentum. Si-
gillatim vero ſic adminiſtrantur. Contere alte-
rius horum duas vnc. cum. iiij. vnc. olei laurini
vel olei coſtini et linias inde neruos. Et hic ſpinã
nigram ferentem mora per iudaicam intellige.
Et de ſpina ægyptiaca inquit Iañ. Puto ꝙ ſit ſpi-
na arabica quæ ab Auicenna & Serapione dici-
tur ſucaha & eſt ſimilis ſpinę albæ. Et circa vſum
balnei notat hic Princeps, ꝙ in tina cõtinue mo-
rari longo ſpacio eſt ex eis quæ nocent propter
virtutis mollificationem ſeu reſolutionẽ ex ma-
gna ſpirituũ reſolutione ſiue tina fuerit ex aqua
calida, vel lacte aut oleo. Iuxta id Hippocratis
aphori.5.Calidum nocet hoc frequenter vtenti-
bus: facit enim carnium effœminationem, ner-
uorum incõtinentiam, mẽtis ſtuporem, fluxum
ſanguinis, defectiões ſpirituum, quibuſdã mors
ſequitur. Secundo notat hic, ꝙ ad obuiandũ iſtis
incommodis multiplicandę ſunt balneãdi vices
loco longitudinis ſpacij ſeu morę in balneo vel
tina, ſic ꝙ ſæpe patiens mittatur in balneum: ſed
parum moretur quaq; vice in eo: ſic enim virtu-
tes & earum ſpiritus cõſeruabuntur. Tertio prę-
cipit ꝙ ſpaſmatus in tina bis in die ſedeat puta
mane ſemel ante refectionem, et iterum veſpere
ſemel ante cęnam: ſic enim melius reſoluentur
humores & non attrahetur calore balnei cibus
indigeſtus ad hepar & membra. Septima regula
eſt, cõfert in tetano materiali qui tetheis dicitur
& ſpaſmus cõis, ante & retro tenens, ſubito mer
gi ęgrum in aquam frigidam, ſicut dixit Hippo-
cra. apho.5.canone illo. Eſt autem vbi in tetano
ſine vulnere in iuuene bene carnoſo, æſtate me-
dia, aquę frigidæ multa ĩfuſio caloris reuocatio-
nem facit: calor vero hos liberat. Et modum iu-
uaminis

uaminis huius dimersionis sic declarat Priceps. Nam per aquam frigidam partes exteriores corporis inspissantur, pori cutis clauduntur & innatus calor intra reuerberatur: vnde cōfortatur & fortificatus resoluit materiam faciētem spasmū. Et super hac regula notat hic Princeps, q non omne corpus tetanizatum fert intristanter et sine timore dictam demersionem in aqua actu frigida: sed solum hoc corpus quod forte & firmū est & carnosum satis, non habens vlcera nec apostemata, & non omni tempore sed tempore ęstatis: obseruatis enim conditionibus his plures euasisse visi sunt à tetano per hanc demersionem. Et Galenus in cōmento nunc dicti canonis ampliat ipsum ad spasmi spēs alias à tetano dicens. Est autē inquit, vbi in tetano & hic omne genus spasmi esse intendit & in media æstate et in iuuenili ætate & bene carnoso corpore aqua multa & frigida & subito īfusa facit vt calor reuocatus redeat in corpore interius: vñ & morbus soluit.

Ibidem.

Quartum est siccum balneum quod stupha appellatur vel inclinatio spasmatarum partium super vapores ignitorum lapidum cōspersorum vino vel irroratorum & sudare ī lecto cū coopērimentis. Ab his enim magnifice iuuantur post purgationes, quia residua materię consumunt.

Gentilis in Cap. 10. Tract. Vnici, fen. 2. tertij.

De Tetano.

Ex eis vero &c.) Hoc quod ponit est, q si sudor accidat in tetano, vt ex dolore. nam dolor facit sudare cum inflammet caliditatem: vt. 1. can. fen. 2. doct. 3. sum. 1. cap. 16. de pulsu dolorum. Et quandoque facit hoc perducendo ad syncopem siue accidat ex repletione: ideo dixit, aut accidit ex materia. Oportet q non dimittatur talis sudor īfrigidari super eo, quia frigiditas nocet neruis: abstergatur ergo cum lana infusa. s. in aliquo oleo de vtilibus ī spasmo dicto supra ca. de spasmo: & hic sedeat in oleo calefacto. s. communi, vel in quo decocta fuerit vulpis &c. Oleū etiam commune calidum videtur conferre in spasmo de repletione, & non conceditur in spasmo de inanitione: vt Rasis. 1. conti. ca. de tetano, vbi dicit præmeditandum est de introitu pilę & tinę cum oleo, quia credo quòd oleum nō sit vtile in spasmo de siccitate.

Iacobus in Cap. 10. Tract. Vnici, fen. 2. tertij.

De Tetano.

In prima parte primo ait q cura tetani cuiuscunq; modi sit est eadem in multis cū cura spasmi, vt tetani cura de inanitione est per humectatiuos cibos & potus, tinas, vnctiones, clysteria le-

A nia multę humectationis, caputpurgia talia, qetem assiduā corporis et animę, sicut spasmi sicci. Et cura tetani nō proportionati ad materiam fit confortatione cerebri & neruorum, & repulsione vel elongatione rerum irritantium vel mordicantium neruos aut musculos abextra aut abintus sicut talis spasmi. Et cura tetani repletionalis fit diæta sicca subtili & phlebotomia si sanguis abundet, & digestiuis & euacuatiuis & ventosis, & sternutatorijs, & caputpurgijs, & gargarismatibus, & masticatorijs, & potionibus calefacientibus & confortantibus neruos & musculos, & febribus tetano superuenientibus, & stufis & balneis calidis & siccis, & vnctionibus & emplastris talibus sicut cura spasmi repletionalis fieri ab his dicta est.

B *Gentilis in Cap. 12. Tract. Vnici, Fen. 2. tertij.*

De Tremore.

Balneum in aquis maris. i. tinę. Et balnea. i. aquæ naturaliter tales. Arsenici. i. auripigmenti. Asphalthi. i. naphthę de qua Serap. capitulum facit, dixit bis in aquis maris, quia in aquis salsis, naturaliter vel artificialiter vel in eis puris vel commixtis cum alijs.

Iacobus in Cap. 12. Tract. Vnici, Fen. 2. tertij.

De Tremore.

Quintus est cum humectatione vel per tinas & inunctiones ex oleis humidis sicut violaceo vel amygdalino, vel per potum lactis & dietam humidam si casus exigat sicut in tremore qui fit post ægritudines longas consumptiuas & desiccatiuas & debilitantes virtutes motiuas. Sextus est cū calefactione & compressione musculorū à manibus calidis vel à pannis calidis & fricatio-

C ne ab eisdem & expulsione, vel per resolutiua, vel per pharmacias si fuerit opus. Et his modus medendi conuenit tremori qui fit à frigiditate repentina superueniente lacertis sola vel imbibita cum humiditate aliqua ex frigidis. Et breuiter loquendo ministrētur ista sicut pręostensum est in canone. s. ca. i. huius fen, quod est de ægritudinibus neruorum in generali. Septimus est balneum in aquis marinis calefactis ad ignem quātum sufficit vel in aquis thermarum, scilicet in balneis naturaliter calidis quæ de terris erumpunt, in qbus minera est nitri vel arsenici asphalthi aut sulfuris. Et aqua maris ad ablutionem & abstersionem corporis in stuphis calidis. Et hoc in tremoribus q de frigidis nascunt humoribus.

Ibidem.

Secundū est sedere in tina calefacti olei, quod etiam fit ex his quæ virtute sua neruos calefaciūt vt chamęmelinum vel anethinum de spica aut irinum

irinum vel de cinnamomo vt confortet neruos D
& ab eis extrahat superfluitates. Tertium est sessio in iuribus seu decoctionibus animalium dictis in capitulis de curis paralysis spasmi vel tetani, vt in decoctione vulpis vel catuli canis vel catuli lupi.

Gentilis in Cap.5. Tract. primi, Fen.3. tertij.
De oculo conseruando.

Submergere oculos in aqua clara dicitur ꝙ confert: primo per aliquã vim lauatiuam: secundo quia confortat spiritum visibilem aggregando eum. Ex quo apparet quis debet esse cui hoc confert, quia homo calidæ complexionis in oculis ne excessus frigoris aquæ debilitaret debilem calorem habẽtis oculum frigidæ complexionis. Secundo in quo tempore debet fieri, quia maxime in æstate, quia oculi sunt calidiores. Tertio quale vas debet esse, quia dicitur à quibusdam E
ꝙ vas debet eẽ viride vitreum, vt viriditate cum claritate conferat. Quarto aqua debet esse clara ne turbulentia sua oculos exasperet.

Iacobus in Cap.5. Tract. primi, Fen.3. tertij.
De oculo conseruando.

Quintum est submergere frequenter oculos in clara aqua munda pelui æris imissa: & sæpe in eadem aperire oculos: est enim ex eis quę oculos abstergunt & acuunt visum. Sunt autem & alia plura quæ cõfortant oculos & acuunt visum, sicut acacia, amygdalæ, adeps piscis, aurũ, caro lupi, emblicus, hirũdo comesta, muschus, nux muscata, gumma pruni, napi, fumus picis, grana gallitrici, succus rutę, ribes, gummi salicis, vsneę, vitrum, serenus aer non multum luminosus. Exercitium tẽperatum ante comestionem, statio vel suauis deambulatio, post eã fricatio capitis cum F
pectinatione matutina, frequẽs ablutio pedum cum aqua calida decoctionis chamęmillę, saluię vel fęniculi, sobrie comedere, leuiter cęnare, parce potui, bene masticare cibũ, paucis vti ferculis in eadem mẽsa, leuibus, euchymis, facilis digestionis maxime carnibus electorum volatilium derelictis piscibus, herbis, & fructibus nisi paucis stypticis vt piris & coctanis in fine comestionis. Somnus nocturnus post cęnam horis tribus moderatę durationis puta. vij. aut. viij. horis sup consuetum latus capite & spatulis eleuatis & bene tectis, beneficium ventris, vita iocunda, viridium aspectus & lazuleorum & aquarum clararum, & speculorum, & saphyrorum, & smaragdorum cum quibus interdum tãgi possunt oculi. Receptio vaporis aquæ decoctionis fœniculi rutę, verbenę, euphrasię, vel chelidonię, imponere oculis syrupum rosł. vel puluerẽ zuccari cãdi.

Gentilis Ibidem.

Et balneatio.) Hic complet narrationem rerum præmissarum. Considerandũ ꝙ balneatio est proprie in aquis artificialiter calidis, quæ dicuntur stufę, quæ nocent, quia resoluunt spiritus & relaxant.

Iacobus Ibidem.

Vndecima est balneatio præcipue post cibũ: fit.n. cã magnę effumationis ad caput & oculos.

Gentilis in Cap.10. Tract. primi, Fen.3. tertij.
De Ophthalmia.

Cumque descendere &c.) Hic ponit curam ophthalmiæ calidæ quando est in declinatione. Ad intellectum huius partis cõsiderandum ꝙ tota principalis intẽtio in declinatione ophthalmię est resolutio materierum ab oculo large sumẽdo hic resolutionem ad occultam resolutionem & manifestam. Hoc autem Auic. docet facere cum rebus itus & extra. Intra quidem cum potu vini puri antiqui in pauca quantitate. Hoc enim vinum resolutiuum est: calefacit enim. iiij. de simpli. c.1. et datur purũ vt magis resoluat: sed datur parum ne inflammet. Datur post cibum vt ad caput euaporet secundum quod declaratũ fuit supra ca.8. & in. q. in principio. c.9. & prima huius tract.1. c.29. paragrapho scias ꝙ ois de cura conturbationis. Res vero extra resolutionem facientes, fiunt vel ad totum corpus vel ad ipsum oculum: ad totum corpus sicut balneum. Si scieris ꝙ cerebrum sit mũdum, quia aliter posset dissoluere materias cerebri & facere eam fluere ad oculos. Notandum tamen ꝙ litera quę dicit balneum post ipsum, potest exponi tripliciter. Primo balneũ, & pro. i. vaporatio si fiat post ipsum. s. balneum ad totum: vt Auic. ĩnuit ꝙ primo balnees eum, et postea balnees oculum. nam securius poteris balneare oculum post balneum totius corporis q̃ ante, vt notũ est. Secundo modo exponitur, ꝙ post non dicat ordinem temporis: sed velit dicere ꝙ vinum purum inuat in resoluendo, & balneũ post ipsum vinum. q. d. plus resoluit à capite vinum purum post cibum q̃ faciet balneum. In hoc tamen caderet aliqua ambiguitas. Tertio modo potest exponi siue exponitur, post ipsum. s. vinum, vt in hoc innnat Auic. ꝙ balneum potest fieri ante cibum: cum dixit. Administra balneum si scieris etc. Potest etiam fieri post cibum, cum dixit: da in potu &c. Nam balneũ post ipsum. s. vinum datũ post cibũ &c. Notandum ꝙ nõ statim debet post cibum & vinum fieri balneum. sed post digestionem, licet non sit tantus timor balneare post vinum non digestum sicut est, post cibum non digestum.

Et

Et forte Aui. voluit q balneum fiat post vinum & si non sit digestū, existimans q illud balneum facit illud vinum euaporare ad caput. Vnde fit materierum ophthalmiæ resolutio. Quod autē balneum faciat vinum vaporare ad caput: apparet ex generali sermone Gal. in com. tertij regiminis acuto. com. 57. vbi dicit. Qui vtitur aliquo potuum, deinde balneatur post illud, repletur caput eius.

Iacobus in Cap. 10. Tract. primi, Fen. 3. tertij.
De Ophthalmia.

Primò ait, q quando ophthalmia descendere incipit seu declinare tunc addere oportet, quod sit fortius i administratione rerum resoluentiū, quia tunc materia non amplius fluit ad locum ophthalmiæ, & quæ prius fluxit iam tota digesta est & apta resolui, dolor quoq; oculi iam mitigatus est. Et ad faciendam tunc resolutionem digestę materiæ commendat hic quinq;. Primum est sarcocolla quæ pręnutrita sit in lacte mulieris de qua drach. ij. fortissime terantur in vnc. ij. aquæ fœnugręci & aquę fœniculi sicq; vnc. j. de vtraq; sumatur et totum suauiter oculo imponatur vel fomentando vel super ophthalmiam passim distillando. Secundum est vaporatio oculi ex aqua decoctionis croci & myrrhæ secundū hunc modum. Recipe myrrhę electę cōquassatę drac. iij. croci drach. j. decoquantur in lib. j. aquæ fontis vel pluuialis mūdę & in decoctione hac submergatur spongia vel lana nitida quæ tepida expressa oculo applicetur frequenter in die cum suauitate. Tertiū est administratio balnei dulcis aquæ calidæ postq̄ scitum fuerit q cerebrum sit mundum à superfluitatibus quas balneum commouet quando ipsis obuiat & excitat ad fluxum. nā balneum potenter reliquias resoluit humorum ophthalmiæ. Quartum est aliquid vini puri antiqui paucę quantitatis in potu post cibum p aliquas horas infirmo exhibitum, scilicet dum cibus quasi digestus est prima digestione præcipue qn materia morbi fuerit ex grossis: tunc. n. subtiliat & expelli adiuuat ophthalmię humorem. Et hic reddens causam cur balneum cōuenit, ait. Nam balneum post ipsum puta vini potum vel cibum digestum dulcis aquæ calidæ si fiat iuuabit & vaporatio patientis oculi cū spongia vel lana submersa in hac aqua tunc etiam proderit.

Gentilis Ibidem.

Dubitatur, vtrum balneum in hac ophthalmia ante digestionem competat. Et dicendum q balneum duplici intentione potest approximari, vel ad resoluendum materiam vel ad humectandum & remittendum acuitatem chole-

A ricæ materiæ. Est autem diuersus modus vsus balnei ad has duas intētiones. Nam si tu quęras resolutionem debet esse calidius & īmorari plus in aere eius & longiorem contrahere moram, & tale balneum non competit ante digestionem, quia materiam crudam exagitat & inflammat. Si autem quæras à balneo aliquam humectationem & remotionem ariditatis corporis, debet parum esse calida aqua et parum in ea morari, vt sit talis balneatio, quædam aquæ aspersio super corpus. Et sic talis balneatio vel proprius loquēdo, quædam corporis rorida humectatio potest concedi ante materiei digestionem: sicut etiā in cura quartanæ. c. 4. tract. 2. c. 66. Auic. concedit. Et quia difficillimū est talia metiri: ideo magis laudo vsum balneationis cuiuscunq; ad totum corpus fieri, post digestionem materiæ & corpore mundificato. B Considerandum vlterius, q si in capite sit flamma caloris trahentis materiā, & etiam in partibus faciei: tunc laudatur effusio aquæ frigidæ super caput & faciē. Quod autem sit de aqua aceto mixta supra dictum fuit.

Iacobus Ibidem.

Tertius est in ista ophthalmia quandoq; conuenit aquam frigidam superesfundere capiti & oculo si temps sit æstas & patiens iuuenis fortis & carnosus & materia pauca plus lædens ardore q̄ multitudine. Nam tūc aqua frigida feruorem extinguit & acumen choleræ dolorem mitigat & innatum calorem vniendo cōfortat vt postea facile super materiam iam extinctam rediēs sua fortitudine statim hanc resoluat. Quartus est facies quandoq; lauatur in hac ęgritudine cū aqua frigida pauco mixta aceto, & non parum con- C fert extinguendo ardorem feruentis cholerę, reprimendo etiam ipsius acumen seu mordacitatē & illatos dolores. Quintus est, sit audacior medicus in ophthalmia hac q̄ in alijs in principio ministrare styptica sine superfluitate & cum facilitate taliter q per hæc non crescāt dolores vel ipsorū nimia continuatione vel applicatione rudi & immodesta sicut succum salicis vel linguæ arietis, quia non timetur in ista ophthalmia tantum conculcatio vel inspissatio materiæ per ipsa cum sit communiter subtilis & pauca sicut in alijs ophthalmijs timetur & ampliori cum hoc refrigerio indiget & repressione.

Iacobus in Cap. 13. & 14. Tra. primi, Fen. 3. tertij.
De Ophthalmia ventosa.

In prima parte dat tres modos curę ventosæ ophthalmię. Primus modus est p embrochationes seu fomentationes subtiliatiuas & resolutiuas super ęgrum oculum ex decoctionibus florum

rum chamęmillę vel meliloti, vel seminis anisi, anethi, aut cymini mediocriter calidis. Secūdus modus est p vaporatiões vel saccellationes adhibitas oculo vt est inclinatio patientis oculi super vapores dulcis aquæ calidę, vel alterius modo dictarum decoctionum vel spongiam aut lanam adhibere oculo submersam in altera ex his vel sacculos repletos furfure aut milio vel palea sub tili torrefacta prius in sartagine sicca. Tertius est per balnea sicca quę stusæ vocantur vel humida balnea dulcis aquæ calidæ quæ poros aperiūt & ventositates grossas subtiliant & facile resoluūt. Secundo dicit, q vaporatio magis conferens in casu hoc est, quæ fit ex milijs prius torrefactis & impositis sacculo de tela subtili: nā & poros aperit & ventositates subtilians extrahit sine attractione humorum ad oculum. Et est milium granum quoddam paruum simile panico de quo fit panis & etiam pultes in terris Burgundię & Sabaudię abūdans. Et ex eo quoddam est rotundæ figuræ & aliud oblongæ & ambę ferè sunt eiusdem virtutis. Inquit Alexander primo practicæ. c.94. super hac ophthalmia. Sit autem tibi manifesta cognitio cum spiritus.i. vētositas tēsionem faciendo dolorem generat, qui neq; phlegmonē neq; mordicationem habet: sed dolor & tensio fit & rumpi videtur oculus. Ego enim scio me quendam patiētem hoc modo sanasse mulsa sola vtendo & nullo alio mitigatiuo aut anodyno collyrio ad mitigandum dolorem vsus sum: hęc ille. Et per mulsam mellicratum intelligit quod aliquādo fit ex duabus partibus aquæ & vna mellis. Et quandoq; ex vini duabus partibus & parte vna mellis. Et quandoque ex aqua vino et melle mixtis & simul bullitis. Mesue vero ca. de ophthalmia sic dat curam eius. Si autem à ventositate fuerit curetur cū embrochis & balneis facientibus euaporationem & emplastris & laudatus est iam fœniculus in hmōi ophthalmia secundū omnem modum administrationis eius, & emplastrum factum ex eo & vitello oui iuuatiuum est valde, hoc ille.

Ibidem.

Sexta est stusæ siccæ vel balneum humidum dulcis aquæ calidę. Septima est illinire super oculum mulsam. Octaua res est adhibere oculo vaporationes, fomentationes, aut embrochationes cum decoctionibus anodynorum, vt chamęmillæ, meliloti, furfuris, fœniculi, anethi. Nona res est siccæ vaporationes seu sacellationes ex milio furfure vel palea tenui nō solum oculo, sed etiā capiti supermittendæ.

D

Gentilis in Cap.5. Tract. primi, Fen.3. tertij.
De vlcere oculi.

Considerandum q litera quæ dicit: Si autem ingrediatur, potest dupliciter exponi. Vno modo si igreditur.s. post maturationem, quia etiam si post maturationem ægritudinis.i. materię balneetur, non dico moretur ibi, vt non debilitetur virtus. Alio modo potest exponi: si ingreditur.s. ante maturationem. Balneum enim ante maturationem quandoq; cōceditur ad temperandam acuitatem materię, & ista debet esse quędam lotio, non mora in balneo: & hoc intellexit Rasis secundo continentis, cum dicit: Non clamet nec sternutet patiens nec intret balneum nisi materia existente digesta: & si intraret balneum non diu moretur.

Iacobus in Cap.5. Tract. primi, Fen.3. tertij.
De vlcere oculi.

E

Sextus est habens vlcus oculi nō ingrediatur balneum nec humidum vt tinam nec siccum vt stusam, nisi postq̄ vlceris iā maturata est cōplete materia & cessauit fluxus humorum ad oculū, quia commoueret aliter humores & dilataret & ad ægrum oculum fluere faceret. Septimus est si patiens hoc vlcus ante digestionem materiæ ipsius subintret balneum, vel quia cōsueuit & vix hac tristāter ipsum dimittit, vel vt subtiliet grossas materias & digeri adiuuet: tunc caueat in eo longam trahere moram ne nimis commoueat materias ad fluxum & subintret ipsum post purgationes.

Gentilis in Cap.7. Tract.2. Fen.3. tertij.
De ruptura corneæ.

F

Secunda scilicet diuersio materiæ completur cum euacuationibus dictis & cum balneo. Tertia intentio.s. rectificatio qualitatis materierum in toto corpore & transpiratio etiam fit per balneum. Hoc autem balneū Aui. regulat quinque modis. Primo enim ostendit tēpus sui vsus, cum dicit: post euacuationem administretur balneū, quia stante multa repletione esset causa agitationis & fluxus materierum ad patientem particulam: secundo ostendit ex qua aqua fiat, cum dicit (Ex aqua dulci.) Nam balneum ex hac aqua transpirat corpus educendo fumosas superfluitates & temperat ariditatem vel acuitatem corporis & humorum, vt colligitur.x.&.xj. therapeu. ca.20. Tertio ostendit in qua dispositione corporis proprie confert, cum dicit. Proprie quādo est in complexione acuitas & caliditas acuta, sicut in corporibus cholericis, vel habentibus adustos humores. istis enim vehemēter confert balneū, quia transpirat acutos vapores & acuitatem temperet:

peret: hoc autem est vehemẽter vtile in cura vlcerationum oculi, quia humores per eorũ acuitatem maxime sunt causa vlcerũ, vt supra Auic. Exiturę oculi.s. vlcerosę generantur ab humoribus acutis adustis. Quarto tangit modum vsus balnei.s. quantum ad partes balnei, & quantum ad partes corpis, cũ dicit (Præter ꝙ moreř &c.) Primo quidem quantum ad partes balnei, quia patiens debet plus morari in aqua balnei, & non in aere. Ratio est, quia balneum per sui aquam plus humectat et remittit acuitatem humorum. Balneum enim in aqua sui humectat, & aer calefacit: vt Auic. 1. lib. fen. 2. doct. 2. sum. 1. c. 19. illo. c. Quidam ornate loquentium. Secũdo tangit modum vsus quantum ad partes corporis, quia non concedit imponi caput siue aqua sit calida siue frigida. Et rõ est, quia aqua fontis .i. tinę balnei: si est calida trahit materias ad oculos: si autẽ est frigida premit materias ad oculos. Et propter hãc causam Auic. prohibet apponi olea super caput. Nam talia olea vel sunt calida, sicut chamæmelinum & anethinum, vel sunt frigida vt rosatũ & violatum & nenufarinum: si quidem olea capiti approximata essent calida ista nocent dupliciter. Primo, quia eliquando faciunt fluere materias ad oculum in quo est debilitas & aptitudo receptionis propter vehementiam passionis. Secundo, quia attrahũt ad cerebrum materias quæ non sunt in eo: immo ab alijs partibus attrahunt: & hoc est quod Aui. dicit. Quidam .n. illorum .s. oleorum vt olea calida mittunt materiã ad oculum propter resolutionem .i. eliquationem materiei inuentę in cerebro, & attrahunt quod nõ est in ipso. Si autem ista olea sint frigida ipsa nocent capiti approximata, quia exprimunt cerebrum, & inspissando oppilant poros capitis à quibus fit materierum resolutio. Materiebus igitur retentis & poris oppilatis, quia materiæ non inuenerunt vias vacuas quibus recipiãtur fluunt ad extremitates cerebri, & quia oculi sunt in extremitate cerebri: & modo propter passionẽ sunt apti ad recipiẽdum materias: ideo illuc fluunt: & hoc est quod dicit: & supple, quædam illorum oleorum vt olea frigida (Exprimunt ipsum) .s. cerebrum, vel ipsam .s. materiam propter inspissationem &c. Tota tamen ista litera potest referri ad olea calida. De frigidis enim non est dubium ꝙ exprimunt materias: sed olea calida exprimunt, quia trahunt materias ad cerebrum, quia oppilant vias per vnctuositatem, quæ oppilatæ non possunt recipere materias quæ trahuntur, quare currunt ad extremitates. Quinto tangit qualitatem quam debet habere aqua balnei, quia debet

A esse calida vel frigida: per frigidam autem possumus ĩtelligere minus calidam. Debet enim esse aqua magis vel minus calida secundum diuersitatem corporum, & secundum diuersitatẽ corporis & consuetudinis, vt si corpus patientis habeat humores multum acutos, & sit ęstas & consuetudo balneandi in aqua parum calida, tũc potest aqua cum qua lauatur parum calefieri, & sic diceř aqua frigida. Et possemus intelligere aquã fore frigidam, vt si homo esset incensus sine febre & satis carnosus & tempus calidum, posset in aqua frigida lauari.

Ibidem.

Facetiam ꝙ aer qui inspiratur ab eo fit frigidus: balneum enim facit. Nam licet aqua calida calefaciat primo occursu: postea tamen infrigidat, vt Aui. 1. can. fen. 2. doc. 2. sum. 1. c. 19. illo. c.

B Quidam ornate loquentium. Sed circa prędicta dubitatur, primo vtrũ qui balneatur in principio vlcerationis quę est via in exitum vueę debeat submergere caput in aqua. Videtur ꝙ sic, quia talis balneatio fit ad temperandam acuitatẽ materiæ facientis pustulã vlcerosam: sed isto maxime indiget materia quæ est in capite, cum sit propinqua, quia oculo quàm sit materia quæ est in toto corpore. In contrarium est Aui. Dicendum ꝙ non est tutum submergere caput in balnei aqua: & hoc, qa si aqua sit calida eliquat materias versus oculum, si sit frigida exprimit. Alia causa est, quia facit retẽtionem anhelitus ex qua replentur & extenduntuř venæ circa caput. Tertia causa est, quia medicinæ quæ oculo occurrũt in hac passione cum hoc ꝙ æquant acuitatẽ materiæ debent esse exiccatiuę conferentes vlceri,

C vt dicetur. Aqua autẽ sui humiditate sola in hoc nocet. Sed tu dices, si iste infirmus nõ submergit caput in aqua, stabit in aere calido, & tũc magis nocebitur. Dicendnm, ꝙ iudicio meo isti infirmo debet parari tina aquæ cooperta, & extra teneat caput, taliter ꝙ non occurrãt vapores, & aer calidus ad caput. Notandum tamen, ꝙ forsan non esset malum ꝙ patiens bene clausis oculis submergeret caput in aquã, et parũ staret, & paucis vicibus vel duabus vel tribus, quia ex hoc aliqualiter tẽperetur acuitas humorũ in capite. Nec timemus dissolutionẽ materierum ꝑ duas causas. Prima, quia non multũ imprimeret calorẽ si sit calida, nec frigus si sit frigida propter paucã morã. Secundo, quia iã præsupponitur ꝙ corpus sit euacuatũ: & ideo Aui. nõ ex toto prohibuit submersionem: sed multitudinẽ submersionis, cum dixit. (Et neque multiplicet submersionem.) Ex quibus contraria soluuntur.

Iacobus

Iacobus in Cap.7.Tract.secundi, Fen.3.tertij.
De ruptura corneæ.

Et post.) In.ij.primo iubet i ruptura hac post euacuationes ministrare balneum dulcis aquæ calidæ maxime quãdo est in complexione acuitas sic q vlcus dependet à mala cõplexione cum materia calida & acuta corrodente corneam, & nõ trahat æger in aere balnei moram nisi modicam ne inflammetur sanguis & cholerizetur & augmentetur humorum acuitas: sed in tina moretur longiori tempore quatinus per eam suauiter educatur per resolutionem relicta materia et vapores acuti diuertantur etiam à capite & oculo. Secundo præcipit ne æger multiplicet submersiones capitis ipsius in aquam fontis. Et idem intellige de fluuialibus vel pluuialibus vel iacentibus aquis siue sint calidæ siue frigidæ. Nam calidæ trahunt ad caput & oculos nouas materias et liquefaciunt & fluere faciunt materias quietas præiacentes in eis, quibus aggrauatur corneæ ruptura. Et frigidæ prohibẽt à capite resolui superfluitates quia poros claudunt & materias exprimunt de capite ad oculos.

Gentilis in Cap.17.& 18.Tra.2.Fen.3.tertij.
De albugine in oculo.

Considerandum secundo q balneatio cum aqua calida & vaporatio cum ea fit propter tres causas. Vna, quia ipsa est rarificatiua cicatricis & resolutiua grossiciei: secunda causa est, quia per eius mollificationem quam facit, præparat ad medicinas quæ debẽt abstergere. & quasi elimando & corrodendo subtiliare corneam in loco cicatricis. Tertia causa est, quia minus dolorose imprimunt medicinæ acutæ quæ postea ponuntur. Et ideo hæc euaporatio & balneatio est primum à quo debet incipi. Tertio scias q litera exterior habet balneis cum aqua frigida. s. in potentia. Calida tamen actu, vt per hoc innuat q ista sit aqua pura: deinde cum dicit.

Iacobus in Cap.17.& 18.Tra.2.Fen.3.tertij.
De albugine in oculo.

In prima parte dat auxilia. xj. pro curatione subtilis albuginis in corporibus teneris vt in infantibus pueris & puellis. Primum est assiduatio vaporationis infirmantis oculi cum calidis aquis dulcibus, fontinis aut pluuialib⁹, quatinus per eam tenerescat albugo & subtilietur, & tandem euanescat, vel fiat capacior curæ à medicinis & obedientior. Secundum est balneum dulcis aquæ calidæ quo non solum corpus, sed etiam oculus æger tenerescit vna cum albugine iuxta illud Mesuæ ca.7.doc.5.particulæ primæ, sectionis primæ. Quæ subtilis est quantum ex modo

D bene obturandi comprehendi potest, indiget assiduatione rerum oculi substantiam teneram facientium sicut est balneum & assiduatio eius, & inclinatio super vaporem aquæ calidæ. Attende q priusquam hæc fiant, repletio corporis & capitis auferenda est vel per phlebotomiam si sit plethorica vel per pharmacias si sit cacochymica, ne motis humoribus & superfluitatibus per balneationes & vaporationes pars fluat ad oculum vel ad aliud membrum morbum alium generans peiorem priore, licet facta albugo nõ dependeat amplius ab aliquo humore.

Iacobus in Cap.25. Trac.secundi, Fen.3.tertij.
De atarfati.

Et reclinatio. In parte quinta tangit octo vaporationes conferentes ad resolutionem atarfati quando super eas inclinatur oculus. Prima est vaporatio ex dulci aqua sola in qua sicca hyssopus et origanum præbullitæ fuerint mediocriter calida. Secunda est vaporatio cum aceto in quo bulliuerint cineres aut folia menthæ. Tertia est vaporatio huius infusionis. Recipe olibani, aloes conquassatorum ana vnc.j. infundãtur per noctem in lib.iij. aquæ dulcis & in crastino bulliantur modicum & vapor aquæ huius oculo applicetur. Quarta est vapora quæ croci siluestris vel per distillationem assumpta vel per decoctionem huiusmodi croci in dulci aqua munda. Quinta est vaporatio aquæ calidæ in qua nocte tota crocus sit infusus & mane bullierit. Sexta est vaporatio cum decoctione chamæmillæ & melliloti oculo adhibita. Septima est vaporatio cum succis expressis à chamæmilla & melliloto recentibus. Octaua est vaporatio cum decoctione foliorum caulis.

Gentilis in Cap.1.Tractatus.3.Fen.3.tertij.
De pediculis in palpebris.

Et talis immunditia fit tam ex varietate ciborum q̃ ex pauca balneatione & pauco exercitio, & similibus. Quarta causa est non vti balneo, qa balneum purgat has superfluitates. s. cutaneas, vt in cõmen.16.aphor.3.particulæ. Constitutiones vero anni siccæ &c.

Iacobus in Cap.1.Tract.tertij, Fen.3.tertij.
De pediculis in palpebris.

Et ille cui. In tertio dicit, q homines præparatiores ad pediculos in palpebris sunt illi qui sæpe reficiuntur in eisdem mensis magna cibariorum varietate, neq; sufficiẽter exercitijs vtuntur sed quiete potius & ocio torpent, & sordide se tenent & immũde vt porci, nec balneis vtuntur quibus mundificentur ipsorum cutes: ab his enim causis eorum corpora phlegmatibus replentur,

plentur, quæ facile putrefcunt, quia nõ euentantur. Et cutes fordefcunt immunditijs fuis & defectu ablutionis. Ad pediculos ergo fiunt aptiffimi, ficut in Almanis altæ regionis peregrinantibus manifefte apparet, qui voraciter comedũt & fordide fe tenent, non renouantes nec abluentes camifias fuas cum fęmoralibus poft fudores plurimos donec quafi putrefcant.

Iacobus in Cap.3. Tracta.quarti, Fen.3.tertij.
De visu imbecilli.

Quartum eft ingredi claram aquam viridem feu decliuis coloris ad viriditatem puta balneandum do fei fluuio vel tina temporibus æftatis & fubmergi in ipfa, conferuatis auribus ne has fubintret aqua & vtrofq; oculos in ipfa aperire & tenere apertos quãtum poffibile eft fine oftenfione vt faciunt natantes inter duas aquas. Hoc.n. ex eis eft quæ cuftodiũt oculos in fanitate & confortant eos proprie in iuuentute fi fit aqua frigida quam non bene tolerant fenes propter debilitatem fui caloris innati.

Ibidem.

Octaua eft balneum præcipue poft efum, q̃a mafsam humorum & cibos ac potus abũdanter ad caput & etiam oculos effumare facit.

Iacobus in Cap.5.Fen.4. tertij.
De auditus nocumentis.

Et facti caufa. In hac parte tertia dat remedia quinq; contra nocumentum auditus proueniens ex ficcitate. Primum eft frequenter in balneo morari dulcis aquæ tepidæ nõ fudãdo in eo.

Iacobus in Cap.14.Fen.4.tertij.
De aurium oppil.

Secundum introitus balnei de mane in craftino vt fuo calore fordes liquefaciat & fluidas reddat. Et in cafu hoc valet tam balneum ficcum quod ftufa appellatur quàm balneum humidum nominatum tina.

Iacobus in Cap.9. Tract.prioris, Fen.5. tertij.
De fanguine narium.

In prima particula præcipit embrochare multotiẽs caput cum aqua frigida fic q̃ fuper ipfum ab alto effundatur, quatinus fanguinem refrigerans ingroffet & ineptet ad fluxum. In fecunda dicit q̃ infufio corporis & feffio hominis in aqua frigida cum niue infrigidata donec viridia fiant membra hominis quafi mortificata, quandoq; ĩ fluxu hoc forti impetuofo necefsariæ funt vt inde fubito fanguis refrigeretur & groffior factus ineptetur ad fluxum maxime in carnofo & robufto corpore & æftatis tempore. Sed vbi tũc niues inuenire poteris. Dic q̃ inter montes, vel tunc inuenies aquas puteales magnæ profundi- A tatis vehementer frigidas. In tertia dicit q̃ficq; oportere gypfare ęgri caput fic q̃ gypfum tritũ effundatur in aqua vel aceto de vino, et fiat ficut puls vel ficut pafta in fpifsitudine, & proræ applicetur vehementer frigidum. nam fanguinem infpifsat, & ftatim infrigidat & fluere prohibet. In quarta præcipit aquas ĩfrigidatas cum niue, aut glacie totiens, & tandiu fuper caput effundi donec ftupefiat fuperficies capitis, vt fanguis capitis, & intus, & extra frigore infpifsetur & non facile fluat. Obferuetur tñ ne perueniat ad hoc iftud refrigerium quod congelet fanguinem in velaminibus cerebri ficut prædocuit in parte prima capituli p̃fentis paragrapho illo. Et nõ oportet vt fit fuperfluitas in effundendo aquam vehementis infrigidationis: fortafse enim congelabit fanguinem in ventriculis cerebri.

B

Iacobus in Cap.13. Tract.prioris, Fen.5.tertij.
De catarrho.

In prima particula dat auxilia.vij. oppofita caufæ facienti catarrhum de caliditate. Primum eft refrigerium capitis patiẽtis cum folicitudine & diligentia per infrigidantia frigida potẽtia, ficut eft balneum dulcis aquæ tepidæ vel remifsę calidæ omni mane adhibitũ ieiuno ftomacho. Nam huiufmodi aqua fua potentiali frigiditate & fuis vaporibus cerebrum infrigidat, & remifso calore eius aliquid refoluit ex humiditatibus fubtilibus calidis. Secundum eft effufio dulcis aquę calidæ fuper extremitates vt manus & pedes, quæ à capite diuertit fumos & vapores & calidos humores. Tertium eft frequenter inũgere violato oleo parum tepefacto caput patiẽtis & extremitates vt manus & pedes & anum & fumẽ, ideft C vmbiculum & ambos tefticulos & partes iacentes in circuitu horum. Nam calorem mitigat & ariditatem ĩ capite & membris modo nominatis: quorum refrigerium mediantibus neruis redundat in cerebrum. Quartum eft frequenter embrochare caput cum hac decoctione. Recipe hordei. M.ij. capita papaueris cũ fuis feminibus numero.vj. violarum, chamęmillæ ana M.j. bulliantur modicum in dulci aqua munda quæ tepida ab alto fæpe fuper caput rafum effundatur: ĩfrigidat etenim & humectat plurimum. Quintum eft effufio fup caput infirmi rerum quæ fortiter & actu infrigidant, vt aquę fimplicis actualiter frigidæ vel aquæ lactucæ vel portulacæ vel nenufarinę fi caput fit forte calidum in radice & non præparatum ad oppilationes.

Ibidem.

Tertium eft vaporatio capitis cum aquis calidis in fine feu termino tantę caliditatis quantam intriftanter

intristanter & sine vstione tolerare potest patiẽtis caput. Inclinentur ergo facies & nares bene tecto capite diu super vaporem aquæ satis feruidæ donec caput sudet, & solo hoc auxilio sæpe vidi rheumata protinus curari. Quartum est em brochæ rheuma hoc maturantes & resoluentes ex decoctionibus florum chamçmillç, melliloti, anethi, saluiæ, stœcados, bethonicæ, aut anthos vel maioranæ sup caput effusis actualiter calidis.

Ibidem.

Tertiumdecimum est ante maturitatem materiæ rheumatis non ingredi balneum, ne totius corporis commouendo humores vehementer rheumatis cursum adaugeat: sed tunc ministrentur siccæ super caput vaporationes ex pannis calidis vel milio & sale vel tosto surfure quo frigus tollatur & materia rheumatis partim digeratur, partim resoluatur.

Gentilis in Cap. 33. Fen. 10. Tracta. 1.
De anhelitu balneati.

ANhelitu quidem &c.) Recurre pro veritate huius ad.c. de pulsu balneati, quia hic valde breuiter dicitur. Cõtingit enim ex balneo in frigida aqua fortificato calore in quibusdam magnificari anhelitum, & ex balneo calido in vltimo paruificari &c.

Iacobus in Cap. 33. Fen. 10. Tracta. 1.
De anhelitu balneati.

ANhelitus.) In hoc cap. primo ait, ꝙ anhelitus eius qui se actu balneat in aqua calida fit magnus, propterea ꝙ auget calorẽ cordis & pulmonis, & ex consequenti auget necessitatem euentationis & refrigerij, et humectat & lenit instrumenta anhelitus: vnde aptiora sunt & obedientiora dilatationi secundum ꝙ exigit intentio caloris. Secundo dicit, ꝙ anhelitus etiam horum balneantium fit velox & frequens propter necessitatem refrigerij plurimi & expulsionis fumosorum vaporũ quos balnei calor in corde & pulmone auget & multiplicat. Attende ꝙ balneum fortis caliditatis à principio sui magnificat anhelitum. Postea velocitat & frequentem reddit: sed cum causa moræ diuturnç in eo iam multum resoluit caloris & spiritus, & debilitat vehementer virtutem, cessat magnitudo: deinde velocitas, & tandem remanet sola frequentia cum virtus non sufficit propter debilitatem hunc magnificare neq; velocitare. Tertio dicit, ꝙ res balnei frigidi è conuerso se habet sic ꝙ anhelitum minorem operatur et tardiorem q̃ sit naturalis & rariorem quando suo frigore minuit aliquid de calore pulmonis, cordis, & spirituum. Sed quandoq; postea reddit anhelitũ ma-

D iorem q̃ prius confortato calore per antiparistasim in interioribus, vel repulsis sanguine, calore & spiritu versus interiora, & ibi adunatis.

Iacobus in Cap. 3. Tract. quinti, Fen. 10. tertij;
De Pleuritide.

Tertio dicit, ꝙ embrochatio lateris dolentis cum dulci aqua calida quandoq; ad hoc confert vt dolor pleuresis alleuietur & vt anhelandi frequentia decrescat seu diminuatur quæ pluribus modis nocet pleuriticis sicut prius tactum est. Nam dicta embrochatio resoluit aliquid de materia pleuresis, & aliquid maturat & sputum facilitat vnde alleuiantur dolor & anhelitus.

Et post &c.) In secunda primo ait, ꝙ humidum balneum dulcis aquæ calidæ post declinationem manifestam pleuresis mane ministrandum est vt reliquias pleuresis digerat, resoluat,

E & expui adiuuet nisi repletio fuerit in corpore vel materia peccans parata fluere.

Gentilis in Cap. 8. Tract. secundi, Fen. 11. tertij.
De dispositionibus syncopalibus.

Et balneum &c.). Adiungit hic Auic. quosdã speciales cañ. & primo ponit de balneo ostendẽs in quibus dispositionibus syncopalibus cõpetat, & in quibus non. secundo ponit alios cañ. ibi secunda (Et syncopi.) Balneum. s. aquæ dulcis. Ita enim videtur Gale. intelligere cum absolute profert vt. 1 s. therap. 9. cap. & conueniens ei cui accidit syncopis ex diarrhœa. i. fluxu ventris & cholerica passione in qua simul est vomitus & fluxus nominata arabice almasen: & Auer. est conueniens balneum, quia ad oppositum materiam diuertit. Similiter etiam cõmendatur à Serap. cap. prędicto, Auer. tamen. 7. colliget cap. de

F cura syncopis ab euacuatione dicit: sed quia plus superfluũ habet resoluere & euacuare: ideo cum timore caloris in balneo sunt ponendi: & hoc remanet in arbitrio medici: tamen non est imaginãdum ꝙ proprie in actu syncopis sint balneandi: sed conueniẽtius est in tempore medio inter paroxysmos syncopis: ideo Auic. dicit cum acci dit. Dicit post ꝙ balneum nocet habentibus syncopim propter fluxum sanguinis. s. per nares, & habentibus syncopem propter sudorem, et causa est. nam in his euacuationibus motus sanguinis proprie est ad exteriora: balneum autem sanguinem subtiliat & calefacit, & orificia venarũ nasi magis aperit. In istis autem indigemus infrigidatione & ingrossatione partium extrinsecarum: & ideo Serap. volens hoc verificare dicebat balneatio est cõtraria valde, scilicet habentibus exitum sanguinis per nares: quoniam necessitas vocat ad infrigidationem & cõstrictionem non

ad

ad mollificationem, scilicet sicut fit per balneū: & Auerro. septimo colliget, de syncopi ex fluxu sanguinis dicebat quòd propinanda sunt styptica quæ habent stringere orificia venarum: balneum enim competit cui actu syncopis superuenit, & inuenit ex vomitu iflammationem in ore stomachi, & iste est qui in stomacho cholerā habet rubeam fluentem ad eum, quæ per balneum à stomacho suo diuertitur, & si causa i fluxu huius choleræ sit debilitas oris stomachi recipientis non sufficit balneū: sed oportet quòd fiat emplastrum ex mastiche.

Iacobus in Cap. 8. Tract. secundi, Fen. 11. tertij.
De dispositionibus syncopalibus.

Octauum est, balneum duabus syncopis speciebus conuenit, & est execrabile & nobilissimū duabus alijs syncopis speciebus. Conuenit quidem syncopi fienti de fluxu diarrhico & cholerica passione diuertendo humores ad exteriora confluere paratos versus interiora & augere hos fluxus. Cōuenit insuper his qui reperiunt ex fortibus motibus inflammationes in ore stomachi: mulcet enim lassitudines dulcis aquæ balneum & vapores resoluit, quibus os stomachi dolet & æstuat. Nocet autem plurimum et execrabile est his qui syncopizant ex fluxu sanguinis, quia sanguinem cōmouet, subtiliat & calefacit & ad fluxum prçparat. Nocet insuper illis quibus accidit syncopis ex sudoribus superfluis, propterea q̧ ipsos prouocat & auget cuti humores attrahens.

Iacobus in Cap. 11. Trac. secundi, Fen. 11. tertij.
De regimine eius in quo apparent signa aduentus apostematis calidi in corde.

Et vtatur &c.) In. iiij. præiubet ægrum balneari post purgationes vel balneo sicco quod stufam vocamus vel humido balneo quod dicitur tina, quatinus per ipsum tollantur reliquiæ materiæ morbi & calor erigatur. Secundo præcipit quòd vngatur īfirmus in exitu balnei cum quibusdam oleis subtiliatiuis & viuificantibus innatum calorem vt oleo de spica vel de chamæmilla vel de cinnamomo. Tertio præcipit post balneum bibere vinum purum subtile, aut syrupum de melle, scilicet hydromel vel oxymel simplex vel syrupum de absinthio & similia illis vt syrupum de bisantijs vel oxyzaccharam compositam, quatinus aperiat oppilationes, & digerens subducat materiam relictas ad vias vrinales.

Gentilis in Cap. 29. Trac. primi. Fen. 13. tertij.
De mala complexione sicca.

Horum. Ponit curam siccæ dyscrasię stomachi. Et primo in generali ostendit quæ sit intentio istorum in curatione. secundo exequitur. ibi secunda (Ex humectatione.) Considerandum q̧ horum curatio est proxima curationi hecticæ: non tamen sicut illa. Nam in cura hecticæ etiam principaliter intenditur ad infrigidationem: sed hic non intēditur ad infrigidationem per se, sed ad humectationem. Et ideo dixit proxima, quia in intentione humectationis conueniunt. Est. n. stomachi siccitas quædā hectica stomachi, cum sit stomachi consumptio: & ideo sicut hectica vniuersalis cum confirmatur curationem non recipit, sic & hectica stomachi cum confirmatur aut cum iam substātialis finitur humiditas. Sed dubitatur quia dixit, quòd illorum humectatio nō fit nisi cum humectatione corporis. Sed contra: nam corpus humectatur per exterius approximata vt balnea & vnctiones vt statim ponit Auicen. sed illa non humectāt stomachum: iam enim sequeretur quòd aliquod ab extra approximatum possit nutrire stomachum, quod tamen est falsum, cum id quod nutrit debeat transire per tres digestiones, vt tertio de complexionibus. In oppositum est Auicen. Dicendum quòd curatio siccæ complexionis stomachi perficitur per humectationē stomachi & corporis, & causa est, nam in hac dispositione non solum est in stomacho siccitas, sed etiam membris communicata: stomachus enī est sicut cella cibi, vt quarto de acciden. & mor. illo. c. Et quia de eis disputaui: oportet ergo quòd in eo existente inanitione & siccitate toti corpori cōmunicetur: & ideo totum corpus simul cum eo indiget humectatione. Considerandum tamen quòd hanc humectationem corporis totius & stomachi Auicen. non vult fieri ex solo balneo, sed cibis humectatiuis stomachi & totius corporis, sicut sunt cibi multi & facilis nutrimēti qui stomachum & singula membra humectent. Nihilominus tamen & balneum in stomachi humectatione confert: licet enim balnei humectatio stomachum non attingat, tamen humectando membra prohibet ea ne siccitate eorum corporis intrinsecas humiditates exiccēt, quibus exiccatis stomacho communicatur siccitas: & ideo eis conseruatis stomachi conseruatur humiditas. Et sic patet solutio, ad id quod in contrarium dicebatur.

Ex humectatione &c.) Hic exequitur, & primo ponit regimen illorum quādo sunt in dispositione hac præter naturam. secundo ponit eorum regimen quando iam meliorantur. ibi secunda (Cumq; meliorantur.) Ad primi euidentiam considerandum quòd illorum curatio quę est humectatio pficitur p balneationē, cibationē

& potum conuenientem: primo ergo ponit regimen eorum per balneum: secundo per cibum. s. cum balneum egrediuntur: tertio per potum. ibi secunda (Et oportet vt cum) ibi tertia (Necessarium est in potu) Prima in tres: primo ostendit quę sit intentio balneationis & qualiter fieri debeat probans quod dixit. secundo ostendit cuius qualitatis debeat esse aqua balnei. tertio ostēdit quanto tempore debeat in balneo immorari. ibi secūda (Et oportet vt sit aqua) ibi tertia (Et oportet vt spatium.) Dicit primo, ꝙ id quo isti humectantur est balneatio, et sedere in tina balnei vbi est aqua, & iterare balneationem secūdum summam siccitatis, quia si siccitas est magna sępe iteretur balneatio. si autem est parua non eget tanta iteratione, & quandoq; propter multam siccitatem oportet vt deferantur ad balneum, & apportentur ab eo, scilicet cum cultra vel pāno: & probat hoc Auicen. quia balneum est mollificatiuum, idest debilitatiuum virtutis: & ideo non debet sibi cōiungi aliud quod magis debilitet vt motus: vnde Gal. octauo therap. sexto cap. habitaculum construxi proximum balneo, & subdit quòd est necessaria aqua nō aer cum quæramus humectationem ꝙ aer non facit, sed resoluit potius: vnde ibidem Gale. non enim in his quæ ita habent aerem, indigemus.

Et oportet vt sit aqua &c.) Vult Auic. ꝙ hæc aqua sit temperata nō sicut illa aqua qua fit horripilatio quæ est quasi frigida, neque illa qua fit mordicatio quę est multum calida: et ideo debet esse media & temperata: vnde Gal. ibidem delectabilissima existens pronocat naturam expandi & extendi vsq; ad iocundum humidum.

Et oportet &c.) Vult ꝙ tantum moretur in balneo ꝙ corpus in tumorem eleuetur, & extrahatur anteꝗ̄ detumescere incipiat, quia illud est signum attractę humiditatis ad membra. Considerandum tamen ꝙ non est expectādum in illo ꝙ tumor membrorum magnus appareat, quia non potest ille deuenire ad illū tumorem ad quē deueniret sanus aliquis, sed cum aliquis tumor in eo apparet secundum sui habitudinem, tunc extrahēdus est de tina. Vnde Gal. ibidem, tumefieri secūdum vnumquodq; corporum propriū est: non enim possibile est eum qui huic dispositioni pręiacet in tumorem deuenire similem sano. Sed circa prędicta dubitare cōtingit. An balneum cōpetat in regimine hominis habentis stomachum siccum. Et videtur ꝙ non, quia balneū resolutiuum est virtutis & virtutis debilitatiuū, vt ipsemet Aui. ponit. Itē quod exiccat non competit: hoc aūt est balneum, quia resoluit vt est notum, resoluentia autem sunt exiccātia. Vnde in sequenti ca. Aliena quę addunt siccitatē propter resolutionem suam. Rursus aqua nec iterius assumpta, neq; exterius approximata humectat, vt in cōmento. 53. apho. quartæ part. ad helleboros, iterum quod distrahit à stomacho humiditates non est in eius cura conueniens: tale autē est balneum calidæ aquę, quod apparet, quia corpus in tumorem eleuat. Huius oppositum vult Auicē. hic & Gal. 8. therap. & Auer. secūdo de cura siccę dyscrasiæ stomachi. Dicēdum balneum aquæ calidæ competere in curatione siccitatis stomachi. Propter quod considerandum ꝙ in curatione siccitatis stomachi ad duo intēdimus. s. ad siccitatem stomachi propriam, et ad siccitatē membrorum. nam licet siccitas membrorum dependeat à siccitate stomachi, tamē ipsa est causa additionis siccitatis stomachi, per siccationem humiditatum: & ideo cum membra in hac dyscrasia humectantur, non exiccātur humiditates corporis, & inde stomachi humiditas conseruatur magis, & ex cibo assumpto magis humectatur: illud ergo cōfert in regimine siccitatis stomachi quod est membra humectans. Sed balneum calidæ aquæ est membra humectās duplici humiditate. s. accidentali, & hoc facit per se. Aqua enim cum sit humida transiens in poris membrorum membra madefacit: & hæc humectatio licet sit accidentalis: tamen confert quia subijcitur resolutioni, et quia diminuit acuitatē siccitatis membrorum vt propriam humiditatem non exiccēt: & ideo balneum aquæ calidę hac humectatione humectat: vnde Aui. 1. cā. fen. 2. c. de his quæ accidunt ex balneo, neq; attendenda sunt verba illius qui dicit ꝙ aqua non humectat membra interiora cum bibitur, aut ei obuiat. s. extra per balneum. Loquitur autem Auic. de accidentali humectatione quæ cōfert secūdum modum dictū: humectat etiam balneum istud humectatione substantifica per accidens, quia humiditates nutritiuas ad membra trahit, nec trahit forti attractiōe vt distrahat à stomacho, sed leui tractu, qđ fit quasi ꝑ quandam ampliationē humiditatum quæ ex siccitate remanebant immobiles & induratę: vnde mēbra eas recusabant. Cum ergo balneum hoc duplici modo humectat, conuenit dispositioni præsenti, ex quibus apparet quale debeat esse hoc balneū, quia aquæ non aeris. Vnde Aui. nō est eis necessarius aer balnei, et causa est. nam ex balneo nos quęrimꝰ humectationē: hoc autem fit ab aqua non ab aere: vnde Auic. primo cā. pręal. ca. Debes scire quòd operatio naturalis balnei ē calefacere suo aere, & humectare sua

aqua:

aqua:& Gal.x.therapeu. penultimo cap. humectationem appropriat secundæ particulę balnei: quæ est balneum calidæ aquæ. Apparet etiam qualis debeat esse in qualitate, quia aqua temperate calida non frigida vt condenset & tristet, non calida vt mordicet, sed temperata vt delectet, quemadmodum hic Auicen.& Gale.septimo therape.quinto ca.ponit. Ex his autem obiecta soluuntur. Cum enim primo dicitur quòd debilitat. Dicendum quòd pauca est debilitas illa, cum congruo & non superfluo moratur tempore: plus eni attractione & humectatione confortat. vnde Auicen.non dixit, quòd proprie debilitaret: sed dixit, quòd est mollificatiunm virtutis. Ad secundum dicendum quòd parum resoluit: aer enim proprie resoluit, sed aqua balnei quodammodo resolutioni per oppilationem & humectationem resistit. Ad tertium dicendum quòd aqua per se nec interius nec exterius approximata humectat substantifica humiditate, sed hnmiditate madefacientia per se humectat sicut substantiali humiditate per accidens vt supra patuit. Ad quartum dicendum quòd non distrahit distractione qua curetur cũ statim post balneũ cibus assumatur: illa autem distractio leuis est.

Et oportet vt cum &c.) Ponit regimen cibationis post exitum de balneo. Cibatio autẽ post balneum fit ex lacte, aut ex aqua hordei, aut ex alijs cibis: primo ergo docet cibationem post balneum factam ex lacte. secũdo ex aqua hordei docens modum constructionis eius, & etiã ex alijs cibis. ibi secunda (Quod si declinat &c.) Prima in tres: primo ostẽdit modum sumptionis lactis post balneationẽ primam. secundo ostendit modum regiminis animalis à quo lac sumitur. tertio ostendit modum & tempus iterationis cibationis ex lacte, & balneationis. ibi secunda (Et vt sit) ibi tertia (Deinde expectetur.) Dicit primo, quòd quiescat paululum cum egreditur qa non debet dari hora illius commotionis, & enumerat Auicẽ.genera lactis subtilia, vt mulieris, asinæ vel capræ, quia isti modi lactis sunt conuenientiores, de lacte quidem humano non est dubium propter cõuenientiam & proportionem: lac autem asininum post humanum ponitur cõuenientius: & hoc quia habet subtilitatem conuenientem, & non caseatur propter sui subtilitatem. vnde Gal.septimo therapeu. quinto cap. hoc enim scilicet lac asininũ aliorum omnium optimum in præsentem dispositionem: subtilissimum enim existens & minime caseatũ cito pertransit vbiq; & Auer. quinto colliget cap de lacte, & melius est lac fœmininũ, & post illud asi-

A næ, & post illud lac capræ: & Isaac in diætis parti cap.de lacte authoritate Gale. lac subtile aquosum, sicut lac asinæ &c.& Rasis tract.iij. Alman. cap.de lacte. Asininũ enim lac subtilius, & Auicen.2.cañ.eadem dicit. Apparet ergo ꝙ lac asinę multam bonitatem habet. Inuestigare autẽ hoc ad præsens esset longum & difficile. Dicit post quòd melius est vt sit suctum ex mammilla, & causa est, nam celeriter immutatur ab extrinseco aere sicut sperma, vt Gal.septimo therap. hoc confirmans duorũ authoritate philosophorum, & afferatur &c. scilicet si non fugitur. vnde Gale. non sustinentibus hoc, scilicet sugere plurimum melius est quàm citissime calidum transferre ex papillis in ventrem laborantis, & vt sit illud scilicet animal.

Et vt non sit.) Sed.t.d.ipse contradicit, quia

B supra dicit quòd sit suctum. Dicendum vno modo ꝙ suctum sit nomen æquiuocum ad suctum ore, & sic supra intellexit, & manu, & sic intellexit hic ꝙ non fugatur manu. Vel aliter ꝙ Auicẽ. vult ꝙ ab animali exercitato statim post exercitium non fugatur lac ore, quia est calidum accidentali caliditate, sed prius mulgeatur, & post detur, quia in aere cessat accidentalis caliditas. vnde Auic.supra primo cañ. fen.iij.de regimine infantis docebat prius mulgere lac mali odoris q̃ daretur, & sic potest dici de lacte ꝙ acquisiuit accidẽtalem caliditatem ab exercitio animalis, & hoc forsan Auicen.intellexit.totum patet.

Deinde &c.) Inungantur membra eius cum facilitate, scilicet cum oleo violato vel communi vt Auerro.vij.vt exiccetur aquositas essusa in eis, scilicet membris. Sed diceres: immo ad con-

C trariam intentionem docet Gale. vij. ne scilicet exiccetur & resoluatur aquositas effusa. Dicendum vno modo ꝙ hic multi habent literam negatiuam quę dicit, ne exiccetur. Vel etiam aliter per expositionem vt exiccetur, scilicet à mẽbris & non ab aere humiditas.

Et si fuerit &c.) Vult dicere ꝙ si ille nõ debet balneari nisi bis, tunc addatur in spatio inter balneationem & balneationem, quia non solũ potest differre.v.horis, sed pluribus vt quies sit integra, quia non sit parua quies iter principium secundæ balneationis, & finem primæ in vna die, & maxime quies inter finem secundæ balneationis & principium tertiæ, in secunda die.

Iacobus in Cap.29. Tract. primi, Fen.13. tertij.
De mala complexione sicca.

Ex humectatione. In secunda dat modum humectandi stomachum per balneationes sub vij. cañ. Primus est quòd æger mane balneetur

 hume-

humectante balneo & sedeat in tina dulcis aquę calidæ prope temperamentū,& iteret balneum sæpius aut rarius secundum quòd exigit summa seu mensura siccitatis stomachi. Secundus est, q̄ tantus quandoque est excessus siccitatis stomachi quòd non est permittendus ęger incedere de lecto ad balneū & redire pedes de balneo ad lectum:immo deportandus est & reportandus super dulce stratum vel suaue tapetum inuolutus panno lineo aut laneo ne motus dissoluat & debilitet eum,& ne extra recludet humiditas aquea quę per poros intrauit ægro ente in tina. Tertius quòd quia balneum mollificat & resoluit virtutem cauendum est ne ægro post balneum occurrat aliquid resoluens, vnde duplicetur debilitas virtutis et resolutio. Quartus est balneatio patientium siccitatem stomachi nō debet esse sicca stufalis aerea,sed humida in tina dulcis aquæ calidæ,quia datur ad humectādum. Quintus est tinę aqua debet esse tepida temperati caloris media inter illam quæ suo frigore cuti obuians generat horripilationem,& illam quæ suo feruore mordicat vt stomachum humectet quasi nihil resoluens. Sextus est, quòd tinę aqua debet esse talis quòd neque calore neq; frigore suo patientem contristet:sed sua temperie delectet & mulceat & humectet ipsum et cutis ipsius poros amplificet in quos aqua penetret humectans stomachum. Septimus est spaciū balneationis vel mora in balneo debet esse tantę durationis quandiu corpus ægri manet velut inflatum & quasi augmentatum calore balnei dilatante ipsius carnes & humores. Et recedat patiens à balneo priusq̄ detumescere icipiat corpus eius tumidum. nam cum detumescit iam balneum resoluit, siccat & demacrat vel resoluere incipit.

Et oportet.) In tertia præcipit obseruari. v. circa lactationem & interserit signa bonę digestionis in animali ex quo lac bibēdum sumitur. Primum est q̄ patiens post balneationem paululum quiescat priusq̄ bibat lac, vt cesset fastidiū quod balneum intulit ex repletione quadam vaporosa,& cesset interea cōmotio corporis & humorum suorum excitata balneo sic gratius lac bibet. Secundū est, q̄ æger quietato corpore sumat lac subtile post balneationem puta lac mulieris capræ vel asinæ. Nutrit enim plurimū & humectat stomachum tam substantialiter q̄ qualitatiue. Et primo de hoc .iij. vnc. capiat, postea paulatim quantitatem augmentet vsq; ad .v. vnc.

Ibidem.

Deinde redeatur. In quarta dat .vj. cañ. super iteratione balnei & bibitione lactis vel aquę

D hordei in eadem die. Primus est, quòd post horas quatuor vel quinq; post sumptionem lactis redeat patiens ad balneum vt prius,& in tina sedens illic balneetur. Nam in tanto tempore præsumitur in ipso lac subtile fuisse competenter digestum. Secundus est quòd ęger statim post balneum suauiter resudet, & effusa aquositas super eius membra pāno calido exiccetur, vt oleū eisdem melius adhæreat: deinde inungatur ipsius stomachus oleo oliuarum dulci aut violis, vel illiniatur suauiter lacte caprino tepido. Tertius est, q̄ si æger in sanitate sua consuetus fuerit sæpe balneari quòd eadem die balneetur iterum pro tertia vice vt stomachus inde fortius humectetur. Sed in hac regione vix sustineret quis omni die semel tātum balneari:immo si id fieret dicerent assistentes quòd hunc medicus interimeret. Quartus est si fuerit expedientius & rectius

E vt ęger contētetur solum bis in die balneari, attendatur quòd æger integre quiescat à motibus fortibus corporis & animæ horis ītermedijs balneationum secundum quòd dicta est eius expositio, scilicet quietis quæ necessaria est superexiccatis & hecticatis. Quintus est, quòd si æger inclinatus fuerit ad potum lactis & delectetur ī eo plurimum detur ei, post secundum balneum vt inde humectetur & nutriatur vehementer stomachus. Sextus est si patiens non declinet ad lac nec ipsum diligat, bibat aquam hordei vel hordeatum edat, cuius artificium & decoctiōis modus bene & sapienter conductus fuerit sicut docet Mesue pro cura pleurisis. Et est vt aqua sit multipliciter multiplex in respectu hordei: dein de decoquatur quousq; redacta sit ferè ad quar-

F tam ipsius partem.

Iacobus in Cap. 6. Tra. secundi, Fen. 13. tertij.

De cura nauseatiuæ sacietatis.

Et exercitium. In secunda præcipit quòd patiens ante comestionem quaque die se exerceat vt per hoc excitetur naturalis calor, & superfluitates stomachi & corporis inde resoluantur. Secundo pręcipit ipsum balneari balneo sicco quod stufa dicitur ad eosdem fines ante comestionem. Tertio præcipit quòd sæpe æger sudet in balneo vel lecto, vel per exercitium vt superfluitates corporis & stomachi per hoc resoluantur. Sed hęc tria pręcipit in casu hoc fieri sub conditione hac quòd non sit repletio talis in corpore cuius commotio timeatur fieri per motus prędictos exercitij & balnei, ne grauius inde periculum accidat, sicut in capite non sit repletio talis & tanta quòd ex motione eius & dilatatione fiat apoplexia vel paralysis vel squinantia strangulans

gulans vel catarrhus suffocans nec in pectoralibus sit repletio tanta quòd dilatata tollat anhelitum vel per eam rumpatur aliqua de venis pectoris aut pulmonis. Quarto præcipit quòd si timor istæ commouendæ repletionis in casu hoc affuerit tunc quiescat patiens & diu dormiat, vt somno prolixo & quiete plurima calor naturalis paulatim digerat, & resoluens minuat hanc repletionem. Quinto præcipit post quietem & somnum peruenire gradatim ad balneum & cibum, sic quòd incipiatur à balneo moderatę caliditatis & resolutionis post diminutionē repletionis & à cibis leuioribus procedēdo gradatim ad balnea calidiora & ad cibaria pluris nutritionis si fuerit opus.

Iacobus in Cap.5.Tracta.4. Fen.13. tertij.
De debilitate stomachi.

Secundum est tempore primę digestionis dimittere quodlibet exercitium forte vociferationes altas & balnea calida tā aerea quàm aquea. Ab his enim omnibus conturbatur cibus in stomacho receptus, & inde impeditur ipsius digestio, quæ requirit quietem vt firmius stomachus & stabilius cibos sibi tunc retineat & melius digerat, licet exercitium vociferationes & balnea modeste mane in ieiunio digestioni cibi nō modicum conferant, tum quia resoluunt superfluitates quæ calorem innatum digestiuum hebetant, tum quia suscitant hunc calorem & aptant ad bene digerendum.

Ibidem.

Octauum est in crastino mane dum surgit introire balneum dulcis aquæ calidæ vel aereum balneū si lætus surrexerit & fortis post requiem, vt ipsum resoluat reliquias humorū, & calorem præparet ad digerēdum. Nonum est si infirmus nō lętus & fortis à somno surrexerit, tunc nō balneetur sed redeat ad somnum, & tribus diebus continuis intendat ad subtile regimen & ad dormitionem paucam leuem quietam donec conuertatur & redeat stomachus ad dispositionem suam naturalem.

Gentilis in Cap.8.Tracta.5.Fen.13. tertij.
De vomitu.

Considerandum etiā quod talis vomitus debet esse facilis & leuis vt non multum commoueat, ex quibus obiecta soluuntur, & melior hora vomitus est post balneū, & causa est, quia balneum commouendo facilitat vomitum, & similiter etiam comestio.

Iacobus in Cap.8.Tract.5.Fen.13.tertij.
De vomitu.

Decimus est quòd hora melior ad vomendū A est, postquam vomiturus se balneauerit deinde comederit & satis abunde se cibo repleuerit. Sic enim velociter & facile euomet cōmotis humoribus per balneum & cibum superabundantem.

Iacobus in Cap.12.Tracta.4. Fen.14.tertij.
De cachexia.

Et balneatio &c.) In tertia primo ait, quòd balneatio cū aquis nitrosis quas de baurach vocat & aquis sulfureis & aluminosis quæ de terra tales actu calidæ exeunt & aquas thermarum appellare solemus & naturalia vulgus vocat balnea de melioribus est cachexiæ curis post purgationes: ipsa enim exiccat & consumit illas malas humiditates quæ cachexiam faciunt, & ab ipsa fiunt. Verum balneatio quæ in aluminosis aquis efficitur est suspectior alijs ꝑpter stypticitatem B qua claudit poros, & retinet intus vapores & fumos & vētos cacochymiæ, nisi diligenter & exquisite præpurgata fuerit. Secundo dicit, quòd si nobis desit dicta balneatio cum aquis thermarum fiat balneatio, tunc in aqua maris igne calefacta quæ resoluit, siccat & consumit humorum malorum reliquias post purgationem. Iuxta illud Gal. primo simplicium, distin. secunda in fine cap.1. Hydropi autem aqua dulcis est ex deterioribus rebus si bibunt eam, et si balneātur cum ea. Et aqua salis tota, & aqua cui admiscetur bauracitas, & sulfureitas & pix est iuuatiua eis. Et tibi quidem possibile est vt facias aquam similem vnicuique specierum reliquarum aquarum sicut facis aquam similem aquæ maris, ita vt permisceas cum aqua dulci illam substantiam quæ est vincens super omnem specierum earum. Inde est quòd si proieceris ī aquam dulcem sulfur, C facies eam aquam sulfuris, & si proieceris in eam alumen facies eam aquam aluminis: & secūdum hoc exemplum currit res in omnibus speciebus alijs. hęc ille. & si vis lege reliqua: et hoc etiā ait Prin. infra ca.13. parte decima paragrapho. Quod si aquæ thermarum non sunt. Tertio dicit, quòd balnea dulcia puta ex dulci aqua nocent cachecticis: quoniam humectant & ipsi potius debent exiccari ne hydropici fiant. Nocent inquam eis nisi ipsis vtantur non humidis, sed siccis, scilicet non sedendo in aquis eorum: sed sudando super eorum vapores vel in suo aere vaporoso calido.

Gentilis in Cap.13.Tracta.4. Fen.14.tertij.
De hydrope.

De balneis &c.) Ponit regimen p balnea. Et cōsidera ꝙ Aui. thermas non appellat stufas, sed thermas vocat Aui. balnea aquarū naturaliter ca

lidarum ficut est balneum Petrioli,& balneū de Suana,& consimilium. Sed balnea potius dicit stufas, vt supra fen secunda, capi. de cura spasmi submersio ī aquis thermarum,& habet exterior litera.i.aquarū naturaliter calidarum. Hoc idem manifestatur ex sermone quem Auic. ponit qui vult q̃ de bonitatibus aquarum thermarum est statio boni regiminis in hydropisi, quia anhelitus potest remanere frigidus, scilicet discoopertus aeri: quod tamen non contingit in balneis, scilicet factis in domibus, vt sunt stufæ quia ibi non potest remanere anhelitus &c. ex hoc ergo apparet quid Auicē. per thermas intelligit, submersio in frigida scilicet aqua maris vel in frigida scilicet aqua, quia reaggregat membra. Debet tamen ætas, virtus, tempus, regio,& consuetudo considerari. Reliqua patent &c.

Iacobus in Cap.13.Tract.4.Fen.14. tertij.
De hydrope.

De balneis vero &c.) In hac parte decima primo agit de balneis nocitiuis eis. Secundo de siccis iuuantibus: ibi (Et quæ eis) Tertio de humidis in substātia siccis in virtute: ibi (Et si fuerint) Quarto de bonitate balnei thermarum: ibi (Et de bonitatibus) Quinto de modis faciendi balnea quæ sunt vt de thermis: ibi (Quod si aquæ) Sexto de modis applicandi hæc balnea diuersis hydropicis: ibi (Et oportet quidem.)

In prima parte ait, quòd humida balnea sunt horrenda asciticis. Et id intelligit de balneis humidis tam virtute quàm substātia, sicut sunt balnea dulcis aquæ calidæ quæ & corpus humectāt & oppilationes in dispositis augent quæ alchiticis obsunt, vt est dictum etiam supra. c.12. de cura cachexiæ parte secunda de mente Gale. paragrapho. Cum ergo euacuantur.

Et ex eis &c.) In secunda primo ait, quòd balnea quæ plus prosunt hydropicis sunt sicca, clybanus calefactus satis et taliter quòd eius calorem toleret intristanter æger intrando & manendo,& istud balneum hyposarcicis maxime seruit & conuenit qui resolutione superfluitatum totius corporis vndiq; indigent repletis his per totum, verum stufas siccas clybano præfero. Secundo præcipit quòd cum hyposarcicus clybanum ingreditur q̃ extra clybanum caput suum teneat in aere recenti. Primo vt frigus aeris per inspirationem ad cor perueniat & pulmonem ipsius,& cor & spiritus inde refrigeretur. Secundo ne sitis plurimum augeatur seu magnificetur, sicut certe fieret si æger inspiraret calidum furni aerē. Tertio vt in hydropisi corpus resolua tur iuuatiuo sudore multum exuberante per ca-

D lorem clybani.i. multæ aquosæ superfluitates & grossa phlegmata totius corporis ab hoc resoluantur sub specie sudoris exuberantissimi.

Et si fuerint &c.) In tertia primo ait, quòd hydropicus positus in statu morbi eius post purgationes & bonum regimen maxime iuuatur per humida balnea secundum substantiam multum desiccatiua suis virtutibus, sicut hæc quæ fiunt in aquis thermarum nitrosis sulfureis aut aluminosis notis & vocatis naturalia balnea, quia calidæ actu sine artificio prodeunt à terra adeptæ à mineris per quas ipsæ transeunt suam caliditatem vt mineris nitri sulfuris aluminis: verum aluminosa suspectiora sunt: licet enim corpus fortiter exiccent, poros tamen oppilant & prohibent aquarum solutiones. Et inter hydropicos hyposarcici proprie iuuantur his balneis

E calidis thermarum cum sæpe ipsa intrant & iterant ea pluries in die, quia vndique indigent resolutione, non in ventre solo sicut tympanitici & ascitici indigent. Secundo dicit, quòd si hyposarcicus tolerare possit sine casu virtutis vel sine magna eius debilitatione vt stet in his balneis vno integro die stet in Dei nomine, quatinus membra eius per multos sudores & resolutiones fortes detumescant. Tertio dicit, q̃ aqua marina tepida calefacta est huius generis: puta aptum balneum sicut modo dicta pro resolutione & consumptione superfluitatum hydropicorum. Quarto dicit, quòd hydropicorum submersio in aqua ista infrigidata in fine rei, scilicet post regimen euacuationes & resolutiones per calida balnea vehementer eis conuenit, quia coadunat & vnit iterius naturalem calorem & spi-

F ritus dispersos à calidis balneis: sed neq; morentur nec frequenter intrent in hanc aquam frigidam: immo submergantur in ea leuiter & protinus exeant ne suo frigore calorem innatum vincat aut debilitet & poros oppilet.

Et de bonitatibus &c.) In quarta primo ait, quòd de bonitatibus balneationū in aquis thermarum est statio regiminis anhelitus frigidi sic quòd æger in eis stans & perseuerans anhelando inspirant aerem frigidum pro cordis & spiritus dulci refrigerio, quia caput & collum, os & ambas nares, vnde īspirat aerem extra balneum habet in recenti aere. Secundo dicit, quòd simile istius deficit in balneis. Et hic per balnea stufas intelligit circumquaq; clausas in quibus stufantes aspirant aerem calidum stufarum non recentem frigidum, sicut in balneis thermarum faciunt: & ideo vix possunt in stufis calidis diu permanere.

Et

Et si aquæ &c.) In.v. primo ait prout etiam Gal.1.simplicium distin.secunda ad finem.c.a.et supra cap.11.parte secunda posuimus, q si aquæ thermarum naturaliter calidæ nobis deficiant, possumus his similes hoc modo efficere nitrosas & quidem dissoluendo in tina dulcis aquæ fluminis & bulliendo simul nitri lib.ij. & similia sulfureæ fiant & aluminosę quę actu calefaciant tolerabiliter. Et in his se balneant hydropici, sicut in aquis thermarum, vel in aqua dulci decoquatur alusnem, aut sinapi aut calx, aut species alię notæ desiccantes, vt cineres aut fęces aceti vel vini siccatæ & combustæ, & in ipsa calida sedeat hydropicus. Inquit Ianuen. quòd alusnem seu vsnem multas habet species & cinis alkali est vna ex eis. Alia est, puluis quidam cum quo saraceni lauant pannos suos & manus. Secūdo dicit, q quāuis hæc balnea non perfectè curent iam factos hydropicos, prosunt tamē eis nec his vti malum est in cunctis hydropicis si virtutes eorum tolerare possint: semper enim aliquid de materia morbi vastant & resoluunt.

Et oportet quidem &c.) In sexta ait, quòd balnea thermarum sic applicanda sunt tympaniticis & ascititis quòd obuient solis vel primò & maxime vētribus eorum, quibus aqua & ventus vnde fiunt iniacent. nam pectus & dorsum, collum, caput, facies in his hydropicis hecticantur & arent: quare non est opus vt ipsis obuient balnea thermarum. Secundo dicit, quòd totum corpus seu truncus corporis hyposarcam habentis obuiare debet his balneis thermarum, qa materia, quæ hyposarcam facit per totum dispersa est & vndique indigens resolutione: sed quęret aliquis quo modo fiet hoc vt hæc balnea solis ventribus adhæreant. Dic quòd per spongias, aut lanas infusis ipsorū aquis & ventri adhibitas actualiter calidas ipsis præexpressas.

Iacobus in Cap.6. Tract. primi, Fen.15.tertij.

De cura icteritiæ citrinæ.

Et omnis qui habet &c.) In quinta primo ait, quòd omnis ictericus de causa calida superfluas debet vitare vigilias & iras frequentes & motus fortes vel sępe iteratos & balnea calida. Ab his enim singulis supercalefactum corpus inflammatur: vnde augetur huius icteritiæ causa. Secundo dicit, quòd in icteritia quandoque caliditas est in toto corpore, & ad hanc tollendam medicus infrigidat hepar & venas, & vesicam fellis vel vesicam vrinæ. Et proprie facit hāc infrigidationem cum ministrat balneum ex aquis frigidis vel ex aquis tepidis in quibus bullierint medicinæ aliquæ frigidæ & humidæ, sicut violaria, folia salicum, nenuphar, lactucæ: ceto nanque totum corpus infrigidatur per tale balneum dum diu moratur in eo patiens donec suum frigus in corpus penetret: sępe enim antę hoc per antiparistasim calefacit corpus. Tertio dicit, quòd aqua actu frigida, & aqua cui admixtę sunt virtutes stypticæ sub forma balnei ministratę corpori resolui prohibent eius icteritiam, quia poros cutis claudunt & oppilant: & similiter est si bibitę fuerint.

Gentilis in Cap.6. Tract. primi, Fen.15.tertij.

De cura icteritiæ citrinæ.

Et ex medicinis.) Dicit ergo primo quòd illæ medicinæ sunt quatuor modorum, quia quędam sunt potationes, alię sunt ablutiones, aliæ sunt sternutationes: licet sternutationes magis conferant ad remouendum icteritiam à facie & oculis. Aliæ sunt regimen commune, cum tina ex aquis fortibus, scilicet aperiendo & abstergendo. Dicitur autem tinæ administratio regimen commune, quia totum corpus tangit. Dicit primo, quòd quando incipit mingere mingat in tina, quia est cura eius. Et hoc dicit primo, quia euacuabit choleram, etiam quia balneum infectum vrina, magis aperit, & abstergit.

Ea vero &c.) Dicit post quòd medicinę quæ per os sumūtur, icteritiam remouent aut extrahunt eam per vrinam, aut per ventrem. Tamen medicina quæ sudore educit, melius est quòd detur super exercitium, & super balneum, & super sitim, & causa est, quia tunc melius & citius ad membra rara & calefacta penetrat: et ideo melius per sudorem impellit materiam. Proprie vero debet post sudorem dari rés sudatiua quando facit sudare potus. Considerandum autem quòd medicina sudatiua aut est potus, aut res potabilis actu humida, sicut est potus aquæ calidæ, aut est aliqua medicina sicut confectio aliqua sicut anacardina vel leutor illa: vult ergo Auicen. q si post exercitiū &c. detur ictericis medicina exiccatiua potabilis, exiccabit & penetrabit, & labetur. Sed si daretur medicina actu sicca posset nocumentum inferre exiccando, nec ad mēbra traheretur sicut si esset actu fluida & potabilis.

Iacobus in Cap.6. Tract. primi, Fen.15.tertij.

De cura icteritiæ citrinæ.

Quartus est regimen cōmune consistens in administrādo balnea seu tinas cū fortibus aqs in resoluendo materias acute, vt sunt sulfureę salsę vel nitrosæ. Tertio dat duas regulas super hoc quarto mō curę. Prima est, q ictericus incipiens mingere quando se balneat, mingat in tina eius vt liberius exeat vijs pręapertis cū vrina cholera;

hoc enim proprie est icteritię cura. Secũda est q̃ æger exiens à tina statim cooperiatur taliter & tantum q̃ frigus penitus non adueniat claudens poros eius,& icteritiam per resolui prohibẽs,& dormiat si velit bene coopertus: quoniam cum somnus alias compescat euacuationes eam quæ est sudoris adaugere solet quæ plurimum proficit curæ icteritię.

Ea vero &c.) In secũda primo ait q̃ illa quæ dantur via medicinæ præter balneum pro curatione morbi icteritiæ:sunt illa quæ à cute icteritiam extrahunt et choleram sub ea compressam eradicant. Secundo dicit, quòd medicinarum quæ à partibus cutis choleram extrahunt & auferunt icteritiam,quandoque hanc extrahunt solutione ventris quam ipse prouocant,quandoq; sudoribus prouocatis ab eis. Adde his modum tertium illarum, quæ extrahunt per insensibiles resolutiones. Tertio dicit, quòd hora melior dãdi has medicinas,maxime potabiles & sudorum prouocatiuas est supra exercitium, laborem & sitim & statim post balneum. Ab his enim viæ multum aperiuntur:vnde fit vt potus sudorem prouocans liberius penetret ad loca ictericię sudore hanc expellens.

Iacobus in Cap.6.Tract.primi, Fen.15.tertij.
De cura icteritiæ citrinæ.

Sexta est drach.ij.pululeris subtilis nucum cypressi cũ drach.ij. cassię ligneæ bibitę cũ.iij.vnc. vini antiqui: ex proprijs.n. diureticis est in casu præsenti,& post eius potum balneetur ęger & in balneo minget totam icteritiam.

Ibidem.

Ablutiones &c.) In hac parte.x. primo agit de ablutionibus auferentibus acute icteritiam. Secundo de emplastris:ibi(Et quandoque) Tertio de oleis.ibi(Et assumuntur.)

In prima particula primo commendat hic totius corporis factas ablutiones cum aqua calida in qua prębullita fuerit aliqua de illis septem herbis quas hic commemorat vel plures aut omnes.Nam cutis abstergitur pori aperiuntur per has ablutiones,& cholera sub cute latens resoluitur.Prima istarum septem est capillus veneris. Secunda est sceha.i.stœcados arabicum. Verum Ianuen.ipsam esse asserit absinthij speciem. Tertia est maioraua & viridis & sicca.Quarta est polium montanum viride aut siccatum. Quinta chamæmilla puta flores & herba recentes & sicci.Sexta est alaniudem præcipue conferens præsenti casui,et est herba ex qua fit assa.Septima est tribulorum radices & herba,coque quas volueris ex his medicinis. Et ex decoctione mane in

D ieiunio laua & frica diu superficiem corporis citrinatam cholera.Secũdo dicit, quòd anethi semen est radix seu basis in ablutionibus quæ resoluunt icteritiam sic quòd maxime ad hoc & præ alijs confert ipsius decoctio. Tertio dicit, quòd acetositas citri similiter confert ad deletionem seu remotionem cuiusq; tincturę deturpantis cutem cum frequenter & diu fricatur cum ea: propterea quòd ipsa vehementer abstergit cum penetratione & incisione.

Et quandoq; &c.) In.2.dicit, q̃ ex medicinis nunc dictis interdum emplastra assumũtur contra icteritiam & fiunt hoc modo. Recipe capillorum veneris,stœcados arabici, maioranæ, polij, chamæmillę,anethi ana drach.ij.terãtur & incorporentur cũ cera & oleis chamęmelino & anethino sufficientibus & fiat emplastrum. Verum

E plus emplastris proficiũt ablutiones in casu præsenti,quia non oppilant à modo substantiæ sicut inunctiones emplastra & olea,& supra corporis totam superficiem facilius ducuntur.

Gentilis in Cap.7.Tract.2.Fen.15.tertij.
De curatione splenis.

Et non &c.) Medicinæ enim splenis nõ debent transire ad gibbum, sed ad hepatis concauum. deinde ad splenem. A concauo igitur oritur vena,quæ ad splenem vadit. Consideradũ m post quòd duricie existente forti, & etiam forti virtute,cibaria possunt administrari secundum modum quem Auicen.ponit, scilicet vt ieiuno stomacho fiat balneatio & statio in tina & in ingressu sumantur incisiua,quia tũc corpore inanito & rarefacto melius penetrabunt, sed si res fuerit hac debilior non oportet ita fortiter pro-

F cedere.

Iacobus in Cap.7.Tract.2.Fen.15.tertij.
De curatione splenis.

In administratione &c.) In hac parte.iiij.dat præcepta.vij.Primum est quòd longa balneatio ægri non sicca,sed humida & statio in tina præferantur cibationi,vt splenis duricies inde mollificetur.Secũdum est,quòd æger post balneum comedat cibos incisiuos & subtiliatiuos,sitim ꝓuocantes vt pisciculos salsos & carnes salsas minutim præincisas & cum eis sinapim & etiam sahanę,& est salsa ægyptiaca qualis est apud nos sinapium commune vel cepę cum aceto petiatim incisum, quatinus materiæ subtilieutur ab his & incidantur.

Gentilis in Cap.13.Tra.2.Fen.16.tertij.
De cura cholericæ passionis.

Sitis &c.)Hic ponit regimen sitis eorum: & primo facit hoc:secundo ponit regimen in cibatione

tione eorum, tertio ponit speciale regimen quãdo spasmant, ibi secunda (Et oportet) ibi tertia (Si autem) Isti ponuntur in balneo ad distractionem materierum, & aqua tepida projiciatur ad eorum capita ad resolutionem vaporum malorum caput ascendentium ex corruptis cibis.

Ibidem.

Et multoties &c.) In.vj. dicit q balneum receptum in passione cholerica frequẽter dispergit malos humores & materiam passionis huius per corpus & membra, quapropter sentitur in membris confractio & interdũ accidit brachijs aut tibijs paralysis particularis aut dormitatio, nam balneum commouet & attrahit humores ab interioribus ad exteriora.

Iacobus in cap.16.tract.2.fen.16.tertij.

De tenasmo.

Decimum est q æger balneum introeat vel siccum aereum quod dicitur stupha vel aqueũ calidũ quod tina appellatur, & ibi moretur donec anus eius calefactus fuerit. Vndecimum est facere q æger sedeat ano discooperto super terram calidam vel quod melius est super asserem pini satis calefactum.

Iacobus in cap.2.tract.4.fen.16.tertij.

De colica frigida.

Octauus est q in vehementi dolore ventoso colico valde confert balneum in aquis thermarum.s. quæ calidæ prodeunt à terra, naturalia quoq; dicuntur balnea, maxime si fuerint sulfureę aut salsę, nam fortiter consumunt, vastant & resoluunt grossas ventositates. Et si non inuẽneris aquas tales naturaliter, arte ipsas cõponas bulliendo fortiter in aquis cõmunibus vinũ, sulfur aut sal. Nonus est q aqua salis armoniaci quæ calida prodit ex minera ipsius mirabiliter iuuat in isto dolore simpliciter & absolute, siue se patiẽs in hac balneauerit, siue de hac biberit & ipsius potum sufferre valeat intristanter & innoxie. Decimus est q sic in ventosa colica balneari confert in tina aquæ calidæ in qua bullierint medicinæ aliquæ quæ resoluunt & subtiliant sicut chamæmilla, melilotũ, anetum, sauina, abrotanũ.

Gentilis in cap.10.tract.4.fen.16.tertij.

De tina & balneis & embrochis in colica.

Signa.) Ponit curam per balnea, primo facit hoc, secundo ponit nocumentum balneorum, secunda ibi (Verũtamen.) Prima patet. Medicinæ calidæ.s.flores chamæmillę, anetum, apium, anisum, vitriolũ & huiusmodi, bulliant in aqua, & fiat balneũ. Causam.s.istius doloris. Alleuiat, idest leuẽ facit. Retenti.i.eius quod retinetur.

Verũtamen &c.) Ponit nocumenta balneo- A rum, patet litera. Mollificat.i.resoluit virtutem. Alcharadenek, est genus ciborum. In quibus.i. per quæ.

Et aqua &c.) Hic ponit balneum cum aquis thermarum naturaliter calidarum vt Petrioli. aquis dulcibus.s.quæ non habent caliditatem ab igne. Nota q si ponatur vas aquę in quo sit foramen, per quod egrediatur aqua quæ percutiat super locum doloris, est vtile.

Iacobus in cap.10.tract.4.fen.8.tertij.

De tina & balneis & embrochis.

Tina &c.) In hoc cap. primo agit de tinis vtilibus colicis. Secundo de embrochis, ibi (Cumq; aliquod.) In.i.parte dat cañ.v. super vsũ tinę pro cura colicę. Primus est q tina seu balneum aqueum vehementer iuuat in cura phlegmaticę & ventosę colicę, maxime dum tina repleta est B aqua in qua medicinę colicę coctę sint, sicut chamemilla, mellilotum, anetum maratrũ, anisum, cyminum aut furfur. Præstat enim colicis iuuamenta.iij. Primũ est q causam colicę resoluit, puta ventositatem & phlegmata grossa. Primo calore quem sibi impressit ignis. Secundo calore vel virtute impressa sibi à medicinis in ea bullitis. Secundum est colon vel alterius intestini dolentis mollificatio vel rarefactio caliditate aquæ & humectatione. Tertium est alleuiatio seu facilitatio carminationis causæ efficientis dolorem, puta grossę ventositatis super extendentis tunicas intestinorum propter mollificationem & rarificationem earundem à calefactione & humiditate tinę. Quartum est lacertorum ani mollicies seu mollificatio per calorem balnei cum humiditate, quæ mollificatio quãplurimum cõfert C vt apertio portę vel præparatio apertiõis eius ad prompte expellendum cum grossis fœcibus ventos & phlegmata qui præretenti erãt. Secundus est, tina colica vexatum ducit ad angustiam & tandem ad syncopim, & quandoq; ad mortem, maxime dum in ea longo tempore stat seu diu moratur vel sæpe ipsam ingreditur. Cuius causam reddit, quia mollificat.i.debilitat & deijcit virtutem resoluendo spiritus superabundanter & calorem innatum. Et ideo pręcipit q patiens debilis in virtute vitę non vtatur ea nisi cum cautela, sic q confortetur ante tinæ ingresum & intina virtus vitalis ipsius, & non sit tinę aqua vehemẽter calida nec diu stet in ea nec sæpe ipsam intret. Tertius est q dum tina vtitur debilis & in ea sedet sint sibi proxima quædam confortantia virtutem ipsius vt fructuum odores aromaticorum, sicut cydoniorum, pomorum arangie flagrantium, pyrorum & odores alij rerum redolentium,

lentium, sicut ambræ grisię, sandalorum, cāphorę violarum ros. & alcardenet .i. tortellæ actu calidæ & panis calidus in vino aromatico & aqua rosacea parumper submersi, & alia in quibus delectatur patiens & requiescit siue cōsolatur. Nā his dum odorantur, cor fortificatur & resocillātur vitales spiritus, angustia decrescit & vitatur syncope. Quartus est dum tina debilis vtitur, attendat ꝙ aqua tinę non ascendat vsq; ad pectus eius neq; ad cor ipsius, sed solum pertingat vsq; ad vmbilicum vel supra hunc, dūtaxat duobus digitis, sic enim spirituum minorem faciet resolutionem & minus cor debilitabit. Quintus est ꝙ habēs frigidam colicam vehementer iuuatur ab aquis thermarum quæ de terra prodeūt actu calidæ, vocanturq; à vulgo naturalia balnea, maxime dum salsæ vel nitrosę existunt, aut magis sulfureæ & mora debita sedet in his patiens. Ipsę enim resoluūt materias colicę ventosas, & alias, & calefaciunt ac confortant viscera frigore percussa. Et sicut colicis est melius vti his thermarū balneis sic eis est melius & magis conueniens vt aquis dulcibus ipsi non approximent nec sedeāt in eis, nisi medicinarum colicę virtutes impressę in eis sint. Ipsę enim frequenter materias colicę frigidę dilatant & superextēdunt magis ꝙ̄ resoluant vnde augetur dolor, & partes quæ ex eis poros cutis intrant tandem se reducunt ad frigiditatē sibi connaturalem, quare lędunt viscera sua frigiditate quæ potius conuenit assidue calefacere.

Cumq; aliquod &c. In .ij. dicit ꝙ ad curam colicæ, vehementer confert interdum quando aliquod vas sicut cantaplora calidis impletur aquis thermarum vel aquis in quibus medicinæ colicæ prębullitę fuerunt, vt anisum anetū chamæmilla furfur, & in fundo vasis plurima foramina separatim fiunt adeo minuta ꝙ sensu forsitan non pcipiūtur propter suam debilitatē seu prę paruitate & ęger supinus super dorsum iacet & supra ęgri ventrem vas hoc eleuatur tanta altitudine vt statura hominis, & sic dimittitur hoc vas eleuatū vt stillę frequentes quasi grossæ guttę de vase distillent per modum embrochę super ęgri ventrem. Nam per effusionem prædictarū aquarum super ventrem ab alto per modū embrochę vel cantaplorę fit vt virtus aquarum vehementer penetret in profundum ventris & ad id coadiuuat caliditas ex motu cōtinuo īsurgēs.

Iacobus in cap. 21. tract. 4. fen. 16. tertij.

De cura colicæ factæ ex fece.

Septimum est balneū minorare in casu hoc .i. raro facere vel dimittere ipsum. Nam si calidum D sit auget raritatem & resolutionem desiccātem feces, ideo si fiat debent sibi imponi medicinæ stypticę, sicut myrtus gallę balaustię rosę, nisi in intestinis ventositas abundet indigens resolui plusquam coarctari styptico balneo. Octauum est ꝙ si ęger balneetur in ista colica fiat eius balneum in aqua frigida qua pori clauduntur vel diminuūtur & raritas corporis nimia reprimitur, ventositates multę in intestinis frigidum balneum intrare prohibeant.

Iacobus in cap. 5. fen. 17. tertij.

De apostemate ani.

Quinta ē encathisma seu sessio in aquis in quibus cocta sunt lenificantia sicut semen lini folia bismaluę vel radices eius & semina ipsius & porri & similia sicut cępę lilij maluę violaria & embrochationes ani cum eisdem similiter conferūt E in casu præsenti.

Iacobus in cap. 5. fen. 17. tertij.

De apostemate ani.

Secundus est ꝙ si multum inde doleat patientis anus, sedeat in aquis calefactis stypticis ad cōfortationē eius vt in aqua decoctionis tapsi barbati & rosarum & balaustiarum. Tertius est ꝙ cum butyro recenti plurimo posito super vstam hęmorrhoidē siue escharā eius medicetur anus priusquam sedeat in aquis stypticis vt ani dolores & ardor illatus inde mitigentur & eschara si sit matura, inde cadat.

Iacobus in cap. 3. tract. posterioris fen. 18. tertij.

De apostematibus in renibus.

Quinta est, aqua calida nocet habētibus apostemata calida in suis renibus vel in altero eorū siue in potu sumpta siue more balnei sedente F ęgro in hac. Nam commouet humores & fluere facit & febrem suo aget calore actuali necnon apostema.

Iacobus in cap. 3. tract. posterioris fen. 18. tertij.

De apostematibus in renibus.

Nona est ꝙ balneum non est conueniens in calidis renum apostematibus nisi post eorū maturationem & declinationem, ante enim irritat & augmentat febrem & apostema istud quod febrem induxit.

Iacobus in cap. 7. tract. prioris fen. 19. tertii.

De lapide vesicæ.

Et oportet &c. In .iij. prædicit ꝙ medicinarum quæ fiunt in lapide vesicæ fortiores illis quæ in lapide renū fiunt, debēt esse propter causas dictas in .i. parte ca. præsentis. Secundo præcipit immittere tinis ad lapidem vesicæ folia agnicasti capillum veneris & folium indum vocatū alabatrum & asiuesir .i. vitem albam seu brioniā &

A & aliquid stypticum vt sunt rosæ siccæ, ne tinæ superflue mollificent virtutem ægri & debilitēt eam. Et hę medicinæ cōmiscendę sunt medicinis notis apponi solitis in tinis lapidosorum vt sunt chamęmilla mellilotum anetum parietaria maluæ cum macro furfure. Tinam ergo lapidē vesicæ habentium hoc modo compone, recipe florū chamæmillę melliloti summitatū anethi parietarię maluę furfuris macri añ. M.ij. foliorū agnicasti capillorū ve. folij indi radicis bryonię vel foliorū eius & floris ipsius rosarum rub. siccarum añ. M.i. bulliantur in vna magna calcabunda dulcis aquæ fluminis fontis aut pluuię quæ tinę imponatur in qua sedeat ęger vsq; ad vmbilicum mane in ieiunio.

Iacobus in cap.7. tract. prioris fen.19. tertij: De lapide vesicæ.

Primum est ꝙ patiens post phlebotomiam & dicta auxilia lenitionis ventris & dietæ tenuis sedeat in tina dulcis aquæ tepidæ in qua bullierint hęc mollificantia, recipe malochię. i. maluę se. lini bismaluę furfuris añ. M.iiij. decoquantur in ea cabūda vna dulcis aquæ fluminis fontis aut pluuię, & huic aquę admisce, & in ea cōquassa olei oliuarum dulcis olei chamæmillæ añ. lib.ij. & in ea tepida se balneet æger donec inceperit attediari ibi, & tunc panno calido suaui inuolutus statim intret lectum. Secundum est ꝙ postquā à tina exiuerit vel eductus fuerit partes virgæ ipsius & circūiacentes radici ipsius & collo vesicæ lenificantibus inungantur oleis vt sunt anethinum & chamæmelinum cōmixta ęqualiter & tepida inuncta.

Iacobus in cap.7. tract. prioris fen.19. tertij. De lapide vesicæ.

Si autem &c.) In quarta primo ait ꝙ si non obstantibus prædictis auxilijs incessanter & assidue crescat apostema, sedeat īfirmus ī tina aquę dulcis tepidæ fluminis in qua bullierint seminis fęnugræci, & seminis lini añ. lib.i. & .ʒ. nam dolores mitigat et partim maturat, & partim resoluit materias apostematis. Secundo dicit ꝙ si fortificentur magis, & magis continue dolores sedeat iterum secundo & tertio diebus patiens in tina aquæ dulcis fluminis tepidæ cui permixta fuerit medietas olei de oliuis dulcibus.

Ibidem.

Primum est & rectius ꝙ in aquis stypticis noti sęger sedeat vt in aquis ferreis vel aluminosis vel de arnoglossa vel de plantagine, quæ sint actu frigidæ vt fortius restringant stypticitate & frigore.

Iacobus in cap.7. tract. prioris fen.19. tertij. De lapide vesicæ.

Quintum vero est ęgrum sedere in balneo puri aceti fortis si fluxus sanguinis non est obediens prædictis remedijs, nec per ea cesset nec ab his sanetur.

Iacobus in cap.13. tract. prioris fen.19. tertij. De apostemate in vesica.

Et scias. In.vj. dat.v. regulas super tinis bonis ī hoc apostemate. Prima est ꝙ sessio freqūes & assidua in tina aquæ dulcis temperate calidæ valde cōfert in cura huius apostematis dum iam tota fluxa est ipsius materia. Nam dolores lenit & morbi materiam digerens resoluit, & quādo in vesicam confluit vrina, & ibi aggregatur tūc ægro est rectius atque facilius ꝙ in tina mingat quæ vias vrinę suauiter aperit. Secūda est ꝙ aquę

B propicię pro tinis & magis vtiles sunt illę in quibus est virtus mollificans ex his quæ sciuisti multoties antea sicut aquæ dulces temperate calidæ in quibus bullierint violariæ maluæ semen lini atriplex bismaluæ senecio. Tertia est ꝙ in his aqs tinarum quandoq; imponuntur adarsesaham. i. radix spicę & radix cyperi & cordumeni. i. carui agreste & spica nardi & amomum & squinanthum cum fęnugræco, & se. lini. Nam hæc resoluendo & mollificando dolores mitigant & notabiliter apostema minuunt, præcipue si iam maturatum fuerit & putrida febris fere desierit. Quarta est ꝙ hæ aquę mollificatiuę tinis idoneę sint vt aquæ dulces in quibus semina lini & fenugræci decocta fuerunt. Quinta est ꝙ iterum aquæ ad has vtiles tinas mollitiuas sunt in quibus napi decocti fuerunt & alhasce & caules. Et

C est alhasce hortulana hyssopus. Et hæc decoctio partim mollificat partim resoluit.

Iacobus in Cap.23. trac. prioris fen.19. tertij. De vesicæ dislocatiua.

Secundo dicit quòd natare in aqua maris ęstiuo tempore supple vel balneari in eadem actu calefacta tempore frigido confert in vesicæ dislocatiōe & mollificatione, quoniam resoluit & desiccat humiditates quæ sunt causa ipsarum cū quadam stypticitate & confortatione lęsę particulę per virtutem salis. Tertio dicit quòd balneare ęgrum in aquis thermarum, scilicet sulfureis vel aluminosis quæ de terra prodeunt actu calidæ valde confert eis, & naturalia balnea vocare has communiter solemus. Ab his enim causæ mollificatiōis & dislocationis frigidæ phlegmaticę potenter tolluntur. Nam has calefaciūt, siccant & resoluunt.

Iacobus

Iacobus in cap.18. tract.posterioris fen.19. tertij.
De cura diabetis.

Tertius est tandiu sedere in tina dulcis aquæ frigidæ φ se æger sentiat quasi congelari & pacificetur inde sua sitis, & renes ipsius infrigidentur, & lacerti prope hos cum vesicæ musculo fortificetur, quos igneus calor prędebilitabat atq; dissoluebat.

Iacobus in cap.30.tract.prioris fen.20.tertij.
De regimine eius qui plurimum vtitur coitu & nocetur eo, & debilitat ipsum, aut cuius læditur visus & sensus ipsius & caput eius, & accidit ei tremor.

Quartum est balneari in dulci aqua calida cũ moderamine & de aqua balnei super caput infirmi ab alto effundere per modum embrochę. Quintum est φ submergat faciem & oculos in aqua serena & in hac aperiat ipsius oculos, nam visum confortat.

Iacobus in cap.9. tract.1. fen.21.tertij.
De regimine & curatione eius.

Tertium est φ balnea dulcis aquæ calidæ penitus dimittat, augent enim adipem. Sed balneis thermarum salsis sulfureis vel aluminosis bene potest vti, quoniam demacrant.

Iacobus in cap.8. tract.2. fen.21.tertij.
De regimine cursus menstruorũ prægnantis.

Decoquantur styptica &c.) In hoc capi. dat duo remedia contra superflua menstrua prægnãtium. Primum est balneum sine aromaticis. Nã muliebria educit ex aromatibus calefactio, vt ait Hipp.apho.5.aph.29. Intrẽt ergo tinam aquæ decoctionis horũ quæ sequuntur pro menstruis stringendis, recipe lentium lib.i. corticum granatorum, balaustiarum, gallarum, glandium & eis similium vt sumach, acatię añ. quartũ.i. conquassentur omnia, & bullientur in aqua tinæ.

Iacobus in cap.8. tract.secundi fen.21.tertij.
De regimine quorundam antiquorum in extrahendo fœtum mortuum.

Et si os &c.) In.xij. pręiubet φ si matricis os apostema calidũ sibi superueniens iam coarctauerit, non tunc laborandum est in extractione fœtus, quia vehementer per illud dolores exacerbarentur & frustra fieret extrahẽdi conatus prohibente extrahi fœtum apostemate vel caput ipsius. Secũdo pręcipit tunc res pingues plurimas & humectatiuas matrici infundere sicut axungias gallinę aut anseris vel mucilagines lini aut fęnugręci, & tinę insidere aquæ decoctiõis maluę cum bismaluis & cępis lilij quibus apostema dictum leniatur & relaxetur os obstructum matricis. Tertio præcipit tunc administrare super

D locum apostematis epithemata per quæ os matricis aperiatur vt illa quæ fiũt ex decoctionibus maluæ bismaluæ summitatum anethi chamæmillę & melliloti. Quarto pręcipit φ istis peractis extrahatur caput quod intra matricem iacẽs remãserat modo φ dictus est in parte priori.

In illo autem. In.xiij. pręiubet φ si egredia tur fœtus super latus & ęquari possit intra hunc reducendo φ administrentur super os matricis epithemata aperitiua vt hæc quæ dicta sunt quatenus matricis ore dilatato fœtus faciliorem inueniat exitũ. Secũdo præcipit si fœtus sic exiens ęquari non possit propter fortem eius coarctationem φ tunc incidatur totus interius in minutas petias, & sic extrahatur.

Iacobus in cap.24. tract.2. fen.21. tertij.
De regimine eius quam lædit partus.

E In.i. parte dat.x. præcepta circa agenda ante partum vt alleuietur. Primũ est assidue balneis aereis & aqueis vti quæ tinas vocat dum partus appropinquat, vt per hæc mollescat & leniatur & aperiatur & tenerescat via transitus fœtus. Secundum est φ tina præualet in casu hoc extra balneum aereum quàm in balneo aereo vt prægnantis virtus non debilitetur calore, sed in tina habeat aerem recentem vultu extra posito & sic matris virtus non mollificabitur seu relaxabitur & soluta decidet.

De balneationibus ad guttas.

Balneatio quidẽ &c.) In hoc ca. primo agit de balneis inutilibus guttis. Secũdo de vtilibus, ibi (Balneationes vero.)

In prima parte dat regulam φ balneum aquę calidæ dulcis & humidæ nocet artheticis propter duas causas. Prima est quoniam quietos humores mouens liquefacit, & eos habilitat ad iuncturas currere. Secunda est quoniam poros.i. venas amplians dilatat vnde facilius ad iuncturas defluunt superfluitates. Et sub dicta regula balneationes in aquis thermarum non comprehendũtur, immo in guttis valent post purgationes & ad confortandum iuncturas debiles, & ad cõsumendum reliquias materierum. Dicta etiam regula non habet locum in doloribus iuncturarum à siccitate exasperante.

Balneationes &c.) In.ij. primo commendat balnea salsa & nitrosa vel natura talia vel facta talia, imponendo in dulci aqua sal & nitrum & fricando cum eis iuncturas dolentes & partes ꝓximas & truncum corporis ad consumptionem reliquiarum materiæ. Secundo cõmendat in arenis calidis sepelire infirmũ, & si istud fieret sub forti sole conferentius esset, prouiso φ caput ab

ęstu

ęstu præseruaretur. Tertio commendat prouocare sudores ad resoluendũ reliquias materierũ.

Io. Matthæi in cap.13.tract. posterioris fen.22.tertij. De balneationibus ad huiusmodi.

Balneatio quidem &c. Ponit nunc vnum capitulum vbi generaliter magis tractat vtilitatem & nocumẽta balneorum, & dixit breuiter, balneatio quidem cum aquis calidis & humidis nocet eis,& adducens rationem quare nocet dixit,per.i.propter illud quod liquefacit de humoribus.s.in toto existentibus & dilatat de poris ex consequenti supple habilitat materias vt fluant ad iuncturas,primo liquefaciendo materiam,secundo disponendo membrum ad recipiendum dilatando & aperiendo meatus non solum communes,immo etiam meatus proximos & immediatos ad iuncturas. Ponit consequenter faciendo exceptionem vtilitatum certorum balneorũ dixit. Nisi in aquis thermarum.i.nisi in balneis mineralibus talia balnea quæ sunt actu calida vt plurimum saltem participant minera sulfuris vt voluit Arist. in de proprietatibus elementorum etiam.xxiiij.problematum problemate.xviij.secundum illumina.in fine problematis licet aliqua plus aliqua minus, sed vt plurimum vltra sulfur participãt natura aluminis vel nitri vel aliquãdo ferri,& talia maxime caliditate & stypticitate confortant & exiccant,& sic iuuant exiccando materiam & iuncturas cõfortando, ideo talia mineralia per hoc quòd multũ confortant, non bene conueniunt nisi facta sufficienti purgatione, de his balneis posset hic vtiliter multa dicere, sed ad alium magis specialem pertinent tractatum. Addit balneationes vero siccæ cum fricatione cum nitro & sale & sepeliri in arena calida sunt iuuatiua eis.s.sudare faciendo & exiccando &c.Circa dictum in prima parte, nota cũ dixit ꝙ balneatio cum aquis calidis & hu. nocet,hoc non tantum intelligitur de balneatione in aqua dulci communis fontis calida, sed etiam ampliari potest dictum ad decoctiões rerum calidarum & humidarum sicut etiam decoctio senis lini parietarię,attriplicis,altęę,sisami,amygmidalarum & huiusmodi,tñ talia in virtute calida & humida ita nocerent sicut etiã aqua fontis calefacta & forte plus ex opposito collige, ꝙ non solum aquæ thermarum & mineralium in casu conueniunt sed etiam aquæ decoctionum radicum & herbarum in casu calefacientium & exiccantium & à proprietate iuncturas & membra neruosa respicientium, vt verbi gratia de radicibus sicut esset acorus qui in casu singularissime valet,Iua aromatica, immo sola iua vt dixit

A Gibertus confert artheticis omnibus sumpta & in cibis & recens & sicca & hoc facit cum proprietate sua quam habet ad iuncturas, licet etiã cum qualitate manifesta valeat ad propositũ nostrum calefaciendo & exiccando. Idem dico de rosmarino, betonica, ruta, maiorana, saluia, serpilio & huiusmodi.Nam si ex eis vel in aqua vel oleo fieret decoctio, & consequenter balneum vel stupha in declinatione vel post purgationes etiam si habere non possent balnea mineralia loco illorum conuenirent,& possent addi in decoctione nitrum alumen sal sulfur cum gũmis appropriatis,& esset singulare,& forte excellẽtius quàm simplex minerale, vnde cum talibus possumus multos debiles ex ætate vel morbo excusare, ne ad balnea mineralia deducantur, quoniã sæpe talibus non sine magno discrimine ad fieri

B potest, vnde sæpe ad malos fines deducuntur, nõ propter balnea tantum, sed propter inconsuetudinem ad aerem regionis & inconsuetudinem ad motum & mutationem in comestionibus & potibus & lectis & huiusmodi, vnde laudo ego prius talia artificiata balnea attentari, quæ si forte non sufficiant stante postea appetitu & inclinatione forti infirmi ad dicta balnea tunc ad ipsa & super ipsa præsumendum est, aliter non laudo, maxime in corporibus ex ætate vel morbo debilitatis vel alias multum delicatis, hoc notate.

Gentilis in cap.18.tract. posterioris fen.22.tertij. De cura calidi doloris.

Et balneentur &c. In secũda pręiubet ęgrũ balneari in prima domo seu casa balnei quæ frigida est & humida postquã eius extremitates effusę fuerint in aqua frigida, vt per hãc humores

C prohibeãtur à penetratione facili in iuncturas, & hic de balneo aereo loquitur. Secundo præcipit vt intromittatur in balneum aqueum seu tinam tepidã quæ infrigidat calefactos & calefacit infrigidatos. Tertio ꝙ subito semel submergatur totum corpus eius in aquam tepidam vt ipsum refrigeret. Quarto ꝙ supra ęgri pedes effundãtur aqua frigida actu qua iuncturę ipsorũ relaxari prohibeantur ab aqua tepida.

Io. Matthæi in cap.17.trac. posterioris fen.22.tertij. De cura calidi doloris.

Addit circa exhibitionem balneorum. Et balneantur cum aqua dulci postquam effunditur super extremitates eorũ aqua frigida in domo prima. i. in domo vel casa prima balnei vbi est aqua tepida balneantur in aqua dulci tepida, ideo addit & administretur tina tepida, deinde submergatur in aqua tepida subito semel,& fundatu

datur ſuper pedes eorum aqua frigida, vult in ſumma ꝙ talia corpora balneentur in aqua tepida non calida, ne materia igneretur, fit autem tale balneum ad conuertendum materiam exterius etiam ad infrigidandum & humectandum materiam talem calidam & ſiccam. Sed quoniã tale balneum relaxat & materiam ponit in fluxu ne ergo in iuncturis pedum recipiatur materia, intendit. d. A. confortare iuncturas pedum cũ aqua frigida, ideo iubet prius ſuper pedes infundi aquam frigidam. Iſte igitur tex. maxime intelligitur in patiente dolorem iunct. pedum tantum à cauſa cholerica quoniã in dolore aliarum iuncturarum non poſset verificari, lege literam totam quia clara eſt.

Io. Matthæi in cap. 34. trac. poſterioris fen. 22. tertij.

De cautela à doloribus iuncturarum.

Ponit conſequẽter ordinem circa balneationes & dicit & minorent in balneationibus. i. ex balneatiõibus & dicit litera exterior & adducit rationẽ, q̃m ipſæ liquefaciunt humores & faciẽt eos currere ad iũcturas relaxãdo & meatus aperiendo, addit tamen vnum, aquę thermarũ conferunt eis in hora ęgritudinis, de his late dictum eſt ſupra, ponit conſequenter vnum obſeruandũ cum corpus vult vti balneo etiam minerali vt dixit. Et ex illis quæ conferunt eis in principio balneorum. i. thermarum & poſt ipſarum expletionem, & in medio introitus ipſorum in ipſis eſt effuſio aquæ frigidæ ſuper iuncturas, iuuat enim in principio, ne reliquæ materiæ fluentes recipiãtur in iuncturis, in medio etiam conueniunt partim ad eandem intentionem, partim ad conſeruandam virtutem thermarum in iuncturis, & poſtremo valet ad eandem intentionem, vbi tamen eſsent iuncturę debiles poſt balnea calida ſi exhiberetur aqua crede quod nimis nocerent.

Gentilis in cap. 26. tract. poſterioris fen. 22. tertij.

De embrochis & tinis.

Sumantur &c.) In hoc capitulo primo agit de embrochis contra ſciaticam. Secũdo de tinis ibi (Et adminiſtrentur) Tertio de oleis quibus fit inunctio ibi (Ea vero ex quibus) Quarto de cærotis ibi (Et cęrotaria.)

In prima parte hanc deſcribit embrocham recipe olei de alcanna aliter vocati cyprini lib. i. aceti de vino lib. ſ. nitri puluerizati quartum. ſ. cardamomi. vnc. i. hyſsopi ſiccæ quartũ. ſ. miſceãtur inſimul & ouina lana ſubmergatur in his & anchę iunctura vaporetur inde.

Et adminiſtrentur &c. In ſecunda præcipit miniſtrare tinas ex aquis decoctionis medicinarum ſimplicium reſolutiuarum, ſicut ſunt mata

D trum ſummitates anethi parietaria ſurfur mẽtha calamentum chamæmilla & mellilotum.

Io. Matthæi in cap. 16. poſterioris fen. 22. tertij.

De embrochis & tinis.

Sumantur olei &c. Sequitur de embrochis rubrica & continuatur ad præcedentia ſic, quoniam ſupra in ca. poſuit curam generalem ipſius ſciaticę per cañ. & medicinas generales. Nunc ipſe enumerãs medicinas magis ſpeciales & primo locales, ſecundo ſoluentes, & numerando locales numerat eas quæ maxime faciunt vtilitatem factis purgationibus, & primo numerat embrochas & vnctiones, ſecundo emplaſtra & epithemata. Et hoc eſt quod dicunt tres rubricę futurorum capitulorum, de prima parte embrocharũ. Dicit prĩo ſumãtur olei de alkãna lib. i. & aceti lib. ſ. & nitri quartã lib. vnius ideſt vnc. iij,

E & cardamomi. vnc. i. ſ. et hyſsopi. ſ. humidę. vnc. i. ſ. ſubmergatur in eo lana & vaporetur cum eo locus. In caſu iſto multũ valet oleum de alkãna quoniam confortat membra neruoſa & calefacit diſsoluendo. Nam alkna idem eſt quod cyperus de quo dictum eſt ſupra quomodo valet, nitrum & cardamomum manifeſtum eſt quomodo valeant in caſu exiccando & attrahendo & diſsoluẽdo, acetum ponitur ad penetrationem, hyſsopus humida ad mollificationem prohibendo lapideitatem, etiam mitigat dolorem, addit. Et adminiſtrentur tinę ex aquis medicinarũ ſingularium reſoluentium prædictarum in hoc ca, ſicut ſunt gentiana, chamædreos, ariſtologia, centaurea roſmarinus bethonica iua & ſimilia. Et iſta eſt cõmunis practica ꝙ facta purgatione fiunt tales tinę in quibus infunditur ęger ſecun-

F dum anchas, & aliquando cum vapore ab illis decoctionibus reſoluto fiunt ſtuphę, & multũ valent in caſu, addit. Ea vero ex quibus fiunt vnctiones ſunt ſicut oleum coſtinum & oleum de euphorbio & oleum de pyretro & oleum de caſtoreo quæ adminiſtrantur poſt mundificationem. i. talia adminiſtrantur & adminiſtrari ſolũ debent poſt mundificationẽ, totum eſt clarũ.

Ex Gentili in cap. 9. trac. 1. fen. 1. quarti.

De curationibus ephemeræ.

Et conceditur eis &c.) Ponit curam per extrinſeca approximata. ſ. balnea, embrochatiões. & fricationes. Concedit autem balneum. ſ. dulcis aquæ propter accidentia. i. propter illa quę ex balneo accidunt, & ſunt quatuor humectatio, ſudatio, rarificatio, & infrigidatio.

In quinta diſpoſitione &c.) Dixerunt quidam. i. quod fiat cum aqua tepida vel temperate calida, vel ꝙ fiat balneum quando diſpoſitio eſt

quieta,

quieta,& nõ sunt indicationes contrarię balneũ prohibentes. Aliter dicimus ad mentem Aui. ꝗ infrigidatio quæ fit à balneo non fit statim, sed quiescente dispositione, tunc aqua reuertitur ad sui frigiditatem quæ stans in poris infrigidat vt primo cañ.fen.ij.illo.c. Quidam ornate loquentium &c. vel in quieta dispositione.i.quando dispositio est quieta, quia sit vera ephe. nõ habens signa putridę. Dixit post quod habens catarrhũ non balneetur. Contra quia balneum maturat materias frigidas crudas vt pręallegato capitulo quidam dicunt quòd balneum ꝗ resoluit & calefacit non conuenit in materia frigida sed balneum ꝗ tantum calefacit. Sed hoc est cõtra Aui. ibidem, dicit enim & est cum balneum resoluit & calefacit &c. Dicendum ergo ꝗ materia catarrhi existente frigida, cruda, multa, balneum dulcis aquæ non competit quia agitat illam. Sed si esset pauca posset illam immaturare, secũrius tamen est post maturationem vt octauo ter. Sed in catarrho acuto, quia eius acuitatẽ mitigat, cõpetit, lege pro his.iij.cañ.fen.v.

Et omnes &c.) Quare, quia quæritur infrigidatio & humectatio, ꝗ fit plus per aquam quam per aerem, sed habentes cutis soliditatem & spissitudinem factam à rebus frigidis vel stypticis indigent multa pororum apertiõe quod plus facit aer calidus.

Embrochatio &c.) Contra quia embrocha est medicamen congruum, ei ꝗ oportet dissolui vt primo cañ.fen.iiij. Dixerunt rudes ꝗ loquitur de embrocha facta ex liquore actu, vel potentia, frigido, sed primo cañ. loquitur de embrocha facta ex liquore actu vel potẽtia calido. Dynus conatur saluare textum dupliciter, primo ꝗ habentes cutis soliditatem debent stare in aere, nec balneari in aquis, nec embrochari aqua quia addit eis oppilationem. Aliter dicit ꝗ in hoc vult innuere ꝗ prius fricatio fiat, vt aperiat poros quàm vtaris embrocha, quia embrocha non dilatat ita poros, nec sic imprimit sicut si fricatio præcedit in eis, est ergo sermo conueniens illis qui habẽt fe. ex oppilatione pororum siue densitate. Et quãuis modi dicti à Dyno sint boni, nos aliter tñ hic dicemus ꝗ in ephe. in qua competit balneum aquæ dulcis calidæ ad resoluendum & poros aperiendos totius, melius est balneare q̃ facere embrochas, & ratio quia embrocha siue proijciendo fiat siue cum pecijs cito infrigidatur sup toto corpore, & cito oppilat ex hoc, & non ita aperit poros in actu suę caliditatis sicut cum homo iacet sub copiosa aquæ quantitate, quãdoq; tamen pręeligimus embrochare, vt cum esset in

A capite adustio vt itelligit apho.xliij.septimę particulę. Si fe.non à cholera habeatur, & ponitur. xvij.continentis primo capitulo. Tadeus tamen dixit quòd embrocha mouet materiam versus cutim & sic oppilat.

Iacobus in cap.9.tract.primi, fen.1.quarti. De curationibus ephemeræ.

Et conceditur &c. In hac parte.iij. dat sex regulas super balneis ephemericorum & vnam super embrochatione. Prima regula est, balneum conceditur ephemeram patientibus quando cõsumitur paroxysmus eorum.i.declinat afflictio febris propter accidẽtia.i. vtilitates quæ ex eo cõtingunt. Prima est humectatio, gratia cuius multum confert balneũ aquæ calidæ dulcis in ephemeris ex laboribus & tristicijs & sollicitudinibus & vigilijs, quibus superflue membra desiccata sunt. Secũda vtilitas est sudatio, quam balneũ B prouocat tam aqueum quod tina dicitur quàm aereum quod vocatur stupha, vnde resoluuntur spiritus igniti vna cum vaporibus & fuliginibus quibus membra in febre detinebantur, & ita sanatur ephemera ex toto. Tertia est rarificatio pororum qua tollitur densitas membrorum & pororum oppilatio, quæ interdum sunt causa ephemeræ febris qua sublata per balneũ calidũ membra rarificans, poros aperiens & sudare faciens sanatur ephemera. Quarta vtilitas est infrigidatio in quieta dispositione.i.tepor & remissio caloris extranei succedentes ęgro per vsum balnei postquam quieuerit commotio caloris superficialis quam balneũ induxit, quæ cito cessat ęgro educto à balneo & eo quiescente ac se reducenti ad propriam naturã. Infrigidationem vero hanc C efficit balneum dulcis aquæ calidæ duplici modo. Primo quidem quia resoluit spiritus & vapores ignitos qui febrem inducebant. Secũdo quia aquæ pars quæ se profundauit per poros in corpus quiescente corpore statim se reducit ad frigiditatem qua membra infrigidat. Signanter dicit hic in quieta dispositione, quia non adnenit infirmo ex balneo infrigidatio donec quieuerit &. balnei calor in eo cessauerit. Sed quæret aliquis quare dicit princeps in principio huius regulę balneum concedi dum consumitur eorum paroxysmus, nunquid in temporibus declinationem præcedentibus etiam conuenit. Videtur ꝗ sic per Galenũ octauo de ingenio capitulo tertio vbi ait. Sed vos scitis ꝗ huiusmodi febricitantes in primo die, secundo & tertio, mane quoq; meridie & vespere & noctu in balneũ misissem, & bene euaserũt quarto vel quinto die sine macula ad solitum opus exeuntes. Dic ꝗ balneũ in

in ephemeris febribus ministrari debet in declinatione,& non in principio augméto vel statu. Iuxta id Galeni.viij.megatechni.c.iij. Verum febre declinante oportet eos curari sicut diximus cum balneo. Et rursus ibi.c.iiij.ait. Febre quoq; cessante balneum ingrediantur. Et iterum ibi. Neq; balneum nisi mitigata febre ingrediatur. Ité Rasis.x. Alman.c.ij.cuiq; speciei febris ephemerę curam tradens propriam iubet in qualibet ministrari balneum dum minui incipit seu declinare. Item Alex.iij.pract.ca.iij.ait. Sed mox leui gata febre ad balneum vadunt propter hoc quia declinat febris. Nec deest ratio quia dum ephemera in spiritibus cordis inflammari incepit deinde augetur & postea stat febris cordi insidet et igniti spiritus in quibus fundatur nondum teté derunt ad exteriora. Si igitur balneum tunc ministretur fortassis faciet ebullire humores & disponet eos ad putrefactionem nec attingere poterit ad resoluendú spiritus ignitos qui sunt causa febris & adhuc cordi insident. Quod si ministretur in declinatione dum ignitos spiritus & vapores incipit natura expellere ad exteriora poros aperiens naturam iuuabit foras educere extraneum calorem,& à febre corpus mundificabit & à suis accidentibus. Secunda regula est, balneum prohibendum est in illis ephemeris in quibus timetur aduentus putredinis seu putridę febris. Quia balneum sua caliditate cómouet humores ebullire faciens & permiscet benignos cú malis, & vtrosq; putredini apparet. Signa vero quibus casus putredinis significatur sunt fœtor vrinæ vel egestionis vel vaporationis per poros factę vel horripilatio ex ingressu balnei. Contra dicit Galenus libro de febribus ad Glauconem. c.de curis ephemerarum in generali.c.v. Curare autem oportet balneo omnes. Et Auerrois septimo colliget ca.de cura febris ephemerę in generali ait. Et scias q refrigeratio in febre per se & p accidens fit. Et per se sicut per cibos frigidos & medicinas. Per accidens vero sicut balneari in aqua calida aut tepida, & maxime in hac febre fit, eo q per ipsam spiritus & vapores dissoluuntur, qui nisi resoluerentur corpus nimium inflámaretur & fortasse ad putridam conuerteretur. Et propter hoc balneum est omnibus cura vniuersalis. Item balneum potius videtur à putrefactione prohibere quàm inducere eam aut augere, qa oppilationes aperit, fuligines resoluit quæ sunt ex causis præcipuis citę putrefactionis. Ad primú dic q Galenus intendit ibi de puris ephemeris nullius putredinis participibus. Idem dic ad secúdum. Ad tertium dic q balneum in de-

D clinatione febris factum iuuare potest aperiédo & resoluédo, in principio vero non. Et cum putredinis aduentus sit febris putridę initium non competit hoc tempore balneum neq; prestat vtilitates modo tactas. Iuxta id Auerrois septimo colliget.ca.x. Et scias q balneum in declinatione febrium collaudatur, quoniam superfluitates subtiles euacuat. In principio vero minime, quia rigores habet prouocare & dissoluit humores, & multiplicat oppilationes, & spargit superfluitates per totum corpus, & non est tutum quin inde proueniat apostema in aliquo principali membro. Et quáuis humores euacuet multiplicat tamé caliditatem & siccitatem febrium, siue fuerit ex aqua calida factum vel ex aere calido, hæc Auer. Et Gal.xj.ingenij.c.xx. Itaq; cum in declinatione.f. vniuersali assumatur transpira-

E tio in corpore moderato nó paruam vtilitatem operatꝰ euacuans vniuersas ex ipso lychniosas.i. lucernosas & fumosas superfluitates. Et si deinde nullum fuerit viscerum imbecille, procederit laboranti sine frixe.i.horrore factus. Tres enim oportet habere intentiones in balneis quæ in oíbus febribus vnam quidem si sine frixe.i. horrore factum fuerit, secundam vero si nulla principalium particularum imbecillis existerit. Et tertiam si non multo crudorum humorum fuerit secundum primas venas &c. Tertia regula est, non oportet vt quis ephemericus euitet balneú, nisi solum ille qui ephemeram patitur ex oppilatione, propter hoc q balneum in hac sola specie febris ephemerę generare solet ęgritudinem putridam. Contra Gal.viij.de ingenio.c.iij.refert se curasse quendam iuuenem passum ephemerá

F ex oppilatione quem trina vice balneari iussit & sic sanatus est. Item Auenzoar.iij.theisir.c.i.ait. Cui vero acciderit hæc febris à balneatione facta in aquis constrictiuis valde vt aquis aluminis & similibus aperiantur eius pori, & abluatur corpus suum cum melonibus aut cum seminibus eorum & intrent in tinam de aqua dulci téperate caliditatis. Item Rasis.x. Alman.cap.ij.in febre ephemera ex frigore aeris oppilante poros & in ephemera ex balneo in aquis rugátibus cutem in declinatione caloris febrilis balneari consulit. Item Auer.vij.colliget cap.vj.ait. Quando accidit ephemera propter cutis inspissationem aut propter aquarum stypticarum balneationé, medicatio per contrarium illius erit balneatio in calida aut tepida aqua post declinationem paroxysmi. Item princeps cap.xxv. tractatus præsentis in ephemera ex oppilatione consulit balneum dicens. Et intromitte ęgrum in die tertio

post

post paroxysmum in balneū hora mollificationis paroxysmi. Itē multi patiētium ephemeram sunt parati cadere in putridā ex alia causa ab oppilatiōe, vt ex aeris putridi inspiratiōe, vel ex esu putridorū ciborū vel de facili putrescibilium vel ex potu putridarū aquarū, & talibus non cōpetit balneū p regulam priorē q̄uis non sint oppilati.

Ad hæc & similia dic q̄ nō fuit intentio principis in hac regula prohibere balneū in oī ephemera ex oppilatione, neq; concedere ipsum in oī ephemera in qua nō est oppilatio, imo fuit eius intentio q̄ balneum est magis suspectū & magis verēdum vbi est timor casus putredinis in ephemeris ex oppilatione q̄ in ephemeris ex alijs causis, & pſertim qñ oppilatio est ex plethora vel cacochymia & fit balneū sine pręcedente euacuatione, tunc. n. dilatat cōmouet dissoluit & ignit humores ebullire faciens, vnde plus oppilant & putrefiunt, nec tñ illos educere sufficit. Quarta regula est, patiens ephemeram ex nauseatiua satietate non est balneandus sicut nec pdicti, nisi in fine febris seu declinatione, & postq̄ pori fuerint aperti & iam descendent nauseatiua satietas seu cibus vel humor qui est causa ipsius. Nam si æger prius balneū intrauerit pducetur corpus ad ęstuationem, humores ebullient, cibus trahetur ad mēbra indigestus, vnde prouenient oppilationes & putridæ febres aut apostemata. Ante balneum ergo subducatur cibus nauseā faciens leni medicina vt cassiafistula vel tamarindis, vel euomatur leni vomitiuo nisi natura eū ex se subduxerit vel euomuerit. Et cū suauibus fricatiōibus pori aperiantur. Et his præmissis in declinatione febris istius oportet. i. expedit vt æger balneū intret. Quinta regula est, patiēs ephemeram & catarrhum habens non balneetur nisi catarrhus adustiuus fuerit. Iuxta id Gal. viij. de inge. c. iij. Si aūt causa fuerit frigiditas balneū prouocabis, nisi rheuma vel catarrhū habuerit, nō. n. balneū his non maturatis est faciēdum. Et Auer. vij. colliget. c. vj. sup hoc ait. Et scias q̄ vniuersalis medicina oibus patientibus ephemerā balneum existit exceptis patientibus rheuma propter frigus & in ephemera ab apostematibus inguinū aut subascellarum causata. Et si causa rheumatis calida fuerit dicit Gal. q̄ balneum intrare debet. Et hoc nō dicit nisi quia sufficiens est in humorum subtiliū digestiōe sed grossos dispergit p totum corpus nec balneari debet nisi post digestionis cōplementū, hæc Auer. Sed quęret aliq̄s quare ī rheumate adustiuo acuto cōceditur balneum & nō in frigido vel nō adustiuo, cū in vtroq; balneū humores quietos cōmoueat ad fluxū congelatos

A liquefaciat, vias suo calore aperiat, qbus oībus aggrauat & adauget rheuma. Item piculosius videtur in adustiuo, quia pcipitat humores acutos, et festine ruere facit, qui passim descēderent si non foret balneum, vñ timēdum est ne pcipitati vias excorient vel locū vlcerent ad quē descendūt. s. pulmonē guttur aut tracheā arteriam. Item balneum humores subtiliat, videtur ergo inutile in rheumate cuius humores sunt nimis subtiles & digestio horum est inspissatio, & conueniens in rheumate frigido ex humoribus quorū digestio est subtiliatio. Dic primo q̄ rheumata adustiua cōiter fiūt ex subtili humore facile mobili nō coagulato qui p balneū de facili trahitur ad exteriora & resoluitur in toto aut in parte magis acuta, quare diuertitur rheuma à suo cursu. Item p balneū cito digeruntur humores subtiles, vt ait

B Auer. auctoritate Gal. ca. nūc dicto. Dic secūdo q̄ in principio & augmēto rheumatis ex grossis humoribus nō cōpetit balneum, quia nō sufficit eos diuertere neq; resoluere neque digerere, sed hos liquefacit & fluxui coaptat, quare rheuma augmētat & posset fieri cā suffocādi ex multitudine materię deorsum latę. Dic. iij. q̄ in declinatione rheumatismi seu ephemerę ex rheumatismo cōpetit balneū ad resolutionē residui materię siue factū fuerit ex acuto humore siue ex grosso frigido. Iuxta illud Ras. x. Almā. c. ij. Cūq; ad salutē puenerit & rheumatismus digest' fuerit et tussis sedata & febris qeuerit ī balneo mittēdus est. Ad. j. obiectū dic q̄ licet balneū ex se cōmoueat humores acutos ad fluxū aliquē non tñ ad rheuma, sed ad exteriora, quia cōiter sunt pauci subtiles facillime resolubiles. Ad sm dic q̄ bal-

C neū eēt piculosius in adustiuo rheumate si tanta eēt ibi humorū abundātia q̄ balneū ipsos digerere non posset neq; resoluere neq; diuertere à via rheumatis. Ad. iij. dic q̄ digestio materiæ acutę aut hūoris subtilis q̄ resolui debet sub forma vaporis nō ē ispissatio, sed subtiliatio, cū digestio sit eius pparatio ad expulsionē, & sit pparatior vt expellat sub forma vaporis subtilis q̄ spissa. Dic scdo q̄ digestio materię rheumatis ex frigidis & grossis humoribus ē īspissatio, qa licet grossi humores phlegmatici sint cā rheumatis, primo tñ defluunt partes ipsorū subtiles aquosę, vt in ophthalmijs et in coryzis manifeste apparet, quas nā paulatim īspissat, & cū spissę fuerit maturę dñr.

Sexta regula est, nullus ephemericus prolongare debet ī aere balnei morā sed maneat ī aqua calida balnei quātum voluerit. i. quādiu delectatur ī ea & ex ipsa sentit alleuiationē. Causa regulę est, quia mora ipsius plixa ī aere calido stuphæ

 mebra

membra inflãmaret & deficcaret, igniret humores & vires deijceret. Aqua vero humectat nec nimiũ resoluit. Ab hac regula excipit habentes ephemerã ex soliditate mẽbrorũ & spissitudine cutis, quibus cõuenit tãdiu morari in aere balnei donec ipsi sudẽt, quia aer balnei magis rarificat mẽbra nimis solida & attenuat cutẽ q̃ aqua balnei. Eiusdem sententię meminit Gal. li. de feb. ad Glauco. c. vj. dicẽs dicti j. Curare aũt oportet balneo oẽs, eos quidẽ qui in densitate cutis aut i bubonibus febricitauerunt si in aere balnei tardare pceperis, nihil lędes. Reliquos vero oẽs q̃cito ab aere remoue. In aqua vero si amplius morari voluerint cõcede. Attẽde tñ q̧ in ephemera ex bubone non cõpetit balneũ nisi materia iam fluxa & digesta, ne putridã afferat, & apostema ipsum adeo magnificet vt mẽbrũ pdat & estiomenet.

Septima regula est de embrochatione & est, embrochatio in ephemera oppilat poros si facta fuerit effundẽdo aut leniẽdo tñ. Attende primo q̧ Gal. patiẽtes ephemeram ex oppilatione pororum maxime iuuenes cholericos in balneũ mittebat oleo hos vngens & suauiter fricãs. Deinde embrochabat pauca aqua frigida ad retentionẽ naturalis caloris & humiditatis innatę & confortationẽ virtutis, vt ipse cõmemorat. viij. de inge. c. ij. dicens. Misi ergo eũ in balneũ vngẽs corpus cum oleo tepido, & molli fricatione eũ fricui, & iussi ei vt i fonte magis q̃ in balneo moraretur. Cumq; balneũ egrederetur fudi eum ex aqua frigida, postea exiccaui. Et virtute iam reuersa iterũ balneum intrauit, hæc ille. Et de embrochatione hac ex aqua frigida potest intelligi regula nunc dicta, quasi velit princeps Gal. tacite hic reprehendere de effusione vel embrochatione aquæ frigidæ in exitu balnei super ephemericum ex oppilatione, sicut Auer. vij. colliget. c. vj. reprehẽdit eum de tali embrocha & de trina balneatione dicẽs. Neq; est necesse balneũ intrare nisi semel sicut Gal. faciebat, qui infirmũ faciebat balneari bis aut ter, eo q̧ hoc regimen nõ cõuenit nisi hoĩbus assuetis multum balneari. Sed embrochatio post balneũ ex aqua frigida vt mihi videtur iterata clausionẽ pororũ facit, nisi pori minuti forent aperti, aut corpus esset nimis calefactum. Attende secũdo q̧ nunc dicta regula potest intelligi de embrocha etiã ex aqua calida dum fit in ephemera ex oppilatione propter plethoram vel humores viscosos non antecedente euacuatione cũ phlebotomia vel pharmacia. Nã tunc embrocha commouet humores & dilatat eos, & cuti approximant, non tñ sufficit ipsos resoluere, quare potius auget oppilationem quam

D ipsam minuat, maxime cum ipsa fit effundendo aquam vel leniendo tantum absq; fricatione.

Gentilis in Fen. 5. Tract. 1. cap.

De ephem. ex angustia.

Oportet &c.) Hic ponit curã nũc cum his q̃ respiciunt causam, sicut sunt lętificãtia nũc cum his quæ respiciunt fe. s. inflãmationem cum infrigidantibus, nũc cum his quæ respiciunt accidẽs s. exiccationẽ cũ humectãtibus. Cum fricatione &c.) Ad penetrãdũ. Oleũ. n. aliquod &c.) Scilicet dulce vel chamæmelinũ vt tua extimatiua iudicat. Quia balneum &c.) Quia in primo occursu balneum calefacit. reliqua sunt nota.

Iacobus in Fen. 1. tract. 1. cap.

De ephem. ex angustia.

Cuius &c. In. iij. dat curam ephemeræ s. ex angustia sub. v. regulis. Pria est, multiplicet ęger
E balneationẽ in aqua dulci tẽperatę caliditatis & plus intendat balneo aqueo quod una dicitur q̃ aereo quod vocatur stupha vel pyria. Nã balneũ aquæ calorẽ & spiritus intus conculcatos ad exteriora reuocat, spiritus ignitos & vapores resoluit, corpus humectat, angustiam mulcet, stupha vero siccat & inflãmat corpus. Secũda est, vtatur ęger inunctione multa ex oleo oliuę dulci cum fricatione suaui statim post balneum. Quia plus iuuatur per oleũ q̃ per balneũ in humectatione suorum mẽbrorum exteriorũ & retentione nutrimenti attracti & caloris innati p balneũ ad ea. Iuxta illud Gal. viij. inge. ca. iij. igitur furores & tristitię, & vigilię, & solicitudines, neq; fricationibus neq; balneis indigent multis, sed multum quidẽ in oĩbus qui ex tali februerint causa oleũ circũeffundere tepidũ, minime participãs stypticitate, fricatũ vero parũ balneari, vt cõsuetudo.
F hęc ille, sed i cura eph. ex calore necessitas ad balneandũ plus est q̃ ad vngendũ vt infra. ca. xxix.

Gentilis in Cap. 14. Trac. primi, Fen. 5. quarti.

De ephemera ex ira.

Fac eos quiescere &c. Hæc cura cõuertitur ad causam cum quiete & lętificantibus. Conuertitur ẽt ad dispositionẽ. s. calorem transpirãdo & remittẽdo acuitatẽ, cum balneo. s. paucę caliditatis, qa si esset manifesti caloris noceret, & sic tollitur cõtradictio ad Sera. & conuenientius cum oleo aliquo, vt violato q̧ melius est, vt patet, & ideo dat frigida & humida, & prohibet vinũ ne inflammet, & quia auget iram vt Serap. & tu cõsidera consuetudines.

Iacobus in Cap. 14. Trac. primi, Fen. 1. quarti.

De ephemera ex ira.

Cura &c. In tertia parte dat curam ephemeræ ex ira sub sex regul. Prima est, fac ęgrum quiescere

ficere nedū à motu ire, sed ēt ab oī forti alio motu vt sedetur ebullitio sanguinis & incēsio spiritus ex impetu irę. Secunda est fac ęgrum occupari in lenificantibus seu demulcētibus animū iratum, & lętificantibus ex narrationibus fabularū & historiarum & colloquijs gratis & melodijs cantilenarū & instrumentorū musicaliū & spectaculis aut ludis mirabilibus. Iuxta id Auēzo. trac.i.iij.theisir.c.i. Curatio autē huius febris est iram infirmi sedare & assistere sibi quæ ipsum lętificent & deleāt irā & permaneat in tranquillitate & quiete. Tertia est, balneetur ęger in aqua tepida nō multi caloris. Nā aqua tepida calefacit infrigidatos & infrigidat calefactos, corpus humectat ab ira siccatū & tactum delectat. Circa hoc attende q̄ Sera.vi.breuia.c.de ephe.ex ira ꝓhibet in ea balneū dicēs. Et similiter oportet vt prohibeātur ēt à balneo. Nam de ꝓprietate eius

B est vt adiuuet materiā quæ est in corporibus eorum ad putrefaciēdum & attrahit febrē aut figit eā ad quædā mēbra & facit accidere apostema. Sed videtur in hoc Gal. obuius li. de febribus ad Glauconē.c.v.dicēs. Curare aūt oportet balneo oēs. Et Rasis.x. Almā.c.i.laudat in ephemera ex ira balneū. Et Auer.vij.colliget.c.vi.ait. Et scias q̄ vniuersalis medicina oībus patientibus ephemerā balneū existit exceptis patiētibus rheuma ꝓpter frigus, & in ephemera ab apostematibus. Sed Sera.tot insignibus viris quasi contradicens saluari sic potest, q̄ intellexit de ephemera febre passione irę durante & sanguine circa cor adhuc ebulliente, vel de ephemera ex ira cū multa ebullitione cholerę ex qua suspicio est de aduētu putridę febris. In declinatiōe vero ephemeræ ex ira sedata passione balneū tepidū non modicū con-

C fert. Quarta est, inungitur ęger multa inunctiōe cū oleo plurimo ex humectatiuis & infrigidatiuis, vt nenupharino vel violato. Id enim plus cōfert q̄ aqua calida, quia plus humectat & magis lenit, & resoluta ex calore magis intra retinet & resolui prohibet calorē innatū. Iuxta id Gal.viij. de ingenio.c.iij. Si fuerit ira vigilia vel angustia nō necesse est multum balneare siue fricare, sed infundi oleo tepido nil stypticitatis habente.

Iacobus in Cap.26. Tract.1.fen.1.quarti.

De ephem.ex somno & vigilijs.

Curatio &c. In tertia innuit q̄ cura ephemeræ ex vigilijs est sex. Prima est ociari seu in ocio viuere relicta oī cura & sollicitudine, & quiescere ab oī motu forti & longo corporis & animæ, & dormire sufficiēter, vt in ocio qēte, & somno calor spiritus & humiditates à vigilijs resoluti passim reparari possint & regenerari. Secūda est embrochatio capitis cum infrigidātibus & humectantibus. Iuxta id Serap.c.nunc dicto. Oportet ergo vt curemus illum quē iuadit hæc febris cum rebus contrariis vigiliis & incipiamus & ingeniemus in attractione somni eis cum embrocatione aquæ dulcis tepidę in qua decoctę sunt chamæmilla & viola sicca & rosæ nenuphare & hordeum excorticatum & papauer super caput. Tertia est balneum humidum aquæ dulcis tepidę per quod humectentur membra desiccata ex vigiliis nimiis. Iuxta illud Rasis.x.Alman.c.ii. Si autem hæc febris causa vigiliarum vel multę sollicitudinis contingat ęger postquam ipsa minui incęperit balneum ingrediatur.

Gentilis in cap.18. trac.1.fen.1.quarti.

De ephem.ex somno & vigilia.

Curatio ei⁹&c.) Infrigidat & humectat &c.) Contra quia ista inducunt somnum. Exercitiū temperatum &c.) Contra quia conseruat calidum non infrigidat. Dicendum q̄ infrigidantia & humectantia dantur propter febrem & non quæcunq;, sed quæ cum hoc teneant eum vigilē vt balneum & exercitium. Ad secūdum dicunt temperatum dicitur debile exercitium quia iste non posset multum exercitari, cum fit febriēs hoc exercitium excludendo vapores inflammatos īfrigidat & humectat.

Iacobus in cap.18. tract.1. fen.1. quarti.

De ephem.ex somno & vigilia.

Cura &c. In.iii. dicit q̄ cura ephemeræ ex somno & quiete est quatuor res. Prima est sudatio in aere balnei.s.in stupha quæ poros aperit & vapores educit, quorum retentio induxit ephemeram, ac ablutio totius corporis in aqua dulci competenter calida qua cutis lenitur & abstergitur & pori ipsius aperti tenētur et sudor augetur per quem resoluūtur auctę humiditates ex somno & quiete.

Iacobus in cap.19. tract.1. fen.1. quarti.

De ephemera e labore.

Cura &c. In tertia innuit q̄ cura ephemeræ ex labore est sex res. Prima est tranquillitas siue quies ab oī labore animi & corporis, vt membra fessa & resoluta nimio labore quiete reficiātur. Iuxta id Hipp.apho.ij.aph.xlvij. In oī motione corporis cū cęperit quis dolere, quiescere statim remediū est. Et Sera.vj.bre.sui.c.vj.ait. Et oportet vt curemus illos in primis cū quiete & tranquillitate. Secūda est balneatio.s.statio in are balnei tepido, & tina.s.balneatio in aqua tepida dulci. De qua iterum dicit paragrapho vlti.capituli istius q̄ si ephemerici ex labore indigēt iteratiōe balnei propter reliquias lassitudinis & siccitatis

& febris, iterentur oĩa quæ sunt scripta in.c.suo idest summatim et capitulariter recollecta ĩ principio capituli istius. ¶ balneum & tina: fricatio & inunctio. Iuxta illud Rasis.x. Almā.c.i. Cū ergo aliquis hanc febrē causa laboris incurrit, oportet vt cū cęperit minui ęger balneū ingrediatur & in domo media moretur iuxta portā per quā reditur ad domū primam quæ ante faciem ipsius aperiēda est. Ad vltimum quoq; locus sit talis in quo delectetur & vt nullo modo sudet si sit possibile, nec īflāmetur, nec ęstuet nec cogatur aerē vehementer attrahere, sit aūt locus talis in quo ipsum diu morari sit possibile vbi & semicupiū tepidā continēs aquā in qua delectetur ingrediatur. Corpori vero ipsius aquæ tepidæ multitudo supfundatur, & pcipue in locis articulorū, & fricetur suauiter & pmatur molliter. Tertia est inūctio cū aliquo ex oleis humectatiuis, & proprie administrata sup iuncturas suauiter fricando. Et super hac inunctione dat quatuor regulas paragrapho illo capituli istius, Et oportet vt eorum inunctio. Prima est, multo maior fieri debet in ephemera ex labore cum oleo aliquo inunctio quàm in quibusdam alijs ephemeris. Primo vt humectentur per hanc inunctionem membra & iuncturę istorū infirmorum ex labore nimio supexiccatę. Secundo vt p eā mollificētur chordę & ligamēta arefactę et tensę propter siccitatē ac ēt nerui sicut in spasmo de inanitiōe. Secunda est, oleum violatum est de melioribus oleis ad inungēdum istos ephemericos, qnia suauiter lenit & humectat ac infrigidat partes eo inunctas duras remolliēs & tēsas relaxās. Tertia regu. est, oportet vt horum inunctio cōicet corpori. i. generaliter in toto corpore fiat, maxime in capite collo & spondylibus & iuncturis oībus, eo q̃ hę partes maxime ex labore vexatę fuerunt desiccatę & inflāmatę. Quarta regula ē inunctio nunc dicta pcipue cōpetit post balneatiōē, vt apertis poris & terrestri abstersa sordicie acute p balneū & tinā profundius penetret & plus infrigidet leniat & humectet oleorum virtus. Attende primo q̃ Ras. x. Almā.c.i. post hanc inunctiōnē iubet ęgrum rursus ītroire balneum, deinde. s. post primum balneum corpus ipsius abstergatur, & ex oleo violato tepefacto inungatur, & maxima solicitudo habeatur pręcipue circa iuncturas & colli carinas & costarum. Postq̃ autē hoc aliquibus horis factum fuerit iterum in aquā tepidā intrandum est, & ex ea sup eum infundendum, deinde redeundum est ad inungēdum. Attende secundo q̃ Auēzo. iij. theisir.c.i.trac.i. prohibet his ęgris madefacere caput, sed fricare consulit

D ipsum cnm melonibus vel semine eorum dicēs. Febricitantes vero febre laboris requirunt q̃ iubeas eos ingredi tinā aquæ dulcis tepidę, & stent in ipsa quādiu eos non tędeat & in ipso delectentur, & madefiat suum totum corpus pter caput; & fricetur caput cum melonibus bene maturatis, & si nō fuerit tēpus melonum fiat cum semine ipsorum trito. vt aperiantur pori corporis & dissoinātur vapores fumosi q̃ illud calefecerunt.

Attēde tertio q̃ Alex. iij. prac.c.iiij. prohibet his multā fricationē & inunctionem cum solo oleo dicens. Neq; enim q̃plurimum oportet fricari corp' neq; vngi solo oleo, sed mixta aqua cū oleo etenim hæc humectāt, nam oleum solum p se impedimētum facit, cum aqua autē mixtum magis in pfundum ingrediens infrigidat articulos ex labore calefactos. Et rursus a liquibus interpositis ait. Nescio autē pro qua causa. G. oleo solo tepido vtebatur, & aquā fugiebat simul miscere, cum nō sit frigidæ admixtio aquæ sed tepidę. Et græcum hunc solēnem Sera. imitatus est. vi. bre.c.vi. dicēs. Et inungātur corpora eorum si tēpus est calidum siccum, & cōplexio infirmi est decliuis ad hæc duo cum oleo vio. & cum oleo nenupha. aggregatis cum aqua pauca. Quod si istę dispositiones sunt ecōuerso inungātur cum oleo de cheiri & oleo ē chamæmelo, & hoc cum inūctione leni valde temperata in multitudine donec humectet eos.

E

Iacobus in Cap. 24. Tract. 1. Fen. 1. quarti. De ephemera ex fame.

Secunda regula est q̃ ęger in balneo ponatur temperati aeris, & aqua tepida super capnt eius abunde effundatur & sedeat ī ea vt humectetur

F & tēperetur febrilis calor ac leniatur. Tertia est q̃ humectetur et vngatur corpus ęgri cum oleo rosato vel violato vel nenuphario vel omnibus simul parum tepefactis & similibus vt tollatur siccitas à fame & febre simul introducta.

Iacobus in cap. 24. tract. primi, fen. 1. quarti. De ephem. ex siti,

Cura &c. In. ij. dat tres regulas super cura ephemerę ex siti. Prima est q̃ ęgro detur in potu frigida aqua munda si cōsuetus sit ipsam bibere, nec sit in visceribus vel pectoralibus apostema aliqđ vel alius morbus aut debilitas potum aquę prohibens. Nam per aquā frigidam sitis mitigatur vel penitus tollitur, corpus humectatur, febris extinguitur. Vel loco aquę detur aqua fructuum infrigidantiū & pręcipne malorū granatorum, quæ refrigerando cor & hepar nutrit & confortat ac sitim extinguit vel saltē mitigat, valet ēt aqua hordei & aqua lactucę & aqua cucurbitæ.

bitæ. Secūda est q̄ humectetur corpus ęgri in tina.s.in balneo aquæ dulcis tepida qua mebra humectētur desiccata ex siti & calor accēssus febris mitigetur. Tertia est si balneatio in aqua frigida possibilis est sine detrimento vel piculo maioris incōmodi in hac feb.fiat. Possibilis vero est & cōueniēs in iuuene carnoso & medio æstatis ī aqua fluminis soli exposita vel non multū frigida, in qua videmus absq; nocumento sępe balneari & natare iuuenes ęstiuo tēpore. Sit aūt in hac aqua mora ęgri tanta q̄ sentiat ęger aliq̄d frigoris intus penetrare, mediocris tn̄ sine rigore & horripilatione, qm̄q; enim per hoc subito abit febris sicut videmus supcalefactos & ęstuosos sic se balneantes temperatos fieri cibos appetere & bene dormire. Attende q̄ pp̄ter similitudinē ephemeræ ex fui i cū ephemera ex fame Raſ.x. Almā. c.ij.curam vtriusq; sub sex regulis dat. Prima regula est, qui aūt hac febre laborat, quia multam famē & sitim passus est si cū sola lassitudo & grauitas eū inuaserit anteq̄ febris in ea cōfirmata sit inueniatur triticū fractum multa aqua adhibitū & coctū & in niue infrigidatū dandū est & zuccharū tabarzet.i.albū. Secūda est, si aūt nō iuenitnisi postq̄ febris in eo confirmata fuerit, pcipiendum est ei sæpe ex aqua frigida paulatim bibere donec febris reprimetur. Tertia est, deinde p aliquod spaciū in aquā tepidam est mittendus, & aqua sup eū fundēda frigiditate cui⁹ nō lędatur. Quarta est, postea ptisanā bibat. Quinta est, & ex nutrientibus humectantibus nutriatur. Sexta est, à calidis abstineat donec sanitati restituatur.

Gentilis in cap.26.tract.primi fen.1.quarti.

De ephem.ex oppilatione.

Quarta cōditio vel consideratio est in pulsu. ijs cōsideratis procede hoc regimine.s.intromitte eum in balneū & innuit conditionē quintā.s. sit q̄ in die tertia & non est alia conditio à prędictis nisi q̄ est tēpus quo extimabile est q̄ sit in declinatione & q̄ feceris quæ oportuit de euacuatione. Sexta conditio est q̄ fiat.v.horis & paucioribus si non est aliud spatium ante paroxysmum futurum si creditur statim paroxysmi reuersio, & ideo exponitur si fuerit.i.esse debeat feb. vsq; ad.v.horas.s.si tn̄ est spatium & tandem pcipies vnctionem & fricationem & sunt sermones oēs Gal.viij.tera. Septima conditio est q̄ si faciat balneum accidētia mala ex quibus timetur putredinem fieri non moretur, q̄a istę oppilationes sunt aptę trāsire in putridā nō aptę remoneri balneo.

Cum ergo &c.) Vult q̄ differat cibū quousq; transit hora suspecta paroxysmi, sed si expedit cibari in hoc dispositio & nō tolerat quia nō tolerat esse absq; cibo. Et si fuerit &c.i.tu bene curasti & cura sicut prius cum balneo & cibo. Et si fuerit &c. & vrina fuerit non sicut oportet quia fuerit cruda tunc transit in putridam.

A

Iacobus in cap.26. tract.primi.fen.1.quarti.

De ephem.ex oppilatione.

Et intromitte &c.) In.iiij.parte dat.x. regulas sup vsu istorum & cōuenienti ministratione. Prima est, si minuatur & deficiat febris vel secūdus accessus sit debilior primo & non careat vrina digestione, neq; pulsus putredinē indicet intromittēdus est ęger in balneū in die tertio post paroxysmū hora mollificationis.i.declinationis paroxysmi expectati si fuerit febris vsq; ad.v.horas ante paroxysmū alium vēturum. Ita q̄ inter balneū factum in declinatione paroxysmi tertię diei et sequentē paroxysmū interueniat tēpus.v. horarū. Eiusdem sententię Gal.meminit verbis clarioribus.viij.de inge.c.iiij.vnde istā literā traxit princeps, dicēs. Cūq; inquisieris infirmū & febrem minoratā esse videbis, & in tertio die paruissima extiterit, & in pulsu putredinis significatio nō apparuerit nec in vrina signū indigestibilitatis aspexeris & in prima die ante.vj.horā accessio fuerit, mitte eū in balneum multum ante sextam horā eo vt exeat ante tertiā. Quod si febrem in.x.hora venire putaueris vsq; ad septimā in balneo moretur. Itē vniuersaliter dico morā in balneo sic esse metiendā & postq̄ exierit vsq; ad accessionē sit trium horarum vel quatuor spatiū ęqualis diei. Et breuius itidē cōmemorat me gatechni.viij.c.v.dicēs. Si videris multū descendisse febrē neq; in pulsu vel vrina signa putredinis appareant, secure eū in balneū declinante febre ītroducas. Et debes metiri ab hora qua egreditur de balneo vsq; dū accessio febris veniat vt sit spatiū.iiij.horarū. Secūda regula est, q̄ vngatur ęger aliquibus oleis aperitiuis & resolutiuis non multę caliditatis vt oleo chamæmelino vel anethino cōsiderationibus p̄habitis quarū meminimus & post phlebotomiam & purgationem. Tertia est fricetur ęger cū rebus in quibus est abstersio ęqualis.i.tēperata sicut cū eo quod est inter farinam fabarū quæ remisse abstergit & farinam orobi quæ abstergit fortiter & farinā radicis lilij cęlestis quæ ireos dicitur & farinā radicis aristolochiæ emollitę seu contritę cū aliquātulo mellis & aquæ. Attende primo q̄ farinę medię inter farinā fabarū & inter farinā orobi sunt farinę hordei siliginis tritici cicerū & lupinorū.

B

C

Attēde secūdo q̄ dicta in tribus prioribus regulis ordine tali sunt administrāda. Introducto ęgro ī aere balnei satis calido, Prīo fricetur totū corpus

corpus eius abstersiuis dictis vt à cute & poris abstergatur sordicies adhęrens & apiantur pori. Secundo inungatur aliquo oleorum resolutiuorum. Tertio lauetur. Iuxta id Gal. viij. de inge. c. iiij. Prius tñ q̃ lauetur corpus fricetur & vngatur moderate cum rebus mundificatiuis. Attende tertio q̃ mundificatiua ab extra applicāda sic ibi memorat. Quæ aũt exterius corpus mũdificant ex libris in quibus scripta sunt scire valebis. Ex quibus est farina orobi farina hordei fabę, mel cum aqua mixtum, & maxime ireos & radix arboris opopanaci & aristologia & mel cũ pauco aquę mixtum. Aqua cum melle miscetur vt mel subtiliatũ poros ingredi valeat, hæc Gal. Quarta est, si fueris ausus vti fortioribus abstersiuis ita q̃ non timeas augmentum febris nec excoriationẽ cutis, quia satis spissa est, nec dolorẽ nimium quia ęger non est tener delicatus acuti sensus, tũc vtere spuma baurach. i. nitri ad vehementius mundificandum & abstergendum. Iuxta id Gal. ibi. Item aphronitrũ. i. spuma nitri & nitrum, si aũt nitrum fuerit petrosum incendatur & puluerizetur. Item oportet esse mũdum clarum & acutum in sapore & odore. Sapo quoq; est mundificatiuum. Sufficiant dicta hæc de mundificatiuis. Quinta est, si ęstimes vel arbitratus fueris q̃ balneum alteret naturam ægri in aliquo, alteratiõe ducente ad deterius vt ad ęstuationem male tolerabilem vel ad putredinẽ snorũ humorum & facit accidere quasi horripilationem nõ maneat ęger ictu oculi seu mometo vnico quo clauditur oculus in balneo, sed statim extrahatur. Quia p hęc significatur q̃ istę oppilationes non sunt de genere earum quas aperit balneũ, immo fortiores & periculosiores, quæ à balneo irritantur. Sexta est, cum ęger cui balneum cõuenit exit de balneo non debet cibari neq; vinum bibere nisi postq̃ fuerit securus à paroxysmo. s. postquã trãsierit hora qua contigerat prior paroxysmus & expectatur alius venturus. Quia si cibetur aut bibat vinum ante paroxysmum corrũpetur cibus adueniente paroxysmo & magis nutriet febrem q̃ corpus & naturã distrahet ab occupatione circa solutionem oppilationũ. Iuxta id Gal. vbi supra. Ostendamus autẽ quid sit faciendũ post balneum cũ non sit prolixum. Nõ enim dandus est cibus vel potus post balneũ si post tres horas febrem scias esse vẽturam, nisi ille vbi coctum est apium. Septima est, si dispositio ęgri exigit vt cibetur aliquantulum cito post balneum, & nõ tolerat abstinentiã omnimodã à cibo, vel quia debilis & resolutus est, vel quia famescit fame non mendosa quã moleste tolerat & ęstuat inde, de-

D tur ei in potu quid aperitiuũ vt subtilis aqua hordei plurimę aquæ & pauci hordei & plurimę decoctionis decocta cum apio. Ipsa est cibus & potus & medicina vias aperiens & oppilationes diminuens velocissimę digestionis & penetrationis vt iã digesta sit adueniente paroxysmo. Iuxta id Gal. megatechni. viij. c. 6. Nutriatur si ęstas nõ est & febris non cito sit vẽtura post duas vel tres horas & vsque ad quintam cum ptisana. Si vero ęstas est post vnã vel duas horas ab hora balnei, scilicet da oxyzaccarã cũ apozemate. i. decoctione apij. Alexander vero. iij. prac. c. ix. quod est de ephemeris ex emphraxi sic dięttam ordinat. Dięta aũt sit nihil habens in se siccum aut asperũ aut acre. i. acutum. Ptisanę quidẽ eis vtilissimę sunt ad humectandum. Et post humectationẽ danda sunt alia quæ proijcere possunt humores & extenuare admixto cum eis modico apomellis.

E Quando fauus mellis cum aqua lauetur aqua illa mellis apomel dicit, habet enim ex hoc aliam proiectoriam virtutẽ, & nihil habet in se calidũ. Pisces autẽ vtiles sunt in cibo qui bene digerantur. De pullis vero domesticis alę vel ascellę. Ex oleribus vero lactucę intyba. i. endiuia domestica & troxima. i. endiuia agrestis. Hanc aũt oportet esse diętam sicut diximus in calidam distemperantiam. Si aũt nihil tale fuerit & ex phlegmate ibi videatur esse facta emphraxis. i. oppilatio, tunc securius dabis zemã. i. decoctionẽ de apio & anetho & adiantho & oxymel non solũ simplex, sed etiam compositum his qui frigidiores sunt distemperantia à Gal. veraciter dictum est q̃ oxymel & proijcit fortiter & non excitat febrem, hæc ille. Octaua est, si ephemera post bal-

F ueum non iteretur ei. i. non redeat paroxysmus ille qui expectabatur, tunc balnea infirmum secunda vice si desideret illud, deinde ciba ipsum. Iuxta id Gal. viii. de inge. c. iiij. Quod si febris in hora qua putauisti non venerit, iterum in balneum mittatur si velis. Et dabis ei cibum secundũ canones quos tibi monstraui. Nona est, si diminutus fuerit expectatus paroxysmus à paroxysmo primo, sic quòd febris declinando procedat & vrina fuerit bona. s. bene digesta & hypostasiata tunc confide in veritate curationis. s. q̃ æger veraciter curatur & in paucitate oppilationis quæ cito soluetur. Et cura infirmum post eradicationem paroxysmi sicut curasti cum balneo. s. & fricatione & inunctione. Deinde ciba eum. Iuxta id Gal. ibi. Si autẽ febris venerit vide vtrũ minor q̃ prima extiterit & inquire pulsum & vrinam. Quia si parum ex oppilatione extiterit, hæc debilia erunt accidentia. s. istius febris.

Et ęger

Et ęger in quarto die in balneum est introducēdus, & postea sicut ordinauimus cibandus. Et si securus esto q in quinto nihil accessionis habeatur, hæc Gal.

Gentilis in Cap.26.Tra.1.Fen.1.quarti.

De ephem. de repletione.

Et conforta &c.) Potest continuari cum præcedenti sermone vt tria præcipiat.s.balneum, cibum & inunctionem, ordo erit quòd primo balneum, secundo inunctionem, tertio cibum & potest continuari ad illud q statim dixit.s. q si non facis balneum propter debilitatē, & superfluum fluxum debes tamen stomachum confortare, de quibus est lana infusa &c. & hoc præceptum fuit supra cap. de ephe. ab euacuatione.

Iacobus in Cap.16.tract.1.Fen.1.quarti.

De ephem. de repletione.

Expectet medicus postquam fuerit egressum quod corruptum est, declinationē febris, et tunc intromittat ęgrum in balneum aquæ dulcis calidæ vt spiritus igniti vna cum fumis resolui valeant adiutorio balnei ab interioribus ad exteriora attracti, deinde cibetur sedata prius hac cōmotione quam balneum induxit. Iuxta id Gal. viij. de inge.ca.v. Dico ergo si egestio non aliud fuerit nisi quod corruptum est, mittatur in balneum & dabis ei nutrimentum. Ab hac regula dat hæc princeps hanc exceptionem, nisi fuerit illic superfluū.i.superfluitas & excessus magnus in fluxu ventris destruens virtutem. In quo casu ęger non est balneandus ne virtus amplius resoluente balneo deijciatur, immo cibandus ad fortificationem suę virtutis, & stomachus eius confortandus est cum rebus quas scies ex statim dicēdis, & iam horum aliquot prius descriptę sunt tertij.x vj.tract.ij.cap. de fluxu ventris. Contra, non est superfluitas in fluxu ventris quando nō eijcitur nisi corruptū. Et si ęger cibetur eo quod corruptum est nondum euacuato, corrumpetur cibus permixtione sui cum eo quod corruptum est, & si restringatur illud quod defluit per confortātia stomacho adhibita multa mala parient, effumabunt siquidem ad cor & cerebrū & corrumpent sanguinem. Dic primo q in euacuatione corrupti semper multi spiritus euacuātur. Vñ quandoq; deijcitur virtus priusquā eductum sit totum corruptum. Propterea medici cauere iubent in apertione magnorum apostematum totam vna vice educere saniem, & in apertione vētris asclitici aquam vnica vice totā educere. Dic secundo q cibare oportet ęgrum deiectę virtutis in fluxu ventris corruptę materiæ priusquam penitus euacuatur, sed dandus est cibus qui corruptionem nō adaugeat, sed potius reprimat vt mala granata acria, lactucę acetosa. Iuxta id Gal. viij: de inge.c.v. Quod si assellatio adeo maxima fuerit & adhuc sit q virtus inde sit defecta dabis ei cibum, neq; mittatur in balneum. Dic tertio q corruptum defluens non ex toto est restringē dum, sed remoranda seu retardāda sua defluxio dum virtutē deijcit vel multitudine huius quod eijcitur vel assellationis frequentia.

Iacobus in Cap.28.Tract.primi, Fen.1.quarti.

De ephemera ex duritie cutis.

Curatio eius &c. In tertia inuit q cura ephemeræ ex testeitate est sex res. Prima est extinctio caloris extranei cum syrupis frigidis & electuarijs & similibus vt cum syrupo endiuiæ vel acetosę vel nenupharino vel cū oxyzaccara vel cum tria sandali vel cum diadragaganto frigido vel cū diarhodon. Secūda est administratio balnei. Primo quidē aerei ad apertionem pororū, postea aquei ad mollificationem & lenitionem cutis & abstersionem terrestreitatum ab ea & sudare in ea, quatenus vapores & fumi retenti & spiritus igniti simul cū sudore valeant educi, sed post declinationem ephemeræ febris ista fieri iubet ne calor ignitus balneo agitatus ignitior fiat si ęger balneetur antequā declinet. Cōtra multi incurrūt hanc ephemeram ex balneo dimisso quod consueuerunt, remedium ergo est q æger protinus dum febris incipit in balneū mittatur. Iuxta illud Rasis.x. Alman.cap.ij. de hac febre tractātis sub titulo ephemeræ ex dimissione balnei consueti & dicentis. Qui vero hanc incurrit febrem, quia balnei vsum vt consueuerat præter misit, in balneum mittendus est donec febris reprimatur. Item per balneū aptissime tollitur & velocissime causa istius febris. cū ilico abstergat, poros aperiat, cutē lenificet & ipsam emolliat, sed remota causa remouet effectus. Dic primo quòd in proxime dispositis ad hanc febrem balneum conuenit ante aduentum febris. Iuxta id Gal.viij.de inge.ca.ij. In multis locis diximus q febris multoties ex pororum generetur oppilatione maxime in corporibus ex quibus caprinosus fumus solet dissolui. Propterea in seruāda sanitate ipsorum vtile est balneari aqua dulci & tepida, & fricari cum fricationibus molliciem generantibus & poros aperientibus & dilatātibus.

Dic secundo q iam febre inducta ex testeitate tutius est differre balneum vsq; ad declinationem quam ante eam ministrare, ne per balneū febris augeatur aut putrida fiat cōmotis humoribus & non resolutis & aucta extranea caliditate. Per hęc solue obiecta. Sexta res est iteratio bal-

nei multoties vt toti testeitas & duricies cutis baneo tollatur & cutis reddatur lenis et porosa, per quam faciliter transire valeant & resolui fumi caprinosi mali sub cute retenti qui febris causa erant. Iuxta id Rasis ibi. In mane quoq; iterum ad balneũ eat, deinde ab eo egrediatur & sic ad consueta redeat.

Gentilis in Cap.29.Trac.primi, Fen.1.quarti.
De ephemera ex calore.

Cura &c.) Non tangat &c. timet calefactionem, necessitas ad balneandum quia duo facit, excludit vapores, & infrigidat, sed oleum non excludit eos, & patet.

Ibidem.

Tertia res est ingressio tinæ dum febris aufertur. Et circa hãc princeps dat hic quinq; regulas. Prima, etiam non tangat tina ęgrũ si fuerit cũ eo febris.i.quãdiu febricitat ęger non intret balneũ aquæ calidæ dulcis, quia in ista febre maxime inflãmãtur exteriora, & balneũ calidũ sine medio ista tangens addit in calorẽ. Secunda est cessante febre balneetur is qui passus est cũ aqua tepida. Ipsa enim tollit extraneos calores & ariditates extrinsecis mẽbris à sole impressas. Nã vt dici solet calefacit infrigidatos & infrigidat calefactos humectans vtrosq;. Iuxta illud Auer.vj.colliget. c.iiij.& dicimus ꝙ balneũ in nobis diuersas imprimit operatiões primas videlicet, secundas & tertias, nam ipsum humectat & exiccat ĩfrigidat & calefacit, superfluitates quæ sunt in poris & sub cute euacuat & qñ oppilat, vẽtositatẽ dissoluit, inflationẽ remouet & corpora nutrimẽto pręparat. & aliqñ cõmouet appetitum, & materiã de vno mẽbro ad aliud spargit et humores fluxibus facit, & ẽt dolores mitigat, & aliqñ ipsos remouet. & harum contrarietatum causa vna ex tribus rebus existit, vna, diuersitas partiũ balnei, altera est diuersitas corporũ patientiũ, tertia est diuersitas more in balneo. Tertia est, nõ permittas aerem balnei calefacere hunc infirmũ ne addat in febrem, sit ergo tepidus vel tẽperatus qualis esse solet aer primę casę vbi spoliantur qui se balneant. Iuxta illud Rasis.x. Almã.c.ij. Postꝙ vero quieuerit febris, ęger balneũ ingrediatur & sic in loco tẽperato vt diximus vbi aqua tepida super totum corpus ipsius, & præcipue super caput ipsius fundatur. Quarta est, non timeas nocumentum aliquod ex effusione aquæ calidæ super caput infirmi, quia humectat caput à sole siccatum & resoluit febrem resoluendo fumos & spiritus cerebri quos sol inflammauit, à quibus orta est & pendet hæc febris, sed remisse caleat aqua quæ effundetur, aliter nocebit. Quinta re-

D gula est, necessitas balnei vel vtilitas eius in hac febre maior est necessitate inunctionis vel ipsius vtilitate, quia plus resoluit fumos & vapores & spiritus ignitos balneum aquæ dulcis ꝙ inunctio cutis, & plus infrigidat aqua illa balnei quæ poros penetrat dum se ad suam reducit frigiditatẽ ꝙ penetrãs oleũ. Iuxta id Gal. iam alleg. tex. viij. de inge.c.iij. Si aũt causa sol extiterit primo refrigeratiua & balnea sępe fieri sunt necessaria, non tñ inungi vel fricari sępe necessarium, non tamẽ inungi poros oppilat, & sępe fricari corpus calefacit, & in cura feb.ephe.ex angustia, tristicia, vigilijs, & solicitudinibus plus opus fricatione cũ oleo ꝙ balneo vt patuit supra.c.xj. Quarta res ẽ; in egressu balnei, fricari ęgri caput cũ oleis frigidis vt oleo rosato vel nenuphario. Iuxta illud Sera.vi.bre.c.ij. Et inungatur caput cum oleo violato aut cum oleo de nenuphare & rosato.

E *Gentilis in Cap.31. Tracta.1. Fen.1.quarti.*
De ephemera ex densitate cutis à frigore.

Curatio &c.) Ad caliditatẽ decliuis nõ quod mordicet quia poros stringeret vt.vij.ter. & ita exponatur ꝙ dicit balneetur, cum aqua calida valde, non tamen mordicatiua.

Amaracũ &c.) Idest maiorana ꝗ dr̃ alcaohẽ.

Postponatur inunctio &c.) quia timet oppilationem, & quia isti sunt indurati in cute prius oportet eos mollificare cũ aqua balnei, etiã quia aer postea facit resolutionẽ aquæ, ne infrigidet si remaneret in poris deinde inungatur. f. cum sufficiẽter in aere sudauerit, cheiri viola feracenica. Reliqua patent.

Iacobus in cap.31. tract.1. fen.1. quarti.
De ephem.ex densitate cutis à frigore.

F Declinante hac febre intret ęger balneum & balneetur in aqua decliui ad caliditatem & in aere calido. Decliui dicit ad caliditatem, quia si subito mẽbra exteriora transferrentur de intẽsa frigiditate ad intensam caliditatẽ rigor & dolor nascerentur inde. Pręterea mediocris calor aeris & aquæ cutẽ condensatam laxant & leniunt, poros aperiunt, & vapores educunt, Iuxta illud Rasis.ca.nunc dicto. Cũq; febris minuta fuerit domum calidam balnei ingrediatur in qua morã faciat, donec sudor egrediatur. Tertia ẽ ęgris in balneo cõstitutis sup sua corpora ab alto effundã tur p modũ embrochæ aquæ decoctionis amaraci.i.sansuci seu maioranę & anethi & sisymbrij idest balsamitæ seu mentę aquaticæ, quia ab istis herbis calidis & siccis aperitiuis pori cutis aperiuntur, & vapores retenti per hos resoluuntur. Serap.vero sexto breuiarij capitulo tertio iubet resolutiua balneis immitti dicens. Conferę post

post resolutionem eius balneatio cum aqua calida in qua decocta sint chamæmilla, mellilotum, et sampsucus, idest maiorana postq̃ ponit sub eis ex hac aqua bulliente. Et ex istis verbis Serapion innuit q aqua bulliés in qua herbæ prædictæ decoctę fuerint inter duos fundos tinę effundatur, quorum superior sit perforatus & super ipsum sit sedes posita cui insideat æger vaporé recipiés dictæ aquæ feruentis sine contactu aquę ne inde vstuletur, & dũ à dicta tina exire voluerit situetur in ea cacabus repletus aqua decoctionis dictarum herbarum mediocris caliditatis & inde fricetur optime ægri corpus ex oĩ parte. Et Gal. ad Glau. de fe. ca. 6. Qui autem ex constrictione cutis febriuntur iuuat balneum ex aqua dulci tepidum & fricare & exercere quousq; rarefacere possint cutim. Quarta regula est, fricenť isti ęgri in balneo, scilicet cum medicinis abstersiuis cutis & aperientibus ac mollificãtibus poros ipsius quæ prius dictę sunt capitulo vigesimoquinto tractatus p̃sentis paragrapho illo. Et frica ipsum cum rebus in quibus est abstersio æqualis, sicut quod est inter farinam fabarum vsq; ad farinam orobi & farinã radicis lilij & aristolochię emollitę cum aliquantulo mellis & aquæ. Quinta regula est, postponatur eorum inunctio quousq; ipsi sudent ne per inunctioné ante sudorem pori oppilentur, & exitus sudoris ac vaporũ acrium conclusorum intus prohibeatur. Iuxta illud Rasis decimo Almãsoris cap. 2. Postq̃ autem sudor egressus fuerit corpus ex oleo tepido cum fricatione inungatur, ideo vt sudoris multitudo egrediatur. Deinde aqua calida lotus abstergatur & indutus egrediatur, & eousq; dormiat donec iterum sudet. Serapion vero durante sudore prohibet inungi dicens. Non oportet vt vtantur oleo apud sudorem vt non oppilentur pori per viscositatem olei. Sexta regula est, fricẽtur isti ægri & balneentur cũ aqua calida valde. Fricentur quidem fricatione suaui quæ poros aperiat, cutem mollificet, vapores resoluat. Balneentur autem cum aqua calida valde modo prius tacto, quę feruens claudatur ĩter duos fundos, ita q ipsa aqua non tangat ægrum: sed vapor ipsius ad eum perueniat sudare faciens. Fricetur autem cum aqua dulci mediocris caliditatis sicut præmissum est. Septima est, oportet vt balneatio cum aqua præcedat balneationem cum aere, quia aqua balnei plus remollit cutem q̃ ipsius aer, & magis abstergit à poris ipsius terrestreitates quibus oppilantur: maxime dum corpus cũ ea fricatur, quibus bene apertis calens aer balnei fortiter, postea sudoré prouocat. Auenzoar auté in suo Theisir. 3.

A trac. 1. c. 1. solo balneo aquæ cum fricatione ex semine melonis contentari visus est. Ait enim ibi. Illius vero qui passus fuerit febré à frigore multo ipsum molestante: oportet ipsum balneari in aqua calida, & fricari corpus cum semine melonum. Octaua est inungantur isti ægri post balneationem aeris & aquæ cum quibusdam oleis q̃ poros dilatant. Iuxta illud Serap. vj. bre. c. vj. Et inungimus eos cum oleis resoluẽtibus & sedantibus, sicut oleum chamæmelinum & oleũ anethinum, & oleum alkeiri. Per hæc enim olea & cutis lenitur, & mediocriter calida tenetur, & quod sub hac latet de fumis retentis passim dissoluitur. Nona est, effundantur etiam super capita sua modo dicta olea vel aliquod ex eis solitarium mediocriter actu calidum præcipue chamæmelinum quod est temperatius & aromaticum: anethinum vero non. Sed de keiri oleũ par

B ticeps est odoris violę vel violati olei. Et est keiri planta cuius tres sunt species: vna habet flores albos, alia purpureos, alia citrinos siue aureos qui habent odoré violarum plus tñ in nocte. Et hæc valde abundat in muris antiq̃s huius regionis.

Iacobus in Cap. 31. Tract. primi, Fen. 1. quarti.

De ephemera ex soliditate causata ab aquis stypticis.

Quandoque &c. In hoc cap. primo agit de modo generationis ephemerę ex soliditate cutis ab aquis stypticis. Secundo de signis: ibi (Signa) Tertio de cura: ibi (Cura.) In prima parte dicit primo q spissitudo vehemens pororum apparentium in superficie cutis quandoq; cõtingit his qui se balneant in aquis stypticis sicut in illis in quibus est virtus aluminis dominans aut

C virtus draganti quod est vitreolum. nam aquæ aluminosę quas albulas vocant, cutim dẽsant, & stypticitates faciũt & poros dẽsant, vt dicit Gal. 8. inge. c. 2. & in. 10. c. 2. & hac de causa vapores eorum sub cute adunantur et cõprimuntur non habentes exitũ, & inde eis accidit quod aliquotiens superius est dictum scilicet ephemera ex soliditate. Secundo dicit, q ista vehemens spissitudo pororum frequenter perducit ad putrediné, quia augetur inde calor extraneus, & prohibentur sanguis & humores ab euẽtatione: & hoc est quãdo in his est aliquis humor putrefieri aptus, & vapor retentus est caprinosus.

Signa &c. In secunda dat signa octo istius febris. Primum est causæ eius, quarum præsentia vel antecessio ex proximo tempore significat ipsam. Secundum est illud quod testatur sensus de nigredine cutis vel asperitate cũ nigredine quasi sit extensa nõ cum lenitate, sed asperitate & cor-

rugatione

rugatione & præparata præparatione qua parantur coria quę nigro tinguntur, ſicut ea ex quibus fiunt ſotulares vel corrigię: ſic enim rugatur & exaſperatur humana cutis & ad nigredinem parumper declinat ex balneatione in aquis vitreoloſis, & ad cineritium declinat colorem ex balneatione in aluminoſis. Tertium eſt, q̃ horum cutis ſub tactu inuenitur talis vt cutis infuſa in aqua draganti, ideſt vitreoli. Et Sera. vj. bre. c. 4. ait. Quandoq; etiam ſignificatur ſuper febrem ephemeram accidẽtem ex balneatione in aquis ſtypticis ex tactu: quoniam cutis eſt dura filtrata ſolida extenuata ſicca, plusq̃ illorum quos inuadit febris ephemera ex frigore, & ſimilatur illis, qui ſubmergunt manus ſuas in aqua gallarum aut corticum granatorum & quæ ſunt illis ſimilia tempore longo.

Iacobus ibidem.

Hac ſebre detenti plus morari debent in aere balnei & in balneo aquæ calidę q̃ detenti à febre ex oppilatione ab aere frigido. Hanc balneationem magnus Auenzoar. 3. Theiſir cap. 1. ſic fieri iusſit. Cui vero acciderit hæc febris à balneatione facta in aquis conſtrictiuis valde, vt aquis aluminis & ſimilibus aperiantur ei pori & abluatur corpus ſuum cum melonibus aut cũ ſeminibus eorum, & intret in tinam de aqua dulci & temperatę caliditatis. Et Raſis. x. Almã. c. 2 ait. Si quis vero hanc febrem propter aquas naturaliter calidas patiatur ſi fuerint aquæ illæ tales ex admixtione calcanthi aut ſalis, aut ferri, aut aliarum rerum quæ corporis ſuperficiem pungere & contrahendo rugare conſueuerunt, eodẽ eſt regendus regimine quo is qui hãc incurrit ex frigore. Oportet tamen vt locus balnei in quo hic in domo calida moratur ſit temperatus, & ſit alia porta alterius domus coram ipſius facie aperta, & aqua calida ſuper ipſum fundatur & in eam ingrediatur, & tandiu cõtinuo fricetur donec pori aperiãtur & corpus tumeſcat & febris ſedetur & corpus rubeum fiat hæc ille. Quinta eſt, oportet vt detenti hac febre tardent inunctionem ſui corporis plus q̃ pasſi hãc febrẽ ex oppilatione pororũ à frigore, ne olei viſcoſitate pori oppilẽtur, ſudor ꝓhibeatur, & reſolutio vaporum & fumorum conculcatorũ & ſpũum ex febre ignitorũ. Et Sera. 6. bre. ca. 4. ait. Et ſit oleum quo vtuntur parum & ſit inũctio multa lenis, donec leniatur cutis & reſoluatur ſupfluitas retenta in corpore.

Iacobus in Cap. 32. Tract. primi, Fen. 1. quarti.

De ephemera ex vino.

Cum expergefactus fuerit, balneum iterũ ingrediatur & ad regimen prædictum redeat.

D *Iacobus in Cap. 7. Trac. ſecundi, Fen. 1. quarti.*

De curatione putridarum.

Immo cum &c.) In ſexta dat princeps regulas quatuor. Prima eſt, quãdoq; concedenda eſt febricitãtibus infuſio totius ſui corporis in aqua frigida circa declinationem febris & apparitionem digeſtionis et poſt euacuationem humorũ; quãdo apparuerit calefactio fortis & complexio naturalis ægri calida & ſicca fuerit. Nam in tali infirmo poſt euacuationem materiæ quandoq; relinquitur in mẽbris ariditas cum quadã adhęrẽti caliditate quæ eſt vt initium hecticæ febris, & hæ corriguntur & reprimuntur aquæ frigidæ & humidæ infuſione ſibi cõtraria. Super hac infuſione corporis febricitantis in aqua frigida dat Gal. 10. de inge. c. 10. tres regulas. Prima eſt, ſi iuuenis carnoſus in æſtate tempore ſtatus in viſce-
E re non habens apoſtema in aqua frigida ſe balneauerit & natauerit, cito febrem euadet, maxime ſi in eius ſit vſu: vnde huiuſmodi ſi iueneris, mox in aquam frigidam mittere nõ dubites. Secunda eſt, eis qui in hecticam incidunt propter calidam & ſiccam complexionem maxime ad phthiſim. i. arefactionem perductis, aqua frigida non præcedente calida moleſta erit, ſicut ambulãti in longo itinere in æſtiuo tẽpore & corpore deſiccato malum eſt balneum aquæ frigidæ niſi calidæ pręcedat. Hoc enim eis efficietur quod ſit ferro candenti ſi in aquam frigidam ponatur, q̃a corpus tunc infrigidatur & confortatur & induratur ſicut ferro contingit. Tertia eſt, feb. hectica non iuuat̃ ex calida aqua, ſed ex frigida. Prius tamẽ cum calida præparetur vt frigidam, poſtea ſuſcipere posſit: hæc Gale. Secunda regula hic à
F Principe data eſt. Non eſt malum q̃ in febre putrida adminiſtret medicus infirmo balneum mediocriter calidum ſiue ſit aereum ſiue ſit aqueũ: obſeruatis tamen conditionibus pręcedentis regulæ. ſ. q̃ apud declinationem & apparitionem ſignorum digeſtionis & euacuationem peccantium humorum adminiſtretur. Nam tũc poros aperit, fumos caprinoſos vna cum vaporibus per eos educit, humores reſoluit qui erant cauſa febris. Iuxta id Gale. 10. de ingenio cap. 10. Quibus pauci ſunt humores & corpus mollificatur & rarificatur ex calore balnei balneum non ſolũ eis non nocet, ſed etiã iuuat, quia purgat humores. Quapropter nullum mittunt febricitatẽ in balneum in initio febris vel ſtatu, quia tunc cutis eſt oppilata: ſimiliter & caro ſubcutanea oppilata ẽ. In declinatione vero ſiue in initio ſiue in medio ſiue in fine multos in balneum introducimus, quod & multi medici fecerunt & eis profuit.

Et

Et vndecimo de ingenio cap.9.ait. Si balneetur in declinatione morbi quatinus dissoluenda dissoluantur ex corpore multum erit iuuatiuum, quoniam purgabitur ex corpore caprinosa materia & grossa, vnde si in visceribus nulla defectio fuerit adiuuabit nisi rigor in balneo efficiatur. Nam in balneo febricitatium tripliciter erit studendum. Vno modo vt non patiantur rigorem. Alio vt nullum ex nobilibus membris sit defectum. Tertio vt in venis multa & cruda materia non habeatur. Has duas regulas in putridis febribus temporibus meis nõ obseruaui nec vnquam attẽtaui febricitantem febre putrida præcipere demergi in aquam frigidã vel intrare stufas aut tinam calidam, nisi quartanarios & hos qui febricitant ex melãcholia. Primo quia senes famosos medicos mei temporis nunquã vidi his vti in cholericis febribus. Secundo, quia incolę huius regionis sunt crapulosi raro obseruantes debitum regimen, nec se patiuntur perfecte purgari: qua propter balneum frequẽter commouet quietos humores & putredini aptat, quibus augmẽtatur febris eorum aut noua inducitur etiam si in tempore declinationis balneis vtuntur. Tertio, quia multis noui experimentis ꝙ putrida febre afflicti se balneantes sua voluntate sine consilio vehementi fuerint attriti rigore & febris eorum inde augmentata est. Et id notat Gal.10. de igenio cap.10. dicens. Multos autem crapulatos & quibus sunt pũgitiui humores, & qui sunt in initio periodicę febris vel in eius augmento vel statu exceptis paucis in balneum ingrediẽtes aut ad solem stantes vel forti motu commotos rigor inuadit, quia vnumquodq; horum subito trahit humores ad exteriora: propter hoc si cutis eorũ, qui mittẽdi sunt in balneum fuerit spissã, nõ poterit humor dissolui mox vt in aerem calidum intrauit: verum quia cutis ne ingrediatur repugnat ipso infra carnem existẽte morsuram generat & rigorem. Consequenter ibidem notat, qui sunt illi febriẽtes qui nullum ex balneo rigorem incurrunt: sed ab hoc iuuantur dicens. Dicẽdum est de his qui non patiuntur rigorem in eo. Dico ergo eos aut non habere pũgitiuos humores aut tantillos qui ex calore balnei dissoluuntur. Item qui balneum intrantes rigorem non patiuntur: sed cutis rarificatur & attenuatur & pori aperiũtur, certum est humores purgari & calorem per totum corpus extendi, & eos qui duri fuerant humores mollefieri. Vniuersaliter etiam dico quòd purgatio humorum in omnibus febribus sit laudabilis: similiter rarefactio & mollificatio.

A *Gentilis in Cap.7. Trac. secundi, Fen.1. quarti. De putridarum febrium curatione.*

Dubitatur quarto an balneũ aquæ dulcis calidæ competat in febribus pu. ante digestionem: videtur ꝙ sic, quia secundum vnam expositionẽ supra factam cum dicit, cũ aqua dulci tepida intelligit de balneo, & illi sunt cañ. quibus vtimur in principio. Amplius in tertiana ante digestionem non videtur ex toto negari infra ab Auicẽ. Amplius balneũ est rarificans, sed rarificatio cõceditur ante digestionem. Contrarium sumitur à Gal.11. thera. & à Rabi Moysi.19. particula aph: vbi vult ꝙ balneũ est vtile post digestionem materierum: dicamus ꝙ non intendimus loqui de partibus omnibus balnei: sufficienter enim dixit Gal. de eis in.10. thera. sed volumus solum loqui de balneo in tina aquæ calidæ dulcis. Et non est

B dubium ꝙ post digestionem & euacuationẽ est vtile si quid residuum materierum est in corpore, & proprie aptarum per poros educi. Existentibus autem alijs dispositionibus de alio indicantibus vt sordicie cutis & oppilatione pororum aut aliqua asperitate corporis & consuetudine balneandi, & non existẽtibus cõditionibus alijs prohibentibus eius vsum, de quibus dixit Gale. 11. therap. vltimo cap. secure possumus balneare in tina & pluries, vt etiam Gal. asẽtit in therap. febrium ad Glau. ca. de tertiana. Facta autem digestione materiæ & non facta euacuatione, licet possemus eo vti: & hoc cum crederemus illam materiam posse per poros dissolui: tamen apud me non videtur mihi omnino securum eo vti timore dissolutionis & motus materiæ ad partem non conuenientem suæ euacuationi. Ex quibus

C apparet ꝙ si materiæ sint crudæ & propriæ multę balneũ in quo stet nocet dilatando & mouendo materias euacuationi ineptas. Et quia humor cholericus quamuis sit crudus: est tamen subtilis aptus euaporationi, & est siccus quem corrigit aqua dulcis tepida: ideo balneum ante digestionem minus nocet in tertiana: dixi autẽ balneum ĩ quo stet, quia si balneatio esset solum quædam infusio, & quasi aspersio aquæ calidæ, absq; mora posset in aliqua feb. competere ante digestionem, quia esset digerens temperata calefactione & humectatione, vt in materia melancholica & non dissolueret: vnde Auic. cap. de cura quartanæ, ingrediatur balneũ, & si non fuerit digestio, non fiat nisi effusio aquæ calidæ quantitate qua delectat corpus & humectat minus q̃ perueniat ad hoc, vt liquefiat ex ea humor. Post hoc autem scias ꝙ in hac nostra patria, quia homines non sunt cõsueti balneis, & quia euacuatio materierum

rum putridarum per balneum nõ est absq; resolutione & euacuatione spirituum, quam spũum resolutionem superfluam facit se. & quia materias etiam commouet, & si sunt profundę difficile est eas mouere ad cutim: dico, qa ita est paucam inuenies vtilitatem cõiter in vsu balneorũ.i. tinarum ex aqua dulci: & cum hoc etiã multus labor accidit infirmo tam in corpore q̃ in anima in positione & statione & extractione ab eo, & in mensura qualitatis aquæ, & in mensura temporis morę frequẽter erratur: & propter hæc oĩa non curo, si non est in vsu balneum dulcis aquę, in cura febre putridarum: & propter hoc forsan Rasis non inuenit in eo magnam vtilitatem: vnde dicit.16.conti.penul. ca. de cura putridarum, non vidi febricitãti balneum esse vtile in aliqua dispositione. Ad primum contrarium & tertium dicẽdum, ꝙ rarificatio in principijs febriũ putridarum debet esse cum rebus leuibus, siue sit inunctio, siue sit lotio, & non cum rebus fortis dissolutionis, & debet fieri ĩ febribus quibus conuenit vt adhuc de his determinabitur.

Iacobus in Cap.12. Tra.secundi, Fen.1.quarti.

De regimine rigoris & horripilationis superfluentis.

Vndecimum est introitus infirmi & mora in oleũ leuis caliditatis: ipse enim est iuuatiuus valde secundum hunc modũ. Recipe olei oliuæ dulcis & maturæ quantum sufficit ad implendum tinam, vel semicupium, calefac moderatę & intromitte ęgrum in tinam nudum, & stet in oleo vsque ad collum tina bene tecta, donec abscedat aut alleuietur rigor. Post hæc remedia vndecim ait Princeps ꝙ fortasse potiones ore sumẽdę vel alteratiuę vel laxatiuę necessariæ erunt ad sedationem rigoris.s.cum rigor est adeo fixus ꝙ per remedia foris adhibita sedari non potest, cuius fixiõis causa est viscositas aut grossicies materiæ ex qua fit & profundatio ipsius versus interiora & densitas carnis & musculorum quibus infiltratur vel super quos funditur.

Et multoties &c. In hac parte tertia dat quinque regulas. Prima est rigor frequẽter sedatur cum aqua calida suauis caliditatis intromisso infirmo vsq; ad collum in tinam repletam huiusmodi aqua vel fricãdo cum hac dorsum & extrema diu & suauiter. Secunda est, aliqñ etiam sedatur rigor inclinãdo infirmum siue incuruando super vaporem aquæ. Et istud apte fit reclusa hac aqua inter duos fundos tinæ duplicis fundi, quorum superior sit perforatus multis foraminibus super quem insideat ęger spoliatus tina bene tecta & incuruet dorsum super vaporem aquæ

D qui per foramina fundi alti erumpit. Tertia est, qñ non sedatur rigor, neq; per aquam, neque per vaporem eius, & materia rigorẽ faciens est grossa ant viscosa decoquantur in aqua balnei medicinæ. Quarum recepta sequitur. Recipe seminis anisi, calamenti, seminis apij, erucę et anethi: ana M.ij. mastichis drach.ij. contundãtur & bulliantur in aqua balnei vt resoluẽtior fiat, quibus adde si vis medicinas similes in resolutione, sicut parietariam abrotanũ & chamæmillam. Sed mirum videtur ꝙ mastichen apponit cum sit multum stypticus: vnde poros claudit & resolutionẽ ꝓhibere videtur, nisi esset ꝙ est simul stypticus & resolutiuus: & est in oĩbus eius partibus cũ resolutione lenificatio, vt ait Princeps secũdo huius cap. de eo: & cum hoc retinet interius virtutes resolutiuorum quæ prius penetrant sua subtilitate q̃ mastix stypticet: vnde fortior fit horum

E operatio. Potes & cum hac aqua fricare dorsum & extremitates non intromisso infirmo in balneum. Quarta est, balneetur rigorem patiens in aqua decoctionis medicinarum sequentium. Recipe sceha, idest stœcados arabici vel absinthij, abrotani, calamenti, anethi, squinãti, rutę, sampsuci.i. maioranæ costi, seminum calidorum, vt anisi, carui, fœniculi, cymini ana M.j. decoquantur ĩ aqua fluuij vel fontis vel pluuiali, in qua tẽperatę calida balneetur ęger. Quinta est generalis, ꝙ medicinæ omnes prouocantes fortiter sudorem aut vrinam sedãt rigorem, quia subtiliãt materiam ex qua fit, vias aperiunt & in parte resoluunt, & tales sunt mentha iuniperus, sauina pulegium vtrunq; regale & montanũ folia lauri rosmarinus saxifraga milium solis.

F *Gentilis Fulginatis expositio super Cap.39.*

Tracta.2.Fen.1.Can.4.Auicen.

Balneo vero.) Hic ponit curam digesta materia, proprie qñ declinat, & est cura per balneũ, & vinum, & intelligit balneum aquæ dulcis: vt Gal.11.therap. quod primo dicit patet. Secũdum dictum apparet ex hoc ꝙ materia cholerica quãuis indigesta, tamen sui subtilitate est aptior euaporationi & aquæ humiditas eius siccitatem refrenat: & ideo balneum non sic nocet sicut in phlegmatica & melancholica febre ante digestionem, in quibus materiæ eliquantur & commouentur, & multiplicantur ex hoc. Considerandum postea, Auicẽ. determinat ꝙ hoc balneum sit tẽperatum.s. ad sensum tactus balneandi, & sit boni aeris, quia parietes eius non sint putridi, sed sit aer humidus per effusionem aquæ temperatæ per solium eius, vt euaporẽt vapores humidi, sudent cum facilitate. & hoc fit, si balneum

neum temperatum est & inungatur, hoc fit ad temperandū calorem & retinendū aquam in poris, quę remanens infrigidat & humectat. Considerandum postea q̄ hic quidam acceperunt q̄ aqua tepida est minus calida q̄ tpata, quia primo Aui. facit aquam istius balnei tpatam: deinde in exitu ab ea docet ponere eos in aqua tepida quæ est calida minus: nos dicamus q̄ ista est cōtētio de voce: temperatam. n. aquam vocat quæ habet calorē conuenientē, qua pori aperiantur, & euaporetur materia & sudet homo, hoc facto potest postea poni in aqua calida minus, & istam voco tepidam vel temperatam sicut placet: & fit hoc ad remittendū calorem & forsan q̄ non debuit præcedere inunctio ex oleis dictis, immo sequi ad vsum tepidæ aquæ, & potest dici q̄ aqua hæc tepida est calidior, q̄ illa tpata aqua, qua est vsus, vt sit processus de aqua minus calida ad magis calidam, sicut fit in balneo: cū igitur de casa vna ad aliam, vt ex primo cap. fen. 2. &c. 4. therapeu.

Deinde cum egrediūtur &c.) Non tñ immediate, quia vinum immediate post balneum est prohibitum, vt declaratur tertio regi. acu. immo post balneum quiescat parum, & postea bibat. Sudabunt virtute balnei præcedentis quod mouit materias ad exteriora, & virtute aquę vinoſę propellentis materias ad extra sua penetratione & confortatione caloris per infrigidationem & humectationem, & si qua pauca materia cholerica residua est quę indigeat rectificatione, rectificat eam per hunc potum, & patet.

Iacobi de Partibus expositio super Cap. 39. Tracta. 2. Fen. 1. Can. 4. Auicen.

Balneo vero &c.) In hac particula sexta dat octo regulas sup vsu balnei in tertiana pura. Prima est, tertianarius non est balneandus seu balneo approximandus nisi post digestionem materiæ febris & post digestionem cibi præassumpti. Quia balneum ante digestionem materiæ febris choleram quietam ebullire facit & ipsam multiplicat, & putrediui apparat & putredinem eius introductam augmentat. Et ante digestionē cibi balneatio facta cibum indigestum penetrare facit, oppilationes venarum introducens. Attende q̄ Rasis. 10. Almā. in tertiana toto suo tempore & adhuc post ipsam p aliquot dies balneū prohibet. Nam postq̄ iussit carnes pulli & hędi per tres dies post dimissionem febris īfirmo dari statim subiunxit. Interim tñ à balneo & sole & vento est abstinēdus. Et diebus meis non recolo vidisse veteres medicos Parisienses, cuiquam tertianario cōcessisse balneum nec aereum siccum nec humidum aqueū, quos imitatus nemini cō-

A cessi diebus meis tertianam habenti. Tum quia vidi se balneātes ex capite suo peius habere, tum quia raro agens istius terræ sufficienter se purgari permittit, tum quia prona est ad oppilationes quas balneum augmentat & tertiana eius rarissime pura est. Secunda est melior curatio tertianarijs post digestionem materiæ febris & apud ipsius declinationem est balneum & præcipue illis qui frequenter balneis vti consueuerunt. Nam corpus humectat quod febris siccauit, sudorem prouocat, choleram resoluit, fuligines incensas, quibus corpus æstuat per poros educit. Iuxta id Gal. lib. 1. de febribus ad Glau. c. 2. distin. 4. de cura tertianæ veræ. Eos vero qui amant balneum neq; si bis balneaueris in die peccabis: sed in tempore maxime memor eris. Si vero digestionis signa appareant & si multoties balneaueris non

B vtiq; peccabis. Attende q̄ balnea magis propicia tertianarijs sunt balnea calida mediocriter dulcis aquæ & potabilis. Iuxta id Gal. ibi. Balnea vero calida quidem per aquam potabilem, tum quia euacuant educendo choleram: tum vero & qualitate maxime conferunt. Humectant enim & infrigidant secūdum virtutem primam, quæcunq; sunt hmōi balnea. Marina vero & salsa & nitrosa & sulfurea, plus quidē euacuant de cholera: multo vero minus iuuant potabilibus. Melius autem est dicere nec iuuare ipsa magis lędentia qualitatibus q̄ iuuatiua euacuationibus. At vero vidi quēdam praua cogitatione talibus vti balneis suasum, deīde defunctum in habitu corporis in tantumq; consumptum vt tabidus moreretur: hęc Gal. Tertia regula est, error ītromittendi tertianarios in balneum ante digestionem

C materiæ febris est saluior. i. minus nocens q̄ similis error in alijs febribus vt in melancholicis & quotidianis. Primo, quia cholera indigesta paratior est cū sudore educi propter sui subtilitatem q̄ melācholia vel phlegma viscosum. Secundo, quia tertianarij non sunt ita apti ad oppilationes propter balneum sicut quartanarij & quotidianarij. Tertio, quia si cholera mota per balneum faciat oppilationes non sunt ita fixæ neq; ita fortes sicut hæ quæ fiunt ex humoribus alijs. Attende q̄ aliqui reputauerunt non esse errorem, sed opus rectum balneare tertianarios ante digestionem. Et super hoc Rasis. 12. totius conti. allegat Glau. dicentem. Concede balneum licet ante digestionem sit in febre tertiana pura, & si fuerit de cōsuetudine vtatur eo bis, quia dissoluitur materia abundans de cute, nec infert oppilationes cum materia sit tenuis. Sed in tertiana nō pura & quotidiana phlegmatica & quartana noli

vti

D vti balneo absq; digestione propter causas contrarias. hęc ille. Et Serapio. vj. bre. cap. de tertiana ait. Quod si febris est pura: tunc oportet vt balneetur infirmus etiam anteq̃ ostẽdatur digestio & proprie si est ei consuetudo illius. Et si non est pura & est phlegmatica aut melancholica, tunc nõ oportet vt balneetur anteq̃ appareant significationes digestionis. Sed Auer. 7. colliget ca. 10. contradicit ipsis dicens. Et scias q balneũ in declinatione febrium collaudatur: qm̃ superfluitates subtiles euacuat: in principijs vero minime, quia rigores habet prouocare, & dissoluit humores & multiplicat oppilationes & spargit superfluitates per totum corpus, & non est tutũ, quin inde ꝑueniat apostema in aliquo principali mẽbro. Et quãuis humores euacuet, multiplicat tamen caliditatem & siccitatem febrium siue fuerit ex aqua calida factũ vel ex aere calido. E Quarta regula est, balneum tertianorũ debet esse temperatum in caliditate boni aeris nõ putridi neq; muscidi neq; rheumatici, qui sit humidus per respersionem multæ aquę calidæ dulcis in balneo, & in isto aere sudare debent cum facilitate: non quidem subito neq; impetuose cum forti calore: sed paulatine, ita vt corda horum nõ inflammetur ex feruenti aere. Et ex istis verbis elicere possumus q hic princeps loquitur de balneo aeris quod stufa dicitur & de media eius casa quæ calida est & humida. Sed Gal. magis aqueũ cõmendare videtur cap. 2. distin. 4. lib. 1. de feb. ad Glau. dicens. In balneo igitur hæc tibi fiat intentio infundere & humectare corpus. Et ꝓpter hoc neq; nitro neq; sale, neq; similibus aspergere oportet, sicut plures est reperire lædẽtes ĩfirmos: sed quã F maxime calidum oleum superinfundentem introducere in aquam & infundere, & si natare voluerit concede ei inquantum potest. Quinta regula est, inungantur tertianarij cum oleis rosato & violato æqualiter & mixtis conquassatis cum aqua calida postq̃ sudauerũt vt per hæc ipsorum humectẽtur membra, consortenturq́ue virtutes eorum & retineantur spiritus interius cum ĩnato calore. Sexta est, non prolongẽt in balneo moram tertianarij, sed ab eo velociter exeãt, vt non deijciatur virtus iam per febrẽ prius debilitata. Nam melior est & cõuenientior iteratio balnei pluribus vicibus q̃ prolõgatio stationis in eo vna vice tantum vt inter vices diuersas balnei reficiatur cor vna cũ spiritibus & recreetur aere recenti. Septima est, si tertianarij apud exitum balnei infundantur seu ĩmergantur in aqua tepida morentur in ea secundum mensurã delectationis. s. tãdiu quãdiu delectat et demulcet eos stare in illa aqua, humectat enim vehementer corpus & ipsum infrigidat, & abluit ipsum à sudoralibus terrestreitatibus. Octaua est bimẽbris. Primum eius membrum est vinum subtile, album, fortiter limphatum, dandum est in potu tertianarijs in egressu balnei, quatinus per ipsum viuificetur vitalis virtus, deperditi spiritus recuperẽtur, vię abluantur, sudor prouocetur, & per ipsum choleræ peccantis residuum euacuetur. Sed contra vinum in ieiuno bibitum connumeratur inter venena quarti. vj. summa tertia ca. 31. vbi ait Princeps. Multoties facit illud accidere præfocationem & dolores & inflammationẽ. Dic q ibi loquitur de vino puro forti grosso & dulci: hic vero de debili subtili aquoso. Secũdum membrum est, postq̃ vinum biberint in exitu balnei tertianarij cooperiãtur in locis suis, scilicet in lectis & E sudabunt cito vehemẽti sudore: & si quod manserit residuum choleræ quæ febris causa est, tunc digeretur & cum sudore exibit.

Et post illud &c.) In hac particula septima primo agit de cibis tertianariorũ post balneum & in declinatione. Secundo de potu ibi (Et non timeas) Tertio de cura accidentium ibi (Et si fuerint) Quarto de cura adhęrentis caloris relicti post crisim ibi (Et quando post.)

In prima subparticula dicit, q tertianarij post balneum & sudores cibarijs cibentur infrigidatiuis & humectatiuis vt aquis pullorum puretis pisorum, lacte amygdalarum, hordeo mundato & oleribus talibus vt lactucis atriplicibus spinachijs bletis, quia contraria contrarijs curantur.

Gentilis in Cap. 40. Trac. secundi, Fen. 1. quarti. De tertiana non pura.

F Et fortasse &c.) Hic in speciali ponit istas differentias, & apud me habet nouem partes sicut sunt nouem differentiæ: ibi secunda (Quoniam) ibi tertia (Et q cibatio) partes patebunt. Ad primum intellectum cõsidera, q prima pars potest dupliciter exponi: primo faciẽdo de duabus partibus vnam: & est quia Aui. vult ponere differentiam inter tertianam puram & nõ puram quantum ad licentiam balneãdi. Nam qñq; in tertiana pura potest balneum concedi ante perfectam digestionem, et proprie consueto vt dicit Aliab. 3. practicæ: sed in tertiana non pura non põt concedi nisi perfectissime digesta materia: & hoc est quod dicit. Et fortasse habentibus puram conceditur illud. s. vt non expectent plurimum declinationis. s. ad vsum balneandi. Sed quãdoq; expectant digestionem. s. pro vsu balnei. i. qñ expectatur digestio pro vsu balnei, nõ oportet q expectetur totalis digestio & vltima, sicut illa quæ

est in

est in declinatione, quã in eis.s. habẽtibus tertianam nõ puram est prohibitũ.s. balneũ ante digestionem: & hoc propter tres rõnes vt apparebit.

Ibidem.

Balneum enim &c.) Hic assignat tres causas. Prima causa est, quia coliquat phlegma crudum quod agitatum & commotum coliquatione, & non euacuatum lædit plura membra, & corrumpit & inficit plures humores, qa res nociuę dum mouenť magis nocumẽta inducũt: hoc est quod dicit facit descendere phlegma indigestum. Coliquatum enim phlegma fluẽs à tumore suo descendit, et permiscet humorem malum: secunda causa est quia balneum ante digestionem permiscet malum phlegma quod est causa antecedens cum phlegmate putrido, quod est peius: & hoc quia effunditur per eliquationem ad locum putredinis, & cũ ille effunditur illi putredini quã inuenit commiscetur, & in hoc est magnum malum, quia phlegma illud quod non erat putridũ putrefit, & forsan possibile fuisset defendere illud à putredine: & q febris potest in hoc duplicari vno tpe: & hoc ẽ quod dicit. Et pmiscet &c. propter illud quod effunditur. Et ita expositio textus fit pro rudibus, quia itellectus bonus non eget ea, & resoluet subtile. Tertia causa est nota.

Iacobus in Cap. 40. Tra. secundi, Fen. 1. quarti.
De cura tertianæ impuræ.

Secunda differentia est in hora concessionis balnei. Nã in nothis non conceditur donec ipsę plurimum declinauerint: quã est prohibitum in eis ante illud tempus: sed in pura fortasse conceditur nõ expectata declinatione plurima: sed solum expectata digestione aliqua materiæ febris. Causas vero quare in nothis non ita cito conceditur balneum assignat hic tres. Prima est, quia balneum facit descendere phlegma indigestum per id quod effunditur ad locum putredinis. Et hoc est quia liquefacit phlegma quod erat quietum & congelatum, cumq; choleræ obuiat motę ad paroxysmum transit per ipsam, quare prolongat paroxysmum febris retardando motum materiæ ipsius. Secũda est, quia balneum permiscet humores malos putrefieri aptos cum humoribus putridis putredinem augmentans. Tertia est, quia balneum resoluitã materia febris partẽ eius subtilem & relinquit spissam, quare fit ineptior, inobedientior, & rebellior digestioni eius & euacuationi. Eiusdem differentiæ cum tribus causis meminit Sera. vj. bre. ĩ fine capituli de tertiana dicens. Et caueatur ne balneentur ante digestionẽ. Quod est quia quã facimus illud attrahimus tres res malas. Quarum vna est materia

A huius febris: quã in ea est materia grossa permixta cum phlegmate, quæ quã effunditur præter q digeratur & resoluatur facit oppilationẽ & putrefactionem. Et secunda est quia materia putrefacta retenta in vno membro quã calefit et effunditur permiscetur cum humiditate reliqua quæ nõ est putrefacta & putrefacit eam. Et tertia est quando illud quod subtiliatur euacuatur remanet grossum indissolubile, hæc ille.

Gentilis in Cap. 41. Tra. secundi, Fen. 1. quarti.
De causo.

Et cũ declinat &c. Et quia sermo est de balneo in fine capituli. Considerandum q aquam balnei facere possumus declinare ad frigus .i. remissum, non calorẽ qualis est calor aquæ in qua sol impressit, & est balneũ infrigidans & humectans: sed si phlegma fuerit salsum: tunc eget maiori pororũ dilatatione vt grossi vapores & partes eius residuę resoluãtur: & ideo forsan est melius facere balneũ prædicto calidius et intensius.

B Sed dubitatur quia Gal. in tertio reg. acu. commento vltimo, non concedit balneum in causone de phlegmate salso, cuius cõtrariũ dicit Aui. Dicendum primo secundum Dynum q balneũ absolute intelligitur tepidum: & hoc non competit in phlegmate salso, sed calidum supra tepidum vt materia difficilis solutionis nõ putrescat per tepidum balneum, sed resoluatur per calidũ vt iam diximus de hoc. Alij dicunt q balneum ante digestionem potest securius in causone concedi si materia est cholerica, quãuis omnino nõ sit perfecte digesta, sed in phlegmate salso nõ potest concedi: et ita videtur Gal. ibidem intelligere, & erit sententia hæc, q in materia cholerica

C quãuis nõ sit omnino perfecta digestio põt concedi: sed in phlegmate salso vltimũ complementum digestionis oportet expectare, & etiam multam euacuationem præcessisse, & paucam esse materiam valde.

Iacobus in Cap. 41. Tra. secundi, Fen. 1. quarti.
De causo.

Et cum declinat &c.) In. vij. parti. dicit primo q non est malum vti balneo cuius aqua declinat ad frigus in declinatione manifesta causonis. Quia tale balneum residuum mitigat extranei caloris, membra arida humectat: poros aperit per suum calorem licet remissus sit, & fuligines arsas resolui coadiuuat relaxãs cutem sua tepiditate. Secũdo dicit, q tale balneum est magis dilectum & plus ministrandum in declinatione causonicę febris de phlegmate salso q̃ de cholera. Quia post crisim magis relinquitur de materia phlegmaticę causonis, quia grossior & viscosior

ſior q̃ cholericæ, cuius reſolutionẽ operatur balneum aquæ mundę dulcis mediocris caliditatis. Sed in cholerica plus balneo opus eſt alio reſpectu puta ad humectãdum. Attende q̃ Alexander in cauſon vero qui de cholera fit dare iubet extinguentia fortis frigiditatis, & frigida prohibet, in cauſon non vero de phlegmate ſalſo: ſcribit enim tertio prac. cap. 16. & 17. Verus igitur ſi cauſon fuerit hęc de rubea cholera generatur, & iuuatur magis frigidæ aquæ potione & alijs quæ infrigidare poſſunt & virtute efficaces ſunt ad refrigerandum. Igitur in cauſon qui ex phlegmate fit remouenda eſt frigidæ aquæ potio, & omnia quæ infrigidare poſſunt. Sed magis ea quę calefacere poſſunt & tepida ſunt virtute adhibenda, qualia ſunt de ſolo ſemine lini epithemata: ſępius autem & de hordei farina in aqua cũ oleo chamæmillæ cocta. Auer. autem. 7. colliget. c. n. huius ſententiam imitatus ait. Sed quãdo febris erit lenta & longi erunt paroxyſmi certus eris q̃ nõ erit ex cholera pura, ſed erit ex cholera vitellina quæ naturaliter frigidior exiſtit, tunc ſtudere debes plus in aperiendo oppilationes q̃ in infrigidãdo complexionem eius, quod fieri debet in illa quæ eſt ex cholera pura, quãuis raro tales inueniantur. Et laudabiles medicinę in hoc caſu ſunt quæ habent virtutem aperitiuam abſq; forti caliditate ſicut eſt capillus veneris et radix apij & ſemen fœniculi frangendo ſiccitatem eorum cum radice liquiritię & caliditatem cum violis & floribus nenufaris & ſeminibus cõmunibus, hęc ille. Dico ergo in ſumma q̃ cura cauſonis eſt res ſeptẽ. Prima eſt euacuatio cũ pharmacia à principio febris nulla p̃expectata digeſtione & complementum euõnis poſt digeſtionẽ. Secũda eſt phlebotomia à principio ſi vrinæ fuerint turbidę rubeę & nõ phlebotomia ſi fuerint ſubtiles igneæ. Tertia eſt ſubtilius regimen q̃ in tertiana ſaluata virtute cũ vehementiori infrigidatione. Quarta eſt lenificatio ventris cum aqua tamarindorum vel ſimplici diaprunis. Quinta eſt extinctio febrilis incendij cũ ſyrupo acetoſo & aquis frigidis & emulſionibus ſeminũ & melonum. Sexta eſt correctio accidentium & pręſeruatio à peioribus & magis ſuſpectis, vt ab immoderato fluxu ſanguinis narium & impedimentis anhelitus & ſpaſmo pectoralium & alienatione mẽtis & vigilijs exceſsiuis, & ſuperfluo fluxu ventris. Septima eſt balneum ĩ declinatione febris. Hoc noĩe cauſon quod græcum eſt qñq; vſi ſumus vt declinabili fœminino, quãdoq; vt indeclinabili maſculino iuxta regulam, On maribus iungas, ſicut alios quoſdam vtentes inuenimus.

D *Iacobus in Cap. 53. Tra. ſecundi, Fen. 1. quarti.*
De phlegmatica.

Et quando declinat etc. In hac parte. vij. quę eſt de regimine quotidianariorum in hora declinationis primo agit de balneo eorum. Secundo de cibis ibi (Cibi aũt) Tertio de ſomno ibi (Menſura autem) Quarto de nocumento balnei ante declinationem ibi (Et balneum.)

In prima parti dicit q̃ in declinatione quotidianę nõ eſt malum q̃ infirmus intret balneum priuſq̃ cibetur. Quia p balneum pori aperiũtur, putridi vapores p hoc reſoluũtur, materia febris ſubtiliatur & pars aliqua eius foras educit̃. Iuxta illud Raſis. 10. Alman. cap. de quotidiana. Cũq; in hac feb. diminutio manifeſta fuerit, ęger ſępe in balneum mittatur in mane & ſudet in eo. Valet autem tũc & balneum ſiccum quod ſtuſa dicitur, & balneum humidum dulcis aquæ calidæ quod vocatur tina, dummodo ante cibum ſe balneet ęger, poſt cibum vero plus nocet q̃ proſit, quia cibum attrahit indigeſtum ad membra. E

Iacobus ibidem.

Et balneum &c.) In quarta dicit q̃ in quotidiana vehementer nocet balneũ niſi poſt declinationẽ vel in declinatione fe. quia materiã crudã congelatam mouens liquefacit, dilatat, & augет & p corpus fluere facit & imbibi mẽbris ita vt vix poſtea poſſint educi. Iuxta illud Raſis. 17. totius conti. Balneum & aer calidus nimis valde eſt in fine contrarietatis, quia cũ ſupfluunt liquefaciunt humores cõgregatos, & expãdunt eos p totũ corpus, & nõ eſt ſecuritas q̃n currant p pulmonẽ vel cor vel aſcẽdant in cerebrum. Melius vero eſt q̃ hi humores quieſcãt in hepate & primis venis ei⁹. Et rurſus paulo poſt ait. In fe. phlegmatica nocet balneũ ante digõnem, quia diſſoluit materiã & ſubtiliat nec propter hoc diſſoluitur à corpore ex quo accidit oppilatio & corrũpuntur humores qui non erãt corrupti. Verum materia digeſta & ſubtiliata balneum confert vinum quoque tunc confert multis modis. F

Gentilis in Cap. 56. Tra. ſecundi, Fen. 1. quarti.
De ſyncopali humoroſa.

Et balneum &c. Hic eſt. viij. cañ. & cauſa eſt, quia debilitat & eliquat materias.

Et calidum &c.) Hic eſt. ix. cañ. & patet.

Iacobus in Cap. 56. Tra. ſecundi, Fen. 1. quarti.
De ſyncopali humoroſa.

Et balneum &c. In quinta dicit q̃ balneum & aer valde calidus & valde frigidus ſunt de rebus q̃ maxime nocent hac fe. detentis. Nam calidus valde liquefacit humores prius q̃etos & fluere facit de parte in partẽ: quapropter cũ eo non

fit

fit securitas quin commoti humores currant ad pulmonem aut cor, aut cerebrũ & ipsorum vias implentes oppilent aut in ipsismet apostema generent. Sed frigidus valde digõnem grossorum humorum & crudorũ prohibet, & oppilationes quas ipsi induxerunt auget & cõfirmat. Adde q aer calidus valde spũs resoluens virtutem deijcit iam prædeiectã & frigidus valde calorem innatum ferè suffocatũ multitudine phlegmatis penè ipsum extinguit & amplius suffocat.

Gentilis in Cap. 59. Trac. secundi, Fen. 1. quarti.

De quartana periodica.

Et de illis &c.) Considerandum q ista lotio et balneatio conceditur ante digestionem ad humectandum, quia est cum pauca mora: & ideo materia non mouetur, sed corpus acquirit aliquam humectationem contrariam siccitati melancholiæ. Et hoc statim Aui. post docet dicens motus corporeos & animales. s. exiccantes.

Ibidem.

Ingrediatur balneum die secundo. i. sequenti die à die paroxysmi, & fit ad resoluendum reliquias materierum & rectificandum complexionem. Considera distinctionem Aui. q si materia est digesta. s. & diminuta per euacuationes vt in declinatione ĩgrediatur balneum secundum descriptionem supra ordinatã transeũdo p suas casas vt describitur primo li. fen. ij. et. 4. therape. ita q iste sudet & bene rarus fiat in poris: vel secundum dispõnem. i. secundum q dispositio requirit: sed exquirit dispositio digestę materiæ, q homo sudet: si autem materia non sit digesta vt in principio vniuersali vel augmento fiat solum quædã effusio, & nõ morosa balneatio ne liquefiat humor crudus vnde corrumpet bonos humores & magis oppilabitur.

In tertio die q est dies ante diẽ paroxysmi fiat vomitus, qa suspicandũ est q stomachus aliquas habet cibi superfluitates quas ꝑpter debilitatem nõ potuit bene cõuertere, & forte illa lotio siue balneatio aliquas materias mouit circa stomachũ: & hoc est q dicit, & quod resoluit balneũ. i. dissoluit, & illud est ꝑceptum Rasis. 18. cõti. cap. de cura quartanæ autho. Cõstantini: vnde postq̃ die secũda ꝑcepit fieri balneũ dicit sic, quia vero balneũ spargit supfluitates ad stomachum subtiliatq; humores, necessarius ẽ vomitus die tertio, non tñ vult Aui. q propter vomitum factum in die tertio excuseris à vomitu diei quartę, quæ est dies paroxysmi: & ideo dicit quamuis &c.

Iacobus in Cap. 59. Tra. secundi, Fen. 1. quarti.

De quartana periodica.

Et de illis &c.) In quinta refert iuuantia qua- **A** tuor ĩ omni quartana. Primũ est vt quartanarius omni die sedeat in aqua dulci mediocriter calida priusquam cibetur. Per id enim calor innatus sopitus in promptu excitatur, mẽbra præparantur ad alimenti susceptionem, melancholię digestio iuuatur. Secũdum est, balneatio quæ corpus humectat non sudare faciens nec calorem excitans. Et per id intellige balneum aereum mediæ casæ quæ calida est & humida temperate, multæ aquæ effusione, in qua paruo tempore stet quartanarius donec excitetur naturalis calor, corpus humectetur absq; sudore, membra cito aptentur, sibi hunc attrahentes & melancholia digeri adiuuetur. Attende secundo quòd non solum exercitium moderatum quartanarijs conuenit, sed etiam balneum & fricationes consuetæ, melius tamen est fricationibus absque balneo con- **B** tentari. Iuxta id Gale. ibi. A fricationibus autem & ambulationibus & balneis & alijs consuetis non omnino prohibe. Si vero & omnino abstinere à balneo possunt, fricationibus cõtenti maxime iuuabuntur. Quia balneum magis suspectum est de resolutione subtilium partium relictis grossis inobedientibus & induratis & præcipue in principio febris & ante digestionem materiæ. Ideo Rasis decimoseptimo totius contin. ipsum prohibet dicens. Balneo vero nunquam vel raro vtaris proprie cum aer est calidus: dissoluit enim humorem & non resoluit. Sed post digestionem purgat melancholiam, quia tunc parata est vt exeat.

Ibidem.

Secundum est si digestio materiæ quartanæ completa fuerit secundũ descriptionem quæ est **C** adæquatio substantiæ ipsius & pręparatio ad expulsionem ĩtret quartanarius balneum aereum die secũdo qui primus existit dierũ quietis quod poros referet, vias aperiat, aliqd materiæ per eas educens & aliquid præparans ad expulsionem. Sed si materia digesta nõ fuerit effusio fiat aquæ calidæ dulcis super corpus ægri tanta quantitate quæ delectat corpus et humectat ipsum, virtus tamen eius non perueniat ad hoc vt liquefaciat & fluere faciat melancholiam vel subtile educat, per viam sudoris relicto grosso. Tertium est, in die tertio quartanæ febris qui secundus est dierum quietis ministretur vomitus. Primo vt educat superfluitates à cibo relictas ĩ ipso stomacho. Secundo vt educat humores illos quos dissoluit balneum & non eduxit. Et licet hoc hodie conueniat vomitus: ipsum tamen iterum die paroxysmi ministrare conuenit propter causam redditam super quinta regula.

Gentilis Fulginatis interpretatio super Cap.5. Tract.3.Fen.1.Can.4.Auicen.

Tina autem &c.) Primo ponit regimen per tinam tepidam, loquens de frigida: secundo reuertitur ad vsum tinæ tepidæ & temperati caloris: tertio ponit ordinem tinæ ad vsum aquæ hordei & cibi: quarto ponit ordinem vsus tinæ & etiam balnei ad vnctiones & ad tinam frigidam & ad lactis emulsionem: ibi secunda (Illud autẽ) ibi tertia (Et si sumpserit) ibi quarta (Et administretur) In prima vult dicere ꝙ in principio hecticæ antequam macer factus sit vel multũ exiccatus vel debilitatus ĩfusio in aqua frigida sanat. Et quia aliquis diceret contra, quia ista infrigidatio debilitat & dimittit malam complexionem frigidam. Respõdet quòd illa infrigidatio & debilitas est pauca, & potest remoueri in tempore sequenti: & hoc est quod dicit. Verum debilitatem corporis, scilicet inductam ab infrigidatione sanat illud cum infrigidatione pauca.i. quia infrigidatio est pauca, ad quam sequitur ista debilitas, & quia corpus hoc nõdum erat consumptum, neque erat multum percussibile ab aqua frigida.

Quod si fuerit &c. idest si hecticus iam sit debilitatus & extenuatus multum timetur si ponatur in tina frigida aquæ, quòd cadat in hecticam senectutis.

Et illud secundum minus, idest ad minus hoc timetur. Verum tamen quasi dicat melius est, ꝙ cadat in hecticã senectutis, quia plus potest cum ea viuere, quam cum hectica febrili. Et hæc omnia sunt dicta à Gal.10.therapeutices.

Illud &c.) Et tolerat cum ea, scilicet teneritate frigidam aquam, quasi dicat, licet corpus rarefiat, & fiat tenerum per aquam calidam, nihilominus tolerat aquam frigidam melius.

Et si sumpserit &c.) Et si præmittat &c. post, idest post tinam mulgeat lac super corpus. Considera ergo, quòd hic tribus vicibus administrat tinam & primo dat aquam hordei, postea tinam administrat: secundo iterum dat aquam hordei & post tinam, vt dilatetur cibus & est bonum, & intellige quòd si vis tertio potes eum ponere in tinam: & in hoc verificatur quod dixit, si iteretur tina in die tribus vicibus. Aliter autem potes intelligere quòd siue ante tinam des aquam hordei, siue præmittas tinam, & post des aquam hordei, & vtrunq; est bonum.

Et administretur post tinam &c.) Inunctio post tinam & balneum tenet aquã in poris, quæ infrigidat post reuersionem ad suam frigiditatem, vt scitum est libro primo tractatu secundo:

D & illud secundum tolerantiam, idest si tolerat emulsio lactis si non fuerit debilis, quia debilis non tolerat tot fieri.

Ingressio balnei &c.) Hæc dicitur stufa apud nos, & habet tres casas vt supra libro primo, sen secunda & Gale. decimo therapeuticę, & nos in patria nostra non poneremus hecticum in illa, sed vtimur tina loco illius, quia facilius possumus illam moderare, postea dicit sit calidũ aquæ minus calido sui aeris. Causa est quia idem gradus caloris positus in aqua & in aere plus calefacit in aqua positus, quàm in aere propter aeris raritatem. Vel aliter vt dicamus quòd Auicen. dixit hoc ad ostendendum quòd hecticus indiget aqua, & poni in ea, & non indiget aere, & ideo dicit. Sit calidum &c. idest pone eũ in aqua, & cura de qualitate eius, & non teneas eũ in aere, proprie cum est illud. s. materia parata

E putredini, & non digestus est cibus su. non debet ingredi balneũ. Araib, idest lac acetosum de quo extractum est butyrum.

Et oportet &c.) Hoc est pręceptum à Gale. decimo therapeuticę, & iam annunciauimus libro primo, sen secunda, & tertio libro sen decimatertia. Dicit infra in litera, Sabana, & est modus lecti, de quo dixit quòd græce dicitur pedetolene, & ponebatur in prima domo vt in eo stans expoliaretur suis pannis. Exiccetur sudor, quia si accidat quòd sudat: non tamen ꝙ studeas eũ facere sudare. Vel sudor.i. humiditas aquea, quia aliter oleum non applicaretur sibi. Reliqua sunt nota.

Iacobi de Partibus expositio super Cap.5. Tract.3.Fen.1.Can.4. Auicen.

F Tina autem &c. In parte hac.iij. dat regulas tredecim super administratione tinæ in hectica. Prima est, balneũ aquæ dulcis, quod tina dicitur melius & conuenientius hecticis debet in se habere quatuor cõditiones. Prima est, ꝙ aqua eius sit tepida sine multa caliditate vt omnino humectet absq; quacũq; resolutione vel desiccatione. Iuxta id Auenzoar theisir.3.tract.1.vlti.c. Et non desit quolibet die ingredi aquã tepidam, quãdo stomachus suus vacuus fuerit à cibo, & postea dabis ei suum cibum. Secũda est vt sint in ipsius aqua virtutes, olerum infrigidantium & humectantium & herbarum talium. Et per olera intellige herbas hortulanas, quæ esui competunt, & ab alendo dicuntur olera sicut cucurbitæ, melones, citruli, et sint ex herbis in eorũ tina maluę violarię vt ipsa refrigeret & humectet amplius. Tertia est, non sit aqua tinæ tantæ caliditatis vt rorificet.i. vt educat à corpore & cute quandam humiditatem

humiditatem rori consimilem nedum.i.quanto minus debet esse tantę caliditatis ꝙ sudare faciat quia desiccaret. Quarta est non est licitum neq; conueniens ꝙ tinæ hecticorum vapor sit calidus ne sudorē prouocet & eos demacret. Secūda est, si non esset aliquid in hectico prohibens administrationē tinæ frigidæ non esset ante eam alia eligenda:immo tina frigida cæteris præferēda esset velut vtilior & efficacior ad infrigidationem & humectationem suorum membrorum. Iuxta id Auer.7.colliget.c.15.Et quamuis aqua calida habeat humectare,cum hoc tñ facit resolutionem. Sed balneum aquæ frigidæ mihi videtur esse melius si ipsum possint conuenienter sustinere. Et Gal.10.de inge.c.10.ait. Febris vero hectica non iuuatur ex calida aqua sed ex frigida: prius tamē cum calida præparetur vt frigidam postea suscipere possit. Et circa hanc regulam sex notat princeps. Primum est ꝙ debilitas & extenuatio corporū hecticorum, est id quod prohibet tinā frigidā præeligere & ante tepidam aut calidam hanc his ministrare.Iuxta id Gale.c.nunc dicto. Eis vero qui in hecticam incidunt, propter calidam & siccam cōplexionem,maxime ad phthisim.i.marasmum perductis aqua frigida nō præcedente calida molesta erit. Defecta vero corpora ideo balneamus vt præparētur ad sustinendū frigidam. Sed contra,aqua calida vel balneum aereum calidum aperit poros & rarificat corpus quo fit vt frigiditas aquæ frigidæ citius penetret et profundius ad intima corporis. Item videmus calefacta corpora citius lædi nō calefactis occurrente ipsis intēsissimo frigore, vt si quis in hieme de stufis exiens feruidus & ardens ad gelidum aerem nudum se exponat. Item translatio subita de forti calore ad forte frigus magna debet esse causa doloris. Iuxta id Hippocratis aphorismorū secunda apho.li. Secūdum multum & repente euacuare aut replere, aut calefacere, aut infrigidare, aut quomodolibet aliter corpus mouere fallax est & omnino naturæ inimicum. Dic ꝙ balneum calidum aqueū vel aereum sicut exercitium attrahit calorem ab interioribus ad exteriora, vbi cum calore à balneo īducto resistit ingressui subito & libero frigoris aquæ, quare non potest nisi gradatim & cum remissione ad interiora accedere. Iuxta id Galeni capitulo nunc dicto. Exercitia nanque profunt istis sicut illis.i. phthisicis balneum aquæ calidæ. Quia exercitia non solum calefaciūt corpus: sed etiam calorem naturalē ab interioribus ad exteriora perducūt, qui perductus aquę frigidæ repugnat prohibens eam ad interiora penetrare et visceribus nocere.

A Non est enim vtile substantiam aquę frigidę vel eius qualitatem solam ad solida membra penetrare, sed bonum est paulatim ab vno membro ad aliud descēdere, vt ad fundamenta perueniēs non sit tantæ virtutis, qua possit percutiendo nocere. hęc Galenus. Ad primum obiectum dic & concede ꝙ balneum calidum poros aperit & rarificat corpus & quo ad hoc præparat frigori viam penetrationis ad interiora, sed ipsum trahit versus exteriora calorem innatum, qui est velut obex & repressor frigoris non sinens ipsum nisi gradatim & cum repressione suæ fortitudinis intima petere. Ad secundum dic, ꝙ bene probat post balneum calidum non debere hecticis adhiberi frigidum vehementis frigoris ad instar niuis, neque tale iubent medici adhiberi: sed talis frigoris qualis est aqua soli exposita in æstiuo tempore.

B Ad tertium dic quòd neq; principis neque Galeni fuit intentio transferre subito hecticos aut alios de forti calore ad forte frigus, sed de remisso calore balnei ad remissum frigus. Secundum quod notat princeps in hoc passu est ꝙ illud.s.administratio tinæ frigidæ forte iuuat illos.s.hecticos in primis rebus ipsorum: idest in principio febris hecticæ quando adhuc fortis est, non deiecta virtus siue præmittendo balneum calidum, quia neq; corpus tunc est excarnatum nec calor innatus exilis modicus & resolutus. Tertium est illud puta tina frigida sanat iam corporis debilitatem quā hectica inducit à principio cum infrigidatione moderata introducta à tina in complexione corporis hectici quod potest sanari. Omnis enim cura fit ꝑ contrarium, & tina frigida suis frigiditate & humiditate directe, hecticæ cōtrariatur. Quartum

C est ꝙ si corpus hectici debilius fuerit illo cuius hectica est in principio, tina magni frigoris continuata forte in hoc faciet de hectica febrili hecticam senectutis. Et illud secundum minus. i. minorationem aut extinctionem caloris febrilis contingere solet. Vel secundū minus.i. rarius fit de hectica febrili hectica senectutis, cū febrilis hectica iam habituata fit. Vel illud secundū.s. hectica senectutis est minus malū hectica febrili, vel illud. s. hecticam senectutis & febrili fieri ꝑ tinam frigidā secundum minus contingere solet q̄ febrilem hecticā per eā sanari eo ꝙ facilius excessus caloris versus medium q̄ versus extremum frigus reducitur vt huic proximius. Quintum est ꝙ tempus mortis magis retardatur cum hectica senij q̄ cū febrili. Et fortasse infirmus cum hectica senij viuit per tēpus, cui magna est quantitas, eo quòd tardius radicale humidum in hac

consumitur q̃ in febrili, licet ariditas prius intro ducta non inde tollatur. Sextum est, sępe rectior est permutatio febrilis hecticæ ad hecticã senij q̃ dimittere ægrum in hectica febrili de qua nõ est spes q; vnq̃ curetur. Attende q; Gal. 10. de ingenio. cap. 10. circa hanc materiam nos instruit sub quatuor ꝓpõnibus. Prima est. Hectica propter calorem & siccitatẽ facta facit fundaméta membrorum esse calidissima velut ferrũ cum ex igne candens extiterit, propter hoc non sufficiet eis si calefiant & humectentur ex balneo cum materia. s. mala cõplexio calida, ꝑ hoc augmẽtatur: bonum ergo erit eis, si post aquam calidam frigida infundatur. Potest tñ aliquis nos reprehendere dicens. Non estis securi quin ex infusione aquæ frigidæ cõplexio mutetur in cõtrarium, & cum calida fuerat, frigida efficiatur. Quibus respõdemus istud verum esse: non tñ est negandũ à nobis si videbimus vtile esse: licet etiam quantitatẽ eius. s. refrigerationis ignoremus. Nam si aliam præter istã curationem inueniremus in hecticis et phthisicis bonum esset si ꝑ eam viã quæ salubris est et secura ducerentur. Verum qm̃ intentio nostra non est in alio, nisi vt refrigerentur & humefiant, & oĩs refrigeratio noceat eis propter illorũ maciẽ, reuertimur ad ea, quæ dixit Thessalus. Oportet inquit medicinã faciamus etsi sit molesta, qa qui non habet viam nisi vnã molestam. s. & timorosam, velit nolit per eam trãsibit. Secunda propositio error ex aqua frigida factus nõ est tantus vt vita pereat. Nam si medicãdo eum cũ aqua frigida extinguatur febris: & tñ complexio mutetur ad cõtrarium possumus paulatim eam ad id quod fuerat longo tempore reuocare. Verum tu scis q; frigidus morbus nõ est formidandus velut calidus, nec eius medicina adeo molesta est. Tertia est, festinandum est vt infrigidẽtur hectici priusq̃ in phthisim. i. marasmum incidãt & moriantur. Sed si phthisim habeant caue ne præsumas eos medicari. Nã et si calorem eorũ refrigerabis: siccitas tñ quæ in solidis mẽbris remanet eos occidit. Quarta ꝓpositio velut exceptio tertiæ est, si patiẽtes eorum vel ipsi voluerint aliquantulum plus viuere sicut decrepiti ad mortẽ festinare nolentes: oportet eos conseruare medicinis. Necessarium tñ q; veniãt in illam speciem phthisis quæ decrepita vocatur qua possunt dies & menses viuere. Scio nanq; quendam iuuenem hanc habentem infirmitatem quã cum hac medicina curaui, regens eum postea quemadmodũ exeuntes ægritudinem, & vixit non solum menses sed etiam annos: hæc Galenus. Tertia regula circa id, q̃ quo sumus de relatione administra-

D tionis tinæ est. Rectius est & cõuenientius in administratione tinæ hecticis vt primitus æger intromittatur in aquam calidam vsque terminum seu gradum caloris quam facile toleret absq; molestia vel angustia non aucto incendio. Deinde gradatim ad frigidam accedat per tepidam transiens & non ad frigidam vehemẽtis frigoris: sed ad frigidam temperatæ frigidam, ergo tolerabilem absque hoc quòd contristet & dolere faciat vel horripilationem aut rigorẽ inducat. Et gradationis huiusmodi causas reddit hic tres. Prima est, quia per hanc fit q; intristanter recipit & indolorose tinam aquæ frigidæ. Nam dolor nõ fit nisi per aduentum quasi repentinum rei contrariæ subito immutãtis complexionem vel dissoluentis continuitatem. Secũda est, quia ex aqua calida præmissa frigidæ corpus acquirit quandã

E teneritatem & remollitionem qua facilius pori dilatantur ad susceptionem nutrimenti, & nutrimentum citius vnitur & adhæret membris. Tertia est, quia facilius ęger post aquã calidam tolerat frigidam. Nam calor innatus per aquam calidã exterius tractus facit vt frigus ad interiora penetrare non possit nisi gradatim sine offensione. Quarta regula est bimembris. Cuius primum mẽbrum est, si tina iteretur in hectica feb: sic q; quaq; die ter hanc intret æger illud erit rectum & conueniens: maxime si æger quando sanus erat consuetus fuerit vnaquaque die ter balneum igredi. Iuxta id Gal. 7. de ingenio. c. 6. Infirmo autem balneum exeunti lac asininum tribui. Et pluribus verbis interpositis subdit. At eũ quem dixi bibito lacte quiescere dimisi donec secundo balnearetur vngens eum cum epithe-

F mate: hoc tamen feci cum lac cognoui esse digestum, quod cognoui per ructum & quantitatem ventris detumescentis. Sed tu si vis eum ter tio balneare spacium à primo balneo ad secundum quatuor horis fiat. Tertio tamen non est introducendus in balneum, nisi fuerat sua consuetudo. hęc Galenus. Attende q; si ter hecticus in die tinam ingrediatur primo ingredi debet circa solis ortum, & tinam exiens inungendus est & lac potandum. Secundo rursus tinam ingrediatur postq̃ pręsumitur lac esse digestum: & hoc est post horas quatuor aut quinque postq̃ fuit bibitum vt tunc tina attrahat ad membra alimentum: & post hoc balneum da ægro hordeatum vel cancrorum colaticium. Tertio iterum hora cęnæ instante intret æger tinam: deinde inungatur, postea cibetur cibo grossiori vel pluri q̃ in prandio, quia melior fit de nocte digestio non distracto calore ad organa sensuum, sed

retracto

retracto intus ad digestionem. Verum in Gallijs
nec in sanitate nec in ęgritudine talis cõsueta est
frequētia tinæ: immo vix induci possunt hectici
q semel saltem intrent tinā tepidam circa solis
ortū ante potū lactis fœminæ aut asinę. Secun-
dum mēbrum est, oportet in becticis tinā mini-
strari cum facilitate sic q non grauentur neq; fa-
tigentur in ipsius vsu, ne inde virtus cadat. Sit er-
go tina prope lectū infirmi facilis introitus am-
pla circūtecta multis pannis mollis in fundo mu
nita suaui & plana sede. Quinta regula etiā est
bimēbris. Primum eius mēbrum est, q si sumat
hecticus horis duabus ante ingressum tinæ aquā
hordeaceā, erit conueniens, vt ferat ad mēbra ci
bum pasumptum et iā digestū: ac irriget ea, tem
peret & humectet represso calore, & sic æger le-
uius tolerabit tinā. Secundum mēbrum est, si he
B cticus primitus super corpus suum lac mulgeri
faciat sicut dicetur post, deinde tinā intret vt di-
latet poros & meatus cibi, postea accipiat aquā
hordeaceam, vel hordeum mūdatum aut alium
cibum sibi consimilem. Deinde hoc digesto sibi
ministretur aqua tinæ iterū, vt dilatetur & distri
buatur mēbris, iste cibus erit bonum & rectum.
Sexta est, inungatur hecticus post balneum &
tinā aliquo ex oleis infrigidātibus & humectan-
tibus vt violaceo: maxime cū factum est ex oleo
de cucurbita permixto violis. Vel oleo nenufari
no, quorum viscositate multum phibetur reso-
lutionis vehementia, & mēbra humectantur &
infrigidātur suis frigiditate & humiditate. Iuxta
id Galeni. 7. de ingenio cap. 6. Post balneum ve-
ro cum oleo vngatur vt pori cutis oppilentur, et
quod oportet, non dissoluatur. Allego istud ca-
C pitulum ac si de hectica esset, quia de hectica sto
machi est quę curatur lacte & balneo sicut hecti
ca se. Septima est bimēbris. Primum eius mem
brum est, si post tinā calidam permutetur hecti-
cus ad tinam frigidā modici frigoris bene tole-
rabilis: deinde inungatur cum vno ex oleis nunc
noīatis erit opus rectum & conueniens hectico,
vt per calidā caro attenuetur & mollificetur, &
p frigidam febris minuatur, & per inunctionem
mēbra humectentur pori claudantur & resolu-
tio fortis impediatur. Secundum membrum est
si post tinam calidam fiant statim inunctiones
ex nunc dictis oleis & festinētur ac præmittātur
tinæ actu frigidæ: deinde intret hecticus aquā pa
rum frigidā erit rectum opus sibi conueniens &
illud secundū ęgri tolerantiam. Nam corpus in-
unctum intristātius fert aquæ frigiditatē corpo-
re non vncto, & quantum ad istud iste ordo me
lior est priori ordine. Sed ordo prior est quo ad

A id melior q tina frigida plus īfrigidat corpus nō
inunctum intus & extra q̄ corpus inunctum &
pcipue intra, eo q inunctio poros oppilans non
sinit facile penetrare frigus ad interiora. Et in fi-
ne regulæ notat Princeps q non est malum gra-
dari i eo. i. gradatim adhibere hectico tinā aquæ
frigidæ. Primo minus frigidā, postea paulo plus
infrigidantem. Deinde paulo plus, donec infrigi
det sufficienter & tolerabiliter absque molestia.
Octaua est, melior horarum huius actionis. s.
administrationis tinæ frigidę post calidā est post
digestionem cibi primam & secundam, vt per ti-
nam calidā digestus cibus attrahatur ad mem-
bra, & per frigidam cum inunctione, in his reti-
neatur & vniatur & prohibeatur à resolutione
tam frigore tinæ reprimentis acumē caliditatis,
qua fit resolutio q̄ oppilatione pororū ab oleo.
B Nona est bimembris. Primum eius mēbrum
est, si possibile est. i. gratum hectico & tolerabile
sine forti ipsius offensione quòd post tinam cali-
dam submergatur subito in aquam frigidam no-
tabilis frigoris sine gradatione seu trāsitu ipsius
per aquas medias, est efficacius & magis vltimū
ex parte curæ. Quia frigus eius citius penetrat, et
magis extinguit calorem febrilem poris apertis,
& exterioribus rarificatis à tina calida. Sed est ti-
morosius & suspectius de mortificatione caloris
innati partium interiorum vel offensione mem-
brorum anhelitus, sic quòd impediantur eo-
rum motus vel forti, & clamosa tussi vexen-
tur, vel de conuersione hecticæ febrilis in he-
cticam senilem, vel de rigore, & horripilatio-
ne propter frigus subitum. Secundum mem-
brum est. effusio hectici post tinam calidam in
C aquam frigidam cū facilitate, scilicet gradatim
pertranseundo de vna in aliam per medium te-
pidæ est minoris timoris, quam subitus transitus
de vna in aliam: sed est minoris efficacię seu iuua
menti quo ad extinctionem caloris febrilis, ma-
xime iterius & prohibitionem resolutionis pro-
pter causas illis proportionales quas modo dixi-
mus super primo membro. Decima est, fri-
gus tinæ frigidæ quæ conuenit hectico post ti-
nam calidam debet esse tale & tantum quale &
quantum est frigus aquæ æstatis expositæ soli in
qua se iuuenes balneant & natant æstiuo tpe de-
lectabiliter & īnocue, sic q aqua frigida tinę he-
cticorum sit quasi media inter aquam tepidam &
aquā quæ est vehemētis frigoris. Nā talis existēs
paulatim infrigidat sufficiēter si sæpe iteretur &
est tolerabilis absq; offensione & cōtristatione.
Vndecima est, si priusq̄ hectico ministretur
tina super membra ipsius emulgeatur lac vel in-

 tegrum

tegrum prout est ab vbere exiẽs si sit æger fortis, vel aquæ pmixtum si fuerit debilis: deinde intret tinam primo quidem calidam postea frigidam erit rectum opus & vtile hectico. Quia lac emulsum super corpus hectici vehemẽter humectat, & resolutionem quæ timeri debet à balneo calido potenter impedit. Sed quare iubet hic lac aquæ admisceri si æger sit debilis, nunquid põt foras sustinere lac vt ab vbere exit, cum ipse bene intus sustineat ipsum datum in edulium. Dic ꝙ cum hecticus est multũ debilis & extenuatus habens cutem aridam, tensam, & contractã ac puluerulentam, lac spissum integrum non penetrat in eã, quare non humectat membra, quæ ipsa tegit, nisi aquæ pmixtum, qua subtiliatur & fit penetrantius et magis imbibitur et plus humectat. Sed i hectico forti lac supermulsum penetrat in poros: immo fortasse à mẽbris attrahitur vt ipsa nutriat vel resocillet, sicut posse fieri docet Auẽzoar tractatu.10.primo Theisir, cap.vltimo paragrapho illo. Alius vero modus quo curabis hũc ægrum non potentẽ deglutire aliquid est, vt intromittatur totus nudus in vase pleno lacte &c.

Duodecima est bimẽbris. Primum eius membrum est, genera lactis conuenientiora ad emulsionem super mẽbra hectici sunt hæc quæ dicta sunt conuenire hecticis data in edulium: primo muliebre: secũdo asininum: tertio caprinũ, quia subtilia penetratiua sunt multum humectantia. Secundum mẽbrum est, oportet vt lac sup emulgendum membris hecticorum supermulgeatur directe ab vbere non in vas aliquod: sed immediate super hecticum. Et hoc commode fieri nõ potest nisi de muliebri, quia nunquã hecticus se subijceret asinæ vel capræ. Plus opus est etiam muliebre lac ab vbere mulgeri super corpus hectici quam asinæ aut capræ, quia propter eius subtilitatem facile alteratur et citissime. Tredecima est, dignius est & ægro vtilius vt medicus se figat & seipsum arrestet in cura hecticorum sup inunctione quam super lactis dicta emulsione fricando & vngendo super totum corpus & super iuncturas cũ medicinis superius expressis sicut cum oleo de cucurbita vel nenufarino vel violato.

Attende primo tñ ꝙ Serapion sexto breuiarij capitulo de hectica, prohibet hecticos ante tinã inungi dicens. Et ante introitum eius in tinam non inungatur vt non oppilentur pori corporis eius propter viscositatem olei et prohibeatur humiditas aquæ ingredi in ipsum. Attende secundo quod ipse ibi iubet tinam ministrari post comestionẽ. Et sedeat, inquit, infirmus in tina vna vice post lac in mane, & vice alia post cibum &

D potum in vesperis donec attrahat caliditas tinæ deintus humiditates quas acquisiuit ex cibis, & eleuet eas & diuidat eas super corpus. Et in hoc dissidet à Galeno, principe et alijs, nisi intelligat quod tinam æger intret post cibos digestos lege præassumptos. Attende tertio quod Herophilus medicus famosus ante tẽpora Galeni timuit hecticos immittere in tinam aquæ actu frigidæ, quia nunq̃ vidit aliquem phthisicum seu marasmatum proprio istinctu in fontem frigidum seipsum immittere, & putauit hecticam vt plurimum fieri vel cum febre putrida vel cum aposte mate alicuius partium interiorum. Et nunq̃ vidit de hectica perfecte aliquẽ sanari. Et propter hoc ipse vituperabat omnes medicinas quæ fiũt hecticis præcipue balneum quo fatigatur. Iuxta id Galeni.10.de ingenio cap.10. Herophilus au-

E tem ideo in præparando balneo pauidus extitit: qm nunq̃ phthisicum aliquem in fontem frigidum descẽdisse cognouit. Is etiam quo cæcus in hoc effectus fuerat, compertus est hanc febrem vel esse cum putrida vel cum ea quæ de apostemate viscerum orta est. Item timebat quoniam hæc febris plerunq; mortalis est. Ideoq; vituperabat omnes medicinas quibus hęc febris curatur, cum medicinæ non sint falsæ & reæ: sed morbus est incurabilis. Qua propter dico ꝙ omnis habẽs hecticam maxime veniẽs in phthisim si non habeat aliquam febrem de putredine vel de aposte mate viscerum: oportet in balneum mittatur, sed studeamus ne patiatur laborẽ, ne virtus per hoc dissoluatur: hæc Galenus.

Ingressio autem balnei non &c. Acto de tina hecticorum in parte priori, in hac parte quar-

F ta agit de balneo distincto per casas quod stufa dicitur et grece pyria. Et primo agit de conditionibus requisitis ad balneum quod cõceditur. Secundo de cibatione horum post balneum ibi (Et qñ separatum) Tertio de sedatione sitis si in balneo accidat ibi (Et quando accidit) Quarto de modis introductionis & pmanentię & eductionis hectici à balneo ibi (Et oportet vt sit.)

In prima particula tangit nouem cõditiones requisitas priusq̃ balneum concedatur hecticis. Prima est ꝙ non sit eius calor tantus ꝙ sudare faciat. Quia demacraret & siccaret hecticum augmentans ipsius resolutionem, cuius contrarium quęrere debemus. Secunda est ꝙ nõ igniat. i. inflãmet vel supcalefaciat hectici mẽbra, qa tunc augeret dyscrasiã febrilẽ. Tertia est ꝙ nõ alteret anhelitum hectici magnificãdo eum vel ipsum reddendo frequentiorẽ & velociorẽ ne inde fatigetur & debilitetur. Quarta est ꝙ calor aquę balnei

nei sit minor calore aeris ipsius. Quia calor aeris
cæteris paribus minus calefacit q̃ calor aquæ, eo
ꝙ fundatur in rariori quare virtus eius est magis
dispersa. Quinta est, caliditas aquæ balnei sic sit
moderata ꝙ delectet hecticũ & nõ lædat ipsum
nec sudare faciat, aliter plus ęgro pstaret incom-
modi q̃ vtilitatis. Sexta est cum in corpore hecti-
ci est materia putrefactioni præparata tunc non
cõceditur sibi balneum proprie cũ illud est.i. pu
tredo iam actu in eo est. Quia balneum suis cali-
ditate & humiditate putredinẽ inducit in mate-
ria pparata ad eã, & in iam putrida putredinem
augmentat permiscendo humorẽ putridũ cum
bonis per quẽ inficiũtur. Septima est, cum cibus
nondum digestus est in duabus primis digestio-
nibus. Nã si tunc balneum intrauerit hecticus, ci
bus indigestus trahetur ad mẽbra, nec his profi-
ciet, quia nõ valebit ipsa nutrire. Octaua est, ex-
pedit vt tunc hecticus intret balneũ cum volun
tas adest vt cibus digestus in hepate & venis tra-
hatur ad mẽbra. Nã tunc balneum vias cibo ape
rit & ipsum ad mẽbra iam digestũ trahit. Nona
est, nõ plonget hecticus morã in balneo: immo
velociter ab eo educatur, ne desiccet ipsum & ca
lefaciat. Attẽde primo ꝙ Auẽzoar Rasis Auer.
& Serap. incurij vñr aerei balnei in cura hectico-
rum sola tina cõtenti. Inquit Auẽzoar Theisir.3.
tra.1.c.vlti. Curatio aũt huius fe. apud sui princi-
piũ facilis est. Et est ꝙ ingrediatur patiẽs in tinã
de aqua dulci & tepida et madefiat suum corpus
in ipsa oĩ die multoties. Et Rasis.10. Alman. cap.
de hectica ait. Nos.n. nequaq̃ volum⁹ ipsum in-
trare balneũ nisi cum semicupium inuenire nõ
possumus, nec aquam sup eum infundere: ita ꝙ
horripilatio nõ eum inuadat. Sudare aũt & aerẽ
attrahere calidum oĩ re ei deterior est. Et Auer.
7.collig.c. de cura hecticæ ait. Sed in balneando
eos magnã debemus habere consideratiõnẽ, eo
ꝙ isti non vñr habere necessitatem magnã cale-
faciẽdi, resoluendi, neq; euacuãdi. Quid.n. profi
cies ex frigiditate accidẽtali acquisita in balneo
p resolutionẽ caloris supple cum humores inde
euacuẽtur: & hoc non cõfert, nisi in mala cõple-
xione materiali: & postq̃ ita est mihi videtur ꝙ
non indigeãt aliquo ex aere balnei. Et quamuis
aqua calida habeat humectare: cũ hoc tñ facit re-
solutionẽ. Sed balneũ aquæ frigidę mihi videtur
eẽ melius si ipsum possit conuenienter sustinere:
hæc Auer. Et Serap. sexto breuiarij cap. de hecti-
ca ait. Et faciamus eum sedere in tina in aqua in
qua decocta sunt folia cucurbitæ & hordeũ ex-
corticatũ & viola & nenufar. Attẽde secundo
ꝙ Gal.10. de inge.c.10. balneum cõmendat in cu

A ra hecticorum. Primo quidẽ aereum calidum vt
educat fumos caprinosos, & alimento vias ape-
riat ipsumq́; digestum iam ad mẽbra attrahat. Se
cundo balneum aquæ dulcis calidæ quod suam
ĩmittit humiditatẽ vsq; ad intima. Tertio balneũ
aquæ frigidæ dulcis quod remittit calorẽ non so
lum illatum à balneis calidis: sed ẽt febrilem. Et
vt ipsius mens magis innotescat verba eius inse-
rã. Ait primo ibi. Intrãtes balneum primitus tan
gũtur ex aere. Deinde sedẽt in aqua calida. Tan-
dem sedent in aqua frigida. Nouissime exiccant
sudorẽ. Sed prima pars balnei.i. calidus aer ma-
gis cæteris totum corpus calefacit dissoluens li-
quefaciẽs & extenuãs humores. Secũda pars bal-
nei.i. aqua calida, si fiat propter siccitatẽ poterit
emittere suã humiditatem vsq; ad fundamenta
mẽbrorum eis ẽt suscipiẽtibus & custodiẽtibus.
B Tertia pars balnei.i. aqua frigida totum corpus
infrigidat, cutim cõstringit & cõfortat. Quarta
pars balnei.i. exiccare sudorem purgat humores
corporis cum sudore sine vllo nocumẽto quod
fit ex frigiditate. Balneũ tñ hæc oĩa facit, si aqua
eius fuerit dulcis & fiat in congruo tpe. Secundo
ibi ait multis iterpositis. Iuuat ergo balneum in
siccis & calidis caprinosum fumum purgari: dis-
solutiua vero eis minime nocebũt: calefactiones
vero eis sunt nociuę. Istud est iuuamẽtum ex pri
ma parte balnei factũ si prout oportet existat. Se
cunda vero pars.i. balneari in aqua calida quo-
dãmodo prodest eis eo ꝙ humectat: sed q̃n cale
facit nocitiuum est. Tertia pars balnei refrigerat
calefactum corpus pter vllam læsionẽ, virtutem
confortat: mẽbra quoq; ex balneo vltra modum
dissoluta ad naturalẽ modum reducit, quod te-
C statur sudor exiens post infusionẽ aquæ frigidæ.
Tertio ibi ait. Si inuestigauerimus oẽs actiones
balnei q̃ fiunt in his corporibus: videmus capri-
nosos fumos egredi & siccitatem fundamento-
rum mẽbrorum humectari, & calorem propter
aquam frigidam extingui, & nõ eum solum qui
ex balneo accidit, sed etiã antiquum. Quod sic te
stificatur: qui.n. per æstiuum solem ambulantes
linguam hñt siccam & gulam asperam et totum
corpus intrantes balneum, et ex aqua frigida in-
fusi in suam reuertuntur naturam: lingua nanq;
humefit et sitis transibit. hęc Galenus. Attende
tertio ꝙ attingi possunt intentiones omniũ par-
tium balnei cum vnico balneo dulcis aquę in ti-
na non transferẽdo ægrum de casa in casam, nec
de tina in tinã secundum hunc modum. Intret
mane hecticus post digõnem cibi vltimo sum-
pti tinã dulcis aquę mediocriter calidę, in qua pᵉ
maneat modico tpe sub primo calore donec re-

 soluerit

soluerit fumos caprinosos & suã imiserit humectationẽ in ꝓfundum corpis, postea imponatur eidẽ tinę dulcis aqua frigida paulatim & paulatim donec tepescat, post superaddatur amplior frigida donec ipsa frigeat tali frigore quale est frigus aquæ soli expositæ tempore ęstiuo non remouẽdo ęgrũ à dicta tina quousq; hæc acta sint. Deinde inũgatur, postea bibat lac & itret lectũ.

Et qñ separatum &c.) In.ij. dicit q̃ dũ corpus hecticũ à balneo sepatum est accipiet aliqd ex cibis humidis & sorbitionibus nõ nocentibus ei factis ex hordeo mũdato & lacte ꝑm hunc modũ. Decoquat̃ hordeũ excorticatum cũ dulci aqua munda quousq; mollescat. Post hoc decoquatur in lacte amygdalarũ aut i lacte caprino integrũ, sicut est vel cõtritũ si vis vt leuius fiat & da i edu liũ, vel da lac aliquod ex tribus ꝑdictis vel collaticiũ de cãcris aut perkis aut paruis lucijs vel de elixis pullis cũ frigidis herbis vt lactuca & acetosa.

Et qñ accidit &c.) In tertia dicit q̃ si in balneo sitis hectico accidat sedet ipsam statim cum potu ptisanæ vel potu aquæ arab. i. lactis acetosi q̃ sit extracta ex lacte asinino vel ex caprino si nõ reperias lac asininũ. Da ergo de ptisana vel de dicto sero vnũ bonũ haustũ puta lib.5. q̃a tolerare sitim valde nocet hecticis acuẽs cholerã siccans & inflãmans. Sed attende, ne sit dicta ptisana vehemẽtis frigoris actualiter ne subito penetret ad intima viscerum ex balneo aperta & rarificata.

Et oportet vt &c.) In.iiij. part. primo dat vnũ gñalem canonem circa modum balnei hecticorum. Secundo sex canones spẽles ibi (Oportet vt ꝑmutetur) Tertio docet quid sit agendum dum hecticus separatur à tina ibi (Cum ergo sepatur)

In.j. parte dicit primo q̃ gñaliter obseruandũ est in oĩ balneo ministrãdo hecticis vt sit introitus in ipsum facilis & oĩno suauis absq; labore, pœna, tędio & fatigatione & similiter exitus & statio in eo, ne virtus ipsius deijciatur labore & tędio vñ fructum ꝑdat ex balneo quæsitũ. Scdo dicit q̃ iã enunciauit, qũo istud fiat i locis alijs. s. tertij.13. tracta.1.c.29.§. illo. Et ex humectatione istorum est eorum balneatio & sessio ipsorum in tina &c. vbi agit de cura malę cõplexionis siccæ stomachi. Et hic iterabit conditiones in balneis & tinis hectici obseruãdas in parte sequẽte.

Oportet vt &c.) In parte.ij. dat sex canones in speciali super modis balnei & tinę hecticorum. Primus est, hecticus ꝑmutãdus est & differẽdus de lecto ad balneum i lecto portato ꝑ viros quatuor fortes & robustos tenẽtes fortiter lectũ eleuatum per quatuor conos, in cuius medio iaceat hecticus, & sup hunc lectum vel saltẽ sub eo sint

D extensi stratus seu tapeta lenia vel puluinaria bene vniformiter & ingeniose, ita vt ꝑueniat cum hoc lecto hecticus ad primã domum seu casam balnei cũ suauitate. Secundus canon est ꝑmutet̃ hecticus seu transferatur de lecto sup quẽ deportatus fuit ad primã domum seu casam balnei ad illud stramẽtum quod cõpositum est ex duobus pãnis qbus intersuta est lana vel cotum. Tertius est, exuatur hecticus huic stramẽto insidẽs vestimentis suis in prima domo vel secunda balnei si non sit calida sed veluti tepida. Quartus est, non moretur hecticus in aliqua istarũ duarum casarũ nisi tanto tp̃e q̃tum ipse aponit in transferẽdo se de extremo vnius casæ ad extremũ aliud, & neq; stet ibi nisi paucis anhelitibus, ne multiplicatis aspirationibus aeris balnei siccetur pulmo eius, & stet in his nudus seu iam præexutus suis vestimentis cum facilitate. Quintus est, postq̃ spoliatus

E fuerit in prima casa se transferat hecticus ad secundã casam, deinde ad tertiam: quę tñ non sit vehementis caliditatis. Et in hac tertia tãdiu stet ęger quãdiu sustinet intristanter tinã. Hæc sunt, q̃ dicta sunt à veteribus circa vsum balnei & tinę in hecticis. Et Gal.10. de inge.c.10. cõditiones in balneo et tina hectici obseruandas sic cõmemorauit. Oĩs hñs hecticam maxime veniẽs in phthisim, si non habeat aliquã se. de putredine vel de apate viscerum: oportet i balneum mittatur. Sed studeamus ne patiatur laborẽ, ne virtus per hoc dissoluatur. Portetur ergo vsque in balneum in lecto. Et postea suauiter in linteo calefacto deponatur. Cumq; in primam balnei mãsionem peruenerit exuat pannos, deinde in secundam mansionem mittatur: quæ secũdum cõplexionem .i.

F caliditatem mediocriter extendẽda est: ibi vero oleo tepido vngatur. Quo facto ad tertiã est perducendus & in fontẽ calidum mergẽdus. In his tñ mansionibus nullã habeat morã. Sed solummodo suauiter p eas transeat. In fonte quoq; parum maneat in aqua frigida subito. Deinde exicetur cũ mappa, & ad lectũ feratur, & cũ spõgia aut molli linteo exiccetur, tandẽ domũ feratur, et nutrimẽto reficiatur. Domus tñ, sicut dixi, balneo vicina sit: hæc ille. Sextus canon est, q̃ principi gratius & dilectius est vt sit tina hectici in domo media tpatæ caliditatis. Et hoc intelligit de vtraq; tina calida scilicet ac etiam frigida. Et in hoc dissidet à Galeno qui tinas ambas in tertia domo collocari voluit. Et de hac discordia parũ curandum est dummodo tertia mãsio balnei sic ordinetur quòd ipsius calor sit temperatus.

Cum ergo separatur &c.) In tertia iubet qnq; per ordinem fieri qñ separatur seu remouetur hecticus

cticus à tina frigida & humida. Primo cooperiatur mantili idest mappa subtili linea vel farca idest veste seu cooperiméto, quod ex duabus cóponitur tunicis inuicé consutis. Secúdo mutetur ad stratum suum & ad suú lectum cú sua sabana. Et est (inquit Oribasius cap. de prouocatione menstruorum) pannus asper seu absterioriú quo homines vtuntur in balneis. Ianuensis inquit, sabanum indumentum, sabana indumenta. Tertio exiccetur sudor hectici cú mantili tenui vel manutergio. Contra hectici non debent sudare ne inde deficcétur & demacrentur. In principio enim partis huius dictum est q ingressio balnei nó conceditur hectico nisi fuerit ita ne sudare faciat. Item abstersio sudoris augmentat sudorem vt prius dictú est. Dic q per sudoré hic intelligit aquæ tinæ humiditaté quæ superficiei corporis adhærens remansit vel aquositaté modicam quá natura vnita & fortificata p balneum frigidum sub forma sudoris vna cú fumis capnosis expellit. Ad secundú dic q hæc humiditas non est abstergenda cú fortitudine, sed suauiter exiccanda est cú suaui mantili. Quarto inungi debet violato oleo vel nenupharino. Quinto cibari lacte muliebri vel asinę aut caprę vel collacticio aliquo ex prædictis. Attende primo q ab obseruátia prædictorum canonú in administratione balnei hecticorú multa nos absoluunt in istis partibus. Primum est carétia balneorum ita distinctorum vt olim per tres mansiones vel casas aut domos. Secundú incuria tędium & spretus tot cerimoniarú nedum patientum sed & seruitorum circa vsum balnei. Tertiú facilitas deficiendi vel oberrandi in cómeusurando caloré & frigus balnei & tinarú & tépus morę in balneo & tinis, vnde sæpe accidit vt non solú ista nó prosint hecticis, sed plurimum noceant sic labor in damno est. Iuxta id Gal. x. de inge. cap. x. Qui aút ab hectica nondum ad phthisim peruenerút possunt per se ad balneum ire & in fonte idest tina aquę magis morari, vnde si hæc oïa studiose fecerimus sperамus eos euadere. Sed tñ parum errantes laboré omittimus, & ipsi peribunt. Is enim morbus cú sit incurabilis errorem rationis etsi paruissimus sit non expectat. Attende secundo q loco obseruantię dictorum canonum, sufficere debet, q hecticus in lecto spoliatus iacens in tinam prope se nudus deferatur vno tenéte eum per subascellas, alio p crura, vbi postq steterit delectabiliter & intristanter primo in aqua caida postea in tepida, tandem in frigida suauiter extractus linteo tegatur calido & sicco quo ipse exiccetur, deinde inungatur & in lecto ponatur postea cibetur.

Iacobus in cap. 8. tract. tertij fen. 1. quarti.
De hectica senectutis.

Et ex balneatione &c.) In tertia particula docet humectare hecticos hectica senij. Primo per balnea. Secundo per clysteria ibi. (Et clysteria) Tertio per fricationem ibi (Et administrentur.)

In prima subparticula dicit primo q balnea sunt ex remedijs humectationis horum hecticorum sicut prius dictum est. Et id itellige tam de aeris balneis calidis & humidis qualia sunt balnea medię casæ q de balneis aqueis in tina aquæ dulcis mediocriter calidę. Secundo dat regulam circa horam balnei dicens, q non administretur nisi post digestionem cibi præassumpti in stomacho. s. & hepate & venis. Tertio dat causam regulæ huius dicés, q si balnea administrentur sue cessione comestionis videlicet cibo nondum digesto in stomacho faciunt cadere virtuté replédo venas indigesto humore qui caloré suffocat. Et si administrentur inanito corpori faciút cadere virtutem alio modo puta resoluédo calorem & spiritus. Iuxta id Gal. lib. de marasmo cap. xvj. prius allegatum. Balnei vero vsus oportunus ad talia prædicta. s. ad humectationes & rectificationes marasmorum & ad redditiones cibi. i. distributiones eius ad mébra optimum est auxilium. Accipere autem illud oportet digesto iam cibo, non aút indigentia longiore. i. ventre vacuo. Ná ei qui nuper comedit illatum balneum crudis. & indigestis humoribus replet corpus. Quod vero indigentia longiori, virtutem destruit. hæc Gal. Attende q in hectica senectutis diutius balneo immorandum est, maxime in illa cuius ariditati frigiditas iuncta est q in febre hectica. Iuxta id Gal. ibi. Et longus vsus í frigido qdé marasmo valde pdest. In circunfrixo aút fugiédus.

Iacobus in cap. 9. tract. quarti fen. 1. quarti.
De eradicatione variolarum.

Secundo dicit in hac parte prin. q oportet vt habens vestigia turpia variolarum plumbei coloris assiduet balneum aquæ calidæ dulcis, quia cutem lenit lauat & attenuat & attrahit sanguinem ad superficiem corporis. Valet etiam ad id stupha mediæ casæ quæ calida est & hum. & fricationes suaues. Iuxta id Rasis libro deci. capitulo vltimo. Postquam ergo ceciderint cortices tunc assiduatio balnei & regimen impinguatiuú corporis íplebunt foramina earú & medicinæ quæ eradicant pannum delent vestigia earú.

Gentilis in Cap. 11. Trac. quarti, Fen. 1. quarti.
De apostematibus in feb.

Et í his &c.) Pręmissa generali cura descédit hic ad capitula spália, licet. n. in febribus apatum oporteat

oporteat īfrigidare, non tñ potetur aqua frigida, qđ est verū regulariter, vt ꝓbatū ē supra ca. de cura putridarū, coacte m̄ qñq; non possumus aliter curare erysipilam vt apparet nono therap. & licet oporteat hūectare, nō tñ cū balneo qa mouet materias ad mēbrum apātum vt. xj. therap.

Iacobus in cap. 11. tract. quarti, fen. 1. quarti. De apostematibus in feb.

Secundū est balneum sine sit aereū qđ stupha dicitur, siue aqueū calidū qđ dicitur tina, siue frigidum aqueū qđ à qbusdā piscina appellatur, qa qđ calidū est liq̄facit humores & quietos cōmouet, & fluere facit versus apā p̄ quos aggrauat, & materiam cōmouet dilatat & auget q̄ apā facit absq; hoc ꝙ educat aut minoret ipām, & febrem augmētat. Frigidū vero apā īcrudat & ipsum cōpingit & resolui ꝓhibet ac maturari, & calorē febrilē iteri⁹ retinet & fortificat ꝑ antiparistasim.

Gentilis de Florētia in ca. 17. trac. 2. fen. 5. quarti.

Et subdit ꝙ medici qñq; vtūtur embrocha ex aqua calida qñ soluūt ligamētū primū q̄rentes ꝑ talē admīstrationē iuuamētū vt attrahāt ad mēbrum materiā, & ista aqua oportet ꝙ sit talis vt cū cadit sup īfirmum sit tēperata, quia calida fortasse soluit vltra q̄ debeat ex corpore mundo qñ ꝓlōgatur tps effusiōis eius & ex corpore repleto attrahit ad mēbrum vltra q̄ oportet, quis paucu; sit tps effusiōis aq̄, & sic oportet vt caliditas aq̄ sit tendēs ad ęqualitatem. Et tēpus effusionis eius sit secundum quantitatē quæ videtur de augmēto mēbri & inflatiōe eius. Et cum membrum incipit detumescere non effundatur aqua.

Et nos &c. Ponit tertium cañ. & dicit sic, ꝙ nos diximus de iudicijs embrochę in cap. dislocationis illud ꝙ oportet attendere hic. Et subdit ꝙ magis dilectum sibi est vt mēbro non approximet neq; oleum neq; aquā calidā omnino.

Auerrois in cantica Auicennæ.

150 Balneum ē necessarium ad purgādum sup fluitates tertię digōnis, & ob hoc disponit corpus ad susceptionē cibi, ob hoc ēt cōgruit & necessarium ē ī cōseruatiōe sanitatis, vñ priores vtebātur eo oī die postq̄ fuerāt prius exercitati, ē āt vna ex cōditiōibus ei⁹ sicut & exercitij ne diu fiat cū cibus sit in stō, & īmundicia q̄de est super corpus sordities ex supfluitatibus tertiæ digestionis collecta. Ex proprietate autem balnei est humectare corpus, & reddere ipsum spongiosum, facitq; vt digestio compleatur & perficiatur.

Auerrois in cantica Auicennæ.

25 Cum quis voluerit ęgritudines euitare diuidat regimē suum ī tria, quorum vnū aīę tribuat, & aliud cibo, et aliud potui, hoc qđ dixit

D de aīa repitur ī suaib⁹ & laudabilibus relatiōibus.

26 Hoc q̄dem p̄ceptum īducit ad vtēdum aqua frigida, qm̄ parum ex ea sitim sedat, ꝙ minime facit multum ex tepida. Et licet hoc sit verum in climatibus calidis, coagruit nihilominus vsus aq̄ tepidæ in regionibus frigidis, & p̄cipue tēpore hyemali, & pro tanto græci timēt valde potū aq̄ frigidæ ī regiōe sua rōne cōsuetudinis ipsorum.

27 Ex hoc dicto videtur ꝙ cōcesserit interdum potum aquæ frigidæ minimnm quod quidem si vnquā fecit, fecit tempore ęstiuo calido.

28 Hoc quidē notum ē, nā si macer extenuatus, habēs modicum sanguinē bibat aquā niuis, non est securus quin accidat ei inde stupor & dormitatio mēbrorum. Retulit enim Gal. ꝙ accidit cuidam patiēti post potum aquæ niuis, adeo magnum nocumentum in gutture suo, ꝙ nihil glu

E tire potuit, & tandem mortuus est inde.

29 Cauendum quidem est ne bibatur in mensa aqua, nisi ad procurandum transitum buccellæ, cum descensus eius tardatur.

30 Causa quidē huius est, qm̄ cum sumitur aqua super cibum priusquam stomachus calefecerit ipsum, infrigidat ipsum & incrudat. est etiā causa quare supernatet cibus sumptus in stomacho, & quare ēt non adhæreat & vnatur eidē quod conterat ipsum sicut exigitur, actio nanq; stomachi super sumptum cibum fit conterēdo & coquendo simul, vnde sicut cum infunditur simul & in magna quātitate aqua in olla, ꝓpter quod tardatur cibi decoctio in eadem, sic quidē cōtingit inde ipsi stomacho. Aqua autē sumpta super balneum nocet valde ratione contrarietatis existentis tunc in membris, contrarium enim forti-

F ficatur tunc in occursu sui cōtrarij, vt inquiunt, & ob hoc non est securum quin infrigidetur in frigidatione incurabili hepar bibentium immediate post egressum eorum à balneo, vñ est acsi diceret ꝙ inde contingeret eis hydrops.

31 Causa huius dicti est dicta in assumptiōe eius post balneum, attamen maius est nocumētum potus eius in coitu, eo quod debilis sit calor naturalis in corpore eius qui vsus est coitu, & calor innaturalis auctus & fortificatus.

32 Hoc quidem cuius relationem fecit hic de vino est, verum postquam descendit cibus ab ore stomachi ad eius inferius scilicet ad fundum.

33 Hoc quidem est præceptum vt expellatur sitis mendosa, nam si sumpta aqua vel vino ad satietatem generetur sitis in eodem, sitis quidē illa erit mendosa, pro tanto docet vt tunc tollatur omnis potus, donec cesset sitis illa.

Finis nonnullorum expositorum Aui.

IOANNIS HERCVLANI

In Auicennę quarti canonis fen primam de febribus cõmentaria, quæ ad balnea pertinent.

In libri quarti fen primæ tract. 1. De curatione generali feb. ephe. Cap. 9.

T conceditur &c.) In parte pręsenti curat ephemeras per exterius applicata, & posset hæc pars diuidi in octo partes, secũdum q octo sunt cañ. Primus q ephemerantibus conceditur balneum, cum eorum paroxysmi declinant propter quatuor iuuamenta accidentia ex balneo. primum, quia balneum facit sudare, secundo poros rarificat, tertiũ humectat, quarto tandem in quieta dispositione infrigidat scilicet cũ hõmo iam exiuit balneum, & est quietus: aqua enim in poris retenta seducit ad suam frigiditatem naturalem, vt est apud Aui. secũda primi cap. illo. quidam ornate loquentium.

Et prohibetur &c.) Secundus canon, balneũ prohibetur vbi timetur casus putredinis, vel in feb. putridas propter præsentiam multorum humorum malorũ, nã per balneũ calefiunt, humectãtur, agitantur, et sic ad putredinẽ dispõnũtur.

Et non &c.) Tertius canon. non oportet vt prohibeatur à balneo, nisi qui patitur ephem. ex oppilatione. q. d. q hic maxime inter omnes debet euitare balneum, & propter oppilationem hic intellige oppilationem intrinsecam, aut extrinsecam ab humoribus pendentẽ multis, grossis, aut viscosis. si enim oppilatiõ intrinseca penderet à frigiditate aeris, aut spissitudine cutis, aut à balneo aluminoso balneũ cõpeteret. quia poros aperit, & rarificat, & remouet causam oppilationis. sed i oppilatiõe ex humoribus multis forte amplius oppilat, & ad putredinẽ disponit.

Et similiter &c.) Quartus canon. q patiens ephe. ex nausẽatiua satietate non debet balneari nisi in fine rei. i. nausẽatiuæ satietatis. s. cum paucificata est nausẽatiua satietas per vomitum, secessum, & abstinentiam, & cum dilatantur pori. i. est tempus dilatationis pororum, hoc est qñ homo in fine nausẽatiuæ satietatis sumpsit cibũ qui iam digestus est prima, & secunda digestiõne, & iam digeritur digestione tertia, & est in via vt ad membra spargatur, tunc enim est tempus balnei vt pori dilatentur, & nutrimentum per membra dispergatur, vel distribuatur, & residuum nausẽatiuæ satietatis resoluatur.

Et habens &c.) Quintus canon. q habens catarrhum nõ balneetur, nisi sit adustiuus. i. calidus. scitur enim ex qnta tertij, de cura catarrhi, q balneum non cõuenit in catarrho frigido nisi prædigesta materia, & paucificata. sed bene conuenit in catarrho calido balneum aquæ dulcis parum calidæ, ad sedandum eius acuitatem, & etiam ad ipsum digerendum.

Et omnes &c.) Sextus canon. habentes feb. ephe. nõn prolongent moram in aere balnei. s. calido, quia addit caliditatem spirituum, & non refrigerat, neque humectat, immo morentur in aqua balnei quantum volunt. i. quantum eos delectat. Ab hoc canone excipiũtur patiẽtes ephe. ex soliditate, & spissitudine cutis, siue pori sint B naturaliter stricti, siue oppilati frigore aeris, aut ab aliquo styptico sicut balneo aluminoso, aut etiam à materia pauca. Istis enim licet competat balneum aquæ calidę, tñ multo magis competit balneum aereum, quare non est ita aptum reddere in oppilationem sicut balneum, quæ remanens in poris reddunt postea se ad suam frigiditatem notabilem, & est apta aliquo modo oppilare. Posset ẽt balneum maxime aereũ concedi habẽtibus oppilationẽ intrinsecã à paucis humoribus pendentẽ, nã rarificando poros, & sudorẽ prouocando, posset educere materiã oppilantẽ.

Embrochatio &c.) Septimus cañ. aqua dulcis calida embrochata, aut linita super corpus ephemerantis, aut epithemata oppilat poros, ꝓpterea non conuenit ephemerantibus ex oppilatione. aqua enim hoc modo applicata cito isrigidatur C circa corpora eorum, & infrigidata addit in oppilationem. sed balneum aquæ calidæ minus noceret, aut forte iuuaret oppilatione existente leui, cum longiori tẽpore manet calidum. Similiter in ephemerãtibus in quibus intendimus materiam resoluere propter materiã suprascriptã: magis conuenit balneum aquæ dulcis calidæ, q̃ ipsa aqua calida embrochata, aut epithemata, neq; hic canon contrariatur dictis Auic. quarta primi. cap. de embrochis. vbi dicit. q embrocha est medicamen congruum ei, quod oportet dissolui. Hic enim canon intelligitur vbi nõ est oppilatio notabilis, & etiam licet vbi non est oppilatio conueniat ad resoluendum, multo tamen magis balneum conuenit, cum diutius caliditatem suam retineat. Et licet casus ab alto, sicut fit in embrochis, faciat virtutem aquæ profundius penetrare, q̃ penetrat in balneo, tamen hæc cita infrigidatio aquæ embrochatæ magis impedit resolutionem.

resolutionem, q̃ ipse casus ab alto iuuet faciendo penetrare virtutem. vbi autem esset opus solum infrigidare, aut humectare, & non resoluere hęc aqua embrochata magis cõpeteret q̃ balneũ, magis. n. infrigidaret, & humectaret q̃ balneum.

In libro quarto fen. 1. tract. primo.

De curatione ephemerae ex angustia *Cap. 12.*

OPortet &c.) Hic ponit curã. sed ante oĩa sciendum est q; in cura cuiuscunq; ephe. hę exiguntur intentiones, sicut superius dictum fuit. Prima est remotio causæ tam principalis q̃ vicariæ. exempli gratia. dicimus solem esse principalem causam ephe. sed caliditatem ab eo in caput impressam dicimus esse causam vicariam. i. vicem eius gerentẽ, & sic possumus in alijs exẽplificare. Secũda intentio est infrigidatio & humectatio quæ debetur ephe. Tertio est prohibitio transitus ephe. ad aliud genus feb. Quarta est correctio accidentium. s. sitis & huiusmodi, quæ sequuntur ephe. & causas eius. Quinta est regimen vitæ in sex rebus non naturalibus. Ad propositum. nihil hic ponitur, & similiter in reliquis capitulis, q; non sub aliqua istarum intentionum comprehẽdatur. introitus quidem tinæ ex aqua dulci tepida est ad humectationem, sudorẽ prouocandum, & infrigidandum. Balneum aũt aereum non cõceditur, quia calefacit & exiccat. Inunctio autem cum oleis infrigidantibus & humectantibus cum fricatione vt penetrent, est cõuenientior q̃ sit balneatio. magis. n. humectat q̃ balneum, neq; primo occursu calefacit sicut balneum. debet vti lætificantibus. i. cordialibus, & odoriferis frigidis ad remotionẽ causæ & ad infrigidandum. & propter hanc causam ponũtur sup pectus epithemata infrigidantia facta ex mucilaginibus, & succis, & aquis bonis. i. conueniẽtibus ad hoc propositum cũ infrigidatione, humectatione, & cordialitate. Debet autem sumere in potu vinum plurimæ cõmixtionis cũ aqua, quia lætificat, & bonificat spiritum, & facit frigiditatem aquæ & humiditatem eius penetrare ad extrema corporis.

De curatione ephemerae ex ira. *Cap. 16.*

FAc eos &c.) Hic ponit curam. & manifestũ est q; aliqua remedia sunt ad remouendum causam. s. iram. quædam contra ephe. ad infrigidandum. quædam remouent accidentia, & docet aliquãdo regimen vitæ conueniens. ordinat aũt balneum in aqua non plurimi caloris, ne addat inflãmationem. prohibet vinum, qui addit in iram. in hoc tamen consídera cõsuetudinem, in quibusdã enim oportet vt detur, sed sit notabiliter limphatum.

D *De curatione ephemerae ex somno & quiete.* *Cap. 20.*

CVratio &c.) Facit sudare ipsum in aere balnei, vt vapores plurimi retenti melius resoluantur. Concedit tamen post hoc ablutionem æqualem cum aqua calida ad humectandũ & infrigidandum. & declinante feb. dat parum de cibo declinante ad frigidum & humidum aliqualiter. non enim oportet ipsum tantum ĩfrigidare, & humectare quantum patiens ephe. ex vigilijs. Cõcedit exercitium temperatum, nam licet hic per se calefaciat, per accidens tamen infrigidat vapores resoluẽdo, prohibetur vinum, quia somnum inducit.

De cura ephemerae ex labore, *Cap. 24.*

CVratio &c.) Hæc pars habet tres partes: primo ponit curam. In secunda ibi (Quidam tamen) remonet errorem quorundam. In E tertia ibi (Et oportet vt fumantur) complet curam. In prima parte ponens curã quandoq; vertit intentionem suam contra causam præcipiendo ocium, & tranquillitatem. quandoq; contra feb. & accidentia, scilicet corporis siccitatẽ, præcipiendo balneationem in aqua calida dulci, & inungendo iunčturas. quandoq; vertit intentionem suam ad regimen vitæ dando eis cibum boni chymi humectantis, secundum quantitatem quæ possit digeri. non enim tantum possunt digerere quantum tempore sanitatis. Propterea oportet vt cibi dẽtur eis quorum plurimũ nutrit pauca quãtitas, sicut carnes pullorũ, hœdorũ, & vitelli ouorum sorbilium, & testiculi gallorum.

Et oportet &c.) Curat etiam inungendo corpora eorum, & proprie iũcturas quæ sunt exiccatæ cum oleo viola. & similibus, cum quo deli F te calido debet inungi caput, collum, & spondyles dorsi, & iuncturæ omnes. Sunt enim aut principia motus voluntarij, aut instrumenta, & proprie inungãtur post balneũ, vt inunctio retineat aquam in poris, quæ rediens ad frigiditatẽm naturalem amplius infrigidat & humectat. Docet etiam applanare strata, idest lectos, vt sint mollia in quibus bene quiescant. & docet aromatizare strata & sedilia cũ rosis, sandalis, & similibus ad infrigidandum, & virtutem confortandum. & si opus est reiterare balneũ, reiteretur, & procedatur sicut dictum est in hoc capitulo.

Eodem libro & fen. 1. & tractatu. 1.

De febre ephemera ex siti. *Cap. 32.*

DAre &c.) Et si possibile est q; balneetur cum aqua frigida fiat ad citius infrigidandum & humectandum, timetur tamen balneũ aquæ frigidæ si sit extenuatum, & non solitum in aquis

in aquis frigidis balneari, ne virtutes naturales debilitentur,& calor innatus extinguatur.

De ephemera ex oppilatione. Cap. 33.

Et intromitte ęgrum.) In hac parte ponit curam conuenientem in processu,& est administratio balnei & fricationis. In secunda parte ponit quid post exitum à balneo faciendū sit. secūda ibi (Cum ergo egreditur) In prima parte ponit octo conditiones seruandas in vsu balnei. Prima ꝙ præcesserit euacuatio. secunda ꝙ facta sit oppilationum apertio. Tertia ꝙ paroxysmus si fuerit vnus solus sit in declinatione. Si autē sint plures paroxysmi,ꝙ cum balneatur sit paroxysmus declinationis vniuersalis.quarta ꝙ vrina significet digestionē. quinta ꝙ pulsus sit coarctatus significans putredinem. sexta ꝙ ponatur in balneo in die tertio,quia in hoc tempore verisimile est ægrū esse in declinatione,& præcessisse euacuationem & apertionem quę præmittendę sunt.& ante paroxysmum sequentis si fuerit aliquis verisimiliter secuturus saltem per quinque horas,ita vt possit fieri balneum,fricatio,& cibatio si fuerit expediens. septima ꝙ post balneum fricetur,& vngatur cum abstergentibus quæ in textu describit. Horum tamen vsus non est apud nos,& magis conueniret oppilationi existenti ī cute spuma baurach.i.pars subtilior salis,quod dicitur baurach,sed loco ipsius accipimus salnitrum.octaua,ꝙ si balneum alteraret ipsum faciendo oppilationem illico de balneo egrediatur.significatur enim ꝙ balneum non est aptum aperire huiusmodi oppilationes,immo potius disponit ad febrem putridam.

Cum ergo egredietur &c.) Ponit quid operandum sit post exitum à balneo.nam regulariter non debemus exhibere cibum paroxysmo proxime secuturo. Si autem virtus non toleret, detur aqua hordei subtilis.i.in qua sit parū hordei,& multum de aqua.& proprie decocta cum pauco apio ad maiorem apertionem. Nos autē loco huius daremus aliquid ptisanę hordeacę. Si vero alius paroxysmus non superueniat,iterū balneandus est ad resolutionem residui. Et si superueniat,& sit valde diminutus respectu præcedentis.& cum hoc vrina fuerit bona,tunc significatur paucitas oppilationis,& ꝙ non fiet transitus in putridā.& potest æger grossius diætari. si vero fuerit paroxysmus sequēs ęqualis primo aut fortior,& vrina nō digesta,tūc fit permutatio ad feb.putridā,& curandus est cura putridæ.

De ephem.ex nauseatiua satietate. Cap. 35.

Hic curat ephemeram ex nauseatiua sacietate quando venter sponte soluitur. Et dicit ꝙ me-

A dicus debet considerare an res quæ euacuatur sit id quod est corruptum,& si ita fuerit nunquam retineat donec totus chylus corruptus euacuatus sit.quo euacuato declinante paroxysmo debet ingredi balneum,& postea cibari. Verum si adsit virtutis debilitas dimittat balneum,& cibetur,sed ante cibationem confortetur stomachus cum medicinis descriptis.16.tertij.in cap.de solutione ventris ex quibus est lana infusa in oleo de absynthio,aut ī oleo nardino,idest de spica quæ lana sit expressa ab oleis,& notabiliter calida,super stomacho,& intestinis applicetur.

De ephemera ex calore. Cap. 38.

Quæ dicit in cura sunt manifesta. non tangat eū tina,quia timetur caliditas, æqualis enim caliditas in tina quæ est subiectum densum sic cū magis imprimit quàm ęqualis caliditas aquę,

B & necessitas ad balneandum est plus quàm ad vngēdum,quia balneum infrigidat, humectat, & excludit vapores, sed vnctio solū infrigidat, & humectat,sed non excludit vapores.

De ephemera ex frigore. Cap. 39.

Pro cura. Vertit intentionem principaliter contra causam scilicet oppilationem non negligendo tamen reliquas intentiones. Isti ergo operātur pannis donec sudent,& declinante febre balneentur in aqua notabiliter calida, ita tamen vt non mordicet,quia poros constringeret.septimo therapeu. Et si in ipsa essent decoctæ aliquæ herbæ sicut maratrum.i.maiorana, anethum &. sisym brium,quod est species mentæ esset magis pororum dilatatiua. Deinde si oportet succedat balneatio in aere.balneum enim aqueum debet præcedere vt poros dilatet,& mollificet, aereū

C autem subsequens,vt materiam sudorosam educat,& aquam in poris retentam, ne reducens se ad frigiditatem oppilet. Postea fiat inunctio cū oleis dilatantibus poros,sicut oleum de cheiri.i. viola saracenica de anetho,& chamæmilla, post. ponit autem inunctionem quia timet oppilationem propter viscositatem olei.quapropter liberius conceditur inunctio ephemerantibus ex labore, quàm ephemerantibus ex oppilatione cū in illis non timeatur oppilatio, cibantur autem his peractis,& cum iam feb.declinauerit, & bibant vinum mixtum, quia magis prouocat vrinam,& sudare facit.

De intentione ad febres putridas. Cap. 37.

Hic est sextus canon,& est etiam de euacuatione materierum cōmunium. Et dicit ꝙ post phlebotomiam,lenitionem ventris,prouocationem dictam facias infirmū sudare,& aperi meatus.i.poros cū his in quibus non est fortis calor, sicut

sicut est inunctio cum oleo chamęmelino,& fricatio cum vino albo potẽte,& cũ aqua dulci tepida in qua balneetur,aut cum qua fomentetur.

De intentione ad feb.putridas. *Cap.7.*

Immo cum videris &c.) In parte præsenti docet vsum aquæ frigidæ ab extra.s. per modum infusionis aut balnei,& gratia huius loquitur de balneo aquæ calidæ,& de vsu vini & similibus dicens ꝙ cum videris hæc quatuor.s.calefactionem fortem febrilem,& complexionem naturalem calidam & siccam. & tertio ꝙ euacuaueris. & quarto ꝙ ægritudo sit apud declinationem.i. in statu,aut declinatiõe vniuersali,quod cognoscitur per apparitionem digestionis,& euacuationem humorum,tunc quandoq; concedes infusionem fieri in aqua frigida,ita vt in ea infrigidentur extrema secundum ꝙ dicetur in cura tertianæ,aut ꝙ totum corpus balneetur in ea secũdum ꝙ placet Gal.11.therap.9.ca.ij.dicit ꝙ non est malum vt aliqñ in feb. administretur balneũ aq̃ dulcis calidæ & potus vini subtilis cõmixti.s. cũ aqua.Item ꝙ administretur inunctio cũ oleis lenificãtibus.i.poros aperiẽtibus,& dilatãtibus.

Dubitatur gratia primi dicti vtrum balneum aquæ frigidæ aut eius infusio competat in febribus putridis.Pro solutione huius dubij præmittendum ꝙ iuuamenta aquæ frigidæ exterius applicitæ in febribus sunt,primum caumatis febrilis extinctio.secũdum arefactionis,& superfluæ siccitatis prohibitio.& tertium caloris naturalis confortatio. Nocumento autem sunt caloris naturalis extinctio.& consequẽter virtutum oĩum debilitatio. Secũdum est mẽbrorum neruosorũ percussio,& cõsequẽter eorũ dolor,& spasmus, tertiũ oppilatio,quartũ materierũ incrudatio.

His præmissis sit hæc prima conclusio. In nulla febre phlegmatica,aut melancholica interpolata,aut continua proportionali conuenit balneũ aquæ frigidæ. Ista conclusio est de intentione auctorum maxime Auic.in cap.de phlegmatica,& etiam bene discurrenti per iuuamenta & nocumenta suprascripta facile innotescit ꝙ balneum aquæ frigidæ sit in his febribus aptũ multum nocere,& parum prodesse. Secunda conclusio.in febre pendẽte à materia calida ante digestionem non conuenit balneum aquæ frigidę præcipue materia existente multa grossa. Istam conclusionem Auicen. manifeste ponit in litera.d.in administratione balnei aquæ frigidæ debere præcessisse euacuationem,& digestionem.

Tertia cõclusio.in omni febriente febre acuta,& sanguinea,vel cholerica præcedente digestione,& euacuatione conuenienti, cuius complexio sit calida,habitudo carnosa,vel non multum extenuata,& ætas iuuenilis ipso etiam non existente debili,secundum aliquod membrum nobile,nec habente oppilationẽ,aut apostema, & consueto balneari in aqua frigida tempore calido competit balneum aquæ frigidæ. conclusio patet cum extinguat cauma febrile,& exiccationem prohibeat,& forte calore vigorato fit causa sudoris.11.therap.idem sentit Ras.16.continentis. Quarta conclusio. licet corpori aliqualiter extenuato timore arefactionis balneum aquę frigidæ conueniat,tutius tamen cæteris paribus conceditur in corpore carnoso,& magis infrigidatiuum.conclusio patet,quia licet in corpore carnoso noceat vapores concludendo,& calidum interius fortificando, tamen in extenuato multo magis nocet partes discopertas percutiendo, & calorem innatum extinguẽdo. Adde ꝙ sicut dicit Gal.11.therap. loco superius allega.calidũ interius fortificatum mouet materias exterius cum sudore,aut fortes eas cum fluxu expellit.

Quinta conclusio.in iuuene bene carnoso & æstate media bene conuenire potest in tertiana calorem interius fortificando. conclusio patet quinta aphorismorum aphorismo.22. Sexta conclusio.communiter aquæ frigidæ balneum vitãdum est in febre putrida quacunq;. patet conclusio,quia secundum plurimum propter tale balneũ plura sequuntur nocumenta,q̃ iuuamenta. Item,quia cõmuniter ad hoc balneum sunt incõsueti.& tertio quia difficile est metiri morã balnei secundum quantitatem suæ frigiditatis,& corporũ dispositiones quibus balneum cõuenit. Adde quod est remedium multum notatum,& contra cõmunem omnium opinionem.vnde si res transiret in sinistrũ cederet magno dedecori. Ego enim cum practicauerim.35.annis nunquã balneaui nisi vnum patientem causonem cũ fluxu sanguinis narium præter modum superfluentem,qui eadem die à causone & à fluxu sanguinis sanatus est,& magis ipsum balneaui propter fluxum sanguinis,cum alia remedia non conferrent,q̃ propter causonem,& confisus sum maxime propter hoc,quia continue in aquis natabat.

Septima conclusio. si feb.est interpolata,aut cõtinua proportionali melius est ipsum balneare in hora teporis,aut quietis. Ista cõclusio est de intentione Ras.16.continentis.vbi ad literam dicit. Iuuenis carnosi corporis non debet habere horribilem,nisi post declinationem particularẽ, balneationem cum aqua frigida. Et ratione probatur,quia balneum tunc applicatum sufficienter extinguit calorem in membris impressum, &

& cum hoc non retinet materiam paroxysmalem, nec prohibet eius euaporationem.

Dubitatur secūdo. vtrum balneum aquæ dulcis calidæ competat in febribus putridis. Pro solutione dubij præmittēdum q balneum aquæ dulcis calidæ est duplex. est enim quoddam, in quo parua mora contrahitur, factum solum modo ad remouendum sordiciem, quæ est in poris, & eorum apertionem, & aliqualem corporis humectationem. aliud est balneum in quo notabili mora contrahitur, factum non solum propter su prascriptas vtilitates, sed etiam ad resolutionem materiæ febris. Præmittendum secundo q materia fe. quāto est paucior, subtilior, digestior & poris cutis propinquior, tanto est aptior vt p balneum resoluatur, & sub forma sudoris educatur, & econtra se habet habens conditiones oppositas. Præmittitur tertio q iuuamenta balnei de quo supra, sunt cutim à sordicie abluere, poros aperire, humectare, materiam resoluere, & nutrimentum per membra distribuere. Nocumenta autem sunt inflammare spiritus, resoluere, materiam liquefacere, quæ liquefacta p membra fluit, & cum alijs humoribus permixta ipsos inficit, & putrescere facit. Et amplius fluens ad membra debilia ipsorum debilitatem, ac nocumenta fouet, & auget.

His præmissis. sit hęc prima conclusio. licet in febribus putridis pendentibus à materia grossa, multa cruda à poris distante non competat balneum aquæ dulcis calidæ in quo notabilis mora contrahatur. balneum tamen paucæ moræ aliqñ competere potest. Prima pars conclusionis manifesta est ex suprascriptis cum multa nocumenta, & pauca iuuamenta sint merito talis balnei apta contingere. Secunda pars conclusionis est de intentione Auicen. in cap. de cura quartanę. Et ingrediatur balneum in die secundo si quidē fuerit digestio secundū descriptionem, & si non fuerit digestio non fiat nisi in eo infusio aquæ calidę quantitate qua delectat corpus & humectat minus, q̄ pueniat ad hoc vt calefiat ex ea humor.

Et cōfirmatur, quia ex tali balneo paucæ morę fiunt iuuamenta superius scripta, et pauca, aut nulla nocumenta. Secūda conclusio. in febris pendentibus à materia pauca subtili digesta poris propinqua, non existente debilitate in aliquo membro nobili competit balneum aquę calidę. cōclusio nota est ex suprascriptis, cum plura sint apta sequi iuuamenta, & pauca nocumēta. Dicit autem non existente debilitate in aliquo membro nobili. Nam debilitas membri à quacunq; causa proueniat facit vt materia ab alijs mēbris

A ad ipsum trahatur, & sic amplius nocebitur, & debilitabitur. Tertia cōclusio. in febribus pendentibus à materia medio modo se habēte inter conditiones prohibētes balneum de quo supra, & suadentes ipsius administrationem iudicium de administratione eius est medium. hæc cōclusio nota est ex suprascriptis. Præterea. Auctores non expectant talē digestionem, & euacuationē in tertiana pura, sicut in reliquis febribus.

Quarta conclusio. in febre putrida aliqua particula non principali existente debili balneum contingenter erit conuenientius, q̄ illa particula non existente debili. probatur. nam existente pede debili, & incursuro podagram balneum erit causa vt materia fe. q̄ sine alio auxilio esset mortalis, fluat, & permutetur ad pedes, & faciat podagram salubrem, & hanc conclusionem sentit B Gal. 11. therapeu. secundo ca. cuius litera. Si vero quidem nulla particula principalium imbecillis fuerit, & aliqua nō principalis imbecillis existat, quemadmodum in podagricis quidem pedes, et arthriticis vniuersi corporis articuli maxima quidem vtiq; ex balneo laboranti ad salutem perfecta est pars particulis suscipientibus superfluitates imbecillibus. similis sententia habetur. 16. cōtinentis. Quinta conclusio. balneum in putridis secūdum plurimum debet administrari post digestionem, & notabilem materiæ euacuationem. conclusio patet, quia sic administratum est aptum educere materias, cum sint per digestionem æquatæ, & cum hoc quia sunt paucificatæ sunt aptæ minus fluere per mēbra, & sic minus oppilare, & alios humores inficere. est etiam de intentione omnium auctorum. Verum in tertia C na pura tutius administratur ante completam digestionem, & multam euacuationem propter choleræ subtilitatem, vt manifeste sentit Ras. 16. continentis vbi ad literam. verū in tertiana non nocebit, sed æger balneetur ante digestionem.

Sexta conclusio. balneum huiusmodi conuenientius administratur in tepore, aut quiete feb. in declinatione particulari q̄ in alijs tēporibus. conclusio probatur. simile est de balneo, & reliquis euacuationibus, sed reliquæ euacuationes administrantur cōuenientius in tempore quietis, aut declinatione, aliorum paritate supposita. quare &c. Ex prædictis infertur q balneum qđ administratur in reliquis ægritudinibus præter febres sicut in spasmo, paralysi, colica, dolore renum matricis & similibus conuenientius administratur digesta materia, & minorata q̄ à principio. Et q si opus est ipsum administrare à principio æger parum debet in eo morari vt solum dolor,

dolor,& accidentia infesta sedentur,& materia non calefiat. Vltima conclusio.rarius apud nos est vtendū balneo qui sumus insueti,quàm apud consuetos. conclusio patet cum consuetudo sit quasi altera natura. Si quæ etiam aliæ rationes. & auctoritates adducentur contra hanc determinationem facile ex prædictis solui,aut glosari possunt.

In cap.39.tract.2.fen.1.quarti.

De curatione tertianæ puræ. Cap. 39.

In parte præsenti superius diuisa curat tertianam in declinatione, dicens ꝙ patientes tertianam non debent ingredi balneum nisi post digestionem materiæ, sed multo magis cōuenit cum ventum est ad declinationem,& proprie consuetis balneari. Secundo dicit ꝙ balneum ante digestionem in tertianarijs est minus malum,quàm in alijs febrientibus.s.phlegmaticis, aut melancholicis. Tertio dicit ꝙ eorum balneum debet esse temperatum.s.ad sensum balneandi,& debet esse boni aeris ꝙ locus ille non sit mali odoris,& sit humidus.s.per aspersionē aquæ tepidæ per locum eius in quo sudet cū facilitate, vt non inflammentur corda eorum, propterea non sit superflue calidū,& post exitum à balneo vngātur cum oleo rosato cōquassato cum aqua vt sua viscositate retineat aquam in poris,quæ retenta amplius infrigidet,& humectet. Quarto dicit ꝙ non prolongent moram in balneo. est enim balnei reiteratio conuenientior,quàm stationis in eo prolongatio,quia minus debilitat & magis humectat. Quinto dicit ꝙ si post exitum balnei infundatur in aqua tepida,& stent in ea secūdum quātitatē delectationis confert. Pro quo nota ꝙ per aquam tepidam possemus intelligere aquam minus calidam, q̄ sit aqua balnei præcedētis quam temperatam appellat, eo ꝙ habet calorem conuenientem quo pori aperiuntur,& materia euaporet & sudet homo, sed ista tepida administratur post illā quæ est minus calida ad mitigandum calorem per præcedentem aquam inductum.est enim tepida respectu illius,& post hanc corpore exiccato debet sequi inunctio cū oleis infrigidantibus suprascriptis. Aliqui vero per aquam tepidam subsequentem intelligunt aquam prima calidiorem, quod cōfirmant tum ex vi vocabuli. videt.n.tepidum magis calidū q̄ temperatum. Item quia Auic. secunda primi & Gal.10.therap.docet in balneando procedere de casa minus calida ad magis calidam.ergo sic debet esse in harum aquarū administratione. Ego credo vtranq; opinionem esse veram, sed in diuersis casibus.in hectica enim & in febribus valde calidis in quibus timemus inflammationem, & exiccationem est procedendum ex calida in frigidam sicut in tertiana,& causone,& hectica & similibus. Econtra vero in quibus non timeamus aliquid suprascriptum,sed intendamus solam resolutionem, nec his debet succedere inunctio cum oleis frigidis, sed potius cum calidis,in primis vero succedat inunctio cum frigidis. Expositio itaq; prima est melior cū hic ponatur cura tertianæ puræ,& continuæ & interpolatæ. Sexto dicit ꝙ cum isti egrediuntur de balneo conuenit vt bibant vinum album subtile,mixtum cum multa aqua.s.postquam quieuerint aliquantulum,& calor sit aliqualiter remissus,ne membris nimium calefactis fortiter attrahentibus attrahant vinum indigestum ad hepar & ad membra,& sumpto vino cooperiantur in lectis suis,& dormiant. sudabunt enim sudore copioso,& si quid residuū fuerit, digeretur per hunc potum aquæ vino mixtæ quæ infrigidat & humectat,& ad euacuationē præparat maxime per sudorem. Septimo dicit ꝙ postquam sudauerit,& calor corporis temperatus fuerit cibetur cibis infrigidantibus & humectantibus sicut ex oleribus qualia sunt lactucæ portulacæ,& cucurbita & similes,& tunc pro potu cōuenit vinum cum multa aqua commixtum quo debent vti cum cibātur,& etiam medicinaliter sicut statim concessum fuit post balneum & maxime conuenit vinū aquosum album subtile de quo supra. ideo dicit Auicē. Vinum.fractum permixtione multæ aquæ conuenit quantitati residuæ eius.s. materiæ in resoluendo illud cuius necessaria est resolutio,& facit aquam secum commixtam penetrare ad vniuersum corpus cum fortitudine sua & sua proprietate,quia multum ad membra attrahitur,& permixtio eius quod est in eo de calefactione pauca iuuante ad penetrādum. quare attrahunt simul cnm aqua infrigidat vehementer,& humectat totum corpus,& multo magis quàm vinum solum, aut aqua sola. Proportio autem aquæ ad vinum sit secundum vini potentiam,consuetudinem ægri, tempus anni,febris magnitudinem,communiter tamen sit à dupla vsque ad quadruplam.

De curatione tertianæ non puræ. Cap. 40.

In prima parte dicit ponens differentiam ex parte balnei,& fortasse.i.aliquando. Vel possemus dicere ꝙ sit modus loquendi, conceditur illud habentibus tertianam puram.s.vt non expectent plurimū declinationis.i. digestionis significatæ per declinationem pro faciendo balneum & si quando quāuis expectent digestionem manifestam,

nifestam, sed non tantam quantam expectant patientes tertianam non puram, cuius expectationis maioris in tertiana non puras causas assignat tres. prima, quia balneum facit descendere phlegma indigestum ad locum putredinis. ergo non conuenit ante completam digestionem, aut manifestam saltem. antecedens patet, quia balneum aliquando phlegma super caliditatem effundit ipsum ad locum putredinis. & patet consequẽtia, quia per talem effusionem augetur putredo, infestatur etiam corpus magis. nam res mota est magis afflictiua seipsa quiescẽte: quinto de accidente. secunda quia balneum ante digestionem huiusmodi, permiscet humorem malum putridum cum non putrido, igitur est inconueniens. & patet antecedens, quia eleuat humores tam putridos, quàm non putridos. Et est differentia inter primam & secundam, quia stat humorem moueri ad locum putredinis in quo non est humor putridus, cui commisceatur. Sic etiam possumus imaginari humorem non putridum misceri putrido, dato quòd non in loco, seu minera putredinis. tertio probatur conclusio sic, balneum resoluit subtile, & dimittit grossum spissum. ergo &c. patet consequentia, quia talis dimissio est inconueniens. & patet antecedens, quia cum materia est indigesta non habet debitam permixtionem subtilis cum grosso. quapropter resoluetur subtilis apta resolutioni, & fiet grossa ineptissima digestioni & euacuationi. non autem sic fieret materia existente perfecte digesta, & debite permixta. Gentilis tamen & Marsilius præter hunc intellectum dant alium dicẽtes quòd in hoc textu possemus intelligere duas differentias inter curam tertianæ puræ, & non puræ. vnam ex parte euacuationis & est prima. alteram ex parte balnei quibus non assentio. primo quia verba textus male possunt accommodari his duabus differentijs: secundo, quia differentiã hanc scilicet sumptam ex parte expectatiõis digestionis ante euacuationem Auicẽ. statim ponit inferius. non est autem bene conueniens vt idem bis replicet in tam parua distantia.

De causi cura. *Cap. 43.*

Et in hoc casu aliquando conueuit balneum aquæ frigidæ, etiam in statu ad extinctionem caliditatis, licet in declinatione iuxta textum conueniat aquæ tepidæ sumptio ad frigidum declinãtis in cholerica, sed calidioris in phlegmatica.

De syncopa humorosa. *Cap. 61.*

Et balneum &c.) Sextus canon. ꝙ balneum aereum, tu supple & igneum est ex rebus maxime nocentibus. calidum enim liquefacit materias & ad pulmonem, cor, & cerebrum fluere facit. frigidum vero prohibet digestionem humoris, & oppilat.

Rememoratio humectantium hecticos. *Cap. 6.*

Tina autem illa &c.) Hic facit quod dictum est. Et primo ponit regimen per tinam. secundo per balneum. secunda ibi (ingressio autem.) prima in duas. primo ponit regimen per tinam absolute. secundo ponit regimen per tinam comparando ad alias res. secunda ibi (Et si sumpsit aquam hordei.) prima in quatuor partes sicut sunt quatuor canones, aut dicta eius principalia. Primum dictum. tina melior est illa quæ est tepida habens virtutem olerum infrigidantium & humectantium virtualiter decoctarum in ea, & non sit ita calidum vt rarificet idest notabiliter humidum euaporare faciat, nedum quòd sudare faciat. & non licet vt tinæ vapor sit calidus, immo sit minus calidus quàm aqua, quia inspiratus ad membra spiritualia nimis ea calefaceret. hoc autem fiet, si tina non sit in aere valde calido, cum enim exibit ab aqua notabiliter infrigidabitur antequam inspiretur.

Et si non esset qd &c.) Hic secundo dicit ꝙ si nõ esset hic prohibens administrationem tinæ frigidæ nulla esset eligibilior ea. verum prohibet ab ea debilitas corporum, & eorum extenuatio, inter quæ duo, est differentia nota. & propter quamlibet istarum dispositionum aptũ est corpus lædi ab aqua frigida, sed in principio cum corpora non sunt extenuata, neque debilia fortasse aqua frigida sanat ea. verum debilitatem corporis scilicet paucam sanat iam illud scilicet balneum ex aqua frigida cum infrigidatione pauca idest non superflua, quia corpus existens parum debile resistit, ne superflue infrigidetur, sed solummodo tantum infrigidatur eius complexio quãtum sufficit ad salutem eius, qui potest sanari. Quòd si corpus fuerit debilius eo, & timetur, quod cadat in hecticam senectutis quæ est siccitas fixa in frigiditate, aut saltem absque caliditate febrili, illud tamen raro euenit, veruntamen est eligibilius, quia cum hectica senectutis magis tardatur mors quàm cũ hectica febrili, immo cum hectica senili viuit longo tẽpore, & notabili, quia non ita corpus exiccatur. vnde multoties permutatio hecticæ febrilis ad hecticam senilem est recte facta.

Illud autem in quo &c.) Tertium dictum est ꝙ rectius est id quod primo dictum est de tina

na scilicet vt fiat inceptio cum aqua calida vsque ad terminum idest temperata, & fiat gradatio.i. paulatinus transitus ad frigidam temperate, quę possit bene tolerari. hæc enim gradatio facit corpus susceptibile aquæ frigidæ sine notabili nocumento, cum læsio non fiat nisi per aduentum contrarij in complexione subito. Et iterum corpus acquirit ab aqua calida tenereitatem, quia corpus fit mollius, & pori magis aperiuntur. licet non fiat substantifice humidius per nutritionem, quæ est vera tenereitas, & cum ea tenereitate tolerat aquam frigidam per paulatinam infrigidationem.infrigidatur itaq; magis, quia poris apertis frigiditas aquæ magis penetrat, & cum hoc frigiditas aquæ melius toleratur. modus autem quo debet fieri iste gradatus processus dicetur cum curam ordinabo.

D

Et si iteretur &c.) Istud est quartum dictũ. & si iteretur tina ter in die scilicet ante prandium, in meridie, & ante cœnam erit rectum vt bona fiat infrigidatio, & humectatio. Et oportet vt administretur cum facilitate, quia non sit multum calida, nec diu moretur in ea, et vt deferantur ad eam, ne virtus debilitaretur.

E

Et si sumpserit &c.) Hic ponit regimen per tinam comparando ad alias res. & habet sex partes, secundum quòd sex sunt dicta principalia. Primum dictum si sumpserit aquam hordei vt puta.iiij.vnc.ante tinam duabus horis erit conueniens. & si præmittat scilicet aquæ hordei post emulsionem lactis scilicet ꝙ primo fiat emulsio lactis super corpus. exempli gratia, per vnam horam ante tinã, deinde fiat tina, postea detur aqua hordei est conueniens. dilatabit enim tina meatus nutrimento futuro ex aqua hordei. sumpta aqua hordei expectet per duas horas scilicet donec aqua hordei sit digesta prima digestione, deinde egrediatur tinam vt dilatetur cibus idest vt attrahatur nutrimentum scilicet aqua hordei ad omnia membra, erit bonum.

F

Et administretur &c.) Hoc est secundũ dictum. post tinam & balneum administretur vnctio cum oleis infrigidantibus, & humectantibus sicut oleo de violis, proprie quando factum est ex oleo de cucurbita scilicet bulliẽdo in oleo de cucurbita violas. & similiter cum oleo nenupharino, & oleo de cucurbita.

Et si permutetur &c.) Hoc est tertium dictũ. si permutetur post tinam tepidã ad tinam declinantem magis ad frigus tolerabile tamen, deinde vngatur erit rectum. vnctio nanq; sua viscositate diu retinebit aquã in poris, quæ retenta magis infrigidat, & humectat.

Et si præmittatur &c.) Hoc est quartũ dictũ. si præmittatur vnctio & festinetur scilicet ad vngendum ipsum post balneum aquæ tepidæ, deinde ingrediatur aquam aliquantulum frigidam erit rectum, & illud secundum tolerantiam.i. ingrediatur aquam tantum frigidam quantum bene tolerare potest, & non est malum gradari in eo.i.fundendo ipsum in aqua paulatine frigida. debent enim ingredi paulatine & non subito vt fiat assuefactio. Et melior horarum huius balneationis est post digestionem cibi scilicet primam, & secundam.

Et si possibile &c.) Hoc est quintum dictũ. si potest tolerare vt submergatur post tinam calidam in aqua frigida subito absq; gradatione.i. absq; hoc quòd ingrediatur aliam aquam mediã inter calidam & frigidam. Aliter absq: gradatione idest quòd submergatur secundum totam personam, & non paulatim, est magis vltimum ex parte curæ, quia fortiter infrigidat, & magis forte ex parte timoris, quia timorem affert ne lædantur nerui, & ne extinguatur calor innatus, aut ne incurrat hecticam senilem, & alia talia nocumẽta, & effusio eius cum facilitate idest paulatim est minoris timoris, quàm submersio infirmi in ea subito, & minoris iuuamenti, quia non fit fortis infrigidatio, & caloris febrilis extinctio. & frigus eius debet esse secundum quantitatem frigoris aquæ æstatis, quæ propter calefactionem à sole est media inter tepidam, & illam quæ est vehementis frigiditatis.

Et si præmittatur &c.) Hoc est sextum dictum si præmittatur emulsio lactis super membra hectici si non fuerit debilis, aut emulsio lactis admixti aquæ si fuerit debilis, deinde sequatur tina, rectum est. Nam emulsio lactis super corpus hectici est vehementis humectationis, quare si volumus humectare multum, præmittamus emulsionem lactis tinæ. Si vero maiorem apertionem pororum, præmittamus tinã emulsioni lactis. Postea dicit, genera lactis bona ad emulgendum sunt prædicta scilicet humanum, asininum, caprinum, & debent mulgeri ex vbere. postea dicit, cõueniens est vt fiat bona, & fortis fricatio quando vnctiones corpori hectici applicantur, vt profunde virtus earum penetret, & proprie super iuncturis. nam cum sint siccæ indigent multa humectatione.

Sed dubitatur, cur lac debet mulgeri solum cum virtus est fortis, & admixtum aquæ cum virtus est debilis. videtur.n. ex his dictis ꝙ lac debilitet. Dicendum quòd lac est viscosum, & prohibet vaporum trãspirationem necessariam

in

in quocunq; hectico, quia eorum retentio virtute existente debili forte duceret ad putridam, non autem tantũ oppilat, si admixtum sit aquæ. Huic responsioni non bene acquiescit animus meus, sed aliam non habeo.

Ingressio autem balnei &c.) Hic ponit regimen per balneum, & primo docet quale debet esse balneum. secundo modum vsus eius: secunda ibi (Et oportet vt sit.) In prima parte dicit quòd balneum quod conceditur non debet esse multum calidum, immo tepidum ne sudare faciat, nec inflammet corpus, nec alteret anhelitum, & sit caliditas aquæ eius minor caliditate sui aeris, aer nanque calidus licet magis noceat quam aqua æque calida, quando ipse inspiratur ad spiritualia, attamen si non inspiratur, sed solum obuiet corpori sicut aqua minus calefaceret, quia caliditas aquæ est in subiecto magis denso in quo est plus de multitudine caliditatis, & caliditas aquæ debet esse ita vt delectet, & non lædat nec faciat sudare. Et debet balneum administrari quando in corpore non est materia putrens, neque parata putredini, & debet cibus esse digestus scilicet digestione prima, & secunda digestione, quando scilicet cibus digestus prima digestione expanditur per corpus ad vniuersa mẽbra, & non debet stare in balneo nisi paruo tempore, vtputa à quarta horæ vsque ad mediam, & plus, & minus secundum quòd tolerat & delectatur, & quando separatus est à balneo, & aliquantulum quieuit, sumat de sorbitionibus, quæ non nocent eis factis ex hordeo: idest farina hordei, & lacte coniunctim, vel diuisim secundum appetitum. quòd si dum est in balneo sitiret, bibat aquam hordei, vel aquam lactis acetosi, quod sit lac asinæ.

Et oportet vt sit &c.) In hac parte docens vsum balnei dicit tria. Primum quòd introitus in balneum, & exitus ab eo debet fieri secũdum modũ vt æger nullo modo laboret, & dicit se dixisse de hoc in alijs locis scilicet secunda primi. capitulo de eis quæ proueniunt ex balneatione, & se iterum dicturum de hoc. ergo oportet vt æger portetur in lecto in quo sint stratus cōmode facti ad primam casam balnei, & ibidem permutetur de lecto in quo erat ad lectum alium factum ex duobus pannis plenum lana vel coto. ex his enim duobus pannis est facta culcitra, quę

A est plena coto vel lana, vt sit minus calida quàm lectus in quo portatus fuit, quia forte erat ex plumis. sic enim est necessarium vt prima casa sit calidior, quàm locus in quo primo erat, & hic lectus qui est balneo conueniens, dicitur græce pedetolene, & exuatur vestimentis suis in ea scilicet prima domo, aut in media si prima non fuerit sufficienter calida, & non moretur in aliqua illarum nisi tanto tempore quòd possit permutari, & anhelitus pauci idest, quòd tempus sit ita paucum quòd non habuerit nisi paucos anhelitus, & iam exutis vestimentis in prima casa portetur ad secundam, & ad tertiam, quæ tamen nō sit vehementer calida. & ibi scilicet in secunda vel tertia casa ponatur in tina, & ibi stet quantitate qua toleret bene tinam, & hoc est quod dictum est alibi. secundo dicit ꝙ sibi videtur melius quòd tina sit in casa media temperata. est

B enim prima minus calida quàm oportet, tertia magis, sed media est temperata. cum ergo separatur à tina scilicet facta balneatione cooperiatur mantili idest panno lineo, aut farcha magno habente duas tunicas, & farcha illud est sicut linteamen duplum, & permutetur ad stratum suum, quod stratum est sua sabana. Credo ex modo loquendi Auicen. quòd sabana est stratus factus ex duobus pannis, ex quo immediate mittebatur in balneum, & in quem exiens à balneo immediate poni debet, vt gradatim transeat, nec immediate veniat in lectum plumosum. tertio dicit sudorem suum siccandum esse si sudare contigerit, vel melius siccetur sudor. i. guttæ aquæ similes sudori, quæ remanserunt in cute, ne vehementiorem, & profundiorem faciant in

C frigidationē iam præcedente infrigidatione debita, & inungantur, & cibentur, cum aliquantulum in proprio loco quieuerunt.

Curatio hectica senectutis fen. 1. tract. 4. Cap. 11.

Tertio dicit ꝙ ex rebus humectantibus sunt balnea secundum ꝙ sciuisti. secunda primi, & in capitulo de hectica febrili, quæ non administrẽtur nisi post digestionem primam & secundam. nam si ipsa administrentur post comestionem, nondũ celebrata digestione, faciunt cadere virtutem scilicet digestiuam. nam trahunt spiritus qui sunt in stomacho, & circa stomachum ad circunferentiam.

EX MESVAE CANONIbus vniuersalibus, et eius expositoribus, de balneis excerpta.

Intentionis tertiæ, si medicina mouet et non euacuat, *Cap. I.*

SYL. *Præter dicta auxilia horum medicamentorum malignitatem frequẽter obtundit, & acrimoniã frangit, Ruso auctore potus aquæ vehementer frigidæ, & in eadem sessio, & quæcunq; eius vehementiam acrimoniam, inflammationem, furiosum impetum frangunt, ad hæc theriacæ, & cætera partim paulo ante dicta, partim dicenda.*

ANT. *Et dixit Rufus quandoq; multarum talium reprimitur malitia potu aquæ frigidæ vehementer, & sessione in ea propterea q; frangit acuitatem. Omnia.n.quæ eam frangunt, & acuitatem & inflammationem remouent & furiositatem ex eis quæ diximus, & ex eis quæ dicemus, ad hoc conferunt, similiter theriacæ species, & sicut iam diximus in proximis capitulis.*

In parte ista docet accidẽtibus subuenire per ea quæ alterant eius malam qualitatem, & non euacuant, theriacæ species.i. medicinæ theriacę, sunt enim quædã medicinæ quæ sunt theriacæ, vt agaricus, aut colocynthis, aut scamo.& etiam aliarum medi.venenosarum vt ipse ponet infra.

Sed hic est dubitatio, vtrum aqua frigida sit conueniens post exhibitionem medi.solu. quæ venenosa est, quando soluit aut debiliter & tarde soluit, & videtur q; non, illud non est conueniens quando medi.solu.non euacuat quod facit constrictionem ventris, sed aqua frigida est huiusmodi, quare &c. maior est nota, minor apparet, nam posuit supra in hoc cap. q; post exhibitionem medi.euacuantis comprimendo non debet dari aqua frigida, eo q; angustat meatus & canales. Non enim videtur etiã quod debeat fieri balneũ in ipsa, aut sessio in ipsa, quia id non debet fieri post exhibitionem medi.so.quæ non soluit quod habet debilitare anum & intestina, aqua frigida est huiusmodi, quare &c. nam frigidum est inimicum, ano, pudendo, & similibus membris frigidis, vt ponitur ab Hipp.in.v.particula apho. Contrarium hic ponit Mes. Dico q; aquã frigidã exhiberi post me.sol. põt dupliciter intelligi, vno modo exhibetur post medi.solu. inquantum est solutiua, alio modo inquantum venenosa sui actione seu superflua caliditate, si primo modo tunc hoc est dupliciter, nam ista aqua frigida aut exhibetur in pauca quantitate aut multa, si exhibeatur in pauca quantitate, dico q; ipsa cõpetit, nam ipsa sui frigiditate corrugat & cõdẽsat partes stomachi, q̃bus corrugatis, medicina & materia attracta ab ea ad inferiora expellitur, & pcipue hoc habet verũ, in his in q̃bus stomachus ẽt calidus, medicina ẽt habet cũ hoc raptũ sursum, & tunc alterat qualitatẽ calidam stomachi, & ẽt suppluit propter medicinã venenosam solu. sed si stomachus esset frigidus & corpus stomachi vel corpus totũ esset debilis E virtutis, tunc ipsa non cõpeteret, & ideo propter istã causam debet dari in pauca quãtitate, ne ipsa supplua debilitaret stomachũ & debet lambẽdo exhiberi. Si autẽ ista aqua frigida sit multa, tunc ipsa non debet exhiberi ratione medi.sol.vt solutiua est, eo q; ipsa sic exhibita nimis debilitaret virtutẽ stomachi & corporis totius. Et ratione ipsius med.so.inquantũ solutiua est, dico q; aqua frigida debet exhiberi, nã ipsa frangit omnẽ acuitatem, omnem et superfluam caliditatem ipsius medi.sol. ratione quorũ dicitur venenosa. Tñ si ista medicina esset venenosa, nõ per acutatẽ vel caliditatẽ superfluam, sed per nimiã frigiditatẽ esset mala, sicut mucilago psyllij, tũc non debet F exhiberi aqua frigida, ipsa enim augeret magis congelationem talis medi. sed debet tunc magis exhiberi id quod congelationẽ eius prohibeat. Sed tñ aduertẽdum, q; si aqua frigida cõpetat in hoc casu qñq; exhibetur interius p potum, qñq; vero fit sessio aut balneũ in ea secundũ diuersitatem situs aut loci in quo est medi.sol. nã si medicina superius repat, debet dari aqua frigida in potu, si aũt hęc medicina videatur facere ardorem aut excoriationẽ circa intestina & partes inferiores debet ex ea fieri balneũ, aut sessio in ea. Ad rationes, ad primam, illud nõ est conueniens qđ facit constrictionẽ ventris, verum est, si ista aqua nõ prohibeat operationẽ medi.so.inquantũ venenosam, sed bene talẽ operationem prohibet, & hic est sermo de medi.solu. venenosis, vt iam est dictũ, quarũ venenositas ex aqua reprimitur & acuitas & inflãmatio ab eis p aquam frigidam remouetur. Ad secũdã rõnẽ cũ dicitur id nõ est conueniẽs

cõueniens &c. verum est, nisi faciat aliud maius iuuamētum, & prohibeat etiam maximū nocumentum, modo facit id, nam prohibet excoriationem intestinorum remouendo acuitatem & inflammationem medicinæ similiter etiam præseruat cor & corpus totum à venenositate reprimendo eius malitiam, & ideo quando malitiam istius medi. nō possumus remouere cum theriacis, tunc exhibemus aquam frigidam.

Si medicina indebite & laboriose soluit. Cap. 2.

SYL. *Quod si sumptum est abominabile medicamentum, aut stomachus est imbecillus, ob idq; vomitus timeatur, à corporis & animi motibus, quantum potes, abstine, donec in medicamentum ipsum natura vndiq; agat, aliter in naturam non acturum, odoretq; æger flores, & alias plantarum partes suauiter olentes, mentham, sampsucum, citri folia et fructum, apium, absinthium, cydonia, macianum, rosas, bolum aqua rosarum & aceto aspersum, lutum quo panni abluuntur rosis recentibus & aqua rosarum nutritum. Extrema quoque fricuisse, & vinculis dolorificis astrinxisse, manus item ac pedes aqua calenti multum mordenti imposuisse, iuuat. Si autem medicamentum est stypticum, mordere (aliquid prædictorum) quasi lambendo bibere, faciem aqua rosata, vel alia redolente leuiter aspergere, gaudere, delitias curare, præsertim nausea incipiente, vomitum prohibet. Vbi vero anima est sedata, ambulet, ac paululum moueatur, quo promptius medicamentum descendat, vt docuit Hippocrates.*

Canon tertius.

SYL. *Reuellimus item medicamentum ad loca sedi immodice fluenti opposita, vt cutim, balneo et frictione sudorem prouocantes, vt cola, vinculis ipsorum dolorificis, & cucurbitulis, vt vesicam per vretica, & per os vomitorijs.*

ANT. *Conuertimus quoque medicinam ad contrarium fluxus ventris, cum balneis, & fricationibus, & sudorem prouocantibus, & cum* A *diureticis, & vomitum inducentibus, cum ventosis, & ligatione, & constrictione extremitatum dolorosa. Et vniuersaliter cū omnibus quæ medicinam ad exteriora mouent, & faciunt eam diuertere à vijs primæ expulsionis, quoniam hæc res est magis necessaria.*

Postquam Io. Mes. docuit resistere superfluo fluxui qui fit à medi. so. per ea quæ frangunt virtutem med. so. cum hoc ēt euacuant eam, docuit etiam resistere per ea quæ constipant meatus expulsionis, eos ēt confortant & stypticant. In isto cap. Mes. docet subuenire per tertium canonem qui quidem canon consistit ex diuersione materiæ ad contrarium ipsi fluxui ventris. Et primo proponit quot modis possumus diuertere talem B materiam ad contrarium. Secundo illos modos declarat. secunda ibi. Balnea autem &c. quoniam hæc est res magis necessaria, similiter etiā est res magis iuuatiua, nam nullum mobile potest simul moueri cōtrarijs motibus, etsi ista materia cum sit quoddam mobile per diuersionem moueatur ad exterius vel superius nunquam simul poterit moueri ad interius siue ad inferius. Deinde cum dicit.

SYL. *Præstantissima autem inter hæc sunt frictio & balneum, præsertim ex aqua dulci, cui chamæmelum, absinthium, sampsucus, folia citri & similia incocta, efficacius ipsum reddiderunt, quia poros dilatant, & corpus roborant.*

ANT. C *Balnea autē & fricationes in eis sunt ad hoc cura magna, & beneficium efficax speciale, & proprie facta ex aquis dulcibus vigoratis cum rebus quæ poros dilatant, & corpus confortāt, qualia sunt chamæmilla, absinthiū, sampsucus, folia citri. & similia.*

In parte ista istos tales modos quibus materiā diuertimus ad contrarium fluxum ventris declarat, & diuiditur in partes quinq; secūdum quod isti sunt quinq; modi. Primo ergo ostendit quomodo subueniemus isti superfluo fluxui per diuersionem materiæ, vt ipsa perficitur per balnea & fricationes. Secundo vt ipsa perficitur per medi. diureticas. Tertio vt ipsa perficitur per vomitum. Quarto vt ipsa perficitur per ventosas. Quinto vt ista diuersio materiæ ad contrarium perficitur per ligationes & stricturas. se-

cunda ibi. Bene infra diuretica vero & vrinam prouocantia. tertia ibi. Adhuc & vomitum prouocare. quarta ibi. Huius etiam intentionis sunt ventosæ. quinta ibi. Ligationes quoque. Prima in duas. Primo facit quod dictū est. Secundo circa hoc proponit errorē quorundā vulgarium & eū improbat. secunda ibi. Vulgares aūt. Prima in duas. Primo per balneū sudatiuum docet istā materiam ad contrariū diuertere. secūdo per fricationem. secunda ibi. Et vtere fricatione. prima in duas. Primo p balneū sudorē prouocās docet huic superfluo fluxui subuenire p diuersionem materiæ ad cōtrarium. & in secunda parte circa tale balneum remouet errorē quorūdam. secunda ibi. Debiles aūt in eis. s. in patientibus superfluum fluxū ventris, vel in eis. i. inter ea quæ diuertūt materiam ad contrariū balneū est cura magna &c. vigoratis. i. confortatis, aut ēt cum rebus quæ attrahunt, aut calefaciunt, & corpus cōfortant. s. in expellendo talem materiam ad exteriora, & folia citri. nō dixit medulla citri. hæc enim nō est attractiua materiæ ad exteriora, sed solū folia eius cum sint calida, non autē medulla eius. Deinde cū dicit.

SYL. *Ne autem cum imperitis quibusdam adstringētia incoquas, corpore enim densato materiæ & vapores intro compelluntur, quæ res fluorem auget. Præcipuo igitur studio poros rarefac, & foras quibus potes modis attrahe, vt per cutim materia, & vapores acres expirent, id quod sudor in balneo, vel aquæ calentis vapore præstabit.*

ANT. *Debiles autem in arte cum stypticis balneant, ignorantes quoniam coarctant, & materias, & fumos interius conuertunt, & hoc fit causa maior ad fluxum, immo sit tua magnifica intentio dilatare poros, & trahere ad exteriora quantum possibile est, sic enim fit materierum euaporatio, & acutorum fumorum exclusio, fac ergo ægrum sudare in balneo, aut cum vapore aquæ calidæ.*

Circa balneum hic remouet errorē quorundam ignorātium in arte. Sed est dubitatio in hac parte vtrum balneum constrictiuum cōpetat in superfluo fluxu ventris dicendum est breuiter q balneū est duplex. s. vniuersale quod est respectu totius corporis, & particulare quod est magis respectu partis. s. partiū ventris, si loquamur de balneo vniuersali, dico q tale non cōuenit eo q talec oarctat, & cōmouet humores ad interiora, vnde auget fluxum & densat poros, vnde fumi qui ab humoribus eleuātur nō possunt ad extra egredi, sed si loquamur de tali balneō constrictiuo particulari quod fit circa ventrē & intestina, dico q tale conuenit, nā constringit meatus per quos materia ad intestina promouetur, & extra expellitur & confortat ventrē, & intestina, vt. s. non recipiant aliūde materiam illā, & quæ in eis est retinenda, constringit ēt meatus qbus materia à superioribus, & remotioribus locis ad intestina fluit. Deinde cum dicit.

Frictiones autem fiant primum lenes post etiam valentiores, ne tamen ægrum lædant, identidemq; repetantur, donec multus reddatur sudor, idemq; frequentiss. tergendus est, hoc enim modo promptius effluit, cum in poris diu relictus concrescat, & alterum vel sudorem vel vaporem exitu prohibeat. Fricuisse etiam extrema multum iuuat. SYL.

Et vtere fricatiōe post fricationem, prius leui, deinde acriori, vt pati poterit, vsq; dum multum sudet, sudor autem sæpe, & sæpius abstergatur, vt non obstet egressui sudoris alterius aut vaporis parati excludi. opponitur .n. poris diu retentus sudor, abstersus vero facilem facit alterius egressionem. Fricationes ēt in extremitatibus multum conferunt. ANT.

In parte ista Mes. docet obuiare huic superfluo fluxui per fricationes, vt non obstet. s. sudor remanens, & est notum. Deinde cum dicit.

At vero vulgus medicinæ imperitum, oēs à medicamento indiscriminatim lauat. SYL.

Vulgares aūt, & qui nō sunt artis periti, cōiter hos & illos post medicinam balneant. ANT.

In parte ista circa hoc balneum sudorem prouocans remouet errorem quorundam vulgarium, & primo facit hoc. secundo ponit rectum modum administrationis huius balnei. secunda ibi. Secundum virtutem. prima pars habet partes tres. primo præmittit hūc errorē. secundo eū increpat. tertio eū increpatum cōuincit addens etiam cum hoc increpationem eius per alias rationes, secunda ibi ignorātes q balneū. tertia ibi. Errant

Errant ergo qui nõ sunt familiares artis, quia.s. non sunt perfecti in arte hos.i.superflue euacuatos à medicina,& illos diminute euacuatos &c. Et istum errorem multum incurrunt isti de partibus Alemaniæ, nã ipsi in prima die faciũt phlebotomiam, aut assumunt pharmaciã, postea in secunda die viriliter comedunt. in tertia die vadunt ad balneũ & quandoq; ipsum multiplicãt pluribus consequẽter. Deinde cum dicit.

SYL. *Ignorans balneum foras erahere (vt Gal. ait) & materiæ reliquias virtute medicamenti purgantis ad intestina omnino repetens, in oppositum mouere, ac facultate sua ad totum corporis habitum reuocare, tunc quidem facile erit iuuare, vt promptius reperet, vel saltẽ exolueretur, nunc autem difficile. Præterea damnandum est balneum, licet ipsius virtute attractio materiæ ad exteriora, eaq; ignobilis speratur, ipsa enim transmutitur ab ignobilibus partibus intestinis, ad ignobilem cutim, sed per partes nobiles, hepar & venas, cum præsertim natura melius vacuat propinqua, maxime si via adsint conuenientes. Materia enim vacuanda est per partem, ad quam magis declinat, præcipue si ea erit idonea, inquit Hipp. Errant igitur omnes sine discrimine, post sumptum medicamentum lauantes, obstructionesq; & cutis vitia excitant.*

ANT. *Ignorantes q balneum ad exteriora trahit quemadmodum. G. dixit. Et ignorantes quoniam opponuntur residuæ materiei motui quæ iam in necessitate posita erat cum virtute pharmaciæ repere ad vias expulsionis, reuocando illam virtutem balnei ad membra, tũc quidem facile erit iuuare vt habilius reperet vel saltem exolueretur. Nunc autem difficile, propterea si confiditur q virtute balnei fiat expulsio ad exteriora & ignobilia non minus est error. fit.n. transmissio ab ignobilibus ad ignobilia per nobilia.i.ab intestinis ad cutem per venas. Præterea natura melius ex propinquioribus ducit vijs & maxime conuenienti-*A *bus, & inquit Hipp. materia quam euacuare oportet, educenda est per partẽ ad quam magis declinare videtur, & proprie si sit conueniens, errant ergo indifferẽter balneantes post assumptum pharmacum. Faciunt.n. caderẽ in oppilationes, & ægritudines cutis.*

Increpat errorẽ istorum,& diuiditur in quatuor sicut per quatuor rationes errorem ipsorũ increpat. secunda ibi. Ignorantes qm̃ opponuntur. tertia ibi. Propterea si confiditur. quarta ibi. Propterea natura has partes oẽs legit simul. Ad exteriora trahit.s. materiam quæ sup. à pharmaco mouebatur ad interiora. Gal. dixit.s. in quarto apho. cõmento illius apho. sub cane & ante canem in tertia ratione. Sciẽdum est q id perducit B ad magnum nocumentum quod aduenit de tanto diuerso motu ipsius med. nam primo materia vi pharmaci mota ad intestina p venas meseraicas transiens transiuit per hepar & principalia membra vnde ea debilitauit, superueniente postea balneo materia ista ex intestinis peruenit ad exterio. & hoc etiã per hepar, vnde etiam adhuc magis debilitauit, quia debilius est hepar q̃ in primo transitu, vlterius etiã hæc materia propter eius motũ diuersum facta est maligna, quare magis nocet hepati per quod transit, & maxime conuenientibus, sed sup. quãdo materia ista euacuatur per intestina tunc educit per conuenientes vias. Inquit Hipp. in secũda partı. aphor, quæ ducere oportet in oppilatiões, & præcipue, si vtantur balneo in his quæ non sunt sufficienter euacuati. Sed hic est dubitatio vtrum balneum C resolutiuum faciẽs sudorem cõpetat post medi.so. Et est breuiter sine argumentis dicendum quod istud balneũ aut administratur post operationem med. solu. aut dum ipsa operatur. Si loquamur de ipso primo modo tunc, aut ista medicina diminute euacuauit, aut superflue, aut mediocriter. Si diminute dico q balneum istud non cõuenit, eo q balneum mouet humores ad contrarium eius ad quod medicina mouebat, eo q medi. mouebat à circũferẽtia ad centrum, sed econtrario facit balneũ,& ideo non damus tunc balneum, sed potius aliam medi. so. quæ cõpleat operationẽ ipsius personæ nõ perfecte euacuatę, & hoc habet verum pręcipue si residuum materiæ esset cõmotum ad intestina, sed bene posset balneum cõpetere supplens defectũ medicinæ, pręcipue si istud residuũ materię esset magis versus extrema corporis. Si aũt hęc medi. mediocriter & cõuenienter euacuauit. Dico q tunc non

conuenit balneum fortiter resolutiuum, & sedatiuum, sed bene conuenit balneum aperitiuum pororum & lauatiuum ad hoc scilicet quod si aliqua materia sit contenta in poris carnis ad cuius expulsionem natura non erat multum intenta propter intentionem aliam magis necessariam, illa materia postea possit per balneum euacuari per poros. Si autē hæc medi. superflue euacuauit, dico quod tale balneū resolutiuum non conuenit eo quod istud balneum superflue euacuat, duas autem euacuationes & præcipue superfluas simul coniungere, aut vnam post aliam immediate est fallax & timorosum, similiter etiam isti sic superfluæ euacuāti sunt valde debiles in virtute, tales autem sunt abstinendi à balneis, tamen in casu posset competere aliquod balneum humectatiuum membrorū, si essent superflue euacuati à medic. Sed si loquamur de balneo approximato in hora operationis medi. tunc aut ista euacuatio facta à medi. est diminuta, aut superflua, aut mediocris, si est diminuta accidunt res quas ponit Mes. in litera, quæ satis sunt notæ intelligenti, inducunt etiam oppilationes & ægritudines cutis, per id etiam quod constringunt ventrem, sed si ista euacuatio sit superflua, tunc balneum cōuenit, quia hu. attractos à medi. diuertit ad contrarium, sed si ista euacuatio sit mediocris, non conuenit donec fit, quia tunc euacuaret sicut pharmacia, & diuerteret materiam ad oppositum, quod non est fiendum quando est euacuatio mediocris. Deinde cum dicit.

SYL. *Reuera autem balneum nequaquam salubre est post medicamentum purgatorium, nisi cum immodice vacuat, tunc enim auersando materiam, fluorem sistit. Postquā vero in balneo diu sudatū est, adstringentibus vires sunt firmandæ, ne laxata purgando viscera, materias recipiant, & vt materiæ ad oppositum conuertantur. Si vero hæc non contulerint, corpus eius totum pannis lineis aqua infusis tandiu in balneo vndique percutiat. donec ipsa cutis rubeat & infletur, tunc fricetur vt sudet. Sedere aūt in balneo, sup calidos lateres, aut lapides leues raros, alijs vero hypochōdria, ventrē, lūbos calfacere in id multum cōfert.*

ANT. *Et secundum veritatem quidem non est congruum balneum post medi. nisi quando* D *purgatio superfluit, confert enim tunc ad ventrem stringendum. In balneo vero postquam diu sudauerit confortantia tunc & stringentia tribue. Sic enim aggregas intentiones duas bonas. Nanque præparas ex vno eorum, ne viscera laxa materiam recipiant. Et ex alio, materias eorum ad oppositum cōuertis. Quod si hæc non contulerint, carnes eius & corpus totum in balneo pannis lineis aqua infusis diu verberetur ex omni parte, vsque dum cutis rubeat & infletur, deinde fricetur vt sudet. Sedere autem in balneo super lateres calidos, aut lapides leues & raros, & calefacere cum eis latera & ventrem & renes, ad hoc* E *multum confert. Extrema vero instictis ligentur & comprimantur compressione dolorosa, sic quoque materias ad contrarium fluxum ventris conuertes.*

In parte ista ponit rectum modum administrationis balnei in supfluo fluxu vētris. Ex vno scilicet ex vsu cōfortantium & stypticorum, & ex alio, scilicet ex balneo. instictis. i. fascijs.

Quartæ intentionis.

De febribus quæ accidunt post purgationem. Cap. I.

SYL. *Quod si causa febris est frigus, poros densans, adhibe quæ diximus poros aperire, et vapores transpirabiles reddere, quas ad res sudorem prouocasse est imprimis salubre. Si autē* F *vel solis æstus, vel medicamēti calor vehemens & acer febrim excitat, calorem hunc extingue refrigerantibus, & acrimoniam obtunde remedijs post dicendis.*

ANT. *Verum si fuerit causa febris frigus cōcludens poros, cura eius est administrare ea quæ aperiant poros & faciant vaporum exclusionem, ex his quæ diximus. Et sudoris prouocatio ad hoc multū est vtilis. Et si fuerit quia obuiauerit ei calor inflamans, aut quia medicina fuerit multæ acuitatis & inflāmationis, cura est cum extinguentibus caliditatem, & refrigerantibus acuitatē ex eis quæ dicemus.*

Modo

Modo exequitur quod promisit: promisit enim duo, scilicet curationẽ febris & curationẽ causæ ipsam producentis. primo ergo præmittit curationem ipsius feb. secundo ponit curationem ipsius feb. inquantum feb. est. secūda ibi. propterea si feb. prima pars habet partes quinq; sicut quinq; poterant esse causæ talium febrium, quibus docet subuenire. secunda ibi. Et si fuerit quia obuiauerit. tertia ibi. Si autem est propter materiam. quarta ibi. Si autem fuerit propter occursum. quinta ibi. Si propter festinam, & faciāt, scilicet cum tali remedio vaporū exclusionem, & hoc potest esse cum balneo tam vniuersali q̄ particulari: particulari faciendo hoc balneum pedibus, & capiti vel alteri mēbro: & hoc fit cum rebus aperitiuis & facientibus sudare: tamen si hoc prodest, faciemus balneū vniuersale toti corpori cum rebus calidis & humidis aperitiuis. ista tamen aqua balnei vniuersalis debet esse aqua tepida, sed aqua balnei particularis potest modicū plus excedere in caliditate, & fricatio est conueniens in hoc casu, & si fuerit necesse conueniens est administrare redolentia, & infrigidātia membra principalia, & refrenantia acuitatem medi. etiam debemus eligere bonū aerem & bonum locum seu cameram ponendo ibi frascas & flores ex quibus omnibus lætificatur cor, & cætera membra. Deinde cum dicit.

SYL. *Si præterea materia vacuanda tantum est, commota et inde conculcata putret, æquetur, & expulsioni parata vacuetur. Si à motu corporis aut animi post medicamētum febris est, cura vt diariam ab his causis natam.*

ANT. *Si autem est propter materiam quæ debebat expelli, et non expellitur, sed conculcatur & putrefit, cura est expulsio illius materiæ cum præcessione adæquationis & præparationis eius ad expulsionem, si autem fuerit propter occursum motuum corporeorum, aut animalium super medicinam. cura eius est cura febris factæ ab his sicut scis.*

Modo docet remouere causam talium febriū, quando scilicet materia mouetur & non euacuatur. nam si damus pharmacum euacuans phlegma, & id non euacuat, corrumpit humo. phlegmaticos. quid ergo debemus? pharmacum illud euacuare postq̄ fecit nocumentum, et postea digerere: & postea ipsam euacuare, et balnea prosunt & res sudores, pɋuocātes. Deinde cum dicit.

A *Si à festina comestione sequuta est febris, à cibis abstinendo curatur.* SYL.

Si autem propter festinam comestionem fuerit, cura est super eam abstinere. ANT.

Modo docet remouere talem febrem quādo eius causa est superflua assumptio cibi, verū est quòd de curatione istarum multa deberet dicere, sed require in. 9. Almāsoris. Deinde cū dicit.

Si præterea febris est multum ardens, calorem flammeum extinguētibus cura, aerem appara, cibum, potum, vnguenta, emplastra cordis, & hepatis frigida suffice, & odoramenta frigida, et medicamenta cardiaca frigida. Postremo balneis temperatis corpus humecta, & vtere reliquis omnibus, quæ contra febrium ardorem à peritis scripta sunt. SYL.

B *Præterea si feb. fuerit multæ inflammationis, cura est cum eis quæ inflammationem sedant, & cum præparatione aeris & administratione refrigerantium ex cibis, & potibus, ex vnctionibus, & emplastrationibus circa cor & hepar, et administratione redolentium frigidorum, & medicinarum cordialium frigidarum, et vltimo cum balneis humidis temperatis, & omnibus quæ febribus calidis opponuntur sicut sapientes scripserunt.* ANT.

C In parte ista ponit curationem feb. vt feb. est, quæ accidit post purgationem. & primo docet hanc feb. remouere vt ipsa est fortis: secundo vt ipsa est mitis & pigra. secunda ibi. Si autem feb. vel primo facit quod dictum est. secundo remouet quoddam dubium. secunda ibi. Si autem febris inflammationem, scilicet ipsius febris epithematibus: hæc enim multum prosunt cordi & hepati, sapientes idest antiqui medicinæ professores. Deinde cum dicit.

Si autem pigra febris est, interdū eius causa æquāda, expulsioni paranda, vacuanda: est quando febris maius est momentum. SYL.

Si autem febris fuerit pigra, cura ipsius versatur quādoq; circa ipsius causam, vt adæquetur & resoluatur, & abstrahatur, & interdum circa febrem vt expellatur. ANT.

In

In ista parte docet hanc febrem remouere, vt ipsa est mitis & pigra, & notum est.

De debilitate visus post purgationem. Cap. 4.

SYL. *Si autem visio imbecilla sit ob siccitatem vacuationi immodicæ succedentē, humectantibus curanda cibo, potu, proba nutritione, balneo, somno, & cæteris corpus totum, & oculos præcipue humectantibus.*

De debilitate stomachi post purgationem, Canon secundus.

SYL. *Balneum vero his est nocentissimum, nisi immoderatius vacuentur: tunc enim necessarium ob id per immodicam huiusmodi uacuationem imperandum est.*

ANT. *Et scito q balneum est ex eis quæ magis lædunt, & nisi forte quis immoderate soluatur: tunc enim balnea necessaria esse dicimus. Et hoc est quòd vnumquenque super euacuationem celebrare oportet.*

In parte ista cuidam dubitationi respondet, & notum est.

Canon quintus.

SYL. *Vacuata ex ventriculo materia, ad ipsum affusa, iterum recipi in eundem prohibebis bifariam: primo, materiæ ad contraria reuulsione, per frixionem extremorum et alia iam dicta, præter balnea: secundo, virtutem ventriculi in vnum cogendo, ipsumq; ventriculum roborando, ne humores ab alijs partibus transmissos recipiat. Virtus nanque vnita contrarium fugat, non admittit.*

ANT. *Postquam autē euacuaueris sto. ab humore ad ipsum effuso. & velis ne ad hoc iterum recipiat, regimen erit duplex: primum est conuersio materiei quæ effunditur ad diuersum eius, sicut iam diximus ex fricationibus extremitatum & alijs præter balnea. Secundum est virtutem sto. coadunare & confortare ipsum, vt non recipiat quod ad ipsum effunditur ex membris alijs, virtutis enim* D *vnitæ est non recipere, sed fugare contrarium.*

In ista parte ponit curam quando prouenit debilitas propter inordinatā euacuationē med, & diuiditur in duas. nam primo ponit curam eius quando medicina euacuat bonum humorem. secundo ponit curam eius quādo prouenit ab ea excoriatio. secunda ibi. Si autem fuerit propter excoriationem. prima in duas, quia primo facit quod dictum est. secundo ponit curā quando pars medicinæ adhæret villis sto. secunda ibi. Et si fuerit. Legit omnes partes simul vsque in fi. cap. & patet totum.

De lassitudine & debilitate corporis post purgationem. Cap. 12.

Balnea quoque præsertim dulcis aquæ, SYL. E *absoluta propemodum curatione sunt saluberrima, & in his ipsis ius pullorum et auium aliarum, & vitellos ouorum sorbere, præsertim si lenis frictio præcesserit, & neruorum musculorumq; vnctio ex oleo aliquo temperato, quale est oleum ex spica, oleum chamæmeli, oleū leucoij lutei. Oleum quoq; vetus, authore Galeno, lassitudinem soluit. Adhæc oleum mastichinum, cum oleo rosato, & vino antiquo factum, lassitudinem, debilitatemq; neruorum aufert.*

EX MESVAE PRACTICA.

F *De Phrenesi.*

Ecundam rem complent fricationes extremitatū & ligationes cōpressiuæ dolorosæ in eis, & effusiones aquæ calidæ in eis ante fricationem, & post. & ventosæ positæ in tibijs & brachijs & scarificationes in auribus, & sanguisugæ in naribus, & sternutatoria & gargarismata, et prouocatio hęmorrhoidum: & in muliere sanguinea, menstruorum. A

De melancholia & mania.

Primum regimen est regimen humectatiuū & impinguatiuum quod in tota curæ protelatione extendendum est: præterq̄ q faciat cadere in oppilationes, et completur hoc regimen cum balneis & embrochis humectantibus ante cibū, & effusiones aquæ calidæ super caput & humectationes aeris habitaculi eius & fricationibus, & vnctionibus, tenerum facientibus corpus. & cum

cum cibis et potibus humectatiuis humores laudabiles generantibus,& omni quod impinguat & humectat ex cibis,& potibus,& medicinis,& quiete,& somno,& sit studium in omnibus his supra studiū secundi regiminis quod nūc narro.

Cura maniæ & melancholiæ sanguineæ.

Embrochę autem conuenientes eligantur in quibus studiū humectandi sit,vincens supra studium calefaciendi aut infrigidandi.Et nos plura ex his diximus,& tradidit Gal.decoctionem capitum hœdorū,& pedum iuuenum castratorū cum lacte nuper mulso,& butyro crudo esse em brochā mirabilem ad humectandum & leniendum ea in quibus humectationem quærimus:& est necesse vt in die quinquies ex ea caput liniat & embrochetur. Alcāzi. Mulgeatur sup caput lac,& oleum de cucurbita.Aut oleū de lactuca, aut de papauere cū oleo chamęmelino,& iuuat eis multū et humectat cum tēperie. Embrocha conferēs eis,& faciens somnū. Accipe papaueris & chamęmillę & semi.lactucæ ana partes ęquales.Coquātur in aqua sufficienti vsq; ad consumptionē medietatis eius & embrochetur cum ea.

De paralysi.

Ioannicius.In fine quidem rei conferunt stufæ,& balnea sine aquis,& fricationes in eis cum sale solutiuo quem diximus,aut cum castoreo & aniso & daucoaut cum ziniam siccata,aut cū vrtica acuta. Et conferunt etiam aquę thermarū post fricationē in balneo sicco,& abstinentiā cibi & potus supra balneū,& regimē exiccatiuū q̄tum possibile fuerit.sanabit̄.n.si deus voluerit.

De cura catarrhi calidi.

Et deliguntur secundum plurimum quæ infrigidant potentia & non multum eleuata,qualia sunt balnea aquæ dulcis in ieiunio,& administratio embrocharum ex hordeo & violis,& papauere,& chamæmilla,& effusio aquę calidæ super caput,& super extrema & testiculos,et inunctiones factæ super ea,& super vētrem & sumen cum oleo violato,aut chamęmilino,aut oleo de papauere,si adsunt vigiliæ.Et olfacere camphoram,& aquam rosatam,& alia quæ diximus in soda calida.

De cura catarrhi frigidi.

Ex subtiliantibus aūt & diuisiuis eligantur q̄ proprietate virtutis ad hęc congrua cognoueris: qualia sunt calefactoria capitis cū sale & milio, aut cum pannis calefactis,& cum alijs q̄ in soda frigida diximus.& confert introitus balnei præterq̄ lauetur caput.Super extrema autem proijciat aquam calidam plurimum & inungat ea & testiculos, & sumen cum oleo sambucino, aut

A anethino, aut chamæmelino, aut sampsucino, aut rutaceo,aut oleo de been,aut laurino,aut de lilio & distillet ex eis ī aures,& nares cū lana,& propric calefactis. Etiā confert eis inclinatio sup vaporem aquæ vbi chamæmilla melilotū, sampsucus & anethū cocta fuerint. Caput vero corum & frons epithemetur cum costo,spica, myrrha,& pauco castoreo,et similibus cum oleo rosato mistis.In fine aūt rei cōfert introitus balnei & lauari in eo, & olfactus redolentium calidorū,sicut est muschus & ambra,& alia quæ diximus in soda frigida.& sint eorum cibi pulmenta ex frumento,aut surfure cum melle,aut sorbitiones sicuū siccarum:& farinę cicerū cum pulegio & fœnugræco,& aqua cicerum & similia.

Summa quinta de ægritudinibus oculorum.

B Ex rebus aūt oculi substantiam reiuuenescere facientibus est regimen cum electione rerum sex nō naturalium. ex administratione quarum oculis & corpori teneritas acquiratur. sicut verbi gratia,cum approximatione inquantum possibile est ad aerem temperatum,& cibis & potibus humidis,& balneis temperatis,et alijs humectantibus cum temperie præterq̄ faciant cadere in oppilationes. Dixit Aboali q̄ īgredi aquam tepidam & claram,& aperire oculos in ea oculorum sanitatem custodit,& eorum teneram substantiam reddit,& abstergit:& similiter aquam videre claram & nitidam. Vapores autē aquarum cum decoctione quarundam rerum ad hoc vehementer conferunt sicut vapor aquæ decoctionis fœniculi,aut rutę, aut herbæ adhil, & similium singulariter,aut coniunctim.

De ophthalmia.

C Non pretermittatur et administratio balnei. Est.n.nobile ad ophthalmiam,sicut Hip. dixit, & proprie corpore mundificato.Si autē materia fuerit frigida phlegmatica vtere in primis repercussiuis nō plurimæ infrigidationis sicut est sief de spica cum succo menthæ cōfortato cū modico spicæ,& succo raphani,& succo virgæ pastoris similiter confortato cum spica.& in processu rei,cum signa maturationis apparuerint, vtendū emplastro ex anetho,& folijs malue coctis in vino styptico,aut ex meliloto & spica, aut fœnu græco & rosis coctis cū vino styptico. Et distilletur in oculis sief de spica cum aquis meliloti, aut fœnugræci,& similiū. Et si amplius signa maturationis appareant, vtendum est puluere citrino cū mucilagine fœnugræci,aut meliloti. Balneū quoq; in huiusmodi hora est medicamen conueniens & potus vini puri & albi.Si autē à ventositate fuerit,curetur cum embrochis & balneis facientibus

cientibus euaporationem & emplastris. Etiam laudatus est fœniculus i huiusmodi ophthalmia secundum oēm modum administrationis eius.

De doloribus oculorum.

Dolores oculorum. Inquit Hip. Potus vini, balneatio, phlebotomia, & euacuatio per ventrem curant dolorem oculorum. Intellexerunt posteriores, q vini potio confert phlegmaticis doloribus: balneatio cholericis & melancholicis. phlebotomia sanguineis, vel si humores qualiter cū sanguine augmentētur. Euacuatio quoq; p ventrem cōfert doloribus phlegmaticis, cholericis & melancholicis. Et quidem super hoc scrutinium secundum sapiētiam est thesaurus operationis. Quoniā vini potatio confert phlegmaticis: dum tñ maturatio, & euacuatio præcesserint: & iterata quoniam agitationis suspitio tollitur ex agitatione particulariter sublata multitudine. Et balneationis impressio similiter oībus oculorum doloribus: confert etiam post debitam euacuationem. resoluit enim et habilitat residuum materiei, & proprie adhęrentis & difficilis. alias autem dilatat materiam, & conuertit ex partibus alijs ad locum doloris & multiplicat fluxum. Hic autem sermo noster est sermo quem non omnes cōprehenderunt, nisi qui se exercent secundum prudētiam & viam industrię: et illud est, qm̄ oportet vt postponātur euacuationes, quæ sunt secundum partem, eis quæ sunt secundū multitudinē. Agitatio enim multiplicatur ex agitatione particulariter multitudine non sublata. dilatat enim & incitat multitudinem, nisi materia secundum locum particulariter incūbat & non cum communitate etiam alterius partis, & sit in quantitate parua. Principium vero euacuationis ab eo quod est secundū partē, & non sublata multitudine materiā dilatat, & agitat, et ī loco doloris multiplicat. Et hoc est illud qđ est error & imperitia: sicut Gal. dicit.

De scabie oculorum.

Hic morbus indiget regimine oculi substantiam tenerā faciente, sicut est balneatio proprie, & fomētationes, & aliud regimen humectatiuū acquisitum ex aere & quiete, & ex his quæ comeduntur & bibuntur & alijs.

De albugine oculorum.

Cura huius ægritudinis cōmensuratur eisdem regiminibus quibus & sebel. Nam quæ subtilis est, quantum ex modo bene operandi comprehendi potest, & indiget assiduatione rerum oculi substantiam teneram facientium, sicut est balneum & assiduatio eius, & inclinatio super vaporem aquæ calidæ. Deinde vtatur

D puluerizatione post puluerizationem super oculum ex spuma maris, zuccharo, & sarcocolla: & interdum vtendum est fricatione post fricationem cum eodem puluere vel cum aliquo quod sit sicut ipsum. Et sunt qui addunt ad vigorandū prædicta pulueris baurach, aristolochiæ, ana sicut ex prædictis. Et sunt qui experti sunt super huiusmodi succum florum papaueris rufi cum succo aut puluere huegefse iuuamentum: & similiter cū stercore stellionis, aut lacerti viridis magni. Et similiter expertum est ex stercore hirundinis. Et similiter expertum ex vrina pueri coagulata in vase æneo cum modico salis armoniaci. Si autem fuerit dura & in corpore duro eligantur ex medicaminibus q̄ magis acuta sunt, et pluris virtutis ex his q̄ dicta sunt: et dicem⁹, post frequentiam tñ balneationis sicut iam diximus.

E *De casu pilorum palpebrarum.*

Si accidat propter defectum materiæ, cura est in primis cum eis quæ reparāt materiam ex bono & largo regimine sicut scis. Deinde cū eo quod trahit materiam ad locum necessitatis, sicut sunt medicinæ & collyria quas dicemus post. Et quandoq; sit ex causa propria & corruptione materiæ ægritudinis in ipsis palpebris, sicut est silach, quæ est proprie corrosio cum rubedine & asperitate, & pruritu in ipsis palpebris, & cura eius est vt mundificetur caput ab humore nitroso salsuginoso & acuto: deinde administretur regimen humectatiuum, et frequentetur ingressus balnei, et inclinatio super vaporē aquę calidæ, & emplastrationes ex medicinis humidis, sicut est portulaca cum lacte & mucilago psylij cum oleo rosato aut mucilago seminum F cydoniorum, aut amygdalæ amaræ, aut dulces cum lacte & similia.

De debilitate auditus & surditate.

Equitare autem per loca arenosa & decliuia, & euectiones cū curru, & balneationes in aquis thermarum, & salsarum ad hoc multum conferunt remouēdum. Et credo q surditati factę ex materia frigida, aut ventosa conferunt olea calida, sicut costinum & anethinum, & oleum balsami proprie & similia quorum rememorati sumus in doloribus aurium.

De fluxu sanguinis narium.

Infusio aquę veri frigoris sup caput & constrictio facta in tpibus ex pila infusa in aqua hmōi stringit sanguinis fluxum: & similiter in aceto infrigidato in niue, aut succo foliorum salicum, & mēthæ, & foliorum vitis similiter infrigidatis in niue, & quandoq; commiscentur cum his aliqua ex stupefacientibus, sicut necessitas cogit.

De

De nocumentis odoratus.

Si autem à malitia complexionis sine materia fuerit, cura eius est per contrarium administrando embrochas in prora capitis, & suctiones per nares, & odoramenta, & caputpurgia ex his quę dicemus. Et si quidem fuerit calida, conferunt lauacra ex rosis, & coriandro, & suctiones per nares ex oleo rosato & aqua rosata cũ modico aceto & similia. Et quandoque miscetur cum eis quod est sicut camphora, & aqua decoctionis menthę humidæ, aut siccæ cum cyperis, & est iuuamẽti sublimis. & similiter euaporatio aceti: est enim vltima. Si autem fuerit à malitia complexionis frigidæ, quod est secundum plurimum, conferunt lauacra, & embrochæ ex eis quæ sunt sicut spica, calamus aromaticus, calamenthum, sampsucus, et similia: & inunctiones & suctiones quæ fiunt naribus ex oleo costino & rutaceo, & oleo de neridem cum eo quod est sicut castoreũ, euphorbium, muschus & similia. Si autẽ malitia complexionis fuerit cũ materia aut ventositate grossa oppilante, intentio tunc in curatione est duplex. Vniuersalis. s. & particularis. Et prima quidem perficitur cum euacuatione materiæ & iteratione eius si oportet. Secunda perficitur cum embrochationibus & lauacris, & iclinatione capitis super vapore chamæmillę, sampsuci, sisymbrij, calamenthi, spicæ & similium. Deinde cum gargarismatibus ex eis quæ mundificant caput: & iam diximus ea. Post hęc cum caputpurgijs & suctionibus per nares cum castoreo, & fellibus aĩalium, & condisi, & nigella, & rebus odorabilibus, sicut serapinum proprie & castoreum, & pipera, & muschus, & similia: & proprie mista cum oleo nardino chamæmelino, et similibus: et assiduatio odoris rutæ est experta in hoc capitulo: & similiter caputpurgium ex ea, & caputpurgium ex nigella trita cõtritione vltima quæ fuit infusa in aceto, & mista cum oleo antiquo, & fugat naribus vehemẽter. est enim mirabile. Et caputpurgiũ ex vrina cameli & elleboro aut pulpa colocynthidos, aut euphorbio est sublime: & similiter ipsa vrina per se. Cum autem caputpurgia & effusiones generant ardorem & combustionem in naribus, tunc succurratur cum oleo rosato & lauacris ex aqua calida, & aqua furfuris, & oleo de cucurbitis, & similibus. Mahemet Arasi. Puluis bonus ad oppilationes nariũ & defectum olfactus. Recipe arthanithę, condisi, salis armoniaci, ana. terantur sicut alcohol, et sufflentur ex eo in nares postq̃ euaporaueris eas aceto calido. Idem. Aliud valens similiter, et est bonũ. Recipe nigellæ, fellis gruis, colocynthidos,

A ellebori albi, ana. Terantur contritione vltima: Deinde funde super ea conterendo, vrinam cameli arabici: deinde facias exiccari, et teri, et fiat ex eis sief cum oleo sambucino, aut sampsucino: distilletur in nares. est enim expertum bonum. Si autem dolorem patiatur, succurratur eis cum aqua calida, et oleo de semine cucurbitæ, aut aqua furfuris. Idem. Aliud sublime. Accipe nigellam postq̃ infusa fuerit in aceto et exiccata. contere sicut alcohol: deinde misce cum oleo veteri. Et modus vtẽdi eo est vt impleat patiens os suum aqua, et reclinet caput retro. Deinde instillentur ex medicamine aliquæ guttæ in nares, et fugat vehementer, donec egrediatur humiditas plurima tenendo os apertum sup vaporem aquę calidæ: deinde lauet cum aqua calida, et alijs: & faciat hoc tribus diebus, et tribus vicibus.

B *De spasmo linguæ.*

SPasmus linguę quandoque accidit causa febrium adurentium. Et cura eius est retentio oleorum refrigeratiuorum in ore, & rerum plurimæ humectationis & refrigerationis, sicut olei violacei proprie & nenufarini, & de cucurbitis, salice, & rosati singulariter aut coniunctim con quassatorum cum mucilagine psylij, aut cũ succo portulacæ, aut cum aqua infusionis seminum portulacæ prius contritarum, aut cum mucilagine maluarum, aut cum lacte dulci & similium. Et conferunt embrochationes & lauacra in collo, & nucha cũ aqua dulci calida, & inunctiones ex prędictis oleis super posterius capitis, & super prædicta loca & ex ceroto Gal. cõquassatis cum lacte dulci aut sine eo. Et cõferunt etiam caputpurgia cum eis & omne regimen tale.

C *De phthisi.*

Et succurretur constipationi, & arefactioni eorum cum eis quæ adæquant & humectant ex cibis, & potibus, & rebus medicinalibus, & administratione lactis dulcis, & alijs quæ diximus. Et cõfert eis balneatio ĩ aqua dulci calida. postq̃ morbus in declinatione fuerit & ante illud est res prauior, & est ponere ægrum in desperatione. Forma aũt balneationis est in hũc modum. Præparetur aer balnei vt sit liber non habens de corruptione odoris, aut prauæ qualitatis omnino aliquid & calefiat, vt sit caliditas balnei. & aquæ caliditas temperata qua excitetur, & non resoluatur calor naturalis, & sit prima mansionum remissius calida q̃ alia. Tunc intret patiens mansionem primam, & fricetur in ea leui fricatione, & proprie tenerum faciente corpus. Deinde intret mansionem secũdam, & incipiat lauare corpus cum aqua calida vtẽdo leui fricatione cum

cum manu. Deinde paulatim intret aquam calidã,& delectetur in ea,deinde incipiat lauare corpus eius cum aqua decoctionis capitũ hœdorũ, aut cum aqua hordei conquassata cum ouis multis & oleo amyg. dulciũ. Deinde ducatur ad mãsionem primã,& inungatur corpus eius oleo rosato,& ducatur ad habitaculum exterius,in quo sit aer tpatus cũ multitudine redolentium styptícorum,& quiescat in lecto. Deĩde post duas horas cibetur cibis laudabilibus paucæ quantitatis & pluris nutrimenti ex eis quorum iam mẽtionem fecimus. Et ex hinc tota intentio nostra ad humectãdum sit occupatior, & cum delectatione & quiete & somno & delitijs & similibus. In crastinum aũt aut in die tertio balneetur similiter. Si aũt patiens debilis fuerit ante per duas horas, q̃ balneum intret, accipiat sorbitionẽ, & ex carnibus teneris, aut ex lacte dulci, & quiescat sup sorbitiones per duas horas, deinde intrẽt balneum. Si aũt patiens talis fuerit, vt virtus eius tolerare possit, præcepit Galenus, vt post sufficientem lauationẽ in aqua calida, aut in aqua capitũ arietum castratorum, spargi super corpus eius in prima mãsione ex aqua frigida aliquid præterq̃ in capite eius. deinde inungi oleo rosato. Lauationes etiã in tina sunt huius intentionis, & proprie cum rebus humectantibus, & impinguantibus corpus ex his, quæ dicta sunt. Post hæc paulatim deueniendum est ad administrandũ in balneis lauationes ex aquis decoctionum capitum arietũ castratorũ, & similia. Et si corpus remanserit debile, vngatur cum oleo mastichino, & similibus. Et similiter paulatim deueniendum ad alia cibaria laudabilia, & solidiora.

EX PETRI APONENSIS additionibus in Mesuem.

De dolore stomachi.

Ost illud si dolor adhuc operationes fortiter lædat, balnea administrentur. Est.n. caloris opus dolores sedare: dispergit.n. grossã materiã, & subtilem aliqñ per quandam euacuationem, & resudationis labentiam annihilat, & emplastra conuenientia, & appositio ventosarum sunt huius rei consummatiua.

De hydrope.

Quintam rem complent sitis tolerantia: non quia frigida valde, & aqua lactis caprarum est dilecta in hoc, & quæcunq; in proprietate, & natura spirituali respiciunt, & repellũt accidentia, &

D mitigantia dolorẽm hepatis, & splenis, & vẽtris accidentia cum emplastris & clysteribus. & fortasse cum balneis valde stypticis, & consumptiuis corpore mũdificato. Dixit Dioscorides, balneũ de semine, & folijs iuniperi est efficax. Theriaca magna cum vino decoctionis betonicæ est medicamẽ benedictum in fine rei, & post exitũ balnei intestina, & hepar calida oĩum mitigant dolores, iliorum, hepatis, & vẽtris, & hydropis. Oleum de chamæmilla coctum cũ cymino, & ruta clysterizatum mitigat omnes dolores ventris ex ventositate, & grosso phlegmate creatos.

Ibidem.

Balneũ laudabile. Recipe aquę currentis, olei oliuarum ęquo pondere, arenæ, gypsi, salis, ana lib. ʒ. sulfuris, lib. ʒ. baccarũ lauri, vio. ro. florũ rorismarini ana lib. ʒ. magis consumat q̃ dissoluat

E dissoluit, et resoluit ventositatẽ. supercalefactionem refrigerat, infrigidatas calefacit, ratefacit phlegma imbibitũ in neruis, cõfortat substantiã eorum, hydropicos oĩno extenuat. consideretur virtus morbi, & est vtile ieiuno stomacho.

De doloribus ventris & intestinorum.

Balneum autem, si nõ times naufragium virtutis, præcedit clysterem. ponatur in balneum scordeon, anisum, bacca lauri, chamæmilla, spicanardi, & quæ hoc cursu procedunt.

De fluxu ventris.

Et scito q̃ balneum est ex eis, quæ magis lædunt post pharmaciã faciens mala multa nisi forte dum quis imoderate subijcitur. tũc.n. balnea esse necessaria dicimus dilatanda, et aperienda post illud styptica si à materia excoriãte cura est adequatio illi⁹, & blãdiri ei post illud, vt facilius

F expellatur. Clyster tũc magis rectificans est cum intestinis inferioribus est excoriatio. Potio myrobalanica cum supioribus vtraque in medijs, & vomitus facit ad oẽ genus fluxus, cum puisione tñ spiritualium diuertit materiam, q̃ in præiudicium ipsorum erat. necnon balnea, et vẽtosę necessaria dicimus maxime ad sedationẽ doloris.

EX FRANCISCO PEDEMONTANO

De speciebus icteri.

Et ex eis proprie est balneum vniuersi corporis cum aquis dulcibus ex frigidis mollificantibus & rarefacientibus, non stypticis, quæ densando poros inflãmant, qualia sunt violæ, maluæ, lactucæ, atriplices, melilotum, coriandrum, solatrum, acetosa, & similia. Ex eis est alterare hepar cum ceroto vel epithemate de sandalis.

De tenesmo.

Balneum expertorum iuuamentorum in fluxu ventris, cõfortans naturã & sedans accidẽtia mala. Reci. foliorum pruni, cetrariç, balaustiarũ & foliorũ ficus, & quercus & corticis eius, sorba rũ acerbarũ, myrti: lapidum ignitorũ oĩum positorũ in aceto: post q̃d cũ aqua pluuiali sufficienter bulliãt, in quo balneent se s̃m posse virtutis, die & nocte: sedat.n. cito fluxum si Deo placet.

Et iam verificatum est quòd ventosç post balneum supra vmbilicum sunt sublimes & hincinde etiam applicatæ.

De ægritudinibus iuncturarum.

Compositç vero sunt, q̃ ex his cõponuntur, et alijs quarum quasdã in antidotario nostro posui mus, & alias s̃m alios hic describemus, quarum quædã sunt balnea, seu euaporationes, & fomentationes, quædã embrochæ, quædam vnctiones, quçdã emplastra, quas nunc p ordinem describemus. Balneorum quçdam sunt naturalia, vt thermarum, & quædam artificialia. Et thermarum quçdam sunt ex aquis salsis sulfureis, vel sulfuraria, & balnea murellæ aluminosæ, vt est balneũ bullç, quçdã sunt ex ferreis, vt ferrorum balneũ, & aquæ sanctæ Luciæ Neapol. Et plura sunt ex fumis, vt est sudatorium. Artificialia sunt plura: quædam.n. sunt ex aqua marina sola vbi iuenia tur, vel aqua salsifica ex sale cõi vbi mare nõ adsit. Aliqua sunt ex dulci aqua simplici in materia calida vel non simplici, sed in qua prædecoctæ sunt aliquç ex medicinis iuncturis appropriatis, & materiã resoluentibus, vt est stœchas, saluia, chamæmilla. Et ĩ frigida pes coruinus, iris, prassium, abrotanum, apium syluestre, origanum, vrtica, folia sambuci, radices ebuli, ruta, anethũ, maiorana, folia lauri, cyminũ, & similia. Et alia ex prædictis secundum intẽtiones suas. Et aliqui miscent vinum, & aliqui ex vino solo cum sale, & est expertum, & aliqui embrochando approximant, & aliqui embrocant cum musto, aliqui cum aqua synapis, aliqui cum aqua lupinorum, aliqui cum decoctione spinæ albæ in calido, & frigido, aliqui cum decoctione caulium. Oĩa vero sunt ministranda secundum proprietates & exigentiam dispõnis & causæ, aliqui cum spongijs, & aliqui cum stupis vel lana, aliqui cum filtro madefacto in aliquo p̃dictorum, & in iũcturis inuoluto, & aliqui recipiunt vapores resisten tes ex aqua prius bene feruenti circũuolutis pannis donec sudet membrum, deinde cum tepesit aqua abluunt, & per se fugi permittũt, & aliqui lapides molares vel lateris ignitos in aquã proijciunt, & fumum ex eis resolutum in iuncturis re-

A cipiunt ad resoluendum, & exiccandum. Et aliqui recipiunt in toto corpore ad deriuãdum, & euacuandum superfluitates, & exiccandum, & proprie impotẽtes ad exercitium, & ad euacuationes inepti, præseruat.n. eos, & curat: & proprie vbi præcesserit vomitus vel saltem enema, vel extenuatiua diçta, & abstinentia inferius denotata in cap. præseruationis, & ex illis est fricatio cũ nitro, & sale: non solum iuncturarum, sed corporis vniuersi, & sepeliri in arena calida donec sudet, vel in lixiuio, sed caput oportet sit coopertum à sole, & aliqui euaporant cum aceto calido simplici in materia calida, aliqui addũt sal in vtraq;: omnia enim hæc prædicta resoluendo tollunt dolorem & confortant.

De dolore ischiadico.

Inquit Abo. ex embrochis post purgationem B medicinæ conuenientibus ad ischiaticam resoluentibus residuum materiæ est, vt fumatur olei de alchãna. li.j. aceti li.s. nitri. lib. iiij. cardamomi drach.j.s. hyssopi vnc.j.s. & bulliant simul & in eis submergatur lana, & euaporetur ex ea locus. Ex balneis sunt balnea thermarum prædicta secundum materiæ exigentiam, vel artificialiter constituta ex aquis & medicinis simplicibus resoluentibus prædictarum proprie.

De ephemeris febribus.

Porro in talibus febribus quibuscunq; vel plurimis, cõis ordo est, vt cibus, & potus detur in declinatione incipiente, vel perfecta, vt dictum est. Et post balneum aquç dulcis tepidç caliditatis præmissum. Tale.n. balneum commune existit officium ephemerarum febrium: rarefacit.n. poros densatos venarum, & arteriarum ductus C & orificia, aperit oppilationes: sudorem prouocat, & fumosas superfluitates multiplicatas ex febre resoluit, & spiritus reddit claros: humores purificat, & membra infrigidat & humectat, et in quietam dispositionem totum corpus adducit, si in declinatione fuerit ministratum, etiam catarrhũ sedat si patiatur adustum. Quapropter oportet vt primo in aere aliqualiter moram trahat. Deinde in aquam calidam intret, et ibi diutius immoretur: ante.n. si ministratũ fuerit, spiritus inflammat: alias vero inflammat, horripilat, et ad putredinis febres transmutat. In corporibus.n. immũdis rigorem ex putredine gignit. Quapropter in declinatione perfecta febrium talium, et in fine tertij vel quarti paroxysmi securius cõcedetur balneum atq; cibus, cum omnis superfluitas euacuata fit et consumpta, et sedata caliditas in declinatione primi paroxysmi vel secundi non nisi repletio fuerit euacuata, et alia materia

materia siqua sit digesta. Talibus enim febribus tãtum euacuatio competit, vt innuit Gale. commune quoq; auxilium est fricatio. In oppilatione. n. vel soliditate facta, poros rarefacit & aperit, & superfluitatibus obuiat: & siquidem multæ sint dissoluit, & ad loca oppilationum trahit magis & incuneat: quod etiam aperitiua iterius ministrata magis efficiunt. Si vero paucæ resoluit & cõsumit. Non ergo oportet vt fricatio ministretur nec aperitiuũ aliquod nisi euacuatione præmissa & maxime si forte existat.

De ephemera quæ fit ex accidentibus animæ.

Nec oportet q; interueniat balneatio cũ aqua calida: qm̃ inflammat spiritus, & eos ad exterius magis trahit, nec etiam cum frigida: qm̃ fumos cholericos retinet, nec resolui permittit: sed cũ spiritibus intra conuertit. Et cũ corpora sint nuda carne radicalia mẽbra nocent, & maxime si E sint ex resolutione debilitata. Post quę concedatur per horam somnus, qm̃ calorem & spiritum reuocat, & intus tenet humectãdo, inspissat, restaurat, & confortat: nõ tamen sit multus et profundus, ne ad inflammationem perducat.

De ephemera ex tristitia.

Secundam rem complent quęcunq; ex medicinis stãte paroxysmo exterius approximatis, & circa cor maxime infrigidando & humectando. spiritus de interioribus trahunt ad exteriora, vt est fricatio cum aliquo oleorum infrigidantium & humectãtium absq; stypticitate, vt est oleum violatum, de cucurbita, de nenufare, & similia. Et epithemata supra pectus ex mucilagine tragacanthi, psylij, aquę endiuię, ros. & nenufaris, portulacę, & melonis indi, & modico croco, & balneatio in tinis declinante paroxysmo, in qua sit F aqua tẽperatæ caliditatis & decoctionis alicuius pdictarum medicinarum plurima in qua sit introitus frequẽs. Post quod vngatur cum aliquo prædictorum, & mulgeatur lac mulieris. Completq; eam quæcunq; ex cibis & potibus infrigidant & humectant, nutriunt cum aromaticitate, leniuntq; naturam, quales sunt quæ superius dicta sunt. Et iura pullorũ & gallinarum: & potus temperati vini. Nihil enim secundum Abo. est quod tantum humectet quãtum balneum in tinis, & vinum tẽperatum, quod exiccando calorem naturalem spiritum mouet ad exteriora.

De ephemera ex labore.

Completur autem cum his quæ ex medicinis exterius applicatis infrigidando & humectando lassitudinem prouenientem ex exercitio tollunt, quales sunt declinante paroxysmo, balneatio in tina aquæ dulcis & temperatæ caliditatis, & effu D sio eius super iuncturas & musculos multa. Inquit enim Gal. Quoniam lassitudo ex exercitio facit accidere i corpore duas causas: quarum vna est quia corpora similiũ partiũ exiccãtur. & altera est, qa loca vacua quæ sunt inter ista mem bra replentur humiditate quæ nõ est bona iuuatiua naturalis, si non est illud nõ est repletio humida: imo est subtilis mordificatiua calida. Balneum quidem cum aqua dulci & de rebus magis conferentibus vtrisq;, & illud quia aqua dulcis temperata caliditate sui resoluit acquisitam caliditatem superfluitatem caliditatis subtilis, & sui humiditate rectificat quod iam accidit corporis intestinis. Et propter illud quod effunditur de ea sup corpus deforis occurrit, & effunditur. facilioribus modis, quod egreditur de ea in poris egreditur ab ea in velocioribus horis, præter q; sit hic retinẽs eam penitus, permisceat oleum cum hac aqua & præcipue quãdo inungitur homo cum eis vtrisq; simul humectatione multa. Tale autem oleum erit vel simplex et dulce, vel violatum, vel rosatum proprie, de quo dictum est supra, et in iuncturis cum eo sit permixtum aliquid ex oleis, vt de semine lini, vel oleum chamæmillę quæ sunt propria. Nam quod est ex semine lini sua temperata caliditate cõfortat lenit duritiem iuncturarum principaliter patiẽtium, et ab alterius olei frigiditate defendit. Oleum vero chamæmillę vltra hoc et iuncturarum et la certorum remouet lassitudinem plusq̃ reliquæ medicinæ: quoniam caliditas est similis caliditati animalis: vt dixit Abo.

De ephemera à calore exteriori.

Alteratio quoq; febris in primis completur cum his quæ ex medicinis exterius approximatis infrigidare habent, cerebrum principaliter, et conuenienter, cor, et hepar: quales sunt infusiones, et embrochationes ex frigidis, et aqua frigida supra caput rasũm. Et conueniens est effusio quæ fit cum vrinali pleno aqua frigida summitati capitis applicato et diu retẽto. Et saccellationes, et epithemata supra pectus, et hypochõdrium quæ superius in cura cordis et hepatis sunt dicta, quæ communia sunt in ambabus. Et in ea quæ est ex tertia causa, puta ex igne vel balneo cũ his quæ ex potibus et medicinis exterius sumptis habẽt infrigidare et humectare, vt aquę frigidæ puræ, vel cum iuleb violato de nenufare, et similibus, vt diuretica frigida et declinante paroxysmo cum balneo aquæ tepidę caliditatis. Cuius est effusio vt sit multa super membrum principaliter passum: quoniam etiam soluit febrem et humectat. Inquit enim Hippo. Si febris

non

non à calore habeatur, aqua calida multa capiti infusa solutio fit febris. Et deinde cum fricatione alicuius olei prædictorum. Et deinde cum cibis frigidis & humidis dictis, & potu vini bene lymphati quæ cõia sunt ei ex quacunq; causa prouenieti. Et si quãdoq; coriza accidat & catarrhus, dainde iulob cum aqua tragacanthi tribuas. Postea balneabis in aqua dulci eucrata quę inspissat materiam. Et deinde tragacanthũ in ore teneat: & si expedit quia sit acutus, diapapauer, & quæ eius ebrietatem corrigunt & quę dicentur infra.

De ephemera ex vigilijs.

Ablatio causæ, est prouocatio somni. Completur autem cum his quæ exterius & interius approximandis supra in cura phrenesis, doloris stomachi, & iuncturarum sunt dicta. Ex quibus est balneum, & post ipsum vinum lymphatum, & multum, quia magis inebriat, & humectat, & dormire facit. Et cibus frigidus et humidus, non expectata perfecta declinatione concessus. Secũda est alteratio febrilis dyscrasiæ cum his quæ supra in nimio motu sunt dicta, & principaliter supra cerebrum applicata.

De ephemera ex quiete.

Et balneum magis resolutiuum & minus humectatiuum est conueniens. Exercitium temperatum & diminutio cibi & subtractio vini.

De ephemera ex fame.

Balnea dulcium aquarũ tepidarum, vel non veri frigoris, & oleum vio. frequenter inunctũ, & rosati inueniantur, q̃ si non simplex & dulce abluatur cum frigida, & inungatur.

De ephemera ex repletione.

In declinatione vero vltimi paroxysmi prębalneabis vt resoluantur fumosa quæ ad venas & membra transierunt, & cibabis vlterius cum prædictis stypticitatem habentibus quæ stomachum roborent.

De ephemera ex oppilatione.

Balnea aquarum dulcium eucratarum quæ aperiunt poros, & humores in orificijs capitum venarum & arteriarum contiguarum poris obstruentes obstructos in vapore dissoluunt, & fumum eosq; ad se attrahunt et resoluũt. Inquit. n. Gale. Resolutio est cum humores corporis fumi facti per poros dilatati egrediuntur. Et hoc in fine totius ægritudinis, & declinatione vltimi paroxysmi cum materia est tota digesta perfecte ac eradicata, quæ si perfecte digesta, & post primum paroxysmum adsit balneare tunc in declinatione ipsius, & non timebis, & post secũdum, q̃ si affuerint nequaq̃ balneabis. Accipit enim rigor ex dissoluta materia & indigesta & ex caliditate cum humiditate præter naturam corpori acquisita transpiratione prohibita putrefiet & in febrem putredinis conuertetur.

De ephemera ex caliditate ignis vel solis.

Cura eius est tres res. Ablatio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, & correctio accidentium. Prima completur cũ correctione omnis calidi extrinsecus & intrinsecus propinanda, & cum situatione corporis in aere parum calido et humido magis cum ministratione balnei aquæ dulcis eucratæ & multæ quæ mollificent cutem & rarificent poros eius & fumosas superfluitates resoluant, & cum fricatione succedente cum oleis frigidis humidis, vt est violatum proprie.

De synocha inflatiua.

Et deinde cum balneis dulcium eucratarum aquarum quæ aperiant poros, subtilient humores crassos obstruentes, & eorũ viscositatem abstergant multoties replẽtem in vapores conuersam & sudorem euacuant & resoluunt.

De tertiana pura.

Declinante vero ipsa, & euacuata materia digesta, balneabis in semicupio dulcium aquarũ, & eucratarum, quoniam resoluit reliquias, cum prouocatione sudoris, & infrigidat, & humectat. Ad quod post sudorem vngãtur cum oleo vio. & ros. & proinde non intrent ipsum cum labore, ne multis horam prolonget, immo egrediatur velociter, deinde si expediet reiterent. Melius enim est reiteratio, quàm prolongatio moræ.

De quartana.

Finaliter balneabis in dulci eucrata, quoniam resoluit residuum, dyscrasiam alterat, & humectat, & proinde non sudet multum, post quod dabis asam, vel theriacam cum vino, & magis in melancholica, & phlegmatica quoniam resoluit, & confortat, aut mithridatum, medicinæ de asa, de furfure, diapipereon, & similia, de electuarijs non assidue, sed in singulis diebus tribus vel quinque, nec festines cum eorum aliquo ante digestionem, quoniam si dederis theriacam, aut aliquod eorum ante digestionem, cõpones quartanam cum quartana, & fortasse attrahes ægritudines alias, & proprie in hyeme.

De hectica febre.

Balnea conuenientia talibus sunt thermarum naturalia. Et proprie sunt balnea ortodonicæ, calaturæ, & arcus, & tripergulæ, & balnea resinæ in æstate artificialia, sicut aqua fontis dulcis simplicis, vel decoctionis rerum humectantium, vt herbæ crassulæ, vel semperuiuæ: & vermicularis, & cymbalariæ, violarum,

nenufa.hordei,meliloti,& chamęmillę. Et sunt qui superesfundunt oleum vio.vel de amyg. vel de cucur.vel se.eius,vel melonum, vel ipsorum, vel lac mulieris,& est efficax.

De hectica senectutis.

Et quidem remedium in cura est sola dyscrasiæ siccæ alteratio, quæ quidẽ cum frigiditati sit iuncta,complebitur cum humectantibus calidis temperate,qualia sunt quæ in cura hecticę febrilis sunt dicta,minus eis, aut cõmixtis aliquibus calidis odoriferis,& cum actuali caliditate minori approximatis.Ex quibus est balneum prædictum decoctionis in aqua eius floribus chamęmillæ meliloto,& calidius actu quã febrili conueniat.Et quale est lac,à quo non est extractum butyrum habens plus mellis,et mel ipsum quod est vltimum in iuuamento istis, sicut vltimum in nocumento febrilibus dictis. Et quales sunt aliæ medicinæ humidæ & calidæ, & vt clysteria facta ex fœnugræco,semine lini,capitibus & pedibus agni,oleo chamæmelino, & sesamino & melle,& syrupi ex aqua decoctionis ipsorum: et proprie ex floribus chamæmillæ, & sesamo, & zuccaro nabit,& melle.

De lepra.

Sit autem balneum ex aqua decoctionis fœnugræci cum sapone bono, & ex bonis est balneum in aqua decoctionis serpẽtis,& Siculi balneantur in sanguine hominis: est.n.temperatior inter humores & naturæ conuenientior. dixit Gal.& aliqui in oleo,sicut patet ex infrascriptis. Post balneum vero vngatur totum corpus cum prædictis cum aceto fricando,& q̃nq;,cõfert inunctio ex oleo vio.& lacte mulieris, oleo de cucu.& nenufaris,& illud q̃n corpus fuerit inflammatum,& exiccatum,& maxime post balneum resolutiuum,cum resolutiuis, & resoluentibus fortibus.Quo casu oportet, vt etiã caputpurgiũ fiat ex lacte mulieris cum oleo vio.& inungãtur extrema,et conseruentur ex darsesaham cũ oleo de lilio,& de costo,& inungãtur iuncturę cum his subtiliatiuis,& resoluẽtibus fortibus quæ sequuntur,& illud cum materia fuerit exiccata,& indurata,& fortasse erit necessarium inungere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluentibus,in quibus ingrediatur nitrum,& sulfur, baccæ lauri,& glutẽ carpentariorũ, & sinapi, origanum, piper,macropiper,& staphisagria, & calamentũ quod confert non sua incisione tm̃,sed ẽt sua resolutione,& fortasse erit necessariũ euphorbiũ, & hoc q̃n balneantur,& inungantur propter resolutionem superfluitatum,quia materia exiccata est,& indurata valde,sed oportet,vt præcedat

D vnctio cum butyro, & forte necessarium erit inungere eos fricando cum huiusmodi medicinis in sole calido,& illud cum balneum præsto non habetur. Et quandoq; inunguntur cum theriaca,& solitis.

EX ABHENGVEFIT LIBELLO.

Sermo in appropinquatione medicinæ ex corpore.

QVando vis cognoscere virtutem rei, tunc incipe virtutem eius & experire virtutem eius cum re cui adiũgitur & operare, vt discernas medicinã agentem cũ substantia sua ex eo q̃ preces ex rememoratione nostra deo sint, volo ponere aquam su-
E biectum nobis vt inquiramus de ea. Nam qui ex vulgo infirmi sunt eam accipiunt, & sani, & vinum indigens est ea. Comparamus ergo eam in primis ad corpus temperatum, quod non est frigidum valde, neque calidum, deinde comparamus eam post illud ad illos, quorũ naturæ sunt malæ complexionis exeuntes à temperamento. Quoniam ergo facimus illud ĩuenimus aquam infrigidare corpus temperatum, & in tempore longo. Et infrigidat illud quod est malę complexionis velociter, & præcipue quando est aqua frigida. Quando vero est calida, infrigidat ipsum cum tarditate. Et si comparas aquam frigidam ad corpus adolescentis, calefacit corpus eius in tempore paruo. Et si appropinquas eam ad eum qui habet ægritudinem simplicem calidam aut frigidam, calidam simplicem sicut fe-
F bris hectica. Et frigidam simplicem sicut febris accidens ex congelatione per niuem, Infrigidat eum aqua infrigidatione manifesta. Et oportet vt non sit frigus eius per accidens, sed per naturam suam. Fortasse enim ægritudo est composita sicut apostema calidum. cum ergo appropinquamus ei aquam efficit in ipso in primis operationem secundum modum naturalem, deinde in eo operationem aliam accidentalem. Et quãdo ægritudo est simplex. non efficit aqua in ea operationem accidentalem. Et tu quidem experire operationem medicinæ simplicis. per operationem medicinæ compositæ, in ægritudine composita, vt est opium super apostema calidum. Et medicina quidem composita operatur in corpore plus, q̃ sit operatio medicinæ simplicis. exemplum quidem operationis compositæ in composito est psylium quod plus infrigidat corpora nostra, & abscindit sitim. quàm aqua,

quamuis aqua in natura sua sit frigidior psylio quando est puræ frigiditatis, quoniam est simplex. Et propter illud conuenere philosophi, super hoc quod elementa non nutriunt corpus omnino, neq; assimilantur alicui membrorum nisi mediantibus plantis & sanguine, quoniam elemēta propter propinquitatem suam ad plantas conueniunt cum eis & permutantur ad eas, & plantæ propter propinquitatem suam ad sanguinem assimilantur etiam cum eo, & permutatur ad ipsum. Et sanguis propter propinquitatem suam ad membra animalis assimilantur eis, & permutantur ad ea. Quoniam per eum est eorum virtus, & ipsorum essentia: longinquiores ergo res à cibo animalis sunt elementa, cum sint simplicia, quibus non sunt sapores. Et propter illud recipiunt sapores omnes & apparen in eis, sicut recipit aqua, cui nō est color, omnes colores. Et ꝑpter illud facta est humiditas grandinea, in qua exisfut visus, ita quòd nō est color, quare recipit colores. Et facta est lingua sine sapore. Et propter illud recipit sapores. Et cum interiore parte palmæ hominis est plurimum sensus tactus, & est temperantius quod est incorpore. Cum ergo tu ponis aquam subiectum tuum, non mentitur sensus tuus. Et quidem experire aquam cuius vis experientiā imprimis cum sensibus tribus, per visum, ne aqua sit turbida, et per gustum ne sit ei qualitas falsa, aut alia, & per olfactum, ne sit ei qualitas mala fœtida. Cum ergo est taliter, est aqua primitiua, munda, pura, hæc est ergo aqua frigida in natura sua. Cum ergo tu calefacis eam, non est aqua sola per calefactionē calefaciens, & comburens rem, sed similiter et opium, & pomū dęmonis, & mandragora: omnia quando calefacis ea, & appropinquas corpori hominis calefacis ipsum, & comburis illud etiam quando sunt superfluæ caliditatis, dico ergo ꝙ medicinæ omnes quarum tu vis experiri virtutes, quando tu ponis eas super corpus hominis, oportet ne sit caliditas accidentalis & frigiditas, & non aqua sola sed omnes res. Cuius exemplum sit cera quam liquefacis cum oleo saporito, & fricas eam, & infrigidas ipsam cū aqua & ponis eam super membrum calidum, quare infrigidat ipsum & humectat illud, & non per frigus naturale, sed per illud quod acquisiuit à frigiditate aquæ frigidæ. Secundum hoc ergo exemplum inquire de rebus omnibus: nam certificatur tibi quod vis de cognitione virtutum medicinarum, & ciborum, quando approximabis corpori eius ex vitute accidentali.

EX IOANNE FILIO

Serapionis, excerpta de balneis.

De casu capillorum.

Erum multi ex medicis com posuerunt medicinas plurimas ad casum capillorum, quas qm̄ oportet vt commemorem, primo adducam medicamen ascriptum Ario, cuius descriptio est hæc. Rec. ladanum, & infundatur in vino pontico, & teratur, & effundatur desuper vice vna oleum myrtinum, & vice alia vinum, & teratur quousq; fiat ad spissitudinem mellis: & melius est vt cum eo permisceantur capilli veneris ad quantitatē medietatis ponderis

B ladani, & administretur in balneo cum oleo myrtino; et extra balneum: et oportet vt fricetur locus primo cum panno, quousq; rubeat. Quòd si fuerit tempus hyemis, & fuerit cōplexio capitis frigida, & videris medicamē indigere vt cum eo misceatur quod calefacit & aperit, tunc misceatur cum hac medicina oleū nardinū, aut quædam olea subtilium partium boni odoris.

De Saphati, vel Alsiringi vel Alsirbengi, et est apostema in cute capitis.

Medicamen aliud ascriptum Afulusius. Rec. terræ cimoleę, & sulfuris, cui non aduenit ignis, omnium ana partem vnam terantur illa, & permisceatur cum aceto, & abluatur caput cū aqua calida, & liniatur cum medicamine dicto locus læsus in balneo, & extra balneum.

De furfuribus capitis.

C Deinde conuertatur ad medicinas quas diximus, & incipiamus cum eis quæ sunt debiles, & ex illis est vt sumatur malua sylnestris, & exprimatur succus eius, & abluatur cū eo caput. Aut sumatur sicla, et teratur, et extrahatur aqua eius, & proijciatur desuper eius aliquid de sale, & farina cicerum, & altheæ, & farinæ lupinorum, & fabarum: & abluatur cum eis caput. Aut abluatur caput cum aqua kisch hordei cū modico salis & altheæ, aut aqua decoctionis fœnugræci. Aut sumantur radices ireos, & decoquātur cum aqua, et abluatur cum ea caput. Et similiter mucilago psylij cum althea, & aqua inclusa in batheca, & aqua in qua decoctus sit capillus veneris. Et fortior medicinarum scriptarum est fel tauri, & decoctio coloquintidis, & baurach, & nitrum, & salgemma, et fistici alherebe, qui sunt grana de ben. Et quandoq; quidam medici permiscent cum medicinis supradictis aliquas me-

dicinas ftypticas:et intentio in hoc,eft conforta-re caput,vt non recipiat chymos afcendentes ad ipfum,ficut addidit Archigenes in defcriptione medicinæ factæ cum calcant. quã defcripfimus. Quod quidẽ additamentum habet virtutẽ cum calcadis,vt prohibeat reditũ iftius ægritudinis. Et defcriptio medicaminis eft, vt abluatur caput cũ aqua,in qua bullitũ fuerit aliquid fœnugræci,aut ficla,& piectum fuerit aliquid de nitro,& liniatur poft illud cum aceto,in quo infufũ fuerit cimolia.i. marmor inuentus in luto viridi,& fel tauri,et dimiffum fuerit p horam vnã: deinde abluatur,& fumatur fpumæ baurach, & fcoriæ æris,& calcant:partes æquales,conficiantur cum aceto vini,& liniatur cum eo caput.

De pediculis.

Medicamẽ aliud. Rec. ellebori albi, ftaphifagriæ,baurach,partes æquales:terantur,& permifceantur cum oleo,& adminiftretur in balneo. Medicamen aliud. Rec. finapis, arfenici rubei,argenti viui,partes æquales:terãtur & cribellẽtur, et pmifceantur,& liniatur cum eo caput:deinde abluatur poft illud cum aqua ficlę. Medicamen aliud: Mortificetur argentum viuũ cum aliquo oleo,& adminiftretur p fefolum. Medicamen aliud. Rec. zadaracht razadaracht partes quinq;, condifi partem vnã,terantur fubtiliter,& conficiantur cum aqua oleandri, & adminiftretur.

Et qñ fuerit generatio pediculorũ in reliquo corporis,tunc conueniens eft vt fiat mundificatio cum phlebotomia,& cum folutione ventris. Et poft intẽtionem,q̃ eft in repletione vel in corpore repleto,eft vt affiduetur igrefsio balnei. Et oportet vt fit balneatio primo cum aquis nitrofis,& falfis,vt mundificetur cutis:deinde poft illud balneetur cum aqua dulci,et humectetur cutis,& reiteretur hoc medicamen. Rec. aloes arabici,myrrhæ,baurach,fief memithe, arfenici rubei partes æquales:terantur illa, & conficiantur cũ aliquo oleo odorifero,& liniatur cum eo corpus,et balneetur poft illud cũ aqua, in qua decocta fint aichar,& rofæ,et fceha:et alienẽtur cibaria grofsa mali humoris,pręcipue ficus ficcę qm̃ proprietas ipfarum eft generare pediculos.

De soda ex malitia complexionis calidæ cum materia.

Quòd fi non fedatur dolor,& iudicaueris, ꝙ in capite continentur vapores multi, tunc effundatur fuper ipfum caput aqua, in qua decocta fuerint chamæmilla,et violæ ficcæ,et folia nenufaris,et hordeum contufum,et quę ei afsimilantur. Quòd fi infirmus patiatur vigilias, tunc ponatur in aqua bullita aliquid de corticibus papaueris et de femine alchaulan. Huiufmodi enim curatio refoluit vapores,et res comprehenfas in capite,et fortificat ipfum,et prohibet ea, quæ ad ipfum afcendunt.

De soda ex mala intemperie frigida cum materia.

Et fi videris ægritudinem cum difpofitione fua,poftq̃ tu mundificaueris corpus totum,tunc embrocha caput cum aqua, in qua decocta fint chamęmilla,melilotũ, maiorana, et fifymbriũ, et folia lauri,et fceha,et quę his fimilantur: quoniam huiufmodi medicinæ refoluunt materias, et confortant caput.

De soda ex ventositate grossa.

Et fi ventofitas fuerit coarctata in capite, tũc præcipiatur infirmo poft mundificationem corporis cum hiera,vt afsiduet ingrefsionẽ balnei, et embrochationes factas cũ chamęmilla, meliloto,origano,et folijs lauri,et fceha, et fampfuco,et anetho,et quæ eis afsimilantur.

De soda è potu vini.

Quòd fi remãferint in ftomacho reliquiæ vini,et acciderit infirmo ꝓpter hanc caufam cafus aię exhibeatur ei in potu fecheniabin cum aqua tepida,& præcipiatur ei vomitus:& effundatur fuper corpus,& pedes eius aqua calida,ĩ qua decocta fint chamæmilla,& violę ficcę:& pręmittatur inunctio pedũ fuorum cũ oleo violato, & fale,vt defcendant vapores à capite,& declinent ab eo. Cumq; facta fuerint ifta omnia tota die illa,præcipe ei balneationem in hora cenę:& ciba ipfum cum cibis generantibus chymos laudabiles abfque calefactione,ficut eft kift hordei,& in alia defcriptione, kanda rufinm, quod eft hordeum romanum,& forbitiones factæ cum orobo,& pane abluto cũ aqua,& oua forbilia abfq; muri. Olera vero magis conuenientia in hac difpofitione funt lactuca, qm̃ ipfa generat chymũ laudabilem,& extinguit:& fimiliter caules, qm̃ refoluunt vapores,& fubtiliant eos, & fimiliter lentes ẽt funt ex cibis laudabilibus in hac difpofitione,& pręcipue in eo,cuius venter naturaliter eft lenis. Et oportet vt fuccurratur ei,qui patitur hanc difpofitionem,cum alteratione aquæ fuæ in omni hora: qm̃ plurimi hominum ftomachi relaxãtur apud potum aquæ fontis,vel aquæ fimplicis. Alteretur igitur vel permifceatur aqua illius cum fyrupo granatorum,& fyrupo agreftę, & rob de ribes,& fucco acetofitatis citri,permiftis cum aqua vehementis frigoris. Ex fructibus vero conuenientibus funt poma muza, & pyra,& cydonia etiam. Et fi fuerit de mane fequenti illius diei ingrediatur balneum,& effundatur fuper caput eius illic aqua calida multoties:

ties: quoniam non est intentio nostra in hoc resoluere, quod est coarctatum in capite tantum, sed etiam prouocare ei somnum. Quòd si dormierit post egressionem balnei, & quieuerit aliqua quiete tempore pauco, præcipiemus ad balneum vice secunda, & cibabimus eum cum eis, quibus cibatus fuit in die primo: & si inuenerit leuitatem, & diminutionem doloris, & non tolerat potum aquæ, concedemus ei quasdam potiones vini aquosi, aut alterius vini post permixtionem eius cum aqua plurima. A

De Vertigine.

Et si fuerit vertigo accidens propter ventositatem grossam, præcipiatur infirmo, q̃ faciat embrocham cum aqua calida, vel secundum aliam literam, prouocet sudorem cum aqua calida, in qua bullita fuerint chamæmilla, melilotum, & origanum syluestre, & sceha, & maiorana, et folia lauri, et illud ponendo aquam in vase amplo, & inclinando caput super eam. B

De soda dicta Ouo, seu Galba.

Quòd si fuerit ęgritudo ex chymis coarctatis in capite, attractis ad ipsum propter caliditatem in eo existẽtem, & generatis in ipso propter debilitatem eius, tunc oportet vt sis occupatus in mũdificatione eius: deinde embrochetur caput cum aqua, in qua decoctæ sint medicinæ paucæ caliditatis, quæ habent virtutem confortandi caput, sicut est chamæmilla, melilotum, & rosæ rubeæ. Summitates squinanthi & mentha recens, & quæ eis similantur. Quòd si ægritudo prolongata fuerit, misceatur cum medicinis descriptis medicinæ, in quibus est caliditas addita, sicut sisymbrium, maiorana, & calamenthum syluestre, & folia lauri, & calamus aromaticus, & quę eis similantur. Et si fuerit chymus cholericus, inunge caput cum oleo rosato, & aceto vini: & quandoque confert illi iuuamento non paruo, si embrochetur caput cũ aqua in qua bullierint papauer, & quædam medicinæ resolutiuæ, sicut chamæmilla, & melilotum, & quę sunt eis similia in virtute. Si vero fuerit chymus grossus paucæ caliditatis, non consulo administrationem medicinarum resoluentium: sed consulo mundificationem capitis, deinde administrationem medicinarum subtiliantium, sicut sunt medicinæ factæ cum nitro, & sinapi. Et cum peruenerit ægritudo ad dispositionem declinationis, administretur fricatio capitis, præcipue in balneo post abrasionem capitis, à capillis suis, & commotionem sternutationis facta cum medicinis sternutare facientibus: & incipiatur à debilibus, procedendo ad fortiora successiue. C

De sirsen seu Carabito & est apostema cerebri.

Quòd si acciderit infirmo difficultas vrinæ, sicut multoties accidit in hac ægritudine, tunc effundatur super sumen eius, & super fœmora aqua calida, in qua decocta sit chamæmilla, & inũge ea post illud cum oleo anethino, aut oleo in quo decoctum sit anethum, & chamæmilla, aut cum oleo chamæmelino.

De mania.

In cura autem huius, oportet vt sit solicitudo & studium magis circa caput, & præmittatur rasura eius, & assiduetur embrochatio eius cum aqua dulci, in qua decoctæ sint violæ siccæ, & violæ humidæ, & folia nenupharis, & folia Kalef, & aliquid ex rosis, & hordeũ excorticatum contusum, & cortices cucurbitæ, & citrulli, & folia lactucæ, & semen eius, & papauer album, & nigrum, & aliquid de floribus chamæmillæ, & de mãdragora, & fit administratio huius embrochæ quandoq; in mane, antequam infirmus assumat cibum: & quandoq; in vesperis. Et procura vt caput ĩfirmi in hora embrochationis vel effusionis aquæ prædictæ super ipsum, sit erectũ: quoniam caput si fuerit demissum, seu inclinatum deorsum, tunc plurimum aquæ cum qua fit embrochatio, cadet super partem posteriorem capitis: os autem illic est durum, grossum, viscosum: & propter illud non existimatur, q̃ penetret in eo virtus aquę, cum qua caput embrochatur. Si vero caput steterit erectum, tunc aqua prędicta effunditur super os sincipitis: quod quidẽ os est lene, molle, laxum, rarum, tenue, & propter illud penetrat in eo virtus aquæ, quæ pro embrochatione effunditur supra caput ad cerebrum cum facilitate. Et si necessariũ fuerit administratio caputpurgij, oportet vt sit illud cum oleo violato, aut oleo nenupharino, aut oleo facto ex semine cucurbitæ dulcis: & permisceatur cum quocunq; oleo quod fuerit præsens, parum olei amygdalarum dulcium, aut lactis mulieris, quæ de nouo peperit. Et si administratur cura descripta, & nõ sedatur ęgritudo, & fuerit cerebrũ cum dispõne sua ex siccitate, oportet vt mulgeatur super caput lac mulieris, aut lac capræ, deinde embrochetur caput post illud cum embrochis prædictis, & sit aqua eius tepida non calida, vt non commoueat materiam, & ne agitet eam sua vehemẽti caliditate: deinde administretur post illud caputpurgium, & ingenietur post caputpurgium in prouocando somnũ infirmo, vt remaneat virtus embrochæ in somno, & virtus caputpurgij in cerebro remaneat.

De melancholia.

Quòd si accidant infirmo vigiliæ, embrochabimus caput eius cum embrochis, quas descripsimus in cura Gienum melancholicæ. Et si indigebimus fortioribus eis, administrabimus embrochas factas ex pedibus caprarum, et capitibus ipsarum: & assiduabimus mulgere lac caprarum super caput infirmi.

De paralysi.

Cumque ægritudo peruenerit ad declinationem, præcipias infirmo balneationem, & præcipiatur ei quòd vtatur vomitu in quibusdã horis. Et in summa confert ei regimẽ exiccatiuum, & minoratio vini, & fricatio sicca.

De memoria abolita.

Assiduetur ablutio capitis cum aqua, in qua decocta sit chamẽmilla, & anethũ, & sisymbriũ, & calamentum siccum, & maiorana, et marmacur, & calamus aromaticus, et quę illis assimilantur. Et qñq; oportet in hora post horam administrare medicinas, quę habent virtutem attrahere humiditates, & expellere eas per os, sicut medicamen factum ex pyrethro, & staphisagria, & radice capparum, & quæ sunt illis similia: & hiera picra cõfecta cum aceto squillitico. Et olfaciant semper mŭschum, & nucem muschatam, & macem, & gariophyllos, & maioranã, & marmacur, & sceham. Et ciba eos cum aqua cicerum, et asfidbegi, in quo proiecta sint anethum, & sal, et porrum. Vinnm autem eis cõueniens, est vinum antiquum odoriferum, & aqua mellis. Quòd si ægritudo causata fuerit à malitia complexionis frigidæ siccæ, tũc oportet administrare regimen quod calefacit & humectat, & mundificare corpus cum eo, quod soluit solutione conuenienti. Et embrochetur caput cum aqua, ĩ qua decocta sit chamæmilla, melilotum, & violæ siccæ, & in qua decocti sint pedes caprarum.

De spasmo.

In illo autem cui accidit spasmus ab euacuatione, oportet vt teneãtur membra spasmata cũ facilitate, & cõtrarietur illis motibus aduenientibus absq; ordine, & innungantur membra spasmata cum oleo de ruta, aut oleo cucumeris asinini: & administretur etiã patientibus hanc dispõnẽ oleũ de kerua, & sedeat infirmus in tina aquæ tepidæ, in qua decocta sint chamæmilla, anethũ, harmel, & melilotum, & quæ illis similantur.

De cuzez, seu spasmo.

Quod si non sanatur spasmus cum administratione illorum, tũc administretur embrocha cum aqua dulci tepida, in qua decocta sint chamæmilla, violæ siccæ, folia sisami, folia nenupharis, & folia lactucæ. Et præcipiatur infirmo vt sedeat in caldario pleno oleo dulci tepido, & humectetur lingua eius cum mucilagine psylij, & mucilagine semi. cydoniorum, & oleo violato, & aqua granatorum dulcium: et emplastretur caput eius cum emplastris tepidis ex farina hordei, et althea, et violis siccis, et oleo sisami no. Et quandoq; confert illi, cuius natura est sicca, et ætas eius cõsenserit, vt bibat decoctionem ficuum, et passularum mundatarum ab arillis cũ cassia fistula, et oleo amygdalarum dulcium. Et quandoq; iuuatur etiam cum clystere lenitiuo. Quod si fuerit natura æqualis, et fuerit febris quotidiana, tunc quãdoq; iuuatur cũ aqua kisch hordei decocti cũ aqua cucurbitæ. Quod si non fuerit febris, et fuerit corpus mundum à putredine, tunc qñq; iuuat potus lactis asinæ: et quantitas quę bibitur ex eo, est vnc. iiij. cum oleo amygdalarum dulcium, et zuccaro. Quòd si remanet post solutionem naturæ, et in descriptione alia post resolutionem febris siccitas aliqua, aut aliquis spasmus in quibusdam membris, tunc oportet vt administretur assidue effusio aquæ dulcis tepidæ sup illud mẽbrum spasmatum: et sis contẽtus vice vna aqua sola: et decoquãtur in ea vice alia semen lini, fœnũgręcum, et melilotũ, et radices altheę, et radices lilij, et quæ illis similantur.

De stupore.

Et administretur in balneo inunctio loci stuporis cum oleo cucumeris asinini, aut oleo de euphorbio, aut oleo de costo cum castoreo trito, et pyrethro: et si necessarium fuerit post illud dare infirmo hieram Gale. et hieram Logodion, fiat illud.

De surditate.

Et oportet vt administretur pŏst euacuationẽ regimẽ temperatum, humectatiuum: et ablutio cum aqua dulci: et prohibeatur infirmus ab omnibus quę generant cholerã. Surditas vero accidẽs ab humoribus crudis, grossis, qui sunt adhęrẽtes in profundo foraminis auris, curetur cum medicinis subtiliãtibus, resolutiuis, et gargarismo assiduo cum hiera, et regimine subtiliatiuo. Et oportet vt administrent balneum cum aqua thermarum, et cum aqua salsa.

De cholerica passione.

Et qñ confortata fuerit virtus eorum, tunc in die tertio ingrediantur balneum: et viuificetur virtus eorum cum cibis paulatim paulatim, donec redeant ad consuetudinem.

De colica.

Et qñq; confert etiam decoctio facta cum cucumere asinino, quando cum ea fit clyster cum almuri,

almuri,& melle. Et cum administraueris illud, & non sedatur dolor, tunc sedeat infirmus in tina, i qua decocta sunt chamæmilla, & melilotū, & sisymbrium,& suasera,& sampsucus, & anethū,& folia lauri,& caules,& inungat locus doloris copiose cum oleo nardino,& oleo chamæmelino, aut oleo rutæ, aut oleo de lilijs.

De cachexia.

Et ex eis quæ conferunt istis iuuamento magno, est balneatio cū aquis salsis, & aluminosis, & baurachijs,& sulfureis,& exercitium temperatum prope mare seu in locis maritimis.

De hydrope.

Deinde post exercitiū redeat ad administrandum calefactiones: qm̄ iuuamentum earum in hydropicis est iuuamentum magnum: & si sol fuerit calidus, tūc oportet vt eligatur calefactio cum eo: quoniam calefactio ipsius penetrat ad profundum corporis penetratione æquali, ita vt exiccet quasdam superfluitates,& attrahat quasdam earum ad superficiem corporis, & subtiliat quasdam earum,& præparat eas ad velocem resolutionem,& viuificat corpus,& euigilat virtutem vitalem in corpore ipso,& augmentat caliditatem naturalem: qm̄ caliditas solis per naturam suā operatur illud in omnibus corporibus, in quibus est vita sensitiua,& vita vegetatiua: caliditas.n. solis etiam facit nasci plantas, & nutrit eas,& maturat fructus, & generat humores: & propter hoc facit redire corpora, in quibus iam caliditas innata est facta debilis, ad sanitatem. Et locus quidē in quo infirmi calefiunt à sole, oportet vt non sit ventosus, neq; habeat ventos flantes: & sit hora in qua calefiunt, apud transitum solis supra caput perpendiculariter: et oportet vt capita ipsorum sint cooperta. Oportet etiam vt fiat illud super arenam, in qua infirmus sit iacens,& cooperiat residuum corporis eius. nam quando illa arena calefit à sole, tunc exiccantur & exuccantur humiditates. Et quando currit ex eis sudor ex calefactione, oportet vt inungantur cum oleo vice vna,& vice alia teratur nitrum rubeum assatum contritum cum sale assato, & puluerizetur super corpus. Calefactio autem in balneo humectat, & facit corpus acquirere humectationem & mollificationem: & patiēs quidem hanc ægritudinem non indiget calefactione humectante, sed calefactione exiccante. Et oportet vt vtantur balneatione cum aqua in balneo, quando indiget quiete ex labore exercitij, aut ex angustia calefactionis. Administratio autem ablutionis cum aqua maris frigida, & natatio in ea fit post diminutionem ęgritudinis: nam

A cum administratione harum rerum duplicat, & magnificat iuuamentum. Et in ablutione quidem cum aquis thermarum resoluuntur ægritudines hydropicorum, quando peruenerit ægritudo ad terminum suum seu ad statum suum. Et oportet vt ex aquis thermarum eligātur acutiores seu calidiores earum,& fortiores, sicut illæ in quibus est baurach, aut alumen, (vel secundum aliam literā, in quibus est virtus baurach, & aluminis.)

De vlceribus in renibus & in membris vrinæ.

Et sedeat īfirmus in aqua in qua decoctæ sint medicinæ stypticæ,& myrtus recens,& balaustia,& gallæ,& nux cupressi,& rosæ siccę,& cortices granatorum,& radix alhausegi, et quę sunt illis similia.

De vrinæ destillatione.

B Et medicentur ab extra cum aquis calidis, in quibus decocta sunt folia lauri, & agnicasti, & sisymbrium,& chamæmilla,& anethum,& melilotum,& fœnugręcum,& caules alnabathi,& harmel,& fimus columbinus.

Ibidem.

Et si retinetur natura, oportet vt lenias eam cum clystere facto ex decoctione fœnugræci, & altheæ, cum oleo chamæmelino, & sedeat infirmus in tina in aqua, in qua decocta sunt chamęmilla,& radix altheæ, & tribuli.

De ijs quibus lapis generatur & magnus fit.

Et quandoque sentit infirmus dolorem in duobus ilijs, quādo attrahitur lapis versus viam vrinæ,& propter magnitudinem eius, aut asperitatem ipsius non potest pertransire in eis, immo stat,& retinetur in ipsis,& facit accidere dolorem vehementem: & tunc oportet sedare dolorem faciendo illum sedere in aqua fœnugræci,& altheæ,& anethi,& chamæmillæ, cum qua permixtum est oleum, vt sedetur dolor, & facilis sit descensus lapidis.

C

Ibidem.

Et quoniam vesica est vehementis frigoris in natura sua & pauci sanguinis, ideo ipsa indiget tunc curatione fortiori,& propter illud oportet vt sedeat infirmus in aqua decocta cum anetho, meliloto,& chamæmilla,& radice altheæ,& semine lini, & fœnugræci,& spica, & capillis veneris,& folijs agnicasti, et medicina nominata duasunizi, et est virga pastoris, et sampsuco, et suasera, et rosis: et liniatur seu embrochetur locus læsus cum quibusdam oleis lenitiuis, mollificantibus, sedantibus dolorem, et permiscemus ex istis oleis cum linimentis quæ fiunt cum cera et adipibus.

Ibidem.

Balneatio autem cum aqua dulci ſedat dolorem accidentem ex lapide generato in renibus, & veſica in principio: cumq; proceſſerit tempus, efficitur dolor difficilis: quoniam de natura balnei eſt mollificare membra læſa. Et propter illud quando volumus adminiſtrare hoc oportet vt adminiſtremus illud cum cautela vehemẽti per aliquos dies cum embrochis, & oleis, quæ habẽt proprietatem conſeruandi virtutem in membris, ſicut oleum de lilijs, & oleum de alcanna, quando decoquitur in eis vtriſque ſpica inda, & cum eis fit embrochatio.

De podagra ex humore malo acuto.

Quòd ſi dolor fuerit magnus vehemẽs, oportet vt miſceantur in cerato opiũ, & ſuccus mandragoræ. Et effuſio quidem aquæ frigidæ ſuper locum, non eſt parui iuuamenti.

De podagra phlegmatica.

Si autem poſitum fuerit emplaſtrum, & infirmus nõ ſentit ſedationem doloris, tunc cogeris adminiſtrare embrochas reſolutiuas, refrenãtes, ſubtiliantes, ſicut hoc quod deſcribam. Sumatur acetum vehementis acetoſitatis, & decoquatur in eo alhaſce, & origanum & calamenthum, & harmel, & folia lauri, & chamæmilla & melilotum, & anethum, & radix capparis, & cẽtaurea: cumq; medicinæ fuerint bene coctæ, tũc coletur aqua, & effundatur ſup mẽbra læſa non vice vna tantum, immo vicibus pluribus oĩ die, ſi indiges illa. Et ſi humor nociuus fuerit groſſus valde, ita vt exiſtimetur q ſit ex humore melancholico, tũc nõ oportet vt adminiſtrẽtur medicinæ, quarum ꝓprietas eſt calefacere & exiccare, vt non augeatur ſiccitas ſup ſiccitatẽ, & fiat difficilis reſolutio, ĩmo nõ fit ei ſanatio. Sed cum nos effundimus ſuper locum aquã calidam, ponemus ſup ipſum emplaſtra quæ calefaciunt cũ æqualitate, & leniunt locum, & reſoluũt, ſicut atriplex ſylueſtris, & bulbus, & eſt cepa ſylueſtris.

De præſeruatione à dolore iuncturarũ et podagra.

Inter ea, quæ cuſtodiunt hominem, ne accidat ei podagra, eſt embrochatio cum aqua ſalſa, qñ ipſa effunditur ſuper pedes ſemper, & ſal contritum etiam, quando aggregatur cum oleo, & fit cum eo emplaſtrum pedibus.

De impetigine.

Et ſi ſunt æquales in ægritudine, ponimus curationẽ permixtam, & incipimus cum attractione materiei ad iferiora. Deinde euacuamus eam cum medicinis ſolutiuis, & cum clyſtere. Deinde adminiſtramus poſt illud regimen temperatum, & balneationẽ cum aqua dulci calida: quo-

A niam caliditas eius aperit poros, & ſubtiliat materiam, & non prohibet eam reſolui, immo ponit eã facilis reſolutionis, & humiditas aquæ extinguit & temperat humorẽ malum, & poſt balneationem adminiſtramus linimẽtum. Quòd ſi impetigo eſt multæ humiditatis, ponimus linimentum exiccatiuũ, & ſi non eſt humiditas eius multa, adminiſtramus linimẽtum quod abſtergit, & nõ exiccat multum. In impetigine autem (quæ excitatur, nõ oportet vt adminiſtremus ex medicinis, niſi illud in quo non eſt mordicatio cum q̃titate neceſsitatis.) Hæc eſt ergo curatio vniuerſalis ad impetiginẽ. Oportet ergo nunc, vt rememoremur curationũ particularium, & incipiamus à ſimplicibus earũ. Aqua hordei excorticati ſola, qñ cum ea fricatur locus, ĩ quo eſt impetigo paucæ humiditatis in balneo, ſanat ſa-

E natione forti & ſimiliter farinæ fabarum, & hordei, vniuſcuiuſq; earum pars.j. & ſola, & coniunctę etiã. Et confert etiã ſimile huic iuuamentum ſicla decocta, & furfur ſimilę & ſemẽ batekæ excorticatum, & farina lupinorum, & ciceris.

De pruritu.

Si autem pruritus eſt propter duritiem, confert ei balneatio aſſidua cum aqua dulci calida, in qua decocta eſt myrtus, & fricentur cum alueres confecto cum aqua batekæ, & nõ eſt iuuamentum in ſaheſabrem, quãdo cum eo fricatur corpus, infra illud.

De matricis præfocatione.

Cum ergo quieſcit ĩfirmitas à periodo, cogimus infirmam vomere, & ſeruamus eas à cibo, aut cibamus eas re parua. Et ſedeat in tina in cuius aqua decocta ſint folia lauri, & calamenthũ,

F & buchor mariem, & ſuaſera, & amaracum, & chamæmilla, & radix altheę, & radix lilij, & centaurea, & quę ſunt illis ſimilia. Et ponatur ſuper caput hora ſeſsionis in tina, oleum roſatum purum cum aceto, in quo decocta ſint ruta, & folia lauri, & aliquid caſtorei.

De retentis menſtruis.

Illis aũt quibus accidit hæc ægritudo propter extenuationẽ ꝓpter multitudinẽ ægritudinum, confert poſt remotionẽ egritudinum balneatio cum aqua dulci, & inunctio cũ oleis humectantibus reſoluẽtibus, & ex cibis qui ſunt multi nutrimẽti, & potus vini antiqui, & quies, et tranq̃litas, & deliciæ, & ociũ, & emplaſtra & peſſaria lenientia, facta cum medulla & pinguedinibus.

Ibidem.

Ex calamento montano detur quantitas cochlearij, aut pondus drach. cum vino permixto poſt balneationem in balneo.

Ibidem.

Ibidem.

Vaporationes ad eas, quarum mẽstrua abscissa sunt. Decoque in aqua anethũ, & chamæmillã, & squinanthum, & sampsucum, & cassiam ligneam, & costum, & melilotum, & sulfur, & rutam, & calamenthum, & nigellã, & semen apij, & origanum, & feruha, & est alhasce, & suasera, & est abrotanũ, & cordumeni, & fac sedere mulierem super sedem, & pone cannulam in orificium vasis in quo est aqua medicinarum decoctarum, et cooperi ipsum ab omnibus lateribus; & tũc caput cannulæ aliud in directo vuluæ mulieris, & calefiat cum eo quantum possibile est, & toleret vt calefiat: est enim iuuatiuum valde. Et si vis vt sedeat ĩ hac aqua dum est calida, confert ei iuuamentum mirabile.

De lapsu matricis.

Et fac eam sedere ad vmbilicum suum in tina, in qua est aqua, in qua decocta sunt myrtus humida, & gallæ, & cupulæ glandium, & sumach, & folia oliuarum, & rhamni, & nux cypressi: & da hanc medicinã vt supponat eam. Lana q̃ conuenit matrici quæ lapsa est exterius à loco suo. Sumantur acaciæ, & myrrhæ, & thuris, & ladani, & balaustiorum, & myrti humidæ, & lẽtium excorticatarum, & gallarum, oĩum ana partes æquales: terantur, & cribellentur, & conficiatur cum vino pontico, & inuoluantur cũ lana munda, & submergatur in oleo myrtino, & detur mulieri vt supponat eam. Si aũt lædit eã aliquid ex pruritu in orificio matricis, decoque folia rhamni, & folia granatorum, et lentes excorticatas cum zuc. & da ei cũ lana vt supponat illud.

De ephemera ex calore.

Quapropter oportet vt effundatur post resolutionem febris super capita eorum continue, aqua tepida dulcis, in qua iam decocta sint chamæmilla, & viola sicca, & flores nenufaris, & rosæ, & inũgatur caput cum oleo violato, aut oleo de nenufare & rosis, & fac eos dormire in domo frigida, in qua strata sint folia alkalef, & ciba eos cum cibarijs & potibus frigidis humidis. Cumq; redierint ad consuetudinem post resolutionem febris, oportet vt caueant sibi ab omnibus rebus quæ calefaciunt.

De ephemera ex frigore.

Et propter illud cõfert eis post resolutionem febris, balneum cum aqua calida, in qua decocta sint chamæmilla, & melilotum, & maiorana: postq̃ sub infirmo posita fuerit hęc aqua bulliẽs, ita vt fomentetur cum vaporibus eius. Et inungatur patiens cum oleis resolutiuis & sedatibus, sicut oleum chamæmelinum, & oleum anethi-

A num, & oleum alkeiri. Et administretur oleum postq̃ sudauerit patiens, quia non oportet administrare oleum ante sudorem, vt non oppilẽtur pori propter viscositatem olei. Cum autem patientes hanc febrem egrediuntur ex balneo, ciba eos cum cibis calefacientibus parum, sicut sunt athjdbegi, idest ferculum ex carne elixata, (vel secundum aliam literam, sicut brodium carnis elixatæ,) & bibat modicum aquæ calidæ: (vel secũdum aliam literam, & sorbeat modicum olei cum brodio carnis.

De febre ephemera accidente ex balneatione cum aquis stypticis.

Significatur super febrem ephemeram accidentem ex balneatione cum aquis stypticis; sicut cum aquis aluminis, & cum aquis sulfureis ex tactu: qm̃ cutis est dura, filtrata, solida, extenuata, sicca, arida, plusq̃ cutis illorũ quos inuasit B febris ephemera ex frigore: & similatur illis qui manus suas submergunt in aqua gallarum, aut corticum granatorum, & quæ sunt illis similia tempore longo. Et quando ponis manum tuam in quacunq; parte corporis, sentitur in primis diminutio caliditatis, & post illud quando expanditur cutis sub manu, & prolongatur tactus eius super ipsam cutem, manifestatur caliditas, & sentitur vehementia eius plus. Et est vrina declinans ad albedinem, aut ad citrinitatem: & hoc accidit quoniam superfluitates aquosæ quæ consueuerant euacuari, retinentur propter soliditatem cutis. Et oculi eorum non sunt submersi, & quandoque sunt inflati. Etiam & pulsus arteriarum ipsorum non est paruus, sicut in illis in quibus accidit febris ex cogitatione, & mœstitia, & C vigilijs, & labore: quoniam virtus in hac febre est remanens, & caliditas est profunda, & non resoluitur neque finitur. Et oportet, vt scias q̃ non semper accidit febris ephemera in corporibus, quando inspissatur cutis eorum: sed illis corporibus accidit febris ephemera ex induratione et inspissatione cutis, qñ ab eis resoluuntur vapores humidi sanguinei, qui propter prędictam inspissationem retinentur: vnde fit aggregatio ipsorum vaporum. Et inuadit etiã febris ephemera in illis corporibus quorũ vapores sunt calidi & sicci, & non est materia quæ in eis putrefiat. Et si est illic materia q̃ putrefiat, inuadit eos febris putrida. Et curatio quidẽ illorũ quibus accidit hęc febris ephemera, fit etiam cum rebus eisdẽ quibus curatur febris ephemera quæ est ex frigore: verum isti tardant plus in balneo q̃ illi, qm̃ indigent resolutione, & nõ tardant in tina multum. Et oleum quod ipsi administrãt, sit parum,

et fricatio sit multa, lenis, ita vt leniatur cutis, et resoluātur superfluitates retentæ in corpore. Et oportet vt vtantur cibis velocis digōnis in quantitate moderata, et vt bibant parū de vino, si durities seu ispissatio cutis fuerit pauca. Si vero durities seu inspissatio cutis fuerit multa, non vtantur vino omnino: qm̄ de proprietate vini est, vt expandat superfluitates & excitet caliditatem.

De ephemera è labore.

Et oportet vt curētur isti in primis cū quiete & tranquilitate, & post resolutionem febris (vel secūdum aliā literā, & post declinationē febris) sedeant in tina aquæ tepidæ donec humectetur. Et non oportet vt tardent in balneo isti, neq; illi quos inuadit febris pp aerem valde æstuosum, qa ægritudo amborum simul est siccitas. Et vngantur corpora eorum si tēpus est calidum siccum, & cōplexio infirmi est decliuis ad hæc duo, cum oleo violato & nenufarino aggregato cū aqua pauca. Quòd si istæ dispōnes sunt ē conuerso, ex parte aeris & ætatis & complexionis, inungātur cum oleo de keiri & oleo chamęmelino: et fit fricatio lenis valde tpata in multitudine sua donec humectet eos. Et post oleum etiam facimus eos sedere in tina aquæ tepidæ, donec humectetur corpus, & acquirat humiditatem loco illius quæ ex eo fuit resoluta. Et post tinā administramus oleum etiam, & conseruetur humiditas quam corpus acquisiuit ex aqua.

De ephemera ex ira.

Et similiter oportet vt prohibeantur ēt à balneo: qm̄ balneum adiuuat materias q̄ sunt in corporibus eorum ad putredinē, & facit euenire febrē, & facit resudare & expellere illas materias ad quędā mēbra, vnde facit accidere apostema.

De ephemera ex cogitatione & tristitia.

Post declinationem vero febris, oportet vt infirmus sedeat in tina aquæ dulcis tepida, donec humectetur corpus parumper, deinde vngatur cū oleo cui est virtus infrigidādi et humectandi, sicut est oleū violatum, et oleū nenufarinum. Et nō sit fricatio cōtinua, vt non exiccetur corpus.

De ephemera ex vigilijs.

Oportet aūt vt isti febrientes curentur cum rebus q̄ contrariātur vigilijs, & sit ingeniatio in attrahendo somnū cum embrochis sup caput factis cū aqua, in qua decocta sint chamęmilla, & rosę, et violæ siccæ, et folia nenufaris, & hordeū excorticatum, et papauer. Et fricentur manus & pedes, ita vt attrahatur materia ad inferiora, & descendāt vapores retenti in capite.

De ephemera ex dolore inguinum.

Et oportet vt patientes hanc febrem, curētur

D incipiendo cum introitu eorum in balneo, & faciendo eos tardare in eo. Et administretur eis fricatio cum æqualitate, & non vngantur oleo aliquo: quoniam oleum humectat corpus, & oppilat poros eius. Deinde cibentur cum cibis subtilibus, & prohibeantur à potu vini.

De febre hectica.

Et facimus infirmum sedere in tina aquæ, in qua decocta sunt folia cucurbitæ, & hordeū excorticatum, & nenufar & violæ, & quæ sunt his similia. Et post eius egresfionē ex tina, inūgatur cum oleo nenufarino, & cū oleo seminis cucurbitæ dulcis, aut oleo violato pmixto cum cera alba dissoluta, vel cum cera abluta: qm̄ huiusmodi oleum humectat corpus, & cōseruat humiditatem quā acquisiuit ab aqua tinę. Quòd si consentit virtus, tunc mulge super ipsum lac asinæ, aut

E lac capræ, aut mulieris, anteq̄ infirmus descēdat in tina, quia lac qn̄ mulgetur sup corpus, humectat ipsum valde. Quòd si virtus est debilis, tunc pmisceatur lac cum aqua tinę, quam diximus, et non sedeat infirmus in tina multum, vt nō debilitetur virtus, neq; prosternatur, neq; mollificetur. Et nō vngatur infirmus ante introitum eius in tinam, vt nō oppilentur porositates corporis eius ex viscositate olei, & vt non prohibeatur humiditas aquæ ingredi ad interiora corporis eius. Et sedeat ifirmus in tina vice vna post lac in mane, & vice alia post cibum & potum in vesperis, donec caliditas aquę in tina attrahat humiditatē acquisitā ex cibis & potibus, ab interiori corporis ad exteriora ipsius, (vel secundum aliā literā, donec attrahat caliditas aquæ in tina humiditates acquisitas ex cibis, ab interioribus ad exterio

F ra corporis,) et redire faciat illas humiditates super corpus, & spargi in membra ipsius.

Ibidem.

Et infirmus sedeat in tina, in cuius aqua decocta sit chamæmilla, et maiorana, & quę sunt illis similia.

Ibidem.

Et inungatur corpus in nocte cū oleo de narcisso cū cera alba, & in mane exhibeatur ad sorbendum vitellum oui cum modico vini, deinde ingrediatur balneū & non dimittatur infirmus morari in eo. Et post egresfionem à balneo cibetur cum brodio carnis aromatizato cum gingibere, & spica, & cinnamomo, & galanga, & quę sunt ei similia: deide dormiat. Et regatur hoc regimine donec redeat corpus eius ad naturā suā.

De synocho.

Quare tunc oportet vt curetur cum vapore aquæ, in qua decocta sit chamæmilla tātum, donec resoluantur vapores per resolutionē, quam acquirunt

acquirunt pori capitis ex aqua chamæmillæ. Et si indiget embrochatione, facimus eam ex illa aqua chamæmillę post vaporationem factam cũ eo. Et oportet vt elongetur ab oleo, quando in capite est grauitas aut subeth, qm̃ retinet materiam intus, & prohibet eam à resolutione. Et effunde super pedes & manus aquam calidam, in qua decocta fuerit chamæmilla, qm̃ hæc attrahit materiam ad inferiora, & facit descendere vapores. Quod si sentit infirmus apud effusionem huius aquæ, materiã & vapores descendere in dorsum & spondyles, tunc soda quiescit.

De tertiana.

Si autem febris tertiana fuerit pura, tunc oportet vt præcipiatur infirmum balneari antequam appareant signa digestionis, qm̃ illud extinguit per naturam propter aquam, & cum hoc humectat & extinguit etiam per accidens, qm̃ balneũ euacuat materiã facientẽ febrem. Et administramus quidem ipsum balneum ante digestionem,
B qm̃ qualitas in hac febre est magis dominans q̃ materia, & materia ẽt est facilis resolutionis, & non timetur ꝙ ipsa inspissetur & nõ resoluatur, & faciat accidere oppilationem. Et si infirmus magis diligit vt infundatur seu sedeat in tina, tunc concedatur ei illud, qm̃ non est ex eis quæ nocent, imo iuuat, qm̃ lenitur & rarificatur corpus cum huiusmodi tina, et per eam fit resolutio superfluitatum, & acquisitio eius quod acquiritur ex virtute aquæ. Et si infirmus fuerit consuetus balneo, oportet vt infirmus ingrediatur balneum vicibus duabus in die, & fiat balneum primo propter ægritudinẽ, & secundo propter consuetudinem. Si vero febris tertiana fuerit non pura, aut fuerit febris quotidiana aut quartana, tũc
C oportet vt infirmus non balneetur ante digestionem, qm̃ materia in istis est dominans difficilis resolutionis, & nõ oportet vt præcipiatur eis balneum ante digestionem, vt non effundatur seu non moueatur materia, & nõ faciat accidere oppilationes & apostema, & non corrumpatur ex ꝓmixtione materiæ effusæ, illud quod prius non erat aptum corrũpi. Quum vero apparuerit digestio, & facta fuerit facilis resolutio, tũc ꝑcipiaĩ patientibus has febres, vt ingrediantur balneũ.

De tertiana non pura.

Et oportet vt caueatur infirmus à balneatione ante digestionẽ, qm̃ si fiat illud, tunc accidẽt tria nocumenta, quorum vnum est ꝙ materia faciens hanc febrem, ex hoc ꝙ permixta est cũ humore grosso phlegmatico, si fuerit cõmota seu effusa, & non fuerit resoluta, generat, oppilationem & putredinem. Secundum nocumentum
A est, quia materia putrescens retenta in membrꝭ qñ calefit ex balneo, & effunditur permiscetur cum humiditate quæ est in corpore non putrefacta. Tertium vero nocumentũ est, ꝙ qñ euacuatur illud quod est subtile de materia, tunc difficilis fit resolutio eius quod remanet de materia propter suam grossitiem.

De febre phlegmatica.

Quod si accidat eis post vomitum soda, tunc oportet vt detur eis in potu post vomitum, calamẽthum, vt resoluatur materia, (vel secundum aliam literam, tunc oportet vt fomententur seu embrochẽtur cum vapore aquæ, in qua decocta sit chamęmilla, vt resoluatur materia, deinde ponãtur manus & pedes ipsorũ in illa aqua calida.

De quartana.

Balneum autẽ oportet vt caueatur omnino, aut minoretur ingrestio in ipsum, qm̃ accidit in balneo vt effundatur materia ad membrum aliquod, & accidet illic grossities & corrumpetur, & etiã illud quod de ea est subtile, resoluetur in balneo, & qđ est grossum lapidificabiĩ, sicut diximus. Et ille humor grossus pueniẽs ad porositates latas seu rarificatas ex balneo, oppilabit eãs.

EX ABIMERON ABYNzohar excerpta quæ ad balnea faciunt.

Capitulum de Conseruanda Sanitate.

Item scias ꝙ intrare balneum moderate secundum ꝙ conuenit, hoc est in .x. diebus semel ieiuno stomacho, dummodo nõ sit famelicus & indigeat cibo vehementer, valet in conseruatione sanitatis, dum tempus sit temperatum, et non excedat in caliditate nimis. Et dicunt iterum ꝙ balneum aquæ dulcis temperatum inter caliditatem & frigiditatem ieiuno stomacho sanitatẽ conseruat. Et scias quod à medicis, phibetur distillare siue spargere aquã tepidam proprie super caput, immo præcipiunt vt sit calida quantum potest sustineri.

Ibidem.

Et probatum est quod intrare balneum olei tepidi sanat ab omnibus doloribus totius corporis Deo dante.

De dolore capitis ex Siccitate. Cap. 4.

Sed si siccitas cum frigiditate abundauerit, non habet dolorẽ capiti procreare, sed vigilias

gilias cũ perturbatione ſenſus ſi ſiccitas exuberauerit. Et cura eius eſt ĩtroitus balnei aquæ dulcis in camera mediana. Et etiam balneatio extra ſtupham confert. & continuatio etiam aſperſionis aquæ calidæ ſuper caput habet hanc ægritudinem remouere. Et comedere amygdalas dulces cum pane & ſine pane hoc idem facere poteſt Deo dante.

De Priuatione intellectus ex frigiditate. *Cap.* 15.

Et balnea eum in aqua tepida dulci inducendo ei lætitiam toto poſſe, & fac ei omnem quietem & ſuauitatẽ elongando eũ à mulieribus.

De Sterilitate propter malam complexionem. *Cap.* 1.

Mala vero cõplexio frigida acquiritur à balneatione, & natatione in aqua multæ frigiditatis, aut à ſeſſione ſuper lapides multæ frigiditatis, vel à comeſtione medicinarum frigidarum, aut à poſitione emplaſtrorum frigidorum ſuper ventrem appoſitorum propter multam calidita tem quæ erat in eo.

Ibidem.

Et fac intrare mulierem in tina aquæ dulcis tepidæ in qua moretur diu, & ſi videretur ei graue ſtare tota in aqua ad minus ſtet vſq; ad renes, ponẽdo in dicta aqua aliquid olei amyg. dulciũ.

De febribus Ephemeris. *Cap.* 1.

Ephemera aũt quæ fit ex fatigatione & labore indiget maiori cura, qm̃ oportet vt ponas eũ in tina plena dulcis aquæ tepidæ, ita q balneetur corpus totum præter caput, & fricetur corpus eius totum in exitu cum interioribus melonum, vel pulpis ipſorum qñ ſunt bene maturi, & ſi nõ reperiuntur melones recipiãtur ſemina eorum & piſtentur optime, & cum ipſis fricetur corpus perfecte vt exeant vapores fumoſi qui reſoluuntur vel reſoluti ſunt à caliditate febrili, & poſtq̃ videns ſignum certisſimũ quod tibi iam nominaui, habere debes pro conſtanti q non redibit febris amplius, & potus iſtorum ſit ſicut potus prædictorum. Et ille ẽt qui incurrit ephemeram ex cõtractione moræ in ſole balneetur ſimiliter, & regatur regimine dicto, q ſi cauſa ſolis habuerit dolorem capitis intenſum, infunde caput eius oleo roſaceo aromatizato ſi tempus, & ætas, & regio, & complexio conſenſerint, & infunde ſic, conquaſſetur cum iſto oleo tantundem aquæ dulcis, & diſtilla eam ab alto per cannulam, vel cum aliquo vaſe habente orificium ſtrictum, faciendo quod infirmus ſit ſedens, & taliter ſuper caput diſtilletur vt ſpargatur per totum.

D

Ibidem.

Sed ille qui cauſa frigoris patitur ephemerã eſt balneandus in aqua dulci, ſimiliter fricando eum cum ſemine melonis, & detur ei omni mane de ſyrupo ſquinzabin. vnc. 1. cũ vnc. iiij. aquæ calidæ, & cibetur pullis ſi videris q in vrina ſit hypoſtaſis alba reſidẽs in fundo & continua atq; lenis & cæteris bonis diſpoſitionibus regulata.

Sed illi qui patitur eam cauſa balneationis in aquis ſtypticis aperiantur pori ipſius, & hoc ponendo eũ in balneo dulcis aquæ tepidę fricando eum cũ melonibus vel cum ſeminibus ipſorum.

De febre hectica & ſignis & cura eius. *Cap.* 17

Et cura eius eſt ponere infirmum in balneo dulcis aquæ tepidæ plures in die.

Ibide.

E

Et omni hora quando ſtomachus eſt vacuus à cibis pone eum in tina aquæ dulcis tepidæ, & poſt exitum cibabis eum, & ſic remouebitur febris cum adiutorio.

De iuuamentis Balnei. *Cap.* 4. EX AVERROE.

ET quia balneum eſt vnum ex his ſimiliter, quæ ſuperfluitates euacuant, debemus loqui de virtutibus partium balnei. Et dicimus q balneum in nobis diuerſas imprimit operationes, primas videlicet, ſecundas, & tertias. Nam ipſum humectat, & exiccat, infrigidat, & calefacit, ſuperfluitates quæ ſunt in poris, & ſub cute euacuat, & aliquando oppilat, ventoſitatem diſſoluit, inflationẽ remouet, & corpora nutrimento præparat, & aliquando cõmouet appetitum, & materiam de vno mẽbro ad aliud ſpargit, & humores fluxibiles facit, & etiam dolores mitigat, & aliquando ipſos remouet. Et harum contrarietatum cauſa vna ex tribus rebus exiſtit. Vna eſt diuerſitas partium balnei. Alia eſt diuerſitas corporum patiẽtium. Tertia eſt diuerſitas moræ i balneo. Partes vero balnei ſunt aqua frigida, calida, domus balnei, & aer ipſius. & iſtæ eædem habẽt gradus. quod eſt, quia aqua calida inter calidũ & frigidum tẽperata corpus refrigerat & humectat, & paucam diſſolutionẽ operatur. & in hac pauca diſſolutione abſtergit ſordiciem, quæ in cuti retinetur. Et aer, qui naturam huius aquæ retinet, ad paucum ſudorẽ corpus inducit, propter quem euacuantur à corpore ſuperfluitates ſubtiles. & hęc eſt natura primę domus. Et quamuis aer humidior ſit aqua, ſicut alibi declaratum eſt, tñ non humectat corpus ſicut aqua, eo q nõ applicatur corpori, ſicut aqua, immo deſiccat corpora, & ſecundum q calidior eſt, plus deſiccat. Aqua vero, & aer calidisſima

F

calefaciunt

calefaciunt corpora, & aliquando desiccant, & superfluitates euacuant,& has superfluitates eua cuando ventositates dissoluunt, & aer cum his desiccat,quemadmodum dictũ est. Et hæ actiones non fiunt nisi in corporibus mundis. sed in corporibus supfluitatibus plenis poros cutis oppilat. quod est,quia propter malitiam superfluitatum & multitudinem pori clauduntur, & ob hoc superfluitates egredi non possunt. & tunc fiunt patienti horripilationes,& discurrunt humores,& mouentur de vno mẽbro ad aliud mẽbrum. Et propterea non est vtile balneum habẽtibus repletionem corporis, aut vnius membri.

A

Tertia causa mediana in his rebus adhuc fortior existit. Et balneum dolores non remouet, nisi illos,qui sunt aspersione materiæ causati, sicut apostemata,& his similia. Et infrigidatio ex balneo aliqñ fit per se, aliquando per accidens. Sed quæ per accidens fit, est cum balneum poros aperit, & cũ superfluitatibus calorem & spiritũ euacuat. & quæ per se infrigidatio fit, ipsa ꝑpter aquam frigidam, quæ in balneo est, frigiditatem operatur. Et apponitur aqua frigida corpori, vt caliditatem calidæ aquæ reprimat, & mollificationem mẽbrorum rectificet, & calorem naturalem corripiat secundum modũ correctionis fabrorum, & coquorum, qui vtũtur frigiditate in fine propter intentionem suam. Sed scias ꝙ nõ debemus cũ aqua frigida balneare nisi post supfluitatum euacuationem. Et scias ꝙ omnes partes balnei in corporibus puris bonas actiões operantur, vna alteri non resistente. quia dissoluũt superfluitates, & euacuant sine læsione virtutũ, & membra mollificant sine neruorũ relaxatione, & humectant sine calefactione, & sine oppilatione refrigerãt absq; inuiscatione. Et hæc oĩa non nisi cum partibus calidi & frigidi complentur. et si aliquid in eis damni percipitur, istud est in corporibus impuris, quia in puris nullum dãnum euenire potest.

B

De regimine infantium.

Et vt omni die in aqua tepida balneetur, & in aere temperato, vt horripilatio tẽpore balnei non adueniat. Et Gal. sentit, vt hoc in domo balnei fiat. & ego dico ꝙ si aer est temperatus, non oportet vt hoc in casa balnei fiat. Et non balneetur, nisi cum venter à lacte vacuus existit, ad hoc vt cibus ad membra indigestus non attrahatur. & fiat post longum somnum.

C

De pueris.

Et in aqua frigida balneari non debent, quia aqua frigida cremento resistit. Et hoc regimen tribus septimanis annorum seruetur.

Ibidem.

Iuuenes autem qui hanc habent complexionem, qñ peruenerint ad quartam septimanam annorum, in aqua frigida balneari debent propter solidationẽ raritatis in eorum membris ab exercitio derelictæ, vt calor propter exercitium sparsus aggregetur, & ad suũ proprium tenorẽ reuertatur, operationes suas integre adimplẽdo. & eodem modo hic aqua quæritur frigida, quẽadmodum in exeuntibus à balneo postulatur. Aqua vero ista nimiam frigiditatem nõ habeat, nec etiam in ipsa temperãtia adesse debet. quod est, quia frigida vt nix, mẽbra lędit, & remisse frigida nostram intentionem nõ habet. & hæc balneatio subita debet esse. Sed in balneatione vel ablutiõe capitis ex aqua frigida, ĩdigemus speculatione. Et qñ Gal. fuit de ea locutus, non posuit sufficientes conditiones, nec de ea ego dubito, nisi quia caput est mẽbrum frigidũ ꝑ naturã. & in summa vtrum debeat balneari, aut non dico ꝙ non. Et post hæc oĩa cibari debet laudabili cibo, sicut carnibus gallinæ, & pane perfecto, vt dictũ est præparato, & carnibus hœdinis, & annualis agni, & vituli lactẽtis. Hora vero cibãdi erit, cum oẽs digestiones fuerint celebratæ. Et secundum sententiam dicentis ꝙ homo bis in die cibetur, erit necessariũ, vt bis exercitetur, & bis balneetur. Et Gal. dicit ꝙ quidam Medici dicũt ꝙ hæc debent ter in die celebrari. & hoc eidem placere videtur. de quo nõ modicum admiror. quod est, quia si hoc fiat ter, & horæ cibi tertiam sectionem habebunt. quod est, quia cũ corpus iuuenis hoc regimine vtentis fit fortis naturę, & bonę digestionis, non indiget vt ipsius cibus tertia digestione diuidatur. & hæc partitio non cõuenit nisi senibus, & debilibus natura. vt idem ipse Gal. refert. Et si aliquis diceret ꝙ huius partitionis necessitas propriam necessitatem sequeretur, inde error prouenit, quia contrariũ habet verum. quod est, quia necessitas partitionis horarum exercitij, & balneorum sequitur necessitatem partitionis horarum ciborum. Tamen noui Medici sentiunt ꝙ conuenientia tempora comedendi temperatis cõplexionibus sunt, vt tribus vicibus duobus celebretur diebus. & similiter exercitium, & balneum debent fieri tribus vicibus duobus diebus. & isti mihi videntur veritati magis appropinquare. & etiam mirabilis Auenzoar huic assentire videtur.

De regimine eiusdẽ per Somnũ et Vigiliã. De Excrementorum euacuatione, ac Lassitudinibus ab immodico exercitio proueniẽtibus. Ca. 8.

Ex balneo vero magis necessarium est aereũ, deinde

deinde tepidum aqueum. Et cibentur cibis subtilioribus, humidioribus, atq; frigidioribus solito, & paucioribus quantitate. Et correctio extensiuæ debet fieri mollificatione. & iccirco debet fieri fricatio lenis cũ oleo calefacto in Sole, cum oleo anethino, & cum oleo chamæmillino inutile non est. & est necesse morari in balneo tẽperato, & morã in ipso trahere. Correctio apostemosæ, quæ cum extensione fit, & læsionis sensibilitate, & quantitatis membri augmẽtatione, tribus efficitur modis, euacuatione videlicet, infrigidatione, & mollificatione, propterea indiget fricatione subtili leui & multa, & debet multam attrahere moram in aqua calida, vel tepida, & inungi multo oleo tepido. sed in æstate oleũ de besascegi, i. violaceum vtilius existit.

De regimine Senilis ætatis. Cap. 9.

Et senibus necessarium est balneũ ter in mense, aut quater. Et iam diximus q; iuuenes istius cõplexionis non indigent balneo ad regimen sanitatis, sed senes indigent eo propter eorũ exercitiorum paucitatem, quia regimẽ senum cõpositum est ex conseruatiuo & præseruatiuo. Et differentia istorum duorũ regiminum est in hoc, q; vnum per simile, aliud per dissimile fit.

De regimine Corporum omnium distemperatorum, tum simpliciter, tum composite. Cap. 11.

Et balneentur in aqua tepida ad hoc, vt ex corporibus eorum superfluitates fumosæ resoluantur. sed aer balnei eis vtilis nõ est. & si postea balneantur in aqua frigida, prodest vt corrigatur damnum, si quod aqua calida facit. Et eorũ refectio sit bina in die. & si siccitas in eis multũ manifestaretur, tertia refectione vtantur.

Ibidem.

Et istę cõplexiones calidæ, aut calidæ & siccę secundum plurimum sunt vaporosæ & fumosę. & ob hoc balneatione indigent, ne cito ephemeram incidant. & similiter si tenui dięta longo vsi fuerint tempore. Et bonum est istis aliqñ post cibum balneari, vt eorũ corpora impinguẽtur. sed qui in dextro latere sentiet grauitatẽ, hoc vitare debet, & est necesse vt rebus vtat̃ exoppilatiuis.

De remotione, & præseruatione corporum à labore vlceratiuo. Cap. 15.

Et dicimus q; quando isti humores. s. cholera & melancholia efficiunt laborẽ, & sub cute sunt locati, forte exercitium, & fortis fricatio erit sufficiens medicina, cum balneo, & cibo subtili, aut aqua hordei, & squinãzibin, & similibus. Et qñ isti humores in poris sunt locati. nõ indigẽt exercitio, sed quiete & somno, & abstinere à cibo, eo q; ista adducũt digestionem. & sero balneentur

D in aqua tepida, & cibis subtilibus cibentur post assumptionem squinzibin, eo quòd squinzibin euacuat per vrinam & sudorem illum humorẽ, qui potest moueri à natura.

De modo Curationis malæ complexionis materialis, & non materialis. Cap. 1.

Et balneum vt plurimum humores subtiles euacuat. & propterea in passionibus ex grossis humoribus fieri non debet, nisi præcedat digestio. quia ex hoc inflammatio totius corporis sequetur, & forsan principalium membrorum.

De cura febris Ephemeræ in generali. Cap. 5.

Et scias q; refrigeratio in febribus per se & p accidens fit. per se, sicut per medicinas, & cibos frigidos, & per accidens vero sicut balneari in aqua calida, aut tepida. & maxime in hac febre fit, eo q; per ipsam in spiritualibus vapores dis-
E soluuntur, qui nisi resoluerentur, corpus nimis inflammaretur, & fortasse ad putridam conuerteretur. & propter hoc balneum est oĩbus cura vniuersalis. Sed inter aquam existit diuersificatio secundum diuersitatem causarum facientiũ febrem. & hæc febris secundum plurimum accidit propter cutis densationem, quod pluries accidit propter frigus, aut propter in aquis stypticis balneationem, aut propter necessariam balnei negligẽtiam, aut propter totius corporis siccitatem, sicut illis accidit, qui in aere calidissimo degunt. Et vere plurimum hæc febris accidit habẽtibus complexionem calidam & siccam.

De cura febris Ephemeræ in speciali. Cap. 6.

ET de hac prima loqui volumus, & postea de complexione calida & humida, & vltimo de calida solũ. Et dicimus q; qñ accidit pro-
F pter cutis inspissationem, aut propter aquarum stypticarum balneationem, medicatio per contrarium illis erit balneatio in calida, aut tepida aqua post declinationem paroxysmi. & fricatio vtilis existit ĩ exitu balnei cũ oleo tepido, in quo nulla stypticitas reperiatur. Non est* necessariũ balneũ reiterare vltra semel, sicut Gal. faciebat qui infirmũ faciebat intrare bis & ter, eo q; hoc regimen non conuenit, nisi hominibus assuetis multum balneari, sed embrochatio post balneũ cum aqua frigida, vt mihi videtur, iterata, cõclusionem faceret pororum, nisi pori nimiũ forent aperti, aut corpus esset nimis calefactum. Et melior cibus, qui post balneum est propinandus, si erit complexionis calidæ & siccæ, & tẽpus fuerit calidum, est ptisana hordei, eo q; infrigidat & humectat, & adiuuat ad expellendum superfluitates per oẽs suas vias. & post huius digestionem dandi sunt pisces petrosi, carnes perdicum, & similium.

* a. l. bonum.

milium. Et si alium fecerit paroxysmum, balneum,& diætam hanc reiterare debes. Et aliquando propter nimiam tristitiam,& multam iram fit,& ꝓpter multam in Sole morā. Et quæ propter iram accidit maiori indiget refrigeratione q̄ illa, quæ propter vigilias, aut propter tristitiam prouenit.& nulla istarum indiget fricatione, sed balneo solum. Et quæ propter vigilias,& tristitiā fit, maiori indiget humectatiōe, somno, & gaudio. Et quæ propter moram plurimam in Sole accidit, indiget refrigeratiōe,& vt longam in aqua calida cōtrahat moram.& facta fricatione, cum oleis frigidis inūgatur, vt oleo violato, & similibus. Et qm̄ propter multam accidit frigiditatem, balneum intret calidum,& balnei calidus aer vtilior existit balneo aquę. Et cibi temperati esse debent, aut ad caliditatem declinantes, vt turtures, coturnices,& similes,& aqua mellis **B** valde vtilis est. caput vero taliū oleo rosato inungatur,& alijs actu calidis, quemadmodum alijs frigidis in actu inungi debent. Et scias q̄ vniuersalis medicina oībus patientibus ephemerā, existit balneum, exceptis patientibus rheuma propter frigus. Et in ephemera ab apostematibus inguinum, aut subascellarum causata,& si causa rheumatis calida fuerit, Dicit Gal. q̄ balneū intrare debet.& hoc non dicit, nisi quia sufficiens est in humorum subtilium digestione, sed grossos disperget per totum corpus. nec balneari debet, nisi post digestionis complementum.

De cura febris Ephemeræ, quando est cum fluxu ventris. *Cap.* 7.

ET dico q̄ illi, cui accidit fluxus ventris, in ipsius curatione consideratio est habenda, ita q̄ si humor eductus est,& fluxus cessauit, fac **C** ipsum ingredi balneum,& ipsum ciba cum confortantibus stomachum,& ipsum stomachum cum vnguentis confortantibus vnge. Sed cum fluxus est in statu, melius est vt ī balneū ipsos ire non ꝑmittas. hoc Gal. dicit. Sed noui Medici me dicantur forte fluxum cū balneo, quia dicunt q̄ attractionē facit ad oppositā partē.& q̄uis ita sit, nō est ꝓpria medicina, sed ē ꝑ accidēs,& ideo qa est ꝑ similitudinis viā,& tu scis q̄ cōtrariū debet expelli ꝑ suū contrariū. vnde hoc, qm̄ possumus, est dimittendū. Sed patiēs est cibandus absq; positiōe ipsius in balneo, imo debes cōseruare, vt rectifices ipsius stōm euōne cessante cū lana infusa in oleo absinthij & oleo rosato,& si masttichen contritā acceperis, et cū oleo rosato miscueris,& ꝑdictæ lanæ infude ris, multo fortius opabitur.

Ibidem.

Et aliqñ hæc febris tribus diebus ꝑdurat, sed

A nō timeas,& rege ipsos post exitū paroxysmi,& post euatiōnē ventris, ponēdo ipsos in balneo, et ciba ipsos cibis cōuenientibus. Sed ex nausea ace tosa hæc febris nō fit, ob hoc, qa ex illis substātia fumosa nō generatur, quæ spiritum inflāmet. Et scias q̄ in cōplexiōibus frigidis & humidis raro hæc febris accidit. similiter neq; in frigidis & siccis. sed calida & sicca oībus paratior ad hoc existit.& ꝑp hoc, illud, quod plus nocet corporibus sic dispositis, est fames,& exercitiū temperamentū excedēs,& negligētia balnei. Sed q̄ febricitāt febre, quę fit ꝑp bubonicū apā, quod fit in subascellis,& inguinibus, vltimū medicamen illius apatis ē curatio. Et si ꝑp rheuma hoc accidit, medicinæ purgātes necessarię existūt. Et si fuerit ꝑp sanguinis abundantiā minutiōe indiget, qa hæc ꝑseruat, ne ī vlteriores ęgritudies cadat. Et Gal. ꝑcipit vt has febres patientes ponātur in balneū, sed mihi nō placet vt fiat, nisi in declinatione.

De Cibatione, & Fricatione, & Balneatione febricitantium. *Cap.* 10.

Et scias q̄ balneū in declinatione febriū collaudat, qm̄ superfluitates euacuat subtiles. In principijs vero minime, qa rigores habet ꝓuocare,& dissoluit humores,& multiplicat oppilatiōes,& spargit superfluitates ꝑ corpus totū,& non est tutū quin inde ꝓueniat apā in aliquo principali membro.& q̄uis humores euacuet, multiplicat tñ caliditatē & siccitatē febrilē, siue fuerit ex aqua calida factū, siue ex aere calido. Et necesse ē vt corpora taliū nō tāgatur aqua frigida, qm̄ humores efficit crudos. et ꝑp hoc balneū fieri nō debet nisi post factā d̄clinationē, et ī febrib⁹, q̄ nō sūt acutę.

De cura febris Hecticæ. *Cap.* 15.

Sed in balneando eos debemus magnā habere considerationē, eo q̄ isti non videntur habere necessitatē calefaciendi, resoluendi, nec euacuādi. quid. n. proficies ex infrigidatione accidētali acquisita ex balneo, cū humores inde euacuent̄? & hoc non confert nisi in mala cōplexione materiali. Et postq̄ ita est, mihi videtur q̄ ipsi non indigeāt aliquo ex aere balnei.& quāuis aqua calida habeat humectare, cum hoc tñ facit resolutionē. Sed balneum aq̄ frigidæ mihi videtur esse melius, si possit ipsum conuenienter sustinere. Et scias q̄ Gal. manifeste dicit q̄ ipsi nō indigēt balneo, nisi cā præparationis suorū corporū, vt aquā frigidam valeant sustinere, cū qua balneari debēt in fine balnei. Et balneū s̄m ipsum taliter debet ꝑparari. s. q̄ infirmum ferre debemus cum lecto suo ibi.& cū fuerit in camera prima ipsius balnei, extēdere debemus plumariū paruum,& eū supponere ibi debemus,& si illa prima camera

ra tepida esse reperitur, ibi eũ à pánis expoliare debes.& ordinare debes q̃ à quatuor hoĩbus capiendo à quatuor angulis plumarij feratur ad cameram secundã,& ibi ipsum reponãt nudũ.sed tẽperantia camerarũ balnei vna alteri cõparari debet.s.q̃ eadem ꝓportio esse debet secundæ ad tertiã,q̃ primæ ad secundã. Et cũ fuerit in camera secunda, inungi debet oleo tepido.& postea ponẽdus est in camera tertia,& ibi ponendus est in balneo, vel tina, aut pila, quod idem est. Et in vnaquaq; camerarũ tñ morari debet, quantum ipse infirmus posset incedere suauiter ab vno capite earũ ad aliud. Et ex tũc ipse infirmus debet poni in balneo, vel tina seu pila aq̃ tepidæ plena, & illic morari debet tẽperate. & postea balneãdus est aqua frigida.& istud est regimen, q̃d aperuit Gal. in hoc casu de balneo. Sed Rasis sentire **E** videtur, q̃ tales infirmi nõ indigeãt nisi balneatione aquę tepidę. Sed quia ĩpossibile est vt tales, qñ expoliãtur, vt eis nõ eueniãt horripilationes, & specialiter in exitu ab aqua calida, ideo necesse est vt tina vel balneũ eorũ fit in camera tẽperata, q̃ non excedat in caliditate vel frigiditate,& aqua similiter tẽperata esse debet. & sic videtur ei, vt inde aliquod iuuamentũ recipere debeant.

Sed iuuamentũ appositiõis fęcis picis est, eo q̃ virtus istorũ attractiua debilis eẽ reperitur.& pp hoc ponẽdi sunt primo in aquã calidã, eo q̃ in illa principiũ attractionis esse reperitur, et in eadẽ tñ morari debẽt, quousq; mẽbra eorũ vndiq; tumescere videãtur, & pori p totum aperiãtur,& deinde pix est apponẽda.& hæc oĩa recitat Gal. vbi loq̃tur de cura malitiæ cõplexionis calidæ & siccæ stomachi. Abymeron Auenzohar autẽ **F** velle videtur q̃ nos eos in tina aq̃ tepidæ solũ ponere debemus absq; intratiõe stuphæ.& in exitu tinę ꝓpinandũ est eis lac.& cũ digestũ fuerit, iterum ponẽdi sunt in tina,& postea dabis eis aquã hordei.& facta digestione ipsius, dabis eis micã panis lotã cũ rebus ꝑdictis. Sed ex rebus, q̃ exteris fiunt, sunt balneũ,& balneatio secundũ q̃ diximus,& ẽt aer. Quòd si fuerit calidus, debemus eũ infrigidare, abstergẽdo domũ,& substernendo in ipsa folia frigida, sicut sunt rosæ,& folia salicis,& flores nenupharis,& folia vitis cũ suis floribus, studẽdo vel ingeniando, vt aqua frigida à supioribus ad inferiora descẽdat. Et vt domus septẽtrionalis existat. Et q̃ illę fenestrę sint apertę, vñ Sol minime possit penetrare,& ille claudat, vnde põt intrare. Et qñ aer fuerit frigidus, nõ indigebunt ꝑdictis, nisi vt ipsum trahãt, sicut est, et maxime qñ principiũ malæ cõplexionis fuerit à stomacho, vel à pectore, vel ab intestino ieiuno, **D** vel à renibus,& ab istis ipsa mala cõplexio deinde deriuatur.& possibile est etiam q̃ illa mala complexio incipiat à corde,& inde ad prædicta,& ad totum corpus deriuetur.

De syncope accidẽte causa Doloris. Cap. 18.

Dico ergo q̃ in doloribus aliqñ fiũt localia remedia, sicut cũ pinguedine anseris,& gallinę,& anatis. et aliqñ fiũt cũ embrochatiõe aq̃ calidę, et olei,& ponẽdo eos ĩ balneo,& cũ his similibus:

De syncope proueniente ex superflua euacuatione. Cap. 19.

Quartus modus fit, ĩpediẽdo virtutẽ expulsiuam, qñ superflue expellit, sicut fit in illa passione, quæ cholerica noĩatur,& in Arabico dicitur almayda, ĩ qua vomitus & secessus simul fiunt, q̃ curatur stringẽdo,& ligãdo crura,& brachia,& ponẽdo eos ĩ balneo,& cũ hoc ẽt in eadẽ necessitate habemus ponẽdi styptica intus,& extra. Sed q̃a balneũ sup̃flue habet soluere,& euacuare, iõ cũ timore magno tales in balneo ponẽdi sunt, ẽt exhibẽdo eis styptica. & ẽt de istis adhuc locuti erimus, qñ tractabimus de cura malę cõplexiõis materialis, dũ euacuatur de mẽbro ad mẽbrum.

De cura malæ complexionis siccæ Stomachi sine materia. Cap. 23.

Ergo incipere debemus ponẽdo ipsum in balneo tẽperato.& post balneũ lac bibat tẽperatum asinę, aut capræ cum aliquãtulo zuccharo.& qñ cognoscemus eũ digessisse lac p signa ructus,& tumoris stomachi, iterum ipsum ĩ balneo ponemus, spatio tñ interueniẽte iter vnã & aliam balneationẽ quatuor horarũ aut q̃nq;. & semp ĩ exitu balnei debet inungi cũ oleo viol. vel cõi, eo q̃ ipsum humectabit,& cauebit ei à multa dissolutiõe & ĩ quolibet exitu balnei ꝓpineť lac supradictũ, si ipm affectauerit, sin aũt, aq̃ hordei ꝓpineť.

De lauacro. Cap. 4.

Nunc de balneo nobis disserẽdum, vt potequo & vacuẽtur corporis superfluitates, atq; excrementa, cuius varias esse facultates, q̃ corpora nostra afficiant, asserimus, primo nãq; tum humectat, tũ siccat, refrigerat simul, ac calefacit, excrementa, q̃ sub cute adhærent,& meatus obturant, expurgat, interdũ vero eosdẽ obstruit,& cutẽ densat, flatus discutit, ac tumores, corpora vt probè alimentum suscipiant, idonea aptaq; concinnat, est ẽt vbi appetitionẽ incitet, dolores demulcet, ac lenit,& aliqñ prorsus tollit, humores fluidos facit, eosq; à particula in particulam aliam trãsmittit. Harum vero adeo contrarium,& sibi pugnantium functionũ causam esse dicimus vnam ex his, quæ ternario numero cõtinentur. Aut.n. ab ipsius lauacri natura,& cõstitutione,

ſtitutione, aut à laborãtium corporũ affectu, aut deniq; à tpe, quo in ipſo detinentur. Cum vero naturã balnei, atq; partes ſcripſimus, intelligas velim aquã tum calidã, tum frigidã, deinde domum, in qua ꝑparatur, aeremq;. Atq; iſta rurſus in gradus partiuntur, quippe aqua inter calidum frigidumq; media refrigerat, humectatq;. quinetiam nõnihil diſcutiẽtis poteſtatis obtinet, quo ſordes, q̃ cuti adhæreſcunt, abſtergit. Aer quoq;, qui eandẽ cum illa tẽperaturã habet exiguum ſudorẽ eliciens, tenues e corpore ſuccos euocat, ſimul ac euacuat. Is vero, etſi aqua (vt alias docuimus) humidior ſit, tñ non æque humectat pinde atq; aqua, vt quæ corpori applicatur, quinimo vi deſiccante aerem ꝑditum meminiſse te velim, q quo calidior, eo plus ariditatis ĩfert. Porrò aqua, aerq; inſigniter calida & calefaciũt, & interdum ſiccant, excrementa vacuant, q̃bus eductis flatus eadẽ opera diſcutiũtur, idq; tñ in corporibus puris, & non excremẽtoſis prẽſtant, quippe in illis, q̃bus ſupfluitates exuberãt, ĩmodice meatus obturãt, euocatis ad cutẽ vitioſis, ac copioſis ſuccis, q̃bus liber exitus nõ patet, ob copiã craſſitiemq;, vñ corpora huiuſcemodi hñtibus horrores, rigoresq; contingunt, vagãturq; ſucci per vniuerſum corpus, ac deferũtur ex loco vno ad alterũ. Quãobrem illud tibi perſuaſiſſimũ habeto, homini plethorico maliſq; referto humoribus lauacri vſum à nobis ĩhiberi. Quinetiã ſi pars quęuis tali plenitudine affecta ſit, nequaq̃ conſulimus. Atq cauſa, q̃ media collocata eſt, maioris eſt momẽti cæteris. Porrò lauacrũ dolores tñ leuat, quos fluxiones cõcitarunt, cuius generis abſceſſus, & huius generis morbi. Item interdũ per ſe, interdũ ex accidẽti refrigerat. Hoc vero fit meatus reſerando, & eductis vna cum ſupfluitatibus calore ac ſpiritu, illud autẽ q̃m aquæ lauacri frigidæ vis ſuppeditat, adhibeturq;, vt calidæ intemperiem moderetur, & partes emollitas corrigat, atq; vt mitiget calorẽ naturalẽ, eo modo quo fabri ferrarij ac coci, qui frigidã vſurpant, vt ſcopum ſui ꝓpoſiti attingant. Inſuper lauacro, natationeue frigidæ vti haudquaq̃ debemus, niſi prius excrementa expulſa fuerint. Balneum autem (vt ſummatim perſtringam) in his qui corpora pura obtinent (ſi modo omni eius partiũ fuerit cõcinna aſſenſio) eximia ꝑbet, & ſingularia cõmoda, etenim ſuperfluitates diſcutit, & citra virium noxam expurgationes efficit, partes emollit, ita tñ vt neruoſum genus minime reſoluat, humectat citra caloris ſenſum, quinetiã refrigerat, nec tñ obſtructiones ob viſciditatem accerſit. Quę vniuerſa nobis iam ſcripta à calido frigidoq; perfi-

A ciuntur, neq; puris, ſed non puris corporibus incommodum afferunt.

De ratione victus hominibus temperatæ naturæ. Cap. 6.

Cæterum poſtq̃ quartũ ſeptẽnium attigerit, q optimũ ſtatum habent, et abũde aucti fuerint, aquę frigidę balneũ intrepide vſurpabũt, tum vt denſentur q̃ ab exercitio rarefactæ partes, ſimul ac roborentur, tum vt calor diffuſus cogatur, & ad priſtinũ ſtatũ redeat, functionesq; conſuetas rite peragat, eadẽ porrò ratione hic aqua frigida vtimur, qua in exitu à lauacro. Eſto vero nec planè glacialis, nec tepida, altera nãq; ferit afficitq; ptes iſuetas, altera vero qđ expetimus, nõ efficit, q̃n ipſum ĩmorandi ĩ lauatiõe tp̃s breue ſit. Verũ enimuero num caput frigida lauari debeat, inq̃ſitione accuratiori indiget. Gal. quippe de hoc
B ſcribens, nõ pauca ꝑtermiſit. Atqui (vt breuiter quod ſentio aperiã) caput oĩno lauandũ nõ erit, frigida etenim pars eſt. Poſt hæc alimenta probi boniq; ſucci aſſumet, cuiuſmodi gallinacea, hœdina, vitulina, & agnina, at vitulus nondum ſit ablactatus, agnus vero anniculus, panis inſuper optime (vti alias docuimus) ꝑparatus. Porrò cibos aſſumẽdi tp̃s optime ꝑſcribitur, q̃n videlicet oẽs concoctiones peractę fuerint. Quòd ſi q̃s (vt nõnulli cẽſent) bis in die cibos ingerat, bis quoq; exercitationẽ adhibeat neceſſe eſt, biſq; lauacrũ ſubeat. Gal. quorundã medicorũ ſententiæ accedere videtur, aſſerentiũ ter in die vniuerſa hæc debere vſurpari, id qđ nõ poſſum nõ magnopere demirari. cũ etenim iuuenis corpus hac ratione victus vtentis, robuſtæ, optimæq; ſit naturæ, probeq; concoquat, tam frequenti alimentorũ
C ingeſtione minime indigere arbitror. Quin potius iſta ciborũ partitio ſenioribus imbecillioribusq; ſtatuẽda, in qua opinione ipſe quoq; Gal. verſatur, ſecamus quidẽ ac partimur exercitij lauacriq; tẽpora, ob ciborũ neceſſariã partitionẽ. Sanè recentiores medici duorũ dierũ ternas cibi aſſumptiones eſſe debere cẽſent, eademq; ratione lauationis atq; exercitij ternã adminiſtrationem. Quorum opinioni admirabilis ille Auenzoarus ſubſcripſiſſe videtur, cui plane ego quoq; aſſentior, vtpote veriora ſentienti.

De intemperiebus omnibus, tum ſimplicibus, tum compoſitis. Cap. 11.

Lauacro aquæ tepidæ committatur, vt quod in ipſa eſt fumidi, ac fuliginoſi excremẽti vacuetur, ac per halitum digeratur. Sanè aer ipſius balnei non conuenit. At ſi quod ex calida lauatione incommodum percipiant, aquæ frigidæ ablutio emendabit.

De

De intemperaturarũ curatione, quæ cũ humoribus, & quæ citra humores consistunt. Cap. 5.

Porrò balnea tenues succos discutiunt, atque euacuant, quare vbi à crasis viscidisq; humoribus aggeneratos morbos curabis, ab his astinendum censeo, ne in deterius decidat corpus, solet etenim humorũ moles inflāmari, si ante concoctionẽ quis lauetur. quinetiam interdum partes principes vitiantur, atq; inflāmatione tentātur.

Omnium diariarum febrium curatio generatim. Cap. 6.

Quæ vero secundario atq; per accidens fit, lauacro aquæ calidæ tẽperatæq;, idq; potissimum in hac febre, quæ spiritus maxime inuadit, eosq; in halitũ vaporosum vertit. Quāobrẽ nisi discutiatur, īmoderatam toti corpori flāmam suscitabit, quo fiet, vt in putridā degeneret ephemera. Balneũ itaq; huiusmodi oĩbus vtiliter curatiõis ergo præcipietur. Aquam item oportet tantam nancisci differentiā, quantā causæ febrim efficientes obtinuerint. Accidit interdũ diaria à cutis stipatione, tũ ob frigus, tum ob balneũ prætermissum, tum ob lauacrum aquarũ vim astrictoriam habentiũ, quales aluminosæ, aut deniq; propter corporis totius squalorem, qui à calore aeris immodico prouenit. Atq; in totum calidiores, siccioresq; natura corripit ephemera.

Curatio speciatim diariarum. Cap. 7.

Qui igitur densatione cutis febricitāt, post accessionis declinationem dulcis aquæ tẽperatæq; lauacro cõmittetur, frictiones item cũ oleo dulci tepido mediocres lenesq; vtilissimæ sunt. Nec sunt bis terq; lauandi, qm̃ eos tm̃ sic curabat Gal. quibus balnea consueta essent. Quinetiā pfusio aquæ frigidæ à lotiõe iterata (vt ego quidẽ sentio) incõmoda erit, obstruentur etenim atq; stipabuntur cutis meatus. Est vero quādo reclusi imoderatius fuerint, ægerq; immodice calefactus, non inutilis futura. Porrò à balneo alimentũ dabimus, siquidẽ ægri tẽperatura calidior, ac siccior fuerit, anniq; tẽpus calidius, refrigerās simul ac humectās, cuiusmodi ptisana, quæ oĩa excrementa generose pmouet, ac depellit, deinde ab huius concoctione pisces saxatiles, pariter & pdicũ carnes offeremus, & id genus alia. q̃ si aliam haberet accessionem, superiora reiteranda sunt, talisq; victus ratio.

Qui à vigilia, tristitia, atque ira, diaria corripiuntur. Cap. 8.

Qui ob vigilias, tristitiā, iam febricitāt, etsi curationẽ eandẽ ferè expetant, tm̃ quæ ab ira proficiscitur febris, maiori refrigeratiõe indigebit, q̃ quæ à vigilia, aut mœ-

D stitia, quarũ equidem nulla frictiões desiderat, solo balneo mediocri contentæ. Ad hæc quas vigiliæ, ac tristitia accendunt, magis humectabimus, somnumq; diuturniorẽ præcipiemus, modisq; oĩbus laborantes exhilarabimus.

A solis deustione. Cap. 9.

Quæ à solis immodica deustione excitatur, refrigerationẽ postulat. quæ fiet, si diutius in aquæ tẽperatæ lauacro īmoretur æger, simul ac frictione modica cũ oleis refrigerantibus, cuiusmodi est quod ex viola purpurea paratur, cuius perfusio summe vtilis erit.

Ab algore. Cap. 10.

Siquis ab algore diaria correptus sit, is pariter lotione calida vtetur. Atqui aer balnei, q̃ ipsũ lauacrũ, cõmodior est. Caput itẽ rosaceo calefacto pfundendũ, nam cæteris frigido rigamus. Cibi erunt tẽperati, aut aliquatenus calidi, vt sunt turtures, mulsa quoq; maxime idonea;
E Verũ (vt summatim dicā) lauacrũ diarijs oĩbus, pter eas quæ à destillatione frigida oriũtur, & quę ex inguinum tumoribus, conuenientissimũ. At si ab æstu destillationes veniant, lauandos inbet Gal. ea tm̃ ratione, q̃ putarit ad concoctionẽ tenuiorum succorũ balneũ sufficere, quippe crassiores per vniuersum corpus diffundit. Quāobrẽ ante coctionem absolutā lauandi non sunt. Erit autem balneum dulcis, atq; temperatæ aquæ.

Temperamenta calida, ac sicca. Cap. 14.

Est aũt eorum, quibus fluit aluus, sanationis cura sic habẽda, ab humoris quidem deiectione & vacuatiõe, siquidẽ alui profusio cessauerit, in balneũ ducẽdi ægrotantes, atq; victus offerẽdus ventriculũ corroborās in febris remissiõe, deinde
F firmādo vẽtriculo, & q̃ circa eũ sunt partibus, vnguẽta ceratáq; admouere. q̃ si alui fluor viget, à lauacro abstinebis, q̃ est Gal. sentẽtia, q̃q̃ recẽtiores medici vehemẽtia alui, pfluuia balneo curarẽ se pdicãt, auersionẽ ad cõtraria esse putãtes, quā rationẽ medendi vitabimus, fit. n. ex accidẽti, & ppe dixerim per similia. Cibādi aũt sunt fluente etiā dum aluo, nec balneo cõmittẽdi. Cõsuletur itẽ vẽtri, si modo vacuatio amplius nõ duret, peniculo oleo absinthino, aut rosaceo imbuto.

Ibidem.

Hæc itẽ febris qñq; ad tertiũ puenit diẽ, verũ nihil verendũ, modo ea qua diximus, rõne curẽtur, & post euacuationẽ lauacro cõmittantur.

Febres ex inguinum tumoribus. Cap. 15.

Quæ vero ex bubonibus fiunt, sanātur tumore curato, qui si à fluxiõe oriatur, purgatione opus est, si à sanguinis copia exuberante, sectio venę cõuenit. hoc etenim auxilio

pcauebimus,

prçcauebimus, ne in deteriores ægritudines transitus fiat. Gal. quidē lauādos docuit, qđ esse faciē dū in declinatione censeo, vinū quoq; vitabunt; ac rōne victus tenui vtētur, quousq; liberentur.

De balneo in febricitantibus. Cap. 18.

Lauacrum declinantibus febribus tēpestiue subibūt, qm̄ quod tenue est succorū, expurgat. Qui vero in principijs balneo cōmittuntur, rigoribus afficiūtur, in ijsq; succi per vniuersum corpus liquātur, simul ac obstructiones maxime generātur, interdumq; in principē partē abscessus decūbit. Caloris item atq; siccitatis incremētum facit, siue sit in aqua calida, siue in aere balnei calido persistat æger. Caueant insuper à frigida lotione, quippe ea incrudescunt succi.

RABI MOISIS PARTICULA. XIX. de Balneis, quam ipse a Galeno excerpsit.

Balneum non cōsumit, nisi quę cuti vicinantur. interiora enim in solidis membris existētia ad exterius balneo non emittuntur. expositione eius in.3.apho.

Balneum est vtile oibus spe ciebus siccitatis cū īfrigidatione sicut phthisi senū & cū caliditate, sicut febribus hecticis, q̄ purę sunt sine putredine. & de balneo est miraculū. est. n. bonum siccitati calidæ & siccitati frigidæ, & generat sitim nō habēti & extinguit sitim habēti. part. 6. de phthisi.

Balneum est vtile habētibus ascellationem, quia trahit humores ad cutem, & non intret balneum qui habet corpus repletum, vel qui habet egestionē incarceratam. Expositione eius in.3. morborum acutorum.

Non intret balneum, qui habet abominationem, & qui habet stomachum cholericum, & si ipsum operatur, virtus ipsius cadit, & accidit sibi syncope. similiter caueat sibi ab introitu balnei, qui virtutem debilem habet. Expositione eius in tertia acutorum.

Balneum factū post febris digestionē cōplet ipsam digestionē, & febrem dissoluit. & oportet vt caueatur ante digestionem, & maxime caueatur ab ijs, qui habent febrem ex phlegmate salso putrido, quia phlegma non dissoluitur acute, sicut dissoluitur cholera. & calor eius non extinguitur neq; cessat sicut choleræ calor. Expositione eius in.3. acutorum.

Vsus Balnei in febribus chymorum post dige A stionem chymorum curat febres ipsas. & est bonus febri hecticæ omnibus horis. & non caueas tunc ab eo in febribus huiusmodi, cum non est multum debilis æger. & cum obuias febri hecticę ex putredine non introducas ipsum in balneū nisi prius sint digesti chymi. part. 6. de phthisi.

Cuiuslibet ephemerę dominos oportet intrare balneū excepta illa ephemera, quæ causa densationis cutis vel hepatis glandularum existētiū in inguinibus & sub ascellis generatu, & si in principio, est in aere balnei diu moram trahat, non nocet hoc sibi aliquo modo. & oēs quibus accidit hæc febris absq; his duabus causis abbreuient eorum moram in aere balnei & ministretur eis aqua iuxta velle eorum. primo ad Glauconem.

Dominis tertianæ puræ iniungenda est balneatio cum aqua dulci bibenda, quia mouet & B euacuat aliquam partem cholerę. & est eis vtilis cum qualitate sua vtilitate magna. quia balneatio cum aqua hac remollit corpus, infrigidat & corroborat illud. & est necesse q̄ sit voluntas tua cum dominis febris huius intrare balneum, emollire corpus eius & humectare. quinto ad Glauconem.

Phthisici & oēs quibus siccitas dominatᷓ, nō egēt balneo nisi calido aere suo. aqua vero cōchę valde tēperata confert eis, & maxime quæ est in concha magna: & oportet ægrotantem esse diu in aqua qualitatis tēperatæ & sapidæ valde, quia mouet naturam ad sui dilationē, ampliationem & extensionem vndiq;, & natura obuiat ipsi rei venienti cum saporē. & voluntatis tuæ sit, apud ipsum ægrum, vt in balneo calefiat temperata caliditate & post exitū suum à balneo, frica ipsum C oleo ad conclusionē pororum cutis suæ vt humiditas conclusa remaneat intra corpus. et propter hanc causam ex aere in principio nocumentum sibi minime generatur. primo ingenij.

Oportet dominum quarumcūq; superfluitatum fumosarum calefactum ex frigido sibi aduenienti intrare balneū, nisi febris sit ex fluxu aut coryza, & ipsum ingredi balneum non patiaris ante digestionem ipsius fluxus vel coryzæ. Sed calefacto ex solis ardore conuenit introitus balnei, etiam si fluxū habeat vel coryzā. & post balneum infunde supcaput ipsorū oleū rosatū frigidum, sicut ante balneū fecisti. Octauo ingenij.

Omnibus dominis febris hecticæ & maxime illis qui ad cōsumptionem peruenere, introitus in aquam frigidam absq; balneo nocet, & cōfert cum balneo quia balneum incipit calefacere, & parat ipsum aqua frigida balneari. Decio igenij.

Balneum factum post apparitionem signorū digestionis

digestionis manifeste cōpetit ei, cuius febris est parua, & virtutes eius non sunt valde fortes. Vndecimo ingenij.

Circa balneationem eorum oīum qui habēt febres putridas tria sunt attendēda. primum est vt non accidat rigor vel horripilatio in introitu balnei. secundum vt nullum membrum principale sit debile. tertium vt in primis venis non sit humorum crudorum quantitas multa restricta. secundo ingenij.

Melior ex horis introitus balnei in oībus febribus interpolatis est cū discedit aliquid febris. & ea hora qua calor incipit dissolui. & balneū tunc conseruat corpus & præparat ipsum ad cibum. & caue tibi semp in huiusmodi febribus vt aqua frigida nō intret in conchā. secūdo ingenij.

Aliquibus hominibus sumere aliquantulum cibi ante balneum est satis bonum, & oībus cōplexionē valde siccam habētibus balneum post cibum est bonum. vj. consilij sanitatis.

Omnium eorum quos inueneris habere fastidium post cibum requirere te oportet. & quos inueneris sentire in loco hepatis dolorem, grauedinem, tensionem, vel aliquid horum, remoue à balneo post cibum: & procura aperire oppilationes suas: & veta eis semper cibaria grossa. vj. consilij sanitatis.

Ex eodem particula. 20. de aqua.

Potus aquæ frigidæ ante cibum hepati nocet & forte nocet lacerto eius. expositione eius in humana natura.

Omnibus aquis peior est quæ est ex niue vel glacie resoluta. quia subtile in aqua pluuiæ est resolutum & coagulatum est grossum malū eius. & ad bonitatem aquæ pluuiæ nunquam redit. expositione eius in secunda aquarum.

Omnis aqua spissa & grossa est valde frigida & ipsius digestio & descensus rari sunt & tardi. & omnis aqua turbida fortificat appetitum cibi. & est causa corruptionis humorum, & puncturæ stomachi in æstate & in hyeme est nociua humoribus sui frigiditate & stomachum pungit.

D expositione eius in secunda ventorum.

Aquarum velox conuersio significat sui bonitatem, non malitiam. & aqua pluuialis putrefacta non redit ad sui bonitatē. ideo oportet nos expectare donec discedat ab ipsa odor malus. ac temperanda est postea cum melle vel vino. & in coquinatione cauere ab ipsa nullatenus te oportet. ipsa. n. aqua optime decocta salsuginosam qualitatē assumit. expositiōe eius in secūda ventorum. & 6. alimentorum cap. 30. in fine.

Aqua mala turbida vel fetens moraẽ in stomacho, et facit aliud & cocta amittit maliciā suā per coctionem, & aptat eam ad potum. deinde sua opera cito facit, & manifestat hæc particula eius terrea, quæ residet. & est necesse vt fiat coctio in vltima hora diei. & dimittatur sero toto vt coletur & postea bibatur. quarta expositione eius in sexto epidem.

E Aqua melior est cuius nō est sapor, nec odor. & hæc aqua est suauior gustui q̃ aquæ aliæ. & oīs aqua currens ad partes orientis supra terrā purā, quę cito calefit, & cito in frigidatur est aquis melior in omni ætate. quinto consilij sanitatis.

Aqua guttatim descendens non mutatur in qualitatem aliam generis putredinis. & cum nō potes habere aquam guttatim descendentē sufficit tibi aqua fontium. quia sufficit cum aqua est pura & clara. & est septimo miamir.

Finis.

EX IOANNIS DAMAsceni aphorismis exceptum.

F Balnea non sunt necessaria nobis ad refrigerandum calidum, aut calefaciendum frigidum, sed vt dissoluant, & sudare faciant, & decrescant, & humectent.

Balnea & temperata potio iuuat causam & contrarium causæ.

FINIS.

DE AQVARVM OMNIVM NATVRA EX HIPPOCRATE ET GALENO.

QVæcunque Hippocrates,& Galenus innumeris propè in locis de aquis dulcibus, & sponte nascentibus, in quibus medicamẽti vis aliqua inest, conscripserunt, ea cum sparsa,& vage disiecta in eorum libris essent, vnum in commentarium collecta sunt: in quo Hippocratis & Galeni verba ita impressa sunt, quemadmodum in secunda nostra editione leguntur: vt omnia quiuis absq; multiplici illa tot Galeni librorũ lectione in hoc vno libello facile comperiat. Quæ autem de aquis ab Hippocrate dicta sunt in ijs libris, in quos Galenus commentarios conscripsit: inter ea sunt reposita, quæ Galeno auctori tribuuntur.

HIPPOCRATES Lib. de aere, aquis & locis, cap. iij.

De natura aquarũ palustriũ, lacustriũ, et fontanarũ
Qui morbi ex vitiosæ aquæ potu, hyeme, æstateque pueris, viris, senibus, ac mulieribus proueniant.
Quæ optima aqua sit.
Salsas non soluere aluum, vt ignari putant.

CÆTERVM de aquis deinceps narrare volo, quæ morbosę sint, & quę saluberrimę, & quæ mala ab aqua fieri verisimile est, itemq; quę bona, plurimam enim partem conferunt ad sanitatem. Quęcunque igitur palustres sunt, & stabiles, ac lacustres, eas necesse est ęstate esse calidas, ac crassas, & olentes. Cũ enim non defluant sed aqua pluuia semper noua inferatur, & sol vrat, necesse est ipsas decolores esse, & prauas, ac biliosas, hyeme vero glaciatas & frigidas, ac turbatas præ niue, & glacie, vt pituitosissimę, ac raucosissimę existãt. Bibentibus autẽ splenes semper sint magni, ac pleni, & ventres duri tenues, ac calidi. Humeri vero, ac clauiculæ & facies attenuata. In splenem enim carnes colliquantur, q̃apropter graciles existunt. Edaces autẽ esse tales ac siticulosos par est ventresq; tum supremos tum iñfernos calidissimos habere, vt etiã fortioribus medicamentis opus habeant. Atq; hic morbus ipsis & æstate & hyeme familiaris est. Ad hæc etiam hydropes plurimi ac letalissimi fiunt. Aestate enim dysenteriæ multæ ac alui profluuia incidunt, & febres quartanæ diuturnæ. Hi autem morbi prolongati tales naturas ad hydropas deducunt, ac occidunt. Et hi quidem morbi ipsis æstate fiũt. Hyeme vero iunioribus quidẽ peripneumoniæ, & insaniæ mor

bi,senioribus vero febres ardentes propter ventris duritiem. [D] Mulieribus aũt tumores oboriuntur & pituita alba & vix in ventre concipiunt ac difficulter pariunt,& fętus magnos ac tumidos, deinde ex alimẽtis tabescẽtes, ac deprauati fiũt. Et purgatio cõmoda post partũ mulieribus non cõtingit. Pueris vero hernię accedunt,& viris varices & vlcera in tibia. Quare fieri non põt vt tales naturę longeuę sint, sed ante tpis aduentum senescũt. Preterea fœminę se in vtero habere putant,& vbi partus tempus adest,vẽtris moles illa ac plenitudo euanescit. Hoc autem contingit ex aqua cũ vteri ex aqua cõcepta laborãt. Atq; has quidẽ aquas ad oẽm rem ĩprobas esse censeo, secũdo vero loco eas, quarũ fontes ẽ petris scaturiũt:duras.n.esse necesse est:aut isthic vbi calidæ aquę existũt,aut ferrũ nascitur,aut ęs,aut argentũ,aut aurũ,aut sulfur, aut alumen, aut bitumẽ, [E] aut nitrũ. hæc.n.oia prę violentia caloris nascuntur. Non itaq; ex hmõi terra aquę bonę pdeũt, sed durę & æstuosę q̃ & difficulter mingũtur,& ad alui egestionem contrariæ sunt, optimę vero sunt q̃ ex sublimib⁹ locis ac terreis collibus fluũt. Hę.n.& dulces sunt & albę,& vinũ modicũ ferre possunt,& hyeme calidæ fiũt, æstate vero frigidæ. Tales.n.fuerint ex ꝓfundissimis fontibus. maxime vero laudare eas oportet, quarũ fluxiones ad solis exortus erũpunt,& ꝑsertim ad æstiuos. Necesse est.n.odoratas eẽ ac leues. Quęcũq; vero salsę & crudę,ac durę sunt,ad hoc quidẽ vt eas oẽs bibant,nõ bonę sunt, sunt tñ aliquę naturæ & morbi,qbus tales aquæ in potu commodę sunt,de qbus statim dicã. Habet aũt et de his hoc modo. Quę quidẽ aquę fontes suos ad orientes hñt hæ præ oibus optimę sunt:fm ab his locum [F] hñt,q̃ inter ęstiuos solis exortus ac occasus emergũt,& magis hę q̃ ad oriẽtes. Tertio loco sunt q̃ inter occasus ęstiuos ac hibernos scaturiũt,pessimę vero,q̃ ad austrũ, & q̃ inter æstiuũ ortum & occasum. Et hæ quidẽ ad australes partes valde prauæ sunt,ad boreales vero meliores. His autẽ hoc mõ vti cõuenit,quisquis sanus est ac valet,is nullũ discrimen faciat,sed semp eam, q̃ ꝑsens est bibat. Quicunq; vero morbi gratia eam,q̃ cõmodissima est,bibere volet, is si ita fecerit,maxime sanitatẽ assequi poterit,quorũ quidẽ ventres duri sunt & idonei ad hoc vt amburãtur,his dulcissimę & leuissimæ ac splendidissimę conducunt: quorũ vero molles vẽtres & humidi ac pituitosi sũt, his durissimę,ac crudissimę ac subsalsę aquę cõferunt. sic.n.maxime resiccari poterint. Quæcunq;.n.aquę optimę coctu sunt, ac facillime liquescunt,eas par est,et ventrẽ maxime exoluere

[D] & eliquare,quæ vero crudæ sunt & minime coctu bonę,hę magis cõstringunt ventres ac resiccãt. At.n.mentiũtur hoĩes de salsis aquis ꝑp ĩperitiã in eo quod p aluum secedere,eamq; soluere putãtur. Maxime.n.cõtrariæ sunt ad alui egestionẽ,ac secessum:sunt.n. crudæ & coqui non pñt, quare vẽter magis ab ipsis adstringit quã eliquat & de fontanis qdem aquis hoc mõ res se habet.

Cap.iiij.de aquis pluuijs,et de ijs,quæ ex niue, aut glacie factæ sunt,et quare mare salsum sit.

De pluuialibus aũt & quæ à niue fiunt, vt habeat,deinceps dicã. Aquę igitur pluuiales leuissimæ & dulcissimę,et tenuissimæ ac splẽdidissimæ sunt. primũ.n.sol quod tenuissimũ ac leuissimũ est ĩ aqua,educit ac sursum rapit, clarũ aũt hoc ipsum mare facit. quod.n. salsum est isthic relinquitur prę crassitudine,& fit mare:quod vero tenuissimũ est,sol sursum rapit præ leuitate. [E] Rapit aũt tale nõ solũ ab aquis stagnantibus, sed ẽt ex ipso mari,et ex oibus in qbus aliqd humoris ĩest. Inest aũt in oibus rebus,& ex ipsis hoibus tenuissimũ ac leuissimũ humorẽ ducit. Eius rei maximũ signũ inde sumere licet,vbi hõ vestibus ĩdutus ĩ sole iter fecerit,aut sederit. Quascũq;.n. corpis partes sol aspicit,hę nõ exudant:sol.n.qcquid cõparet sudoris,sursum rapit: quæ vero sub veste cõtectę sunt,aut sub aliqua alia re hæ exsudant. Educitur.n.ac domatur à sole sudor. Seruatur aũt ex tegmẽtis vt ne disperdatur à sole,cum vero in vmbrã deuenerit, totũ corpus similiter sudore perfluit. non.n.amplius sol affulget,quapropter ẽt ex oibus aquis hę citissime putrescũt, & odorẽ malũ pluuialis aqua habet eo, quod ex plurimis congregata est ac ꝑmixta, vt citissime [F] putrescat. Ad hæc vero vbi rapta est & in sublime eleuata,dum circũfertur,et ad aerem ꝑmiscetur, & quod turbidum est in ipsa ac noctem refert,id excernitur,ac decedit,et fit aer & nebula, quod vero tenuissimũ est ac leuissimum in ipsa, hoc relinquitur,ac dulcescit, dũ à sole vritur, ac coquitur. Fiũt aũt et alia oia quę coquũtur semp dulcia,quãdiu igitur dispsa fuerit & nondũ congregata,fertur sublimis,vbi vero coaceruata fuerit ac simul cõgregata derepente à vẽtis inter se aduersarijs,tũc deorsum ꝑrũpit qua parte plurima collecta fuerit:tũc.n.hoc magis fieri verisimile est,cũ nebulas à vẽto stabilitatẽ non hñte concitatas ac procedentes derepente ventus contrarius,ac aliæ nebulæ relliserint, atq; tunc quidem prima ipsius pars congregatur: quę vero à posteriore parte sunt,insup accedũt:& sic crassescunt, & nigrescunt,ac simul congregantur,& prę grauitate deorsum rumpunt & pluuiæ fiunt. Atque

hæ

hæ quidem aquæ optimæ sunt secundũ hanc rationem: verum opus habent vt decoquantur ac excolentur, sin minus odorem pravũ habent, & raucedines & vocis grauitatem bibentibus inde accedere par est. At vero aquæ ex niue ac glacie fientes, omnes malæ sunt, cum.n. semel cõcretæ fuerint non amplius in pristinam naturam restituuntur: sed quod quidem in ipsa clarum ac leue & dulce est, excernitur ac disperditur. Quod vero turbidissimum est ac ponderosissimum, relinquitur. Hoc vero cognoueris hoc modo. Si.n. volueris hyemis tempore vasculum certa aquæ mẽsura infusa sub dio exponere, quo maxime cõgeletur, deinde postridie in locum calidum deportatũ sinere, quo maxime glacies liquescat, & vbi exoluta fuerit aquam metiri, reperies aquã multo pauciorem. Atq; hoc signum est, q à congelatione id quod leuissimũ ac tenuissimum est disperditur & nõ q grauissimum ac crassissimum existit. non.n. hoc disperdi poterit. Hac igitur de causa has aquas quæ à niue ac glacie eliquantur, pessimas esse puto ad oẽs res. Itemq; eas quæ ad has sequũtur. Atq; sic quidem de pluuialibus & niualibus ac glacialibus aquis res se habet.

Cap. V. De noxis, quæ ex prauarum aquarum potu proueniunt.

Calculo vero maxime laborant homines & ex renũ affectionibus & vrinę stillicidio, & coxendicum morbo corripiuntur, & herniæ fiunt, vbi aquas omnigenas bibũt & de magnis fluminibus in quæ alia deferunt, & de stagno in quod fluxiones multę ac omnis generis deueniunt. Et qui aquis inuectitijs vtũtur, quæ ex longo & nõ breui locorum interuallo afferuntur: non enim fieri potest vt alia aqua similis sit alij, sed aliæ dulces sunt, aliæ salsæ & aluminosæ, aliæ de calidis fluunt, vbi vero hę simul inter se miscentur, dissident, & quę fortissima est, semper superat. pręualet autem nõ semper eadem, sed alias alia, sed & ex ventis alij quidem Boreas robur exhibet, alij vero Auster, & de reliquis eadẽ ratio existit. Talibus igitur necesse est limum & arenam in vasis subsidere et ab his, si potentur, morbi prędicti fiunt, quod autem non omnibus consequenter, declarabo. quorum quidem aluus satis fluida est, ac sana, & vesica non ardens, neq; stomachus vesicę valde coardescit, hi facile vrinam ejiciunt, & in vesica nihil ipsis congregatur, quorũ vero aluus ardens ac feruida fuerit, in his necesse est etiam vesicę idem perpeti. cum enim magis q̃ pro natura fuerit calefacta, stomachus ipsius inflãmatur. Vbi vero hæc perpetitur vrinã non dimittit, sed i se ipsa cõcoquit, & adurit, & quod

A quidem tenuissimum in ipsa est, excernitur: & quod purissimum est, trãsit & emergitur, quod vero crassissimũ ac turbidissimum est, coacervatur & cõcrescit, primum quidem parum, deinde maius fit. Dum.n. voluitur ab vrina, quicqd crassum compactum fuerit ad se ipsum adaptat, atq; sic augescit, & i tofum cõcrescit, & cum vrinam emittit, ad vesicę stomachum allabitur ab vrina impulsum, & vrinę emissionẽ impedit, & dolorẽ vehementẽ exhibet. Quare pueri calculosi fricãt, ac trahunt pudẽda. videtur.n. ipsis causa mistionis eo loco esse. signum aũt eius q hæc ita se hñt, hoc est: vrinã splendidissimã calculosi mingunt ad similitudinẽ seri, eo q id quod crassissimum est, ac biliosissimũ, isthic manet, & coacervat ac concrescit. Et plerisq; sanè hoc modo lapidẽ & calculum contrahunt. fit aũt pueris etiã ex

B lacte, si non salubre id fuerit, sed valde calidũ ac biliosum: ventrẽ.n. percalefacit & vesicã. Quare vrina dũ aduritur, hæc patitur. & sanè sentio melius esse pueris vinũ quam aquosissimum dare: minus.n. venas adurit, ac resiccat. Muliebribus aũt pudendis non similiter contingit. meatus.n. vrinę i vesica breuis est & amplus vt facile vrinã impellatur. Neq;.n. manu pudendum fricat, veluti masculus, neq; vrinę in vesica meatũ contingit. Ad pudenda.n. pforatus est. Et quia meatus sunt ampli, etiã plus bibunt, qnã pueri. Et de his quidem sic res se habet, aut his quamproxime.

In lib. de natura Pueri.

Fõtes et marinas aquas hyeme calidiores, et auctiores.
Terram semper habere aquam.
Spiritus omnes nobis esse ab aqua. eamque in decliue fluere: & quæ æstate hauritur, frigidiorem esse, quam quæ non hauritur.

C Sic etiam inferna terrę pars cum plena sit, & ipsa à seipsa comprimatr, nimirum grauis ac dẽsa existẽs ab humiditate in hyeme calescit. nullam enim caliditatis perspirationẽ habet: sed vbi de cœlo aqua cadit in ipsam cum spiritus prodierit ab ipsa in terra non vlterius penetrat: vt pote terra densã existẽte, sed spiritus retro ad aquã abit, & propterea fontes ac marinæ aquæ hyeme calidiores sunt, & auctiores, q̃ æstate: quia spũs dum exhalat, retro abit ad aquã, cũ terra densior existat, & p se spiritum nõ transmittat. Et aqua multa existens q̃ contigerit, ea prumpẽs procedit & viã sibi ipsi ampliorem facit, q̃ si modica existat. Aqua.n. in terra non consistit, sed semp in decline pcedit: si aũt spiritũ ab aqua prodeuntẽ terra p se hyeme transmittat, paucior aqua ex ipsa pcederet, & fontes hyeme magni nõ essent, atq; hęc omnia in hoc dicta à me sunt, quod terrę iferna

pars calidior esse appa ret hyeme,q̃ æstate. Nunc autem dicere volo quod æstate frigidior q̃ hyeme inferna terræ pars esse videtur. Terra æstate rara est et leuis nimirũ sole vehementius irruente,& ab ipsa humiditates ad sese attrahente. Habet autem terra in se semper aquam plus aut minus. spiritus autem omnes nobis sunt ab aqua: id quod sic se habere vnde cõiectare possit demon strabo. Etenim ab oĩbus fluminibus ac nebulis spiritus semper procedunt. Est autẽ nebula aqua in aere cohẽrens & continua. Et tunc sanè terra rara est ac leuis æstate, & aquam in se habet, & aqua in decliue fluit, procedẽte aũt aqua semper inde alius ex alio spiritu exhalat. qui vero exhalat, p terram abit leuem ac rarã existentem & frigiditatẽ terræ inducit,& ipsa aqua simul perfrigeratur. Habet autem sic, quẽadmodum si quis aquam in vtre existentẽ fortiter cõprimat,& per puncturã acus vel paulo maiorem perspirationẽ aquæ faciat,& ipsum vtrẽ in sublimi suspendat, nullus spiritus per foramen procedat, sed aqua. non.n. habet spatiositatem, per quam aqua spiritum emittat, sic sanè se habet etiã hyeme aqua in terra, si aũt aquæ in vtre locum satis amplum feceris & vtrem in sublimi suspẽderis spiritus per foramen procedet. Locum.n. spiritus habet ab aqua mota procedendi per vtrem: & propterea per foramen spiritus transit, sic sanè se habet etiã æstate aqua in terra, satis amplum. n. locum habet nimirum terra rara existente, & sole ab ipsa humorẽ ad se trahẽte & ptransit spiritus, vtpote qui frigidus existit ab aqua p ipsam rarã existentem ac leuẽ. ob hoc itaq; inferna ipsius pars æstate frigida existit & aqua ipsa adhuc magis q̃ spiritus, qui in terra frigidus existit,& ipsa in seipsam & in terrã spiritum emittit. Sed & aqua quæ hauritur in puteo, spiritũ semper mouet: velut flabellum atq; hoc ipsum aquæ frigiditatẽ iducit. Quẽ vero nõ hauritur ẽstate sed stans densa existit, nõ similiter spiritũ in se à terra suscipit, neq; in terrã à se ipsa distribuit, & simul à sole & aere ĩ puteo non disperso: sed stante ac firmato primum superficies ipsius calefit, deinde alia eius pars ad aliam deorsum caliditatẽ distribuit, & propterea aqua quæ ẽstate non hauritur, calidior est ea quẽ hauritur. Quin & fontes valde profundi æstate semper frigidi existũt & aqua hausta hyeme terra calida existẽte ex tali fonte statim quidẽ calida est. vbi vero tẽpus progressum fuerit, frigida est, ab aere videlicet frigido existente talis facta. perflatur.n. à vento & spiritus p ipsam pertransit. Quẽ admodum ẽt aqua, quæ æstate hauritur vbi hausta fuerit statim frigida est, calida autẽ fit postea,

D propterea quod terra rara existente & spiritu in ipsa existente pfrigeratur, vbi aũt haustẽ tempus accesserit, stabilis fit, et calida conspicitur, calefit enim ab aere calido existente queadmodum & aqua q̃ non hauritur ĩ puteo ẽstate ob hoc ipsum calida redditur. Atq; hẽc à me de hoc dicta sunt.

In lib. de carnibus ubi loquitur de odoratu.

Aquam esse humidiorem, quam cerebrum, nisi sit putrefacta.

Aqua enim humidior est quàm cerebrum, nisi sit putrefacta: putrefacta enim aqua crassior fit.& alia omnia &c.

In lib. de humidorum siue liquidorum vsu.

Aqua potabilis salsuginosa, mare, potabilis quidem in officina medica optima. Nam & ferramentis,& æramentis optima, & medicamentis plurimis inueteratis communissima. Verum E ad corpus nosse oportet quod hẽc aut frigefacit, aut madefacit, aut calefacit: aliter vero nulli cõmodat,'aut detrimento est potata, vbi modica potabili in spongia vteris, optimum oculis est. Cutis ipsa supne exulceratur calidæ aspersione.

Paulo post eodẽ in lib. de marinæ aquæ facultate.

Mare pruriginosis,& qui ab acribus humoribus vellicanẽ, prodest, vt & lauent & foueant ex calido. Qui vero non adsueti sunt, aliquantum lẽduntur: verum ad vlcera ambusta & desquam mata,& quæcunq; talia contrarium est. Aptum est autem puris, bonum est & ad attenuãdum & ad piscatorum vlcera. Hẽc enim neq; suppurantur, si nõ vellices,& ad vlcera cuniculosa, & depascentia proserpẽdẽ sedat ac sistit veluti sal, salsugo, nitrum. omnia aũt hæc si quis parum vtatur irritant, si excellenter bona sunt.

Et eodem in libro.

F *Aquæ frigidæ vsus ad papulas. et de calida aqua.*

Aqua frigida prodest papulis rubicũdis quales alia atq; alia parte sublatẽ erũpunt, quales per splenia attractoria emergũt. In carnosis vero & tenera carne prẽditis subrubicundẽ sunt, in nigris autem rotundẽ, dothienes, hoc est furũculi appellatæ & quales in ipsis calidis lauacris obóriutur, et mulieribus ex mensiũ sub cutẽ recursu fiunt,& ab irritamentis cutis, aut insolita vestimentorũ asperorũ gestatione, & ex sudoris exitu, aut vbi quis ex frigore derepente ad ignẽ, aut calida lauacra accessit. nã si hæc posterius fecerit nequaq̃ amplius erũpunt, alioqui quẽ ex frigore fiunt aut q̃ exasperantur instar milij, deĩde exulcerantur, eas frigida lẽdit, calida vero pdest, tumores in articulis et dolores sine vlcere ac podagricos & conuulsa plurima ex his frigida multa effusa, leuat ac extenuat, & dolorem torpefacit,

torpor

torpor autem moderatus dolorem soluit,sed & calida aqua attenuat ac mollit.

Et paulo post ait de aqua calida.

Articulos induratos aut ab inflammatione aliquando oborta:aut à distortione operę preciũ est sanare aqua calida in vtriculum infusa.

Et paulo post.

Calida oculis cõuenit doloribus, suppurationibus,lachrymis mordacibus,siccis omnibus.

Frigida doloris exortibus valde rubicundis; & qui collectiones tuberculorum iuxta venas habere solent.

In lib.de affectionibus in cura volauli.

Hunc humectare oportet & extrinsecus & intrinsecus & multa calida lauare.

Galenus 1. Simp. Med. Cap.iiij.

Aquam esse omnibus cõem,& maxime necessariã.
Eius facultatem ex vsu cognosci.
Tẽperato corpori,et intẽperato adhibita quid faciat.
Summe frigida pauco tempore quadrato corpori ac iuuenili adiuncta, calorem reuocat: alter semper refrigerat.
Naturalium aquarum non esse eandem cum aqua potabili, facultatem.
Marinam non admodum refrigerare.
Quæ syncere aqua est, suapte natura est frigida.
In marinæ inopia,arte aquã paramus,ut muria fiat.
Erysipelati nocet marina, & alia medicamentosa.
Limosam esse compositam, vt aqua Niliaca colata effici pura potest.

Esto sanè prima nobis in contemplationem proposita aqua: quòd nimirum ea & communissima hominibus omnibus sit,tũ sanis, tum ęgrotis,& ad vitam maxime necessaria. Primumque eucrato,siue temperato corpori applicator ipsa neque frigida insigniter neq; calida: Deinde ijs qui natura sunt intemperati: Tertio, qui affectu aliquo tenẽtur. Nam hoc pacto exactè in omnibus propriam eius facultatem perpẽderis. Igitur temperato admota plusculo tẽpore, ipsum omnino refrigerabit:Intemperato vero, citius quidẽ refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius vero quod calidius. Semper autem oĩa refrigerabit,etiamsi nõ multis deinceps diebus, sed vel vna quis hora, aut pluribus ea vtať. Nec enim talis sn vllo omnium calorem reuocare poterit. Nam quę summe frigida est,si quadrato ac iuuenili corporis naturæ pauculo tempore adhibeatur,caloris molietur reuocationem: Sin aliter vtaris, semper refrigerabit. Quin etiam si ijs quoque,qui simplici laborant morbo,eiusmodi admoueatur aqua, hos etiã manifesto refrigerabit. Nam simplex fit affectio oportet,quẽadmo-A dum vtiq; in tertio de Temperamẽtis definitum est,quò videlicet quæ adhibetur, ex sua natura refrigeret,non ex accidente quopiã:quippe cum frequenter,vbi compositus fuerit affectus, aliud primario medicamentum efficiat, aliud ex accidente eueniat:velut in phlegmone. Est enim ea affectio calidæ copiosæque fluxionis soboles. At quæ modice excalfaciunt pharmaca,cum superfluitatem euacuãt,protinus,opinor, & quod affectum est,frigidius efficiunt. Verum cum simplex vnaq; fuerit affectio,quod ex accidẽte fit,in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expẽdas,aqua potabilis vtrobiq; videbitur frigida. Non est tamẽ eadem aliarum aquarum,quę sulfur,bitumẽ,aut nitrum qualitatibus suis referũt, facultas. Siquidem earum oĩno nulla,vbi alienæ tum caliditatis, tum frigiditatis expers adhibitã B fuerit:frigefacere conspicitur. Quinimo nec marinam ipsam priusq̃ adscititiũ frigus summum acceperit,admodum refrigerare apparet. Nam siquis in potabili aqua totũ diem innatet, vt etiã non admodũ sit frigida,sed velut ex sole tepens, necessario tamen refrigerabitur. At mare complures iuuenum iterdum pertulere non p diem modo totam,sed etiam adiuncta nocte. Ex quo liquet, aquã potabilem certe & dulcẽ, secũdum naturam suam semper esse frigidam: mare vero nõ ęque. Quòd si non semp in sermone adijciã, potabilem,sed dicam simpliciter, quãtum ex se est,aquam eẽ frigidam, haud calumniari oportebit,tanq̃ insufficienter & indistinctè locutum. Nam quæ exactè ac syncere aqua est, oĩs alterius substantiæ mistione vacans, ea ex necessitate ex sua facultate est frigida. Siqua vero p bituminosa,sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distil-C lans,substantiæ eius aliquid absterserit, secumq; traxerit, mista iam ea est,nõ autem exactè aqua: velut si ipse quoque volueris aut salem, aut alumen,aut aliud id genus affatim aquæ miscere potabili,sicut sanè sępenumero facere cogimur in marinæ inopia, quando muriam facere volumus:tunc enim salem aquæ indimus: ac tantum ipsa facultate iam dissidet, vt si aqua dulcis, videlicet quæ neq; ĩsigniter aut calida, aut frigida sit, sed velut ex sole tepida, erysipelati perfundatur, noxam oĩno nullam hominis corpori sit allatura: at si marinã aquam, aut muriã, aut id genus aquã mistam, bituminosam videlicet aut sulfurosam admoueas, vsqueadeo hoĩem offenderis, vt partem ipsam sis adusturus. Aqua igitur ipsa ex sese frigida est facultate. Porrò si extraneã caliditatem adeptã corpori humano perfundas, potabis forsan simplex quoddã & naturale adhibi-

tum medicamen:at ea quodam vtiq; modo composita est, aut igneæ essentiæ partem aliquam nacta, aut certe omnino ipsam qualitatẽ. Vt enim si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis si igneam aut essentiam aut qualitatem, adieceris, compositam quodammodo effeceris. Est porrò etiam aqua limosa quadãtenus composita, velut est aqua Nili, et quę in Aegypto est. Sed ea per fictilia vasa percolata, planè pura efficitur: Oportet autem non semel, aut bis, terúe percolare, quando ne sic quidẽ forsan adamussim purã queas efficere: verum quando qui aquę ĩsertur limus, omnem effugerit sensum, satis tũc est vt queas dicere, tales, vt ad vsus eiusmodi, puras esse aquas.

I. Simp. Med. Cap. v.

Tribus sensibus aquas iudicari: easque non esse sinceras, sicut neq; alia elementa.

Iudicantur autem hæ tribus sensibus, nempe gustu, visu, & odoratu. Gustu pura est, si nullam offerat qualitatem, sed ad vnguem qualitatis expers appareat. Visu, cum syncera fuerit, ac planè perlucida. Sic nec odoratu vllã præ se ferre qualitatem debet, vt sunt quædam extremæ prauitatis, quæ aut aciditatẽ, aut acrimoniam, aut salsedinem, aut putredinẽ, aut aliud indicibile aliquod vitium præferunt. Igitur aqua quæ absque his est omnibus, vt ad naturam suã certe, ne ipsa quidẽ adamussim syncera fuerit, sicut nec aliud vllum elementorum sensibilium, sed vt ad sensum & vsum syncera est. Talis ergo, vt est propositum, secundum suam naturã frigida est. Quippe si valde excalfactam nõ modo aquam, sed vel mandragoram, vel altercum, vel cicutã, vel meconium admoueris, non solum excalfeceris, sed etiam vsseris corpus humanum. Omnia itaque quæ examinanda venient medicamina, omnis extraneæ valentisq; tum caliditatis, tum frigiditatis, aliena sunto, nedum aqua.

I. Simp. Med. Cap. vi.

Ostenditur aquam frigefacere: & magnam esse inter potabilem, & alias aquas differentiam.

Porrò quod aqua omnis dulcis perspicuo frigefaciat, hinc quoque didiceris. Ceratum humidum si ex aqua frigida subactum accurateq; madefactum calido affectui imponas, protinus ipsum frigefacies. Oportet autem quãplurimum admiscere ipsius aquę: mistioq; hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime potest purissimam oleo liquantes humidum facere ceratum oportet: deinde refrigeratum, ac despumatum, sordibusq; purgatum, in mortario manibus subigere, aquam effundẽdo

D frigidam, quantum nimirum ceratum accipere valet, ac nondum aqua supernatat. Id refrigerat & eos qui in febre vruntur, si hypochondrijs superponatur, & omnem phlegmonem: similiter herpetes quoq;, & carbunculos, tum erysipelata, et phygethla, ac breuiter omnes morbos calidos. Ergo si non aquam dulcem, sed marinam aut muriam illi admiscens in vno prædictorum quouis vti volueris, non paruam omnino differentiam conspicies: quippe cum id medicamentum adeo nullam propositarũ affectionum amplius refrigerabit, vt insuper accendat potius. Adeo multa est diuersitas potabiliũ aquarum, & murię seu maris: similiter vero & earum quęcunq; sulfur aut bitumen aut nitrum, aut chalcanthum, aut misy, aut chalcitin, aut vt simpliciter dicam, quæ calidorum natura medicamen-

E torum gustu aliquod referunt. Inimicæ.n. sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. Ex quo claret, has omnes facultatibus esse calidas, solam vero aquam potabilem frigidam.

I. Simp. Med. Cap. vij.

Solam potabilem esse humidam ex eo cognosci, quod sicca vlcera reddit mollia.

Albulæ vlceribus fluentibus accommodatæ.

Dulcem aquam sitim tollere, cæteras augere.

Dulcem hydropi infestam, vtiles esse alias.

Cæterum quòd hæc quoq; propositarum omnium aquarum sola sit humida, planè ex eadem disces methodo. Nam vlcera quę supra modum squalida siccaq; sunt, si hac irriges statim admodum humida molliaq; reddes, cũ aliæ aquæ vniuersæ vlcera desiccent. Tum piscatorum vlcera adeo videntur sicca, ac si forent salita. Cõtra eo-

F rum qui in balneis versantur, humida apparent ac mollia. Quin si imbutum linamentum vlceribus imponere libeat, humida quidem à potabili, sicca vero à muria marinaq; reddi comperies. Aquæ quinetiam aluminosæ, quales sunt in Italia vocatæ Albulæ, cum alijs vlceribus idoneæ sunt: tum vero quæcunque fluxionibus tentantur, ea perfacile desiccant. Sic nec cæterarum aquarum vlla humectare potest, quòd videlicet non sint exacte aqua, sed mista & adulterata, acceptо nimirum aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. Quocirca earum nonnullæ vlcera quoq; exasperant, nempe quę acres admodum sunt & mordaces. Quinetiam sitienti dulcis aqua remedio est: cæteræ vero acerbiorem etiam sitim relinquunt. Tum aqua inter cutem laborantibus aduersissimũ est & poculũ, & lauacrum aquæ dulcis: salsarum vero, ac nitrosarum, & sulfurosarum, bituminosarumq; omnium

rium ſanè perutile. Imitari autẽ potes ſicut marinam, ſic aliarum quamlibet, ſubſtantia videlicet admiſta, quæ in quaque vincere conſpicitur. Nam ſulfure in aquam dulcem indito, ſulfuroſam effeceris: alumine, aluminoſam: ac eodem modo aliarum vnam quanq;.

I. Simp. Med. Cap. viij.

Aquæ calorem aliunde nactæ, vires.

Errare eos, qui calidarum lotionum perfuſione exſiccari corpus putant.

Aqua nunquàm deponit humectandi facultatem.

Hæc ergo propria aquæ natura humida eſt et frigida. Porrò aliunde calorem adepta, excalfacit quidem & humectat quibus eſt admota: verum haud ſimiliter ambo præſtare poteſt. Summe nanq; humectat ſeu tepida ſit, ſeu temperata, ſeu etiam calidior. Summe autem non calfacit, niſi quæ extreme ferueat. Quod dico, in tẽperata primũ exploremus natura. Igitur ſi huic aquam afferas temperate calidã, eaq; vel laues, vel partem aliquam idẽtidem perfundas: in ipſo quidem perfuſionis tempore calidiorem ſimul & humidiorem efficies: quòd ſi deinde quieſces, nec corpus frigidæ vſu poſtea contrahes, cõſtipabis, ac denſabis, paulo poſt ſeipſo frigidius relinqui conſpicies: quippe cum corpus rarefactum tranſpirante immoderatius calore natiuo, frigidius efficiatur. Non tamẽ ſicut frigidius poſtea calidæ vſus corpus deſtituit, ita & ſiccius. Quanq̃ profecto videri id poſsit, tum ob ſpiramẽtorum raritatem, tum ob corporis mollitiẽ, tum ob ſubſtantiæ fuſionẽ: pluſculum ſiquidem in ijs affectibus euaporetur neceſſe eſt. Atqui vapor humor eſt extenuatus. Verum non ita habet rei veritas. Nam mollities, quam calidæ aquæ lotionibus acquirunt corpora, ſolius humiditatis proprium ac inſeparabile ſignum eſt, in animantis videlicet corpore: velut in opere de Temperamentis eſt demõſtratum. Sane indicio eſſe poteſt vlceratarum partiũ caro, quæ id ipſum perſpicuo oſtendit, vt quæ in iſtis ex aqua calida perfuſionibus mollis atq; algæ ritu fluida efficitur. Quanquã ſanè corpus illiuſmodi affectionibus inanitur, vt minus tunc in ſeſe habeat humoris q̃ antea. Videriq; venia digni poſsunt, qui per calidas lotiones, atq; aquæ moderate calidę perfuſiones ſiccari corpus exiſtimant. Nam ſimilis horum eſt error, atq; illorum qui credunt ſenes adoleſcentibus eſſe humidiores. Pluribus nanq; ſenes excrementis redundant, ſed genuinæ (quæ τεφυκότα μόρια nuncupant) organicæque partes adoleſcentibus magis ſunt humidæ: vt id quoq; in ſecundo de Temperamentis monſtrauimus.

A Perinde ſe res habet ĩ perfuſionibus, ac lauacris, omniq; adeo ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in vaſis alijsque communibus ſpatijs ſunt, exhauriũtur omnes: at ipſa vaſorum corpora, & vniuerſum genus carnoſum ſeipſo fit humidius. Atque hanc ſolam facultatem nunquam aqua deponit. Neque enim cum feruens corpora exurit, quæ vſta ſunt redduntur ſicca, vti quæ ab igne ſunt aſſa. Rurſum nec cum ſummam adepta frigiditatem per diem totum, aut etiam longiori tempore parti cuipiam perfunditur, eam ſicciorem efficit, tametſi rugoſa atque admodum exilis relinquitur. Verum hæc eueniunt, quòd qui in vaſis alijsq; ſpatijs eſt humor, exhauſtus ſit, at partes genuinę ſolideq; nulla ſui parte ſicciores euadunt. Huiusq; ſemper meminiſſe oportet: Tum toto ſermone perpetuo obB ſeruandum, ex euidenter apparentibus colligendam cuiuſq; medicamẽti facultatem: Ac ſemper ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum, ad id eſſe æſtimandum.

Primo de Elemen. Cap. v.

Non reperiri aquam ſynceram.

Quare ſi quæris in animalibus terram, talem potes reperire quidẽ etiam in mundo, impermiſtam autem, & integram & ſolam neq; in illo facile ĩueneris, ſicuti neq; aquam ſynceram omnis miſtionis expertem, neq; ignem, neq; aerem. hęc enim omnia ſunt adulterata, atque alteri naturæ diuerſę commiſta, & ſecundum magis ac minus ſimul coniunguntur. verum in hac miſtione ijs, qui mentem habent, elementi exuperantis forma deprehẽditur. Non igitur in corporibus animalium impermiſtum aliquod quæras, ſed tibi C ſufficiat hoc quidem frigidum ac ſiccum & denſum inſpiciẽti, terræ meminiſſe: hoc vero rarum & humidum ac fuſile, aquæ intellectum ſuggerere, et plurimus calor ĩ corpore animalis ignem adeſſe ſignificet & ſpiritus natura, ſine qua animal conſtare non poteſt, aerem quidem maxime, ignem vero ſimul cum ipſo. neq; terram ipſam per ſeipſam quęras in corpore animalis, neque aliud aliquid impermiſtum.

VIII. de Dec. Hipp. et Plat. Cap. iij.

Quatuor elementa quatuor humoribus reſpondere.

Accuratius vero de ipſis, medicoq; etiam vtilius ſcripſiſſe Hippocratem conſtat. quippe qui cum ex quatuor elemẽtis corpus noſtrum dicat extitiſſe, ab effectricibus qualitatibus omnino ea appellat, ſiccum, humidum, calidũ, frigidum. neq; tamen de morbis ſecundum eandem rationem ſermonem facit. poteſtate ſiquidem in corporibus, nõ actu inſunt. actu vero inſunt quæ ex

ipsis per media alimenta gignuntur, sanguis, pituita, flaua, & atra bilis. igni flaua, atra terræ, pituita aquæ correspondet. atque icceirco calida & sicca flaua bilis facultate, sicut ignis, atra frigida & sicca perinde ac terra, pituita non secus atque aqua frigida & humida euasit. solum autem aereum elemētum in animalium corporibus iuxta naturam suam tum in respirationibus, tum in pulsibus cernimus perstitisse.

IIII. simp. Med. Cap. ij.

Aquam mediam inter terram & aerem esse, & licet vehementer calefiat, non tamen ignem fieri, nec siccam.

Tenniorum itaq; partium aer est, crassiorum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer accensus fit flamma, terra autem pruna: at aqua vehementem sanè caliditatem accipit, sed nec flamma, nec pruna propter innatam humiditatem efficitur. Siquidem flamma & pruna, ignis sunt genera: Ignis autem omnis calidus est & siccus: At aqua sicca vt sit, fieri nequit: proindeque ipsius ignis exactè qualitatem sicut aer & terra, nō accipit. Nullum est itaque æque calidum pharmacum, vt aut flamma, aut pruna, aut feruens aqua, immo vt sit vel calidissimum, omnino tamen plurimum ab illis vincitur.

IIII. Simp. Med. Cap. iiij.

Aquam expertem omnium qualitatum esse.

Ad hæc siue ἄποιον, hoc est quod qualitatis sit expers, siue qualitate quod ad sensum attineat, medium voles comprehendere, aquam gustare iubeo, ac diligenter memoriæ commendare, eamque potissimum, quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neque dulcedinem, neque amaritatem, neque acrimoniam, neque aciditatem: præter hæc quę neque supra modum sit aut calida, aut frigida.

II. De San. tuen. Cap. v.

Densam aquā dici ad elementorum comparationē.

Hac ratione & aerem, & ignem aliquādo raros dicimus, aquam & terram densas, scilicet ad elementa ipsa translatis appellationibus.

I. Simpl. Med. Cap. xiij.

Aquam tenuium esse partium.

Non calefacere ex sui natura, neq; esse eam ignis nutrimentum proprium, immo contrariū maxime.

Aquam celerrime in halitum solui.

Posteaquam igitur hæc eum in modum definita sunt, rursum ad sermonem de aqua redeamus. Nam q̄ tenuis sit essentia, argumento est, quòd promptissime per pilos & vestimenta perfluat. Nam propter humiditatem molitiemq; quæ nihil habeat adiunctum viscositatis, diuisas partes obtinet, & quæ facile in minimas possint distrahi. Talis cum sit, tamen neque nos ex sua natura calfacit, neq; proprium est ignis nutrimentum, immo omnino contra aduersatur, & dissidet, atq; extinguit, vt quod illi sit aduersissimum. Nec mirum est, si cū igne natura tum calidissimo, tum siccissimo, pugnet aqua, quæ frigida est & humida. Cōiectura quidem igitur ex ignis sumenda commercio, quo pacto quodque medicamentum in calore, frigoreque se habeat: non tamen protinus existimandum, tale ad nos videri, nisi tenuium sit partium, & spissum. Sic oleum tametsi facile in flammam vertitur, non tamen admodum celeriter nos excalfacit, nimirum lenta crassaq; substantia sua tenaciter ijs inhærens quæ primum contigit: proindeq; longissime omnibus pdurat quibus fuerit illitum, scilicet nec ab ambiēte facile aut extenuari aut digeri potens, nec intrò in corpus prompte transumi. Aqua vero è contrario & celerrime in halitum soluitur, atq; expedite digeritur. Proinde etiamsi in idem vas coniectam aquam oleumq; decoquas, prior tamen aqua absumitur. Sic item si lithargyro, aut cerussa, aut id genus aliquo cū aqua diligēter commisto simul ambo decoquere voles, priorem digeri aquam experiere.

I. Simp. Med. Cap. xvij.

Aqua leuissima quæ dicatur.

Aqua tenuior minimum habet limi terrestris.

Aquæ sponte nascentes, & Marinæ.

Sic aquam Hippocrates, quæ celeriter & incalesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimam retulit. Nam quanto tenuior fuerit, tanto pati promptior est. Atqui quæ tenuior est, minimū habet limi terrestris. Nō ergo absolute, nec temere ex materiæ passionibus ad ignem conijcere eius ad nos facultatem oportet, verum adiunctis limitationibus suprapositis. Quare nec ęque securū hoc iudicium, q̄ id quoad nostrum corpus qd examinamus. At qui hoc etiā vlterius transeunt, planè in multis errorum periculis versantur. Quanq̄ id faciunt medicorum cōplures, alij omne quod viscosum est, calidum asserētes, alij quicquid astringit, nōnulli quicquid est dulce, quidam vero etiam quod austerum acerbum uè est. Sunt autem qui singulis illorum cōtraria defendant. Sed qui in istis errores comitātur, postea narrabo. Nūc autem præsentem sermonem consilium est absoluere: nempe vt siquis ex ignis commercio materiam iudicare volet, non absolute, neq; citra limitationem id faciendum, neq; perinde ad ignem & hominē habere quicquid iudicatur, putandum. Nam aqua igni aduersissima

A ſima eſt,vt quæ facultatem ſortita eſt frigidam
& humidam.Muria vero,marina,bituminoſaq;
& ſulfuroſa aqua,non æque: quippe cum id ge-
nus omnes ab aqua ad calidius receſſerint. Verũ
de ſponte natis aquis(Græci αὐτοφυῆ vocant)vel
hæc ſufficiãt. Siquidẽ vbi medicaminum vniuſ-
cuiuſq;,quorum qualitates accipere aquã oſten-
ſum eſt, ſermonem ſingillatim tractabimus: ſi
nunc aut obſcurius quippia,maut imperfectius
ſit dictum,id tunc adijcietur.

De Ptiſſana. Cap.ij.

De optima aqua,& quomodo cognoſcatur.

Quod igitur optimam aquam eligere opor-
teat ad ptiſanæ præparationẽ neminem eſſe pu-
to,qui audeat dubitare.optima aũt aqua ſubſtan
tia & guſtu,& olfactu,atq; etiã colore probatur.
guſtu quidem & olfactu,vt alienam qualitatem
B nullam præ ſe ferat.ſ.vt neq; dulcis,nõ ſalſa, non
acida,non acris,non male olens, aut putrida ſit:
vel omnino aliquam aliam adſcititiam qualita-
tẽ habeat:ſed omnis penitus expers ſit qualitatis,
quod ἄποιον Græci dicunt:atq; omni prorſus ad-
uentitia careat qualitate: necnon cuiuſcunq; rei
miſtione,quæ guſtu, aut olfactu deprehẽdi poſ-
ſit.Oportet quinetiam vt pellucida ſit, ac pura,
minimeq; cœnoſa:ſed veluti diligentiſſime cola-
ta,& ab omnibus,quę ipſam innatare ſolent,ra-
mẽtis liberata.huiuſcemodi igiť aqua, vſui qui-
dem valde eſt accommodata,natura tamen non
eſt ita ſincera: quemadmodum ne vllum aliud
ex hiſce ſenſibilibus elementis.Cum itaque talis
fuerit aqua,qualem iam deſcripſi, ſtatim etiam
erit partium valde tenuium, & facile coquetur,
C ac in vniuerſum corpus diſtribuetur, hypochon
driaq; celerrime pertranſibit:& non modo natu
rali calori admota cito alterabitur,verum etiam
igni extrinſecus propinquior facta, compendio
calefiet: cuius rei teſtis nobis erit Hippocrates.
aquam enim quæ cito calefit, & rurſum cito re-
frigeratur,putat eſſe leuiſſimam:leuitatem cer-
te non pondere æſtimans,ſed partium potius te-
nuitate.& etiam quod in ſeipſam cõtrarias qua-
litates facile recipiat.Talem igitur aquam frigi-
dam,& humidam,ac proprie aquã,merito nun
cuparis. quæ vero miſtione alicuius alterius ex-
trinſecæ aut ſubſtãtiæ,aut qualitatis fuerint adul
teratæ,quales ſunt bituminoſæ,& ſulfureæ, atq;
aluminoſæ,tantum à propria aquæ natura rece-
dunt,quantum fuerint adulteratæ. Quod ſi de-
monſtrationem quæris,quod aqua refrigeret,&
humectet, à noſtro inſtituto alienum hoc eſſe
dicimus, qui de ptiſſana diſputare dudum decre
uimus.antiquorum tamen omnium authoritas

A atque conſenſus indubiam nobis faciet fidem,
frigidam & humidam eſſe aquam,cum apertiſ-
ſimis demõſtrationibus id probauerint: id quod
etiam experientia ipſa teſtatur. propterea id nos
tanquam ab omnibus conceſſum accipientes,
ad alia diuertemus.

III. De vict.ra.in mor.acutis com.xl.

Aqua optĩa quas noxas afferat,et qñ potui dãda ſit.

Aquæ,quæ in acutis bibitur mor-
bis,nullum ſane habeo,quod illi con-
cedam officium, neque enim in peri-
pneumonicis tuſſim ſedat,neque ſpu
tum educit. imo cæteris minus, ſi quis
aquæ potione prorſus vtatur. verum
ſi inter oxymeli & mulſam paulum a-
B quę inſtilletur, ob qualitatis potionũ
tranſmutationem,ſputũ educit: nem-
pe intus inundationẽ parit. alias neq;
ſitim ſedat, ſed amareſcit: nẽpe ei qui
ſuapte natura bilioſus eſt, ea eſt bilio-
ſa: hypochondrio præterea eſt infeſta,
malaq;. atq; etiam peſſima, bilioſiſſi-
maq;,& vires maxime labefactat, vbi
in vacuitatem venerit, adde quod lie-
nẽ auget, iecurq; vbi phlegmone ob-
ſidentur, fluctuatq;, & innatat. tarde
ſiquidem meat quod frigida ſit & co-
qui non poſſit,neq; aluũ deijcit, neq;
C vrinas mouet. atq; ex eo quoque no-
cua eſt, quod ſtercoris expers ſuapte
natura ſit, quã ſi pedibus frigentibus
aliquando quis biberit, ea his omni-
bus multo magis nocebit, ad quod-
uis eorum venerit.

Neq; incidendi vim habet aqua, vt acetum,
neque calida eſt,vt mel:quod ſane non calefacit
modo,verũ quoq; & deterget,ſecatq;. tarde igi-
tur iure optimo meat aqua, difficulter cõcoqui-
tur,atque ægre deſcendit, quanq̃ alioqui & opti
ma ſit,& culpa omni vacet. nam quæ vel limo-
ſa,vel male olẽs,vel ſalſa,vel alterius cuiuſpiam
medicamentoſæ qualitatis particeps exiſtit, ea
non ſimpliciter eſt aqua,ſed cum tali quadam
permiſtione medicamẽti.vt ſi mel vitioſum, vel
ptiſanam,vel acetum,vel vinum, vel quippiam
tale deſignaueris. Nõ enim ex illo genus totum
culpabis,ſed id ſolũ,ad quod mentem cõuertis.

Cum

Cum igitur super singulis, de quibus enunciat Hippocrates, sermo de optimis sit, ita & nunc intellige singula quæ dicuntur, ad optimam referens aquam. Ea autẽ purissima est, & omni aliena qualitate destituta. hæc igitur, licet optima sit, multo tamen tempore in ventriculo manet. fluctuationesq; plurimum parit. Quo fit, vt cum biliosus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea & cum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ægre perueniat, non facile distribuitur. neq; in hepar & minus in renes, thoracẽ, & pulmonem, quo fit, vt neq; vrinas mouere nata sit, neq; sputum educere, immo neq; per totum corpus molitur transpirationes. id nanq; substantię, quæ tenuium sit partium opus est, calidæq;, non frigidæ, & crassarum partiũ, neq; præterea sitim sedet, quod in amplis tum ventris, tum intestinorum animalis instrumentis plusculo maneat tempore, neq; prorsus imas penetrat partes, neq; siccitatem humectat. Quod autẽ non alat, antea est dictum. ex quo fit, vt neq; facultatem vitalem roborare possit, atque ea est causa, propter quam Hippocrates ad mulsam, oxymeli, & vinum se contulit, in ęgris ab aqua abstinens. Iam igitur ob eas causas nunquam ea quis vtatur. vtuntur tamen et alij quidem medici, atq; etiam Hippocrates, sed hic minus: cæteri magis, nempe quod cæteris perperam vtantur circũuenti, ad aquam ipsam recurrunt: quæ non insigniter quod præter animi sententiam succedat, habet: quando ne virtutem quidem. Sic enim Erasistratus dicebat, fortes tum ciborum, tum potuum facultates tempestiue quidem assumpte maximum iuuamentum: intempestiue vero maximã offensam afferunt. quem autem vitiosum esse dico, tum oxymelitis, tum mulsæ, tum vini vsum: siquidem oritur & ob repentinas mutationes, vt ipse ostendit, et magna ex parte ob synceram, quæ à medicis fit permistionem. Cum igitur seni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquosum exhiberem, quidam ex huiusmodi medicis præsens me vini minimum aquæ ipsi instillantem contemplatus risit, ęgrumq; vinum non bibere, sed duntaxat videre dixit: non sanè intelligens mistionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam, aliam esse symmetriã, & aliam else eius, quo ad opem ferendam ministratur. nam vini omnino minimum, veluti excitationem quandam quæ ad distributionem aquam trahat, permiscemus, quo solum aquæ tollamus sinceritatem: non autẽ aquã vinum faciamus. Sunt aũt pleriq; ex sanis, qui vinum aqua dilutum bibãt, sed in ijs aquam gustatu ipso euincere nõ oportet, sed vinum. ægrotantibus verò adhuc magis. ita vt pauca sit vini representatio. sic & de oxymelite paulo ante dicebat, aquosum laudans, qd itẽ tutius quispiam ea vteretur, quæ aquosa est, mulsa. nam sincera puraq;, nisi ventrem subducere anticipauerit, magis nocebit, & potissimũ in amare bilis hominibus, & ijs, quibus præter naturã tumefacta sunt viscera: in quibus & aqua detrimentum affert; cũ plus iusto in hypochondrijs morata bilescit. Siquidem & præter hæc omnia mala, quæ habet, stercoris etiã est expers. neq; vllo pacto aluum subducit. aquam autem in principijs accessionum potam lædere, (quod manifestauit, cum dixit, quã si pedibus frigentibus quis aliquãdo biberit, ea his omnibus multo magis nocebit) eorũ est, quę omnibus & nota & certa & confessa sunt. quando igitur bibi idonea est aqua? cum scilicet potu solo æger vsus fuerit, nullo pacto accepto ptisanę cremore, tũc enim in potionum aliarum medio aquam tempestiue qui ingesserit, & præsertim cum siticulosus æger fuerit. nempe eam quandam πλημμυρίδα, idest humidi cuiuspiam copiam abundãtiamq; facere ait. quibus quidem fit rebus, vt inter mulsam, oxymeliq; parum aquæ exhibeant: quæ ijs quæ expui debent, conferat ad humectationem: immo & cum vinũ grauiter noceret, tunc aquam propinant. quonam autem pacto id demonstraturus sit Hippocrates, audiemus.

VII. meth. med. cap. VI.

Aquæ vitia.

Quinetiam exactius coniecturam de iam dictis facies, si vitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porrò pendent ea ex frigiditate eius oĩa: cuius culpa & in pręcordijs diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, et corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, sic vt deterius pinde concoquat. sed nec digerendo p corpus alimento aliquid magnopere cõducit.

V. aph. com. xxvi.

Aqua leuissima quæ dicatur.

Aqua quæ cito calet, & cito refrigeratur, leuissima est.

Non pondere talem esse leuissimam dicendum est. Sic enim nihil magnum edoceret, præter id quòd per quendam circuitum illud inuenit quod facile erat statim inuenire. Nam si ponderè leuiorem aquam dignoscere quærit, promptum ipsi fuit ad proprium eorum quæ ponderantur iudicium rem deducere, eiusq; per lancem ac pondus inquisitionem facere. Sed nunc leuiorem dixit aquam, quæ ventrem non grauat,

uat, & quæ cito permeat: ficuti isti contrariam, grauem vocamus, quæ cito nô permeat. Liquet autem quòd non solum hoc iudicium existit virtutis aquæ, sed quòd cum alia in propatulo sint, & ab omnibus nota, hoc vero aliquid habeat artificiosum, sic ad id prodendum scriptis, Hippocrates venerit. Sed quænam sunt alia? Primû quidem, si neque turbida, neque cœnosa, deinde, si neque in gustu, neque in odoratu aliquam absurdam qualitatem præ se fert, tum & illud quod nunc Hippocrates dixit, si cito refrigeratur & calet, nam perspicuum existit, talem esse bene alterabilem. Sicuti autem cibi virtus est esse bene alterabilem, ita & aquæ: siquidem facile transmutari volumus quicquid concoqui debeat ab instrumentis quibus est coctionis munus à natura demandatum. Quicunque vero sola potantium dispositione, optimam aquam iudicant: certissimo quidem vtuntur iudicio: verû si hoc tantum assumpserint, non rectè faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis signis iudicare, antequam ad talem veniant experiêtiam.

IIII. De vsu par. Cap. V.

Quem vsum præstet aqua.

Neque enim ex ventriculo in venas commode transmitti poterat chymus iam ex cibis factus, neq; facile pertransire venas quæ sunt in hepate, & multæ & angustæ, nisi tenuis quædã & aquosa humiditas tanquam vehiculum fuisset ei admista. Hunc itaque vsum præstat animalibus aqua. Siquidem ex ea nutriri nulla particula potest, distribui vero ex ventre quod nutriturum est: non poterat, nisi deductum fuisset ab quopiam ita liquido.

I. De com. med. per Gen. Cap. vi.

Aquam humectare, & refrigerare suapte natura.

Aqua peculiari substantia semp humectat et refrigerat. Ascititio aût calore assumpto, donec ipsû pseruat, excalefacit, frigida facta refrigerat.

IIII. Simp. med. Cap. xv.

Aqua non nutrit.

At elementa multo sanè etiam minus nutriunt, nullamq; gustui qualitatem offerunt: proinde & terra, & aqua (sunt enim ambo gustui insipida) minime nutrire idonea sunt, sicut nec aer, nec ignis.

III. De vict. ra. in acutis com. xvij.

Aquam, licet non nutriat, tamen vires recreare.

At quæ nullo pacto nutriunt, vt aqua ea virtutem neq; summe imbecillitate neq; roborare quispiam vere dixerit, nisi id aliquando per accidens contingat. Aqua siquidem non vt alimentum vires recreat, sed bene vt medicamentum ad temperamenti symmetriã quæ propter ipsius immoderationem imbecilla sunt reducens.

IIII. Aph. xiij.

Aqua neq; pota, neq; extra corpus, solidas partes potest humectare.

Aqua vero neque epota, neque extrinsecus occursans, natura apta est solidas animalis partes humectare.

II. Simp. med. Cap. viij.

Tepida in balneo videtur frigida. & putealis hyeme, tepida.

Liceat vero tibi, periculi faciundi causa, postquam abunde lauando incalueris, pelui aquæ modice tepidæ intro iussu tuo allata, in eam manum aut pedê immittere: apparebit enim aqua non tepida, sed admodum frigida. At si protinus balneum ingressus, aquam peluis tetigeris, minus videbitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior. Nec mirum videri debet, si puteal iû aquarum pleræq;, quæ videlicet fontes profundos ad modum habeant, contactæ hyeme videantur tepidæ. At si à balneo manibus contingas calidis, multoq; magis si etiamnû in lauacro consistês, haud profectò apparebit tepida. Itaque tactum calidi frigidiq; dignoscendi normam ponentes, ac eius dispositioni indicium omne tribuentes, merito sanê crebro fallimur, vt qui quod haud ex se est frigidum, id frigidû esse dicamus: quòd vero calidum ex se non est, id esse calidum pronunciemus. Hinc fit vt dum lauamur, frigidam esse vrinam credamus: contraq; frigore rigentes, aquam è puteis haustã calidã existimemus.

III. Simp. med. Cap. xxi.

Fontana & putealis aqua hyberno tempore sæpe calida tangentibus visa est.

Ad eundem modû hyeme sæpenumero tum putealis, tum magis fontalis, calida tangentibus est visa: verum si quis calfactis prius manibus côtigerit, frigida videbitur.

I. Apho. xiij.

Ex aqua dulci quales vapores.

Nam quæ ex aqua dulci & calida euaporant, optima sunt & vaporosa: quæ vero ex aliquo corpore solido exusto, fumea sunt & acria.

IX. Simp. med. Cap. I.

Aqua in qua medicamentû calidum combustum lotum fuerit, calidam adsciscit qualitatem.

Sanè combustorum omnium nullum planè est frigidum. Relinquitur enim in illis velut ἐμπύρευμα, hoc est ignitio quædam: nam ita vocabat

cabat Aristoteles: atque id est quod per ablutiones detergitur ex combustorum substantia subtilissimum: quod vbi cum aqua abierit, quod vsti reliquum est, substantia terrena est. Siquidem humidum omne combustio absumit, reliquum autem terrenum est vnà cum empyreumate ab Aristotele vocato. Hoc ergo vbi per lotionem ablatum ac semotum fuerit, aqua in qua medicamen ablutum est, calidam adsciuit facultatem, eamq; tenuium partium: quod reliquum vero est, terreum est, desiccare citra mordacitatem potens.

IIII. De san. tuen. Cap. vi.

Aqua oxymeliti miscenda cum vti volumus. Et nõ omnibus prodesse, aquam vino miscere.

Cumq; vti voles, aquã ei miscebis, ita nimirũ téperans, vt vinũ. Neq;.n. eos probo qui sub vna quapiã mensura id conficiunt: qui mihi similiter ijs affecti videntur, q bibentes oẽs similiter aquã vino miscere censent: non aduertentes, quibusdam vtiq; qui dilutiori insueuerunt, caput statim si vel pusillo meracius hauserint, tentari: quibusdam qui meraciore delectãtur, stomachum, si dilutius biberint, subuerti.

Paulo post.

Aqua ad oxymelitis confectionem.

Cum aqua vero statim ita facies oxymeli: Melli quadruplum optimæ aquæ miscebis: dein coques modico igni, quoad spumare desinat.

Et aliter etiam, & ad apomeli faciendum. & de aqua pluuia.

Conficitur sanè oxymeli etiam tribus statim ab initio mistis, ad hunc modum: Aceti vni parti additur mellis duplum, & aquæ quadruplum: atque hæc ad tertiam partem coquuntur, vel ét quartam, spuma interim detracta. Quòd si valentius id facere studes: tantundem injicies aceti, quantum mellis. Apomeli optimum aqua cõficitur, bibiturq; tota æstate refrigerantis vice. Potest vero, cui id libet, & ad quam proposuimus affectionem eo commode vti, potissimum vbi coacuit: id quod ci sæpe contingit, alias magis, alias minus, vtpote ex aqua confecto non pluuia, sicut mulsa, sed qualibet: quanquã potest qui volet, & ex pluuia aqua id conficere: ipseq; si pluuiam aquam probarem, id suaderem. Verum nec ipsam probo, & nihilo est deterius si acescit, potissimũ ad ea quæ nũc sunt ꝓposita.

I. Simp. med. Cap. xxix.

In oxycrato videri aquam tarde transire. et aquam vino mistam sitim efficacius extinguere.

Mecum certe probe actum putem, si quæ sensui apparentibus vicina sunt, atque in propinquo posita, exacte inuenire possim, discernens in eis ac separans quod ex se est, ab eo quod ex accidente prouenit: velut æstiuo tempore oxycrati potu quidam planè refrigerantur, atque ex pertes sitis permanent: sed nondum constat, an id aceti gratia eueniat: pauculum siquidem eius copiosæ aquæ mistum, non calidum, sed quàm fieri potest maxime frigidum ebibunt: nam dixerit forte quispiam, quia tardiuscula sit aqua, & plurimum tẽporis moretur in hypochondrijs, nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens, iccirco illi acetum misceri tanq̃ in omnem partem ferendæ futurum vehiculum. Sic etiam si cum vino bibatur aqua, sitim efficacius extingui, q̃ si sola, scilicet vino ipsam ad distributionem promouente. Itaq; refrigerationem, sitisq; sanationem ab aqua prouenire, vt quæ frigidæ naturæ sit & humidę: cęterum adminiculo esse, ac velut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum vinum, tum acetum, quæ ipsa nequaquã frigida sunt & humida. Siquidem præstaret, sic sola exhiberi potius, quàm cũ aqua, quando ea facile præ tenuitate in corpus digerãtur, & ab hypochondrijs recedant. Porrò qm̃ semel in hunc sermonem deuenimus, nihil obstat quo minus omnem exacte ꝑficiamus. Nam q; fieri possit, vt & aquam acetum deducat, nec tamen ipsum met refrigeret, & non deducat solum, sed etiam refrigeret, certo certius est. Verũ vtrum cum veritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autẽ id possit tantummodo, sicui exhibeas acetũ et vinum, vtrũq; seorsum & per se. Apparet enim à vino homini semper sitim increscere, ab aceto vero epoto interim quidem augeri, interim vero sedari.

I. Simp. med. Cap. xxx.

Aquam, præterquã quod refrigerat, omnium esse humidissimam.

At qui aliter siti ꝑmuntur, puta in febribus ardentibus, & adustis omnibus, quiq; æstate laborant, ac in graui æstu, composita ijs est affectio, ex caliditate videlicet & siccitate: quare non iniuria composita illis medela est acetum, vt quod strenue refrigeret, & quouis expedite permeet: & aqua, quæ supra q̃ q; refrigeret, omniũ sit vel humidissima: nihil est enim aqua humidius.

VI. De sani. tuen. Cap. x.

Aqua mistum piper quibus conueniat.

Nam si pituitosus succus à capite in frigidum natura ventrem decurrat, facile his succurritur, si mane aliquid simplicis medicamenti sumpserint quod dia trion pipereon dicitur. Sed & piper solum ad exactum contritum leuorem aquæ mistum

mistum bibere his licet. Ad quem vsum melius stomachoq; aptius album piper est.

V. in VI. De morb. vulg. com. xv.

Aquæ aut vini potio quales vrinas faciat.

Vrina cibo & potui concolor, atq; talis, vt consueuit, vbi humiditas, colliquatio.

Vrina ei nonnunquã, quod epotum est, similis apparet, neq; mutatis, neq; in sanguinem recte versis cibis. cum quibus & ipse potus commutatur. nonnunq̃ & aliqua corporis particula liquescente, vt Sabinus scripsit. Hæc igitur vtraq; non ex naturæ proposito administrato corpore eueniunt. naturaliter autem se habente creandis succis vna commutatus potus et colore infectus vrinarum differentias facit neq; epoti humoris, neq; membrorum in corpore liquatorum qualitatibus, sed creatorum humorum formis respondentes, quemadmodum & supra alias ostensum est. quando igitur lotium rei potæ colorem retinuerit, si aquæ, aut alicuius albi tenuisq; vini potus fuerit, aqueum albumq; conspicitur, si vinũ crassum nigrumq; fuerit, nigrior vrina & crassior apparebit, quemadmodum & flauior, si vetustum fuluumq; vinum sit.

II. Simp. med. Cap. vi.

Frigida aqua quid faciat. Itemque temperata, & calida.

Nec enim eadem agere dixerim oleum calidum, frigidum, temperatum, tepidum, aut feruens sicut nec aquam ipsam. Apparet enim & ipsam, si frigida applicetur, condensare, constipare, contrahere, constringereq; & repercutere: sicut si extreme feruida, adurere. At si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere. Porrò si nec insigniter calida, nec frigida admoueatur, sed velut quæ fontana dicitur, tunc propositorum nihil efficiet: verum propriam sui facultatem exeret.

III. De ijs quæ in medic. fiunt com. xxxij.

Frigidam, quia frigida sit, raro esse vtilem. & ab ea colorem reuocari.

Nonnulli tamen vim orationis minime percipientes, ad contradicendum conuersi sunt: perinde atq; illi, qui petulanter omnibus contradicunt eaq; audent vituperare, quę nunq̃ omnino didicere. non modo enim contraria contrariorum esse remedia, non reprobatur ijs, quę in definitionibus dixit Hippocrates, verum etiam cõfirmatur: vel eo ipso aphorismo, in quo frigidam aquam caloris reuocationem efficere dixit, calorem vero ea sanare. quem quidem calorem

A qui frigidis affectionibus medetur, frictione aliquando, aliquando medicamento calfaciente, quandoq; exercitationibus, aut aquæ calidæ perfusiõe excitamus: quin etiam bitumine interdũ, & sæpe, vt diximus pice oblinendo membrum, quod calefaciendum est, perfusione item aquæ frigidæ interdum idem procuramus. sed reliqua quidem omnia cum ex se calefaciendi vim habeant, vtilia semper ijs sunt, quæ calefactione indigent: aqua vero frigida, quatenus frigida est, raro est vtilis: ac nisi in corpore quod initum calorem validum habeat, assumi vtiliter non potest nam carne præditus sit, oportet, vt inquit ipse cui vtilis futura frigida aqua est. neq; huic quolibet tempore, sed æstate tantummodo adhibẽda est. quis enim ignorat? quisq; est ex ijs qui de frigidæ aquæ potione scripserunt, qui non dicat eã

B duo efficere consueuisse, vel damnum ex refrigeratione, vel caloris maioris ab imis partibus reuocationem? nam si valde calidum corpus sit, efficitur, vt eius calor à frigiditate minime superetur, sed potius densata cute, atq; ita circo cohibita perspiratione augeatur. si vero exiguo calore sit præditum corpus, vt occurrenti frigiditati minime resistere valeat, cum vsq; ad imas partes vis frigoris penetret: fit, vt in morbos ex refrigeratione contractos incidant homines.

III. De temper. Cap. iij.

Frigidæ potio mediocris confert.

Ad eundem modum & frigidæ potio, quæ mediocris est, confert: quæ immodica est, maximam affert læsionem.

III. De temp. Cap. v.

Frigidam non calefacere per se. & ilico refrigerare.

C Quod protinus vt admotum est, calfacere, vel refrigerare manifeste cernitur, id vtiq; & ex se, & per se tale fuerit. quod tempore id facit, fortasse ex aliquo accidenti huc est actum. Veluti iuueni quadrati corporis, tetano æstate media laboranti frigida liberaliter affusa caloris repercussum facit. Cæterum quòd aqua frigida per se non calfaciat, ex primo eius occursu patet: sensum náq; inuehit frigoris. pręterea cutim quoad ei affunditur, frigefacit. tum calorẽ nec in omni corpore, nec dum affunditur, inuehit: immo tantum in iuuene quadrati corporis, & æstate media, & postquam à perfundendo est cessatũ. Sicut igitur frigida quibus incidit, hæc illico perfrigerat, siue animata corpora sunt, siue non animata, siue calida, siue frigida: ita si quod esset tẽpus, vel corporis natura, vel affectus vllus, i quo frigida primo statim occursu caloris sensum inueheret,

ueheret, iure quæri posset, calfacere ne, an frigefacere per se nata esset: nunc autem cum omnia tum animata, tum inanimata protinus, & perpetuo frigefieri ab ea cernamus: quibus autem insitus calor, veluti fons quidam ignis in visceribus est, ijs adhibita repercussum aliquando caloris facit: rationabile arbitror ex accidenti, nõ per se talia calfacere. sed nec latet qua ratione illud accidat. Siquidem stipata, clausaq; corporis summa facie, repercussus, refractusq; fit caloris eius, qui à profundo ascendit, quiq; simul propter difflatus inopiam est aceruatus: simul propter frigidi circunstantis violentiam in altum recedit: simul ex succis istic habitis nutritur. Quippe vbi collectus, nutritusq; calor ad summa corporis violentius ruit, fit quidem caloris repercussus: indicium vero, ac documentum, q frigida haudquaquam per se calorem auxit. Nam per se quidem cutim perfrigerauit: frigus vero eius densitas, & reditus caloris ad profundum sunt consecuti. rursus horum densitatem quidem difflatus prohibitio: reditum vero ad interiora concoctio consumatioq;, qui istic sunt succorum, est adsecuta. horum vero difflatus prohibitio caloris colligendi: succorum concoctio eiusdem generandi fuit occasio. porrò horum vtrunq; natiui caloris sequitur auctio. Ergo intercedentibus, & medijs vtrisque frigida in animalis corpore caloris aliquando excitat incrementum: p se nunq̃.

IIII. In. vi. de morb. vulg. com. xix.

Duplex aquæ refrigerandæ ratio in puteis, & item plures alij modi.

Arte paratæ aquæ quæ dicantur.

Pluuialem procellosam improbari.

Quam horæam appellet Hipp.

Tonitrualem nimbosæ præferri.

Aquarum arte carentium quæ ab æthere excreta est, aut cum tonitru, tẽporaria. procellosa vero mala.

Ea, quibus secundũ medicæ artis præcepta nõ solum in ægris, verum etiam in recte valentibus corporibus vtimur, materiæ artis iure nominãtur. & à medicis quibusdam libri cõpositi sunt, quibus inscriptio hæc præposita est, de materia. Porrò, interdum sponte natis corporibus ad curationem & salubrem victus rationem vtimur, interdum & nos aliquid ad præparandam materiam facimus, aliqua elixantes, aliqua cõburentes, aliqua lauãtes, aut prius cõdientes, aut prius madefaciẽtes, aut refrigerantes, aut aliquod eiusmodi aliud efficientes. sic itaq; & in præparandis aquis artificiosum aliquod molimur. quẽadmo-

D dum ipse paulo ante dicebat, Aqua decocta hæc quidẽ vt suscipiat aerem. Etenim ipsa decoctio prius fit, & postea refrigeratio, aut p nos ambientem aerem, aut vento aliquo, aut in domibus frigidum aërem includentibus. sunt enim domus quædam frigidis speluncis persimiles. interdum & perhumida refrigeratio acquiritur, vt per niuem circundatam, aut si sub aqua rapide labente ponatur, aut in puteo, idq; bifariam, nõnunq̃ quidem in ipsam putei aquam nobis vasculum demittentibus, in quo aqua calefacta cõtinetur, nonnunq̃ vasculum super aquã suspendentibus, sicut etiam per testas raras interdum turbulẽtas aquas percolamus: vt Alexãdriæ & in Aegypto percolatur per quędam non naturaliter testacea vasa, sed artificiose, vt rara sint, præparata. quemadmodum & per linteolum huiusmodi vase cã-

E rentes excolare solent. hæc sanè omnia artificiose parantur. sicut etiam quæcunq; circa fontanarum aquarum ductus machinamur, illos non ex quocunq; lapide fabricantes, interiusq; illinẽtes interdum. haud. n. exiguum discrimen in ipso illitu est, siue picem, siue gypsum illeueris, siue citra illitum, laterem torrefactũ, aut lapidem improba aliqua aut bona, aut nulla prorsus euidenti qualitate affectum imposueris. Quinetiam puteos sæpius in diuersa terra defodimus, & aquã per canales & fistulas ab aliquo fonte meliorem aut deteriorem ipsam reddere valentes, aut etiã nulla ratione permutantes deriuamus. nempe omnia hæc ad aquam præparandam artificiose præstantur. At cum ex terra eius loci, in quo degimus, aquam sumimus, aut ex lacu, aut ex præterlabẽte flumine haurimus, aut pluuiatilẽ, quæ

F vocatur, colligimus, prorsus nihil artis huic adhibemus. propter hoc igitur inquit Hippocrates, aquarum arte carentium, ipsas artificio pręparatis opponens, quas arte carentibus comparantes artificiosas appellamus. quemadmodum autem paulo ante non de omnibus aquis artificiose paratis locutus est, sicut si librum, vt in publicum ederetur, conscripsisset. sed vnius tantum pręparandi rationis mẽtionem habuit. vtpote sibiipsi cõmentariolum reminiscentiæ causa conficiẽs. ita & hoc loco non de omnibus aquis arte carentibus, hoc est, sponte naturæ talibus procreatis, sed de vna sola specie, quã (vt dixi) pluuiatilem vocamus, sermonem fecit. ipsius vero duas prodidit differentias, alteram quidem, quã & aperte vituperat malam esse dicens, procellosam. s. alteram vero deinceps non cõstat an reprehensione solam carere dicat, an & aliquid aliud innuere velit. procellosam autem putauit incõmodã.

siquidem

siquidem ab aere excretam, aut cũ tonitru græco vocabulo appellat horæam, latine dixeris tẽporariam. contingit autem temporariam aquá vt congruo tempore prouenientem ipsum laudantem appellare. contingit autem & eam, quæ æstate media per imbres effunditur, temporariá nominare. quandoquidẽ hanc anni partem Græci potissimum ὥραν .i. tps appellant. Verũtamen & autumno, & hyemi, & veri temporis appellationem accõmodant, sed per excellentiam interdum eam anni partem tempus nominãt, in qua fructus tẽporarios vocatos maturescere accidit. id igitur quãtum ad verba Hippocratis attinet, obscurum est, nisi si nos ipsi aliquid ex ijs, quę vidimus, aut ex naturali rerum indicatione adijciamus. ac præterea cur procellosam aquam repudiat, æthereã vero & cum tonitru effusam non repudiat? incertum quoq; est vtrum ipsam nos ad potum, an ad medicinales vsus præparare iusserit. nam oculorum medicamentis cõponendis huiusmodi aquam adhibemus, & ex ipsa aqueum vocatum medicamentum conficimus. porrò temporariam intelligere satius fuerit, non vernã cũ impetu delapsam, vt nõnulli stulte accipiunt. nullus.n. per excellentiam tps anni ver nũcupauit, sed, quẽadmodũ & alias anni partes, absolute tps, neq; tunc tẽporis effusus imber aliqua eximia virtute præditus eẽ cognoscitur. sed multo antiquius fuerit putare ipsum temporariam aquã dicere, quam eo sanè tẽpore pluerit, quod anni tempus Græci nominant. huic enim sententiæ & illud sanè fauere videbitur, quod ab ipso dictum est & aqua ab æthere excreta. nam veteres Græci, cœlum nos ambiens exquisite purum, æthera, nebulosum vero, aut nubibus opacatum aerem vocare consueuerunt. hac eadem igitur ratione & locum supra nubes æthera nominant. idq; clare & poeta significauit, inquiẽs.

» Constitit at leuiter scandens tunc abiete in alta.
» Aethera quę ex Ida surgens vltra aera adibat.

Contra vero cum dixit.

Ast Iuno anterius se proijcit aera in altum.

Profundũ ad coercẽdũ hũc nostrũ aerem p ea verba insinuare videtur. atq; iterum cum dixit.

» Aer densus erat naues complexus, olympo.
» Nubibus obscuris circundata luna latebat.

Itaq; cum æstate aqua eius temporis calore attenuata in halitus inuisibiles dissipata fuerit, atq; iccirco clam nobis in aerem supra terram subuolauerit, ac deinde propter aliquam ad frigidum mutationem, ac ventis inter se reflantibus, densatoq; aere prætenuatos halitus iterum crassescere & in aquam sensilem euadere contigerit, túc

A imbrem illum temporarium esse dicemus, extenuata aqua ac prius ab aeris calore elaborata. atque ideo meliorem ipsam esse nimbosis, vtpote neque confectis, neque vlla mutatione elaboratis, qualis in nonnullis fontibus aquæ scaturiunt à veteribus indomitæ crudæq; nominatæ. Verum cur tonitrualem (vt ita dicam) aquam potius, quàm nimbosam approbet, deinceps videamus. Id profecto mihi ea ratione fecisse videtur, quòd tonitrua duorum modorum altero fieri nouerit, aut ob ignem interceptum, qui erumpens circumplexam nubem veluti dilaceret. quo etiam tempore fulmina decidunt, aut inter se allisis attritisq; nubibus. neutrum in nimbosa aqua inest, siquidem in huiusmodi statu aer conspissatus est vna continua atraque nube ipsum totum occupante. Quapropter haud im-
B merito in hoc aeris terram ambientis statu nequaquam tonat. tonitrua nanq; diuulsis nubibus, ac secundum propriam circunscriptionem seiunctis atque vagantibus accidunt, cum inter ipsas concursum conflictumq; insignẽ fieri euenerit. vnius autem continuæ perpetuæq; nubis conflictus fieri non potest. Quamobrem neque fulmina in hac cœli constitutione cadunt, cum quia calidus aer intra nubes non includitur, tum quòd neque ipsæ inter se magno impetu concurrunt. nam quando inter se concursantes nubes igneum illud, quod interuenerat, intra se ipsas compellentes & constringentes exquisite densauerint, tunc vtique fulmen nonnunquam sursum versus aut in obliquum, nonnunquam ve-
C ro & in terram extruditur. hanc solam fulminis expulsionem conspicimus, aliæ vero mortalibus ignotæ sunt. porrò à me breuibus ad proposita verba explananda, vt tonitrua fiant, dictum est, curque tonitrualem aquam (vt ipsius verbo vtar) quàm ex nimbo prouenientem meliorem esse asseruit. summe vero munda ac tenuis est temporaria aqua elaborata. Inter hanc autem & nimbalem tonitrualis est, quæ quantum à tẽporaria vincitur, tantum nimbalem superat. Igitur in promptu iam est istis omnia vituperantibus dicere, haud medici munus esse, tam longam de rerum natura orationem habere. cæterum (vt his respondeam) si nullam rationem afferens simpliciter asseuerassem temporariam aquam nimbali esse meliorem, inter has vero tonitrualem mediocrem, aliquam sanè corũ, quæ dixissem, ostẽsionem me adijcere præcepissent, neq; se dictis meis tanquam legibus credere iustum esse, neque ipsis vt tyrannicis præceptis parere necessum fore dixissent.

IIII. In

IIII. In Vi. De morb. vulg. com. xx.
Aqua edax quare dicatur. & frigidam biben tes, magis appetere.

Aqua edax, vigilia edax.

Ab his, quæ & vigilia & aqua efficere aptæ sunt, ipsis appellationem imposuit vtranq; vora cem nominans, q nos scilicet voraces reddat. q si quidem & hac etiam tempestate in nostra Asia Græci omnes edaces homines, qui multa comes se valent, vsitato vocabulo appellitât. Didicistis autem cibi appetitiones ab aquæ potu ea planè ratione excitari, qua & gelidam bibentes aut fri gidum cibarium astringensúe assumentes appe tentiores euadunt. alibi nâq; ostensum est, quęq; ventriculi tergorum sanguinem in arctum con stringentia appetentias augere ac procreare. con tra vero calefacientia fundentiaq; sanguinē dele re finireq; appetentias. Hac itaq; ratione aqua vo rax existit. alia vero ratione vigilia, q scilicet cor pus digerat atq; dissoluat. De hac etenim olim, sicut & de somno notitiam habuistis. concoquit planè somnus, vtpote calido tunc interiora petē te. dissipat vigilia insito calido, dū exterius emi cat, secum haud exiguas corporeæ substātiæ par ticulas educente. igitur propterea aqua & vigi lia edaces dictæ sunt.

IIII. In. vi. De morb. vulg. Com. x.
Frigida quando dari possit.
Quæ aqua decoquenda.
Quomodo aquam Aegyptij refrigerarent.
Optima aqua, quæ sit.
Bituminosæ, & aliæ huiusmodi, decoquen dæ, vt vsui esse queant.
Aquam ex aeris corrupti mistione vitiari.
Aquam incorruptam quomodo agnoscamus.
Aquæ indomitæ à veteribus appellatæ.
Calidam bibituris, quomodo paranda.
Quare calens aqua sub diuo exponatur.
Fontium Romanorum elegantia.
Tiburtinæ aquæ per fistulas lapideas deue ctæ, crudiusculæ sunt.
Fontanas aquas ad elixandum accommodatas.
Splendida aqua pura quare sit.
Refrigerandi aquam coctam in fluuijs ratio.
Aquam frigidissimam quomodo reddamus.
Vitiosa aqua decoctione corrigitur.

Aqua decocta tum quidem vt aerē admittat, hoc vero ne plenum sit, & operculum habeat.

In quibus affectibus, aut cuius vtilitatis cau sa aquam decoquere aut quācunq;, aut vitiosam tantum conueniat, in verbis istis declaratum nō D est, quamobrem neq; vllum ex ipsis iuuamentū percipimus. videtur nâq; Hippocrates, sicut alia multa in his libris quærendi magis causa, quàm in vulgus edendi adnotauit: ita hunc quoq; ser monem cōscripsisse, nobis quidem imperfectū, sibi vero ipsi ad reminiscentiam integrum. at si nobis ipsis hunc nodum explicandum proponē tes, qualem aquam prius elixare conueniat, atq; ita deinde refrigeratam bibere, (siquidem ipsam frigidam bibere volumus) & contra rursum quā calidam aquā bibere volentes haud perinde eli xabimus, sed huic operculum facientes, vasi, in quo calefacta est, magnitudine respondens, illi vero nullum tegmen imponentes, sed calentem aquam in nudo detectoq; vase sub diuo expositā dimittentes, quæremus deinceps qui affectus ca lidas, quiúe frigidas aquas postulent, nos quidē E vtile aliquid inueniemus, nihil tamen ad inuen tionem ex propositis verbis proficiemus. quan doquidem initium nullum clarum habeāt. quo circa & nonnulli ipsa cum suprapositis copulāt, vt Artemidorus voluit cognomēto Capito. sed plurimi ipsa ab alijs separantes sola considerant. Igitur si cū antepositis coniungantur, huiusmo di eorum sensus erit, laborantibus gratiæ, vt mū de parare aut poculenta, aut esculenta, & cętera, quæ deinceps dixit Hippocrates, deinde post vl tima verba, Aqua vero & ipsis interdum frigida propinanda, cum aut offensam prorsus nullam, aut perexiguam ex eius potu fore metuamus, de inde sibiipsi ad reminiscentiā, vt aiunt, deinceps modum ipsius præparandæ tradidit, fortasse ne quaquam volens fontanam aquam prius, quàm incaluerit, exhiberi, fortasse vero & aliquam di F stinctionē nactus quibus calefacta prius & mox refrigerata, aut quibus omissa calefactiōe potui danda sit, aut forsan optimam aquā nō coctam, vitiosam vero coctam præbere voluit. fortassis etiam optimæ aquæ duplicem refrigerationem prodit, vnam quidem, quam circūplectens aer efficit. Porrò in Alexādria totaq; Aegypto ipsos aquam in testaceis quibusdā vasis hoc modo re frigerare conspexi. occidente sole aquam prius calefactam in vascula fundebāt, deinde sublime totum hoc vas in fenestris vento aduersis, vt ibi per totam noctem refrigesceret suspendebant. postea ante solis ortum vas humi depositum fri gida aqua circūfundētes, frigida etiam folia toti circundabant nōnunquam vitium aut lactucæ, nonnunquam vero & aliarum id genus herba rum, vt ea, quā sub nocturno aere acquisiuerat, diutius permaneret frigiditas. multo vero magis ad huiusmodi apparatū, cum optimæ aquæ ipsis facultas

facultas non esset,homines deuenere.Dico autē optimam aquam & omni vitio carentem, quæ neq; limi quicq̄ habet,neq; male olet,& gustantibus nullam qualitatem præ se fert, quædam.n. alienas qualitates permistas habēt salis,aut nitri, aut sulfuris,& bituminis, & aluminis aliorumq; id genus.in quibus oībus melius fuerit, quemadmodū legumina multa prælixantes idonea esui præparamus,& olera, & animalium partes,eadem ratione & aquam prius decoctioni ad meliorem naturam permutantes ita propinare.præterea & ob alium sanè vsum aquam precalefactā refrigeramus, etsi neq; sapore, neq; odore malo deprauata sit,atq; oculis mundissimam sese ostētat,quando in ventriculo ipsam diutius cōmorari,aut percellere,aut inflare,aut degrauare vētriculum perceperimus.sunt.n.profectò & id genus multa, quarū præcipue ab optimis aquis discretionem Hippocrates mihi scripsisse visus est. vbi inquit. Aqua cito incalescens, ac cito refrigescens,leuissima.neq;.n.in lutosis, aut male olentibus,aut quippiam medicamentosum gustatui imprimentibus huiusmodi signum vsui esse potest,quod omnibus notum apertumq; est,sed in illis,quæ omnibus hisce qualitatibus careant.alterum vero ex aeris corrupti mistiōe aquæ vitiū inest,aut aliud quodpiam ipsi aquæ ingenitū ab ignota causa proueniens.in his quidem supradicta nota optimum diiudicandi instrumentū est. neq;.n.id genus aquæ cito calefiunt,aut refrigerantur. alterum quoq; indicium huic simile ab oleribus,aut leguminibus,aut fructibus,aut carnibus,aut radicibus in ipsa aqua incoctis accipitur.siquidem in optima aqua celerrime, in vitiosa tardissime elixantur.vocantq; huiusmodi vitiatas aquas veteres quidam indomitas siue crudas, perinde ac ipsa legumina, quæ difficulter vixq; elixantur. ob has itaq; vtilitates nonnunq̄ præcalefactā aquā refrigeramus. Quin & ipsam calidam bibituri,cum aut lutulenta,aut limosa, aut fœtens est, hunc in modum præparamus. nā præcalefacta cum refrixit, tunc euidenter putorem, quem ex putredine plerunq; contraxerat, abijcit:omnisq; pars terrea facile subsidet,quę cū tota aqua prius,q̄ incaluisset, minutatim permista,vnaq; cum ipsa epota haud contemnendam cladem infert,& maxime quibus renes,aut vesica,pgignendis calculis obnoxij sunt. ac sub diuo quidem non aquam modo calentem, sed etiam alia quædam exponere istius separationis causa medici mihi excogitasse videntur.nam quęcūq; ex diuersę naturę materijs constant per minutas particulas mistione conflata hęc post calefactio-

A nem refrigescentia facile dissoluūtur.sed statim ab elixatione antequam refrigeretur, adhuc motione agitatur, atque ideo omnes eius particulæ permistę sunt.sed ea refrigerata,graues ac terreę fundum petunt,leues superfluitant. Itaque si cū prædictis, in quibus scripsit Hippocrates, laborantibus gratias,de aquarum coctura sermo copuletur,& ipsius vtilitas euidēs est,atq; id,quod dicitur,quale nam sit,exquisite fortasse inuenerimus.sin autem à prædictorū continuitate modo proposita verba diuellentes separatim contēplemur, plenus dubitationum sermo erit. prius igitur ipsum,vt superioribus annexum explanabimus, dicentes,aquæ in ipso, præparationem, frigidam potaturis innoxiam significari. quam & ego sæpius facio, cum ægrotanti alicui frigidam aquam præbiturus sum, neque mihi fontis B aqua bona scatentis facultas est. Romæ nanque, sicut & multa alia in ea vrbe eximia sunt, ita & fontium elegantia ac multitudo est admirabilis: nulla fœtidam aquam, aut medicatam,aut turbidam,aut asperam crudamq; effundente, sicut neque Pergami in patria nostra.in multis autem alijs vrbibus haud paucæ deprauatæ aquæ reperiuntur.illæ sanè, quę ex Tyburtinis montibus per lapideas fistulas in Romanam ciuitatem deriuantur, alijs quidem vitijs carentes,crudiusculæ tamen sunt,vt neque celeriter calefiant,vt vrbani fontes,neq; refrigerentur. neq; celeriter in ipsis,vt in fontanis aquis,quæcunq; inieceris,elixantur legumina,& olera, & carnes.ex his autē alię alijs ī locis multo crudiores sunt, & ab ipsis indigenis duræ grauesq; nominantur. q ventriculum infestent, & à potu onus quoddam plu- C res percipiant. nam ferè & alias multas causas quicquid efficientes ab effectu denominare consueuerunt. sic igitur & huic contrariam aquam optimam laudantes, leuem & mollē appellant. cæterum omnia hęc enarrata cognitu quidem vtilia sunt,sed nihil ipsorum proposita verba docent,neq; sine ostensione,neq; cum ostensione, neq; breuiter & obscurius,neq; dilucide ac prolixius.satius igitur mea quidem sententia fuerit omnes huiusmodi sermones integros præterire. Quamobrem si Hippocrates, quo pacto aquam potui frigidam præparare oporteat,tradere proposuit,huiusmodi erit verborū sensus,si aquam prædicti vsus causa elixemus , aut nihil vasculis, in quibus elixatur, super imponemus, sed elixatam aquam in aere ambiente libere versari permittemus, aut è contrario aliquo operculo vasculū integētes aerem excludemus. rursum vero hęc ipsa,aut inter decoquēdū, aut ab decoctione

ctione inter refrigerandum fieri debet intelligere possumus. sed in refrigeratione intelligi credibilius est. in elixatione vero incredibile. neque enim docere possumus, cuiniam vsui inter elixãdum aer ambiens futurus sit, aut elixatas aquas attingens, aut easdem ne attingat, exclusus. sed in refrigerando post cocturam, vbi alicuius putei, in quem vasculum demittamus, nobis facultas est, aliquo tegmine vasculum claudere, atq; vndique diligenter obstruere necesse est. vbi vero puteo caremus, detectum vas, vt frigidum aerem admittat, relinquere conuenit. cæterum nonnulli explanatores verba hæc à superioribus disiuncta legenda esse censentes, Hippocrati de contaminatis aquis sermonem esse aiunt. deque illis maxime, quæcunque ob aliquam terream admistam materiam huiusmodi sunt. mẽsuram autem temporis cocturæ eam esse oportere, vt eousque.s. elixentur, donec puræ fiant atq; aerẽ extrinsecum si admittant perspicuæ. ob huius enim admistionẽ, non ex se, optimas aquas splendidas apparere asseuerant, de rerum natura sermonem aggredientes, cuius ipsi nullam rationẽ assignare possunt. splendida nanq; pura aqua cõspicitur, non aliqua splendida luce extrinsecus in ipsam incidente, sed ab occurrẽte lumine permutata, quemadmodum & aer neq; ipse ex propria natura lucens: alioqui & noctu oĩno splenderet. verum summos eius fines solari radio feriente totus, cum sit sibiipsi continuus, alterascit & cõmutatur. in aqua vero, aut aere inania esse spatia cum Epicuri & Asclepiadæ de elementis opinione concordat. Aristotelis autem Stoicorumq; placitis aduersatur, qui nullum in mũdo locum esse vacuum, sed omnia corporum plena esse sibi persuaserunt. neq; enim in pumice cauitates terreis corporibus interiectæ ipsis penitus vacuæ videbantur, sed intra ipsas aerem contineri testantur. in aqua quidẽ haud esse talem meatuum fabricam, qualis in pumice lapide conspicitur, sed quoquouersus ipsam sibi esse cõtinuã. rectius igitur, inquit, est putare dictum esse vt aerem suscipiat, de vase non operculato. nam quod deinceps scriptum est, dictam explanationem non admittit, ita se habens, non plenum autem esse, & operculum habere, propositis sanè verbis opponitur, quæ sunt hæc, aqua elixata hæc quidem vt suscipiat aerem, nam secundę particulæ subsequenti, quæ vas contectum esse vult, Verba hæc aduersantia operculũ vasi prorsus interdicunt. idque significauit Hippocrates scribens, hæc quidem vt aerem suscipiat, vas enim operculatum aerem excludet, detectum

D vero facile suscipiet. At in aquis à frigido aere refrigeratis id fieri nos dicere satis liquet, quemadmodum Alexandriæ facere consueuerunt. vbi vero fluuijs rapide labentibus coctam aquam subijciunt, tum vas aliqua ex parte inane esse melius fuerit, quo aer inter operculum & aquam in vase positam cõtentus ipse prius refrigeratus sic deinde attractu vicinam aquam refrigeret. vt. n. aqua facilius, quàm omnia terrena corpora calet atq; frigescit, quippe cum illa tenuitate partium superet, pari ratione & aer, quàm aqua. admirandumq; mihi planè fuerit, nisi quispiam huiusce rei quotidie euenientis experimentum sentiat. vasorum nãq; vinariorum quod reclusum apertumq; fuerit, vt vinũ facile acescat, in causa est, sicut è contrario bene operculatum minus id patitur. Adhuc vero minus plena vasa. nã quæ aliE quantulum vacua sunt, quoniam aerem inclusum habent, per illum medium celerius ambientẽ extrinsecus permutãtur. sed plena, ita vt vinũ operculum attingat, per illud quidem imbecilliter admodum atq; obscure eousque vitiantur, quousq; sanè tegumenti densitas peruenit. inuenies itaque picata aut gypsata dolia diutius vina syncera conseruare. sed quæ solo corio, sicut & quæ cuneis obstruuntur, breuiori tempore durant. quocirca obstructa prius cuneis aut corio dolia gypso deinde ac pice oblinunt. Hac ergo ratione cum aquam frigidissimam reddere voluerimus niuem habentes, prius feruefactę aquę ipsam exterius circumponemus. sed niue carentes in puteo, aut amne labente ipsam prius calefactam, vt facilius permutetur, refrigerabimus. nam quodq; prius calefactum à vicinis in se totã
F alterationem admittit. ob prædictam vero caussam ab aere frigido aquam tangi artificiose molimur. igitur si coctæ aquæ refrigerandæ causa hæc ab Hippocrate dicta fuere, verisimilem explanationem nacti sumus. at si vitiosæ aquæ corrigendæ, considerare deinceps debemus à coctura iterum exorsi, quæ totam æquabiliter aquam fundens, eam ad partium separationem idoneã reddit. permanente enim adhuc in ipsa ob calefactionem motu, aliqua crassiora corpora in ea fluitãtia sublimius efferri necesse est, motu vero in totum desinente, terreæ particulæ ingenito pondere descendentes, in fundo continentis vasis residebunt, aqua vero super has fluitabit. Hanc paulatim in alterum vas trãsfundentes, citra noxã deinde vti poterimus. Verũ Zeuxis nescio quomodo initium secundæ sermonis particulæ ita explanauit, vult (inquit) Hippocrates aquam non innatare ventriculo acutum. s. tonũ

secundæ

secundæ syllabæ huius nominis ἰκμάλων superimponens, non, vt alij, primæ, per ipsum volens non vas plenum intelligi, vt illis visum fuit, sed ventriculo innatans, quod idem sonat, quod superfluitans. cæterum quoniam amans erga amatum caligat excutitq́; iccirco nostri ipsorū amor plerunq; nos in nostris solis rebus cæcos reddit, quāuis aliena perspicacissime contemplemur.

IIII.in.VI.De morb.Vulg.com.xV.

Calidioribus aquæ potum conuenire.

Calido natura refrigeratio, potus aqua, quiescere.

Quod his verbis præcipitur, clarum est. oībus enim his, qui calidiores, q̃ deceat, sunt, summam victus rationis ad refrigerationem redigere expedit. itaq; frigidioris temperaturæ cibaria ipsis danda sunt, & aquosa potio, aut ipsa aqua potui præbenda est, parumq́; exercendum corpus est, soli nāq; ad necessarias actiones motus sufficiēt, nihilq; dubij est, ab ira & curis vehementioribus eiusmodi hominem abstinere debere. quinetiā quotidie lauationibus aquarum dulcium vti, nō semel tantum, verū etiam sæpius, si velit, expediet, necnon & ciborum, quos comedunt, vis refrigeratoria esto, & ęstate pręcipue. Verum ante omnia illud in his sermonibus meminisse opus est, calidas naturas appellare eas Hippocratē consueuisse, quæ nō ingenito calore, sed acri & mordaci abundant, quem aduentitiū & non secundum naturam esse arbitratur.

V. De san.tuen. Cap.xij.

Aquæ potum iuueni conuenire, cui natura sit calidior propter intemperiem.

Fortassis enim absurdum omnino cuipiam videbitur, iuuenem qui athleticus, vel militaris sit, aut etiam fossor, messorve, aut arator, vel deniq; qui robustum aliquod opus exercet, aquæ tantū potiōe vti: atq; in hoc falli Hippocratem, cum calida temperamenta aquæ potionem poscere, absolute pronunciet. Mihi vero Hippocrates nō absolute id, sed de naturis summe calidis, quæ vtiq; propter intēperiem tales sint, dixisse videtur: non quod plurimū habeant naturalis caloris, quem ipse augeri in athletarum exercitio confirmat.

I. De san.tuen.Cap.xi.

Frigidam dari posse pueris, & quæ cauenda.

A frigidę potione oīno prohibendos hos pueros nō censeo, quod tñ aliqui faciunt verū à cibo plerunq; & p calores, cum ipsis cordi erit, vti permitto, potissimum vero, si copia eius sit, fontanę recentis, cui nulla qualitas vitiosa sit aliunde cōtracta. ea si non est, reliquarum. Cauendæ vero sunt, q̃ ex stagnis hauriuntur, & quæ turbidę, & quæ male olentes, & quæ salsæ, deniq; in quibus qualitas aliqua gustu deprehenditur: qñ quę optima est, ea penitus nō gustui modo horum, verū etiam olfactui oīs qualitatis expers videbitur. eadē quoq; tum potui iucundissima erit, tū planè pura. qđ si præcordia quoq; celeriter transit, nihil est, quod magis idoneam requiras. qñ si qua pura, limpidaq; est, nec potu insuauis, nihilosecius tñ circa pręcordia hæret, hęc vitio non caret: atq; abstinendū ab ea censeo vtiq; cū prorsus est frigida. cæterum à calefacta non deterreo. ac tutissimū quidē sit experientia ipsa de huiusmodi aqua iudiciū fieri: quod si quis est, q ex notis; potius vim eius prænosse malit, cuius fons è petra scaturiens, contra septētriones fluit, solemq́ auersum habet, hanc ægre concoctum iri, tardiq; transitus esse putandum est: eadem nimirū frigefiet, calefietq; tarde. contra, cuius ad orientem solem fons erumpit, quæq; per meatum aliquem mundum, aut puram colatur terram, eademq; calefit, ac refrigeratur ocissime, hāc omni ætati vtilissimam esse existimandum est. Non enim sicuti vino, escis, exercitatiōe, vigilijs, somno, ac venere, alijs alias vti pro rōne ętatis expedit, ita de aqua itidem statuendum est: sed quam nunc optimam iudicauimus, hac vti puero, iuueni, seni conducet.

V. Apho.xx.

Aqua frigida quid faciat & quomodo mordax dicatur.

Vlceribus frigidum quidem mordax, cutē obdurat, dolorem insuppurabilem facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distētiones.

Si proprio vtamur vocabulo, calidū mordax est: sensus autem similitudine, & frigida aqua vocatur mordax: non cum in cutem simpliciter incidit, sed vlceratam. Nam quod mordax futurum sit, eius quod morderi debeat substantiam oportet peruadere: quod in cute secundum naturam se habente, frigida aqua non potest efficere, quoniam densior est quàm pro eius substātia cutis. In vlceratis autem, vt quę rariora sint; peruadere potest eorum substantiam, in profunda subintrans. Dictum autem est plenius de natura mordacium, in libris de potentia simpliciū medicinarum. Vlceratis igitur frigidū est mordax: integris autem non solum mordax non est, sed & cutem facit duriorem, eius densando substantiam, Et quidem dolorem efficit insuppurabilem

bilem, natiuum refrigerando calorem, qui vlcera ad suppurationem perducit, & ea diflari prohibet quæ dolorem efficiunt.

VI. De locis aff. Cap. i.

Ex intempestiue frigidæ potione aquam inter cutem effici.

At medici qui sequuntur ea, quæ manifeste apparent, qui & refrigerata parte quapiam, accidentia quędam fieri suspicantur, admiratione digni sunt, quòd aquam inter cutē consistere posse putant, ne vnico quidem loco affecto: Si enim ob id ꝙ nullus est in hepate tumor, ipsum haudquaquam affectum esse existimāt, neq; aliarum partium vllū afficietur, in his qui aqua frigida vitiosa epota, mox aqua inter cutem corripiūtur: quippe noxam infert internis partibus aqua sic ingesta, alias alijs, sed præcipue & in primis, ei quæ forte fortuna eo tempore reliquis fuerit imbecillior. verum nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutem subsequi potest minime. Sic splenis quoq; vitio aqua inter cutem nōnunquam euenire consueuit: aut cū tumor quispiā, vt scirrhus ipsum refrigerat, aut vbi citra tumorem refrigeratum est, vt cum quis aquam frigidā & vitiosam, affatim & importune potauerit.

Et cap. vi.

Nam per omnes huiuscemodi affectus, aqua inter cutem hoīem vexari contingit, vel nullo existente in hepate ꝑter naturā tumore. Id vero præcipue intelligitur ab ijs, qui didicerunt, quomodo ex intempestiua aquæ frigidæ potatione, iecur affatim refrigeratum, statim aquam inter cutem inducit, anteaquam scilicet in durum tumorem attollatur. Verum sic affecti vehementi ciborum desiderio tenentur, nec mirum, quippe ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates inualescere, iam ante didicimus.

IIII. De locis aff. Cap. viij.

Frigida quomodo venas rumpere dicatur.

Ita Hippocrates venas inquit, frangit aqua frigida. atqui ipsa per se rupturas non facit: sed quia venarum tunicas frigiditate sua duras, & extensi contumaces reddens, vt rumpantur paratiores efficit: ruptionis vero causa est aut vehemēs motus, aut humorum abundātia, qui vel per se, vel vna cum crudo & frigido & flatuoso spiritu venas extendunt.

De venæ sect. aduersus Erasistrateos. Cap. iij.

Ex potu frigidissimæ ex niue, purgationes menstruas supprimi.

Maximum præterea experimentū Romę nostra tempestate à venæ sectione est sumptum: contigit enim cum vulgo mulieres aquam frigidissimam ex niue potarent, vt aut nullo pactò, aut prorsus diminute purgarētur: has tamen me dici venæ sectione adeo incolumes conseruarūt, vt neq; sanguinem spuerent, neq; laterali inflammatione, aut pulmonis, aut anginę caperentur.

IIII. Simp. med. Cap. xx.

Marina potius salsa, quam amara est.

Aqua lacus Palestinæ vel maris mortui.

Et de sale.

Marina vero aqua salsa potius est quàm amara, plurimū in se habens aquæ potabilis: id quod & ab Aristotele olim satis est demonstratum. At aqua quæ est in lacu Palæstinæ in caua Syria, quem alij quidem mare vocant mortuum, alij stagnum bituminosum, gustantibus non salsa modo, sed & amara est. Salem vero etiam habet ex sese natum, perinde amarum: primoque statim aspectu vna cum vniuerso mari tum candidior, tum crassior apparet, salsugini meræ similis: in quam si salem injicias, ne liquari quidem etiam possit: plurimum enim eius in se habet: ac siquis in eam se mergat, continuo sale tenuissimo velut conspersus vndique emergere conspicitur. Qua proter etiam aqua illa quàm cætera marina grauior est, idque tanto pondere, quanto fluuiali marina. Itaque ne si teipsum quidem dimittas, in profundum deferri possis: ita attollit eleuatque aqua: non sanè quia natura leuis sit, quod quidam veterum sophistarum prodidit, sed vt censuit Aristoteles, propter grauitatem instar luti quæ leuiora sunt gestans. Proinde si hominem ligatis manibus pedibusq; in stagni illius aquam conieceris, deorsum haud feretur: quin vero sicut naues in mari onera plura quàm in fluuijs citra submersionē portare valent, eundem in modū in stagno mortuo multo plura quàm in mari. Tanto enim est quæ in illo est aqua, marina grauior, quanto marina lacustri aut fluuiali. Inest enim ei salis substantia, quæ terrea grauisque est. Ipsique tibi marinam, si lubet, efficere licet, sale in aqua fluuiali colliquato, cognoscereque quanto grauior reddatur aqua eiusmodi quàm sit dulcis. Quin & modum iam inuenerunt, moderatam ad saliēdum conficiendi salsuginem, si ouum in ea videatur natare. Nam vbi etiamnum sidit, ac nondum super salsuginis superficiem innatat, aquosa magis est & dulcis: grauiter vero salsa est, vbi tanta est salis copia indita, vt amplius liquari qui postea adijcitur nequeat. Quam aquam si pendere non grauaberis, omnium aquarum comperies grauissimam. Itaque ego quandoque inanem esse diuitis cuiusdam ambitionem ostendi, qui

qui tantam in Italiam maris mortui aquam de-
uexit, quæ cisternã implere posset. Nã id ipsum
ego expedite præstiti, sale plurimo in aquam po
tabilem coniecto. Longe etiam grauiorem eius-
modi effeceris aquam, si quamplurimum salis li
quatum sub Canis exortum, vbi potissimũ ęstus
iam fuerit valentissimus, torreri fiueris, haud ali
ter quàm in stagno bituminoso: sic enim hæc
aqua perinde vt illa grauis efficietur: ac si ligatũ
hominem, aut aliud animal, in ipsam cóieceris,
instar nauis super aquam feretur. Quin vero &
amarior ꝓtinus quoq; eiusmodi erit aqua, si de-
coquere ipsam in igne iubeat. Nam quicquid sal
sum plusculũ excalfeceris, amarũ tibi euadet. Sic
& ipsius bituminosi lacus aqua in caua calidaq;
regione contenta, dum sole torretur, amara effi-
citur: proindeq; ęstate quàm hyeme amarior est.
Ac siquid eius haustum in vase cauo regioneq;
aprica (quemadmodum nos effecimus) æstiuo
tempore deponas, continuo amarior sese reddi
ta videbitur. Verum hæc omnia ijs quæ paulo
superius de amari generatione diximus, abunde
subscribunt. Cæterum cuius gratia oratio ad bi-
tuminosum digressa est stagnum, id nondum
omne expositum est: nullum enim in eo neque
animal, neque planta inesse conspicitur: immo
cum duo in eum fluuij cóflüant longe maximi,
pisciumq; copia scatentes, maxime qui propè
Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant,
nullus omnino piscium fluuiorũ ostia excedit:
ac si captos quis in lacum inijciat, celeriter mori
conspicit: adeo est omnibus tum hominibus, tũ
plantis inimicum quod exacte amarum est, &
quod squalidum pariter & siccum est, atq; natu-
ra velut fuliginem ab exassatione referens. Quá
quam ne illius quidem stagni aqua exacte ama-
ra sit: quippe cum nec ipse sal. Vocant autem eũ
Sodomenum, à circũiacentibus stagnum mon-
tibus, quos Sodoma appellitant. multiq; ipsum
accolæ ad omnia, ad quæ nos alio vtimur sale,
accommodant. Vis eius non modo plus quàm
cuiusuis alterius salis exiccatoria est, sed & exte-
nuare nata: quia scilicet plus quàm alius exassa-
tus est. Omni enim sali obscura quædam adstrin
gendi vis inest, qua eas quæ condiuntur carnes
constringit, densatq;: potissimum vbi durus &
minime fragilis extiterit. Talis est exactissimus
quidem fossilis ferè omnis: Minus autẽ illo mari
nus: tum qui multis in locis aquis leuiter salsis
arescentibus prouenit: Tertium locum obtinet,
abstergere magis quàm adstringere cótrahereq;
potens: Proximas his vires habet Sodomiticus,
æque atque marinus durus: cæterum ob admistã

A amaritudinem, facultatem valentius abstergen-
tem ac digerentem q̃ marinus possidet. Sic & ni
trum ipsum, & ipsius spuma, & quod composita
appellatione vocatur aphronitrum, cæteris ma-
gis extergere possunt, nempe quia minime ad-
stringunt, & exacte sunt amara.

XI. Simp. med. Cap. de ijs quæ in mari proueniunt.

Aquæ Tragasij.

Porrò sal eiusdẽ speciei cum marino est qui
in stagnis quibusdam salsedinem habentibus na
scitur, æstate videlicet aqs æstu ex ijs absumptis,
cuiusmodi est Tragasius, nó procul à Sminthio.
Confluit enim illuc ante aquas spontaneas, quæ
admodum sunt calidæ, copiosa aqua stagnans
non amplo in loco: & ea æstate omnis absumi-
tur, à sole videlicet arefacta. Porrò quoniam lo-
cus ipse salsedinem continet, quod reliquum est
B omne, sal est, cognominationem à loco pariter
& aquis sortitus. Nam spontaneæ & ipsæ illis in
locis aquæ Tragasiæ nuncupantur, potẽtia sum-
me exiccatoria: & sanè qui in ea regióe sunt me-
dici, ad hoc illas accommodant. Porrò dictum
est & de Sodominis in mari mortuo prouenien-
tibus, in quarto libro.

III. Simp. med. Cap. v.

Marinæ facultatem quomodo
inuestigemus.

Quonam igitur pacto scrutabimur, an sicca
sit faculate marina? Quonã alio, obsecro, quàm
an corpus humanum in æqualitate quadam re-
siccare valeat? Itaque in hoc vnum modo cæte-
ris relictis intendendum. Atqui contra faciunt
medicorum plerique. Nam ad quiduis potius re
spiciunt quàm ad hoc. Quomodo ergo ad hoc
C solum conuersi, reliquis prætermissis, quanam
in hoc agendi facultate polleat marina cogno-
scemus? An videlicet corpori applicantes, sicq;
eius periculum sumentes, lauando, rigando, fo-
uendoq;, tum subinde lanam, aut spongiam ma
rina madentem partibus applicando, ad hæc
emplastris ceratisq; miscẽdo, atque in his omni-
bus, ab eo quod ex accidenti quandoque eue-
nit, id quod à propria medicamenti vi proficisci
tur distinguendo? Nam in hoc omnis inuentio
nis summa consistit, quam vix quisquam illorũ
attingit. Sed eos philosophorũ verba decipiunt,
haud potentes homonymiam percipere.

II. De nat. fa. Cap. ix.

Marinam carnes conseruare.

Alioq quod muria & aqua marina carnes &
siccant, & incorruptas seruant, reliquæ omnes
potabiles própte corrũpunt, atq; putres faciunt,
quis ignorat?

I. De ſymp. cau. Cap. vij.
Ex marinæ nimio potu præ ſiti quoſdam periyſſe.

Ad hæc alios in nauigio cui deficeret aqua dulcis, quorum qui auſi ſunt marinam bibere, cum immodice ſupra cæteros ſitirent, quidam etiam eorũ & fluxa eſsent aluo, nec id ſine morſu vehementi, celerius q̃ alij perierunt.

II. De vict. rat. in morb. acut. com. xxxiiij.
Aquæ potationes præter conſuetudinem, quid faciant.

Si ergo multa præter ſolitũ carnis deuoratio, vel allia, vel ſilphion vel ipſius ſuccus vel caulis, vel alia conſimilia, quę ſeorſum inſignibus ſunt prædita viribus, ventriculis quibuſdam magis quàm alia labores inferant, minus quis admirabitur. At iure admiraberis ſi didiceris quantam maza turbationem, tumorẽ, flatum, torminaq; mazam deuorare non aſſueto pariat, ſi præter conſuetudinem ingeſta fuerit. vel qualem panis ipſe calidus deuoratus ſitim inferat, & repentinã plenitudinẽ, quę tum exiccet, tum tarde deſcendat. & q̃ varia inter ſe pariant puriſſimi confuſaneíq; panes ſi pręter cõſuetudinem deuorentur, & maza ſimiliter vel arida, vel humida, vel tenax. qualiter item & polentæ afficiant, recentes quidem eos qui recentibus vti non conſueuerunt, & aliæ eos qui recentibus ex conſueto vtũtur. Ad hæc quid faciant vini, & aquæ potationes præter conſuetudinem in aliud ſubito translatæ, quid dilutum item vinũ, meracumq; repente pota. Dilutum enim cum infirmitate humentem reddit ventrem ſuperiorem, flatuoſumq; inferiorem. Meracum vero venarum pulſationem efficit, capitiſq; grauitatem, & ſitim infert. Præterea quid vinum album nigrumq; pręter ſolitum mutata: quæ ſi ambo vinoſa fuerint, valde alterant corpus. Quare dulce vinoſumq; minus quis dixerit mirum

D eſſe non idem poſſe vbi repentina fuerit mutatio,

I. De ſymp. cau. Cap. vij.
Ex imprudenti aquæ frigidæ potu mortem ſequutam eſſe.

Vidi aũt & ex ijs qui ardenti febri laborarãt, quendam cum morbus inualeſceret, & frigidã impudenter bibere, nec vnquam quoad moreretur expletum.

Primo. in primum. De morb. vulgari. com. I.
Hauſtus aquæ infectæ poteſt morbum vniuerſalem facere.

Poteſt tamen interdum efficere morbũ vniuerſalem hauſtus aquæ infectæ: quod quidẽ memoriæ proditum eſt in caſtris accidiſse. Iudem ob loci naturam, vbi cuncti eodem loco caſtra
E metati, commorabantur.

De ſalub. diæta. com. xij.
Poſt exercitium aquam eſſe bibendam prius, quàm vinum.

Cæterum non ita ſtatim vult ab exercitationibus bibi vinum, ſed prius aquam, quemadmõdum athletæ docti experientia faciunt. Quippe vinũ caput tentat, ſi vel mox à balneo præ oĩbus alijs cibis & potibus bibatur. Non tñ frigidę poſt exercitationes potio, niſi calidam præbibas, noxa vacat. Offendit enim & hæc non obſcure vẽtrem ac iecur, nonnullis etiam neruos,

Comp. Phar. per loca. vij. Cap. ij.
Aqua per canales plumbeos ducta vitanda.

Aqua quæ per plũbeos canales deriuatur fugienda, limus enim quidam ex plumbo in ea cõtinetur. Vnde etiam qui aquæ eiuſmodi fæcem
F combibunt, dyſenterici euadunt.

III. De aliment. facult. Cap. xix.
In aqua cocta dant alimentum humidius.

Frixa in ſartagine ſunt ſicciora, q̃ vero ĩ aqua dulci ſunt elixa, alimẽtũ corpori pbẽt humidius.

III. De aliment. facult. Cap. xxxij.
Quod elixatur, aquæ ſuas qualitates dare.

Nam corpus ipſum ſolidũ, qđ in aqua elixatᷣ, qualitates, q̃ initio ſibi inerant, in ea deponit ita, vt tandẽ ἄποιον, quod vocãt, & aquoſum euadat.

Paulopoſt, aquam coquendo fieri magis ſalſam.

Verum ius ipſum in primis Praxagoram feſelliſse videtur, quod p elixationẽ ſalſius redditur: nõ intelligentẽ, quod ſale aut garo ſtatim initio conditurę in aquã iniecto, neceſsario pcedente coctiõe ſuccus ſalſior, q̃ antea efficitur. quẽadmodum ẽt ſi nulla alia re immiſſa puræ dulciſſimæ aquæ ſalis minimum permiſceas.

I. De

I. De diff. feb. Cap. iij.

Acres superfluitates defluere ijs, qui aquam impuram bibunt.

Acris autem & mordax defluit superfluitas his, qui aut natura vitiosos habent humores, aut prauis cibarijs vtūtur, aut sæpius cruditatem patiuntur: ac tum præsertim, cum post huiusmodi cibos assumptos fœculentam, vel lutulentā, atq; ex lacunis, vel piscinis, siue paludibus, siue quouis alio corruptam, ac putridam aquā biberint.

IIII. Meth. med. Cap. ij.

Aqua temperata siccam carnis intemperiem corrigit.

Ac carnis quidem intēperies si squalens siccaq; videtur, aqua temperata fouens humectásq; corriges. Quoties autem eo remedio vteris, esto tibi perfusionis humectationisq; meta, vt cum primum rubescit attolliturq; particulæ moles, tum desinas. Quippe si vltra perfundas, quod attraxisti, id euocabis. itaq; nihil proficeris. Quinetiam medicamentorū humectandi facultas plenior esto, quàm vt in sana carne præceptum est. Si vero humilior quàm pro naturali habitu caro fuerit, contraria ratio ineunda est, ac medicamētorum facultas ad siccius transferenda, aqua vero nullatenus admouenda: immo si lauandum vlcus videtur, vinum, aut posca, aut decoctum austeræ cuiusquam herbæ præparandum.

III. De aliment. facul. Cap. ij.

Quæ aqua coquuntur, humidiora esse reliquis.

Quæ nanq; assantes, aut in sartagine frigentes mandunt, ea corpori siccius dant alimētum. quæ vero in aqua percoquunt, humidius. quæ in patinis cōdiuntur, inter hæc media sunt.

III. De aliment. facult. Cap. xvi.

Niue refrigeratam aquam à calidis ventriculis ferri.

Quin ventriculi iusto calidiores oxigala ipm circundata niue prius refrigeratum, indolenter ferunt, quemadmodum pleraq; id genus edulia. atq; adeo aquam ipsam niue sic præparatam.

De succorum bonitate & vi. Cap. xi.

Ex aquæ vitiosæ potu caput dolere, ventriculi robur exolui. & quibus potius aqua conueniat, quàm vinum.

Inuenias certe quosdā, quibus ex aquæ potu dolore caput corripiatur: præsertim vero cū ea vitiosa fuerit quippe quę cū ipsa corrumpatur, tum natiuum ventriculi robur exoluat, qui cum imbecillus fuerit, solent eo deferri humores ex toto corpore ex bile tenues q dem, id quod ieiunantibus etiam vsu venit.

A *Et paulopost.*

Nihilo tamen secius homini temperatura calidissima prędito vel naturali vel ex ętate, vtilius aqua bibitur, quàm vinum.

XII. Meth. med. Cap. viij.

Tepida ad tenues & acres humores in ore ventriculi collectos euomendos.

His humoribus contrariam maxime naturam habent, qui tenues sunt atque acres: sed similem dolorem inferunt: nonnunquam autem & conuulsiones crebras accersunt: vtique cum in ore ventriculi sunt collecti: veluti dudum illi contigit, qui paulopost æruginosum humorem euomuit. Satius vero sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam planè æruginem. Talis nanque erat qualis pulcherrima est ærugo. Verum huic adolescenti cum conuulsione &
B syncope, etiam guttæ quædam frigidæ, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerem in ore ventriculi, quem publice stomachum vocant, mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibere. post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere velles, floridissimam æruginem aquæ misceres. Cum igitur talis humor in ventriculo constitit, vomitu est expellendus: cum in intestinis, inijcere per sedem conueniet, quod eluere eiusmodi humorem sit aptum.

VII. Meth. med. Cap. ix.

Frigidæ potus in calida intemperie ventriculi, cui humiditas vel siccitas sit coniuncta, totum vero corpus non sit attenuatum.

Proponamus itaque rursus exuperare intemperiem calidam, huic autē adiunctam esse mo-
C do humiditatem, modo siccitatem, sed mediocrem vtranque, ac prius humiditatem. Hanc intemperiem minore metu aqua frigida curabimus: quando minime ex ea lædentur vicinæ partes, quæ mediocriter se habeant. Nam in siccis affectibus necesse est, non ea modo, quæ proxima sunt, sed etiam totū corpus gracilius reddi. Ventriculo autem ipso nondum siccato, vt nunc est propositum, nec totum attenuatum esse corpus potest: quare nec frigidæ potu lædi. Sicubi vero adeo vehemens caloris intēperies ventriculum occupet, vt vsque ad cor ipsum perueniat, febricitare hominem necesse est. Quo minus mirū est, si eiusmodi intēperiē maius piculū insequitur, sanatio tñ genere eadē est. tradetur aūt postea, vbi de febriū curatione disseretur.

VII. Meth. med. Cap. vi.

In calida ventriculi intemperie, aquæ vsus.

Verum ratio me docuit octo imbecilli ventri

culi curatiões. Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigidæ potióe leuatos. quorum alijs non aquam modo dedi fontanam recentem, sed etiam quæ niue esset refrigerata, veluti Romæ præparare solent, calfaciens scilicet prius, quam ipsi ἀπόχυτον. i. decoctam appellant. cibos præterea ad eundem modum refrigeratos identidem me illis permittere vidisti. in quibus est & quam melcam vocant, vnus is quoque Romæ laudatorum ciborum. veluti etiam aphrogala.

VII. Meth. med. Cap. vij.

Aquæ vsus in ventriculi siccitate, cui caliditas iuncta sit.

Et gulam ex frigidæ potu vellicari, & mortem sequi.

Melius autem est rem etiam exponam. Quippe vtilis omnino erit ijs qui audierint, non secus E ac fuit mihi. Homo erat quadraginta annos natus: medio, dum valebat, crassitudinis, & gracilitatis habitu. Is siti vehementer affligebatur, ac calidam auersari se dicebat, cum illi frigidam nemo daret, tametsi hanc impensè flagitabat, febricitare tamen medicis non videbatur. & ventriculus, quæ sumpserat, tribus aut quatuor horis post euomuit simul cum potione. Itaque gracilis iam effectus est, ac periculo propinquus, minime videlicet adiutus ab austeris acerbisq; tum cibis, tum medicamentis. Sumpsit vero & post cibum, austerum vinum is homo, cum nec vltra sitim toleraret, ac (vt aiebat) mori mallet quàm in cruciatu viuere, aquam frigidam simul multam super cibum hauriens protinus sitire destitit, paulo vero post plurimum (eius) euomuit. Ab hinc horroré in toto corpore sensit, pluraq; F operimenta poposcit, cum prius omnia abijceret. tunc igitur reliquum totum diem quo id fecit, noctemq; totam inquiete egit, cooperimentis se fouēs. Venter vero circa mediam noctem semel excreuit, quæ mediocriter erant cocta. Itaque nec siticulosus præterea erat. Postero autem die tum coloratior multo, tum firmior est effectus. Ac deliberabant iam medici an hominem lauare expediret: alij quidem suadentes, alij dissuadentes. vicit aût sententia eorū qui lauare suaserūt. Itaq; etiam lauatus citra offensam est, ac modice cibatus. tū melius ei q̄ pridie venter concoxit. Questus autem est quòd difficulter transglutiret. visumq; omnibus est propter vomitum, qui præter consuetudinem inciderat, vellicatam illi gulam fuisse, ac proinde male habere. Cæterum vt etiam secutis diebus symptoma permansit, constabat nobis omnibus ventri-

D culi imbecillitatem esse sanatam, gulam autem esse perfrigeratam. Nec sane mirandum erat, sicut potione illa quod immodice calfactum erat, ad mediocritatem est reuersum: sic quod mediocriter calebat, fuisse refrigeratum. Cæterum gulam eius nemo potuit sanare: sed vitio in vitium mutato, tandem mortuus est.

III. De ijs quæ in medic. fiunt com. xv.

De aquæ vsu ad fracturarum curationem.

Aquæ caliditas, & multitudo spectetur. caliditas, vt supra suam ipsius manum infundat. multitudo ad laxandum, & attenuandum plurima: ac carne implendum, & molliendum mediocris optima est.

De aqua item dicere ad fracturarum curationem necessarium est, dum resoluunt enim fracturas medici omnes calida aqua perfundunt, ac fouent, præsens ex ea auxilium experti. in cuius sane vsu duplex cõtingere error solet. in qualitate vnus, alter in quantitate. in qualitate quidem cum aut calidiore, aut frigidiore iusto ea vtimur. in quantitate cum longiore aut breuiore tempore perfundimus, quàm par sit. indiciū moderatiōis in qualitate medici ipsius manum statuit. supra eam enim infundens aquam qua fracturā est foturus medicus, cõijcere inde quod fracturæ conueniet, potest. conuenientiam autem cum latitudine quadam intelligendam duco, quæ ad cõmunem omnium hominum, non ad ægrotantis habitum referatur. interdum siquidem fit, vt medico moderata, ægro eadem inconueniens, atque immoderata videatur. quocirca paulułum ex ipsa supra eam laborantis mēbri partem quæ primum fuerit resoluta, inspergens, ab ægroque requires frigidior ne, an calidior esse ei videatur. atque ita pro eius responsione tantum vel calidæ vel frigidæ adiunges, quoad temperatam ac moderatam ipsi quoque ægrotanti aquam efficies. primum igitur aquæ temperaturæ iudicium nostra manus affert, vtpote quæ primo eam experitur. ægrotantis tamen sensus præcipuum, ac perfectissimum, ac potestate primum est. at vsus ipsius quantitas cõmunes habet distinctiones cum frictione, omnibusque remedijs quę calefaciunt. ea siquidem adhibita non solum è vicinis locis ad calefactam partem attrahere, verum etiam digerere consueuerunt. vnde etiam calida aqua efficere contraria eatenus videtur, quatenus & corpus quantitate est præditum, & ipsa vel amplius vel

vel minus adhibetur. nam si inane sit corpus, digerit potius q̃ attrahit. si sit plenum, contra attrahit magis, quàm digerit. si item breui tẽpore adhibeatur, replet magis, quàm exinanit: si longiore, magis discutit, quàm replet. merito igitur plurimam aquam laxare et attenuare, modicam mollire & carne replere dixit. atque ex euacuatione continuo quidem sequitur attenuatio, sed laxatio non continuo, sed per alia media. quæcunque enim ex repletione erant intenta, sicuti omnia quæ inflammationem patiuntur, ea dum euacuantur, laxari consueuerunt. quæ ex concretione ob refrigerationem intentionem habent, dum calefiunt: quæ ex siccitate, dum humefiunt: quæ ex humiditate, dum superfluo humore exinaniuntur. quoniam igitur calida aqua præstare quinque hæc potest, cum amplius ac diutius corpori fuerit infusa, eam laxare atque attenuare recte dictum est. Cæterum ne mireris si calidam aquã & superuacuos humores exinanire, & quæ sicca sunt, ac dura humefacere diximus. vtrũq; enim alibi verum esse demonstratum est. atque hæc sunt, quę calida aqua potest efficere, si plurima adhibeatur. At si pauca sit, in vniuersum dicere quid possit, non licet. nam si quis vbi bis & ter aut perfusione vsus fuerit, aut fotione ex spõgia, postea desistat, huiusmodi aquę vsus nullam prorsus vtilitatem afferet. at si, vt ipse inquit, mediocriter adhibeatur, carne implebit, & molliet ea quæ huiusmodi ope idigebunt, quæ indigeãt, ex me audi. si in plenitudinis habitu corpus sit constitutum, & carne careat, mediocris aquæ calidæ perfusio neque molliet, neq; carnem creabit, sed superuacuo humore calefactam partem replebit. si vero carne quidem careat, sed non sit plenum, id & carne implebit, & molliet. carnis enim aggeneratio fit, cum & membra ipsa quibus agnasci aut circũnasci caro debet, temperate & caliditate & frigiditate sese habuerint. & sanguis q̃ illuc affluit, & qualitate salubris & quantitate fuerit moderatus. quę sanè vtraque moderata aquæ calidæ perfusione fieri solent. nam & sanguinem ad perfusum mẽbrum trahit, & carnem, quæ in ipso est, temperatam reddit. si enim prius fuerit refrigerata, calefacit, si calefacta, refrigerat: dum calorem ad exteriorẽ partem euocat, & madefaciendo humiditatem bonam inducit: atq; ita frigefacit non alio modo, q̃ aquarum dulcium balnea. nam & hęc quoq; mortuos ferè illuc profectos calefaciunt, etiam si valde frigefacti fuerint. exustos vero atque incensos emolliunt. videntur quippe post balneum sedatiore iam siti effecta temperatis potibus oblectari. sic

A igitur aquæ etiam calidæ perfusio si moderate adhibita sit, & carne implet, & mollius mẽbrum ipsum reddit. quippe cum recens caro è concreto nuper sanguine effecta, non secus ac recenter coagulati casei procreationem habeat.

Et commentario sequenti de perfusione.

Mediocritas autem in perfusione hæc est. cum adhuc suspenditur, prius q̃ concidat, desistẽdum. primum enim tollitur, deinde attenuatur.

Perfusionis aquæ calidæ mediocritas est, desistere, priusq̃ perfusa pars concidere inceperit. tollitur etenim primũ. i. in maiorem tumorem naturali excrescit, propterea q; & sanguis qui in ea continetur, diffunditur, & ex superioribus lo-
B cis eo humores affluũt. postea vero, cum discussa hæc sunt & quæ affluxerunt, & quæ fuerunt circunfusa: attenuatur, ac desidit.

IIII. de san. tuen. Cap. viij.

Tantum aquæ medicamento admiscendum, quantum coquendo euanescat.

Atque ad ea quidem, de quibus nunc agitur, vtilior aqua est: vinum vero ad podagricos affectus, &, vno verbo, articulares. porro sufficit tantulum aquæ admisceri, quantum coquendo totum euanescat.

II. ad Glauc. Cap. ij.

Calidam Rheumaticis affectionibus esse incommodam.

Si non admodum doleãt, talibus vtendũ est. Cum magno autem dolore fluxu incidẽte, non sic oportet: neque aquam calidam, neq; oleum, neque farinæ triticeæ cataplasmata afferre. hæc
C enim omnia dispositionibus rheumaticis aduersantur, quamuis ab initio aliquid iuuare videantur.

VI. Meth. med. Cap. ij.

Calidam esse neruis vulneratis inimicissimam.

Aqua calida vero, quanquam reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima: cum præsertim eorum substantia ex refrigerata, concretaque humidiore materia sit condita.

Et Cap. iij.

Aquæ vero vsum ad neruum vulneratum, semper fugies, sicuti etiam relaxans cataplasma.

De renum affect. cognit. & med. Cap. v.

Aqua ad vsum calculosorum qualis esse debeat.

Aqua vero in vniuersa victus ratione sit purissima, & purgata. nam fluuiatiles, palustres, & omnes aquę stagnantes, quæq; segniter fluunt, & non

& non commouentur, omnes generare lapidem possunt.

VI. Aphor. com. xxxix.

Aqua tepida dilutum vinum bibere post acrium deglutionem singultum facit.

Siquis enim acutum aliquid, veluti piper per se solum deglutierit, vel cum melle, vel aliquo alio, & postea vinum biberit aqua calida temperatum, statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius vero acutie ventriculum molestãte: vnde conatur motu violentiore rem infestantem expellere.

VI. in. vi. de vulg. mor. com. v.

Aquæ calidæ fotu extremarum partium dolores tolli.

Et ex aquæ calidæ fotu extremorum membrorum dolor tollitur. atque frequentissimus & plurimus in dolentibus particulis calefactionis vsus apud medicos est. nam & contenta relaxat, completa euacuat, refrigerata calefacit.

IIII. Meth. med. Cap. v.

Fomentum ex aqua calida ad pus mouendum.

Hordei nanq; farina ex aqua & oleo, itemque panis ex aqua & oleo, præterea fomentum multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci vis, omnia denique quæ calefaciunt & humectant, celerrime pus mouent.

V. Simp. med. Cap. ix.

Aquam temperatam esse puri gignendo.

Igitur omnium ad puris generationem aptissimum est, ex ijs vtiq; quæ perfunduntur, aqua temperata, aut cui additum oleum est, quod hydrelæum Græci vocant.

II. de rat. vict. acut. com. ij.

Fomentum ex aqua calida in lateris dolore.

Fomentorum calidorum probatissimum est aqua calida, vel in vtre, vel in vesica, vel in vasculo aut æneo, aut testaceo posita.

Fomenta calida proculdubio vocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quorum alia prorsus humida, alia sicca, & alia ex vtrisque mista. Mordentia præterea alia, & alia mordendi facultate carentia, & ex ijs commista tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morsu caret, atq; humidum existit.

Et commentario. iiij.

Vtilis autem & spongiæ mollis magnæq; atque ex aqua calida expressæ applicatio. Sed fomentum linteo vestiẽdum, vt vis eius plusculo sufficiat

D tempore permaneatq;. atque simul ne halitus ad laborãtis spiritum feratur. nisi forsan et id prodesse aliquando videatur, nempe interdum prodest.

II. Simp. med. Cap. xxv.

Aquæ oleum misceri, vt diutius adhæreat, & ita fiat exsiccatis, squalidisq; corporibus remediũ.

At si corporibus inhærere posset aqua, nec facile deflueret, ipsa quidẽ per se sufficeret. Atqui cum ea quæ foris circunfunditur, facile defluat: & quæ in poros ingressa corporis nullam habẽs ansam prompte effluat, in hoc sanè ipsum vtiliter miscetur oleum, maximeq; iuuat, si ex vtroque quis diutius fricetur, id quod veteres Græci χυτλοῦσθαι nominabant: cui oppositum imposuerunt vocabulum ξηραλοιφεῖν, quod est sicca

E vti frictione. Est sanè & hoc quoque quodammodo lassitudinem sanare potens, sed multum relinquitur ab eo quod χυτλοῦσθαι nuncupant. Nam vt reliqua taceam, vbi cum oleo aqua contunditur teriturque, haud facile solubili mistione coit, vt quibus ita corporibus inũgatur oleũ, necesse sit & plusculum inhærere aquam. Quare hic item velut materia est quædam oleum, humectantium exiccantiumq;, sicut ante ostẽsum est, excalfacientium & refrigerantium. Quippe quod si exiccanti commisceas, totum effeceris exiccans: sin humectanti, & ipsum humectans reddideris. Sæpeque quod ex ambobus constat, maiorem adipiscitur humectandi facultatem, quàm id quod primario est humectans: quod in aqua accidit. Nã ea primario madefacit: Verum cum haud ita din inhæreat, nec actionem obtineat

F diutinam, leuiter vtique prodest. Cum ergo illic velut vinculum fiat oleum, cogatq; plurimum quibus auxilio eius opus est, inhærere, longe omnium optimum redditur remedium exiccatis squalidisque corporibus.

II. de simp. cau. Cap. v.

Horrorem etiam ex feruentis aquæ infusione excitari.

Si sano corpori feruentem aquam subito infundas, aut ignis scintillas incutias, statim horrore vexabitur.

Et paulo post.

Ex frigidæ infusione facile rigorem excitari.

Quicunque vero rigorem profligandæ ardentis febris salubrem esse causam propter frigus putant: (quippe contraria contrariorum esse remedia) omnino falluntur. Iam primum enim si id verum esset, liceret ipsis rigorem excitare: partim quidem frigida aqua inspersa, aut affusa: partim

tim ægro ipso nudo in frigidum aerem delato, aut in frigidæ aquæ labrum demisso.

VII. Aphor. com. xlij.

Quæ febres aqua capiti superinfusa soluantur.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa, solutio fit febris.

Ex hoc sermone manifeste declarat, non omnes febres ex bile fieri. Ostendit autem quod reliquæ omnes, exceptis ijs quæ ex bile factæ sunt, aqua multa capiti superinfusa soluuntur. Secundum hunc sermonem igitur in primo libro Epidemiarum de Melitone scripsit: Balneis vsus supra caput. Febres siquidem quæ ab exustione ac frigiditate factę sunt, à talibus balneis vtilitatem sentiunt, nec minus quæ ex lassitudinibus fiunt, & quę propter foraminum angustationem, siue propter obstructionem, siue ob clausuram fuerint angustata. Respirare siquidem per ipsa oportet, & dissolui calorem febrilem. Non tamē vbi inflammatio aliqua, aut absque inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneę vtiles sunt, antequā noxij humores euacuentur aut concoquantur. Verum tales morbos, aut laterum īflammationes, aut pulmonis: aut hepatis, aut lienis, antiqui nominabant, volentes febrem non esse morbum ipsum, sed casum morbi. In quibus autem sine partis inflammatione, putrescentes in venis humores, febrem accendunt: in illis solis dicebant hominem à febre molestari, & ipsum à febre haberi. Atque in ipsis febrium scripsere differentias, Hepialon, & Lipyriam, Eloden, & Typhoden, pestilentem, & ardorem nominantes. Hepaticam autem febrem, vel lienosam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit, adeo vt nunc sermo ab Hippocrate habeatur de per se febribus quæ sunt absq; partium inflammatione. In pluribus autē exemplaribus non aqua, sed sudor scribitur, talem habente scriptura intellectum: Si febris non ex bile ortum habeat, multus sudor à capite defluens febrem soluit. non ex solo capite sudorem fundi dicente Hippocrate, sed à prima parte quę subijcitur oculis, de toto monstrante corpore. Quantum igitur ad hanc scripturam attinet, ij qui ex bile febricitāt, à talibus sudoribus nihil iuuabuntur. Atqui sæpius manifeste soluuntur cum aliæ plurimæ febres, tum in quibus flaua bilis plurima est, Tertianæ, & Ardores. Melior igitur est prima scriptura, quæ veram docet curationem earum febrium quæ ex dicto genere sunt, quæ videlicet vel ob lassitudines, vel exustiones, vel

A refrigerationes, vel omnino cutis fiunt angustationes. Quod autem à bile dicitur, & de rufa, & de atra bile intelligi potest: non tamēn in his solis ostendebamus, sed & ob pituitam putrescentem fieri febrem. & in hac sola videbitur aphorismus non esse verus, nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionem in humorem biliosum conuerti.

I. ad Glauc. Cap. xiiij.

Frigidę vsus si os ventriculi in febre æstuauerit.

Si ipsum æstuet, miscere ex refrigerantibus aliquid, veluti cucurbitæ succum, atque lactucę, & portulacæ & solani, & sereos, & vuę acerbæ, hęc quidem non solum refrigerat, sed etiam astringit. Aqua etiam frigida plerunq; iuuat si in tempore detur, alioquin plurimum obest. Atque ijs B qui ventriculi os male affectum habent, vinum calidū potius oportet exhibere, si nihil sit aliud quod prohibeat.

VIII. Meth. med. Cap. iij.

In febre diaria quibus aqua potui danda sit.

At in sexto Epidemion, siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, vinum calidis temperamentis prohibet: idque non modo cum febricitant, sed etiam per sanitatem. Quippe in calida natura suadet tum refrigerationem, tum aquæ potionem, tum quietem. Nisi forte copiosius vtendum esse aqua quàm vino eiusmodi naturis suadere eum dixeris: quemadmodum nonnullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione vero frigidę decidendum. Ego igitur censeo eius generis naturas, & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri C ijs quibus in vsu fuit, eam circuncido. Siquis vero non adsueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planè sanitate prius reddita. Quod si vel propter timiditatem, vel propter consuetudinem à pueris, uel falsam opinionem, frigidam timeat: tum opere homini persuadeā, obseruans in æstate cum æstuat: tum oratione post opus. Nam ubi post usum eiusmodi potionis liberatus statim ab urendo æstuandoque est, iusisq; firmiorem ex eo stomachum quàm antę habere, tum uentriculus illi biliosum deiecit, & probe concoxit, ac corpus, cum ea iterum iterumq; usus fuerit, reficitur, tum uero alijs quoq; ei indicatis, quibus simili ratione contuli, exposuerim primum quidem illud esse omnium longe uerissimum, quòd contraria contrariorum sunt remedia. Proditum autē mihi de hoc prius est: mox illud, quòd temperamentum eius sanitatis symmetriam egressum morbo est propinquum.

quum. Tum quòd sanitas eiusmodi corporum dubia est, ac potius in affectu, quam schesin vocant: quàm in habitu, quam hexin. Præterea q si boni temperamenti esset, hoc illi omni studio tueretur: cum vero vitiosi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto.

X. Meth. med. Cap. vi.

Frigidam potui dandam in febri ex vigilijs, vel lassitudine, vel ira, vel cura, vel tristitia, vel inedia, vel ex his omnibus orta: in æstate, ac cæli statu calido, siccoq;: si nec phlegmone, neq; putredo humorum ei sit adiuncta.

Oportet autem quamprimum ptisanę cremore, & sorbitione ex halica nutritum, paneq; post oblato aquæ frigidæ potione hominem cures. quippe protinus extinguitur, ac cessat omnino febris: modo, vt dictum est, nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putredo humorum. nam si horum vteruis sit, attendere diligenter oportet, ac discernere, quo primum tempore aquam frigidam dare homini sit audendum. ego enim talium quoq; non paucis dedi, tutius esse ratus, phlegmonas in præsens augere, quàm sinere hominem hecticam febrem incurrere. vbiq; igitur, vt semper dicere soleo, curatio dignotionem, prænotionemq; cōsequitur: siquidem & dignoscat quod præsens est, & prænoscat quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. si tamen magnum fore incommodum vel humorum putredini, vel phlegmonæ conijcies, à frigida danda abstinebis.

III. de vict. ra. in mor. acu. com. xiij.

In febribus liquefacientibus frigidæ potionem conuenire.

Biliosa autē huiusmodi magna ex parte subducuntur in his febribus quæ liquefaciunt & ad tabem perducunt, quibus fermè omnium aduersissima, nocentissimaq; est mulsę potio, veluti & modo cōtrario potio aquæ frigidę iuuantissima.

Primo ad Glau. Cap. xiij.

In continuis febribus accidens i carentibus frigidam potui dari, cum primum signa coctionis apparent.

In his vero quæ præter modū calidæ & æstuosæ sunt, cum primū videris coctionis signa, tunc audacter aquam frigidam potandā exhibe. Modus vero in quātitate seruetur, quemadmodum tempus anni, regio, ætas, & natura, & consuetudo etiam exposcit.

IX. Meth. med. Cap. xvi.

In frigidæ exhibitione esse etiam attendendam consuetudinem.

Dictum autem fusius de eiusmodi consuetu- D dinibus est in libris de sanitate tuenda. Vnde si in frigida quoque exhibitione consuetudo citra methodum satisfacit: nec nos profecto experientiam fugimus: immo omnem quam illi, vtilitatem ab ea capientes, etiam extrinsecus præter hanc adijcimus, (qui saltem id possumus,) eam quæ à rerum natura suggeritur indicationem. In hoc vero libro methodi rationem sequentes, fatemur longiore via idem inuenire, quod breuius inuenire citra ratiocinationem liceret. Siquidem cum sæpe iam vidimus non paucos ex ijs qui febribus ardentibus premerentur, cū iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quamuis ei potioni parum assueti fuissent: multo (arbitror) magis in ijs qui assueuerunt, vtilitatem fore citra noxam vllam sperabimus.

E *XI. Meth. med. Cap. ix.*

Frigida quomodo, & quando in putridis febribus exhibenda.

Cæterum vbi magnitudo febris obstat, sicut in continuis: nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs quę habitum rarefaciant vnctionibus. sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota, in his febribus est aptissima: nisi tamen aliquid eorum quæ prędicta sunt, hanc quoq; prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium: non tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudorem vacuādorum. Quo magis exercitatū esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet: ac in ęgrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quæ rursus efficientis hanc causæ, atque huius quoque, F cum per seipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunque aduersantur. Quo casu memores eorum quæ didicimus, id quod maximum omnium est aggredi oportebit, atque ei vel soli, vel magis q̃ cęteris subuenire. Sanè scire licet difficile eē, acriq; iudicio indigens, febrem, putredinē, & effectricem causam, vbi scilicet ipsa quoque adest, inter se conferre. difficilius tamen est si vires quoque cum illis vna conferre velis: quod vtique sicut ante comprehensum est, propter vitæ ipsius respectum semper est necessarium. Aliquando vero & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Hoc vero me ostensurum promisi. Siquidem quod putrescit, si vestis esset, aliudue inanime corpus, vtique ex ijs duntaxat quæ prædicta sunt, indicationem caperemus. Nunc cum in viuente corpore putredo concipitur, quod tum alterare potest, tum concoquere, tum vtile red-

dere

dere quicquid putrescentium, veluti semiputrescens semimalumq; est: vtique facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansq;, quæ putrescētia sunt, sanabis. Itaq; etiā tum maxime eos cum fiducia, vel ī balneo lauamus, vel ijs quæ habitum rarefaciant, medicamentis vtimur, vel aquam frigidam, vel vinum bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neque enim pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agenda, firmas requirimus, veluti nec eius facultatis, quæ voluntarium motum præstat: sed sicut est dictum, ipsius potius concoctricis. Ergo si & vires cunctæ valentes sunt, & febris ardentissima, & concoctionis notæ planè euidentes, frigidam homini dare audacter debebis. Constat nanq; talem hominem senem non esse, ex quo omnes illi virtutes valētes esse proposuimus. Quòd si etiam bona corporis habitudine sit, quod εὔσαρκον Greci vocant, tum status cœli calidus, ac siccus, etiam si in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur. Eiusmodi nanque temporis opportunitate vsi qui sese in frigidam cōiecerunt, & protinus omnes sudarunt, & nonnullis eorum aluus biliosa reddidit. At si mediocris est febris, & vires non validæ, sed cum notis concoctionis: ijs qui ita se habent, balneum prodest, & vini potio: tum vero ex vnctionibus ex quæ rarefaciunt. Idq; multo magis cum ambiens est frigidus. Neq; enim aut frigidam in balneo lotionem, aut frigidam potionem, in eiusmodi cœli statu ferè expetunt, vtpote respiratu ipso assidue refrigerati: cum siquādo in frigido ambiente vehemēter vri ęgrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes est. Si vero nec concoctionis habeat signa, nec vires validas, seruari is planè non potest, quo minus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs quæ rarefaciant vngendus, aut vinū illi dandum, frigidaúe offerenda. In quo enim desperata omnino salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti. Ipse siquidem aliquos noui ex amethodis istis medicis, qui cum ea quæ nos gessimus, essent imitati, ijsdemq; præsidijs in ijs qui prorsus morituri erant vsi, adeo nihil profecerunt, vt etiam tempestiuum eorum vsum suspectum formidolosumq; reddiderint. Verum nos tempora præsidiaq; ijs quos seruari spes est, scribimus: quando ægris qui insanabiles sunt, ijs nec tempus vllum opportunum, nec præsidium est. Atque hoc mihi per omnem sermonem teneri memoria velim: quo minus præcipua illa primaq; omnium curationis indicatio conuelli

A aliquando posse videatur. Quippe cū dicat Hippocrates contraria esse contrariorum remedia, quid vetat omnibus febricitantibus frigidā vno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est, nec subuertitur eo tempore generalis omnis curationis indicatio. Vnum enim ex ijs quæ actu refrigerant, aqua frigida est. Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (vt dictum est) refrigerent, partim ex accidenti. Quorum alijs propter concursum pugnātium inter se indicationum aliàs vtimur. Porrò tradita iam methodus est, eius quod conducit, ante alia semper deligēdi. Ostensum præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium. quod vero ad alia spectat, non semper. veluti cum ex obstructione glutinosi & crassi humoris putredo oritur.

B *I. de rat. vict. in acutis com. xliij.*
Aquam post oxymeli, & melicratum quando dari par sit.

Vbi autem dolor aliquis vexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyeme calidum, ęstate, frigidum. quòd si multa sitis fuerit, melicrato vtendum & aqua.

Siticuloso existente ægro, ab oxymelite admodum multo maxime temperādum præcipit. quapropter continuata serie tum melicrati tum aquæ mentionem fecit. Nempe quantū ad morbum spectat, oxymelite magis est vtendum. verum si æger accepto multo oxymelite adhuc sitiuerit, melicratum dare oportet. Quod si & ab ea re sitiuerit, aqua offerenda est. Nempe aqua C per se pota culpa non caret. Causas vero ob quas aqua pota culpetur, in sequentibus in ea libri parte quæ de virtutibus ipsius agit, perdisces.

IIII de ratione vict. in morb. acu. com. v.
Causo laborantibus, quantum aquæ voluerint, dandum.

Huic aquę mulsęq; coctæ, & aquosę quantum voluerit, bibendum dabis.

Causo laborantibus, quantum placet, bibere concedit Hippocrates. præcipit autem neque aquam solam, neque mulsam solam his propinandam, qui causum habent. Scis enim aquam, quòd natura frigida sit, tarde penetrare, & quāplurimo tempore in hypochondrijs manentem corrumpi in acutis morbis. mel autem facile bilescere. ob id mulsam aquosam dari iubet, vt aqua, nulla in superiore ventre facta mora, à misto melle ad distributionem trahatur.

X. Meth.

X. Meth. med. Cap. v.
Frigidam dandam hecticis.

Maxime tamen (vt dictum sæpius est) siccos calidosq; affectus statim à principio hectica corripit sicut mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigilijs febricitare cœpit: perseuerauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehendimusque statim hecticam eẽ febrem, cum alia, quam humores excitarant, coniunctam. Curatio autem vna tum fuerat, vt frigida tempestiue & moderate daretur, consuetæ scilicet hanc per sanitatem bibere. Verum alijs curatio huius erat commissa: quare nobis silere est visum. Alteri vero qui eodẽ tempore ægrotarat, & se nobis commiserat: quoties nutritus est, fontanæ planè gelidę dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtilissimum est, vbi febris ideam perspexeris, in prima statim accessione minore cum periculo, copiosiore frigida vti, corporibus ad validam siccitatem nondum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus & calidus) vbi in prima accessione duas frigidę heminas bibisset, statim quidem vomuit flauissimam bilem, nõ multo autem post etiam deorsum excreuit. Deinde cũ rursus post cibum aquę circiter heminam similiter sumpsisset, iam febricitare desijt. Non defuere tamen medici, qui cum nullam à principio febris speciem agnoscerent, sed postea cum iam præterijsset occasio, intelligentes vel in hecticam, vel etiam in marasmoden febrem ægrotantem incidisse: frigidam bibendam, nos imitantes, præbuerunt. Sed nemo metam attigit. Nam magna solicitudo habenda est in ijs, qui ita se habent, de frigidæ potionis mensura.

De Marcore. Cap. vij.
Frigidam in hecticis dandam esse, si solæ sint, omni tempore, si vero implicentur cum alijs febribus, cum iam humores fuerint concocti.

Eadem propemodũ esse frigidæ potionis exhibendæ tempora censendum est. verum si in hac aberretur, cum magno fit detrimento. balnei vero vsus in prædictis febribus periculo vacat: nisi forte virium adesse imbecillitatem suspiceris. & sanè nos plerosq;, quibus marcor aduertebatur imminere, his præsidijs curauimus. Dictum autem est in primo de febrium differentia libro, diariarum febrium quasdam cum hecticarum febrium genere communicare, primoq; die non posse exquisite cognosci, sed vel in secundo, vel

D omnino in tertio, ac cum primum cognitæ fuerint, aqua frigida sibi ipsis danda est. quippe eo tempore est tutissima, cum & virtus valida sit, et sanguis in corpore copiosus contineatur. nam vbi febres moram traxerint, tunc & vires redduntur imbecillæ, & sanguis fit paucus. duplici igitur læsione læduntur, altera quidem, quia ex aquæ potione pars aliqua feritur, ac refrigeratur: altera vero quoniam qui eam exhibent, nisi modum, mensuramque debitam tenuerint, non solum aliam quampiam particulam refrigerabũt, sed & eam ipsam, quæ principium generationis febris obtinet.

IX. Meth. med. Cap. v.
Frigidam exhibendam in febribus synochis, et quid obseruandum.
Itemq; in hecticis.

E Quod si curare aliquando infirmum cogeris cui non solum antea secandæ venæ remedium prætermissum est, sed nunc quoque vel per medicorum ignorantiam, vel ipsius laborantis propinquorumúe eius timiditatem procedẽte tempore mittere sanguinẽ prohiberis: ad frigidam exhibendam accedes. sed diligenter ante discernens, quantum ex ea nocumentum contingere possit. Nam si id aut exiguum erit, aut nullum: offerenda potui est, quę prorsus sit gelida, quantum bibere ægro libet. Quinimmo magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum: ab hac quidem abstinendum, atque alijs auxilijs quibus obstructio eximatur, & abundantia vacuetur, & febris feruor deferbeat, vtendum. Porro incommoda, quę frigidam potionem intempestiue immodiceque

F exhibitam sequuntur, in his consistunt, quòd lentos crassosq; humores, siue hi obstructiones, siue putredinem, siue phlegmonen, siue qualis erysipelas, aut scirrhus, aut œdema est, affectum creauerint, attenuari digerique prohibent. Ergo quoties ex his febris accenditur, atque ad eos vacuandos frigida data non conducit, ad præsens quidem non paruum affert leuamen, propterea quòd iam accensam febrem extinguit. verum cum causa eius adhuc perstet, aliã denuo accendi est necesse, atque ea quæ præcesit, nonnunquam difficiliorem, propterea quòd densatum ex frigida corpus est. Atque hæc vna noxæ species est minime contemnenda. Altera talis est. Multæ laborantis imbecillæ particulę, siue ita se ex naturali intemperie habeant, siue ex vitio adscititio, à frigida læduntur. Alij nanq; gula adeo vehementer est affecta, vt vix deglutiret. Alij ventriculus, sic vt vix concoqueret. Alij ipsum

vētriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septum transuersum, aut renes, aut vesica, aut tale quippiam aliud à frigida percussum, ad proprium opus infirmum est redditum. Nonnulli autem ex intempestiua immodicaq́; eius potione, non multo interposito tempore, nec postmodum, sed illico difficultate spirandi, & conuulsione, & tremore corripiuntur: ac toto (vt semel dicam) neruoso genere læduntur. Nec ignoro quin formidolosum te ad frigidam offerendam ijs quæ memoraui redderem, nisi ea me vsum subinde vidisses, semperque cum successu, nec ægrum in vllo manifeste læsisse. Quibuscunque enim i principe particula tumor aliquis è phlegmones, œdematos, aut scirrhi genere constitit: ijs frigidam offerre non oportet. Sed nec ijs quibus obstructio putridusuè humor non concoctus incommodat. Quòd si euidentes percipis absq; iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat æstimabis, sit ne pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. Porrò erysipelas, quod verum erysipelas sit, nō aliter sanaueris. At si mistū cum phlegmone sit, in hoc concoctionis expectandæ sunt notæ. Atque hæc latius quàm pro re nunc proposita, cum postmodum etiam forte necessum erit de frigida exhibenda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex sola obstructione est orta: altera vero etiam cum putredine per omnes venas. Cum ergo concoctionis humorum in ijs notas videris, de quibus dictum abunde in libris de crisi est, audacter frigidam dabis. quippe solidarū animalis partium natura roborata, prætenuatos iam humores aggreditur: ita vt qui vtiles sint, atque ad nutriendum habiles, hos quidem ad se trahat, inutiles vel per ventrem vel per cutim eijciat. Quòd si etiam frigidæ assuetus æger fuit, magna cum fiducia frigidam exhibebis: ipsa scilicet experientia iam doctus omnia viscera eius occursum familiariter tolerare. Omnino nanque si quod frigidum adeo esset, vt ab hac offenderetur, id per sanitatis tempus euidenter offensam suam ostendisset. Nulla vero per sanitatem particula quicquam ab hac læsa, nec etiam inter febricitādum quicquam lædetur. Vbi nanque nonnulli aquæ frigidæ potioni non assueti, tamen propter ardentem febrem eam bibere coacti, nullum incommodum senserunt: multo profecto minus eorum qui assueuerunt, quisquam lædi debet. cui etiam quasi pro munimento maximo accedit ipsa caloris copia. Hic nanque cum in vasorum finibus plurimus contineatur, vtpote tum aerea in his substantia, tum etiam succis omnibus inflammatis, quantum ab frigido patitur refrigeratus, tantum rursus calefaciendo in ipsum agit. Ideoque minus tuta ijs qui exiguum sanguinem carnemque obtinent, frigidæ potio est. Celeriter nanque ad solidas animalis peruenit partes, nulli quod eius vim frangat occurrens. Eō etiam fit, vt hecticæ febres nec perinde eam quæ prorsus sit gelida, nec multam desiderent: ceu quæ extenuatis omnino, exiguique sanguinis corporibus incidant. Verum de illis post agetur. Maxima vero continentium febrium remedia hæc duo sunt, detractio sanguinis, & potio frigida. Verum illa nullo non tempore, modo vires sustineant. hæc cum & in pulsu, & vrinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem est maxima.

Finis.

DE BALNEIS EX HIPPOCRATIS ET GALENI LIBRIS.

IN diſpoſitione locorum Hippocratis & Galeni,in quibus de balneis arte paratis,& ſponte naſcentibus loquuntur,is ordo eſt ſeruatus, vt principem locum obtinerent ea,quæ Hippocrates ipſe in tertio de ratione victus in morbis acutis,de balnei vſu,& commodis,continuata ſerie cum Galeni commentarijs,dixiſſet: deinde vero ea ſequerentur, quæ alibi Galenus cum Hippocratis ſententiam exponens,tum ſuam ipſe pronuncians de apparatu,loco, & tempore balneorum admonuiſſet. Cumq; duo eſſent genera balneorum, quorum alterum ex aquis dulcibus,ijsq; vel calidis vel frigidis, alterum vero ex naturalibus aliqua medicamenti qualitate prꝗditis fieret,in primis de balneis aquæ dulcis calidæ,deinde de balneis ex frigida, poſtremo loco de ſponte naſcentibus agetur.atq; hæc quidem omnia ad corporis ęgritudines eo ordine ſunt accõmodata,ac diſpoſita,qui in re inordinata adhiberi maxime potuit.qua quidem in re Ioannem Baptiſtam Raſarium Nouarien. Medicum vt operam ſuam ipſe quoque nobis præſtaret,rogauimus. Itaque eius etiam induſtria, ac diligentia, tibi optime lector ſatisfactum iri ſperamus.

DE BALNEIS EX HIPPOCRATE ET GALENO.

Balnei vtilitates et incommoda explicantur.
Quæ ad balnea sint necessaria: locus, via, ingressus, exitus, lauandi ratio, tẽpus ad id accõmodatum.
Quibus morbis balnea conueniant.
Quoties in die lauandum.
Et deniq; quicquid ad hanc rem pertineat, tum Hippocrates, tum vero etiam Galenus declarat.

III. de Vict. rat. in morb. acu. com. xliiij.

ALNEVM in plerisque morbis confert. In his quidẽ perpetuo, in alijs vero non: estq; quando minus vtendum sit, q imparatum homines habeãt. Nam in paucis domibus parantur necessaria, reperiunturq; qui rem, vt oportet, curẽt. Quod si omnino recte quispiã non lauetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto siquidẽ est opus quod fumo careat, copiosa item aqua, & crebra lauatione, sed non admodũ abundanti, nisi res ita postularit.

Balnea huiusmodi, temporibus Hippocratis nondum parari videbantur. nam quod ait, paucis in domibus parari necessaria, & reperiri qui rem probe curẽt, opusq; præterea tecto esse non fumoso, copiosa aqua, & quæcunq; deinceps dixit: indicat, q in domibus calefiat adhuc itra lebetes aqua, labrisq; infundatur. Quod autem in fine dictionis ait, crebra opus esse lauatione, sed non admodum abundanti, nisi res ita postulauerit, si vtiq; memoria non excidat, in sequenti doctrina obseruabimus. Nam ipse inquiet: sunt qui abundanti aliquando egent lauatione: id autem est cum æger multa aqua lauando perfunditur. quod si quid ipse non dicere videbitur, nos non pingui minerua, neq; vt fors tulerit, sed sequentes sensum eorum, quæ ab ipso scripta sunt, illud inuestigabimus.

Et potius non abstergendũ. Quod si abstergendũ sit, calido aliquo, atq; **B** multiplici plus quam existimetur, vtendum abstersorio, perfundendaq; aqua non pauca, et celeriter post perfundenda.

Nullus æger cum lauatur detergi expostulat, nisi sordidus sit, & pruritu vexetur. Nempe qui ægrotãt, aqua citra laborem omnẽ, læsionemq; prolui debent. Detersio autem purgamentis fit tum mordentibus tum siccantibus: quo fit vt ea tum virtuti, tum vsui balneorum aduersissima sit. Si vero æger detergi debeat, vel propter sordes, vel propter pruritum, vim medicamẽti detersorij multa admista aqua, imisso quoque oleo exsoluere oportet. Quo circa inquit Hippocrates, atq; multiplici plus q̃ existimetur, id est q̃ sanis consuetum sit, vtendum abstersorio. Non enim substantiam medicamenti abstersorij in ægris multiplicem accipiendam præcipit, cum non abstergere magis q̃ abstergere velit. sed detersorij quantitatem in ægris multiplicem fieri iubet per aquæ adauctionem. Ea siquidem ratio detergentia quoque vitare præcipit, non excitante vel sorditie vel pruritu, acribusque ipsis & sinceris non vtẽdum. Sicut autem multitudine aquæ admista exsoluit detergentis medicamenti acrimoniam, eodem modo totius detersorij vim exsoluit, superinfundens statim multam **C** aquam, calidam, puramq;, atq; deinceps aliam.

Via ad solium breuis sit.

Commune id est, siue in balneo hominem laueris, siue in domo aliqua extruxeris pyram, & labrum aqua impleueris. Quod & nunc in castris fit sæpius, cum lauari quempiam deficiente balnei loco oportet.

Facilisq; tum ingressus, tũ egressus.

Prorsus siquidem citra fatigationem lassitudinemq; ægrum seruare iubet: atq; ob id solium facilem tum ingressum, tum egressum habere voluit. Id proculdubio fiet, si paries qui aquam continet, neq; sublimis, neq; angustus fuerit.

Maxime autem laudabile, & à labore omni alienum est, quod in aquarum sponte nascentium conficitur lauacris. Nempe solis humilia, & ita depressa prope omnes conficiunt, vt nihil solij pauimento quod propè est emineat.

Qui lauatur componat sese, taceat, & nihil agat: sed cæteros tum perfundere tum abstergere sinat.

Hæc quoque prædictis similiter vt æger non laboret, conferunt. Nempè & ægrotantis quies vt corpus in balneo tum laxius tum mollius redd datur, est idonea. Nam cum mouetur corpus, musculi extenduntur, qui minus molliuntur, & relaxantur.

Multę quoq; aquę misturę parent.

Vult siquidem misturam parari, eum qui in solio lotus est, perfusurus. quod medici huius téporis omnes efficere consueuerunt, cum ęgrum lauerint. Neq; enim in labrum frigidum ingredi permittunt, sed tepida perfundunt aqua. Alij solia tota aqua huiusmodi replent. Nam vt corpus, tum laxius, tum rarius, calida lauatione est redditum: ita rursum quiete paulatimq; contrahere ipsum, & cogere, & desare in animo habet. Nempè id ad virtutis robur confert, facitque vt non facile homo lædatur, nisi subita quædam in ambiente aere fiat ad frigidum permutatio. Ob id qui rectè valent, à balneo calido sese in frigidá projciunt aquam. Sed qui ægrotant, contactum frigidæ non sustinent citra læsioné. Quapropter frigiditatem calidę mistione frangimus. Mistionis autem quantitatem inueniemus, imprimis quidem si corporis affectionem inspexerimus: deinde & propriá laborãtis naturam, ætatemq;, & anni tempus, & regionem, & præsentem cœli statum. Probè autem facient qui à calido balneo tepidas non minus trium generum aquas, quæ inter se differant, parabũt: vt prima quidem admodum tepida sit, secunda vero minus: & tertia adhuc quæ magis ad frigidum declinet. Tale autem quippiam velle visus est Hippocrates, cum præcepit misturas parari. nam quod paratur, nó solum simpliciter multum, sed etiá multarum specierum esse, melius est: vt paulatim à calido ad frigidum procedatur, cum subitam ad cótrarium mutationem æger non ferat.

Celeresq; faciant perfusiones.

Celeres, referre oportet, non ad eá solũ quę in perfusione fit actionem: verum quoq; et ad illud quod actiones interiacet spatium: vt inter primá perfusionem & secundam, parum sit interualli.

Et spongijs pro strigili vtantur.

Neq; strigilibus in ægris ipsis, neque spongia medici huiusce temporis vtuntur, sed à balneo eos linteo cótegunt, alij vestibus & potissimum puris, vt plurimum sudent, obuoluunt. Sed non

D semper ægrum ipsum à balneo copiosè sudare conuenit. Nempè sæpius laborantem ad balneũ non vacuandi corporis gratia ducimus: sed prorsus contrariam ob rationem vt scilicet humectetur, madescatq; quod immoderatius exaruit. In talibus igitur non in balneo sunt expectandi sudores multi: sed quam citissime solij aquam ingredi, & postea egressos resiccare expedit.

Et non valde siccum perungant corpus.

Qui sermonis proprietatem contẽplatus fuerit, is de vnctionis vsu in balneo itelliget, ne eorum quæ de necessitate dicenda sunt, quippiam prætermissum esse videatur. Nam vbi post balneum spongia aquam detersit Hippocrates, obscurum quidem est si corpus vnxerit: bene tamẽ E ægri corpus cum humidum existit, perungendũ esse constat, nisi quispiá dixerit, ꝙ Hippocrates hoc ipsum oleum, quod cum aqua est, resiccet. Est igitur vtile vt de vnctionis in balneo vsu discutiatur, sed necessaria magis est super vnctiõnis tempore discussio, si oleum perfundere cõueniat, vel vbi qui lauatur sudauerit, vel cũ siccus adhuc est consestim vbi sese exuerit, & priusquá sudauerit, vel horum neutrum fuerit: sed vbi humescere cęperit. Sanè quicunq; eorum meminit quę de olei facultate in simplicium medicamentorum tractatione dicuntur, is exactè nouit optimum esse olei vsus in ijs qui lauãtur, tẽpus quod tertio dicitur loco. Nouitq; quonam pacto calfactum corpori exhibere cõueniat. Nempè id corpus mollius reddit laxiusq;. cũ frigidum suo con F tactu non solum horũ neutrum efficere natum sit, sed & eos qui lauantur frigentes reddat.

Caput vero spongia, quoad maxime fieri poterit, resiccare oportet.

Quòd in balneo caput curiosè resiccádũ sit, vt ne minimũ quidẽ supersit humiditatis, nequaꝙ est ambiguum. Nam quicquid relinquitur, refrigerare cõsueuit. Non tamen à spongia vt fiat, effici potest, nisi statim ab initio post misturarum vsum. Capitis tñ aquá linteo resiccare ẽ melius.

Neq; caput ipsum modo verũ et extrema, & quamuis aliã partẽ corporis à frigoris iniuria prohibere conuenit.

Quod enim pars nulla oı̄no nuda esse debeat, cum à balneo aquam eorum qui lauantur resiccant, constat liquido oı̄bus. Nam quæ ita denudantur partes, cito eas refrigerari nemo ignorat.

Lauari quoq; is non debet, qui nuper vel sorpsit vel bibit.

Non

Non in ægris modo verum quoq; & in sanis nullus confestim à cibi vel potus sumptione lauari debet. Nam qui biberũt, his caput repletur. qui vero cibum sumpserunt, his non caput modo, verũ & corpus totũ alimoniam ad se prius, quàm concocta fuerit trahit.

Neque confestim à balneo sorbendum, neque bibendum.

Sedata quæ ex balneo est perturbatione, tum esse, tum bibere melius est, veluti & composita ea quę ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potum sumere, caput replet, deuoratumq; interdum superfluitare facit.

Nunc autem admodum ponderare oportet si æger cum recte valuit, balneum valde affectauit & lauari fuerit assuetus. Nempe tales magis appetũt, iuuanturq; cum loti fuerint adeo, vt lædantur si non fuerint loti.

Peripneumoniæ autẽ magis quam ardenti febri confert. Nam lateris, pectorisq; & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat, educitq;, & spiritum facilem reddit. Lassitudines tollit, mollit articulos & cutem per summa apparentẽ, vrinas ciet, capitis soluit grauitatem, & nares humectat. Tot ergo sunt in balneo bona, quibus omnibus est opus. Cęterũ si in apparatu re vna vel pluribus defectũ sit, metus est ne non prosit, vnum siquidem horum quoduis fuerit, si à ministris non vt oportet, præparetur, valde lædit.

Quare Peripneumonias magis quàm febres ardentes iuuet balneum, ostendit Hippocrates cum inquit: nam lateris: pectorisq;, & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat, educitq;, & spiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo est præsidio. Sanantur siquidem qui contenta in pulmonibus sputa expuũt. Pleuritici quoq; ob doloris mitigationem valde iuuantur. Quapropter duorum alterum: nempe vel ita scribendum, peripneumoniæ autem & pleuritidi magis q̃ ardenti febri confert: vel in peripneumonia pleuritidem subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: peripneumonia non habet. Cæterum cum peri-

A neumonijs magis quàm ardẽtibus febribus conferre balneum inquit, docet quoque & æstuantibus quibusdam auxilio esse.

Qui in morbis aluum plus iusto humidiorem habent, ij nõ sunt lauandi, neq; hi quibus magis quam decet, detinetur, & soluta non sit, neq; quibus vires languent, nec cibum fastidiẽtes, nec nauseabundi, nec biliosa ructãtes, nec quibus sanguis è naribus ꝓfluit, nisi minus, quam decet, fluxerit, nec quod decet, te latuerit. Nam si minus quam decet, fluat, lauabis, siue vniuersum corpus in cæteris, siue caput solũ iuuerit. Si igit apparatus hi cõuenientes fuerint, ægerq; faciliter balneũ susscepturus sit, quotidie lauare oportet. B

Quibus complura per vẽtrem subducuntur, balneum sistit, ea ad corpus vniuersum reuellẽs atque hac occasione detrimentum affert. Quod autem qui nullo modo deiecerunt eos antea vetustam fæcem euacuasse melius sit, nemo ignorat: sicuti, neq; eos, quorum vires sunt dissolutæ, quas balneum magis exsoluit. Ait præterea & cibum fastidiẽtes, & nauseabundos, haudquaquã lauandos. Nempe hos viribus ita defici metus est, vt succedat ea quę stomachica appellatur syncope. Succedunt his, quibus hos ventriculi bile redundat: quos nota indicauit inquiens, nec biliosa ructantes. Pari modo neque eos lauare conuenit, quibus profluit abundè è naribus sanguis. C Nam si non satis fluxerit, lauare est consentaneum. Sunt autem ij qui copiosiore egent balneo, vt sanguis qui in capite est, vehemẽtius moueatur. Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius sermonis, siue vniuersum corpus in cæteris, siue caput solum iuuerit, clarius adhuc significauit quo nam pacto sæpius in domo calfacta ægrum absque solio collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

Lauandi autem cupidos si quotidie bis laueris, nihil nocebis.

Lauandi cupidos, eos intelligit, qui cum sani sunt, lauari gaudent, atque ob id sæpius lauãtur. Nempè hi cum lauantur, eum accipiunt qui ex consuetudine est scopum.

Tutius autem longe balneo vti possunt, qui tota vtuntur ptissana, quam qui solo vtuntur cremore. Quanquam & ij interdum vti possint, minime autem qui potu solo vtuntur.

Tempus quo lauandũ sit hoc in loco patefecit Hippocrates. Quod si ab initio pronunciasset, multa sanè, quæ loco medio dicta sunt, non obscura & ambigua essent. Ptisanam autẽ totam porrigit ijs qui mitius quietiusq; habent: solum vero cremorem ijs qui deterius degunt: verum ijs qui periculosius acutiusq; laborant, potus solos. Quod autem toto in hoc cõmentario de thoracis pulmonisq; affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus & præsertim pleuritidis vniuersalia pcipiens, sępius est demonstratum. Est expositum quoq; quonã pacto coctis morbis ptisana vti velit, quo tẽpore & balneum sine periculo conciliatur, vtpote quod ad sputorum quæ in thorace & pulmone continentur, expurgationem maxime conferat. Qui igitur, ita habent, & quę ex cõsuetudine est accesserit, idicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. Ait præterea balneum ἧσσον, id est minimum iuuare eos qui solo vtuntur potu.

Est sane & quando vti possint.

Non adiecit autem quando his balneo vtendum sit, sed nos qui sentẽtiam ipsius sequimur, dicemus. Potum solũ his exhibet Hippocrates, quos acuti ĩfestãt morbi: vbi vires ad morbi vsq; vigorem, qui interdũ cum ipsa coctione existit, veluti ĩ morbis thoracis, pulmonisq; suffecturas sperauerit. Coctis siquidem qui affectum progignunt humoribus, confestim excreabũt. Quod si qualia oportet, expuere cœperint, ĩ neutro adhuc modorũ neq; in affectu neq; in symptomatis morbus augebitur. Nam sæpius affectio ipsa qua laborant, mitior quidem existit, sed symptõmata augẽtur, vt in phlegmone obsessis particulis quo ipse inquit, modo, cum pus cõficitur, tũc dolores & febres fiũt magis, quam cum factum fuerit, sępius autem mutuis exultant incremẽtis decrementisq; symptomatum magnitudines & ea q̃ affectionis est, sitq; id in his phlegmonis in quibus pus effluit quod iam est confectum, vt in vulneribus quibusdam fieri cõsueuit, & in peripneumonijs pleuritidibusq;. Possunt ergo in his morbis & hi quibus potus solus vsui est, non inutiliter lauari. Nempe dolorem ipsorum balneũ mitigare ait, & sputa maturare. Sed sanè vacua-

D to prius corpore, id factitandum.

Scieris in vniuersum de balneorum viribus, quòd si non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionẽ parit: vacuato autem si exhibeatur, coctionem iuuat. Nempe corpore toto ante vacuato adhibitũ, aduacuatoriam obtinet facultatẽ. Quo fit, vt ex febre ardente laborantibus his, tantum opituletur, qui sine tumorę vel phlegmones vel erysipelatos laborãt, feruente in ipsis per totum corpus bile. Quod si coctionis signa habuerint, his multo magis conferet. Verum si ardẽs febris ob salsam pituitam putrefactam oriatur, aduersissimum illis eẽ balneum scire oportet. Neq; enim pituitosis humor per cutim euacuatur sicut biliosus, propterea quòd tum crassus tum glutinosus sit, neque extinguitur, longa egens concoctione.

E **Ex his autem quę ante scripta sunt, quos nam in singulis viuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos non, conijcere oportet.**

Nam quibus aliquid eorum quæ balneum & bonũ reddere & iuuare possunt deest: hos lauare non expedit. Quibus vero nihil deest, signũq; adest ipsis ĩ quo lauare cõueniat: lauare oportet.

III. de san. tuen. Cap. iiij.

Duo fuisse genera balneorum apud veteres, aquæ dulcis, et aliarum aquarum, quæ aliqua alia qualitate prædite sint. Et de balneis calidarum, ac frigidarum aquarum, quatenus ad tuendam valetudinem pertinent. in quo vsus, modus, & tempus balneorum exponitur.

F Nunc de balneis agere tempestiuum videtur: ac primum quidem de aquis dulcibus calfactis, vt quarum crebrior sit vsus: mox de frigidis: postremò de ijs quas sponte natas appellãt: quarum aliæ media temperie, alię feruẽtes, aliæ tepidæ, aliæ omnino frigidæ sunt.

Dulcium calfactarum aquarum, si media temperie sint, vis calida & humida est: sin tepidiores sint, humida & frigida: quòd, si iusto calidiores fiant, calida quidem, sed non perinde humida. Quippe horrent corpora, contrahiq; exiles eorum meatus subigũt, ita vt nec madescere ab extrinsecus accedente humore possint, nec excrementi quod intus latet, quicquam emittere.

Cęterum ab ijs incipiendũ, quę medium temperamentum obtinent, quæ per se semper calfaciunt, & humectant: euenit tñ ex accidente vt aut per halitum digerant humores, aut superuacua fluxione (ῥεῦμα Græci vocant,) corporis particulas

ticulas impleant, aut molliant, aut concoquant, aut vires firmét vel infirment. Siquidem ad hæc quantitas quoq; earum non minimum confert. Quin alios quoq; multos lauationis aquę temperatę et potabilis effectus, qui iam cóprehensis superuenient, enumerare licet: quorum qui proposito nunc operi sunt accommodi, dicentur q̃ fieri potest paucissimis, dilato videlicet í aliud tempus eo quem in morbis præstát vsu. Sed quod ad sanitatis tuendæ spectat vsum, iuuenis iam exercitatus redeat. Huic igitur prędicti balnei perexiguus est vsus: vt qui oia iam ex mediocri exercitatione, & ex apotherapia est cósecutus. Nihilo secius tñ si probè balneū adhibeas, ipsum quoq; apotherapiæ pars aliqua fit. Siquidem duras tensasq; partes emollit: excremétū, putreq;, si quod intus ad cutim hęret euocat. verum neutrius horū egere videtur iuuenis, nec vllum aut mollioris carnis aut adipis liquamentū credibile est illi inter exercitandū euenire, cum & immodicos, & vehemétes motus talia sequebátur: huic vero non solum expulsa oïa excrementa, sed et emollitæ solidæ partes sunt obiter dum apotherapia est vsus. Quare alium sibi in balneo sudorem, & puluerem, siquádo hoc vtitur, magis postulat q̃ calefieri. Ergo transire tantum ad solium vsque, non in laconico immorari, is debebit, sicuti qui citra exercitationem se ipsos elixát. Sed nec morari in piscina huic est opus: immo lotus, vt comprehésum est, ad frigidá festiuet, atq; ipsa quoq; mediocris esto, vt pote ad medij temperamenti corpus. Quibus.n. aut vehementer frigida opus sit, aut molli & veluti insolata, post dicemus.

Cæterum optimum corpus, quoad augescit, non est frigida lauandum, ne eius incremétum moretur. Vbi vero abundè est auctus, iam frigidę quoq; assuefaciendus: vt quę tum corpus vniuersum roboret, tum cutem densam duramq; efficiat, quod sanè tutissimum est aduersus noxas, quę extrinsecus imminent. Quemadmodum vero quispiá frigida lauari primum incipiet, sic vt nullam ex subitaria mutatione noxá sentiat, id vtiq; ante omnia sciri cóuenit. Multi enim cum parum recte incepissent, adeo in frigidam lauationé male fuere affecti, vt nec ijs qui tutissime eá administrare potuissent, se permitterét. Esto igitur anni tempus æstatis initium: quo videlicet ante hyemem in toto interposito tempore non spernenda consuetudo patiatur. Esto præterea dies quo auspicabimur, quàm maxime tranquillus: & quod id tépus feret, calidissimus: cuius etiam calidissimam deligendam esse partem

A nemo dubitet: sicuti etiá gymnasterium, quod mediocri maxime sit temperaméto. Et externa quidé præparatio talis est. Corpus ipsum, quod vti frigida debebit, ad hunc modū pręparabitur. Esto illi ętas quarti maxime septenuij medium, nulla nec ipso die, nec quæ eam præcessit nocte, noua re alterato, sed pristinam salubritatem ad vnguem seruanti. Esto vero qui frigida vtetur, Iuuenis, et animo tum pręsente, tum planè hilaro siquando aliàs, etiam tunc pręcipue: ac primū quidem fricetur linteis vberius. Sunto autem frictiones magis nunc q̃ ante vehementes, atque etiá linteis durioribus administratę. Quod si manicas consutas manibus progymnasta circundabit, atq; ita fricabit, quo fiat opus ęquabilius: nō minime ad rem ꝑtinebit. Dehinc oleo prout assueuit, fricetur: inde exercitetur, exercitationibus B multitudine quidem paribus, sed citatioribus q̃ ante. Ab his in frigidam descendat, non tñ contanter, sed celeriter, vel etiá semel totus insiliat, huc vtrobiq; spectás, vt vno maxime tépore oíbus corporis partibus humor circunfundatur: quippe cum si sensim his accedet, horrorem concitaturus sit. Esto vero & aqua ipsa nec tepida, nec planè cruda & glacialis, altera nanq; repercussum caloris nó efficit, altera ferit insuetos ac refrigerat. Siquidem procedente tempore, tali quoq; aqua vtatur iuuenis, si necessitas exigat: verum primo saltem die omnino cauéda est admodum frigida. Exeunti vero ab aqua, fricari oleo, idq; à pluribus expedit, quoad cutis ipsa incaleat. Post hæc cibum plusq̃ consuetum, potionem infra consuetudinem capiat. Quæ ipsemet vel iniussus faciet, rite modo oïa sint peracta. Ná C à frigida lauatione & plus appetunt, & melius cócoquunt, ac minus sitiunt, veniuntq; ad exercitationes postridie planè meliore habitu corporis, mole quidem pari ei quæ ante, cæterum compacta, & musculosiore, ac vegetiore: cute vero duriore, ac densiore. In hoc ergo secundo pręterea die similiter omnia sunt peragenda, etiá tertio, & quarto. Postea vero procedente tempore ad eundem modum frigidam iterum ingredi iubebimus, videlicet post eá quæ priori ingressui successit frictionem, vt prius est comprehésum. Verum tertio eam ingredi, quod nonnullis placuit, non laudo. Nam & iterū id fecisse, abunde satis mihi esse videtur: præsertim cū pro arbitrio nostro immorari hoiem iubere liceat. Ipsum vero immorandi tempus, hic quoq; à quotidiana ipsius experientia est coniectádum. Ná si egressus frigidá coloratior ex frictione cito redditur,

mediocriter moratum indicat, sin & tardius ei calor redeat, & decolor diutius maneat, plus æquo moratum docet. Si ergo cutis notis intentus sis, facile intelliges, an per tempus postea in frigida morari cōueniat, an potius ad maius minusuè aliquid sit mutandum. Et de frigida lauatione, quod ad optimam naturam spectes, abundè dictum arbitror.

I. De ijs quæ in medicatr. fiunt. com. vi.
Quæ ad balnea opus sunt.

Paucis enim ī domibus, Balneorum commoda pręparata habētur, & ministri idonei. Alueos igitur, rotas, pelues, labra, & cætera id genus ἄρμενα, id est, commoda vocari cēsendum est, quæ commoda ijs qui curantur, & necessaria sunt.

II. de temp. Cap. ij.
Balnearum aer, & aqua triplicem calorem habet.

Balnearum aer ita est aliquando calens, vt nemo eum ferat, sed vri in eo versatus videatur: aliquando ita est frigidus, vt sudare in eo non sit: iam tertium quoq; eē, & ab his diuersum, quem vtiq; maxime requirimus, temperatum aeris statum quid refert dicere? ijdem tres caloris status in solij quoq; apparent aqua: quippe quæ calida adeo, vt vrat: & frigida adeo, vt nec calfaciat quidem, et temperata adeo, vt calfaciat modice, sæpe cernitur. ergo si te vter sit calidior percuncter, aqua ne temperata, an aer temperatus, neutrum dicere possis. cum enim ambo similiter corpori blanda sint, & mediocri temperie, alterum eorum dicere calidius esse, alterum frigidius nulla dici ratione videtur. Iam si intelligis aquam labri ea esse caliditate, vt ferueat, aut aerem balnei prorsus inflammatum, ab vtroque te pari modo deurendum constat. rursus si aquā ita intelliges frigidam, vt procul à glaciādo non absit: aut aerem prorsus refrigeratum sicut cum ningit, conspicitur, patet, quod vtriusuis occursu pari modo refrigeraberis, rigebisq;.

Aduersus lycum. Cap. ij.
Balnei multas esse intemperies.

Verum vt quæ dicuntur, apertius intelligantur, optime à nobis fiet, si in memoriam balnea reuocabimus, in quibus vna cum sit temperatorum formula, multæ visuntur intemperies. vna enim balnei intemperies ea est, cum plus, quàm vsus postulat, repertum id frigidum fuerit: altera, cum ad molestiam vsque excalfactum sit: tertia, cum nec frigiditatem eius, nec caliditatem damnantes, vapore tum repletum esse dicimus, hocque illud nomine culpamus. Quis enim est, qui nesciat, qui modo homo sit, temperatam sępius non solum aquam reperiri, sed ad eundem etiam modum aerem, atque vaporem? sic enim temperatus in ipsis balneis lapis est, in quo nec caliditate nimia, nec frigiditate, neq; ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, volutari possumus. Igitur quemadmodum in aqua, lapide, aere, eodem modo ī vapore temperata inest caliditas. qui quoties balneum temperie hac prędit us repleuerit, qui lauantur, balneum quidem huiusmodi damnant, deq; eo queruntur, non tamē frigidius id, aut calidius appellāt. quod si huiusmodi etiam aliquid accesserit, duplici balneū culpa notāt, frigidum id esse dicentes, vaporisq; plenum, quemadmodum rursus nimio cum vapore immoderate calidum. nō tradamus igitur hæc obliuioni, neq; præ nimia, quam nonnulli ostentant, sapientia, quæ vniuerse hoībus cunctis aperta sunt, destruamus. verum quoties dicētem de animali audiemus aliquē, quod huius temperatus calor sit, ītemperatus illius, balneorum recordati cum erimus, nō erit ad diuersum quippiam dirigenda cogitatio, sed illuc quo cōmunes notiones integras seruant, quotidie cum alijs permultis, tum vero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigunt trāsferenda. calidum itaq; balneum esse inquiunt, ac frigidum: vaporis item plenum, siccumúe, atque aridum. singulis his nominibus propriam rem aliquam significantes. Est igitur præter hęc, quę retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenū, & eo numerosissimarum specierum: siquidem alius ex roboreis lignis, ex ficulneis alius, oleaginisue constat, ac pro vnaquaq; arbore alius, atq; alius. sed his particulatim differētijs in pręsentia non egemus. satis nūc sit, si vniuerso genere hoc vnica nomenclatura, atq; intelligentia comprehenso fumidum esse balnei aerem dixero, nihil hic nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam vtrobique culpato, & quod calidum balneum, & quod fumidum sit.

VI. in. vi. de morb. vulg. primo.
Quæ commoda ex balneis eueniant.

Nōnullos profecto vulgares audiui quod ipsis ex potabilium aquarū balneis acciderat, admirātes. Prius enim per calentē solem confecto itinere domum reuersi squalidum corpus, osq; aridissimum se habere dicebāt, nec nō & ardentissima

tissima siti cruciari, à lauatione autem sitim extinctam esse, os humectatum, pariterq́; totũ corpus molle atq; humidum effectum, priorem deposuisse squalorem fatebatur. Alij vero & in solijs corpus suum aquam attrahere indubitanter se percepisse affirmarunt. Hæc sanè, quæ vel imperitis patét, decreti testimonia ab ipso sensu accepta sunt, aliqua ;vero ex subtilioribus rationibus à medicis inuenta sunt.

X. Meth. med. Cap. x.

Balnea inuenta esse ad imbecilla corpora præcalefacienda.

Ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, atque ad frigidum solium præparent. Non dissimile quiddam faciunt, & qui sine balneo frigida vtuntur, cum scilicet se ab exercitatione in eam saltu demittunt. Siquidem cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi illis est exercitatio: vt quæ non tantum calfaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum concitet sic, vt & frigidæ impetui occurrat, & quo minus violenter in profundum ruens viscerum aliquod feriat, aduersetur, atque prohibeat. Nam neque ipsam frigidæ substantiam, neque eius qualitatem omnino integram vsque ad viscera pertingere, est salubre: immo & satius & tutius est solam eius qualitatem, per ea quæ intercedunt (vt sic dicam) propagatam, citra substantiam ad profundum permeare.

X. Meth. med. Cap. x.

Balnea & prima ratione, & ex accidenti conferre.

Quatuor balnei partes, quam vim habeant.

In febribus quando lauandum.

Horroris ex balneo causa.

Quædam sanè remedia complicatam quodammodo duplicemque facultatem habent, ita vt & prima ratione proficiant, & ex accidente; quod genus balneum est, vt pote ex partibus varia facultate præditis compositum. Quippe ingredientes in aere versantur calido: postea in aquam calidam descendũt: mox ab hac egressi, in frigidam: postremo sudorem detergent.

Prima Balnei pars potest materias per totum corpus tum calfacere, tum vero liquare: præterea quæ inæqualia sunt, æquare, & cutim rarefacere, & multa quæ sub hac ante detinebantur, vacuare.

Secunda Balnei pars, vbi quis in sicco corporis affectu ea vtitur, potest madorem vtilem solidis partibus immittere.

Tertia Balnei pars potest, vbi quis frigida vtatur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & vires firmare.

A

Quarta Balnei pars potest corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare.

Siquis intépestiue lauetur, potest dulcis aquæ temperatum balneum circa hominis corpus efficere tum horrores, tum cutis densitatem. His. n. qui cum in balneo se lauant, horrore tentantur, vna (vt sic dicam,) continens excitati symptomatis causa est: alię quę hãc præcedunt multæ. Sanè horroris causam esse dico mordentiũ excrementorum confertim actorum citatiorem motum. Proinde quibus horum est abundantia, caro vero, ac cutis densę, siue balneum sint ingressi, siue steterint in sole, siue quoquomodo vel gestati, vel perfricti, vel exercitati vehementius sint dimoti, vtiq; ijs horror incidit. Contra: quibus hęc pauca sunt, & corporis habitus, vt laxetur rarefiatq; à balnei calore, promptus, ij nõ modo non horrent, sed etiã meliores redduntur, vtpote excremẽtis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisquam ęgrotãtem lauit. Quippe densata est hoc tempore coarctataq; & cutis ipsa, & quæ sub hac habetur carnea substantia. At in febris inclinatione, vel incipiente, vel procedente, vel amplius progressa, & nos sępe, & alij medici nonnulli multos sępenumero ęgrotos lauantes non parum iis contulimus. Porrò quando inclinatione incipiente, aut iam progressa, aut etiam in summo incremẽto (interdum enim id quoq; accidit, tametsi rarò,) ęger in balneum sit ducendus, in sequentibus definiemus. Nũc cum de generali facultate singularũ balnei partium dixisse institui, vnum omnium primum exponam. Dicoq; multos qui cruditate laborant, plures vero eorum in quibus mordentium excrementorum abundantia subest, omnes pręterea qui vel in febrili significatione, vel in ascensu, etiam omnes qui in summo sunt incremento, præter admodũ paucos, siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido sole, siue exercitationes, frictiones, gestationesúe tentauerint, merito horrescere. Singula nanque horum confertim & impetu agi excremẽta subigunt. Cum igitur tam adhuc densa lauantis cutis sit, vt ad primum ambientis aeris occursum nequeat naturalem suum habitum recipere, sed maiore ad id spatio idigeat, excrementa vero foras versus ruant vniuersa, & retineri illic ea est necesse, & quæ sub cute sunt aceruata, & quæ per carnes feruntur, mordere. Porrò in libris de causis symptomatum idicauimus mordentia excremẽta, vbi per sensibilia cor

B

C

pora feruntur, tum concussiones, quas ῥίγη vocant, tum horrores excitare. Ergo quam ob rem horreant in balneis oēs qui ante sunt comprensi, iam causam inuenimus. Pari modo, & cur nō horreant quibus aut nullum est in corpore excrementum mordēs, aut tantillum vt facile euacuetur. Ergo de his deinceps loquamur, propter quos etias de ijs qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingressus non horruit, sed laxata est illi rarefactaque cutis, huic planè necessario prædicta succedent, excrementorum vacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorū meatuum rarefactio, tēsorum relaxatio, densatorum fusio. Ac vacuatio quidem excremētorum, omni febri est vtilissima: Pari modo & rarefactio, & relaxatio: Fusio tamen & calor non item: sed calor oī febri est inimicus: quando refrigerari, non calefieri febriū affectus postulat. At fundi æqualiter, id solidis quidem animalis partibus non est alienum: succis certè non perpetuo est vtile. Sed quoties animali, vel phlegmone quæpiam, vel affectus phlegmones similis cōstitit, vel abundantia, siue ea quæ ad vires confertur, siue ea quę ad vasorum capacitatem, omnium profecto inimicissimum. Ac phlegmone quidē, cum calefacti, & liquati succi ad ipsas confluunt, augentur. Tunicæ vero vasorum impares abundātiæ, quę iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur, ac vires hoc ipso male afficiuntur. Ergo calidis his siccisq; affectibus, de quibus agebamus, emissio mordentium est salubris: fusio enim eorum est citra periculum. Calefactio tamen noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte ijs qui ita laborāt prouenire, modo tempestiue balneo vtantur, memoria teneamus.

Transeamus modo ad secundam balnei partem, quæ erat id quod maxime proprie Lauacrū vocant. Ergo in hac sicuti ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis cōmodi accedit.

Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxiè quæ fuerāt excalfacta, & vires firmātur. Siqua vero & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalem redeunt mediocritatem.

Rarefacta & iusto plus laxata, in naturalem redijsse mediocritatem, quarta balnei pars indicat. Quippe quibus omnia rite sunt adhibita, ij post frigidæ vsum adhuc sudant, & omnia ipsis excrementa vacuantur.

Itaq; ex omnibus quæ de balneis retulimus, vna summa colligitur: quod vacuatur quidem quicquid in corpore, vel fuliginosum, vel fumidum fuit: consistunt autem in naturali symmetria, tum caro ipsa, tum cutis: solidarum partium

D ariditas corrigitur: & calor non modo is qui ex lauacro accessit, verum etiam qui prius fuit, ex frigidæ vsu submouetur.

Maximo huius rei documento est status, qui ex eiusmodi balneo redditur, postquam in sole feruenti iter fecerimus. Quippe accedimus ad id, ne loqui quidem, præ linguæ, & faucium ariditate, valentes: totumque corpus stipulæ ritu aridum habentes. At egressi è frigida, illicò omnia pro naturæ habitu recipimus: nec febrili calore vexati, nec siccitate afflicti, promptèq; loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balneis vires in sicco et calido corporis affectu cognoscere desideras?

Ego sanè non arbitror. Licet autem cui placet, experiatur quod incommodum sequatur. vbi tali peracto itinère non lauerit. Aut enim statim

E febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato scilicet capite, perseuerabit: potissimum si frigida calorem nondum extinxerint. Multi tamen iuuenes eiusmodi confectis itineribus, vbi illicò se in aquam frigidam proiecerint, iuuantur: ac potissimum qui valentibus sunt viribus, & frigido solio asueti.

Ruri quidem, vbi balneæ non sunt in stagna vel flumina seipsos conijciūt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernāte corpus natura, ad id quod conducat impulsi. Quæ eadem etiam ratione carentibus animalibus instinctū inserit ad eorum quę offendunt contraria. Siquidem ea quoq; vbi æstu vexantur, frigida se lauant: sicuti etiam vbi frigore vrgētur, calida cubilia sibi inueniūt. Eodem contrarietatis studio, etiam cum esuriunt, comedunt, & cum sitiunt, bibunt: reliquaq; om

F nia naturæ impulsu obeunt.

Ac si certam febricitantium naturæ notitiam haberemus, non (arbitror) dubitaremus eorum aliquos assidue in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam quod sint quidā qui eam desiderent, vel ex ijs quos iuuit, constare potest: vt quibus frigida lauatio haudquaquam contulisset, nisi eo tempore recte ad eam dispositi fuissent. Verum qm̄ exacta nobis dispositionum notitia non est, ac maxima ex errore ēpendet noxa: vtiq; eiusmodi præsidia recusamus: potissimū in febribus hecticis. quādo p has & pauci sanguinis, et nudum carne, & expers adipis redditum corpus est. Nullum enim hi solidarū partium munimē habent, quod frigidæ occursum sine noxa excipiat, sed protinus similaribus ipsis partibus occurrit, à quibus omnes animātium actiones obeuntur. Iuuenis vero cui abunde sit carnis, æstatis tempore, atq; in febris summo vigore, modo nulla viscerum

rum phlegmone subsit, si in frigidam se coniece D rit, sudabit. Quod si frigidæ lauatiõi sit assuetus, securus remedio vtetur. Verũ de eiusmodi corporibus post agetur. Qui autem ex calida & sicca intemperie, hectica febricitant, ac potissimũ qui iam marasmodes fiunt, ijs vbi tale præsidiũ petunt, tutum non est in totam conijci: æque vt nec gracilibus & imbecillis, qui æstate calida & sicca, longa via peracta, refrigeratione indigent. Nã neq; his tutus est frigidi solij vsus, nisi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe simile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum solium post balneum ingredimur, ei quod ferro accidit cum tingitur. Etenim tum re frigeramur, tum roboramur: quemadmodum & illud, vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atq; huius rei causa ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, atq; E ad frigidum solium præparent. Non dissimile quiddam faciunt & qui sine balneo frigida vtuntur, cum scilicet se ab exercitatione in eam saltu demittunt. Siquidem cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi illis est exercitatio, vt quæ non tantum calfaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum concitet sic, vt et frigidæ impetui occurrat, & quo minus violẽter in profundum ruens viscerum aliquod feriat, ad uersetur, atq; prohibeat. Nam neq; ipsam frigidæ substantiam, neq; eius qualitatem oĩno integram vsq; ad viscera pertingere, est salubre: imo & satius, & tutius est solam eius qualitatem, per ea quę intercedunt (vt sic dicam) propagatam, citra substantiam ad profundum permeare. Iam q Hectica febricitantes ad balneum accedunt, nisi in frigidã sint dimissi, nihil iuuantur. Qui enim F aliter febricitant, eorum solidæ partes nondum difficile separabilem calorem obtinent. Itaq; et ex sudoribus, vna cum insensibili transpiratu, abunde his remedij est. Et sanè diariarum febrium ipsam propemodum substantiam vacuari per hęc contingit. In ijs vero qui ex siccitate febribus hecticis vrgentur, solidarum partiũ affectus candenti ferro est similis. Quo vtiq; minus eos in balneis calfecisse duntaxat humectasseq; contenti esse debemus: quippe cum sic alimentum, incrementumq; febri præbuerimus. Immo melius erit, vt mersis in frigidam extinguamus calorem. At in hoc metus est, ne corpus in diuersa transferas, ac frigidũ reddas. Quis hoc negat? Non tamen propterea vitio dandum est, quod prospere ex præsidio succedit. nec ꝑpterea quod mensura eius deprehendi est difficilis, prorsus est deserendum.

II. Simp. med. Cap. xxiiij.
Olei vires, & vsus ad sudorem in balneis, vel extra balnea.

Ex genere autem eorum quæ æque nos recalfaciunt, oleum est. Cui eidem quoq; à viscositate, ac quod difficulter item defluat, tum quod meatus infarciat, obstruatq;, duplici ratione vti excalfacere videatur euenit: tũ inde adeo quod instar vestimenti aut munimenti illinatur, tum quod meatus infarciat, prohibeatq; foras effluere magnam vaporosi intus caloris partem. Eadẽ ratione nec vt resiccẽtur corpora nostra permittit, nisi sane applicetur calidum, idq; plusculo tẽpore. Has itaq; vires eius cũ homines omnes experientia cõpertas habeant, quos largius sudare volunt, siue à balneo, siue balnei expertes, ijs nõ protinus ab initio oleum admouent: verum in ijs qui morbo laborarunt, vbi sudare inceperint, tum excalfactum, perfundunt circũliniuntve. In ijs vero qui etiamnum laborant, vbi abunde iam satis sudarint. Porrò in sanis, siquidẽ ex longo itinere, aut exercitatione, aliove quouis pacto corpus ipsis exhaustũ est, eis inungi & ante sudorem permittũt: verum quibus cruditas est, aut corpus habent plenum, quod πληθωρικὸν vocant, his neq; in balneo inungi concedunt.

II. Simp. med. Cap. xxv.
In balneis addi oleum, vt aqua diutius inhæreat, cum exsiccata, & squalore obsita corpora lauanda sunt.

At si corporibus inhærere posset aqua, nec facile deflueret, ipsa quidem per se potissimum in lassitudinibus sufficeret. Atqui cum ea quæ foris circũfunditur facile defluat, & quæ in poros ingressa corporis, nullam habens ansam prompte effluat, in hoc sane ipsum vtiliter miscetur oleum, maximeq; iuuat, si ex vtroq; quis diutius fricetur, id qđ veteres Greci χυτλοῦσθαι nuncupant. Nam vt reliqua taceã, vbi cum oleo aqua cõtunditur teriturq;, haud facile solubili mistione coit, vt quibus ita corporibus innngatur oleum, necesse sit & plusculum inhærere aquam. Quare hic item velut materia est quædam oleũ, humectantium exiccantiumq;, sicut ante ostensum est, excalfacientium, & refrigerantium. Quippe quod si exiccanti cõmisceas, totum esse ceris exiccans, sin humectanti & ipsum humectans reddideris. Sæpeq; quod ex ambobus cõstat, maiorem adipiscitur humectandi facultatẽ, quàm id quod primario est humectans, quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit, verum cum haud ita diu inhæreat, nec actionem obtineat diutinam, leuiter vtique prodest. Cum ergo

ergo illic velut vinculum fiat oleum, cogatque D
plurimum quibus auxilio eius opus est, inhærerere, longe omnium optimum redditur remedium exiccatis, squalidisq; corporibus. Quippe contusa cum oleo aqua, quod Hydrelæum vocant, magis auxilio est lassitudinibus, q̄ si esset sola, non quidē quod suæ vires intendantur, sed quod quibus opus est, diutius inhæreat.

III. Alment. fac. Cap. xv.

Butyro etiam loco olei vti nos posse in balneis.

Homines in plerisq; frigidis regiōibus in quibus oleo carent, in balneo butyro vtuntur.

III. De ijs quæ in medicatr. fiunt com. xxxij.

Balneorum loco aqua calida vsum Hippocratem.

Aquæ calidæ perfusione Hippocrates etiam esse vsus videtur, ob balneorum fortasse inopiā, quæ eo tempore erat.

III. Simp. med. Cap. viij

Quid causæ sit, cur quæ tepida sunt, in balneis esse frigida videantur.

Proposuit autem mihi dudum quispiam, quā obrem in balneis frigidum meiamus, foris vero calidum haud intelligens, in balneis vrinam quidem perinde ac foris tepidam esse, verum nos non æque extrinseca corporis superficie, & dum lauamur, & ante affectos esse. Nam in balneo ipso calidior ea nobis est quàm vrina, extra autē frigidior. Quare & vrina non abs re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida. Quod enim minus quàm ipsa calidum sentitur, veluti refrigerans habet: quod autem magis calidum, tanquā excalfaciens. Liceat vero tibi, periculi faciundi causa, postquam abunde lauando īcalueris, pelui aquæ modice tepidæ intro iussu F
tuo allata, in eam manum aut pedem immittere: apparebit enim aqua non tepida, sed admodū frigida. At si protinus balneum ingressus, aquā peluis tetigeris, minus videbitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior. Nec mirum videri debet, si putealium aquarum pleræq;, quæ videlicet fontes profundos admodū habeant, contactæ hyeme videantur tepidæ. At si à balneo manibus cō tingas calidis, multoq; magis si etiamnum in lauacro consistens, haud profecto apparebit tepida. Itaque tactum calidi frigidi q; dignoscendi normam ponentes, ac eius dispositiōi iudicium omne tribuentes, merito sanè crebro fallimur, vt qui quod haud ex se est frigidum, id frigidum esse dicamus: quod vero calidum ex se non est, id esse calidum pronunciemus. Hinc fit vt dum lauamur, frigidam esse vrinam credamus, contraq; frigore rigentes, aquam è puteis haustam calidam existimemus.

IIII. Medic. facile parand. Cap. clxvi.

Quibus mensibus vtendum sit balneis.

Te vti lauatione oportet mense Aprili vsque in totum Nouembrem, cæteris mensibus abstineto. Quod si lauari volueris semel tantum in septimana lauator, idq; semper ieiunus: si sitias, temperatam aquam bibito, & balneum egressus oleo, & mulieris lacte, quæ fœminā peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum furfuribus foueto.

Primo. De sanit. tuend. Cap. v.

Balneum temperatum quod sit.

Balneum εὔκρατον, hoc est temperatum dicimus, non solum cum alterum huic, alterum illi tale est, sed etiam cum ad eundem hominem in
E latitudine tale est.

De succorum bo. & vi. Cap. xij.

Præstat ante balneum exerceri.

Ex ijs, qui cum bona vna habitudine, ac robore sani esse student, alij sibi ipsis viuunt, alij militarem vitam ingressi, noctu surgere coguntur, totamq; diem necessarijs negocijs obeundis defatigari: qui si modo possint, ante balneū exercere se debent, tuncq; exercitationis parte ea vti, quam Gymnastici, ἀποθεραπευτικὴν nominãt: multis tñ ob negotia, ne hanc quidem adhibuisse vacat, qui vt ꝑpetuo incolumes perstent fieri non potest, quātumuis frugali victu vtantur.

Et de paruæ pilæ exercitio. Cap. iiij.

Oportet quidem paruæ pilę exercitio mediū te locum obtinentē, nullaq; ex parte ab eo, quod modicum sit declinātem, nunc quidem sensim
F procedendo, nunc vero loco stando, ac denique membra non admodum agitando vti: mollibus postea ex oleo frictiōib⁹, calidisq; balneis vteris.

VI. sanit. tuen. Cap. viij.

Ante balneum corpus fricari etiam manibus vsq; ad ruborem. deinde dura frictione.

Aliqui per ambitionem, ne sicut delicati, aut qui formæ plus satis indulgent, pice vngi videātur, refugiūt eiusmodi auxiliū, atq; aliud qppiā sibi à nobis excogitari gracilitatis remedium iubent, cum tñ nullū sit quod huic possit ęquari, prodesse tñ possunt ēt hæc, si ante balneū manu nec adeo molli, nec rursus aspera corpus perfrices quoad ruborem contrahat: deinde dura frictione nō multa cutē cogens, densam eā duráq; efficias: ab his, si mediocri exercitatione vsum, ac lotum, citra tñ longam in solio moram, hominē abstergeas ad iam dictæ frictionis siccæ formā, mox vngas oleo exiguo, ac cibum offeras.

In arte med. Cap. c.
Balneas esse materias motus.

Sunt vero motus materiæ vehicula, ambulationes, frictiones, & balneæ.

IIII. Simp. med. Cap. ij.
Non esse diutius immorandum in balneis alioqui defectionem animi & tandem etiam mortem sequi posse.

Poculum & balneum cum temperata sunt, calida à nobis dicuntur nõnunquã appellationis abusu, quandoquidem eucrata siue tẽperata dici debebant, ac symmetra potius quàm calida. Ergo quæ sic calida sunt, grata amicaq; sunt: fundit enim quod in corporibus nostris constiterat, atq; concretum fuerat: quo maxime affectu voluptas animantibus constat. At si moram etiã trahant, sensim quoq; & ipsa molesta euadunt. Ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, vt substantiam nostram etiam digerant, dissoluant atque dispergant. Verum nec sic quidem mordicatione infestant, sed animi afferunt deliquiũ, viresq; deijciunt, vt mors quoq; tandem sequatur.

Idem de vsu resp. Cap. iiij.

In Balneis diutius versantes exoluimur, ac tandem etiã morimur. Si enim propterea quod calidũ respirando attrahimus id contingit, oportebat inquiunt, etiã eos qui super lebetem aquæ calidæ consistunt, deinde progredientem inde vaporem respirando hauriũt, eandem iniuriam perpeti: & tamẽ hi minime videntur lædi, ex quo conspicuum est, Quòd non ob caliditatem respirando attractam sed propter spiritus ex toto corpore euacuationẽ, in balneis exoluamur. Quo modo igitur & hanc ambiguitatem dissoluemus? Si vtique hoc copulatum verum esse dicemus, Quòd suffocari eos qui ex lebete vaporem inspirant oporteat, siquidem omnino refrigerationis gratia respirarint, veruntamen si non attraxerint ipsum vaporem, ne suffocantur quidẽ. Suffocantur enim non minus qui ex lebete vaporem respirando hauriunt, quàm qui in balneis. Si vero etiam non suffocarentur, nihil fortassis miri esset: perspiratio nãq; per vniuersum corpus, similiter vt ea quæ per os fit, in balneis offenditur, Non sunt autem eadem, per os tantum male respirare, & tum per os, tum per totũ corpus idem facere. Eius rei potissima demonstratio in multis ægris contingit, qui per totum diem iudicatorie exudant, atque id multo magis quàm qui in balneis, non tamen exoluuntur similiter vt illi, neque oĩno suffocantur, quousq; externum frigidum aerem spirãdo attraxerint.

A Quod si ipsos pallijs contectos, calidum aliquid respirando haurire coegeris, confestim suffocaris: atqui si perfrigeratos, & rigentes ita contegas, non solum non suffoces, sed neque omnino lædas, donec fuerint excalfacti, nam tunc non amplius sustinent, veluti non cõsuetum. Ex quibus omnibus conspicuũ est, quòd non ob euacuatum ex toto corpore in balneis spiritũ exoluamur ac vitã finiamus, sed ꝑpter caliditatem.

De causis morb. Cap. v.
Balneorum nimium vsum morbos humidos gignere.

Humidarum quidem ęgritudinũ causę sunt, veluti ciborum qui humidiori natura constant copia, & potuum excessus, & omnis viuendi ratio delicatior, & animi securitas, & balneorum ex aquis dulcibus plurimus vsus, præsertim post

B cibum.

Primo de sanit. tuen. Cap. vi.
Balneum pueris accommodatum quod sit.

Pueri salubrium dulciumve aquarũ balneis humectandi.

Et I. de sanit. tuen. Cap. x.

Puelli corpus ita est alendum, vt status sui bonitatem perpetuo conseruet. seruabir autem si primis annis solo lacte nutries, ac balneo dulcis aquę, & calentis vtare: quo videlicet corpus eius molle quam diutissime seruatum, ad plurimum argumenti perueniat ab his annis, cum iam mitti in ludum est habilis, non necesse erit assiduis præterea balneis vti, sed interim dum luctari cõdiscit, mediocriter inibi ante cibum exercitari sat erit, ac balneo plerunq; abstinere.

VI. Sanit. tuen. Cap. iij.

C *Pueri ante cibum bis, terq; lauandi atque etiam aquis calidis sponte ortis.*

Sanè humidiores calidioresq; naturæ in puerili ætate fluxionum, & redundantię morbis maxime tentantur, itemq; putredinis, quo magis & pluribus exercitationibus & exacta ventris concoctione indigent. Quicquid enim in hoc corrumpitur, id toti corpori morborum putredinis occasio fit. Itaque & ante cibum bis terque hi si lauent, ac calidis sponte ortis vtantur, maximum inde cõmodum sentiunt. Quippe huc dirigitur consilium, vt ipsas animalis particulas seruemus humidas.

Primo de sanit. tuen. Cap. x.
Puerulo nihil dandum ante balneum. & quomodo alendus, ac lauandus.

Prospiciendum in primis est, nequid nutrimenti neq; ante balneum neque ante frictionẽ puerulo præbeatur:

Et paulo

Et paulo post.

Minime tamen bibere ei permittendum post cibum est, quem balneum excipit: quando præcipitatior eorum quæ ventriculus continet, distributio in corpus fiet. Id vero in corporibus prorsus sanis cauere oportet. Quippe quibus vtilius sit ante balneum cibum dedisse, horum plane improbandi tum affectus sunt, tum corporis status. De his vero in sequentibus dicemus, nunc premendum nobis propositum est: nẽpe vt puellum cui optime affectũ corpus sit, sic educemus, vt talis perpetuo seruetur: huic expedit, vt cibus balneum sequatur. Quod si, quo loco puellus alitur, balnei copia nõ sit, (fortasse vero nec ista vnquã legent qui ibi habitant,) in concha pueros lauant, donec alterum iam, tertiumve ætatis annũ attigerint. Qui vero hos annos excesserint, eos si nõ quotidie, at certe tertio quoq; die quartove vngunt, atq; infricant. Quod si anni tẽpus non prohibeat, stagna amnesq; his lauacra sunt, veluti nobis balneum.

In præsagio exper. confirmato.
Ante missionem sanguinis, vtile esse aliquos balneu vti.

Satius fuerit matutino tempore de vena sanguinẽ detrahere: nec statim cũ è somno experrectus, sed posteaq̃ ad horã puigilarint: ac prius abluere aliquos pstiterit, & alios prius obãbulare.

V. in VI. De morb. vulg. commen. xxix.
Veratrum sumentes quando lauandi.

Veratrum epotum sic celerius purgare vis, lauare.

Hoc loco Hippocrates in vno violentissimo purgatorio medicamine vnius ad facilem fluxum præparationis meminit, Lauatiõis scilicet, humores quidem fundentis, ac siquod mẽbrum contentum duratumq; fuerit, relaxantis. Itaque veratro vtentes lauare cõducit, neq; multo ante neq; multo post, quàm ipsum acceperint, sed maxime quidem ante assumptionem, nõnunquam vero & illico postea contingit. Quòd si purgatione aut iam incipiente, aut mox inceptura hominem laues, humorum à purgante medicina tractorum ad interiora inclinationem retrahes, ac retardabis. Quemadmodũ igitur quibus sanguis crassus est, ijs prius lotis nos venam rescindere, sic & in his, qui purgandi sunt, lauationibus prius vti præcepit, vt celerius simul, ac minus moleste purgatio fiat. Ipse vero nunc solum, vt celerius fiat memorauit. Satius autem fuerit non eo dũtaxat, quo medicinam assumit, die lauare hominem, sed etiam superioribus, qui-

D bus ad purgationem sese muniebat. Ipse nanque Hippocrates & id in Aphorismis præceperat, cũ scripsit. Ad veratra ijs qui non facile purgantur, prius humectare corpus oportet alimẽto & quiete. Quod si quiete & esca, & omnino corpus humectare imperat, cõstat etiam lauationibus nos pluribus vti in aquis potabilibus ipsum velle. Siquidem & hæ humectant.

II. De Simp. cau. Cap. v.
In cruditate non vtendum balneo, sequi enim horrorem.

Iam aliquos qui cruditate laborant, scimus cum quieuissent, nullo affectos dolore: cum balneum fuissent ingressi, aut in sole stetissent, horruisse: atque hoc magis si se exercitassent. nam et sol, & balneum, & exercitatio excrementa, quæ prius quieuerant, calefaciendo, attenuando, ac
E in spiritum vertendo admodum excitant.

In lib. Hipp. de na. hum. com. ij.
Lauacris intempestiuis causas antecedentes cuiusq; morbi generari.

Ciborum quidem copia, & cruditates, & lauacra, & exercitatio intẽpestiua, cæteraq; omnia quæ narrauimus in libro de Præuidentibus causis, idonea sunt vt generent causas antecedentes cuiusque morbi.

VI. De san. tuen. Cap. iij.
A cibo non lauandum, alioqui incommoda sequi.

Aestimandum igitur in omnibus est qui à cibo lauantur, num in dextra præcordiorum parte vbi situm iecur est, dolorem aliquem, aut grauitatem, aut tensionem sentiant. Eiusmodi naq; corporum status iecinoris vitijs tentari solet, si
F balneo post cibum vtantur.

Et de salub. diæta. com. xxxij.

Multis tametsi febri liberis dolores in visceribus oriuntur potissimum in iocinore vbi à cibo se exercuerint, vel lauerint.

De tremore palp. conuul. & rig. Cap. vij.
Ex balneis post cibos rigorem, & horrorem sequi.

Vidi rigorem mulieribus magis quàm viris accidere, ac ijs mulieribus quæ in ocio maximo degebant, & balneis post cibos vtebantur. Noui & adolescenti cuidam ex nostris contubernalibus in Alexandria accidere, cum primum ad ipsam appulimus initio autumni. Ingesserat aũt hic pluribus deinceps diebus palmularum glandes multas, teneras, & recentes, & post balnea, & ante hæc, erant plures ipsarum nõ exactæ maturæ. Accidit itaque ei, vt primum post exercitium & balneum à vehementi inciperet horrore,

re,propter quem & opinatus se febricitaturum decubuit,& vestimentis contectus,conquieuit. Cum autem tota nocte transacta febri careret, surrexit mane ad consueta munia reuertens:horrorem interea sentiens, iterum decubuit, quieuitq; vsque ad balnei horam: ac cum ob balneũ rursus surrexisset, horror vehementior inuasit, eratq; accidens rigor quoq; iam exiguus. Tunc igitur omnimodo febricitaturum se arbitratus, multo adhuc magis in quiete se continuit. Cum autem toto die nocteq; insequenti experiundo deprehenderet se ob mediocres motus horrere, siquando largius moueretur, rigere: consilio nostro de ijs, quæ fieri expediebat vsus est. Ego quidem memorans huiusmodi quiddam mulieri in Asia nostra accidisse, familiarem & metu liberaui, & adhortatus sum vt cibis, potionibus, & medicamentis vteretur, quę & calefacerent, & crassitiem humorum dissecarent. Illa igitur hoc pacto conualuit.

Paulo post, Rigorem etiam à balneis post cibum excitari confirmat.

Ne mireris autem, si apud veteres medicos scriptum inuenies, febrim comitari necessario rigores, qui sine frigore externo obueniunt, ex ipsa corporis dispositione prodeũtes. nihil enim tale veteribus nec balneis tot post cibum, nec vita ociosa vtentibus accidit hoc autem tempore ambo hæc frequenti in vsu habita, etiam rigorẽ hunc, qui excalfieri nequeat, excitant.

II. De diff. feb. Cap. i.

Febres quotidianas ex balneo post cibum etiam excitari.

Quotidianę quidem febres naturis in quibus pituita superfluit, sunt familiares, atque ex omnibus anni diuersitatibus in hyeme præcipue, atq; omni temporum statu frigidiori atq; humidiori in ætate senili ac puerili, in locis frigidis atque humidis vitaq; otiosa, quam crapulæ comitatur, ac tum præsertim cum post cibos balneis vtuntur, ac multo etiam magis, cum ipsi cibi naturã pituitosam habuerint, generantur.

XIIII. Meth. med. x vi.

Extenuatos posse lauari post cibum.

Cæterum quibus totum corpus est extenuatum, ijs lauari quoq; post cibum est idoneũ. Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris succederet, corpore scilicet immodice per hæc calefacto: sic ijs qui à cibo lauantur, timendum est ne sibi iecur obstruatur, potissimũ propter ciborum speciem: quippe cum aliter quoq; obstruere soleant quę succum crassum gignunt, si quis his liberalius vtatur. Vbi igitur alias id efficere solent, multo profecto promptius idẽ post balneum facient.

VI. San. tuen. Cap. iij.

Calidiori temperamento balnei ante, & post cibum conuenire.

Sunt & ex ijs qui impense calido temperamẽto sunt, qui exercitari prorsus non desiderant, sed abunde his satisfaciant inambulatio, & balneum, & mollis ex oleo frictio. Acre nanq; & mordax calidum id est quod ab his exhalat, non humectans, quale ἀτμῶδες Græci vocant, nec suaue, citraq; morsum, hos vero à cibis quoque balneum iuuat.

IIII. in VI. De morb. vulg. x v.

Calidioribus quotidianas lotiones conuenire.

Omnibus enim his, qui calidiores, quàm deceat, sunt, summam victus rationis ad refrigerationem redigere expedit. Itaque frigidioris temperaturæ cibaria ipsis danda sunt, & aquosa potio, aut ipsa aqua potui præbenda est, parumque exercendum corpus est. Soli nãq; ad necessarias actiones motus sufficient. Nihilq; dubij est, ab ira & curis vehementioribus eiusmodi hominẽ abstinere debere. Quinetiam quotidie lauationibus aquarum dulcium vti, non semel tantũ, verũetiam sæpius, si velit, expedict, necnon & ciborum, quos comedunt, vis refrigeratoria esto, & Aestate præcipue.

V. San. tuen. Cap. xij.

Balneum salubre ijs, quibus mordax calor natura inest.

Quibus mordax calor natura est, adeo vt fumida gignat excremẽta, ijs balneum salubre est. Itaque istis non semel modo, verũetiam bis die lauari conducet, potissimum Aestate.

In libro de salub. diæta comment. xij.

Hippocrates ait crassos, qui tenues esse volunt, supersedere à balneis, cuius rei Galenus ita reddit rationem.

At vero vt balneũ corpus calfaciẽdo maxime foris, ad digestionẽ refert, & digestorũ appositionẽ, sic si non laues, contrarijs cõmodes.

Comment. sequenti docet eos, qui ex tenuibus crassi volunt euadere, vti balneis debere.

Qui ex tenuibus crassiores volunt euadere, lauabunt bis: vt tñ semper in primis tẽpus à cibo secundo balneo tribuat, interim etiam primo.

VI. San. tuen. v.

Ante Balneum frictione, deinde vnctione vtendum.

Sunt quidam, qui ne eousque sui curam habeant,

sectionem. Proxima autem huic est quæ per mal A leolorum scarificationem, vt nos facere consueuimus, & quæ per exercitia, vel frictiones, vel balnea, & præterea ex accidenti per inediam.

III. Aphor. com. xv.
Solam fere cutim balneis vacuari.

Quæ enim fit per balneas euacuatio, parua est, & solam ferè cutem euacuat: quæ autē sunt per carnem & partes solidiores dispersæ supfluitates, haud sufficienter balneis euacuantur.

VII. Aphor. com. xlvi.
Incommoda in plethorica.

Neq; vinum, neq; balneum tolerat plethorica, dispositio, absq; maximo detrimento.

IIII. Aphor. com. v.
Calida obsistere purgationibus.

Sicut enim balneæ calidæ natura aptæ sunt obsistere purgationibus, & sic calor æstatis, tunc præcipue, cum se ipso vehementior extiterit.

I. De vsu part. xiij.
Ad æstum & frigus arcendum nihil balneo præsentius.

Nihil inuenias, quod valido æstu occupatos præsentius refrigerare, aut magna frigiditate affectos promptius calefacere quam balneum, possit. Cum enim natura humidum sit, & moderate calidum, humiditate quidem natam ex caliditate siccitatem irrigat: caliditate vero, ortum ex gelu frigiditatem persanat.

De ijs quæ in medic. fiunt com. iij.
Refrigeratis & exustis prodesse.

Aquarum dulciū sanè balnea, mortuos ferè illuc profectos calefaciunt, etiam si valde frigefacti fuerint: exustos vero atq; incensos non lædunt: immo temperatis lauacris videntur delectari cum sedatior post balneum ipsis sitis efficiatur.

Primo ad Glauc. Cap. xiij.
Exæstuantes quāprimum ad balneas ducendos.

Exæstuantes quidem quamprimum ad balneas ducere oportet.

XIII. Meth. med. Cap. vi.
Plethoram etiam balnei curari.

Plethora tum sanguinis missione curatur, tū frequenti balneo, tum exercitatione, tum frictione, præterea digerentibus medicamentis, & præter hæc omnia inedia.

Et de curandi rat. per sang. miss. Cap. x.

Licet vtiq; frictionibus multis, balneisque & ambulationibus, alijsq; motionibus, ad hæc vnctionibus digerentibus celeriter plenitudinem exhaurire, si vtique videbitur non esse crassi sanguinis abundantia.

Et de victus ratione in morbis acu. com. iiij.

Neq; etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictione, & balneis multis, & abstinentia quæ tribus vel quatuor diebus fiat, ad id qđ naturale ē, reuocamus.

II. Simp. med. Cap. xxv.
Ad lassitudines.

Quippe duplex in lassitudinibus affectio nascitur, sicut alibi ostendimus. Nam similares qui dem animantis partes resiccantur, humectantur vero vacua spatiola non vtili & naturali humore (nam sic foret plethora siue repletio,) sed tenui & acri mordaciq;: proindeq; remedijs indigent duplicibus, tum ijs quæ siccitatem corporis irrigent, tum ijs quæ humorem acrem euacuēt. Itaque ad hæc aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quę humiditate sua instrumētorum corrigant siccitatem, & caliditate tenuē B atq; acrem humorem eliciant.

De ijs quæ in medic. fiunt com. iij.
Aquam bal. membro calefacere, & fatigatione tollere.

Mihi quidē aqua in balneorū solijs iniecta, & ad cale'acienda moderate mēbra, q̄ curantur, & ad defatigationē in eis excitandam satis fuit.

IIII. De san. tuen. Cap. iiij.
In quibus crudi, acresq; humores concoquendi, & educendi sunt, quo balneo vtendum. & balneum ad somnum cōducere.

Blande vero vnctos, atque oleo perfrictos, perquam suaui lauare balneo, inde in otio, abstinentiaq; habere. atque etiam somno: si fieri potest: minime ignorantibus, nihil esse, quod æq; concoquat ea, quæ concoqui possunt, & malos C succos per halitum digerat, vt somnus à balneo. Cum igitur, vt paulo ante diximus, experti an facile finita lassitudo sit, similiter grauatum hominem cernimus: tum mittendus in balneum secundo etiam die est, tum in quiete, abstinentiaq; habendus. æq; vero etsi iterum & tertio oportere videris, iterum ieiunum lauabis, quietem ac somnum ipsis lauationibus interponens. Conducit ad somnum nō in postremis ipsum quoq; balneum. sunt enim qui eo vsi sunt, omnes magis ad somnum propensi, modo maioris momēti nihil obstiterit.

III. De san. tuen. Cap. viij.
In affectu qui est ex neruosarum partium tensioqe, et quam excrementa excitarunt, & in grauitate qualis balnei usus conferat.
Et feruentem aquā et frigidam cogere. et in frigida non esse post lotionē nimium immorandū.

Ac in eo quidem affectu, qui ex neruosarum partium

Et.III. De loc.affect. Cap.v.

Balneæ,eò quod caput madefaciunt, soporiferæ sunt.

Et.I. De symp.cau. Cap.vij.

Veluti autem ab exercitationibus & promptius & profundius dormitur, sic & à sumpto nutrimento. Quantoque id humidius natura fuerit,tanto magis somnum conciliat.Idemque accidit & ijs qui plusculum vini biberunt,& qui caput liberaliter in balneo calido lauarūt.Quippe omnia talia videntur cerebrum humiditate implere.

II. De temp.ij.

Balneo si quis liberalius vtatur, plurimum somnum inducere.

Quin somno quoque plurimo deditos pueros videre licet:contra, minimo florentes esse contentos. Quanquam hunc quoque aliter accidere, ne vel insanum quidem hominem censere aiūt,quàm calido victo quodam modo gratuatoque humoris copia,veluti tum ex temulentis intelligere licet, tum ijs, qui balneo liberalius sint vsi.

De venæ sectione aduersus Erasistrateos. Cap.ix.

Epilepticos non lauandos.

A lauacris enim illos, qui epilepticis affectibus obnoxij sunt,Erasistratus etiam arcet.

Et de venæ sectione aduersus Erasistratum. Cap.ix.

Nullo sanè pacto epilepticum quēquam balneis euacuare attentabimus.

IIII.De rat.vict.in ac.com.xlvij.

Quibus non lauandum caput.

Sane capitis solius quouis aliter modo habentis caliditatem,balneum iuuabit,ptisanæq; cremor pro sorbitione satis erit. Verum cum spiritus calidus, flatuosusque ob humorum prauitatem ad caput fertur, lauare hoc non confert.

I. Ad Glauc.Cap.xiij.

Aduersa animi defectioni ex nimio sudore & ibidem etiam ex balneo animi exolutionem fieri.

Balneæ vero in fluxionibus quidem ad ventrem aptissimæ sunt, sanguinis vero fluxū acriter irritant.Et quicunque ob sudoris multitudinem animi defectum patiuntur,his etiam plurimum nocent.

Quæ ex nimio calore exolutiones accidunt, ijs quæ refrigerandi, ac corroborandi vim habent, curandæ sunt:hæ vero maxime eueniunt ijs qui in aere suffocante ac balneo commorantur statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris,& flabellaueris ad ventum conuersos,& os ventriculi perfricaueris atq; agitaueris, ac postmodum vino ciboq; refeceris.

XI. Meth.med. Cap.ij.

Lædi balneis eos,qui ex crudorum succorum copia syncope corripiuntur.

Sanè ijs,qui ex summa crudorum succorum copia febricitantes,syncope facillime corripiuntur, aduersissima sunt, tum balneum, tum aer ambiens, quoties vel nimium calidus est,vel frigidus.Itaque vt lauandi hi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt: æstate quidem, quæ frigeat:hyeme,quæ caleat. Læduntur nanque non parum ab vtroque excessu: videlicet in balneo, æstate & omni caloris incremento crudis humoribus liquatis ac per omnes corporis partes fluētibus ita,vt metuendum sit,ne ad pulmones,& cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant:cum longe præstet,vt circa iecur,& primas venas adhuc ipsis subsistant.

IIII.De comp.med.per gen.Cap.ij.

Balnea incommoda vlceribus. si vero habita totius corporis ratione balneo vtendum sit,quid agendum.

Ponamus igitur & hoc etiam in vlcerum curatione, siquidem citra totius corporis offensam fieri poterit, ægrum à balneo abstinere, per fricari linteis largiter mox oleo, deinde halteribus, hoc est, salteterijs pondusculis exerceri, si crus fuerit affectum: vel cursu, si partes superiores male habeant. Quòd si à balneo temperare sine totius corporis noxa non poterit, soluere deligaturam non oportet, verum vt ligatum est membrum lauare, & aquam calidam ex spongia exprimere, aliamque mox frigidam infundere, vt nullus in deligatura calor sit reliquus.

XIIII.Meth.med.Cap.xxij.

Oculorum dolori ex acri humore confluente balnea competere.

Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus vacuum, tum vtiq; lauationes in balneo sunt aptissimæ. Nam & dolorem statim sedant,& fluxionem, quæ ad oculos fertur, sistunt: maxima quidem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta, reliquo vero contemperato.

Et Paulopost.

Rariores intemperies sunt, quæ propter calorem acrem oculis fluxionem immittunt. in quibus haud expedit ijs, quæ ex thapsia, & sinapi fiunt, medicamentis vti immo contrarijs omnino, oleo crudo, & hispano, & rosaceo, tum frequenti ex aqua dulci in balneo lauatione.

VI. Apho. com. xxxi.
Balnei vsu cum corpus plenum non est, dolorem oculorum, ob acres humores confluentes, sedari, & sanari.

Quæ cum ego audissem, medicum ocularem expectare iussi, ipsi promittens, me etiam absque frigido medicamento ægrum à dolore liberaturum. cum aūt solo balneo vsus essem, ita dolorē sedaui, vt vel tota nocte dormiret æger. nec semel aliquem eorum, qui iuxta dormiebant aduocarit. Ab hinc in reliquis, in quibus p signa cognoui influere quidem humores acres ad oculos, non tamen corpus esset plenum, balnei vsu dolorem sanaui.

VII. Apho. com. xlvi.
Dolori oculorum ex compactione crassi sanguinis conuenire balnea.

Quare si absque multitudine dolor fiat oculorum, propter obstructionem, ac compactionem crassi sanguinis, recte quidem lauabunt, & vinum dabunt, non recte autem secabunt venam. si vero multitudo fuerit, recte quidem venæ vtentur sectione, non recte autem lauabunt, & vinum dabunt.

V. De comp. pharm. sec. loc. Cap. vij.
De excoriatorijs Lichenum.
Ad Lichenas quale balneum sit accommodatum.

Præstiterit quidem medicamentum per noctem adhærere, aut saltem ad aliquot horas, vsque quo bullas excitet, saniem complectens crassam & glutinosam. Deinde vero lauare præcipimus, & in balneo morari. nam & hoc ad hanc curationem auxiliatur. sit autem calidius balneum, quo si quid vti prohibeat, fomentum aquæ multæ calidæ adhibendum est.

VII. De comp. phar. sec. loc. Cap. i.
Balneorum ad vocis organa vtilitas.

Cæterum communis materia auxiliorum ad vocis organa, præter reliqua est, quæ ex balneis contingit. manifestum est autem, quod dulcium aquarum dico. marina enim balnea, & sulfurea, & aluminosa, & atramentum sutorium olentia, ac bituminosa, & quia valde resiccant, inD epta sunt & sane ita faciunt phonasci, qui magno vocis exercitio vtuntur, cum oblæserint vocem contendendo. sunt autem hi citharœdi, & præcones, & comœdi, ac tragœdi. balneis enim multis vtuntur, & cibos lenes, ac laxantes comedunt.

Libro. i. De temp. Cap. ij.
Calida & dulcis aquæ balnea conuenire ijs qui sole arefacti sunt, ac siti enecti ex nonnullorum veterum sententia.

Admonent autem hoc loco nos de ijs, qui sub æstiuo sole diutius sunt versati, atque ita, vt credibile est, arefacti, ac totum corpus siccum squalidumque habent, intolerabiliterque sitiunt. Quippe remedium his expeditum, & facillimū dicunt, non modo si biberint, sed etiam si calidæ & dulcis aquæ balneo vtantur: tanquam E humiditate, siue ea cum frigore sit, siue cum calore, suum munus obire semper valēte quippe humectare ea quæ contingat.

De venæ sect. aduersus Erasist. Cap. ix.
Non esse lauandos, quibus periculum imminet, ne venæ rumpantur.

Quod etiam ad lauacra attinet, vtendum ne his in sanguinis fluxione affectis, an nequaquā vtendum sit, tu plane nihil Erasistrate pronunciasti. Ego vero illud quod euidenter apparet experientia corroboratum, aperte dicam: tum si de te quoque vaticinari mihi licuerit, quod tibi forte visum fuerit, aperiam. Tu enim ipse in tractatu de sanguinis reiectione, deligationibus, inedijsque vteris, tanquam quibus solis plenitudinem reuellere, non autem balneis euacuare F oporteat. Arbitror nanque te vbi vena iam rupta sit, lauacra inhibiturum, cum interim reticueris, si vbi futuræ rupturæ suspitio adsit, vti illo velis. Porrò vt tu aliter sentias, mihi nihilominus euidens illud satisfacit, quod vniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima noxa contingat, & causa huius perspicua est, sanguis siquidem calido lauacro in vapores resolui tur, ac in spiritus redigitur, propereaque ad motum incitatur, & in tumorem attollitur, ad hęc corpora calidis lotionibus, mollia debiliaque efficiuntur. Qui igitur fieri possit, vt cum ipsa iam molliora effecta sint, isque qui ea rupit, motum simul tumoremque nactus sit, non facile afficerentur? Proinde haudquaquam per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinem sanguinis venę rumpantur, periculum impendet.

i. De

I. De causis pul. Cap. i.
Ex balneis pulsum immutari, non gigni. & mutationem non esse diuturnam.

Frigidum balneum, vel calidum, alterandorum pulsuum sunt, non generandorum causæ. Et mutatio pulsuum, quæ ex balneis fit, non est diuturna, sed mox ad pristinum statum reuertitur.

I. De præsag. ex pulsib. Cap. ix.
Frequentia balnea arteriam mollem reddere.

Mollem reddunt arteriam, humidus cibus, ac frequentiores balneæ, somni multi, mollior vita, & voluptates. Atque hæc quidē intra septa manent naturæ.

III. De causis pulsuum. Cap. xiiij.
Ex balneis calidis pulsus mutari. & ex immoderatis quæ incommoda proueniant.

Balneæ calidæ, dum sint moderatæ, pulsus creant magnos, celeres, crebros, & paulo vehementiores. Immodice paruos & languidos, tamen adhuc celeres ac crebros. Quod si hic relinquantur, paruos, languidos, tardos, atque raros. Ex balneis si in tempore vtaris, omnino corpus commoditatem aliquam percipit. Nam cum defessi simus, incaluerimus, simus refrigerati, desiccati, nauseam aut temperiem inæqualem sentiamus, denique si euacuatione opus sit nobis, illas nos subimus. In illis autē omnibus temporibus corpori restituitur mediocritas temperamenti, vires corriguntur, opportunus augetur quidam calor, ac pars digeritur spiritus vna cum sudoribus.

Quare calidæ balneæ par est, si sint moderatæ, vt ad eum modum mutent pulsum, sicut declarauimus immutari, cum facultati commodatur, & augetur vsus. Immoderatas, planum est facultatem dissoluere, vsumque præter modum intendere; vnde fit, vt creberrimos creent: celeres autem perinde vt priores: nisi sanè facultas ad extremum vsum deuenerit: nam tum quidem formicantes, quos appellant, prodibunt. Quod si ab immodicis balneis destiterint, nec lauentur amplius sanè refrigerabitur corpus, ac facultas opprimetur.

Idem ait in libro de pulsibus ad Ty. Ca. x. ad verbum.

De vsu pul. Cap. i.
Respirationem, & pulsum mutari in balneis.

Qui exercitantur, & qui in balneo lauantur, A & qui aliter quouis modo excalfiunt, eorum nō modo respirationem celeriorē frequentioremq; ac maiorem contueri licet, sed etiam pulsus pari modo mutatos.

Primo de diff. respir. Cap. vij.
Quam respirationem faciant balnea.

Ex balneis, calida quidem velocem, & magnam, & densam faciunt respirationem.

Ex balneis, frigida quidem tardam, & paruam, & raram faciunt respirationem.

VII. Meth. med. Cap. vi.
In ventriculi siccitate balnei vsus, qualis esse debeat exemplo eius qui ita laborans curatus est.

Domum ei, quem memorauimus à medicis siccatum, paraui maxime balneo vicinam, B quales multas esse in diuitū domibus non ignoras. Ab hac statim in balneum super linteis mane intuli, vtique ne si ipse se moueret, tum siccaretur, tum antequam commodum esset, exolueretur. Horum enim alterum contrarium assectui est: alterum moram in balneo minuit. Longissime nanque in aqua versari hominem expedit: ideoque etiam natatiōes vtiliores sunt, quàm parui aluei, quos Pyelus græce vocant: atque ex ipsis natationibus potissimum quę propinque sunt foras egressui, quo scilicet illi ab aqua foras non longa sit via. Nam aerem balnei in ijs, qui ita sunt affecti, haudquaquam desideramus. Esto autem aqua ad vnguem temperata, cum quæ frigidior est, latenter frigus corpori infirmo insinuet, calidior autem cogat C constringatq; tenues meatus, ac denset. At nos eos cum coacti sunt, remissi laxari, ac dilatari postulamus: quod temperatissimæ aquæ qualitas præstat, vtpote quæ iucundissima cum sit, naturam ad explicandam se, atque ad dulcedinem quam præstat, quoquo versus extendendam prouocat: contraria videlicet ratione ijs quæ sunt iniucunda, ab ijs enim recedit, fugitq; ad profundum. Quo minus mirum est ex offendentium contactu stipari, constringi, ac durari corpora, tenuesque eorum meatus cogi ac densari: contraque ijs scilicet quæ iucunda sunt, succedere contraria, vtique fundi ac molliri corpora, dilatarique meatus. Ab eiusmodi lauacro statim asininum exhibui lac: sed inducta in ipsam qua iacebat domum asina. Hos itaq; ad secundam vsq; lauationem quiescere permittemus, tum modice fricabimus & pinguiter: vtiq; si lac quod sumpsit, iam ad vnguem confecit, id

quod tum ex ructu, tum ventriculi mole licebit conijcere. Modicum vero temporis inter primam & secundam lauatiouem interuallum erit si quatuor, aut quinque æquinoctialium horarum spatium intersit, scilicet si tertio adhuc lauare paras: sin aliter plurium. Sanè tertio lauabis, si multis lauationibus fuerit asuetus. Hi nanque & delectantur, & iuuantur si sæpe lauent. Quinetiam post quanque lauationem hominem vngemus priusquam se vestiat. Quippe conducit ad reнutritionem id quoque, sicut & frictio. Reddita vero de horum omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti. Non tamen inutile fuerit nunc quoque summatim ea repetisse. Nam siue cuilibet parti corporis temperatam infundas calidam aquam, siue frices, siue aliter quomodocunque calfacias, idem fieri cernes quod Hippocrates de ijs dixit qbus aqua calida desuper infunditur. Nam primum attollitur, mox gracile efficitur. Ideoque vbi carne implere quodlibet corpus studemus, id eatenus calfaciendum nobis est, dum intumescat. Vbi vero digerere, & vacuare cupimus, eatenus continuandum est, dum quod prius intumuit subsidat. Sanè qui eiusmodi operibus præficit, solicite attentus esse debebit, potissimumque vbi carne implere studetur. Nam digerendi certe tempus adeo late patet, vt, etiam si velis, in eo non aberres. At carne implendi plane præceps est occasio. Siquidem cum primum intumuerit, tum est desistendum. At intumescere hoc singulis corporibus suum est. Non enim fieri potest, vt qui nunc nobis propositus gracilis est, ita intumescat, vt illi qui sani sunt, immo postquam leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaque attendendum diligenter est, ne clam te elabatur propositus temporis articulus. Siue igitur hominem qui extrema gracilitate est perfrices, sufficiat tibi solus rubor: siue laues, satis est mediocris calor. Siquid vltra peragas, resolues hominem magis, quam nutries. Vngendum vero post lauationem oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramenta. Idem protinus & siccitatis remedium fuerit, & aduersus incommodum quod ab aere ambiente contingit, veluti munimentum. Ac si quidem delectatur lacte, post secundam quoque lauationem id exhibebis: sin aliter, ptisanam diligenter coctam, aut halicam ptisanæ ritu paratam. Hinc vbi rursus quieuerit, ad tertiam reducendus lauationem est, aut illico ad cœnam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, & tum fermenti, tum salis quod sa- D tis est, habuerit: obsonium quoque ex saxatilibus piscibus aut ex albo iure Asellus. Præterea alæ, testesque gallinacei, qui lacte sit altus, idonei sunt. Quorum si copia non est, alijs vtendum. Ad eundem modum & perdicibus, & auiculis quæ montanæ sint, & mollis carnis vescendum. Vitanda autem quæ palustria sunt, & quæ carne sunt dura. Et (vt paucis alimenti summam complectar,) sit coctu facile, & nutriens, minimeque glutinosum, atque excrementosum.

De melanch. ex Gal. Ru. & Possid.
Ventriculum imbecillum habentibus balnea conuenire.

Quicunque vero ventriculum habet ad concoquendum non idoneum, huic frequenter balneis vti prodest, vel ieiuno, vel peracta iam concoctione.

E

VI. Meth. med. Cap. ij.
Aquam calidam neruis vulneratis noxiam.

Aqua quidem calida, quanquam reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima: cum præsertim eorum substantia ex refrigerata concretaque humidiore materia sit condita. Omnis enim eiusmodi constitutio per ea quæ simul calefaciunt & humectant, resoluitur ac putrescit. Itaque ab aqua calida eos qui ita vulnerati fuerant omnino prohibui.

De cura Icteri.
Balnea arquato morbo conuenire.

Supra pharmacorum potum (qui ictericia laborat) modico motu quiescere: deinde ire ad balneum, & ibi prius moto & vocitante, balneari cum aqua multa & calida. Simul enim sudores conferunt, simul autem & pruritus cessant & maxime si nitro & fœce vini vsta abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. F

IX. De compositione phar. sec. loc. Cap. ij.
Balnei vsus ad induratas splenis affectiones.
Et pharmaci descriptio.

Myrrhę, mannę, thuris, vtriusque quadrantem, sinapis Alexandrini quadrantem, nasturtij sextantem, aceti scyllitici quod satis est. arida tundito & cribrato, & cũ aceto ad malagmatis formam subigito, & linteolo excepta ab hora secunda vsque ad nonam imponito ita, vt comple ctaris, & contineas incumbens malagma fascio la obligata. deinde vero ita obligatum in balneum mittito: & vbi probe laxatus fuerit, in solium desidere facito, & pedes extra solium extendere iubeto, ac longiore tempore in ipso morari

rari.cæterum ad reuocandos eos, qui in animi defectionem collapsi sunt,acetum cum pulegio naribus admouemus. & paulatim resoluere fascias tentamus. sunt autem duæ fasciæ malagmati incumbentes. cum enim fasciæ tolluntur, auferimus etiam adiunctum malagma. & postea locos affectos sufficienter fouemus. egresso autē ex balneo salsamentum sine pane exhibemus,& vinum mari mistum. idem etiam sequenti die facimus:& tertio similiter: insuperq; exercitijs vtimur, quæ acutum reddere spiritum queunt.

I. Simp. med. Cap. vij.

Balneum aquæ dulcis hydropi infensum. aliarum vero aquarum sponte nascentium, vtile.

Aqua inter cutem laborantibus aduersissimum est,& poculum & lauacrum aquæ dulcis. Aqua inter cutem laborantibus,& poculum & lauacrum salsarum,ac nitrosarum,& sulfurosarum, bituminosarumq; aquarum omnium sanè perutile.

De renum affect. dign. & medic. Cap. iiij.

In calculorum doloribus vtendum balneo,& quando.

Aliqui etiam in calculi dolore,vel ante venæ sectionem & reliquam curationem, balnea admiserunt, propter doloris immanitatem: aliqui, si nihil esset,quod vrgeret, post sanguinis missionem & curationem reliquam. Balnea sanè humectant, & calefaciunt è vestigio: calida siquidem aqua lenitionem affert cum calefactione: in quam tamen qui frequentius se demittit, inescatus lenimento doloris, quod lotio præstat, corporis vires exoluit: quarum est quicquid corpus infestat, propulsare. Eam ob rem cum cessauerit dolor, auferenda balnea sunt, & fomenta adhibenda.

Et Cap. vij.

Crebris sanè lotionibus (qui calculo laboras,) vtere, temperatis & breuibus, non propter ægritudinem, sed quod ad auctionem tuam, nutritionem, conformationemq; faciant. Cui rei optimum erit tempus, cum nutrimentum hesternum perfectè concoctum est, & subsedit, aliaque iam nutrimēti necessitas impēdet: item cum & in iecore, & venis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet medicus, qui tibi assidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe ventris exquisitam concoctionem ex deiectionibus: iecoris & venosi generis ex naturalibus vrinis. Vnde constat tibi à cibo lauandum non esse, ne obstructio circa iecur & renes eueniat. Cauebis etiam vini assumptionem protinus à balneis, A nam vino caput tentatur: vt conducibilius sit primo temperatam aquam assumere. Igitur nō frigidæ aquæ, non vini, non zithi, vel siceræ potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quę & ipsa ventriculum, iecur & neruos offendant: si non temperie, contactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim vbi à somno surrexeris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nonnunquam etiam mediocri exercitio.

Et item.

Quod si calculorum dolor intolerabiliter affligit, in aquam calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abutare: nam calida perfusio dolorem mitigat quidem, sed vires etiam exsoluit, quæ morbi causam, & quicquid in corpore inutile est, discutiunt,

B

Primo ad Glauc. Cap. xiiij.

Balnea fluxioni ventris vtilia, sanguinis vero fluxui noxia.

Balneæ autem in fluxionibus quidem ad ventrem aptissimæ sunt, sanguinis vero fluxum acriter irritant.

I. De differ. feb. Cap. iij.

Balneorum vsus in febribus, et ex balneis superfluis febres facile oriri.

Hi qui iam humores habent vitiatos, ac male difflantur, aut intempestiue laborant, aut balneis superfluis vtuntur, facile febribus corripiuntur.

XI. Meth. med. Cap. xx.

Quando maior noxa ex cataplasmate, quam ex balneo oriatur. & quæ commoda ex balneo in febribus. quidq; obseruandum in vsu balnei. & de noxa frigidi intempestiui.

C

Quippe si ambiens ita calet, vt materias valēter liquet, maior noxa eiusmodi cataplasmatis succedit quàm lotioni in balneo. Quanquam autumant qui quotidie præcordia perfundunt, & cataplasmatis inducunt: non modo nullam ex ijs noxam, sed etiam magnam vtilitatem ægris comparari: contra ex lauando nō modo nullam vtilitatem, sed etiam maximum incommodum: scilicet ignorantes sicuti reliquorum omnium quæ circa ægrum administrant, ita & balneorum naturam. Ego vero de vniuersa earum vi in superioribus disputaui plenissime. Nunc tantum dixisse est satis, quibusdam prorsus nihil nociturum balneum, quibusdam minus quàm cataplasmata. Quòd enim in pręcordijs relaxantia (quæ isti vocant) præsidia faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eoq; cum in remissione febris adhibetur, corpore iam mediocriter transpirante,

rante, non exiguum affert commodum, omnia ex eo tum fuliginosa excrementa, tum fumida educens. Et siquidem nullius visceris imbecillitas subsit, proficiet ægrotanti: si tamen horror inter exhibendum non incidit. Tribus enim his in balneo quod in quacunque febri adhibebis, intentus sis oportet. Vni quòd citra horrorem sit administratum. Secundo quòd nullum primæ notæ viscus sit imbecillũ. Tertio quòd multitudo crudi humoris in primis venis non contineatur. Horror nanque (vt prius dictum est) nõ solum intendere iam præsentem febrem potest sed etiam cum non fuit, eam interim excitare. Partes vero imbecillę liquatos iam humores magis recipiunt quàm antequam liquarentur. Crudorum vero copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro compendia accedent: & quòd redundantiæ humorum aliquid vacuabitur, & quòd multum febrilis caloris transpirabit. Quòd si præterquam quòd nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit inualida, veluti podagricis pedes, & ijs qui articulari vitio laborant (ἀρθριτικοὺς Græci vocant) vniuersi corporis articuli, maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur: ipsis infirmis partibus quæ super uacua sunt, excipientibus. Assolent enim nonnunquam & citra balneum superuacanea in partes infirmas confluere. A balneo vero magis: vtpote tum succis ipsis per id liquatis, tum vijs per quas meent patefactis. Ambo enim hæc ex moderato calore proueniant necesse est, tum vt humores liquentur, tum viæ dilatentur. Proinde fit vt cum iecur, ventriculus, pulmones, pectus, vel principium id genus partiũ aliquod imbecillum sit, maxime lædantur quicunque se lauerint, si illis superuacua in corpore sint: ijdemq; ipsi cataplasmate vsi, duplex incommodum sentiant, nullo commodo. Quippe balneum tum corpus totum vacuat, tum quod fumidum est ac fuliginosum digerit. Relaxantia cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones vt nihil boni afferunt, sic superuacuũ omne ad imbecillius, quodcunque id circa medium corpus sit, contrahunt, siue iecur id, siue ventriculus, siue septum transuersum, siue mesenterion, siue ieiunum, siue colon, renesúe sit. Quòd si diligentiam ostentare volentes, etiam pectus vna excalfaciant: vel in ipsum, vel etiam in cor, vel in pulmonem superflua rapiét. Voco imbecillam partem vel quæ natura est intemperatior (alij nanq; alia sic se habet) vel quæ ex præcedente aliquo morbo intemperiem contraxit, vel quæ in præ-

D senti tempore in hanc sit perducta. Non enim partim omnium quæ aut phlegmone laborant, aut putrescentes humores, aut obstructiones cõtinent, virtus statim infirma est: promptius tamen in ijs quoque superuacuum qualecunque id sit, in ægram partem propter calorem quem affectus excitat, fertur. Quippe particula quam obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti focus est. Ergo cum huic propter calorem sua sponte trahenti alia quæpiam occasio extrinsecus ex ijs quę potestate excalfaciant, accessit, necesse est affectum intendi. At vero si quis vti prædictum est, toto corpore prius vacuato relaxantibus curet, vbi scilicet maxima febris non adest, vtique prodesse ali quando potest. Tum vero ceu dictum etiam est, lauare citra noxam licet. Cauendum tamen à

E frigido solio his est quando & crudi & putrescentes succi, minus apti ad exhalandum redduntur, si quis in eo moretur. Sanè officit ijs etiã si aqua admodum sit frigida: quando sic affectorum tum corpus, tum vel maxime afflicta particula difflari euaporarique postulat. Quo fit, vt vel perfundere illos aqua idonea soleamus, vel si moderate quæ in natatione est frigeat, ingredi permissos celeriter exire iubere. In progressu tamen morbi, quo tempore & assumpta iam superuacua sunt, & tum cruda, tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus, & balneis sine periculo vtare. Porrò aptissimum in febribus quæ intermittunt, & repetunt, tempus est cum, vti dictum est, exhalare iam cœperit febrilis calor.

VIII. Meth. med. Cap. ij.

F Non tamen quouis tempore febricitantes lauandi sunt, sed in accessionis remissione.

XI. Meth. med. Cap. ix.

Balneo vtendum post euacuationem. et si quandoq; verbum, dulce, non sit adiunctum, esse intelligendum, in febribus.

Sanè totum corpus, priusquã id vacuaris, rarefacere non expedit vbi vacuatũ est, vtiq; licebit id medicamento aliquo cui calor tepidus insit, rarefacias, cuiusmodi est quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id oẽs vacuationes pmouerit; idem faciet & tẽperatum dulcis aquæ lauacrum.

Quod si appositum aliquando in dictione vocabulum, dulcis non sit, vtique id subaudire debebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa.

VIII. Meth. med. Cap. vij.

Balneum in diarijs quibus conueniat.

Balneum his, qui natura calidi & humidi diaria laborant, ceu quod cutim eorũ laxet, vel magis vel certe non minus quã qui amara bili abundant, requirunt: ceu qđ humectet, non requirũt.

I. Ad Glauc. Cap. iij.

Diarias balneu curari.

Curare quidem balneis oportet diarias oẽs. At qui ex densitate cutis, aut inguinum inflammatione febricitant, si in aere balnei immorari iusseris, haudquaquam nocebis: reliquos omnes quamcitissime oportet ab aere remouere, si vero diutius in aqua immorari voluerint, permittendum. Oleo autem tepido & multo, & manibus mollibus perfricare quamplurimum oportet, præcipue quidem qui ex lassitudine febricitant: secundo autẽ loco qui meatus habent astrictos: & tertio qui inflammationem inguinum patiũtur, sæpius autem istos lauare oportet, in quantũ cõtigerit. Qui vero ex vigilijs aut aliquo animæ affectuũ febricitant, postquam balneaueris, cibo humectãte ac boni succi reficere expediet.

XI. Meth. med. Cap. ix.

In ardentissima febri quando frigida conueniat.

Ergo si & vires cunctæ valentes sint, & febris ardentissima & concoctionis notæ plane euidẽtes, frigidam homini dare audacter debebis. cõstat nanq; talem hominem senem non esse, ex quo omnes illi virtutes valentes esse proposuimus. quod si bona etiã corporis habitudine sit, Græci εὐσαρκον vocant, tum status cœli calidus, ac siccus, etiam si in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam lædetur. eiusmodi nãq; temporis opportunitate vsi qui se se in frigidam coniecerunt, & protinus omnes sudarunt, & nõ nullis eorum aluus biliosa reddidit. at si mediocris est febris & vires non validæ, sed cum notis concoctionis, in ijs qui ita se habent balneum prodest, & vini potio.

I. Ad Glauc. Cap. ix.

Balnea in tertiana exquisita, Marinas aquas, nitrosas, & sulfureas ineptas esse tertianis, imo tabem cuidam induxisse.

Et in tertianis vtendum balneo, cum signa coctionis apparent.

Et etiam in tertianis non exquisitis.

Balnea vero calida ex aqua potabili prosunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum etiam quia sua qualitate plurimum iuuant: nam huiuscemodi balnea humectant, ac potentia refrigerant: Marinæ autem aquæ & salsæ, nitrosæ atq; sulfureæ plus qđ ẽ bilis educũt, sed multo minus q̃ potabiles prosunt. Præstat vero neq; ipsas vtiles dicere, qñ quidẽ plus qualitate nocẽt, q̃ euacuationibus iuuent. Eqdem noui quendã corrupto iudicio hisce balneis vti psuasum, deinde extenuato corporis habitu ad tantã venisse perniciẽ, vt tabe cõsumptus interiret. reliqua vero victus ratio: ad bilẽ ẽt excernẽdã exhibita fuerit: semper autẽ oportet cõtrarias qualitates illis q̃ prẽter naturã inualuerint, opponere cũ hoc multo plus iuuet: q̃ quolibet euacuare: sed neq; hoc ipse nouerat, neq; alio docẽte didicerat. Hæc igitur in balneis intẽtio sit, vt corpus madeat atq; humectẽt, atq; iccirco neq; nitrũ, neq; sal, neq; sinapi inspargere oportet, qđ genus mali cõplures ægrotis afferre videtur, at plurimũ olei calidi isundẽtes ad aquã pducere ac madefacere, & si in ea natare voluerint, q̃tũ id facere possunt, pmittendũ. At q; balneis admodũ delectãtur, si ẽt bis in die lauari pmiseris, nõ aberrabis: sed illud semp habeto i memoria, vt in tpe id faciãt. Si vero ẽt coctiõis signa oñdãtur, tũc ẽt si sæpius laueris, nihil deliqueris.

I. Ad Glauc. Cap. x.

In tertianis non exquisitis vtendum balneo. cum signa coctionis apparent.

In tertianis vero nõ exquisitis, neq; statim circa initia balneare expedit, sed cum primum coctionis signa apparuerint: neq; quotidie cibum oportet exhibere, sed alternis diebus.

I. Ad Glauc. Cap. xi.

Balnea in quartana non admodum conuenire.

A frictionibus autem, & ambulationibus, & balneis atq; alijs vsitatis non sunt penitus prohibendi. & si omnino possent à balneis abstinere, solis contenti frictionibus, quamplurimum ex eo iuuamen admitterent.

VII. Apho. com. xlij.

Vtilia febricitantibus ex frigiditate, exustione, lassitudine, & foraminum angustatione. & aliena in inflammatione ante euacuationem.

Febres siquidem quæ ab exustione ac frigiditate factæ sunt, à balneis vtilitatem sentiunt, nec minus quæ ex lassitudinibus fiunt, & quæ propter foraminum angustationem, siue propter obseruationem, siue ob clausuram fuerint angustata. Respirare siquidem per ipsa oportet & dissolui calorem febrilem. Non tñ vbi inflammatio aliqua, aut absque inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneæ vtiles sunt antequam noxij humores euacuentur aut concoquantur.

VIII. Meth. med. Cap. iij.

Vstionem desiderare lauationem. Et febricitantes cum destillatione, & grauedine, non lauandos ante concoctionem.

Vstio quidem protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorem lauationem. minime vero aut oleum largum, aut crebram frictionem. si autem cũ grauedine & destillatione febricitet, prius quam hæc concocta sint, lauandus non est. at qui ex vstione febricitant, ij vel cum hæc adsint, lauari debebunt.

De marcore Cap. vij.

Balneum in febrib. putridis, quando conueniat. Et in hecticis siccitati, siti, frigori, calori subuenire.

Itaq; febrium quæ ex putrescentibus humoribus accenduntur, balneum remedio est, si post humorum concoctionem adhibeatur. Hecticis vero, quæ solę sint, nec vllam aliam implicatam habeant febrem, omni tempore lauacrum idoneum est. Si vero implicentur alicui ex ijs febribus, quas humores putrescentes excitarũt, tunc est idoneum, cum iam humores fuerint cõcocti. Balnei etiam vsus in prædictis febribus periculo vacat, nisi forte virium adesse imbecillitatem suspiceris. Et sanè nos plerosq; quibus marcor aduertebatur imminere, his præsidijs curauimus. Maxime enim ad omnes squalentes febres vtile est, quando nihil aliud ipsis implicatum, prohibeat. Quandoq; vero vtilius etiam est, quàm sint refrigerantia medicamẽta, cum squalor vel in toto corpore exuperarit, vel in foco. Focum febris dico eam animalis particulam, quæ prima suis ipsius solidis partibus immodice fuerit calefacta. Exercendum itaq; est, vt omnes affectiones, quæ corpus exiccãt, tum dignoscamus, tum recte etiam curemus. In quarum affectionũ numero ea est, quæ cum igneo calore cõiuncta est, quam sanè balneum perpetuo iuuat, vbi ipsa per se sola constiterit. Nonnunq̃ enim cum erysipelatosa affectiõe oritur febris hectica marcidaq;, quæ prius cibo & potu, & ijs quæ extrinsecus apponuntur, refrigerãda est. Sed vbi eadem febris per se nulli alteri implicata fuerit, balneũ requirit, sicut omnes aliæ siccitates, siue frigidæ, siue calidæ extiterint. Etenim hoc mirabile habent balnea, quòd calidas & frigidas siccitates iuuãt, quemadmodum & hoc, quòd non sitientibus sitim accendunt, & sitientibus eandem tollunt. Quod autem hæc efficiat balneum, clare etiam nulla adhibita ratione, perspicitur. Cernimus enim (vt superius etiam dictum fuit,) eos, qui à sole, & ex itinere calefiunt & exiccantur, vbi loti

D fuerint, admirabili quodã modo tum humectari, tum refrigerari: nihiloq; his minus illos celerrime calefieri, qui ob vehemẽs frigus calefactiõe egent. Iã vero q ex itinere & sole sitiunt, nõ amplius vbi se lauerint sitiũt: sicuti q sitivacant, loti sitiũt: verũ hos multoties, illos semel lauasse opꝫ.

De marcore. Cap. vi.

Balneum in marcore conuenire: & item ijs, qui ex sole exusti, quosq; sitis vrget, & ex quacunq; causa exsiccati sunt.

Philippus in libro quem simpliciter de marcore conscribit, de balnei vsu meminit, non eos tamen admittit, qui hoc vtuntur auxilio propterea quod ab ipso lędi marcescentes opinatur. Quia vero obiter ac extra institutũ huius remedij meminit, iccirco de eo neq; diffuse pertractauit, neq; accurate vt solet cõtemplatus est. Quãq̃

E remedium hoc manifeste conspicitur exiccatos humectare, vt facile intueri possumus in ijs, qui vel iter faciunt per solem æstiuũ, vel quomodocunq; exercitãtur, vel exuruntur. Hos. n. omnes ac præterea siticulosos humectat ac siti liberat. Quin & quoscunq; alios, qui quomodocũq; vel à vigilijs, vel à curis, vel à venere, vel à cibis medicamentisve exiccantibus, vel ẽt ab ira exiccati fuerint, tum madescere, tum reficere cõspicitur.

X. Meth. med. Cap. x.

Balnei vsus & modus in hecticis. domus & aer, qualis.

Præsens autem liber non marasmorum, sed hecticarũ febrium curationẽ promisit. Ex quo genere sunt & quæ marasmodus græce dicuntur, de quibus tũ alia non pauca diximus, q̃ non modo rõnis sed ẽt vsus iudicio probauimus: tum

F illud. f. non oportere balneũ (vt Philippus facit,) formidare: q cautius fortasfis eo vtitur, ad eũ modum quo in cæteris solemus febribus, quas vel phlegmone, vel putrescentes succi accẽderunt. In his. n. nihil offendes, etiamsi in frigidã ægrum non merseris, sed eũ (vt mos est) pfundas primũ tepida, postea quæ veluti ex sole tñ ęstiuo tepet, mox hoc ẽt paulo q̃ illa frigidiore. In hecticis vero febribus, id quod remediũ affert, calidæ soliũ nõ est, sed frigidæ: ad quã balneæ ægrotantis præparant corpus: æque vt reliquorũ oium qui per sanitatẽ lauantur. Porrò nõ propter id modo videtur mihi Philippus ignorare, quàm salubris res balneum sit in ijs qui marasmode hectica laborãt, quod tam extenuatos in frigidæ solio tingere nemo audet, aut saltem vltimam aquam ipsis frigidam infundere: sed etiam quod sæpe altera coniuncta febris est, quæ vel ex humoris putrescentia, vel phlegmone fit excitata: tum

tum vero quod tali hectica laborantium mortiferum est vitium. Ac propterea quidam nõ recte omnia quę his exhibentur, culpant: cum non sit illis imputanda culpa, sed affectui. Ergo recensitis denuo quæ diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicunq; hectica febre laborant, atque ex his præcipue qui iam marasmode hectica febricitant, modo his alia nulla febris vel ex sola putredine humorum, vel cum phlegmone sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne vires resoluas, quod ipsum cum noceat vehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi id ita intelligo. Volo æger in balneum super lectulo deportetur, in cuius prima è tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in id ipsum paratum. Sint autem quatuor qui hanc teneant, à quoque fini vnus. Ac si quidem prima domus satis calida sit: æger in ea nudatus, in secundam portetur: sin tibi frigidior videt, non nudus, sed coopertus, vel alia sindone minime frigida, vel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam, qua portabitur esse valentiorem oportere: aut si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media, sed etiam temperie: tanto scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc pacto tertiam ingrediantur domum, ducantq; hominem vbi solium est: sic vt per tres balnei domos duntaxat transierint. Per quas nec celeri gradu trãsibunt, ij qui ægrũ portant: sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum à lectulo: in media vero, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusque domus, nec summo calore, nec etiam frigens: sed admodum temperatus, & modice humidus. Id fiet, si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta sic, vt perfluat per omnes domos. In ipsa vero solij aqua mediocriter moretur: idque in sindone sustentus: nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs vti solemus, adhibita. Immo nec capiti eius infundi quicq̃ velim: cum satis sit id quoq; bis terúe vnà cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, i frigidam semel totus tingatur, ne vel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porrò qui eũ portant, tum reliqua omnia curiose esse edoctos conueniet: tum celeritatem tingendi, non documenti modo, verumetiam præcepti lo-

A co præter cætera habere. Protinus vero alter paratam habens sindonem ipsi injiciat, ac deinde aliam. tum in lectulo collocatus, primum spongijs detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent qui eum detergebunt, vt violentius eum cõtrectent, sed quoad fieri potest blandissimè. Post hæc vnctum, ac vestibus amictum, rursus super lectulo in domum vbi cibatur, reducent, ac nutriēt. Sanè dictum est in horum commentariorum septimo, vbi siccam vētriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi.

De marcore. Cap. viij.

Omnibus hecticis balnea conuenire, nisi erysipelas, vel phlegmone, vel inconcocti adhuc humores sint.

B Omnibus febribus hecticis, quæ hoc vnum duntaxat habeant, vt hecticæ sint, balneum auxiliatur. Si vero vel erysipelas, vel phlegmone, vel putrescentes, adhucque inconcocti humores corpus obsideant, ob hæc, non ob ipsam febrem hecticam, à balneo lædi ægrotum continget. Ipsa enim quatenus febris est, semper tum à frigida potione extinguitur, tum à balneis iuuatur: ob immistis vero febri affectiones ęgrotus lędit.

DE BALNEIS FRIGIDIS.

De Ptissana. Cap. ij.

Aquæ proprietas.

Aqua proprie frigida & humida est: quæ vero mixtione alicuius alterius extrinsecæ aut substãtiæ aut qualitatis fuerint

C adulteratæ, quales sunt bituminosæ, & sulfureę, atq; aluminosæ, tantum à propria aquæ natura recedunt, quantum fuerint adulteratæ.

III. de temper. v.

Frigidam per se non calefacere.

& quis ea uti possit, et quãdo.

Cæterum quod aqua frigida per se non calfaciat, ex primo eius occursu patet: sensum nanque inuehit frigoris: præterea cutim quoad ei affunditur, frigefacit: tum calorem nec in omni corpore nec dum affunditur, inuehit. immo tantum in iuuene quadrati corporis, & æstate media, & postquam à perfundendo est cessatum. Si cut igitur frigida quibus incidit, hæc illicò perfrigerat, siue animata corpora sunt, siue non animata, siue calida siue frigida: ita si quod esset tẽpus, vel corporis natura, vel affectus vllus, i quo frigida primo statim occursu caloris sensum inueheret, iure quæri posset, calfacere ne, an frigefacere

facere per se nata esset. Nunc autem cum omnia tum animata, tum inanimata protinus, & perpetuo frigefieri ab ea cernamus: quibus autem insitus calor, veluti fons quidam ignis in visceribus est, ijs adhibita repercussum aliquando caloris facit: rationabile arbitror ex accidenti, non per se talia calfacere. Sed nec latet qua ratione illud accidat. Siquidem stipata, clausaq; corporis summa facie, repercussus, refractusq; fit caloris eius, qui à profundo ascendit, quique simul propter difflatus inopiam est aceruatus: simul propter frigidi circunstantis violentiam in altum recedit: simul ex succis istic habitis nutritur. Quippe vbi collectus, nutritusque calor ad summa corporis violentius ruit, fit quidem caloris repercussus: indicium vero, ac documentum quod frigida haudquaquam per se calorem auxit. Nam per se quidē cutim perfrigerauit, frigus vero eius densitas, & reditus caloris ad profundum sunt consecuti: rursus horum densitatem quidem difflatus prohibitio: reditum vero ad interiora, concoctio cōsummatioque, qui istic sunt succorum, est assecuta: horum vero difflatus prohibitio caloris colligendi: succorum concoctio eiusdem generandi fuit occasio. porrò horum vtrunque natiui caloris sequitur auctio. Ergo intercedentibus & medijs vtrisque frigida in animalis corpore, caloris aliquando excitat incrementum: per se nunquam.

De causis morb. Cap. ij.
Frigidum balneum frigidos affectus facere.

Cum omne frigidum forinsecus aduenerit, partim contactu tantum, partim potentia, frigida ægritudo consistet. Sic aliquis in frigida natans aqua læsus est & male lotus, & per gelida loca iter faciens.

III. de causis pul. Cap. xv. & libro de pulsib. ad ty. Cap. x.
Pulsus mutationes in frigidis balneis & incommoda ex eisdem consequentia.

Frigidæ balneæ illicò paruos, ac languidiores, & tardos, rarosque pulsus efficiunt. Postea prout id fit, induxerunt: omnino vel torporem inducent, vel robur. Quæ torporem intulerunt, & refrigerarunt, paruos, & languidiores, & tardos, rarosque efficiunt. Quæ excalfecerunt, & robur conciliarunt, magnos, vehementes, celeritate & crebritate moderatos.

Balneæ frigidæ è vestigio refrigerant omnino, postea vel roborāt, vel obruunt facultatem, vnaque perfrigerant, nam id est torporem inducere. Itaque & pulsus pro ratione causarum

D immutatur. In frigida enim lotione arteriarum motus plus intrò quam foras fertur, quod & calor illuc illicò magis feratur. Quòd si intus arterias possemus contingere, omnia quę alias in distentionibus animaduertimus, hæc in cōtractionibus hic apparerent, magnitudo, celeritas, vehementia: sed hoc quia non potest vlla ratione, ab ijs quæ in distentionibus percipimus, totos pulsus sic appellamus: paruos, quia multo minor distentio id temporis est quàm antea: tardos item, quod aperte exolutus est motus: iam raros quoque, quod alij etiam omnes, in quibus plus motus intrò fertur, tales esse visi sint cōtractionem non sentientibus. Languidos autem non diximus absolute, sed scripsimus languidiores, qua voce paruam mutationem significauimus in remissionem esse.

E *I. de comp. med. per gen. cap. vi.*
Frigidam repellere.

Cum spongiam aqua frigida humentem particulæ cuipiam corporis imponimus, illa rugosum contractumq; totum locum facit, non tantum repellēs quod influit, sed etiam quod in eo continetur, ad vicina elidens.

I. Apho. com. xv.

Contingit enim hominibus qui aqua frigida perluuntur, si debile corpus habuerint, refrigerari, atq; offendi: si vero robustum, primum quidem innatum calorē ad interiora refugere, ibiq; seipsum colligere: postea vero ad exteriora remeantē, multo quàm prius erat, fieri fortiorem.

De causis procat. Cap. ij.
Ex balneo frigido etiam conuulsionem sequi.

F Potuit siquidem quispiam nihil febricitare ille quidem, sed fieri attonitus, vel torpidus, vel tremulus, vel conuulsione apprehēdi vt accidit Alexandro, dum æstiuo tempore in Cydno Ciliciæ flumine se lauaret.

XI. Meth. med. ix.
Quem liceat in frigidam natationem dimittere.

Si bona corporis habitudine sit, quod εὐσαρκον Græci vocant, tum status cœli calidus, ac siccus, etiamsi in frigidam natationem dimittas, haudquaquam lædetur. Eiusmodi nanque temporis opportunitate vsi qui sese in frigidam coniecerūt, & protinus omnes sudarunt, et nonnullis eorum aluus biliosa reddidit.

De remed. paratu facil.
Cholericum corpus & quadratum in frigida posse immorari.

Quod si is, qui cholera affligitur quadrato sit habitu,

habitu, in frigidum inducito lauacrum, in quo A diutius permaneat.

III. de temp. Cap. V.

Tetano laboranti in æstate, & iuueni frigidam auxiliari.

Iuueni quadrati corporis, tetano æstate media laboranti frigida liberaliter affusa caloris repercussum facit, & auxiliatur.

II. de san. tuen. cap. iiij.

Quid obseruandum ei, qui frigida lauari voluerit.

Esto igitur anni tempus æstatis initium, quo videlicet ante hyemem in toto interposito tempore non spernenda consuetudo pariatur. esto præterea dies quo auspicabimur, quàm maxime tranquillus, & quod id tẽpus feret, calidissimus. cuius etiã calidissimam partem diligendam esse nemo dubitet, sicuti etiã gymnasterium, quod B mediocri maxime sit temperamento. Externa præparatio talis est. Corpus ipsum, quod vti frigida debebit, ad hunc modum præparabitur. Esto illi ætas quarti maxime septenarij mediũ, nulla nec ipso die, nec quæ eam præcessit nocte, noua re alterato, sed pristinam salubritatem ad vnguem seruanti. esto vero qui frigida vtetur, iuuenis, & animo tum præsenti, tum planè hilari, siquando alias, etiam tum præcipue, ac primum fricetur linteis vberius. sunto autem frictiones magis nunc quàm antea vehementes.

II. de san. tuen. cap. xij.

Adolescentem frigida non lauandum.

Propositum nanque est, tertium à natiuitate septennium, quod intra quartumdecimum, ac vnum & vigesimum annos interuenit. quo vtique frigida lauari adolescentem adhuc nolim, C ne incremento eius, cui plurimum est consulendum, sit in mora. vbi vero iustam magnitudinem impleuerit, etiam de frigida lauatione aliquid dispiciemus.

DE BALNEIS AQVARVM sponte nascentium.

I. Simp. med. cap. xxiij.

Sponte nascentes ex pugnantium facultatum mistione oriri.

Sulfurosæ, bituminosæ, nitrosæ, & quæcunque eius sunt generis sponte prouenietium aquarum ex pugnantium facultatum mistura nascuntur. Siquidem aqua ex sua natura frigida est & humida: Bitumẽ autem, sulfur, misy, chalcitis, & eius genera alia, calida.

VI. de San. tuen. cap. ix.

Sponte nascentium non vnam esse omnium rationem, sed diuersas, easque experientia cognoscendas.

Satius autem sit eiusmodi aquas experientia discernere, quando etiam raræ inuentu sunt: apud nos stadijs ab vrbe paulo plus centum: in Prusa minus decem. Ergo quæ apud nos est in Allianis, (ita enim locum appellant,) vnius tota rationis est, atq; ex vno fonte manans: quæ vero in Prusa est, diuersæ. Item diuersus medicamentosæ aquæ fons, æquæ vt apud nos, in Licetis.

De Ptissana. cap. ij.

Naturales tantum à propria natura aquæ recedere, quantum fuerint adulteratæ.

Aquæ vero, quæ mistione alicuius alterius extrinsecæ, aut substantiæ, aut qualitatis fuerint adulteratæ, quales sunt bituminosæ, & sulfureæ, atque aluminosæ, tantum à propria aquæ natura recedunt, quantum fuerint adulteratæ.

I. de Simpl. med. cap. xvij.

Naturales non ita aduersas esse igni, sicut alia aqua est.

Nam aqua igni aduersissima est, vt quæ facultatem sortita est frigidam & humidam. Muria vero, marina, bituminosaque ac sulfurosa aqua, non æque: quippe cum id genus omnes ab aqua ad calidius recesserint. verum de sponte natis aquis vel hæc sufficiant.

I. Simpl. med. cap. vi.

Aquas sponte nascentes esse calidas.

Adeo multa est diuersitas potabilium aquarum, & muriæ, ac maris: similiterque earum, quæcunque sulfur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcanthum, aut misy, aut chalcitin, aut vt vnõ verbo dicam, quæ calidorum natura medicamentorum gustu aliquod referũt. inimicæ enim sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. ex quo claret, has omnes facultatibus esse calidas. solã vero aquam potabilem, esse frigidã.

I. Simpl. med. cap. iiij.

Balnea naturalia nulla esse frigida.

Non est tamen eadem aliarum aquarum, quæ sulfur, bitumen, aut nitrum qualitatibus suis referunt, facultas. siquidem earum omnino nulla, vbi alienæ & caliditatis, & frigiditatis expers adhibita fuerit, frigefacere conspicitur.

III. de Vict. rat. com. xl.

Aquas in quibus aliqua medicamenti vim habens qualitas sit, non aquas esse simpliciter.

Nam aqua quæ vel limosa, vel male olens, vel

vel salsa, vel alterius cuiuspiam medicamentosæ qualitatis particeps existit, ea non simpliciter est aqua, sed cum tali quadam permistione medicamenti.

Et quomodo aquæ aliqua prædita qualitate fieri possint.

Si qua vero aqua per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans, substantiæ eius aliquid absterserit, secumque traxerit, mista iam ea est, non autem exacte aqua: velut si ipse quoq; volueris aut salem, aut alumen, aut aliud id genus affatim aquæ miscere potabili, sicut sanè sæpenumero facere cogimur in marinæ inopia, quando muriam facere volumus: tunc enim salem aquæ indimus.

Et I. Simp. med. cap. vij.

Imitari autem potes sicut marinam, sic aliarum quamlibet, substátia videlicet admista, quæ in quaque vincere conspicitur. Nam sulfure in aquam dulcem indito, sulfurosam effeceris: alumine aluminosam: ac eodem modo aliarum vnamquanque.

IIII. de Præsag. ex pul. cap. viij.
Sulfuream & aluminosam aquam pulsum duriorem reddere.

Causæ sunt præcedentes, quæ arterias indurent, aqua sulfurea, & aluminosa, & ne multis, quæcunque vim habent exsiccandi, non aquæ modo, sed & medicamenta diu parti cuipiam corporis applicata.

V. de San. tuen. cap. xij.
Ante balneum, & præsertim aquarum non potabilium, corpus esse inanienduṁ.

Balneum non tutum est, nisi prius inanitum corpus sit. Inanito vero vtile est, potissimum cuius lauacri aqua potabilis non est, sed in qua vis aliqua per halitum digerendi subest.

De tremore pal. con. & rigo. cap. v.
Naturalia balnea attenuare, & calfacere. & ad palpitationem valere.

Veteres quidem medici palpitationum remedia adinuenere, quæ extenuare, & calfacere possunt: cuiusmodi sunt, quæ constant euphorbio, pyrethro, lemnesia, sulfure, & pipere, aliaque id genus composita: item inter aquas, quæ è terra prosiliunt calidę, atq; ex his potissimum nitrosę, sulfuratæ, & bituminosæ, easq; commendant.

V I. de San. tuendæ. ix.
Sponte nascentes calidæ noxiæ sunt ijs, quorum caput calidis vaporibus infestatur.

Calidarum quę sponte nascuntur, noxius his

D vsus est, quibus calidi vapores caput infestant: siquidē quæ ex his sulfurosæ, bituminosæue sunt, ex propterea quòd calfaciunt, inimicissimæ calido naturaliter capiti sunt: aluminosæ vero, quoniam angustos habitus meatus claudunt. Solis autem ijs sponte natis citra noxam vtantur (si tamen ipsis vtendum,) quæ vtique dulces sunt: sic enim tutò dixeris: nam quod vtile etiam aliquid ex ipsis proueniat, id vero non perinde tutò dixeris: quando nec calidæ fortasse forent, si omnis calfacientis medicamentosæ virtutis essent expertes.

IIII. de San. tuen. cap. iiij.
Sponte nascentium aquarum vsu nonnullos excrementa quotannis vacuare consueſſe.

Nonnulli vsu sponte nascentium aquarum,
E vtiq; quibus aut sulfuris, aut bituminis, aut nitri vis inest, Vere vel Autūno quotannis soliti sunt excrementa vacuare.

IIII. Aphor. com. ij.
Balneu naturalium aquarum omnes humores æque vacuari.

Ex talibus autem est euacuationibus, & quæ per ventrem fit, & quę per ora venarum sedis, et quæ per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atq; calorem: & balneas calidas, præsertim nitrosas, sulfureas, & bituminosas: & ex accidenti inedia. hæc siquidem omnia videntur totum corpus æqualiter euacuare.

De causis morb. cap. iiij.
Ex quibus aquis corpus exsiccetur.

F Natationes præterea in aqua quæ nitri, aut sulfuris, aut aluminis, aut bituminis, aut alterius huiuscemodi qualitatis est particeps, & quęcūq; medicamina vim habent exiccandi, siue intrò assumantur, siue foris adhibeantur, hæc quoque siccum reddunt corpus.

Primo de Sanit. tuen. cap. vij.
Balnea medicam vim habentia, siccare omnia.

Balnea quæ medicam vim aliquam præ se ferunt, omnes planè siccant, veluti quæ sulfuris aliquid, bituminis, aluminisúe repræsentant.

I. Simp. med. cap. iiij.
Marinas, & mistas aquas erysipelati noxias esse.

Si marinam aquam, aut muriam, aut id genus aquam mistam, bituminosam videlicet aut sulfurosam

sulfurosam erysipelati admoueas, vsq; adeo hominem offenderis, vt partẽ ipsam sis adusturus. Porrò si aquam extraneam qualitatem adeptam corpori humano perfundas, putabis forsan simplex quoddam & naturale adhibitum medicamen, at ea quodam vtiq; modo cōposita est, aut igneæ essentiæ partem aliquam nacta, aut certe omnino ipsam qualitatem. Vt enim si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis si igneam aut essentiã, aut qualitatem adieceris, compositam quodammodo effeceris.

VII. de Comp. med. secundum locos. cap. i.
Aluminosam, bituminosam, marinam, & sulfuream valde exsiccare.

Marina etiam balnea, & sulfurulenta, & aluminosa, & atramentum sutorium olentia ac bituminosa, propterea quod fortiter resiccant, organis respirationis inepta sunt.

VIII. Meth. med. cap. ij.
Aluminosa lauatio cui noceat, itemque frigida.
Et quid euenerit ei, qui in aluminosa aqua lotus erat.

His sanè corporibus, in quibus quod transpirat halituosum non est, sed mordax & acre, fumo fuliginiuè non absimile, saluberrima est ex aqua dulci & temperata lauatio, tum frictio quę rarefaciat, & exercitationes mediocres, & victus qui dulces efficiat succos. aduersissima vero sunt lauatio frigida & aluminosa. & lauationis abstinentia. Si enim eiusmodi naturas à conuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profecto, quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censerent, ipsi difficillimas febres faciunt: quando protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat: ibique sinere crebro, si vellent, nedũ semel, aut bis lauare. Ego nanque reliquis omnibus omissis, eum tibi i memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis, quæ Albula vocant, lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare. Quippè satisfaciet his pro claritate sermonis nostri veluti exemplum. Sanè hominem inuisebant medici quidam non incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus. Visum autẽ est ambobus hominem à cibo continere. Quod tamẽ nos, cum post illos digressos superuenimus, non permisimus, sed statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissime perfusum, tum blandissime perfrictum, quamplurimum tem-

A poris in calidi solij aqua versari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine vso, tum syndone cooperto, considere paululum ad vires recreandas præcepimus. Postea denuo in balneum perducto, ac rursus similiter tũ vncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso: dein rursus educto, ac frigida merso detersoq;, exhibuimus cibum protinus quidem, vt egressus est, atq; aquã bibit, ptisanæ cremorem: dein paruo interuallo lactucam, ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum qui molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & Aselli quos vocãt. Porrò non alienum sit, quo nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat quo hæc agebantur, paululum post caniculares quos vocant dies. Homo ipse circiter quinque & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis B gracili, atque hirto: tum qui tangentibus etiam cum valeret, manifeste calorem exhiberet mordentem. Vrinas quoque habebat abundè flauas: ac si plusculum cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus assidue sicca erat, tũ quæ excernebat, exigua acriaq; & sicca. Mores animi ad iram & cogitationem propẽsi. Ipse pauci omnino somni, & qui perpetuo de vigilijs quereretur. Hic quodam loco quo negociorum gratia concesserat, Albulis, quæ haud longe aberant, est vsus septima (vt aiebat,) diei hora: ac ter quaterq; se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoq; vbi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum idormisset, venit ad vrbem sero vespere, vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum autem tertia ferè diei hora contemplati eum medici essent, iusserunt non C eum modo diem, verum etiã posterum totum per inediam transigere: quo tertiæ diei noctem obseruarent. Atque his dictis abierunt. Nos tum lauato, tum vt prædictum est, cibato: ministris præcepimus si medici vesperi venirent, quiescere hominem dicerent: eosq; statim remitterent, ac postridie mane redire iuberent. Vt vero abierunt, rursus hominem simili modo lauatum, ac cibatum, ijs ipsis quæ egimus, dormire probè fecimus. Accedentes autem mane postridie medici, censuerunt etiam eo die cibo illi abstinendum, etiam si quammaxime sine febri prorsus esset. Illo vero promittente se facturum quod iuberent, scis quantus illis digressis risus sit excitatus: quem nos paulo post superuenientes deprehendimus. Non fugit vero nec quomodo cum laborante ipso sit actum. Nam quoniam (inquã) cum valeres, bis lauare solebas, ac medici cibum tibi omnino circumcidũt: nec illis iure in totum

obsequendum

obsequendum esse, et aliquid eorum quibus per sanitatem es vsus, immutandum arbitror. Eo vero putâte me sibi persuadere vt lauaret quidem, sed nô bis: tum paratum se affirmante quicquid iusserim exequi: ergo (inquam) neq; inediam tolerabis, neque lauabis bis: siquidem & laborasse mihi videris iam triduo, & calfactus vehementius à sole fuisse. Propter igitur laborê (inquam) & vstionem, vnam te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari: quoniam id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas. Cæterum, quoniam stare pactis est iustum, faciam quæ iubes. Quę vero medici post hæc egere, nosti planè quanto erat digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusq; dormierat, cû circa occasum solis ministrorum quispiam adesse medicos nunciat. Hic vero febricitare se simulat, ac veste circundatus inuolutusq;, quo minus bibisse vinum ab ipsis deprenderetur, amico cuidam mandat, medicis, si quid percontêtur, pro se respondeat. Erant autem de more, vbi inuolutum curiose hominem etiam cum capite viderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio iuasisset. Cum autem amicus respôdisset, fermè ne vnam quidem integram ex quo cœpisset, intercessisse horam: cum horrore ne, an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tingunt hominem iam corpore propter risum, & operimentû madentem. Itaque vbi hominem laudasent quod sibi obtemperasset, nec quicquã ante tertiæ diei accessionem deliquisset: ob id ipsum (inquiût,) nunc te deseruit horror, estq; sudoris indicium, ac multa humiditas circa cutem, quæ haudquaq; euenissent, nisi inediam tolerasses, & triduum trãsmisisses. Iussis igitur propinquis, si quæ guttulæ illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur: tum mane se redituros præfati discedunt, ne tum quidem post sudores iusso hominem nutriri. Visæ nanque sunt illis noctes eo tempore breues: vtiliusq; esse postridie mane nutrire. Digressis igitur ipsis, perfusus sudore iuuenis, ita vt inuolutus vestibus fuerat, in balneum cucurrit, ac tertio lauit: & similiter est cibatus. Postridie priusq; aduentarent medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehêderent. Itaque cum paulopost venirent, & egressum intelligerent: mirati inter se sunt, quid tandem hominem egredi subegisset iam bidui passum inediã. Ergo si hoc vno male ab eiusmodi medicis ægri afficerentur, quod pluribus diebus in cubilibus detinerentur, cum liceret sine intempestiua hac inedia multo citius ad consueta vitæ munia redi-

D reæsset profecto vel id pergraue. Verum longe grauius est quod accidit. Cum. n. memoratæ naturæ, vbi sub tali victu regûtur, grauissimis occupentur febribus: qui hunc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre videntur.

II. de Crisibus. cap. xiij.
Densari cutim aluminosa balneo.

Densatur cutis, vel frigefacta, aut qualitate acerba subito ipsam inuadente, veluti accidit eis qui aqua aluminosa se balnearunt.

I. Simp. med. cap. vij.
Aquas medicamentosas hydropi vtiles.

Aqua inter cutem laborantibus aduersissimû est & potio, & lauacrum aquæ dulcis: salsarum vero & nitrosarum, ac sulfurearum, bituminosarumq; omnium sanè perutile.

E *XIIII. Meth. med. cap. xv.*
Aqua naturali, quæ in Lesbo, & Mitylene est, obesa corpora, & aquam inter cutem habentia curari posse.

Ipse nanq; iuuenem quendam quadraginta circiter annos natum, oppidoq; obesum percuraui, vsus tum antidoto quæ aduersus articularia vitia est composita, tum sale theriaco, ipsaq; theriace, ac reliquo extenuanti victu, & pro exercitatione cursu veloci. Porrò præparaui hominem ad cursum, perfricando primum linteis asperis, quoad cutis ruberet, dein statim cum oleo quod in se digerens aliquod medicamentum habebat: quo etiam post cursum rursus vtebar. Talia medicamenta sunt, tum syluestris cucurbitæ radix, tum althęa, tum gêtiana, tum aristolochia, tum

F panacis radix, tum polium, tum cêtaurium. Per hyemem vero etiam à balneo iam dicto oleo hominem reunxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim à balneo, sed interposito somno côueniet. Quòd si velit etiam rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiã ad rem pertinebit, si aquæ ipsi digerendi facultas insit. Ac siquidem talem aliquam sponte natam habemus, ipsa vtemur: cuiusmodi in Lesbo visitur, à Mitylene stadijs quadraginta. sin minus, ipsi similem aliquã moliemur. Est porrò ea quæ in Mitylene conspicitur, & viribus & colore talis qualis vtique fiat, siquis florem salis aquæ marinę misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropicis, & reliquis tumefactis, idonea est: vtpote valenter deficcans, ita profecto vt præpinguibus: ac præcipue siquis ipsos cogat in ea celerrime natare, nec post largam lauationem protinus esse, bibereuè, sed somno interposito, aut omnino saltem quiete.

I. Simp.

I. Simp. med. cap. vij.
Aluminosa conuenire vlceribus fluentibus.

Aquæ quinetiam aluminosæ, quales sunt in Italia vocatę Albulæ, cum alijs vlceribus idoneę sunt, tum vero quęcunq; fluxionibus tentantur, ea perfacile deficcant. Sic nec cæterarum aquarum vlla humectare potest, quod videlicet non sint exactè aqua, sed mista & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus aliquo. Quocirca earum nonnullæ vlcera quoque exasperant, nempe quę acres admodum sunt, & mordaces. Quinetiam sitienti, acerbiorem sitim quoque relinquunt.

Et item ibidem.

Aliæ aquæ à potabili vniuersæ vlcera deficcant. Piscatorum siquidem vlcera adeo videntur sicca, ac si forent salita. Quin si imbutum linamētum vlceribus imponere libeat, sicca quidem à muria marinaq; reddi comperies.

VII. de Comp. medic. per genera. cap. iij.
In vsu medicamentorum mollientum, si lauandum sit, non vtendum balneis naturalibus.

Si laueris, vitanda sunt medicamentosarum aquarum lauacra: præsertim quæ chalcantosa, aluminosa, & sulfurosa sunt.

De his lauacris hæc à nobis in studiosorum vsum collecta sunt, vt quibus in morbis, qua ætate, quo tempore adhiberi possint, omnes facile comperiant: quam sanè tractationem vtilissimam fore, & ad quoscunque accommodatam speramus.

EX ARISTOTELIS
Problematibus.

Eorum quæ ad mare, salsamq; omnem aquam pertinent, Sectio vigesimatertia cuius Quæstiones XLI.

1

Cur fluctus prælati pelagi superfrangi nō soleant, sed parui tantum & breuis? An quia parum humoris cum fertur, discerni à spiritu facilius potest, quàm multum.

2 Cur nauigia onustiora in portu, quàm in alto esse videntur? Celerius enim de alto in terram veniunt, quàm de terra in altum prouehuntur. An quòd plus aquæ, quàm minus, reniti validius potest: pauca enim oppresa onere cedit, vt demergi necesse sit: multa è contrario repellit ac sustinet. Vis enim ea est aquæ, vt sursum, versus compellat inferius: ergo vt in portu maris parum, sic multum in alto est. Itaque plus oneris conuehi in portu videbitur, etiam moueb itur ægrius, quia magis immergitur, & aqua minus reniti potest. At vero in alto res contra vsu euenit.

Cur fluctus interdum prius eueniat quàm venti? An quoniam primo spiritus ortu maris pars prima impulsa, partem sibi continuam ipsa compellit, itidemque deinceps vice pari, seriesq; agitatur perpetua. Quamobrem cum mare ipsum continuum sit, efficitur, vt quasi vnus ictus continuus ex his omnibus exultet, idque fieri vno in tempore possit. Itaque euenit vt prima et vltima pars simul moueantur: quod aeri nunquam accidit, quia corpore vno continuo hic esse non potest, eo quòd multiplici vndique repulsu retorquetur atque conquatitur, vt primus validissimusque mouendi impetus refringatur, impediaturque. Quod mari accidere propterea nequit, quia granius aere, motuque difficilius est. 3

Quam ob causam cum aliquid in mare vndabundum & æstuans iactum est, vt anchora, vnda residet, & quiescit? An quòd mare ponderi cedit, quod defertur, quo cum aer delabatur: qui cum directum in imum defertur, atque attrahitur, secum eodem id trahit, quod mare de latere concitat: æstus autem maris non desuper tendit ad ima, sed per summa versatur, quo sedato tranquillitas oritur. Ad hæc, cum mare in ea spacia coit, quæ ponderi descendenti cesserint, vertiginem mouet, quæ non nisi circulo agitatur. at cum linea recta circulum per punctum attingat, fluctusq; ad lineam rectam obliquè ferantur, fieri potest vt fluctus ipsi per punctum horas vertiginis attingant, nec prædictam ob causam tantum, sed etiam quod ipsa vertigo accedens, suo impetu circum vndique illos depellit. Quod cum itaque fluctibus pars ea vertiginosa careat, meritò vnda iacta anchora residet, tranquillaturque. Adde quod aer, qui cum pondere illo dilapso descendit, mox sese referens, vndamque sursum compellens, bullas excitat: quippe cum bulla humore consistat, qui de imis ad supera pulsus ab aere efferatur. Omnis autem bulla lenis serenaque est. Indicium vero quod vnda, qua pondus in imum corruit, submissa in cauum paulo post resurgit, & mari circundanti æquiparatur. 4

Cur

5 Cur interdum nauigia, dum cursum agunt, in mari quieto repente absorbentur, totaque ita pereunt, vt ne naufragium quidem fluitans vsquam appareat? An cum locus cauernosus terrę subditæ mari dirumpitur, simul in mare nauigia interrumpuntur, introrsumque spiritus impetu trahunt: cumq; impulsu pari circumundiq; agitentur, deorsum ferantur necesse est. Hoc idē apud Mesanam quoque in freto fluctu reciproco euenit. Fiunt enim eo ipso vertigines quæ in imum absorbent, tum ob eam quam diximus causam, tum etiam quod mare illud præaltum est, terraque ad longinquum vsque subhiat cauernosa. Vertigines igitur eousque per vim ductitant: itaque efficitur, vt inibi fragmenta nulla valeāt fluitare. Fluxus autem ille fieri solet, cum flatu desistente, mari item fluente, flatus aduersus primo occurrit, maximeq; cum auster. Cum enim vndæ inuicem cursitant, inflictu prętereūt mutuo, quo scilicet modo in fluminibus fieri nouimus: atque ita mare in gyrum vertitur, quę vertigo, aut vertex vocata est. Fertur autem vnda in anfractum initio motus valido desuper irruente. Igitur cum vndas vrgere in latus non liceat (impulsu nanque repelluntur mutuo) compelli prorsus in imum necessarium est. Quam ob rem id quoque deferri eodem vnà cogitur, quod vertigo prehenderit: eademque causa est, cur etiam nauigia resimentur, repandaque deferantur, cum deuorantur à vertigine. Iam enim aliqua erecta ex toto descendisse, memoriæ proditum est.

6 Cur mare Ponti candidius, quam Aegæi est? Vtrum propter visus refractionem factam de mari in aerem. Est enim aer Ponti crassus, & albidus: itaque fit vt etiam maris pars summa talis esse videatur. Aegæi vero quoniam à longinquis vsque purus & liquidus est, cœruleus cernitur: quocirca mare quoque aeri renitens, colorem eundem representat? An quòd lacus omnes, quàm mare candidiores sunt. Pontus autem in lacus speciem propemodum transit, eo quòd multi in eum fluuij effluūt: nec vero mari solum candidior lacus est, verumetiam fluuijs. Vnde pictores flumina pallida, mare cœruleum, lacum candidum pingere non ineptè consueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam visus penetrare facile potest: aerem versus reflectitur: e mari autem nec sursum reflecti potest, quoniam leuis aqua non est, & deorsum progrediens fatigatur: itaque fit, vt mare nigrum esse videatur. Atqui mari quod lacum simulat, pars dulcis per

D summa innatat: salsa vero in imo est. Quamobrem quod id penetrare aspectus nequit, sed ad lucem reflectitur, albedinem per summa ostendit.

7 Cur mare minus quàm aqua bibi idonea, frigidum est, omnesque salsi humores non vt dulces frigidi sunt? Vtrum quòd mare spissius & corpulentius est: tale autem quodque minus refrigerari potest: sicut etiam amplius incalescere aptum est, quippe quòd calorem seruare suam ob densitatem melius possit. An quia mare pinguius est, quocirca flammam æquè extinguere atque cæteræ aquæ, non potest: calidius autem, quòd pinguius est. An quoniam multum terræ in se continet, propterea siccius est: quòd autem siccius, idem calidius est.

8 Qua de causa qui mari se lauerint, ocyus resiccentur, E cum mare grauius sit quàm aqua dulcis? An quia crassius & terrosius est: ergo cum parum humoris habeat, meritò siccari potest celerius.

9 Cur perflante aquilone mare perspectius atque translucidius sit quàm austro? An quia mare cum serenum est, calorem trahere sibi assolet: inest enim aliquid pinguis in succo salso: indicium, quòd die tepidiore oleosum quiddam secerni videmus. Ergo tranquillo tepidioriq; mari, succus iste sua leuitate per summa panditur, quòd aquilone fieri minus potest causa frigoris. Est autem aqua translucidior q̃ oleum, id enim colore obducitur. Aqua vero expers coloris, visu obuia, apertiorem sui præstat suspectionem.

10 Cur fluctus ventum præ se omnes ferant? An quia flatus futuri indices sunt: flatus enim im- F pulsus aeris est. An quia vice propellendi successiua consistunt. Propellit autem flatus nondum continuus, sed exoriens. Primus igitur quasi emarcuit, mox autem hunc alter propellit, factaque altera densitate elanguescit: quare cum hoc propulsum iam adest, propellens quoque illud venturum esse palàm fit: facit enim idipsum cum incipit.

11 Cur fluctus antè quàm flatus erumpit? An quia non simul flatus desistit, & mare vndabundum sedatur: sed mare postea cessat. ideo fieri potest, vt qui mouerit spiritus, ante occidat, quàm sensu obuius sit. itaque non fluctus spiritu prior est, sed ille latet, hic patet. An flatus non vndiq; simul spiret, sed primum vnde exortus sit: simul autem spirat, & mare sibi proximum agitat, quod exitum subinde proximum mouet: atque ita fieri potest, vt fluctus flatum possit anteire.

teire. Motus enim ille velocior à mari, noo à flatu principium ducit.

12 Cur in mari melius quàm fluuijs natare possumus? An quòd qui natat sedulo aquæ adnititen do natat: adniti autem firmius ad id possumus, quod corpulẽtius est at aqua marina fluuiali corpulẽtior est: crassior. n. et ad renitẽdum validior.

13 Cur mare deuri potest, aqua non potest? An & aqua deuritur: sed mare minus ignem extinguit, quoniam pinguius est. Cuius rei indicium oleum facit, quòd ex sale depromi potest. An etiam meatus maris minus congruant igni, vt qui crassiores sint, & eo magis quòd salis ratio non deest. Vt igitur quod siccum est, minus extinguere, quàm quod humidũ potest: ita etiam quod amplius siccum est, idem ex ratione vrentius esse debet, & alterũ magis altero: quo enim siccius, eo calidius est: mari autem istęc ambo inesse plenius palàm est.

14 Quam ob causam demersi in mare plus temporis valeant tolerare, quàm in fluuio? An quia fluuialis humor tenuior, subiens igitur copiosius strangulat.

15 Cur mare perspectius & dilucidius est quàm aqua potui idonea, cum crassius sit? dulcis enim salsa tenuior est. An tenuitas causa non est cur mare dilucidius sit, sed directi meatus id faciũt, quos tum plurimos, tum amplissimos cõtinent: ergo illa potui idonea spissa ex tenuitate suarum partium est, salsa amplioribus interstitijs inanit. An quia mare purius & syncerius est: terra enim nulla io eo permanet: arena suo pondere delapsa, in imũ subsidet. At humor dulcis mistus cũ terra est, quæ interueniẽs facit vt cito perturbet.

16 Quam ob causam mane aura frigida de mari non spirat, de fluminibus spirat? An quoniam mare locis patulis spaciosisque dilatatur, flumina angustissimis concluduntur. Aura igitur maris per multa vastaque spacia dispalata, redditur imbecillis: fluminum autem vniuersa extinguitur. itaque amplius valet, & frigidiuscula merito occurrere potest. An causa non in eo est, sed vt flumina sua natura frigida sunt, sic mare nec frigidum neque calidum est: aura autem omnisque respiratio, humore vel calescente vel frigescente excuti solet. Vtrum enim ex his fuerit, humor aerescit: quo aerescente, aer qui inde ortus spirat, aura est: qui si à frigidis proficiscitur, frigidus merito spirat: si à valde calidis, cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes possumus: mare autem neque frigidum, neque calidum valde est: itaq; nec frigidum esse

A id potest quòd ex eo respirat, cum scilicet mare frigidum ipsum non sit: nec cito refrigeratur, quia calidum valde non est.

Cur fluctus altioris pelagi tardius desistant, quàm breuioris? An quia res omnis serius ex motione multa, quàm pauca requiescit: ęstus autem magni pelagi amplior quàm parui est, ergo nihil temerè agitur, si tardius quietatur. 17

Cur aqua salsa frigida bibi non potest, calida refrigeratáue postquam calfacta est, melius potest? An propterea, quod de contrario in contrarium res quæque mutari solita est. Aqua autem salsa dulci opposita est: & cum calescit, portio salsi decoquitur: cum refrigeratur, in imum defertur, & subsidet. 18

Cur aquæ positæ propter mare, dulces magna ex parte, non salsæ comperiantur? An quia percolatæ potui aptiores redduntur: percolari autẽ id melius potest, q̃ mari propius situm est. 19

B

Cur aqua salsa profluere nequeat? An quia stabile, quod graue est. Salsa autem aqua grauis est, quapropter calidæ tãtummodo ex salsis profluere possunt: habent enim sibi leuitatem quæ pondus salsuginis superat: calidum namque leuius est. Adde quòd aquæ profluentes per terram nimirum percolari queunt. itaque quantum crassius & grauius est, id assidue magis magisque defertur & subsidet: quantum leuius atque syncerius, id seuocatur & profluit. Vt enim salsum graue, ita dulce leue est: atque ita efficitur, vt sint dulces quæ profluunt. Hæc eadem causa est, & cur aqua salsa cum mouetur, mutaturque, dulcior fiat: leuior enim per motum atq; syncerior redditur. 20

C Cur si quis in Africa propter mare infoderit, aquam principio dulcem, post breui salsam eandem comperiet, cum cęteris in locis minus idipsum eueniat? An prima loci illius aqua concocta sub terra est, quæ cum diutius manserit, salsior à mari trãsmisso efficitur, vt quæ nuper confluxerit: cæteris autem locis aqua vel nulla est, vel plurima nulla prohibente siccitate est. 21

Cur sal eliquari ocyus aqua salsa quàm dulci possit? An quòd eliquari non aliud est, nisi ab humore caloreúe subeunte resolui & dirimi ita vt liquidum sit: eliquare autem nequeunt quæ vel subire omnino non possunt, vel quæ ita subeunt vt tangere nequeant. Vix illa vero eliquant quæ facile transmeant: contrà celerrimè dirimunt, quæ per vim se intrudunt. Subire autem nequeunt, quæ amplis admodum partibus constant, quippe quæ meatus rei subeundæ ex- 22

ceaant: contrà quæ minutioribus constant, transeunt sine tactione. Atqui vt dulcis aqua tenuior, ita salsa crassior est: ergo altera sua tenuitate facile penetrans vix liquefacit, altera subit quidem, sed minus propter suarum partium magnitudinem: itaque cogere & proinde dirimere celerius potest.

23 Cur aqua minus candeat si moueatur? quòd vel maris æstu inspici potest. Vnde Homerus, Flatu oriente, inquit, & flatu nigrescit pondus eodem. An duabus de causis: nam si ex propinquo cõtuimur, causa est, quod visio magis transmeat aqua manente quàm mouente: eripitur nanque trames omnis directus cum mouetur? Candidum autem id esse videtur, quod perspectum atque perlucidum est: per quod enim visus transire nequeat, id atrum esse affirmant: quamobrem aerem quoque nigrum è longinquo, candidum ex propinquo videmus, & maris, vt quod propè adest, cãdidum: ita quod procul, cæruleum & nigrum: sed si è longinquo spectatur, causa est motus quidam, quo aspectus mouetur, cum se ad elongatiora deducit. Quinetiam cum aqua quiescit, aspectus vniuersus in lucem reflectitur: quod fieri nequit, cum illa mouetur.

24 Cur fluctus præalti pelagi nequeant superfringi, quemadmodum parui? An quoniam aqua parua distrahi ab aere magis potest quàm multa, propterea percussa facilius frangitur. Atqui in alto multa, in breui pauca est, quæ in fluctus compellitur.

25 Cur loca austrum versum spectantia aquas continent salsiores? An propterea quòd mare in terram sub austro interrumpit, dulces cum salsis miscentur.

26 Cur aqua salsa vino dulci magis quàm austero supernatat? Vtrum quòd dulce plus terræ cõtinet, sicuti vua passa. An quia grauius & lentius dulce est: itaque minus miscetur, immistumque residet atque innatat.

27 Sed cur omnino possit innatare cum terrena sit? nanque delatio huius deorsum est. Vtrum propter calorem modo salis; excremento nanq; per summa erumpenti res similis est. An alia causa sit: nam si non propterea ita fiet, vel dulci innatare minus incredibile erit: calidissimũ.n. est.

28 Cur fluctus ante interdum veniant quàm venti? An ea de causa, qua etiam postea desistũt. Primus etenim flatus prius quasi languescit q̃ fluctus ille impulsus: deuenit autem in terram, non ea vnda quæ prima impulsa est, sed id vice pari subinde impellitur, quod proximum deinceps exceperit.

29 Cur litora fluctuosiora solida sæpe efficiantur, adeo vt planè pauimenta videantur: & vt solida sunt, quæ frequentia fluctuum concalluerunt, ita pars remotior soluta sit admodum & cedens? An propterea quòd fluctus arenam non minutissimam, sed maiusculam procul eijcit, vt & manus non quod minimum est, id maxime longe iacere potest. Tum etiam cum permulta et varia promiscuè conquatiantur versenturque pars minimorum interlapsa spissat, atque consolidat: mox fluctus residentis motio nihil propterea protrudit, sed opprimit, pauimentatque: ergo quod exigua procul exilire non queunt, incidit vt ex paruulis moles coagmentetur, quæ quoniam motu frequenti agitatum est, continua redditur: arena scilicet interlapsante prætenui, dum compages contentione perpetua consistat, cum fluctu vltimo pauimentatur, & humor leniter, sensimque irrorans conglutinet. At pars seposita oræ arida, disgregatur & finditur? lapillis etiam constat maiusculis, minusq; complanata est.

30 Cur superius mare salsius et calidius sit quàm inferius: & puteis quoque potu idoneis pars superna salsior sit quàm ima? quãquam esse è contrario debuit: grauius enim quod salsum. An quia sol & aer partem humorum leuissimam assidue detrahunt: dulcissimum autem quod leuissimum est, potissimumque de propioribus locis hauriunt. Et maris igitur & aquarum dulcium summa, vis solis exercet: itaque salsius id esse necesse est, quod his residuum extat, vnde humor dulcis exactus est, quàm vnde nihil vel minus abijt: propterea calidior quoque pars eadem superior est: salsum enim quàm dulce calidius est. Quapropter quibusdam ex ijs qui à disciplina Heracliti sunt, placet, vt dulci ex aqua siccata concretaq; lapides terraq; creentur: mare autem sit, vnde sol exhalationes eliciat.

31 Cur maris pars terræ proxima dulcior est? An quia frequentius mouetur: salsus autem humor cum mouetur dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo salsior est: minus autem alta, quæ proxime terram est. Quamobrem quę statim à terra præcipiti altitudine descendit, salsa est: nec dulcedinis tantundem reddere potest: cuius rei causa est, q; salsa suo pondere in imum potius deferatur.

32 Cur mare solum omniũ aquarum deuri potest? Non enim pluuia, non fluuialis, non aliqua potu

potu idonea. Vtrum quia multum continet terræ, quòd salis argumento ipsius cõstat? An quoniam pinguiusculum est, quod oleum demonstrat quod in sale resudetur.

33 Cur lacus arenam vel nullam faciat, vel minus quàm mare & fluuius? An quia saxa in mari consistunt, & terra deusta maxime est, arena autem saxum in parua minimaque perfractum est, quòd ictu fluctuum frangitur. At in lacum saxa non æque consistunt pura synceraq; neque frangi itidem possunt, eo quòd fluctus non pari modo excitantur. Sed in fluuijs confici arenam potius dixerim, quoniam terram hi detrahunt, saxaq; suo fractu perfrangunt.

34 Quam ob causam cum lacus vel diminutus vel exiccatus est, frumentum in campo acrius gelu deuritur? Vtrum quòd humor lacus aerem suo vapore tepefacit, vt minus atque imbecillius congelascat, quàm locis palustribus & cauis. An de terra, vt vulgo dicitur, frigus incipiat, & subeat sensim. Lacu igitur absumpto, frigus per terræ spacia ampliora plenius inuadens gelu instringit, deuritque amplius. Locis autem cauis atque palustribus frigora de imis aspirant, quòd etiam vulgo creditur: & quanquam terra caleat tempore hyberno, tamen quia humida est, calor per summa insidens refrigeratur & perit. Humor enim nec adeo procul est vt refrigerari caloris interioris beneficio nequeat: nec adeo paucus, vt nihil madeat: madet enim terra vbertim. Fit igitur eo ipso congelascente, vt quasi super glaciem & ambuletur & habitetur.

35 Cur mare simul salsum & amarum est? An plures esse in mari sapores nihil prohibeat, quippe cum genus salsum amaro coniungi, esseque simul latissime pateat.

36 Cur lapides & testæ in mari rotunda reddantur? An quia extrema compari ademptu circunfracta, in rotundam se colligunt speciem: hæc enim sola simili extremo clauditur, mare autem quoquo versus agitando pariter circum vndiq; frangit, atque obtundit.

37 Quamobrem nonnunquam si quis circa mare infodiat, aqua dulcis principio emanet, post vero salsa efficiatur? An propterea quòd mare ipsum dulcem illum humorem sub terra transmittit percolatque, merito principio dulcis est: leuior enim dulcis, quàm salsus est, itaque prior occurrit: & mare dulcis aliquid humoris in se habet, quod terræ permistum facilius innatare potest. Salsum vero, quoniam & grauius est, & ap-

A tius ad secandum, in imum defertur. Siue igitur ita est, siue per venas ex continente in mare dulcis profluat humor, non imeritò per maris summa extare possit, qua se cum eo committat: ergo meatibus postea patefactis humor salsus copiæ suæ ratione vincendo, salsugine totam afficit aquam. Accidit enim, vt superis obseptis meatibus confluuium salsi humoris iter aliud faciat, contraq; patefactis totum istuc perferatur, quomodo in corporis venis fieri nouimus.

Cur mare, cum grauius, quàm aqua potu idonea sit, clarius atque perspectius est? Vtrum quia pinguius est: nam si oleum affusum efficere potest, vt melius per aquam incernere sit, meritò cum ipsum mare in se pinguis aliquid habeat, perspectius & dilucidius fit: ipsum enim oleum aqua leuius est, quamuis nõ perspectius. An mare non perspectius est, sed esse tale videtur: quippe cum aqua dulcis, aut fontis, aut fluminis sit, fons suam aquam non sine terra emittit, vt purissima esse nequeat, flumen tum terram, tum secem detrahat. Causa igitur hæc sit, cur dulcis minus perlucida appareat. 38

B

Qua de causa qui mari natant, ventre saluberiter euacuantur? haud enim quia laborant. nam qui curriculo eunt, vehemẽtius elaborant, sed tamen non ita euacuantur. An non omnis labor id faciat, sed solus qui nullam dat causam tabescendi intestinorum: maris autem mora vel omnino edaciorem, & ventris inanitate adustiorem hominem reddi videmus: est enim vapor maris calidus & siccus. 39

Cur lacus Psæsa, qui potu idoneus est, lanat simul & purgat vestimenta? humor enim dulcis lauare potest, amarus purgare atque abstergere, quæ quidem haberi simul non possunt. An nullus humor vestimenta suo amarore possit purgare, sed lentore tãtummodo: quamobrem trunculi, & quæcunque mucosa, vim abstersoriam obtinent. Igitur & amara quæ fermè lentescunt, purgare queunt, cætera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitrosæ virtutis amarum totum deustum sit, pingue & lentum remaneat. Hoc igitur abstergit & purgat, lauat autem suo dulci humore. 40

C

Cur maris vndabundi quod desistit, albicat: quod prouoluitur, nigricat? An quia quod minus cernimus, nigrius id esse videtur: minus autẽ cernimus quod mouetur, quàm quod quiescit. An quoniam candet, ꝙ transpicitur nigrescit, quod aspectu peruium nõ est: minus autem id transpicitur, quod mouetur. 41

Eorum quæ ad aquas calidas pertinent, Sectio vigesima quarta, cuius Quæstiones. XIX.

1 CVr aqua perfusi calida, minus calorẽ percipimus cũ peruncti oleo sumus? An propter corporis leuitatem facile aqua dilabitur, minusq́; immoratur, q̃ vt calor subire valeat.

2 Cur puteorum aquæ tepidæ à meridie æstate reddantur? An quia tunc frigiditate aeris iam superata, calor plenè inualuerit: antè autem frigor calore soluitur, & cessat. non enim simul alter cessat, alter inualescit, sed spacio temporis.

3 Cur aqua iterdum facta calidior, quàm flamma, ligna deurere nequeat, flamma queat? An quia flamma prætenuis est, spiritusque ex ea proficiscens partibus tenuissimis constat: aqua profecto crassiuscula est, itaque subire non potest. At vero flamma, carbonumque ignitamentum suam ob tenuitatem facile subeunt, atque resoluunt.

4 Cur aqua feruens liquefacere nequeat, venter queat? Vtrum ventris calor sua tenuitate subire potest, aqua sua crassitudine nequit. An quod cætera quoque liquefieri humor prohibet. Nulla enim res est, quæ inter humorem dilabi, & tabescere possit. At in ventre humore in vesicam secluso, facultas resoluendi acquiritur.

5 Cur fundus vasorum non vrit, quæ aquam feruentissimam continent, sed plerique fundo sustinentes deportant: aqua vero ipsa exempta vrere potest? An eo quod calor in fundum vasis contractus, extingui ab aqua potest. Quo fit etiam, vt eliquari res nequeat, eliquabilis si quid humoris admittatur.

6 Cur aqua non perinde hyberno tempore, vt æstiuo, efferueat, non solum pari concalfacta igni, sed etiam pleniori, & tantundem calens, atque etiam vehementius? An propterea quòd aquæ efferuentia bullarum elatio est: aqua igitur ipsa non minus hyeme, quàm æstate calfieri potest: sed bullas efferri frigus ambientis aeris prohibet, itaque minores, paucioresque consistunt: at æstate contrà omnino est. Ille autem efferuendi æstus non nisi frequentia, magnitudineque spumæ exultat.

7 Cur calida aqua rugare potest, ignis qui tam calidus est, non potest? An quia ignis spiritum agit, vt tumefacere valeat: circum enim cutis obtenditur. ruga autem, cutis contractiuncula est.

8 Cur fundi vasorũ, quibus calfacimus aquam, D tandiu calidiores sunt, dum aqua ipsa frigidiuscula est? An quoniam aqua adhuc frigida calor concludatur circum, obsistatque intus, cum ei exitus omnis denegetur. At vero aqua concalfacta, quòd nihil præterea calor arcetur, sed liberè respiret, diminuaturque, fundus frigidior redditur, non secus ac balneæ: has enim hyeme quàm æstate calidiores experimur, quoniam calor hyberno potius quàm æstiuo tempore aeris circunfundentis frigore intercluditur.

Cur aqua feruens nunquam † expaflat: fresum omne, atque lenticula solida expaflantur? quanquam his leuior aqua est: leuius autem procul proijci facilius potest. Quinetiam argentum cum decoquitur, idem facit. Itaque qui in officinis argentarijs defecandi funguntur officio, argenti reliquias colligunt lucro. 9

ἐκφλάζε, more bullarum exilit.

E An quia expaflationem calor agit euaporando, cogendoque ea quæ suo naturali impetu obstant. Aqua igitur quoniam leuis & prætenuis est, nihil per vim reijcit: itaque nimius calor colligi non potest, sed ante quàm contrahatur, reprimitur omne, atque excutitur, quòd subinde accessit. At vero quæ corpulentiora sunt, vt polenta, vt argentum, hæc vt per sui corporis grauitatem arcent, repelluntque, ita vi per renixum erumpunt, vt calor qua vicerit, exiliat vehemens. Facit enim corpulentiæ spissitas ne transeat, sed arceatur, dum ictu caloris superfluentis extrusus sit atque eiaculatus. Fit ergò ictus non impulsus, vtpote cum calor inferius sursum versus efferatur celeriter.

Qua de causa quæ parum temporis calido in humore maduere, tument: quæ multum, 10 F hæc collabuntur & rugant? An quoniam calor, vt ex concretis humorem elicit, ita ex humore spiritum creat, densaque omnia laxat. Principio igitur concreta tepefaciens, facit humidiora, cum spiritum ex humidis ducens diffundit, & tumefacit. Cumque amplius calfacit, partem summam elaxat, vt vapor inde respiret: humorque exiccatus facit, vt moles concidat: qua collapsa, cutis omnium summa rugatur: quo autem magis contractione inæquali flaccescunt, eo rugosa multiplici asperitate efficiuntur.

Cur aquis calidis potius quàm frigidis lapides concrescant atque coagmententur? Vtrum 11 quòd lapis defectu humoris consistit, caloreque potius quàm frigore humor deficit, & lapis desicit calore: vt etiam Empedocles, Lapides (inquit) et saxa feruẽtium aquarum opera conficit. An non

solum

solum calor elapidat, sed frigor etiã humorem nimio gelu absumẽdo indurat, facitq; lapidem. Quòd nimium frigus ita agit, simpliciter quoq; ita agi posse certum est.

12 Cur si inter aquam pedem quis teneat calidam, pede quiescẽte aquam minus calidam sentiat, mouente calidiorem? An idem quòd vel in toto corpore accidat. Si quis enim curriculo it aerem qui subinde obuiam fuerit sentit frigidiorem, eoq; magis, quo cursum agit prolixiorem.

13 Cur amplius in sole res calidæ, quàm in vmbra refrigerantur? Vtrum quia minor calor à maiori absumitur. An quòd in vmbra frigor circumfundens, calorem interiorem reprimit, nec effluere sinit: quòd idem moribundis aqua offusa frigida aduehit, quippe quę calorem concludat et arceat, ne foras se promat. Denique per hyemem omnibus accidit, calidiorem suam esse partem interiorem. At in sole vi nulla arcente calor effluit, atq; ocyus euanescit.

14 Cur aqua minus salubris balneo sit, quam sol tepefecerit? Vtrum quia corpori adhuc insidens refrigeratur, horroremq́ue mouet. An est etiam istud: veruntamen & si quis ea sæpe vtatur, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida, omnino vim coquendi siccandique obtinet: frigida compescere, atque contrahere potest. Itaq; vtraque aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida & calida ex igne balneum præstat commodum. At quæ sub sole tepuerit, ob sui caloris imbecillitatem, præbere illorum neutrum habet, sed humificat tantum, perinde ac luna.

15 Cur aqua sole calfacta parum salubris sit? An quia rigorem aduehit, vbi refrigeratum est.

A Cur aquæ Magnesiæ & Artanæ feruidæ satis sint potu idoneæ? An quoniam aquæ copia dulcis ad profluentem calida sese applicat, eo tum modo, vt salsugo tollatur, & calor eduret. 16

Cur aquæ Magnesiæ feruidę feruere quidem aliquando desierunt, salsæ tamen nihilo esse desierunt? An quòd aquæ copia frigidæ aliunde fusa in fontes feruidos calorem omnem extinxit. Itaque terra tametsi salsa persistere potuit, calida tamen esse propter aquæ adiunctæ copiam non potuit. Proximum igitur id accidit aquæ, quam per cinerem transmissam colamus: hæc enim transmissa per calidum cinerem, nec ipsa suum frigorem amittit, & cinerẽ frigidum reddit: salsa tamen, amaraq; per cinerem est. Sed cũ aqua quæ frigida accesserat, alienigena esset, B calor vernaculus terræ frigorem illum pauciorem euincere vice versa potuit: atq; ita suum calorem aquæ receperunt. 17

Cur aquæ feruidæ salsæ magna ex parte proueniant? An quòd pleræque omnes per terram aluminosam percolantur: quòd odore earum constat. exustorum autem omnium cinis salsus est, sulfurq; redolet: quapropter feruida omnia modo fulminis vrunt, & quidem plura fulminis tactu calida extiterunt. 18

Cur calidæ balneæ sacræ habeantur? An propterea quòd sulfure atque fulmine, rebus ingenuè sacris proueniant. 19

Aristotelis finis.

BERNARDINO LAVREDANO ANDREAE F.

adolescenti nobilissimo ac doctissimo

Augustinus Gadaldinus S. P. D.

CVm eam Oribasii Sardiani tractationē, in qua Lauacrorum omnium differētiæ ac facultates narrantur, nondum vel græcis vel latinis literis publice legi posse animaduerterem: eam uerò eiusdem scriptoris partem, quæ vniuersam Aquarū potabilium naturam explicat, hactenus quidem vel mancam inter Galeno ascriptos libros, vel pluribus certe cōspersam mendis, alibi seorsim latine circunferri intelligerem: non inutile fore duxi, si hæc ipsa ego capita, in quibus proculdubio tota fermè veterum græcorum medicorū de Aquis ac Balneis doctrina continetur, in latinū sermonem cōuerterem. Quicquid.n. superiores illi medici de his rebus sparsim tradiderunt, totū id ferè vnus hic maximus clarißimusq; vir diligentißime collegit. eorumq; illud propè dicā solum habemus, quod in Oribasii libris scriptū reperitur. Quis.n. nunc planè sciret, quid Rufus, Diocles, Athenæus, Antyllus, Herodotus, Archigenes, et Agathinus, præstātißimi medici, de Aquis ac Lauacris, literis mandauissent: nisi Oribasiū vnū haberemus, qui eorum uerba fideliter in suum librum Medicinalium collectionum transtulit? Immo vero pleraque etiam in hoc primo ac secundo Oribasii capite conspiciuntur, quæ fuerūt excerpta ex iis Galeni libris, quos nobis temporum ademit iniuria. Quemadmodum multa videmus in Galeno, quæ ipse eleganter admodum atq; apte à nobilißimis illis medicis sumpta, suis in libris inseruit. Etsi aūt Paulus Aegineta, ac Aëtius Amidenus de Aquis ac Lauacris doctè sanè dißeruerūt: longe tamē latius ac copiosius distinctiusq; singula sunt ab Oribasio pertractata. Sanè in hoc opere vertendo non parū laborauimus. nam quamuis vetustißimus, idemq; omnium, vt opinor, qui extāt, optimus Matthæi Danduli doctißimi & præclarißimi senatoris codex, magno nobis in corrigendis nostris exemplaribus adiumento fuerit: adhuc tamen non pauca superfuere, quæ vsq; adeo corrupta erant ac mendosa, ut uix eorū sensa elici potuerint, eaq; potius oportuerit diuinari. Quanq; autem me nec ornati nec elegantis interpretis functum munere satis scio: vt infidi tamen nomen ac calumniā euitarē, dedisse me operā non negauerim. Tibi vero LAVREDANE *magnifice opusculum hoc mitto, quòd mei esse officij sum arbitratus, vt sicut tu beneuolētiā erga me tuā sæpius mihi apertißime demonstrasti: ita ego tenui hoc munusculo, mei erga te summi amoris ac obseruantiæ partē tibi aliquam indicarem: eoq; etiam libentius tibi mitto hunc libellum, quòd tu, qui, vt eximium istud tuū ac illustre ingenium aßidua semper bonorum librorum lectione excolas, græcum etiam hoc volumen antea diligentius euoluisti: rectum de nostra hac tralatione iudicium facere poteris. Cùm autem hanc tractationem tibi offero, eam ipsam fratri quoq; tuo mihi videor obtulisse, quòd sciam vobis cōia esse omnia: qui postq; ex matris vtero eodem ferè puncto tēporis in hanc lucem simul exiystis, vt corpore, ita animo quoq; semper fuistis simillimi. quandoquidē semper simul vixistis, ac eisdem semper studijs vnà vsi estis: alterq; alterum semper incitauit ad virtutes capessendas inflammauitq;: ita vt ambo simul magnos nūc progressus in philosophia faciatis. Quamobrē tum* ANDREAS *pater vester maxime gaudere ac potius gloriari debet, q vos filios procrearit, qui aliquādo fulgebitis inter pleraq; alia lumina huius ciuitatis, in quam propter eius celebritatem ac frequentiam illud mehercle præclare videtur quadrare, quod de Roma quondam Polemo rhetor dixit, qui eam epitomen orbis terrarum appellauit: Tum vero etiam vos filij maxima lætitia ac gloria affici debetis, qui talem adepti estis patrem, qui præter cæteras animi sui dotes, miram inquam pietatem, suauitatem, et quæ harum princeps est ac regina, philanthropiam dico ac humanitatem, quaq; sola uiri optimates proxime ad Deū optimum maximū accedunt: adeo etiam bonarum literarum studijs delectatur, & in historijs, quæ sunt, vt scriptum est, memoriæ vita, adeo est versatus, vt paucos ei putem esse comparandos: totq; præterea ac tam raris illustriū uirorum priscis imaginibus ex ære, argento, auroq; conflatis: tot insignibus è marmore exculptis simulacris ac statuis: tot deniq; præclaris alijs antiquorum monumentis maximo suo labore, industria, sumptu hinc inde collectis, suam hanc amplißimam patriam exornat: ut dignus planè uideatur, cui pro tam nobili studio in conquirenda conseruandaq; uetustate, iustus honos, sempiterna inquā memoria reddatur. Sed ut ad rem reuertar, hic ad te liber* BERNARDINE *doctißime ac nobilissime mittitur: et quia in hūc modū missus, plerisq; etiā alijs utilitatē afferre pōt, in hoc quasi quodā modo radijs summi Dei similior factus, qui non minus mille quàm duos oculos possunt illustrare: tanto is etiam libentius ad te ipsum accedit: ac eo etiam magis, quòd non solus, sed præclaro multorum eiusdem generis librorum comitatu honestatus, ac quasi duplici nomine cōmendatus, ad te uenit. Tu igitur quo animo à me tibi mittitur, eodem ut excipias, uehementer te rogo. Deus faxit, is ad quem ego omnia refero, ut maiora aliquando ac præstantiora t. ' i offerre poßim. Vale.*

ORIBASII SARDIANI

Medici clarißimi.

Libri primi ad Eunapium. Caput. xiiij.

De Aquis.

Augustino Gadaldino Mutinensi Medico interprete.

AQuarum præterea bonitatis ac vitiositatis experti esse debemus. nam hæ ad omnẽ victus rationem multiplicioris sunt vsus, q̃ cætera ferè omnia. Scire itaq; oportet illam aquam esse optimam, quæ nullam prorsus qualitatem gustu aut odore præseferat. statim vero B & hæc bibentibus iocũdissima est, visuq; pura. Si que ab hypochondrijs confestim descenderit, nullam aliam prestantiorem perquirito. Nã quę in hypochondrijs diu morantur, ventremq; feriunt, inflant, ac grauant, licet prædicta bona adsint: semipraux iudicandæ sunt. quin & quæ in eiuscemodi aquis elixantur, tardissime ac deterius elixãtur. Satius igitur est huiuscemodi aquã experimẽto iudicare. Quòd si quis ex idicijs discernere ipsas velit, ex ijs quæ dicentur, iudicet. Quæ enim ad septentrionem spectant, ac solem auersantur: illæ tarde permeãt, ægre coquuntur, tarde etiam calefiunt & refrigerãtur. Quæ vero ad orientem versæ sunt, ac per meatum quẽdam vel terrã puram colatæ, celerrime tum calefiũt, tum refrigerãtur: eas optimas esse sperandũ est.

C Bonæ etiã & quæ æstate frigidiores, hyeme calidiores existũt. Sunt qui pondere ipsas probẽt, ac quæ leues sint, meliores esse arbitrentur. Sed hoc si cum prędictis alijs indicijs numeretur, laudandum est: sin per se solũ fit, non erit sufficiens bonarum aquarum argumentum. Leuissimę verò (vt ait Hippocrates) dulcissimę, limpidissimę, ac tenuissimæ sunt ipsæ pluuiales. propterea q sol, quod leuissimum ac tenuissimum est, trahit, idq; non ex cæteris solum aquis, sed & ex mari, et ex ipsis ẽt humanis corporibus. vnde facillime oĩum putrescunt aquę hę pluuiales, vt quę varijs ac multis cõstent qualitatibus. Nemo tñ aquam quæ facile putrefit, pessimam esse autumet. nam q facile alteretur, bonitati potius q̃ vitio tribuitur. quare vbi cæteras habueris optimæ aquæ notas, licet facile putrescat, optima hæc censenda est. cùm vero iam mutari cœperit, ijs qui eam biberint, raucitatum, tussium, grauitatũq; vocis Lib. de Locis, Aere, & Aquis.

causa est. Harum aũt aquarum pluuialiũ præstantissima est temporaria seu æstiualis, deinde tonitrualis, postremo nimbalis. Quæ vero ex glacie niueq; conflantur aquæ, viciosissimę sunt. Dum enim aqua congelatur, quicquid tenuiorum partium inerat, exprimitur. Aquas* palustres, fœtentes, ac absurdis qualitatibus præditas, expedit elixationibus ad melius reducere, sicq; bibere temperatas vino, acerbas quidem dulciori, alias aũt acerbiori. Aliquas etiam colare bonum est, vt limosas. Sed salsæ polentis* colentur. Quę vehementer frigidæ sunt, post cibum bibantur: non tamen affatim aut inhianter, nec sine vino. Quidam cibos ac potus quosdam remedia aduersus aquarum vitia inuenerũt: ac alij quidem cicerũ decoctum prębibunt, vel ipsa etiam cicera commanducant: alij caucalidas pariter cum pisce aliquo elixas, fœniculos itidem: alij betas & cucurbitas cum muria vinoq; diluto præmandunt.

* Al. fœculentas,

* Al. elixẽtur.

ORIBASLI SARDIANI

Priora quinque capita, Libri quinti Collectionum medicinalium ad Iulianum Imperatorem.

De Aquis ex Galeno. Cap. I.

Gale. lib. 1. de san. tuenda, cap. xi.

Qua quę optima est, omni prsus carere debet qualitate non ad gustum tantũ, sed etiã ad olfactum. Fuerit autem & hæc ipsa tum iocundissima bibenti tum exquisite pura. Si vero etiam celeriter ab hypochondrijs descenderit, non est, ꝙ pręstantiorem aliam perquiras. Ita vt quæ puræ quidem sunt, & splendidæ, & dum bibuntur non iniocundę, diutius tamen in hypochondrijs morentur, vel ventrem ferientes, vel inflantes, vel grauantes: semipraux censendę sint. Enimuero multę etiã tales sunt, de quibus præcipue mihi videtur scripsisse discrimen ab optimis aquis, Hippocrates, vbi inquit, Aqua quæ cito calefit ac refrigeratur, leuissima est. Neque enim in cœnosis, vel maleolentibus, vel qd medicamẽtosum gustu præseferentibus, eiuscemodi dignotio ex vsu est: vt quę manifeste omnibus appareant: sed in quibus nihil quidem eiuscemodi insit: verum alia quædam ob praui aeris admistionem vitiositas circa aquam sit: vel etiam aliquod aliud insit vitium, ipsi aquæ connatum, quod latentem habeat causam. In his.n. memorata hæc dignotio optimum est iudicandi instrumentum. Neque enim celeriter aut calefiunt aut refrigerãtur eiuscemodi aquæ. Alia quoq; huic similis est dignotio per ea quæ in ipsa

Gal. quarta part. 6. epi. cõmen. x.

D elixãtur, vel olera, vel legumina, vel fructus, vel radices, vel carnes. Celerrime enim in optimis aquis, tardissime in prauis elixantur. Hasq; tam prauas aquas veteres quidam ἀτέραμνα & ἀτεράμνα. i. indomitas ægreq; coctibiles, seu crudas appellarunt: quo pacto & ipsa etiam legumina quę difficulter elixantur. Tutissimum ergo est experimẽto talẽ aquam iudicare. Quòd siquis etiam ex indicijs eius facultatem prænosse uelit; Quarum fontes ex saxis scaturientes, ad septentrionem erumpunt, solemq; aduersum habent; has omnes ægre coctibiles tardiq; transitus esse iudicandum est. statim etiam ipsis accidit, vt tarde tum calefiant, tum refrigerentur. Sicuti contra; Quarum fontes ad oriẽtem erumpũt, ac per meatum quendam ac terram puram percolantur, celerrimeq; tũ calefiunt, tum refrigerantur: E has præstantissimas esse sperandum est. Aquæ vero pluuiales (vt inquit Hippocrates) sunt leuissimæ, dulcissimæ, limpidissimæ, ac tenuissimæ. Nam sol leuissimam aquæ partem tenuissimãq; attollit, sursumq; rapit. attollit autẽ non ab alijs aquis tantum, sed & à mari, omnibusq; alijs corporibus. vnde celerrime omniũ putrescunt. Maxime.n. ea corpora quæ vnam in se ipsis habent qualitatem, difficilius putrefiũt, quàm quę multas obtinent: quando non ob aliam causam corpori adsit, vt vel difficulter vel facile putrescat. Sanè animum attẽdere oportet, ne quispiã aquã quę celerrime putrescit, deterrimam esse opinetur. eadem.n. etiam præstissima esse poterit, vbi omnia optimarum aquarũ indicia superiore sermone tradita, habuerit. Nam ꝙ facile s̄m qualitatem alteretur, id in bonitatem potius q̃ vitio- F sitatem aquæ referendum est. Signum aũt bonitatis pluuialis aquæ est, quòd à solari caliditatẽ concoquatur. Nam & cætera omnia quæ elixantur, seipsis dulciora euadũt. Cùm vero putrescere cœperit, penitus absurda est. Qui enim aquã adhuc putrescentẽ bibũt, raucitatibus, tussibus, vocumq; grauitatibus corripiuntur. Ex ipsis autem pluuialibus aquis, quæ æstate fit, quam horæan. i. horariam seu temperariam Hippocrates vocat, nimbali præstantior est. Melior etiam est nimbali tonitrualis. Quæ vero ex glacie vel niue liquescenti fiunt, deterrimæ sunt. Nam in ijs quæ à frigore congelantur, quicquid in ipsis continebatur, quod tenuissimarũ esset partium, id totũ exprimitur. Sanè præstiterit, quæ fœculentæ sunt, & maleolentes aquæ, & quæcunque absurdas habent qualitates, eas prius elixatione alteratas offerre. Et in aliũ etiam vsum aquam præcalefacientes refrigeramus, quamuis neque

Gale. lib. 1. de san. tuẽ. cap. xi.

In lib. de locis, aere, & aquis.

Gal. quarta par. 6. epid. cõmen. x.

gustum

gustum neq; olfactũ prauũ habeat, exquisiteq; sit pura: quando ipsam diutius in ventriculo cõmorari, nocumentumq; aliquod inferre experti fuerimus. Nam caliditas aquam, quę elixatur, to tam equaliter fundendo, eam aptam ad secretionem reddit. Dum.n. refrigeratur, terrestres quidem partes innata grauitate descendentes, ad vasculi fundum peruenięt: aqua vero his supernatabit: qua sensim in aliud vas transfusa, citra noxam vti poterimus. Post elixationem vero quando aquam frigidissimam reddere voluerimus: niuem quidem si habeamus, aquæ prius calefactæ extrinsecus ipsam circũponimus: niue vero si careamus, ex puteis, vel aquæductibus refrigeratio nem ipsi comparamus: ipsam nimirũ prius calefacientes, vt alteratu facilis reddatur. Nam quicquid ante calefactum est, promptius in se ipsum totum, alterationẽ quæ à vicinis corporibus fit, B suscipit. Cũ vero vasculũ ĩ puteos demiserimus, vel aquæductibus subijcerimus, necessario operculũ ipsi faciemus: ac vndiq; ipsum exquisite stipabimus, vasculum sanè non implentes, sed vacuum id aliqua ex parte facientes, vt nimirũ aer qui inter operculum, & aquam in vasculo positam medius est, prius refrigeratus, ita contactu propinquam aquam refrigeret. Vbi autem nihil eiuscemodi adest, vt in Aegypto, vasculum suspendentes, detectum id, quò aerem suscipiat, relinquimus. Quoniam vero nec incidentis nec calidi quicq; habet aqua, iure optimo tarde meat, ægre concoquitur, ægre itidẽ subducitur omnis aqua, quãuis alioqui optima sit. Moratur enim multo tempore in ventriculo, fluctuationes ipsi ferè semper inferens, sicq; vẽtriculus biliosus fuerit, simul & ipsa aqua corrumpitur. cumq; vix à C ventriculo in ieiunum transierit, haud facile distribuitur. Quapropter nec ad mouendam vrinam, nec ad educẽdum sputum naturã apta est. Neq; tamen sitim sedat, etiam si diutissime in vẽtriculo moretur. quandoquidem in totam profunditatem non immergitur, nec ariditatem irrorat. Quòd autem non nutriat, sed vehiculum duntaxat nutrimenti sit, dudum ab Hippocrate alijsq; præstãtissimis medicis dictũ fuit. Quare nec vitalem virtutem potest roborare. Et hæ sunt causæ cur Hippocrates relicta aqua ad meli cratum, oxymeli, & vinum in ægrotantibus per uenerit. Ac quãtum quidẽ ad hæc, nunq̃ ea quis vteretur: plerique tamen in alijs falsi, ad aquã confugiunt, in qua danda magnopere nõ potest aberrari, cùm nec vires etiam magnas ipsa habeat.

Prauus aũt fit vsus oxymelitis, vini, & melicrati tum ob cõfertas mutatiões, tũ ob acraton

*In eodem cõmento.**In eodem cõmento.*
In eodem cõmento.
Gal. l. 4. de victus rõne ĩ morb. acutis cõ. 40.
In eodem cõmento.
In eodem cõmento.

A hoc est intẽperatã meracãq; seu impermixtã mistionem à medicis magna ex parte factam. Nam veluti manus quædam, quæ ad distributionem aquam rapiat, minimum omniuo vini immiscẽdum est: quò nimirũ aqua, syncera esse desinat. Sic sanè oxymeli illud quod aquosum ẽ, laudo. Posset etiam quis eo melicrato, quod aquosum est, citra periculum vti: nam quod impermistum est, nisi prius aluum subducat, maxime nocuum euadit, ac præsertim in picrocholis, & ijs qui magna habent viscera, in quibus sanè corporibus aqua etiam ipsa nocua est, quãdo in bilem versa fuerit, diutius in hypochondrijs morata. præter enim hæc omnia quæ habet mala, adhuc etiam cùm sit stercoris expers, nullam alui subductionem facit. Quòd vero hæc ipsa, cũ in accessionũ initijs bibitur, lædat, omnibus sanè notum est. Quãdo ergo in potu vtilis erit aqua? quãdo sola potione pro diæta laborans vtitur: ptisanæ cremorem nondum assumens. Tunc ergo in medio aliorum potuum aquam quis in tẽpore offerat, præcipueq; quando laborans siticulosus sit: nam inundationem (græce πλημμυρίδα) quandam, hoc est humiditatis multitudinem, ab ipsa fieri asserit Hippocrates. quare inter melicratũ & oxymeli parum aquæ dat, quippe quæ ad expuendorum humiditatem cõferat. Quin & vbi vinum maxime nocuum sit, tunc & aquam dat. Nocuum autem est, cũ vel delirat laborans, vel caput vehementer dolet. Suam igitur propriã naturam humidam ac frigidam habet aqua. adscititiam autem acquirens caliditatem, calefacit quidem ac humectat propinquas sibi res: at non similiter ambo hæc facere natura apta est. verum humectat quidem summe, siue tepida, siue temperata, siue etiã calidior existat: calefacit aũt non summe, nisi quæ extreme ferueat. Exploretur autẽ hic sermo in temperata natura. Si enim huic naturæ aquam temperate calidam offeras, siue lauando siue pfundendo quãcũq; velis partem: hanc ipsam, humidiorem ac calidiorem demonstrabis in ipso perfusionis tempore. Si vero posthac quieueris, vt q frigida corpus nec coegeris nec densaueris: paulo post frigidiorem ipsam se ipsa factam cõperies: caliditate innata immoderatius perspirata. Non tamẽ quemadmodum frigidius deinceps, ita etiam siccius demonstrat corpus calidę aquæ vsus. quãuis certe & hoc fieri videretur, tum ob meatuum raritatem, tum ob corporis mollitudinem, tum deniq; ob substantiæ fusionem. Necesse est enim vt largior in huiuscemodi affectionibus fiat euaporatio. Vapor autem humor est attenuatus. Verum non sic se habet

In eodem cõmento.
G. in. 4. de victus rõne ĩ morb. acutis cõm. 41.
G. lib. 1. de facul. simp. med. cap. 8.

Ibidem habet rei veritas. Nam quę in vasis ac alijs vacuis regionibus continentur humiditates, vniuersæ vacuantur: corpora vero ipsa vasorum, ac vniuersum carnosum genus, humidius se ipso fit. et hãc solam facultatẽ, vt videtur, nunq̃ deponit aqua. Neq; enim cũ feruens comburit corpora, quæ vsta sunt, sicca euadũt vt quę ab igne assata sunt: neq; etiam cũ summe frigida facta, toto die vel etiam longiori tempore super aliquam partẽ perfunditur, eam sicciorem reddit. sed hæc quidem accidũt, propterea quòd humiditas quæ in vasis alijsq; regionibus continetur, vacuata est: innatę autẽ ac solidæ ipsæ partes (hoc est τὰ συμφυῆ) nulla in re se ipsis sicciores fiunt.

De aquæ frigidæ & oxymelitis in ægrotantibus exhibitione. *Caput. ij.*

Quoniam omnis affectio corporis, quæ præter naturã est, à sibi ipsi contrarijs curari est ostẽsa: patet febrem quoq; ipsam à frigida extinctam omnino iri, quãdo ipsa sola fuerit sine vlla affectiõe quæ à frigida lædatur. Nam si cũ febre, alia sit affectio, quam frigida lædit: licet quæ ex hac ipsa affectione orta est febris, à frigida confestim extincta fuerit; alia tamen deinde grauior febris accẽdetur, aucta ea affectione, quam frigidæ potio læserat. Læduntur autẽ à frigida affectiones, tum quæ sunt partium phlegmone laborantiũ, tum quæ sunt succorum inconcoctorum, quorũ nota ac indicium est ipsa vrinarũ incõctio. Si igitur vrinæ concoctæ fiãt, simulque nulla pars principalis phlegmone vexetur: hæc satis erunt, vt ad frigidam dandam nos impellant. Quòd si æstatis tempore vehementia febris aliquando vrgeat, laboransq; iuuenis sit ac frigidæ potioni assuetus: si vnà cum aspectu ac consistẽtia vrinarũ sublimamentum laudabile videas: frigidam dando, non peccaueris, q̃uis aliqua particula phlegmone vexetur: sed malueris hoc in loco febris q̃dem vehementiam q̃ primum sedari, reliquias autem phlegmones pluribus diebus indigere. scirrhosiores enim solutuq; difficiliores vt ipsæ euadant, necesse est. Si igitur non admodũ adurentes sint febres, frigidam dando in particulis phlegmone laborãtibus, magnopere à coniectura aberrabis. Nam quæ vehementer flãmeæ sunt febres, phlegmonẽ erisipelatosam quoquo mõdo esse significant. ideoq; frigida etiã hanc iuuat sicuti in exterioribus conspicitur. in ijs ergo qui incipientes habent phlegmonas in iecore, vẽtriculo, alijsq; eiuscemodi particulis, exq̃sitiori determinatione est opus. Magnopere enim hi oẽs læduntur, licet in tẽpore assumpserint, si aliquãtum potus ipse quãtitate excedat. Quoniam aũt

D principia earũ phlegmonarũ quæ sine ictu aut vulnere consistunt, vel ob imbecillitatem particularũ vel ob aliquam igneam caliditatem fiũt: eas quidem quę ob imbecillitatem fiunt, semper frigida lædet: eas vero quæ ob igneam quandam caliditatem, ea ipsa moderate exhibita iuuabit. Periculum enim est in largiori potu dando ne pars ad contrariũ excessum transeat. adhuc vero tales affectiones frigida potio iuuabit, si dũ sani erant, ea ipsa vti solebant. Considerandi igitur sunt, qui in thorace, vẽtriculo, iecore, ceruice, ac toto capite sunt validi morbi. Nã artus, (q̃ cola græce hoc est mẽbra lõga dicunt) haud magnopere fortasse læduntur: læduntur etenim aliquãtulum per quasdam affectiones, quas deinceps dicam. Quòd vero horum eadẽ futura sit noxa, quanta prædictarum partium valide affectarum

E sit, ne id quidem idiota assereret. Si igitur erysipelatosa vel herpistica hoc est serpiginosa quędã affectio in hypochondrio sit, vel erysipelatosa phlegmone, vel aliqua alia affectio summe calida ex intemperie nimirũ sine succis genita: tunc frigidæ potio iuuabit. Sicuti eadem maxime lædet, vbi abscessus, vel œdema, vel scirrhus, vel vlcus, vel intẽperies frigida affuerit. Quoniam autẽ de artubus dicere sum pollicitus, sciẽdum est, quòd quæ in his sunt phlegmonæ neruosarũ partiũ, à quibus alioqui spasmorũ imminet periculum, à frigidæ potione maxime læduntur. Si autem in carnosa artuũ parte phlegmone gignatur, bibere etiam frigidam homo poterit. & si extrinsecus mẽbro phlegmone vexato obtulerit, lædetur quidem, non tamen insigniter nec oĩo manifeste præsertim si frigidæ potioni fuerit assuetus. Cũ igitur febris fuerit sola sine vlla alia

F affectione quę à frigida lędi possit, tantũ frigidæ dandum est quantum laborans ipse anhelitu nõ iterato haurire poterit. Oxymeli aũt ęstatis tẽpore frigidũ datur, vt laborãtis sitim nõ exacuat. quapropter etiã antequã concoctus sit morbus, oxymeli frigidum dare audemus ęstatis tẽpore: aquam certe in eiusmodi affectiõe ad saturitatẽ non daturi. nam tum phlegmonem densabit, si ob eã febricitent: tũ succos seruabit incõctos, si ob hos ægrotẽt. At oxymelitis tunc parum damus, tanq̃ tepidum prius sit in ventriculo euasurum, quàm eius frigiditas vsq; ad costam distribuatur. Quòd si exiguum quid distributum etiã fuerit, illud ab ipso oxymelite corrigetur, vt q᷑ incidendi facultatem habeat.

G. I primũ de victus ratione i morbis acutis. cõ. 93.

Ex libris Rufi de Aquis. est in secundo Libro de Diæta seu Potibus. *Cap. iij.*

Aquę, quę resides sunt, (voco autem eas quę sunt

* πέσσει est i græcis cod. vide & Aëtiũ lib. 3. ca. De Aqs ex Rufo q vult φ aqua coquat cibos in ventriculo.

sunt ex puteis) cùm minime sint fatigatę, neque
valde tenues sunt: siq; intro inierint, minus ma-
defaciunt, ac dissoluunt cibos, minus itẽ *conco
quunt, nec bene etiam per vrinam reddũtur præ
crassitie, & quia frigidæ sunt. Fiunt autem pota-
biliores tum crebro haustu ac si effluerent, tum
expurgatione puteorum. Quæ vero fluunt, mul
to sunt tenuiores, atq; ad madefaciendũ præstan
tiores, ad concoctionem item, & ad vrinæ reddi
tionẽ. Quæ vero sunt ex stagno, omnes pessimæ
sunt. Nam & odorem absurdum habent, sicuti
putrefactæ. & æstate qdem calidæ fiunt, hyemę
autem frigidæ. quod maximum signum prauita
tis aquarum statuo. Aestate igitur vẽtres pertur-
bant, tarde etiam in vesicam transeũt. sæpius itẽ
difficultates læuitatesq; intestinorũ homini inse
runt, à quibus res tãdem in aquam intercutem
cedit. Hyeme vero cùm frigidæ sint, ventres qui
dem non admodum perturbãt: rupturas autem,
pleureses, & tusses faciunt. quin & ad lienem re-
punt, postea in aquam intercutem desinunt. ex
liene autem & pedes vlcerãtur, & ea ipsa vlcera
celerem curationem nõ admittunt. Solę autem
quæ in Aegypto sunt paludes, ex omnibus quas
nouerim, sunt salubres: quòd & hyeme aqua nõ
putrescat, neque enim supercalefit: & autumno
Nilus paludes replendo, antiquam aquam extru
dat, & aliam recentem in eius locum reponat.

De aquis autem pluuialibus hæc cognosco.
Aquæ pluuiales leues sunt, tenues, puræ, gustan
tiq; dulces. & si quid in ipsis elixare volueris, ce-
lerrime id elixatur. siq; ipsas calefacias, celerrime
calefiunt. vinoq; perexiguo temperantur. quare
bonæ sunt ad concoctionem, bonę ad vrinarum
secretionem: bonæ iecori, lieni, renibus, pulmo-
ni, ac neruis. cùm enim facultatem valde refrige
rantẽ non habeant, merito hisce partibus fiunt
benigniores. Vernales ergo ac hyemales oppor-
tunissimæ, ac optimę sunt: quas sanè ego prę-
cipue laudo. Autumnales autem & ęstiuales fue
rint quidem alijs prestantiores, sed non omnes
omnibus. nam viribus quidem eas quę in terra
sunt, antecellũt: quàm vero sint uernalibus hye-
malibusq; inferiores, dici sanè non potest. nam
terra siccius vaporat ęstate, & autũno {, &} aer
* multas habet terrę sordes, quas pluuię purgant.
tales igitur a, , ficciores nitrosioresq; vt sint ne-
cesse est, atq; ad abstergendum per intestinaque
descendendum idoneę: minime tamen sunt ac-
cõmodatę renibus, pulmoni, & arterię. quin &
plus vini tales aquas ferre necesse est: quò earum
nitrositas vincatur. Differunt autẽ non parum

A etiam aquę penes flatus vẽtos ve aquilonares &
australes. In aquilonaribus enim dulcior quidẽ
pluit aqua, verum frigidior: in australibus autem
minus quidem dulcis, calida autem magis. Et
in vniuersum tempora quæ imbribus pluuijsve
abundant, dulciorem: quę eisdem carent, sicceq;
sunt, nitrosiorem aquam prębẽt. Quęcunq; aũt
à niue & glacie fluunt aquę, vniuersę durę qui-
dem sunt, frigiditateq; excedunt, dulces tamen
sunt gustanti. aqua autem quę dura frigidaq; sit,
neq; ad concoctionem neq; ad vrinę redditionẽ
commoda est, quin et neruis, pectoribus, costisq;
mala est. nam & spasmos tetanosq; infert, ruptio
nesq; in thorace facit, vt etiam nonnulli subcruẽ
tã expuant, ac suppurentur. Fontanę autem
aquę quę ad orientem vergunt, vniuersę humi-
ditate, tenuitate, odoris bonitate, quodq; tũ mo-
B derate humectent, tum moderate calefaciant,
cęteris excellunt: Quę ad septentriones, dulces
quidem sunt, sed immoderatius refrigerãt: Quę
ad occidentem, violentę sunt in refrigerando,
violentę item & duritie. vnde raucitatem, laterũ
morbos, ac spasmos inducũt: Quę ad meridiem,
salsiores calidioresq; sunt, minimeq; vt per vrinã
reddantur idoneę; ad secessiones autẽ per intesti
na, pręstãtiores sunt. Atqui, licet aquas quę sunt
in meridie, nõ laudem; Nilum tamen ita laudo,
vt paucis admodum fluuijs in bonitate aquę cõ-
parandus videatur. nam & ventrẽ subducit, mu-
lieribusq; purgationes citat, & in puerperio bibi
tur. Plereq; vero meridiõales aquę resides sunt,
quibus duplex est noxa: altera, a regione: altera,
quòd non effluat. Pro terrę vero natura sic de
aquis dignoscere oportet. Nam terrarum alia est
C plana seu cãpestris, alia colles, & montes. Cam-
pestris ad aquarum effluxiones deterior est. mul
tique hoc in loco putei fossiles, fontesq; resides
sunt. Colles & montes sunt pręstãtiores. nam &
puriores aquas, tenuiores, & meliori pręditas
odore, dulcedineque suauiores prębent. Rursus
camporum nonnullis salsugo & nitrum insidet
ęstate & autumno: nonnullis nihil: verum terrã
hanc, dulcem appellant. hîc ergo & aqua est prę
stãtior potabiliorq;: illic salsa ac nitrosa. Ex mon
tibus itidẽ, alij terrei, alij petrosi. ac terrei aquas
habent pręstantiores quo ad mollitiem, & quia
minus sint frigidę: petrosi, quo ad duritiẽ & fri-
giditatem aquas habent deteriores, puriores ta-
men cęteris, sedimentoq; vacantes. Maxima
autem ac notabilissima in aquis est differentia,
tum ex metallis tum ex herbis illic natis. Ac me
talla quidem tum ad aliam habitationem, tum
ad

ad aquę potionem nocua sunt. Herbę vero nonnunq̃ quidem admodum lędũt aquam: nõnunq̃ autem ipsam adiuuant: vt sium, calamenthe, & adiantum. hæ.n. plurimæ in riuis seu canalibus nascuntur. ac laudabilem quidem aquam lædũt: prauam vero alioqui iuuant, cùm quoddam ab eis veluti medicamẽtum ipsi aquæ cõmisceatur. Euadunt autem p̃stantiores vt per vrinã reddãtur, eiuscemodi aquæ. Non minima ergo hñda est consideratio an etiam à terra vel aliunde aliquod aquis vitium adueniat: q̨ non satis sit fontes hîc quidem præstantiorem aquam ac potabiliorem, illic vero salsam ac nitrosam præbere: nisi etiam quę ad riuos attinẽt, similia existant.

Quæ igitur maxima sunt, in hoc sermone dicta sunt. Dicantur autem & alia signa bonitatis aquarum. Quæcũq; aquę hyeme quidem calidę sunt, æstate vero frigidæ; quoquo modo vidẽtur E esse optimæ: Quæ vero simili modo in calore & frigore quo tempora, se habent; pessimæ. Nam æstate in terrę superficie calor aduentat: hyeme in profundum ĩmergitur. ob idq; mihi videtur, fontes, quicũq; à p̱fundissimis partibus fluunt, & quæcũq; antra caua, omnia per hyemem calidissima esse, per æstatem frigidissima. ideoq; oĩa quæ in superficie sunt, vnà cum temporibus cõmutantur, quocũq; modo ea ipsa tẽpora in calore vel frigore se habeant. Mirabile autẽ est quod {alicubi} aqua hyeme euanescit, æstate apparet. quãuis contrarium iure esse deberet. Verum etiã huiusce rei causam calor ipse habet: vt q̨ profundas aquas secum contrahat. nam & hæ calorem ip̄m sentiũt. Quicũq; enim fontes p̱fundi sunt, parumq; admodum ab externis imbribus suscipiunt; hyeme quidem ac per vehemẽtissima fri- F gora minimos, ęstate vero maximos comperies. Quare & quod in Delo est stagnũ, hæc ipsa eisdem de causis patitur: puteiq; qui in Pythopoli sunt. Vna ergo hęc ipsa est bonarũ ac prauarum aquarum cognitio: si hyeme calidę, ęstate frigidę sint. Secũda vero, si in ore gustantis nihil notabile habeant. ita vero nec multo vino pro temperando indigebunt, omniq; vino conuenient. Esto autem & pura illa, quæ pręstantior est: nec alioqui colore infecta, nec fœcem subsidẽtiamq; habens. Statim vero quę pura est, pondere etiam est leuis. nam quę pondere leuis est, terrę semper impermista est: quę vero est grauis, terrę ratione plus grauat. Sunt & hæc non minime consideranda. vt, si cito ipsa calefiat, ac refrigeretur. nam eiusmodi aquę cæteris sunt pręstãtiores: Et quomodo ad concoctiones, quomodo item ad secessionem si habeat. nam quæ citius *concoquuntur,

Græci codices hic in margine habẽt. Loquitur de fonte illo qui ĩ Lycia ẽ ap̃d Chimęram montem quẽ Pegasus ictu vngulę apuisse fingitur.

D sunt præstantiores: & quæ secedunt, si per vẽsicã secedant, sunt præstantiores: deterior autem est aquę per intestina secessio. Quarum vero in nostra arte non est, opera perdiscere, ea ab incolis percontari debemus. Nequaquam autem facile sciri possunt quæ præter rationem eueniunt. Ne diutius morer, Aqua in Leõtinis est, ex qua si q̨s biberit, moritur. Huiuscemodi alia in Phęneo Arcadiæ cõspicitur, quam Stygos hydor appellant. Huiusmodi item alia in Thracia, & stagnũ illud quod apud Sauromatas est, quod nec auis transuolare potest. Et aliud etiam apud Medos est, cui ichorem nigrum supernatare dicunt. qui vbi igni admotus fuerit, accenditur. hoc medicamento Medeã tradunt Creontis filiam perdidisse. Est etiam Susis aqua, quę si bibatur, den- E tes excutit. Sybaris autem fluuius homines infœcundos reddit. Quæ vero in Aethiopia est aqua, rubra appellata, furorem inducit. Quæ in Aegypto est, bibentium capita depilat. Horum sanè nihil sciri potest cur qui illis inconsiderate iam vsi fuerunt, multi quidem mortẽ obierint, multi vero aliud q̃d inconueniens perpessi fuerint. Sunt & aliæ multę aquarum facultates, quæ non secundum cõmunem naturam se habent. Nam quæ Lycestis est aqua, bibentes ad temulentiam adigit. Quę in Clitorio Arcadię est, in ea si quis se lauerit, odorem vini amplius sustinere non poterit. Aqua Arethusę in Chalcide, mulieres quidẽ iuuat: cętera vero animalia, si ex ea biberint, pedum doloribus afficiuntur. Cydnus pedum dolores sedare creditur, quamuis frigiditate excellat. Qui vero habitat, vbi praua est aqua, F excogitare debet, vt ipsam potabiliorẽ efficiat. Optimũ igitur erit, vt ipsa in fictilibus vasis elixetur: ac vbi noctu refrigerata fuerit, rursusq; calefacta, bibatur. Si vero exercitui bonam aquam ex praua pręparare fuerit opus, foueas ex ordine ab altissimis locis ad decliuia fodere, per illasq; aquam ducere oportet: terra dulci ac pingui quę conficiendis fictilibus sit idonea, in foueas iniecta. semper enim hoc modo aquę viciositas in foueis remanebit.

Cod. grę͂ hñt in margie. De Paradoxis q̃ sunt ĩ aq.

Aquæ correctio ex libris Dioclis. *Cap. iiij.*

Aquam *imbecillissimam efficies, si tertiam partem decoquas: & *ouorum alba similiter incoquas: inijcere autem in hęc ipsa oportet glebã argylę aridę, quousq; maceretur. Sit aũt mensura semisextariis in amphoram. Vbi autem decoxeris, bibatur. Ita etiam odorẽ ab aqua extrahes, si calefactam manu ad vẽtum perfundas, & in

in vase immenso in soles, atq; in multa vasa paulatim diffundas.

Aquæ Purgatio ex Libris Athenæi. *Cap. v.*

Aqua defæcatur partim vasis stillacidijs, (quę στακτὰ à græcis appellantur) partim colis (quæ ab eisdem hylisteres vocantur:) quæ nonnunquam quidem simplicia, nonnunquam vero duplicia vel triplicia fiunt: vt purissima aqua per hæc ipsa excipiatur. Quin & foueę tum iuxta mare tum iuxta stagna fiunt: illic quidem, cũ aquam potabilem à mari secernere volumus: hic vero, vt si conturbatum fuerit stagnum, hirudinesq; in se vel aliqua etiã alia vitia habuerit, purissima maximeq; innoxia aqua per terram transudans, in fossas colligatur. Vbi vero multa aquæ quãtitas hauriẽda sit, vt in exercitibus, latera foueę lapidibus vel lignis in orbem circundant, atq; vbi pauimentum eodem modo instrauerint, puras cõseruare aquas nituntur. Porrò aquę quæ defæcãtur, tenuiores puriores q; fiunt, ob idq; etiam frigidiores. plereq; vero licet fuerint defæcatę, vires tamen à sordidis corporibus perceptas adhuc cõseruant.

ORIBASII SARDIANI

Libri primi ad Eunapium. *Cap. x vi.*
Et libri primi ad Eustathium filium. *Cap. xx vij.*

De Lauacris.

Rigidam lauationem laudo equidem: non tamen conferre eam dixerim ijs qui vtcunq; viuunt: sed ijs duntaxat, qui exactam vitam ducunt, laboribusq; ac cibis congruenter vtuntur. Sanè multis qui amplori interdum refrigeratione indigent, satis est in frigida æstatis tẽpore natare, si iuuenes sint, ac bene carnosi, frictionibusq; præcalefacti. Sint vero nec ob venerẽ nec alio quocunq; modo lassitudine affecti, nec inconcoctione vexati *et vomitu aut aluo vacuati, nec vigilias perpessi. Tutum enim non est, si aliter quis ipsa vtatur. Calidum vero lauacrum optimum tutissimumq; est: quippe lassitudines soluit: plethoramq; digerit: excalfacit item, mitigat & emollit: flatum vbicunque fixus fuerit, distundit: somnum conciliat: bene carnosum reddit. facile etiam vnicuique administrari potest, mari & fœminæ, puero & seni, ac idiotæ.

Al. legunt. nec vomitu aliouę &c.

ORIBASII SARDIANI

Libri primi ad Eustathium filium.
continuatio Capitu. xx vij.

De Lauacris tum ex industria factis, tum sponte nascentibus.

Auacra quę ex industria fiunt, calefacientia quidem paramus, vbi volumus vel refrigerationem tollere, vel lassitudinem soluere, vel spasmum remittere, vel dolores mitigare: quin & refectionis etiam causa. Fiunt autem calefacientes aquę; incocto pulegio, vel origano, vel hyssopo, vel thymo, vel thymbra, vel lauri folijs, vel pyrethri radice, & reliquis id genus. inijcimus etiam oleum. Digerentem aut efficiemus, vbi extenuare totũ corpus volumus: fit vero digerens, iniecto vel sale, vel ipsa marina aqua, vel nitro: quin & mel admistum digerentem reddit aquam, & sarmentorũ cinis, vel baccarum iuniperi decoctum. Mollitionis vero gratia, I phlegmone & duritia. In phlegmonę ergo laborantibus maluę decoctum inijcimus, & seminis lini & fœnugręci: in phlegmonis autem fluxione vexatis arnoglossum vel polygonũ incoquimus, vel malicorium, vel *rosas, vel rubi cimas: in spasmum vero expectãtibus, vtimur quidem & eisdem quibus in phlegmonis quę absq; fluxionibus sunt, vtebamur: pręcipue vero iuuat hydreleon: malua nimirum ac fœnugręco incoctis. In duritia vero citra phlegmonem eisdẽ vtimur, quibus in ijs quę digestione indigent, vtebamur. Refrigerãt autẽ ac adstringunt lauacra, quę adstringentes ac refrigerantes materias habent. Sponte nascentium lauacrorum quędã sunt nitrosa, quędam salsuginosa, quędam aluminosa, quędã sulfurosa, quędã bituminosa, quę dã chalcanthosa, quædã ferris vel ęris qualitatẽ referũt: quędam sunt ex his cõposita. Oium igit sponte nascentium aquarum vis est calefaciendi & exiccandi vt plurimum: presertimq; congruit tum humidioribus, tum frigidioribus. Iam vero quę Nitrosæ sunt & Salẽ habent, capiti sunt opportunę, & thoraci fluxiõe vexato, stomachoq; pręhumido, & hydropicis: Aluminosę sanguinis reiectionibus & stomacho vomitioni obnoxio, mulieribusq; quę inordinate purgantur, ac assidue abortiunt. Sulfurosę neruos emolliunt ac dissoluunt, doloresq; mitigant: stomachum vero effœminant ac subuertunt. Bituminosæ tum caput replent, tum instrumenta sensus vitiant.

Al. rha

tiant. perseueranter autem calefaciũt, ac tẽporis tractu molliũt. Chalcanthosq́ ori ac paristhmijs, columellæq́; ac oculis egregie congruunt. Similiter & quę Ferri naturã repręsentãt, stomacho lieniq́; sunt vtiles. Oportet aũt ingressus in aquã sine tumultu facere, vt vis remisso corpori accedens, immergatur introq́; penetret.

ORIBASII SARDIANI

Septem prima capita Libri decimi Collectionum medicinalium ad Iulianum imperatorem.

Ex Galeni Libris de Lauacrorum dulcium facultate ac vsu. Cap. I.

Gal. li 3. de sanit. tuen. cap. 4.

Lauacrorũ quæ sunt ex aquis dulcibus calescentibus, facultas est, si tẽperatæ sint, humida ac calida: si tepidiores sint, humida ac frigida: si iusto calidiores euaserint, calida quidem, non æque tamen humida. corpora.n. horrescant, ac eorum meatus densentur, necesse est: ita vt non amplius externa humiditate frui possint, nec quippiam internorũ excremẽtorũ euacuari queat. Enimuero quæ tẽperatę sunt, perpetuo quidẽ per se humectant ac calefaciũt: accidit autem ipsis qñq; ex accidenti quodam, vt vel humiditates digerant, vel corporis particulas superfluo fluxu repleant, aut molliant, aut cõcoquãt, vel vires roborent aut dissoluãt. Ad hæc autem aquarum quantitas non parum cõfert. Cõpositum autem est totum lauacrum ex partibus facultate inter se se differentibus. Quippe ingressi, in aere calido versantur. postea in aquã calidã introeũt: deinde ab hac egressi, in frigidam: deinde sudorem detergunt. Potest autem prima ipsius pars totũ corpus æqualiter calefacere, materias fundere, inæqualitates æquare, cutim rare facere, ac multa quæ prius sub ipsam detinebantur, vacuare. Secunda, vbi quis in frigida corporis affectione, ea vtatur, madorẽ vtilẽ solidis aïalis particulis potest indere. Tertia lauacrorũ pars potest vniuersum corpus refrigerare, cutim densare, facultatesq́; roborare. Quarta, corpus per sudores euacuare potest citra eam noxam quæ ex refrigeratione percipi solet. Cũm ergo hæc efficere circa hominem valeat lauacrum temperatũ aquarum potabilium, ac præter hęc etiam tum horrores tum densitates cutis vbi homines intẽpestiue lauentur: tentãdum deinceps est vniuersa determinare. Plerosq; enim eorum qui incon coctione vexati fuerint, adhuc vero plures eorũ quibus mordacium excremẽtorum copia inest,

Gal. lib. 10. meth. med. cap. x.

D ac omnes etiam qui in febrilibus significationibus inuasionibusve, & ascensibus, quiq; in vigore sunt, paucis quibusdam exceptis, merito horrescere contingit, siue in balneum ingressi ipsi fuerint, siue in sole calido steterint, siue exercitationes vel frictiones vel gestationes aggressi fuerint. Singula enim quę dicta sunt, confertum subitumque excrementorum impetum efficiunt. Cũm ergo eorum qui lauantur, densa adhuc cutis extiterit, detenta hæc excrementa atq; aceruata, mordere necessario coguntur. Qui vero opportune in balneum ingressi fuerint, eos omnia prius dicta insequi est necesse. Vacuatio itaq; excrementorũ omnibus febribus vtilissima est. ad eundem modum rarefactio ac laxatio: non tamen fusio neq; caliditas. Verum caliditas omnibus sanè febribus est inimica. Aequaliter autem fundi, id solidis certe animalis particulis est vtile.

E Sed vbi vel phlegmone, vel aliqua affectio phlegmone similis in corpore existat, vel plenitudo: tunc sanè maxime nocuum est. Augentur enim phlegmonæ, cũm calefacti ac fusi succi in ipsas confluunt, distenduntur q́; vasorum tunicę, multitudinem quæ ex fusione fiut in spiritũ resoluta ac inflata, minime continẽtes. Ac vires ex hoc ipso male afficiuntur. Siccis ergo ac calidis affectionibus mordacia effundi, vtile est. Fusio vero citra periculum est. Non innocua antẽ est calefactio. Atq; hæc ex prima lauacrorũ parte ijs qui ita laborant, proueuire, si opportune lauentur, memoria est tenendũ. Iam ad secundã ipsorum partem accedamus, quod erat id, quod maxime ꝓprie Lauacrũ appellatur. in hac ergo dum humectantur, iuuantur: dũ vero calefiunt,

F nihil iuuanť. Trãseamus ergo rursus ad tertiã, in qua & refrigerantur citra molestiam, quæ fuerant calefacta, & roborantur vires: & quæcunq; erant rarefacta, plusq́; iusto relaxata, in naturalẽ symmetriam redeunt. Sicuti quarta lauacri pars ostendit. In quibus enim omnia rite sunt facta, post frigidæ vsum sudant adhuc, omniaq́; eorũ excrementa vacuantur. Nemo vero laborans cũ lauatur, detergendus est, nisi sordeat, pruriginosusve sit. Debẽt.n. laborantes citra omnem lassitudinẽ accuratissimeq́; aqua perfundi. Detersio autem fit ijs quæ abstergendi purgandiq́; vires habent, (rhymmata græce vocantur) quæ omnia mordacia sunt atq; siccantia. quare hoc maxime contrarium est lauacri facultati, vsuiq́;. Atqui si laborãs ob sordiciem vel pruritum detersione indigeat; detersorij medicamenti vim exoluere debemus aquæ largioris admistione, superiniecta etiam aliqua olei portione, superinfusaq́;

Gal. li. 3. de vict. rat. in morb. acu. cõm. 45.

cōmen. 46. fusaq; statim copiosa aqua calida ac pura. Oportet autem omnino vt laborans citra lassitudinē seruetur: ob idq; labrum (hoc est πύελος) facilem habeat īgressum & egressum: id qđ fiet, si paries,
cōmen. 47. q aquā circūsepit, nec altus, nec angustus sit. Laboransq; cū quiete lauetur. nā hoc lassitudine vacat: ipsaq; laborantis quies ad relaxandū molliēdumq; magis in lauacro corpus, vtilis est. tendūtur enim in motionibus musculi, tensi vero mi-
cōmen. 48. nus tum molliuntur, tum relaxantur. Parata aūt esse debet ea aqua, quæ fundenda est super eum qui lauatur, postq̄ lauacro, quod ī labro est, vsus fuerit: id quod etiam nunc omnes medici facere solent, cū infirmū lauant. neq; in solium (hoc est δεξαμενὴν) quod frigidum sit, permittunt eum ingredi, sed illius vice aquā tepidam perfundūt. Nonnulli etiam labra tota tali aqua implent. sicuti enim relaxatum rarefactumq; est corpus in calido lauacro, ita rursus sensim cogere ipsum volunt ac stringere. hoc enim tum ad virium robur confert, tum etiam vt non facile lædatur homo, si subita in ambiente ad frigidum mutatio fieret. Ideoq; qui sani sunt, in frigidam aquam se ipsos post calidum lauacrum inijciunt. verū infirmi contactum frigidæ citra noxam non ferūt. Iccirco frigiditatem calida admista frangimus. mixtionis aūt quantitas inuenitur, primū quidē ipsa corporis affectione à nobis inspecta, deinde vero propria laborantis natura, consuetudine, ætate, anni tempore, regione, ac præsenti ambiētis constitutione. Meliusq; agunt, qui post lauacrum calidū non minus q̄ tres præparant aquas tepidas, inter se se differentes. vt prima quidem abunde tepida sit: secunda minus q̄ illa, tepida: tertia adhuc etiam magis ad frigidum inclinet: vt á calido ad frigidum paulatim accedatur: qñquidem subitam in contrarium mutationē labo-
cōmen. 50. rans non sustinet. Nonnulli sanè medici post lauacrum laborantes inuoluūt, alij in linteis alij in pannis ac præsertim incuratis: eosq; vndequaq; constipant, quò plurimum sudēt. At certe non semper opus est laborantem post lauacrum, plurimum sudare. Sæpenumero enim non vt euacuemus corpus, ad lauacrum venimus: sed contra prorsus, vt humectemus irrigemusq; per totum, id quod immoderatius erat exiccatum. in hisce ergo neq; intus in balneo sudores multos expectare oportet, sed quàm celerrime in aquā quæ in labro est, ingredi debēt: moxq; è lauacro egressi, celeriter sunt abstergēdi. Nec valde siccum vngēdum est corpus. Necesse autem est vt
cōmen. 51. consideremus an post quàm sudauerit qui lauatur, oleum illi superinfundi conueniat: an anteq̄

A sudauerit, vbi nimirum protinus se exuerit: an horum neutrum conueniat, sed cùm madescere inceperit. Ac quicunq; quæ de olei facultate dicta sunt, meminerit; is certe sciuerit, id esse optimum in ijs qui lauantur, vtendi olei tēpus, quod tertio loco dictum est. sciuerit pręterea, quòd præcalfactum id, corpori eius qui lauatur, adhibendum sit. nam eiuscemodi oleum emollit rarefacitq; corpus: cū quod frigidum est, contactu suo, non modo neutrum horum facere natura possit, sed etiam eos qui lauantur, horridos reddat. Sanè non oportet post cibi aut potus obla- cōmen. 54.
tionem statim lauari. nam ijs qui biberit, caput repletur: ijs vero qui comederint, non caput solum, sed etiam vniuersum corpus. quippe quod cibum ad se, antequam concoctus sit, trahat. Melius autem est post lauacrum, sedata ea quæ ex la-
B uacro est perturbatione, comedere & bibere: sicuti etiam sedata ea perturbatione quæ ex exercitatione prouenit. nam subita post hanc, esculētorum ac poculentorum oblatio, caput replet: idq;, quod deuoratum est, supernatare nonnūq̄
facit. Sciendum autē est ꝙ quibus plura p̱ aluum cōmen. 58.
subeūt, balneum sistit, ea ipsa in vniuersum corpus reuellendo, hacq; ratione lędit: Qui vero nihil prorsus deiecerūt, ijs quòd satius sit antiquū stercus prius vacuasse, nemo est qui nesciat: Sicuti etiam neq; ꝙ qui viribus sunt resoluti, eos balneum magis resoluit. Sed nec fastidiosos, ac vomitioni obnoxios lauare oportet. Nā ne hi quoque repente resoluantur, metus est: ita vt stomachica vocata sincope īsequatur. His p̱ximi sunt, qui os ventriculi bile affectum habent. quos ex biliosa eructatione dignoscemus. Similiter aūt,
C nec quibus sanguis è naribus abunde erumpit, eos lauare conuenit: immoderantissime enim ipsis sanguis erumpet. Cōsentaneum igitur est, si minus quàm par sit, sanguis erumpat, ipsos la- † Al. l. motioneq; vehemētiori ob ſāguinē qui in capite est.
uare: hi autem sunt qui etiam largo lauacro indigent, †vt qui in capite est sanguis, vehementius moueatur. Pari modo etiam lauamus, si ijs qui eruptione sanguinis indigent, nequaquam erūpat sanguis. Sanè concoctis iam affectibus laua- cōmen. 60.
crum citra periculum admouetur: cùm maxime etiam conferat ad expurgationem sputorū quæ in pleuriticorum ac peripneumonicorum thorace ac pulmone continentur. His ergo qui ita habēt, vbi indicatio quæ à cōsuetudine sumitur accesserit; lauacrum duplicare nihil vtiq; prohibuerit. In vniuersum enim scire oportet, ꝙ si nō prius vacuato corpori admoueatur lauacrum, partes affectæ, fluxione vexantur: vacuato vero si vero offeratur, concoctionem adiuuat.

Ex

Ex libris Antylli de Lauacris ex industria factis, ex primo libro De remedijs. *Cap. ij.*

Lauacra alia sunt ex dulcibus aquis ac qualita
te expertibus, alia qualitate sunt prędita, & fa-
cultatem vehementē habent ac conspicuam. Ac
ea quidem quæ qualitate sunt prædita, alia ex in
dustria facta sunt, alia sponte nata sunt. Quę igi-
tur ex industria facta sunt, alia vt calefaciant, alia
vt digerant, alia vt humectent, alia vt refrigerēt,
alia vt adstringant, sunt ꝑparata. Calidis itaq;
lauacris vtimur, cū vel refrigeratos calefacere,
vel lassitudinē soluere, vel spasmos remittere, vel
dolores mitigare volumus. et sanè refectionis ēt
eis vtimur, qn̄ nutrimētū haud facile distribuat̄.
Præparamus aūt calidas aquas pulegiū incoquē-
tes, vel origani, aut hyssopi, aut thymi, aut thym
bræ, aut lauri folia, chamæpityos item ramu-
los, & panacis ac pyrethri radicē ac cachri, simi-
liaq; alia. inijcimus aūt & oleū in aqua. Dige-
rentia lauacra faciemus, vbi totum corpus quod
prępingue sit, extenuare studemus, vel totū etiā
corpus membrūue aliquod ex affectione tume-
factum, contrahere volumus, aut etiam quæ ob
phlegmonem vel ob aliam quāpiam affectionē
fluxione laborent. Fiunt autem digerentia laua
cra cùm nos vel salē inijcimus, vel marina ipsa
aqua vtimur, vel nitrum miscemus: quin & mel
admistum, digerentem reddit aquam, & staphis
agria incocta, & sarmenticius cinis, sulfurq; ignē
non expertum: vel baccarum iuniperi decoctū,
aut mercurialis herbæ. Mollitionis autē gra-
tia lauacris vtimur in corporibus tum phlegmo
ne laborantibus tū induratis. ac in laborantibus
quidem phlegmone, blanda sint ac mollia: in in-
duratis autē citra phlegmonem, potentia. quare
in phlegmone quidem laborantibus, maluæ de-
coctū, & mercurialis, ac fœnugræci miscemus:
in phlegmonis autē fluxione vexatis, arnoglos-
sum, vel polygonū, vel malicorium, vel *rosas,
vel rubi cimas, incoquimus. in eis vero phlegmo
nis quæ spasmum minantur, eisdē vtimur, qui-
bus & in phlegmonis quæ sine fluxione sunt: ꝓ
cipue autem hydrelæon confert, quod maluam
vel fœnugræcū incoctum habeat. in duritie aūt
citra phlegmonem eisdem in qualitate vtēdum
est lauacris, q̄bus in eis vtebamur, quæ digestio-
ne indigebant. Adstringunt aūt ac refrigerāt
lauacra, q̄ simili modo sunt parata, quo adstrin-
gentes ac refrigerantes embrochæ seu irrigatio-
nes. Sylua igit̄ ac materia illinc huc trāsferri pōt.

De sponte nascentibus Lauacris ex eodem libro. *Cap. iij.*

Lauacrorum autem sponte nascentium facul
D tas, multo potentior atq; efficacior est, quàm eo-
rum quæ artificio sunt facta. Sunt autem plures
differentiæ pro terræ per quam feruntur, qualita
te. Nam quædam sunt nitrosa, quædam salsugi-
nosa, quædā aluminosa, quædam sulfurosa, quę-
dam bituminosa, quædam chalcanthosa, quædā
ferri aut æris qualitatem referunt: quædam sunt
ex his composita, pluribus qualitatibus vnà cō-
mistis. Omnium ergo aquarum sponte nascen-
tium vis est exiccandi ac calefaciendi ferè semp,
cùm vehementer intensę sint. quapropter acutis
morbis non congruunt, sed diuturnis potius, ac
illis præsertim, qui præhumidi ac frigidi sint.

Iam vero quæ Nitrosæ sunt, ac Salem habēt,
capiti sunt congruæ, ac thoraci fluxione luxato,
stomachoq; præhumido, ac hydropicis, œdema-
tisq; quæ ex morbis proueniunt, ac syncrisi. i. cō-
E cretioni collectioni ve pituitā generanti: Alu-
minosæ sanguinis reiectioni, & stomacho vomi
tioni obnoxio, & ijs qui immodice ab hæmor-
rhoidibus vexantur, mulieribusq; quæ inordina
te purgātur, ac assidue abortiūt. Sulfurosę ner
uos emolliunt, syncrisim calefaciunt, doloresq;
mitigant: stomachum vero effœminant ac sub-
uertunt. Bituminosæ. tum caput replent, sen-
suumq; instrumenta vitiant: tum perseueranter
calefaciunt, ac tractu temporis molliunt, præci-
pueq; partes quæ circa vterum sunt, vesicam, ac
colon intestinum. Quæ Aeris naturam referūt,
ori, paristhmijs, vuæ, ac oculis egregie cōpetunt.

Quę Ferri qualitatē habēt, stomacho, & lieni
affectis, vsui esse possunt. Quæ mista qualitate
sunt præditæ, pro admistorū exuperantia agunt.

Sanè aquis his sponte nascētibus vti debemus,
F vbi iam constiterint, imotæq; fuerint. Vapor. n.
qui ab ipsis assurgit vbi mouentur, grauis cū sit
ac feriens, caput vexat. ideoq; qui in aquam de-
scendūt, sine perturbatione ingredi debent, quò
vis remisso corpori accedens, immergatur ac pe
netret. Nam qui turbulenter tumultuoseq; in
ipsas ingrediuntur, eorū corpus densescens, qua
litatem ab aqua in se haud suscipit, quare & nata
tio (hoc est colymbus) quæ in hisce fit, & immer
sio (hoc est baptismus) minime cōueniūt. Porrò
illis tantum aquarum sponte nascentium ducti-
bus caput submittendum est, quibus qualitates
insint capiti accōmodę. nam qui ductibus à bitū
mine vel sulfure fluētibus se subijciunt, facile of-
fenduntur.

Ex libris Herodoti de Lauacro ex libro De præsidijs extrinsecus occurrentibus. *Cap. iiij.*

Si calidiore interno aere indigemus, ad talē
auxilij modum accedendum est. Vrna aquæ fri-
gidæ

gidę instillanda ignitæ materiæ. nam quæ inde euaporat caliditas, non per multum tempus manet, celeriterq; extinguitur. quare & hoc aggrediendum paulo ante introitum.

De sponte nascentibus Aquis ex libris Herodoti ex eodem libro. Cap. v.

Particularium sponte nascentium aquarum facultas, cùm multam habeat differentiam: ea ex ijs, quæ experimento comprobantur, assumēda est. exquisitam. n. de his per species traditionē facere non possumus: cùm nec oibus nos vtamur, nec in oibus, quę de his habetur cognitio, medicamentorū pollicitationibus respōdeat. Frigidę aūt sponte nascentes, fluxionibus oibus competūt, affectibusq; quæ circa vesicā sunt, capitis doloribus, ac vlcerib^9 malignis. Aquę vero q̃ bibuntur, siue calidæ sint siue frigidæ, cū vniuersalem ordinationē non admittāt; in particularibus tradentur. In oibus autem quædā sit temporis commēsuratio. Si. n. quis ad tres septimanas aquis vti debuerit, ab horæ dimidio incipiat, paulatimq; adijciat, ita vt circa septimā, duas horas cōpleat. hoc vero interstitio cū vsq; ad secundā septimanam pseuerauerit, ab hac rursus æquis portionibus subtrahat, ac in prius cęptā mensuram desinat, ex altera parte æqualiter subtrahendo. Neq; enim vtile est statim à principio in aquis immorari: neq; etiā confert vsq; ad finem in eadē temporis quātitate pmanere: quidem & inchoare hoc pręsidium & ab eodē desistere pro rōne conuenit. Quo sanè modo etiā exercitationes tum protrahimus, tum restituimus. Si autē eam iuuamenti mensurā, quam coniectura pcepisti, haud ferant: p interualla aquis vtuntor. in exacerbationibus aūt accurate vniuersa fiat præparatio. Nā qui adducti illuc sunt, si plurimas corporis particulas doleāt, in totis ingrediātur. si vero aliquas tantum dolentes habeāt, irrigentur. Vbi autem mitigati ipsi fuerint, extrahemus: postea rursus exacerbatos introducemus, aquis vtentes haud secus ac extrinsecus adhibitis fomentis, ac cataplasmatibus. Vnde frequentia in his vtendis à re vrgenti sumenda est. Noui sanè quosdā tota etiā die tali curationis modo vsos, summopere adiutos fuisse: celeriterq; sedatę fuerunt exacerbationes, quæ prius tum longæ, tum solutu difficiles fuerant: hocq; etiā affectioni contulit. Si vero affectas particulas, tectis munitisq; reliquis, irrigare posſent, haud deterius fuerit diutius sæpiusq; in die vti aquis. Hoc autem ante cibum faciant. haud. n. confert, vt qui recēti materia sunt repleti, ea quæ vsq; adeo cōmouere possunt, assumāt. Si vero viribus deficerent, parum cibi offeratur.

A Cùm vero plurimæ aquæ in locis palustribus ac æstuosis existant, ob idq; morbosæ sint; tempus quo te in ijs laues, opportunum erit circa ver & autumnum vbi hiemi proximus est. Illud. n. tempus, aquarum actionem confirmat. Et si in salubribus sint locis, æstate assumi debent, si frigidæ sint. Quoniam vero pleriq; idiotæ arbitrantur calidas aquas ad sanitatis cōseruationem conferre, ob idq; ipsis impudenter inscienterq; in detrimentum vt par est vtuntur: æquum sanè esset ipsos à falsa opinione recedere: nā his etiam aquis si adessent, loco balneorum cōium vterentur.

Ex Galeno de vsu frigidi Lauacri. Cap. vi.

Quomodo autē quispiam lauari frigida primumq; inceperit, nullo nocumento ex repentina mutatione pcepto; præ cæteris sciri oportet. Nā multi cū male incepissent, ita totū hoc frigidę lauationis exercitiū calumniabantur, vt nec ijs ēt, B qui hoc tutò tractauissēt, se ipsos vnquā prębere sustinuerint. Esto igitur tēpus anni æstas incipiēs: vt ante hyemē in toto hoc intermedio tpe insignis quędā fiat assuefactio. Esto etiam sanè dies, quo incipimus, quāmaxime liceat tranquillus, & vt per illud tēpus esse potest, calidissimus. Esto etiā eiusdē diei pars tēperatissima, & gymnasterium tēperatissimum. Atq; hæc sanè sit externa præparatio. Corpus aūt ipsum qd frigida lauari debet, circa mediū pcipue quarti septēnij esto, nulla re ab vlla recēti causa eo die aut prcędēti etiā nocte, alteratū. Esto & aio promptohilariq; adolescens ille, q frigida vti debebit. Ac primū quidē syndonibus vberius q̃ ante, fricetur. Sunto vero frictiones multo nunc vehementiores q̃ ante, durioribusq; linteis factę. Deinceps C aūt oleo, quemadmodū ipsi mos erat, fricetur. Deinde exercitationibus multitudine quidem æqualibus, sed celerioribus nunc quā ante, exerceatur. Demū sic in frigidā descendat, non cunctādo sed accelerādo actionē, vel etiā confestim insiliat. Nam q̃ paulatim fit ad aquam appropinquatio, horrorem excitat. Esto vero & ipsa aqua nec tepida, nec indomita (hoc est ἀνήμερος) & glacialis. altera. n. caloris reuocationē non facit; altera insuetos ferit, refrigeratq;: siquidē procedente tpe tali ēt aqua aliqñ vti potuerit. Egressum aūt ex aqua à pluribus fricari oleo cōuenit, donec cutis fuerit excalfacta. Post hęc cibi quidē plures q̃ consueti offerantur: potus vero minor. Hæc aūt licet tu nō iusseris, ipse tamen ita vtiq; fecerit, omnibus sanè rite peractis. Nam post frigidas lauationes & plura appetūt, & melius concoquunt, ac minus sitiunt: perueniūtq; postridie ad exercitationes meliori planè habitudine pręditi,

Gale. lib. 3. de san. tuen da. cap. 4.

diti, molem quidem corporis priori æqualem habentes, verum compactam, musulosiorem, ac cõtentiorem vegetioremq;. Simili igitur modo secundo die omnia in hoc adolescente erunt peragenda, tertio itidem & quarto: sicq; postea procedente tpe iubere oportet, vt frigidam secũdo ingrediatur. Hoc idẽ vero tertio facere, quod nõnulli iusserunt, nõ laudo. nam secundo id fecisse, abunde satis mihi esse videtur. quippe cũ iubere nos possimus, vt quãdiu voluerimus, ĩ ea ĩmoretur. Scopus aũt tẽporis quo ĩmorandũ sit, à quotidiano experimẽto percipiatur. Si.n. aquã egressus, ex frictionibus coloratus celeriter euadat; moderate in ipsa immoratus fuit: si vero tardius ægriusq; incalescat, decolorq; diutius pmaneat; ĩmoderatius aqua vsus fuit. Ex his ergo signis an abunde satis ĩmoratus fuerit, an aliquid ad maius minusve sit mutandũ; cognoscetis.

Ex Agathino de calida & frigida lauatione. Cap. vij.

De calida & frigida lauatione quã vtraq; naturã habeat, cõsideremus. Optimum sanè mihi esse videtur, vt nec calida lauacra oĩno explodamus: Verum rarius appetẽda sunt. Oportet ergo ipsis tanq̃ quid opportunũ habeãt, aliqñ vti. Nã & lassitudines sedant, ac segnities à magna incõctione ortas eximunt, pſertim siquis in ipso ẽt balneo aqua calida potata, succos ex corrupto nutrimento aceruatos euomuerit. Mollit aũt calidum lauacrũ corpusculum, quod pter rationẽ qñq; colligatũ cõstrictũq; fuerit. cõgruit aũt & illis qui ægro quidem animo nonnunq̃ ad frigidam lauationem, † minime autem prompto ad vnctionem se habent. Modus.n. apotherapiæ *nutrimenti est & ipsum balneum: incongruũ quidem, si assidue: haud absurdum autem, si opportune administretur. Sanè qui vitã hanc breuem, sanam ducere cupiunt, frigida sępissime lauari debent. Vix enim conspici põt, quantum ex frigida lauatione emolumenti percipiatur. Ob id inuenias qui frigida lauantur, licet senes omnino sint, corpore tamen constitutos ac cõpactos, coloremque floridum habentes, & in vniuersum, multũ virilitatis tenorisq; præ se ferentes. quin & quæ ad appetitiones concoctionesq; attinent, valida habent, sensusq; ferè semp habent exquisitos, ac omnem, vt semel dicam, naturalem actionem. Qui vero calida lauantur, flaccidas fluidasq; caruculas habere solent, ac colore euersum: ac tonis solẽt veluti eneruati esse, maleq; cibũ appetere, oia deniq; præ cæteris deteriora habere. Quid.n. reuera mediocre efficeret tam assidua in aere feruenti ac præhumido elixa

† Al'. prompto autem.

D tio? Porrò barbaris mos est, vt audio, infantes in frigidam assidue demittere. Nos aũt calidis lauationibus assiduis elixamus: à nutricibus nimirũ persuasi, quæ sanè gaudent, cũ post defatigationem in lauacris perceptam soporentur puerulli, satisq; sibi ipsis arbitratur esse, si haud magnopere infantes noctu vexentur. quippe quæ asserãt, vix somno eos capi, qui haud fuerint fermè à calidæ lauationis multitudine soporati. Vnde ego meum puerulum ac cæterorum plerosque vnctionibus contentos esse plerunq; facio; resq; mihi ex voto succedit. Qui vero ab alijs educati puerulli, assidue lauantur, plurimumq; elixãtur, nihil miri si epileptice conuellantur, sicq; ab eo morbo difficulter liberentur. Nulli igitur de ijs paruis qui infantum ętatem excesserit, frigidam lauationem incongruam esse iudico: dummo-
E do peculiaris quędam natura & huic & alijs vtilibus rebus nõ obsistat. multa enim talia tradũtur. Initium aũt in ijs qui frigidę lauationi minime sunt assueti, multi quidem fieri oportere cẽsent, dum æstas in summo existit vigore. Ego aũt vidi in omnibus anni temporibus plurimos innocue frigida lauari cępisse. Omni ergo tẽpore frigidam lauationem innocue quis inchoarit. Et si aliqua statuẽda est differentia, ego certe vernale tempus præ cęteris eligerem. At vero opus est, vt tractabiles & expediti leuesq; ad frigidam lauationem veniamus, cùm semper aliàs, tù pręsertim, qñ eius vsum inchoamus. Semper autem exercitationibus nosmetipsos eousque dimouere prius debemus; donec propensio tantum ac promptitudo alacritasve nobis adueniat in frigidam ingrediendi. Nam vehementia multitu-
F dineq; motionum corpusculum prius defatigare, ac vsque ad lassitudinem perducere, tum aliàs quidem est absurdum (nihil enim quod supra modum affectetur, salutare est) tum ad ipsam frigidam lauationẽ ineptissimum. quandoquidem & ipsa, corpora colligat, longeque vehementiores lassitudines efficit. Satius autem arbitror totũ vtendi modum altius incipiendo exponere. Postq̃ prius negocijs familiaribus vel ambulationibus certe, aut gestationibus corpus fuerit concitatũ; ad frigidæ lauationis vsum accedere debebit, nõ citius q̃ sit cõsueta ad prandium hora, nec multo tardius. Vtrũq;.n. horum tẽporum reijciendum est. Nudandus autem, si tempus permiserit, in sole est, in loco minime vẽtis perflato. Sępenumero aũt si dum exuerẽtur, inhorrescerent, corpusculum adhuc vestimẽtis tectum ac munitũ, intentiori ambulatione (poplitibus in ipso vehementius tensis) vel ẽt cursu dimouendũ

dimouendum est:post hæc aût linteis asperis valide vsq; ad multam cótrectationem tum per se ipsum tum per alios rubefieri debet. Optimum aût fuerit, si ministri ad hoc manicas ex linteis cósutas habuerint:cúm alioqui inæquali facta frictione,contortis nimirum cóplicatisq; linteis,interdum cutis sequantur excoriationes. Post hæc vero manibus, tum ab alijs tum à se ipso sicce fricari debet.preterq.n.q; foueat,tenoré et admirabile corporibus inducit. Nulla re alia igitur tentata,potest,quatenus ad promptitudiné attinet, post siccam hác frictionem,frigida lauari. Vngi itaq; oleo moderate debet,diutiusq; fricari tum ab alijs,tum maxime à se ipso.Nihil.n.est,quod magis tum lassitudine tú dolore vacet, magisq; sit efficax, quàm quæ à se ipso fit frictio. Si ergo ea promptitudine erga frigidam lauationé contétus fuerit,donec nimirú spiritulus creber fiat: alijs exercitationibus nihil erit opus. Verum nó oés facile assequimur, qñ aliquid nimietatis hæc res habeat. Vnde reliquis vnicuiq; cósuetis exercitatióibus vtendú est,intra tñ lassitudiné,vt dixi, laborádú est:nec oino expectandú quousq; languescat,(quod plurimis mos est)sed donec corpusculum fuerit calefactum,ac ad frigidam lauationem abunde præparatum. Finitis aût exercitationibus,tunc sanè oino,nisi et prius,se ipsos fricare debét cum spiritus cohibitione:aliqñ etiam puluere prius cóspersos, præsertim si madore humescant:sicq; incunctanter cófestimq; in frigidá descédant. vel subito aqua circúfundatur. Aqua aût, si in nobis eligédi sit optio,nec glacialis nec remissa oino frigiditate sit. hæc.n.magis nocua est,q̃ quæ in altera parte excedit. Præstantissima aût aquarú pro frigida lauatione,præsertimq; cú primum quis morem húc inchoarit,est marina. nam & frigiditatis satis habet:et qui ex salsedine pruritus morsusq; prouenit, facile percalfacit. Qualiscunq; aût ea fuerit,pura sanè estò,ac perlucida:nec palustris cœnosave, nec alioqui reses. At vero præferendum est, si eligendi detur facultas,descédere potius q̃ circúfundi. In primo igitur ingressu parum perfricandú: postea ingredi debet, ac se ipsum fricare violenter,rursusq; descendere. tuncq; pseuerare natando,vel alio quocunq; modo, vt diutius ibi moram trahat. ita tñ vt rursus tum ad vnctionem tum ad perfrictionem sit promptitudo. Deinceps tertio vbi descéderint, ac haud multú perfricti fuerint, debent caput & quæ ad stomachú spectant,aquæ ductibus subijcere. sin minus,pluribus sanè hydrijs pfundi,nec amplius firmitas, q̃ corpori,postremo áduenit, núc dissolui debet. Post hęc vero strigi- A libus non admodum obtusis corpusculum diutius est tergendum,sicque rubefaciendum. nam tum roboratur, tum superficies æqualis ac plana fit. Si vero cibatis et occurrimus, haud oino abstinemus à frigida lauatione.qñ nimirú vehementer appetimus, vel quia motiones quædam ad hoc nos impellant, vel q; æstus ipse quoquo modo coelixauerit. Nescio.n.an quicq̃ hoc ipso pstantius illi fecerint qui exuruntur,sudoribusq; indesinéter perfunduntur. Ego sane sæpenumero et post cœnam, cúm ob æstus ægre in somnú delabor,in frigidam descendere soleo:ac mirum est q̃ iocundam noctem ducam. In frigidæ tamé vsu auribus prouidendum est, ne in ipsas clam aqua influat. nam alioqui haud scio,quomodo, cúm ad alia oía longe vtilior q̃ cæteræ diætæ sit ipsa frigida lauatio, auditorios tátum meatus nocue attingat. B

EX ARETAEO

Libro.i. De causis morborum.

Aquam frigidam in venæ cauæ acuto morbo dandam. Quando post eam epotam, euomendum sit.

Verum si frigidam quamplurimam affatim bibunt, breui interuallo molestia leuantur. postmodum ipsis sitis accenditur: rursumque vberrime aquam ingurgitant. & hæc est mali successio & reciprocatio. At egregius medicus, frigidam liberaliter citra noxam propinare potest: vt in alijs ardoribus assolet. C sed longe tutius ardore à vena caua oriente laborantibus eam concesserit. Quòd si ventriculus aut vesica potam aquam expellant, neq; vomitione opus est:sin id facere nequeant, à multa frigida epota multú vomédum est. homo etiam dirumperetur, si tanto bibito humore nihil aut per sudores,aut per vrinam, aut per ventrem effunderet.

Lib.i.acutorum morbor. Cap.ij.ad finem. Phrenitici quando lauandi sint.

Nempe si iam plus temporis morbus extrahitur,& febris ignaua est, & delirium in fatuitatem vertitur,& præcordia non vsque adeo læsa sunt,aut tumor,aut inflatio, aut duritia, sed in capite potissima morbi causa est,audacter lauare oportet,atque sæpius caput perfundere, habitus nanque sanabitur & caput difflabitur: & omne

corpus exhalabit. Atque ita siccitas obtunditur: & sensus caligo discutitur: & mens stabilis, atq; inconcussa firmatur.

Cap. ij. ad finem.

Veternosis lauatio post cætera omnia adhibenda est.

Item ex vsu erit & lauatio omnibus iam, aut saltem plurimis, & præcipuis ad morbi depulsionem adhibitis, adhuc tamen corpore torpente, vbi & gestatio proderit, & frictio, & quælibet lenis corporis agitatio.

Cap. x.

Frigidam aquam in pleuritide non conuenire.

Frigidam vero aquam quicunq; medici pleuriticis concesserunt, neq; qua ratione id fecerint, assequi valeo, neque experimento confirmare. quippe si qui à frigida periculum euitarunt, hi profectò mihi non laborare pleuritide visi sunt. Verùm apud vetustiores etiam medicos species quædam concursus pleuritis, seu lateralis morbus vocabatur: cùm bilis esset excretio, cum dolore lateris, & exigua febre, vel etiam sine febre. Huiusmodi sanè affectus nomen quidem pleuritidis, rem vero non obtinet. Quin etiam spiritus nonnunquam in latere cóclusus sitim, dolorem prauum, mollemq; caliditatem excitat: id quoq; vitium ignari homines pleuritin nuncuparunt. His nempe frigida aqua remedio esse poterit, cũ prospera vtentis fortuna extincta sitis erit, bilis ac spiritus per inferiora subducetur, & dolor & caliditas exhalabunt. Verum in lateris inflammatione & succingentis mẽbranæ tumore non solum frigida aqua, sed etiam frigida respiratio noxia est.

Lib. ij. Cap. vij.

In acuto morbo dorsali balnei vsum prodesse.

Exercitatio modica ad sudores euocandos, necnon & balneum, si iste interius exardescit. neq; enim iudicationibus huiusmodi vitia soluũtur, & si ardoris species sunt.

Cap. viij.

In acuto morbo in renibus lauandum esse

Si pauperes ægroti sint, eos lauare satius est: sin minus, in decocto herbarum desidant vmbilico tenus solio repleto.

Cap. x.

In suffocatione ex vtero posse balneum adhiberi.

At si vel parum tolerare poterit; in decocto aromatum desidat, odoratisque suffumigetur. Ante cibos castorei paulum bibat, & hieræ paulum cum castoreo. Quòd si ferre valet; lauetur, & in tempore ad antiquos vsus reuertatur detq; operá mulier, vt q̃ facillime menses elabantur.

Lib. j. morbor. curationum. Cap. ij.

In capitis dolore conuenire frigidæ marinæ lauationem, & natationem.

Confert & nauigatio, & in mari vitæ traductio, & si quis sit maris accola, in salsa aqua frigida lauari, & in mari natare, & in arena volutari, victumq; ex mari quęrere proderit.

Cap. iij.

In uertigine quæ lauatio conueniat.

Frigida lauatio illuuie, illuuies autem calida lauatione melior. astringere, densare, siccare caput frigida lauatio efficacissime potest: & hic salubris status est. humectare, soluere, tenebras offundere valentissime calida lauatio potest: & hæ capitis morborum causæ sunt.

Cap. v.

Ad refectionem melancholicorum balnea calida sponte orta esse accommodata.

Propterea ad refectionem conuertatur ægrotans in aquis sponte calidis sæpe cómorans. medicamenta enim, quæ in his sunt ingenita, opem ferunt, bitumen videlicet, aut sulfur, aut alumẽ, ac multo his plures aliæ facultates. Bona vtique est humectatio morbi squallorem tollens, & curationis vexationem mitigans.

Cap. xiij.

In elephantiasi calida balnea sponte nascentia conuenire.

Balnea sponte calida sulfurosa iuuant. vita in aquis diu ducenda est: & mare, & nauigatio conueniunt.

EX ALEXANDRO Tralliano,

Libro primo. Cap. ij.

Ad Capillos fluentes.

Balneum esto tẽperatũ, quod nõ valde calidum vel aerem, vel solium habeat. accipiant autem ægri aquam temperate calidam, vngantq; caput multo hydrelæo: non autem sapone, aut nitro caput abstergeat. id enim agendum non est, si ob inediam capilli fluunt.

Cap. xiij. De phreniticorum curatione.

Lauare phreniticos & perungere conuenit, quibus est iam facta vacuatio, quantitasq; totum corpus

corpus offendit, sed siccitas & vigiliæ plurimæ vrgent.siq; æger febricitet,nihil ei nocebit, si ita lauetur:præcipue etiam cum balneum temperatum adhibeatur,vt neq; aer sit igneus,neq; soliũ nimis calidum. Qui autem febris metu eos non lauat,vehementer lædunt.ægri enim magis torquentur à vigilijs balnei abstinentia,& magis ẽt animo perturbantur.sunt igitur, vt diximus,lauandi.Siquidem vsu balnei ad bonam temperiẽ reuertuntur. & postea à delirio & affectione febrim incendente liberantur.

Cap.xiiij. de Lethargo.

Vbi autem concoqui inceperit, nihil obstat lauare, & vini paululum exhibere. præsertim à sanguinis missione, ventris subductione, & mediocri totius corporis purgatione.balneumq; timeri non debet,nisi excrementorum copia subsit.nam superflua,quę in cute hærent,magis colore moderato balnei digerũtur.Ego certe quosdam noui, qui prę multo sopore ne suspicere quidem posent, neq; lotionem sentirent. postq̃ à septem diebus in balneum duxisem,magis excitatos ab eo inuenise,vt & viderent,& loquerentur,& adstantes etiam cognoscerent.quocirca si vires robustæ appareant, lauandus æger est: sin imbecilliores,vt ęger lasitudinem,aut calorem balnei ferre nõ posit,domi lauetur, vase aliquo aqua calida repleto, in quo collocetur ita,vt sedeat, capite aquam excedente. quod vas parari ex lignis facile potest. Caput autem nõ lauetur, quia præter q̃ q̃ à calidæ superfusione non iuuatur,etiam animæ defectionem celeriter sequeretur.sic igitur,donec semel aut bis lotus æger sit, faciendum est.deinceps vero ad balneum ducẽdus est, & consuetis sine metu abstergendus. Eiusmodi quoque curatio adhibenda est ijs,qui caro laborant. Siquidem hęc affectio, & ipsius causa non admodum à lethargo differunt.

Cap.xv.ad comitialem morbum.

Qui comitiali morbo laborat, post exercitationem,dulcis aquę balneis vtatur,sed non continuis, verum semel, aut bis in ebdomade. idq; ante cibum potius,quam à cibo. neq; etiam diu in aere balnei immoretur: sed etiam calidas situlas stomacho & cruribus superfundat, capiti vero & paucas, & eas tepidas.totum vero corpus aqua non nimis calida detergeat.caput admodũ moderate perfricet. Ingresus autem solium nõ sępius caput intingat, sed bis, aut ter. In frigidę vero labrum ingresus primum caput aqua modica pfundat,atq; ita in illud descẽdat, vt ipsum neque vapores è toto corpore ascendentes ad se trahat,neq; excipiat. deinde ęger operimentis in uolutus rursus aquam manibus excipiat,ac frontem sibi perspergat.

Cap.xvj. Ad melancholiã ex acriore humore.

Dulcium balnearũ vsus, si quid aliud, ijs,quibus acrior humor melancholiam excitauit, auxiliatur.etenim expedit alteram partem bilis discutere, alteram vero humidorum qualitate cõtemperare.toti vero corpori aquam calidam superfundere: caput tepida potius ac luteis oucrũ abstergere:atq; vniuersum corpus hydrelæo, caput ipsum rosaceo perungere: Aer temperatus sit,similiter quoq; calidę labrum. ęgri diutius in ea morentur, & in calidam descendere cogantur oĩno autẽ si ęstas fuerit,in ea diutius insideant.

Lib.vij. De sanguinis fluxione ex frigida intemperie.

Iis,qui sanguinis fluxionem in thorace ex intemperie frigida sustinent, aquę calidę naturales vtilisimę sunt: quemadmodũ ẽt illis,qui ex calida intẽperie destillationẽ patiuntur aduersę; & oĩa,vt p̃dictum est,q̃ calefaciunt,et exsiccant.

Lib.viij.Cap.v.ad alui profluuium.

Balneum ex nitro absq; oleo conuenit ijs,quibus aluus fluit.iuuat enim nitri vsti puluis corpori insperfus in balneo:vt modicum ruborem inducat,cutimq; vellicet, & fluxionem ex alto ad se trahat.Ita autem vellicatam cutim in balneo perunges, vt apertis meatibus profluuium alui in diuersum reuellat,& retrahat.

Lib.x. De colico affectu ex biliosis humoribus.

Balnea dulcis aquę his adhibeantur, quos colicus dolor ex bilisis humoribus exercet, pręsertim ętate vigentibus:& calidiore tẽperatura prędits. Sit autem aer temperatus, & item calidę aquę solium. Cęterum partes affectę vngantur oleo chamęmelino, totumq; corpus hydrelęo. cauendum autem ne oblinantur nitro,aut sampsucho,vel omnino acri quodam, vel calido.& item ne affectus locus perfricetur, fomentisq; obducatur.Salsę aquę,nitrosę,& deniq; naturalium aquarum vsus vitandus est.

De Colica affectione ex humore frigido contracta.

Continua dulcis aquæ balnea nihil adeo doloribus ex frigiditate,aut crasis humoribus excitatis conferunt: siquidem huiusmodi aquis illi tantum mitigantur,sed nõ curantur. Nos.n.didicimus dulcium aquarum facultatem refrigerandi potius & humectandi qualitate præditam ese. quocirca aer calidior preparari debet,& calentis aquæ solium, & affecti loci calidioribus vnguentis illiniri, aut anethino, aut gleucino,aut mar-

tiato: & superspergi nitrum, aut sinapi; partesq; ægras, & totum corpus perfricari decet. Quod si ægros ēt delectet, præmittendum erit, vt marmoribus ignitis foueantur. ita.n. simul iuuātur, & leniuntur dolores. si vero in naturalibus etiā aquis lauare se velint, magis curabuntur, & oīno consanescent: præsertim si aquę fuerint sulfureę, & bituminosæ. erit itidē eis concedendum vt huiusmodi aquas bibāt. q̄nquidem habent vim abstergendi, & expurgādi si quid glutinosum ventriculo, aut intestinis infixum deprehendatur: ac subinde restituunt, totūq; morbū prorsus sanāt.

Ad Colicos dolores ex inflammatione intestinorum.

Balnea igitur continua prius, quam totū corpus recrementis vacuatū fuerit, adhibenda non sunt. Post sanguinis aūt vacuationē, si dolor adhuc vrgeat, balneo vti absurdū non est. si vero vires refragentur, ægri corpus oleo chamæmelino illinentes in alueum descendent.

Lib. xi. Cap. I. de podagra ex biliosis humorib.

Balnea dulcis aquæ his conducūt: atq; ea, quę vesperi adhibētur magis, quā matutina. nā post cibum sumptum maximā vim ad calidorū intemperiē corrigendū obtinet, p̄sertim in gracilibus, siccioribus, & acrioribus corporibus. nā in eiusmodi si quotidie balneo vtaris, non eis nocebis. quin cōtra, plurimū adiuuabis. at prius quā æger in calidum balnei aerem ingressurus sit, prodest ei, pedes prius aqua frigida irrigare. vbi vero mediam domū balnei ingressus fuerit, deinde modice sudauerit, situlæ tepidæ ei superfundentur: atq; ita totū corpus hydrelæo perungi oportet. Porrò balnei aerem temperatum esse conuenit. similiter ēt lauacri solium. Post vnctionē statim ex transitu æger in calidæ solium ingredietur. quod si ēt frigidam aquam influere contingat, pedes scaturigini submittat prius, quā in ipsum descendat egressus rursus è thermis, descendere omnino in frigidæ solium debet, si æstas fuerit, & oblectetur, in ea natet. Vestimentis aūt indutis, pedibus iterum aqua frigida inijciatur.

Lib. xij. Cap. iij. de Causo.

Lauandi sunt qui feruida & perardenti febri laborant in domo potissimū, vbi soliū habeatur tepente aqua plenū: vt totū ægri corpus ex omni parte ab aqua cōtegatur. neq; enim alia præterea aqua adiungenda est; neq; ea est penitus cōmouenda: quippe quia vires digerit, & conuellit. ex quo fit, vt qui imbecillis admodū viribus sunt, in solio non sint lauandi, quod quidē apud Romanos demittere in solium dicitur. Illi porro in id descendent, quorum vires dissolutioni, & di- D gestioni, quæ ex tepida prouenit, obsistere, ac tolerare possunt.

Lib. xij. de Syncope.

Qui ex humorū cruditate syncope laborant, non sunt, opinor, ad balneū cito ducendi. cum enim materia crassior sit, & copiosa, nec adhuc extenuata, cū discuti nequeat, magis meatibus infarcietur, & febris augebitur. vbi igitur humores extenuati fuerint, & cōcoctio iam appareat, ita tandē lauare ægros, & cibo leuiter calefaciente nutrire oportet, vtpote porro probè cocto, ʒcū apomelite, & piscibus, si fieri potest, saxatilibus, sin mmus fluuiatilibus, quos græci ἀναδρόμους appellant, ex oxymelite, & alis gallinarū. postq̄ vires ijs auctæ fuerint, valentiores deinceps cibi offerri poterunt.

Cap. iiij. de Hectica febri.

E Balneum accōmodatum ēt ijs est, qui febrem hecticam habent, quæ per se fit, & nō cum vlla alia, quæ ex humorū putredine oriatur, coniuncta sit. tunc. n. si eos laues, offendūtur, & nō iuuātur; ac præsertim si crudis adhuc humoribus balneum adhibeas. neq; ēt minus læduntur, si inflāmatione nobiles partes obsidente ēt modice id facere tentaueris. Illud autem sciendum est, non modo febri hectica laborantibus, sed ēt frigidis, siccisq; intēperiebus & senio, quod ex morbo cōsequitur, balneum adiumento esse. Est etiā hoc admiratione dignum in balneis, vt calidas, & frigidas iuuare intemperies possint. omnino autē si quis diuersos illos lauandi modos nouerit, is, mea quidem sententia, omnem ēt intemperiem in contrarium poterit cōmutare. Esto igitur tēperatus aer, vnctio, & solium. eluere aūt oleum conuenit, ac statim cū æger in exteriorē domus

F partem ingressus fuerit, corpus perungi. verum diutius in aere morari non debet. oleum autem visceribus potius superfundi egressus æger in frigidæ solium, quod non aquā frigidam, sed lactis more tepentem habeat, perungatur. circūdatus autem operimentis, non admodū diu in eis immoretur. cum vestem iam induet, rursus totum corpus vngat. hoc. n. eos iuuare mirū in modū pōt q̄m humiditatē, q̄ à balneo accedit, oportet diu retinere, et non sinere, vt cito ex corpore effluat.

Cap. vi. De tertiana.

Tertianam habentibus balneum, vt maximū præsidium præbēdū est maxime calido, & sicco tēperamento præditis, & qui crebris vti lauacris consueuerunt. nec concoctio oīno expectanda est: sed vbi siccitas vrget, ēt ante concoctionem lauare conuenit. Lauetur aūt hoc modo. postq̄ æger in tēperatum aerē ingressus fuerit, modice sudarit,

sudarit, & tepidas aquas acceperit, oleo nõ simplici perungatur. Quid.n.corpus bile excandescens humectare, aut refrigerare probe potest, pterq̃ aqua? præstat igitur aquam tepidã admiscere, sic enim refrigerare, & humectare magis, & in altum corporis penetrare percipitur.

Cap. viij. De quartana.

Sciendum est balneis quoq; sic vtẽdum esse, ad vnamquanq; speciem respiciendo. calidioribus quidem in ijs, quę ex humore melãcholico excitantur: temperatis aũt potius in illis, quæ ob nimiam humoris biliosi adustionẽ proueniunt.

EX AETIO TETRABIBLI

Primæ Serm. III. Cap. clxv.

De Aquis ex Rufo.

Aquarum potabilium quinq; sunt vniuersales differentiæ, pluuia, fontana, putealis, fluuialis, stagnina. ex his apparet aqua pluuia leuissima, & facile mutabilis. & in alijs affectionibus potu optima. si statim excipiatur accoleẽ. verũ febribus, et ijs, q bilẽ supne, ac iferne reddũt, & regio morbo in cõmoda est. mutat.n. facile, & ĩ bilẽ trãsit. idonea vero est ocularijs medicamẽtis ad fluxus aut vlcera destinatis. at ijs q̃ visũm acutiorẽ reddũt, inepta est. itemq; ad metallicorũ medicamentorũ lotionẽ. adstringit.n. magis, q̃ fontana. quare neq; exterget, neq; cõcoquit, neq; madefacit. & excretiões ipedit, diuturnior aut acerbior fit, & difficilius trãsit, & ægrius secernitur. tardius itẽ concoquitur, ac digeritur. generat aũt destillationes, si frigida bibatur. fontanæ vero aquæ, quarũ fontes ad septẽtrionem erũpunt, ex petris stillãtes solẽ auersum habẽt, ĩcoctibiles, ac tardi trãsitus sunt, & tarde calefiunt, ac frigefiũt: quarũ vero fontes ad orientẽ erũpunt, & per meatum quendã, aut terrã puram excolãtur, calefiuntq;, ac frigefiunt citissime, ex optimę sunt, nisi ex cloacis quibusdam vitiũ eis accedat. at putealis frigida est, tertea, difficulter excernitur, ægre digeritur, & propterea ęstuoso stomacho, aut ventri cõmodior est, quã fontana. fluuiales aũt aquæ, & stagninæ oẽs male sunt, Nili aqua excepta, hæc.n. oĩbus virtutibus exornata est. nã & in potu iucũda est, & moderato tpe in aluo moratur, sitimq; extinguit: & si quis frigidã bibat, minime molestat. & ad concoctionẽ, ac digestionẽ vtilis est. vnde de cõ-

A cinnũ & robustũ, & bene coloratũ corpus fuit: at aliorũ fluminũ aqua ægre cõcoquitur, siccat, & siticulosa est: & pstim si vitiosas aliquas regiones ptrãsit. meliores aũt sunt fluuij qui p fontes ppetuos fluunt, & alijs fluuijs nõ miscentur. stagnina vero aqua pp cœnosam circũferentiam limosa & grauis est. & pp stationem ac ĩmobilitatem veluti mortua & putrefacta. quare nunq̃, alia præsenti aqua, exhibenda est hęc debilibus. Porrò iuxta terrã quoq; & regiões plurimę aquarũ differẽtiæ fiunt. verũ vt in summa dicam, quę gustui cõgrua est, & cui inhabitatorũ experiẽtia testimoniũ pbet optima censenda est. nam quę cito calescit, ac frigescit, & facile carnes ac alia oĩa coquit, ea et cibos in ventre cõcoquit. q̃cũq; vero aquæ adstrictionẽ aut salsedinẽ, aut nitrositatem, aut crassitiẽ, aut aliud aliquid in gustu detegunt, malæ sunt. itemq; graueolẽtes, & q̃ con-B coctionẽ superstantem habẽt, & subsidentiã fœtidam ac solidã, & quæ instar lapillorum æreis vasis adhærent, & q̃ hirudines nutriunt, aut talia quędã praua aĩalia, & stantes & palustres, & quę sunt in metallis auri & argẽti, aut aluminis, aut sulfuris, aut similibus. & qbus radices ĩsitæ sunt, incõmodæ sunt. & quibus vicinæ sunt aquæ calidæ, siue spontaneæ erũpẽtes, oẽs tales malę sunt. optimum igitur fuerit talẽ aqua præcoquere in fictilibus vasculis, & frigefacere, & rursus calefactam bibere. Cęterum in peregrinationibus, aut exercitu fossæ cõsequenter faciẽdæ sunt ab altissimis locis ad decliues, & p has ducẽda est aqua, ita vt in totas fossas terra dulcis ac pinguis mittatur. ex qua fictiliæ fiunt. semper.n. in fossie relinquitur aquæ malitia. In summa oĩs aqua tarde C transit, ægre coquitur, & flatuosa est. & pstim frigida destillationẽ facit. si vero ab acceptis in cibo quis aquã bibat, maius est periculũ, ne homo tenuia capitis vlcuscula & scabiem, & lepras, pustulas, impetigines, furfures, & putrida vlcera, herpetas, & satyriasas, aut ex his aliqua incurrat. & ad hoc vrinas mordaces, talesq; ẽt egestiones habeat. & præsertim si nitrosa fuerit. Incõmoda ẽt est thoraci, arteriæ vlceratæ nitrosa aqua, & renibus, & vesicę, et oĩbus vlceribus. Emendãt aũt nitrosam aquã cibi hebetantes et vinũ. crassam, vero, secantes, & attenuantes, velut sunt allia & similia. aluminosam, vinũ tenuissimũ, oĩa vrinã ciẽtia, & oĩa excretionẽ ĩpellẽtia. Videtur porro aqua cõuenire capitis doloribus, hebeti visui, comitiali morbo, articulari morbo, tremulis, resolutis, p se, & cũ melle pota. Cõmodior est aũt his q̃ ab vtero strãgulãtur, & qui bilẽ generãt nigrã, siue flauã. à quibus os ventris roditur. & robusto

ventri,ac inteſtino ieiuno,& in iuuenibus ex ſu D dantibus carnoſis,& cibus pinguibus,& nimiū purgatis.& ex vulnere ſanguinē fundētibus, aut ex naribus,aut alio loco.Cōmodat & æſtuoſæ febri tempeſtiue data.conuenit ēt ijs qui aſsidue in ſomnis ſemen effundūt,& qui alias ſeminis pro fluuio laborāt in potu accepta. quāq̄ proſit ēt in ipſa natare,ex eaq; perfundi cōuenit mulieribus è fluxu,aut pica laborātibus.Cōuenit ſingultientibus.& oris graueolētiā habētibus frigida pota: tepida vero conuenit morbo comitiali,capitis doloribus,lippiētibus,gingiuis dentiū corroſis, dentibus pforatis,gingiuarū abſceſsui,& gingiuis cruētis,faucibus,exulceratis,tonſillarū morbis,fluxioni capitis,atræ bilis feruori,bili ſuperne & inferne erūpenti in principio,& vomentibus in febri bilioſa.cōuenit ēt tepida aqua cū frigidę impedimentū fuerit,& ijs qui vlcera habēt E circa ſeptum tranſuerſum,& ſanguinem ſpuētibus,& rupturis in ſuccingente coſtas membrana. at vero calida aqua conuenit,vbi oportet excretionem præparare,& vbi quod attenuare,& vbi diffundere,aut liquefacere,aut mollire,aut eluere,aut concoquere,aut diſcutere volumus. in vniuerſum igitur calida pota hæc poteſt,particulatim vero muccū ducit,& ſcreatum adiuuat,& dolorē omnem mitigat,& præſertim in pcordijs,ac inteſtinis.ructū mouet,& flatum pūocat,vrinā,ac ſeceſsum ducit.bona eſt ēt ad cōcoctionem,ac digeſtionē,& nutritionē,atq; augmentū.menſes ducit.neruis & cōuulſionibus idonea eſt:pleuritidini item,& peripneumonię, & anginæ.An vero nutriat,aut nō nutriat,& an ſit alimēti vehiculū non eſt propoſitū hic quęrere. Quod vero dicere neceſsariū eſt,hoc eſt,qđ F ſiue aqua alimentū concoqui non pōt,ſicut neq; citra aquā quicq̄ cōmode coqui poteſt. Cæterū aqua lixiuij pota ſplenicis prodeſt.& ſiquis panē cū tali aqua pparatū ipſis pbeat,multū prodeſt.

Serm.IIII.Cap.xxx. De victus ſenum ratione.

Cognoſcet.n.bonus medicus quod ſiccitatis & frigiditatis ſenum correctio per humectātia, ac calefacientia contingit. talia aūt ſunt aquarū dulcium balnea calida.& vini boni potus.

Cap.xxxi.De victus ratione eorum,qui in ocio degunt.

Nam qui ſuperiore vita ſtatim prius quā exerceren tur,in balneū ingreſsi ſunt,in his nunc moderata frictione vtendum eſt,& motu breui:qui vero exercitabantur ante balneū,his conſulo,vt paululum augeant conſuetudinem.

Cap.xxxvi.De laſsitudine vlceroſa.

Hæc laſsitudo plerunq; extendi ſolet vſq; ad quartū diē. itaq; quarto die lauētur,& conſueto cibo nutriantur.ſit aūt & balneum non moderato calidius. laxare enim & diſcutere volumus ipſum corpus.

Cap.xxxvij.De laſsitudine tenſiua.

Frictio his cōuenit,& ocium,& quies,& balnea maxime tēperata moderato nō calidiora,& mora in calida aqua diutius facta.quarē ēt ſi tālē laueris bis,magnopere profueris.

Cap.xxxviij.De laſsitudine cum inflāmatione.

Conuenit in hac laſsitudine in tēperatiſsimis aquis mora diutiſsima;ſiquidem ea tales laſsitudines ſanat. ſi vero etiam paulo tepidior fuerit aqua magis prodeſt.

Cap.xxxix.De laſsitudine ob ſiccitatem gracilitatem.

In huiuſmodi laſsitudine cutis contrahenda, & denſanda eſt.contrahit aūt,& adſtringit tum frigida aqua,tū feruens.at à frigida periculū eſt, ne homo lædatur,q iam rarus ſimul,ac vacuus ob exercitiorū copiā factus eſt.à feruēti vero nul la læſio,ſed ſecura denſitas cuti accedit,ita vt ēt relictus in ipſa calor reuocetur ex feruētis aquæ ſolio.Vnde feruētis calidæ ſolium parādum eſt, exiliant autē ex ipſo ſtatim in frigidum,quo firmitas i cute cum caliditate maneat.Vitandā aūt eſt longior in frigidæ ſolio mora. exſoluit.n.frigidæ lotio calidæ lotionis vtilitatem.

Cap.xlij. De laſsitudine vlceroſa ſpontanea.

Veſperi autē multo & pinguius illito,atq; tēperatiſsima calida loto paucum cibum boni ſucci,& ſorbilē dabimus. qnquidē vtēdum eſt balneis tēperatiſsimis,& vnctione,ac frictionē moderata. ſi vero crudi humores multi fuerint,vireſq; debiles non lauādum eſt.poſtq̄ vero oīa bona perfecte apparuerint,moderatis exercitijs vti conueniet,balneis,& vnctionibus.

Cap.xliiij.De laſsitudine inflāmatiua ſpontanea.

Si abſq; febre ſit tertia etiā die,lauato,& large vngito.ſicq; etiam lauacris,moderatum tamē cibum exhibebis.

Cap.xlv.De curatione frigiditatis ex Herodoto.

A conuerſatione in frigido aere deſidere non oportet:ſed ambulare prius in tepido loco.deinde ad balneum ingredi,& in calidę aqua diutius morari.ſi vero ſequēti die frigiditas pſeuerat cū ratio p balneū,aut inunctione conuenit.

Cap.xlvi. De cutis denſate curatione.

Sanatio horū eſt calfactio,& cutis rarefactio, vtendum igitur eſt exercitijs & balneis calidioribus.præſtat autē in prima balnei domo ſuper leui lapide ſedentē perfundere. Vtātur & lauacro natationi apto,calido,temperato,diutius. in frigido

gido vero ne imorentur.neq; vero aqua sit valde frigida.

Cap.xlvij. Aestuosi ardoris curatio ex Herodoto.

Postquam autem discessit à sole, temperata calida se lauet,& in frigida natet. si vero nõ adsit balneum,aqua & oleo,vel aqua,& rosaceo totũ corpus humectetur.

Cap.l. De cruditate.

Exonerata aluo ad consueta munia est accedendum.deinde succedat balneum,& inunctio ex oleo dulci.

Cap.xciiij. calidorũ temperamentorũ correctio.

His sufficit deambulatio,et balneum.nam & ex ijs aliqui post cibũ balneis gaudent.& aliqui ipsorũ crassefacti sunt ob talem viuendi rõnem. Attendendũ aũt est in oĩbus,qui post cibũ lauãtur,ne iecur affectũ sit.extremẽ.n.tales læduntur, si post cibum lauentur. Qui vero cũ siccitate calidi sunt, circa ætatis vigorẽ maxime humido victu opus habent ex edulijs & balneis.quare æstatis tempore citius lauẽtur, & post cibum rursus. nisi aliquod viscus impediat.

Cap.xcvi. Humidi intẽperamenti correctio.

Quapropter ante cibũ hi loti, & naturalibus calidis aquis vtentes magnã opem sentiunt.

Cap.xcvij. Sicci intemperamenti medela.

Balneum siccis corporis temperaturis oĩbus cõmodissimũ est.tẽperata ãt & dulcissima aqua sit.& si bis aut ter in die lauẽtur,magis cõferet.

Tetrabibli secundæ sermone I. Cap.lix.

De ephemera ex lassitudine.

Oportet aũt statim post exacerbationis declinationẽ in balneũ hos ducere, & accurate oleo dulci tepido perfricatos aquarum dulcium lauacris lauare.

Cap.lx. De febricitãtibus ex vigilijs,cura,iraq;.

Oẽs q ex ira,vigilijs,aut tristitia in febrim cadunt,neq; frictiõibus,neq; balneis multis idigẽt.

Cap.lxi. De febricitantibus ex ardore.

In balneum dulcium,ac temperatarum aquarum ducendi sunt, accessu solo aeris balnei per transitum concesso.

Cap.lxij. De febricitantibus ex frigore.

Si quis frigefactus febricitarit, in balneũ ducendus est in febris declinatione. caput autẽ calfaciendum est & ante balneũ, & post balneũ in declinatione, vnguẽto amaracino, aut nardino.

Cap.lxiij. De febre ex grauedine,& destillatiõe.

Si ex ardore facta est destillatio, hunc statim in balneum dulcium,ac temperatorum aquarũ ducere oportet, & in frigidam immergere, & sub salientem locare.

Cap.lxiiij. De febre ex cute densata.

Curare porro eos oportet,aquarũ dulcissima-

A rum,ac temperatissimarum balneis post exacerbationis declinationem, & eis præcipere, vt aliquandiu in balnei aere morentur.

Cap.clxvi. De balneis.

Balnea quędã sunt dulcia,quędam qualitatis exortia, quędã qualitatẽ aliquam habent. Et q aliam quandã qualitatem habent, partim ex nostro studio vim habent, partim naturalẽ vim per se possident. Primũ igitur de dulcibus dicẽdum est, quoniquidem horum vsus frequentior existit. Dulcium itaq; aquarũ vis humida & calida est, siquidẽ fuerint tẽperatæ. Si vero tepidæ fuerint, humida & frigida. Si vero calidiores æquo factæ fuerint,calida quidẽ ipsarũ vis est,non aũt similiter humida. Inhorrescere.n.cogũt corpora,& meatus ipsorũ densari,vt neq; extrinseca humiditate fruãtur, neq; ex internis superfluitatibus
B quid euacuetur. At.n.à temperatis incipiendum est. Temperatę itaq; semp humectãt per sepsas, ac calefaciunt. Cõtingit aũt ipsas aliqñ aut discutere humiditates corporis qbusdã partibus, aut mollire,aut cõcoquere,aut corroborare virtutẽ, aut dissoluere. Ad hęc tñ ẽt quantitas ipsarũ nõ parũ confert. Commoda vero sunt talia balnea, dulcia inquã & tẽperata,in febribus siccis & humoris exortibus,& psertim in imodicẽ sitientibus,& in forti insolatione,& in pustulis scabiosis. Oportet aũt & aerem balnei humidũ efficere pauimẽto & parietibus aqua conspersis. At vero calida ex nostra industria parãtur balnea,quũ frigiditatẽ infestantẽ sedare volumus,aut lassitudinis affectũ,aut cõuulsionẽ,aut dolorẽ mitigare. Fiunt aũt calida, calfactorijs quibusdã aquæ immixtis,velut pulegio,origano,hyssopo,thy-
C mo, thymbra, saluia, folijs lauri,pyrethro,chamæpity,panacis radice,rosmarini semine, & similibus. Balneis aũt discussorijs vtimur,aut habitũ corporis graciliorẽ,reddere volentes,velut in pinguibus,& ex affectione tumefactis:aut toto corpore,aut aliqua parte, velut abdomine,testibus, pedibus, velut in hydropicis contingit. Vtimur ẽt in fluidis vlceribus, ppter subiectam in toto corpore multitudinẽ, aut varicibus vlceri subiectis. Fiunt aũt discussoria balnea, iniectis aquæ talibus quibusdam, qualia sunt,sal,nitrũ, aqua marina calefacta, & mel aquæ ammixtũ, aut staphis syluestris cocta cũ aqua ex cinere ficulneo,aut vitis pcolata. Item baccæ iuniperi cũ eadem aqua coctæ,& sulfur eadem aqua elutũ, adarce & alumen cũ eadem coctũ. At vero mollibus,& lenibus balneis vtimur ĩ inflãmatiõe ac duritie quadã partiũ. Talia aũt fiũt maluaĩ aqua cocta,tũ hortensi,tum syluestri, & semine lini, & fœnigræci,& meliloti. In fluidis autẽ inflam-

mationibus,plantago aut polygonum aquæ in-
coquitur,aut malicoriũ,aut rubi folia.In cõuul-
sionibus aũt inflãmationem minãtibus, vtimur
his quæ iam relata sunt in inflãmationibus absq;
fluxionibus. Maxime vero prodest his aqua &
oleum, in quibus malua fœnumgræcũ ac semen
lini sunt incocta.Si vero duricia est citra inflam-
mationem,prædictis discussorijs vtemur.

De balneis naturalibus.

Eodem serm. *Cap.clxvij.*

Ex balneis naturalibus quędam sunt nitrosa,
quædã salsa,quædam aluminosa, aliqua bitumi-
nosa,aliqua sulfurulẽta : aliqua ferri, aliqua æris
qualitatem habent : quædã vero ex his cõposita
sunt. Horum aũt oĩum vis est siccare. Aliqua ve
ro vnà cũ hoc quod siccant,ẽt strenue calfaciũt:
quædã vnà cum siccando ẽt adstringunt, velut
aluminosa,ex parte vero ẽt salsa, & q̃ æris quali-
tatem habẽt. Omnia aũt sunt cõmoda humidis
& frigidis præter naturã corporibus, & talibus
morbis diuturnis. Quapropter conueniũt mor-
bo articulari,podagrę,resolutiõibus,nephritidi,
anhelosis,fracturis calli inductiõe egentibus,vl-
ceribus fluidis,inflãmatiõibus diuturnis & iam
induratis.Et nitrosa q̃dem ac salsa capiti conue-
niunt,& thoraci fluxionibus vexato, & stoma-
cho humido,& hydropicis,et tumoribus oĩbus.
Aluminosa vero sanguinis reiectioni,stomacho
vomẽti,& in his q̃ ĩmodice ab hæmorrhoidibus
euacuant̃,et fœminis q̃ inordinate purgãtur,aut
nimiũ purgãtur,& q̃ citra manifestã causam fre-
quenter abortiũt. Prosunt & his q̃ ĩmodice exsu
dant,& tarde cõcoquunt, & tumoribus surarũ.
Cõmodant ẽt varicibus. At sulfurulenta & ner-
uos molliũt,& tenesmi dolores mitigãt. Verum
stomachũ exoluunt ac subuertunt. Purgant aũt
cutem,& ꝓpterea cõferunt vitiligini albæ ac ni-
græ lepræ,scabiei,impetigini,& vlceribus anti-
quis,articulorũ fluxionibus,spleni indurato, he
patiq; ac vtero,resolutis,coxendicum morbo,&
pruritui.Bituminosa vero caput replent,& sen-
suum instrumẽta lædũt.Perseueranter aũt calfa-
ciunt,& cũ tpe molliunt,& p̃sertim partes circa
vterũ & vesicam ac colũ. Quę vero æris qualita
tem habẽt,ori & tonsillis,& vuę,ac oculis excel
lenter cõmodant. Ferri vero qualitate prędita,
stomacho & spleni cõuenientissima sunt. Porrò
q̃ mixtã qualitatẽ habent, iuxta dominiũ mixto
rum operãtur.Oportet aũt ingressos ad natura-
lia calida balnea citra turbationẽ facere,quo vis
ipsorũ remisso corpori allabẽs ĩmergatur. Nã q̃
perturbati ingrediũtur,eorũ corpus horrescens
densatũ,& nõ suscipit ab aqua qualitatẽ.Cæterũ

D bituminosis, & sulfurulentis aquis salientibus,
caput supponere nõ oportet facile.n.inde lędit̃.

De frigidæ Lotione.

Eodem serm. *Cap.clxviij.*

Frigida balnea conueniunt inculpate sanis.
Corroborant.n totum corpus,& cutẽ duram ac
densam efficiunt. Optimũ est aũt hoc præsidiũ
cõtra læsionẽ ab externis. Non aũt dico cõferre
frigidæ lotionẽ his q̃ vulgari victu temere vtun
tur,sed solũ his q̃ exacte viuunt, & laboribus ac
cibis cõuenientibus vtũtur, Sint aũt neq; ex ve-
nere,neq; aliàs lassati,neq; crudi, neq; prius vo-
muisse debẽt,neq; ventre male affecti esse, neq;
vigilasse. Alioq̃ piculosus fuerit eius vsus. Opor
tet aũt insuetos ad frigidæ lotionẽ paulatim ad
suefacere : Et primũ quidẽ in æstate ipsius vsum
auspicari,& primũ non in sincerã frigidã ingre-
E di,sed q̃ sup̃ficiẽ habet exolutã : Deinde vbi pau-
latim per totã hyemem assueuit quis,ita ad frigi
dam accedere. Sit autem dies in qua auspicatur,
à ventis tranquilla,& quam maxime pro illo tẽ-
pore calida, & in meridie initium faciat. Qui
vero frigida vsurus est, sit ætate circa quintum
& vicesimum annum,sit animi alacris, & valde
virilis. Et primũ fricet corpus linteis diutius fri-
ctione duriore:deinde p̃ oleum fricetur consue-
tũ,postea exerceatur,atq; ita in frigidã descẽdat,
nõ lente,sed confertim insiliens,quo in vno tpe
oĩbus corporis partibus aqua circunfundatur.nã
quæ paulatim appropinquat,horrorẽ inducit.sit
aũt aqua,velut dictum est,neq; tepida,neq; pure
frigida. Postq̃ aũt egressus fuerit ex aqua,à pluri-
bus p̃ oleũ fricetur,donec cutis incalescat. Et po-
stea cibos plures quàm solet ingerat: nam plures
F appetunt à frigidæ lotione, & melius conco-
quunt,& minus sitiunt: quare etiam paucior po
tus ipsis dandus est.

Eodem serm. *Cap.viij.*

Cæterum qui venere vti volet, recẽtes reple-
tiones vitabit.cruditates item ac ebrietates,simi
literq; famem. Malum est enim repleto corpore
coire,& à gymnasiis,& à balneis.

Cap.lxv.de febre ex fame.

In febri,quę ex fame orta sit,exacerbatione de-
clinãte,in balneũ ęgri ducãtur. & plurimo oleo
tepido dulcissimo fricẽtur:et plurimo tpe in cali
do solio morẽtur.ęgressi vero, ac virib' refectis,
rursus ĩ balneũ ducãtur,et ĩ calidũ soliũ locẽtur.

Cap.lxvij.de febre ex bubone.

Hac febre laborantes lauantur circa exacer-
bationis declinationem.

Cap.lxviij de febribus diarijs ex cruditate.

Febrim etiã hñt nonnulli in q̃bus ꝓfluuiũ ven
tris ob cruditatẽ fit.si igit̃ sola corrupta euacuata
fuerint

fuerint, lauãdi sunt, ac nutriẽdi in febris declina- A tione. si vero plus iusto euacuatio fiat, melius est nutrire citra balneum, habita ventris ratione.

Cap. lxix. de diaria multorum dierum.

Post tertiũ diem si neq; in pulsu putredinis humorũ signum sit, neq; in vrinis cruditas, & hora suspecta transijt, confidenter hoĩem lauabis. si vero circa decimã suspecta sit accessio, lauãdum est ante sextã. In balneo vero oleo dulci tepido corpus pcalfactum illinendũ est. postea detergẽdũ, & foris abluendum. deinde imitte ęgrũ in solium calidę tpatæ, deinde etiã in frigidam. quare etiã postridie, si nihil apparebit, lauare poteris.

Cap. lxxiij. de febribus synochis.

Post sanguinis missionẽ, q febre cõtinente affliguntur, quarta ferè semper in balneum duco.

Cap. lxxvi. Communis victus ratio omnium febrium putridarum.

Cõcoctione vero manifesta in vrinis apparente ẽt lauare licet dulcis & potabilis aquæ balneo.

Serm. primo. Cap. lxxvij.

Tetrabibli Secunda. De febre ardenti.

Porrò balneũ illis solũ conuenit in ardenti febri, qui citra tumorẽ aliquẽ inflãmatum, aut erysipelatũ ægrotant, vbi concoctionis signa apparuerint in vrinis. Quod si quis iuuenis sit carnosus, tpe æstatis, & constitutione calida ac sicca, febre in vigore existẽte, & cõcoctione in vrinis apparente, citra visceris alicuius inflãmationem, et ĩ lauacrũ frigidæ natatoriũ seipsum inijciat, atq; natet, sudores vtiq; cõmouerit. Si vero etiã ad frigidæ balneũ adsuetus fuerit, valde cõfidẽter hoc auxilio vtatur. Quibusdã.n. statim vẽter biliosa egessit. At si moderata ẽ febris, & vires robustæ, vna cũ cõcoctionis signis, psunt ipsis balnea dulciũ ac tpatarũ aquarũ, & ex vnguẽtis chamęmelinũ, psertim si aer ambiẽs frigidus fuerit. Nã si aliqñ contigerit, in frigido exĩte ambiente ęger fortiter à febre exuraẽ, modicã salutis spẽ de ipso habere oportet. Si vero neq; concoctionis signa affuerint in tali aeris statu, neq; vires fortes habere apparuerit, talẽ seruari impossibile est. Quare neq; lauabis ipsum, neq; inunges rarefaciẽtibus medicamẽtis, neq; vinum dabis, neq; frigidam.

Cap. lxxx. de febre tertiana exquisita.

Balnea vero ipsi cõueniunt ex aqua calida potabili tpata. & neq; nitrũ neq; aliud quippiã tale ĩ balneis adhibere, sed aquã & oleum pcalefacto corpe circunfundere. & in calidę soliũ locare, ac hortari, vt in ipso moretur, quantum ab eo fieri potest. Eos vero qui balneum amãt, etiam si bis in die laueris, non offendes.

Cap. lxxxiiij. de quarta.

A balneis vero quartanarij abstineant, solis frictionibus contenti, quæ valde prosunt.

Ca. xcvi. de his qui ob crudos hũores aĩo deficiũt.

Aduersissima sunt his balnea, & aer nos ambiens multũ calidus, aut frigidus effectus. quare neq; lauare cõuenit, & reclinare tpe ęstatis in domo frigida, & hyberno tempore in calida. lędũtur enim valde vtroq; excessu. nam in balneis & æstate & oĩ caliditatis incremẽto crudi humores diffunduntur, & per totum corpus defluunt.

Cap. cij. De his qui ob ventris fluxum animo linquuntur.

Balnea vero fluxionibus in ventrem cõmoda sunt. verum ijs qui ob sanguinis eruptionẽ, aut nimiorũ sudorum euacuationẽ animo linquiuntur, aduersissima sunt. adstrictione.n. indigent.

Cap. ciij. De ijs, qui ob humorum copiam animo linquuntur.

B A cibo vero, & vino, & balneis omnino arceantur, si febricitauerint.

Cap. cv. ad eos, qui ob stomachi debilitatem in animi defectionem cadunt.

Si ex partium extremarum frictione melius habuerint, eos qui stomacho exuruntur, statim ad balneum ducere oportet.

Cap. cxxxi. de conuulsionibus in febribus.

Qui ob siccitatem conuelluntur, pter febris violentiam, & præsertim delirio præsente, his lauandum est caput multa calida, dulci, & temperata aqua. manus quoque & pedes multa calida perfundendi. si vero pars cõtacta sit, vbi tempus balnei opportunum videbitur, lauentur.

Sermone secundo. Cap. iij. de lethargo.

Affectione declinante æger ad balneum ducatur: & smegmate mordaciore vtatur: vt sęx C vsta, sinapy, &c.

Cap. vij. de vertigine.

Cõueniũt vertiginosis balnea nãlia aluminosa.

Cap. viij. de insania.

Declinãte affectione ad balneũ insani ducanẽ. frictoriũ aũt ipsis vtile ĩ balneo est. quo vtitor in prima balnei domo aquã tepidã irrorans, vt satis longã morã in domo trahat: quo vires pharmaci vsq; in pfundum distribuãtur. deinde capite leuiter deterso & abluto, vbi lotus ẽ, ita vt caput nõ madefecerit calida, ex solio exeat: et frigida iterũ atq; iterũ irriget. si vero valde calidum caput habuerit, etiam sæpius frigida perfundatur.

Cap. x. de melancholia.

Cõmodæ sunt ẽt euacuationes p sudorem, & labores, & q̃ p balnea fiunt. Balnea vero pbe concoquẽti nõ sunt valde necessaria, nisi lassitudini alicui mederi velis. qui vero non bonum habet ventrẽ ad concoquendũ, huic conducit frequentius lauari, aut ieiuno, aut perfecta concoctione.

Cap.

Cap. xxiij. de memoria amissa.

Ceterũ post purgationes vles ac locales sinapismus,& post sinapismũ balnea adhibenda sunt.

Cap.xxxix. de tetano.

Ex aqua & oleo tepido ægri illinantur,& in solio desideant infra vmbilicum.oportet autem & partes, quæ non madefiunt, prius illinere,& præsertim caput,& probe tegere, ne impleatur.

Cap.xliiij.de capitis dolore ex ebrietate.

In hoc dolore opus est multitudinem vacuare,& caliditatem frigefacere.sequenti vero die æger lauetur,& boni succi cibo nutriatur.

Cap.xlv.de capitis dolore uitio stomachi.

Deinde vero post modicum spatiũ cibus boni succi & stomacho cõmodus detur, si fieri põt lotis post vomitum:sin minus,ante balneũ . atq; hic tantus sit,vt ne lædantur,dum lauantur.

Cap.lxvi. de furfuribus.

In his,frigidæ lotio balneis præstantior est,verum in calida se lauãti,incommoda est multa in aere conuersatio.& capitis persusio solijs melior est.& post hæc large per frigidam refrigera.

Cap.xcvi. de narium obturatione.

Post medicamentorum vsum conuenit sinapismum fronti adhibere,& postea lauare.

Sermone.iij. Cap.vi.de inflãmatione oculorum.

Balneum conuenit ijs,quibus inflãmatio tumida in oculis est.est autem tumor mole quidẽ laxus,sed ad tactũ frigidior & colore albus,& qui influit,fluxus minus mordax est, & minus calidus.immo neq; chemosis in ipso oculo subrubra est.neq; distenta.hæc autem affectio magis in senili ætate contingit.& plerũq; hiemis tempore. & magis fœminis pinguibus,et vt summatim dicam,oĩbus frigidum ac pituitosum cerebrũ habentibus inflãmatio tumida cõtinget. cum itaq; omnia relata signa videris, cõfidenter balneum assumito.adeo.n.ęgrũ leuat,vt alio auxilio opus ei non sit.oportet autem magis in aere morã trahere,& oculos plurimum fouere sicciore fomẽto per spongias multum expressas.quod vbi feceris,palam percipies tumorem in calido aere euanuisse.& interim ęgros penitus à morbo liberatos. si vero quid prędictam curationem defuerit, nardinum collyrium in balneum ituro instilla. ac si moderatus apparuerit dolor, etiam crassius collyrium adhibebis.pręcalefactum videlicet in cote ita,vt loto velut dictũ est,& è balneo egresso humiditatem diligenter per spongiam detergeas.& sic idem collyrium illines,in quo obseruabis,nequid ex eo in oculum labatur. solet.n. magnum damnum excitare. quare neq; sudantibus illinendum est.fit.n.in balneo humorum diffusio,& præterlapsum collyrium mordacitate quadam inducta materias facile ad oculũ trahit,& duplicat inflammationes.si vero relata affectio diuturnior fiat,fluxionis essentia ad frigiditatem magis ducatur,tũc smegmata capitis in balneo adhibenda sunt, & pulueres qui spargendo sũt,post balneum,& primum quidem simplicibus vti oportebit,si vero causa perseuerarit, etiam ad composita transeundum est. quorum sylua talis est. Baccæ lauri, nitrum tostum vino extinctũ,sampsucus,vini fex vsta & similia.puluisculi vero mulieribus,prę sertim consueti adhibendi sunt,quales sunt ex iride,& apij semine,et cyparissi pilulis,& vnguentis siccis appellatis. Oportet autem non immodice calida esse neq; aera,quæ admouentur:sed leniter calida,& habere adstrictionem admistam. horum vero compositiones iam relatę sunt in pręcedẽti sermone. smegmata igitur in balneo inijcere oportet sincipiti, pilis prius iter se disparatis, quo auxilium corpus contingat. præcipiendumq; vt in balneo os claudãt, quo calido aere vehementer p nares attracto subiectam materiam citius trãsmutent. Post balneum autem detersis capillis, puluisculi inspergantur, veluti dictum est. & de balneis quidem hactenus.

Cap.xi.de frigida oculorum intemperie.

His igitur item pestiue per clysterem euacuatis,balneum adhibeatur.

Cap.xij. de oculorum inflatione.

Conducit & euacuare aluum, deinde etiã lauare,& temperata calida aqua caput perfundere.& post balneum dare vinum.

Cap.xxiij. de tumore oculi indurato.

Vitanda in hoc casu sunt balnea,sol, reliquaque calefactoria.

Cap.xxv. de ulceribus oculorum.

Balneum in vlceribus oculorum rarissime adhibendum est.

Cap.xxvij. de excretione in oculis.

Post inflammationis,ac vlcerationis declinationem,balneum conducet,et vinum tenue moderatum.

Cap.xxviij. de oculi prolapsu.

Inflãmatione declinante balneũ petẽdum est.

Cap.xxix. de pustulis.

Deambulationes & alij motus à principio, non conueniunt.balnea vero et reliqua vaporatoria fomenta post principium.

Cap.xxxi.de canceratis oculi ulceribus.

Abstinendũ à balneo,nisi necessariũ hoc fuerit aut lassitudinis gratia, aut tardę cõcoctionis.

Cap.xlix. de resolutione oculorum.

In primis temporibus vitanda sunt etiam balnea,& vaporationes,& insolationes.

Cap.

Cap.l. de Glaucedine.

Proprie dictā glaucedinem contingit in principio sanare ex deambulatione pro viribus,& totius corporis frictione,ac lauacris,maxime capitis.æstate vero etiam frigidæ lauatio conuenit.

Cap.li. de suffusione.

Abstinendum à balneo in suffusione,nisi si quis lassitudinis ac tardæ concoctionis causa lauari cogatur.& tunc omnino non in aere balnei moretur,neque in solio.sed paululum ingrediatur, & cito exeat.

Cap.lij. de mydryasi hoc est pupillæ dilatione.

Balnei vsus rarior sit,& tunc caput non valde perfundatur.

Cap.liij. de tabe pupillæ.

Sed & balnea conueniunt,& capitis ex aqua calida perfusio.

Idem quoq; ait cap. sequenti de macie oculi.

Serm.iiy.cap.xxxxj.eiusdem Tetrabibli.

Cibi vero non statim à balneis dādi sunt, (his nimirum quorū corpus ad immodicā carnium multitudinem deuenerit,) sed permittendū est vt prius quiescant,aut quid consuetarum actionum obeant,& rursus ad secundū balneum ducātur.Præstat aūt et balnei aquam discussoriam esse,si naturalem habere possent: sin minus flos salis marinæ aquæ ammisceatur.

Cap. xci. de febribus,quæ in calidis & siccis temperaturis fiunt sine inflammatione & putrefactione.

Balneum porrò dulcium & calidarum aquarum,aut potius tēperatarum, vtilissima sunt oībus siccam & calidam tēperaturam habentibus. Lauandi aūt sunt quemadmodum hectici in secunda balnei domo.corpore ex aqua & oleo calido perfuso.& ipsis statim in temperatę aquæ solium locatis,deinde etiam in frigidæ solium. in frigida tamen moram diutius trahere non oportet.si vero iflammatio alicuius visceris accedat, balneum recusare oportet.

Cap.xciy. de febre hectica.

Omnes igitur hecticos,etiam si iam principiū tabescendi acceperint,si nulla alia febris sit implicita,aut propter humorum putrefactionem, aut cū principalis partis inflāmatione confidenter lauato,citra oēm tamen laborem,vt ne vires exoluantur.deferatur itaq; æger in lecto ad balneum.præparata autē ei syndone calida. in ipsa ad primam balnei domum gestetur. sint autem quatuor,qui syndonem teneāt,in singulis angulis vnus.deinde in prima domo nudatus, ad secundā portetur in quā toto corpore ex oleo tepido dulcissimo perfusus,ad tertiam domum feratur,& in solium locetur.Sit autē aer balnei temperatus,& humidus præparetur,parietibus aqua calida respersis.In ipsa vero solij aqua temperata abunde quiescat,moderate in syndone vectus, nulla corporis perfusione fiēte, neq; item capitis perfusione.Hinc autem extractus à quatuor adscentibus syndonem gestantibus, in frigidam aquam cōfertim mergatur, ne minimum quidē morę in ipsa trahēs.Statim aūt alius paratam habēs syndonem aliam, ipsi inijciat, & alius aliam simili modo.Demissus aūt in lectum , mollibus linteis lenissime detergatur.Postea vero vnctus, & vestibus contectus ad domum in lecto referatur.Sit aūt & domus balneo vicina. Eos quidem igitur,qui iam tabescunt, lauare oportet, vt iam dictū est. qui vero in hecticis febribus sunt nondum tabescētes,hi etiam citra syndonem lauari possunt.Deferendi tñ & hi sunt ad domum siue in lecto,siue vehiculo quopiam,aut lectica:deinde oleum ipsis infundēdum,velut dictum est: & postea ad calidā aquam ducantur,vt in illa imorentur:deinde ad frigidam prodeant, vt nullam omnino moram in ipsa trahant.atque ita detersi & inuncti domum reducantur. Sed hæc de balneis sufficiant.

Sermone quarto cap.liij.de distillatione.

Si à calida intēperie caput vexatur,omnia medicamenta calida aduersa sunt. oportet itaq; ipsos balneis multis calidis potabiliū,& dulcium aquarum consolari,simulq; generatos in capite vapores calidos discutere:& temperaturam omnē in melius cōmutare. noxius eis est vsus aquarum natura sua calidarum.nā quæ sulfureę sunt, quæq; bituminis vim referūt,ob caliditatē suam contrariæ sunt capitibus suapte natura calidis. quæ vero aluminis qualitate præditæ sunt,coarctatione sua & constrictione caput offendunt. verum calidas dulces non appellamus sua natura calidas,siquidem non possunt inueniri, quæ sua natura sint calidæ,& non sint alicuius medicamentosæ qualitatis participes.

Tetrab.iij.Sermone primo,cap.viij. de ijs qui in balneo,deficiunt animo.

Qui in balneo animo linquuntur, aut magis linqui incipiunt, eos celeriter educere oportet, neq; multę aquę infusione humectare. Qui autē iam inciderunt,celerrime exportandi sunt.& reliquum corpus leui quodā velamine contegendum. facies vero spongia frigida imbuta madefiat:aut aqua frigida aspergatur. Fricanda etiam facies stomachusq; ac pedes,os quoq; aperiendū pennarum,aut digitorum immissione: omniq; ope conandum,vt humor,qui in causa est ipsius defectionis animi,euomatur aqua tepida ori instillata.& si enim nihil inde euomūt,stomachus

tamen

tamen irritatione firmatur: quæ irritatio animi defectionem soluit.auxiliatur etiam ad oris apertionem auditoriorum meatuum compresfio.similiterq; osfium,quæ à petræ duritia lithoidea, hoc est petrosa appellātur.Qui vero vilioris sunt conditionis,sunt etiam colaphis cædendi, capillorum quoq; adiuncta euulsione. Et vociferatio vnius vtilis est,multorū autem, quæ vno & eodem tempore edatur,nocet.Cęterū à vehementi animi defectione conualescentibus, tum in calidam,tum in frigidam demisfiones,veluti mortis causæ,timendæ sunt: aut enim laxatis corporibus calore discusso aut resoluto pereunt, aut à frigiditate adstrictis extinguuntur.

Cap.xiiij.de humoribus à capite ad uentrem distillantibus.

Lauacris itaq; multis calidis potabilium aquarum,et dulcium consolari oportet eos,in quorū E ventrem à capite fluunt humores.vt vapores calidos in capite discutiamus,& omne tēperamentum ad meliorem statum redigamus. Vsus aūt aquarum natura calidarum eis noxius est: siquidem omnes,in quibus sulfuris aut bituminis facultas inest, capiti natura calida nocent propter earum caliditatem. quæ vero aluminosæ sunt, propter earum constrictionem itidem caput lædūt.solis igit̄ dulcibus aquis absq; noxa vti licet.

Cap.xxv.de canino appetitu,qui ex immodica transpiratione exoritur.

Abstineant autem à balneis calidis, consimiliq; aere, ducantur ad lauacra frigida, siquidem nihil id fieri prohibeat, veluti corporis gracilitas,aut membrum aliquod refrigeratum.

Eodem serm. cap.xxiiij.de cruditate.

Modica quidē deambulatio ab his nimirum, F qui difficili concoctione apprehēdi solent,deinde balneum suscipiatur,quod calidius solito existat: cæterum refectis prius viribus lauetur,corporeq; nitro conspersō exsudet, atq; hoc modo in calidius solium descendat:deinde etiam in frigidum insiliēs, largiore oleo vniuersum corpus pinguefaciat. Commodisfimum est etiam aqua calida in balneo hausta vomere: velut abluendo ea quæ in stomacho desident biliosa aut pituitosa. Absinthij quoq; prælibatio à balneo quod cōuenit facit,& aliena ventri adhærentia extergit. A lauacro cibum capere conuenit moderatum, & cui concoquendo corpus sufficit.

Cap.xxxvi.de ijs,qui ex debilitate alui fluxu laborant.

Balneum temperatisfimum his conuenit: ita vt æger aliquandiu in temperata aqua moretur. Præstat autem prope exteriores balnei fores calidæ solium locari. neq; enim aere omnino ad ipsos indigemus. oportet etiam gestando ipsos in D balneum inducere:atq; inde educere: deinde ex oleo, antequam induantur, inungere. à balneo vero statim lac asininum recens mulctum exhibēdum,postea vero acriter & accurate fricatum secundo lauabimus,diligenti coniectura tum ex ructibus,tum ex ventris tumore facta, an exhibitus cibus sit rite confectus. modicum vero tempus à primo balneo vsq; ad secūdum intercedat horarum quatuor,aut quinque,puto,maxime si tertio eum lauare velis.id si nolis,non refert etiā plurium.Lauabis autē tertio, si asfuetus sit æger balneis plurimis vti.et hoc non est negligēdum, vt à singulis balneis, antequam induatur, oleo eum vngamus.Cæterum si lactis vsu delectabitur,etiam à secundo balneo lac dabimus.si non, ptisanam probe coctam dabimus: & quiete tra demus,postea ad tertium balneum deducemus: aut ad cœnam,si lauare nolit.atque hæc quidem est balnei vsus ratio.

Cap.xxxvij.de cœliaca affectione.

Balneo autem plurimum renunciamus. aliquando tamen ad lasfitudinis,vel alterius alicuius rei medelam eo vtimur.In balneo aūt smegmate quopiam vtatur, quod cutim pertundere potest,velut est nitrum asfatum,fex vini vsta,ab inunctionibus & balneo prandendum est.

Sermone.ij.Cap.xix.de malo corporis habitu.

Ad lasfitudinis autem curationem balneum per interualla quædam adhibeatur. quod si quis ad frigidæ lauacrum asfuefieri poterit, compendio ad omnem mali curationē perueniet. Aquæ item quędam naturales calidę robori, ac viribus reparandis conduxerint, quales sunt aluminosæ,sulfureæ, ac nitrosæ.

Cap. xxvij. de curatione hydropis post euacuationes.

Neq; vero balneę sponte nascētes calidę ineptę sunt hoc tempore si ipsis ęgrotis exhibeātur.

Cap.xxviij.curatio hydropis,quem proprie inter cutem appellant.

Aqua marina etiam,& sulfurea,& aluminosa lauetur:aliquibus enim qui ad huiusmodi lauacra adsueuerunt,ea ipsa tum ad deterendum morbum,tum ad habitum valentiorem reddendum sufficerunt.

Sermone.iij.Cap.quinto.de renibus calculosis.

Insesfiones item in balneis sumendæ sunt, & post hoc statim ęgri in soliū tepidius demittendi sunt,atq; id asfidue facere,non ab re est.

Cap.xxx.de uesicæ ulceribus.

Conferūt igitur aquę Albulę si adsint,& consimiles post matutinā deambulationē,triū heminarum mensura primo die potę: deinde vsq; ad quinq;

quinq;,& sex heminas deueniendũ. Quod si nõ adsint hmõi aquarum qualitates, bituminosis vtendũ erit. Nitrosarum ẽt, si adsint,& salsarum experimẽtum sumere proderit. maiorem.n. quã credi potest,ex ijs sæpe vtilitatem secutam vidi.

Sermone quarto, Cap. xlviij. Qui podagrici lauandi sint,& quomodo.

Manifestum quidem existimo, post inflãmationum remissionem oĩbus podagricis balneum commodissimum esse, qñq; autem & in vigore vtiliter adhibetur. si æger prurigine, aut vigilijs vexetur: aut aliter sit fatigatus labore. Lauare autem oportet tempore remissionis, ita vt spõgias aceto & sale permistis madefactas locis affectis circũponamus, vt à fluxione immunes permaneant. Præterea vero linteis siccis,& plurimo nitro totum corpus perfricare, et vt in aere diutius immorentur, iubere,& moderate non solum calidam, sed etiam frigidã adhibere: & in ipsarum solijs desidere. Vtile autem est balneum natura siccioribus,& gracilibus,& colore nigrioribus, & qui à tumore liberi omnino sunt. In huiusmodi enim affecta particula non intumescit, adeo magno tumore excitato: verum distrahi, velut à carne apprehẽsas, in profundo sitas corporis partes aiunt,& incredibili tensione distendi. & inhorrescunt sæpe, pellicula, quæ os ambit à fluxione salsa, aut acri, aut tenui valde, ac erodẽte vellicata. Hi à balneis opem ferunt: quapropter nõ semel tantum, sed iterum, atq; iterum eos lauare oportet, & in aere per omnia moderato citra aliquam pinguedinem adhibitam immorari. ita.n. magis euacuabuntur. deinde oleo dulci cũ aqua cõquassato illitos in aquam calidam demittere, & in ea aliquandiu morari præcipere. In frigidã vero minime demittãtur, nisi immodici caloris sensus infestet. vtplurimũ vero tepida, aut lactei caloris aqua perfundatur in prima balnei domo.

Tetrab. iiij. Sermone primo, Cap. cxxv. De ratione victus eorum, qui elephantiasi correpti sunt.

Debent hi lauacro quodã præscripto vti. nocet enim affectioni, si quis nõ lauetur. Per interualla etiam psilothro, vt dictum est, defricẽtur, & quodam ex prædictis smegmate expurgẽtur. Commoda sunt etiam arida fomẽta,& post sufficientem ex dictorum vsu exudationem, natationes in mari, aut in sulfureis,& aluminosis aquis, nõ extreme frigidis, quales sunt aquæ Albulæ in Italia vocatæ. quod si tales non adsint, frigidæ lauacro assidue vtantur. raroq; balneum petant, nisi psilothri gratia, aut altera aliqua vrgente necessitate cogantur. si vero quis ad frigidæ lauacrum cunctantior sit, eum in balnei

A aere plurima aqua frigida pfundi cõmodius erit.

Sermone. ij. Cap. xxviij. de neruis uulneratis.

Porro qui saucios neruos habent, vrgente necessitate post septimam, vel vbi dolor penitus quieuit, lauari possunt. verum lauandis medicamenta vulneri indimus: & foris lintea multiplicia oleo imbuta imponimus,& fasciã ex linteo obligamus: deinde ægro in solium descensuro ligamenta multo oleo irrigamus. & post balneũ remotis omnibus, quæ applicita fuerant, præscriptam curationem adhibemus. at si vulnus in manu fuerit, admoneatur æger, ne id calidæ siue frigidæ lauacro humectet.

Cap. xliij. de ligamenti & curationis ratione ulcerum malignorum, difficiliter ad cicatricem peruenientium.

Balnea vero minime dulcia conueniunt: sed B potius sulfurea & bituminosa adhibenda sunt. quod si æger illotus manere non possit, citra totius corporis læsionem, lauandus est vlcere non denudato.

Cap. lxi. de pustulis noctu erumpentibus.

Vitanda sunt item in epinyctidibus fomenta, balnea,& sol.

Sermone. tertio. Cap. iij. de tumoribus induratis.

A balneis medicatis abstinendum consulo, psertim quũ aluminis, aut sulfuris, aut æris qualitatem admixtam habent. hæc enim huiusmodi affectibus aduersantur.

Sermone. iiij. Cap. xij. de cura prægnantis.

Cæterum mense nono relaxandi corporis gratia in prægnantibus, balneo frequenter vtendum est: & oĩ ratione prospiciendum, vt paritu-C ra futuros partus dolores fortiter possit ferre.

Cap. xv. Quæ circa ægre parientem facienda.

Cum partus difficultas instat,& loci præclusi manent, prægnans in balneum ducatur,& in calidæ labrum desideat, sæpeq; perfundatur.

Cap. xviij. Fœtum corrumpentia.

Mulier autem, à qua fœtus expellendus est, p aliquot dies antea tenuissimo victu,& assiduis balneis vtatur. superiorem ventrem pubem ac lumbos quotidie defricans, & in aquæ tepidæ labro diu morans.

Cap. xxvi. de causis sterilitatis, & curatione.

Balneis vtantur, qui conceptum fieri cupiũt, neque assiduis, neque copiosis.

Cap. xxviij. Calidioris uteri curatio.

Somnus in huiusmodi esse longior debet: & aquarum dulcium balnea adhibeantur.

Cap. xxix. Humidioris uteri curatio.

Sicca fomenta crebro vsurpanda sunt, balneis vero raro est vtendum.

Cap.

Cap.liij. de mulieribus, quæ ob nimium calorem non purgantur.

Calidiores mulieres, & quæ plurimum exercẽtur, quam maxime humectare oportet aquarum dulcium balneis.

Cap.lvij. de ijs, quæ ob plenitudinem non purgantur.

Primo autem die à balneis ac cibis abstinendum est. tertia autem die lauanda mulier est. & solita victus ratio repetenda.

Cap.lxiij. de mensium stillicidio.

Postremum balnea naturalia adhibebimus, & marina aqua frigida iugiter abluemus.

Cap.lxviij. de suffocatione ex utero.

Balneum vero raro, & non nisi sordes detergendi causa adhibeatur. & tamen bis aut ter per totam curationem ad morbum expellẽdum admitti debet. Postremum vero confugium est ad balnea naturalia tum calida, tum frigida.

Et cap.lxxi. ad idem.

Perseuerante vero affectione, exercitia, sudorum prolectationes, frictiones, & frigida balnea adhibeantur.

Cap.lxxviij. de vteri inflatione.

Vtendumque est omnibus ijs, quæ ex alto trahere materiam possunt, & balnearum naturalium aquis primum calidis, deinde frigidis, vt corpus ad tolerandam frigiditatem sensim alliciatur: & affectæ partes paulatim firmentur.

Cap.lxxx. de mola uteri.

Perseuerante vero malo, acrium eduliorum esus assumatur, & innatationes aquarum calidarum, & aquæ marinæ.

Cap. lxxxvij. de abscessu uteri inter intestina & peritonæum rupto.

Balnea vero, atque etiam alimenta, quæ exulcerationes irritant, vitanda sunt omnia.

EX PAVLO ÆGINETA

De Balneis.

Libro Primo. Cap. li.

Robo sanè lotionem frigidæ, sed ita vt degentibus citra victus rationem nihil conferre, ijs modo qui accuratam victus rationem seruant laboribus itẽ et alimentis accõmodatis vtuntur, vtilem esse confirmem. Populares vero, qui copiosiore egent refrigerio, natare ęstatis tempore satis fuerit, iuuenes maxime & corpulentos, frictionibusq; præcalfactos. Sint autem neq; rebus venereis, neq; alia quauis occa D sione defessi, neq; cruditatem sentiant, neq; vomitione, ventrisq; fluore, aut vigilijs deniq; exhausti. Periculosum quippe simpliciter gelido lauacro vti: calidum autem vt optimum, ita & tutissimum est: solatur. n. lassitudinem, humorum plenitudinem per halitum digerit: calorem inducit, mitigat, mollificat, flatus vbicũq; fuerint, discutit, somnum conciliat, & corpulentiam inuehit. Est vero vtilissimũ cuiq; tũ viro, tũ mulieri, tũ puero, tũ seni, magistratibus atq; priuatis.

De Thermis sua sponte prouenientibus. Eodem lib. Cap.lij.

Thermarum vltro scaturiẽtium, quædã sunt nitrosæ, quædã salsuginosæ, quædam aluminosæ, quædam sulfureæ, quædam bituminosæ, aliæ æris, alię ferri deniq; naturam æmulantur. Nonnullæ ex earundem rerum mixtura constant, id-E circo oẽs in vniuersum quotquot p se vltro thermæ emergunt, virtute arefaciendi, calfaciendiq; præditæ sunt, frigidisq; ac humidis naturis in primis conducunt. Cæterum quæ nitri salisq; naturam obtinent, capiti, thoraci, destillationibus affecto, stomacho humecto, hydropicis, tumoribus laxis, qui ex morbis proueniũt, & quibus est pituita molesta, conueniunt. Quæ alumine constant, sanguinis excretionibus, vomiturienti stomacho, fœminarum inordinatis purgationibus, & ijs quæ identidẽ abortiunt, opitulantur. Quæ vero sulfuris vim possident, neruos emolliunt, calfaciuntq;, fatigationibus subueniunt, stomachum eneruant, atq; subuertunt. Bituminosæ vero, caput replere, sensorijsq; sedibus officere solent: enixe tamen calfaciendi emolliendiq; vim obtinẽt, si quis diutius in eis immoretur. At quæ F æris naturam habẽt, os, tonsillas, columellam, & oculos miris modis adiuuant. Quę postremo ferri naturam retinent, stomacho, lieniq; accõmodatæ sunt. Oportet autẽ balneorum aquam sensim citraq; tumultum ingredi, quo potentia ipsius pedetentim irrepens, in relaxatum corpus demergatur.

Lib.ij. Cap.xvi.

Quibus siccitas febrẽ attulit, fricandi hi quidem minus, sed lauandi sunt liberalius. Quos curæ, mœrores, vigiliæ, & iræ exercuerunt, lauare quidem nõ subinde oportet, verum oleo copiosiore, tepido, cui minima adstringens vis insit, tum paulum fricare, tum ex consuetudine lauare conuenit.

Quibus febrem æstus intulit, his maturrime ab initio statim frigorificijs, lauacris quamplurimis, minime vero abundanti oleo, neq; frictione crebra, succurrendum est.

Quod si quis ex frigoris iniuria febricitet, & is in

is in declinationibus in balneum ducendus est. Si autem febris vnà cũ catarrho accendatur, ante concoctionem lauacrum vitare expedit. Quibus porrò æstus febrem excitat, et his etiam dum præsentibus lauandi sunt.

Quibus vero ex angustia meatuũ febris contrahitur, his profecto dulcium aquarum temperatarum lauacrum confert.

Si vero propter inediam febris accensa fuerit, hi prima statim accessione remittente, in balneũ ducantur, tepenteq; oleo largissime perfundantur, molli adhæc manu perfricari, in calido solio multũ diuq; versari debent. A balnei statim exitu, reuocatis viribus denuo in balneum ducendi sunt: deinde aqua calida potui exhibenda est.

Eodem lib. Cap. xvij.

Vniuersum corpus, nisi prius euacuatum fuerit, in his qui ex putredine febricitant, rarefacere non expedit. Vbi vacuaueris, rarefacere oleo tepidum calorem habente, cõuenit: è quorum numero chamæmelinum. In hoc tẽpore & vinum dilutum potui datũ, vniuersas excretiones promouet. Lauacrum item tẽperatum ex aqua dulci. Atqui si febris magnitudo destiterit, tum neque vino, neq; balneo, neq; rarefacientibus vnguentis vtendum est.

Si vero q ex putredine laborat, Eusarcos, hoc est, corpore quadrato sit, cõstitutioq; coeli calida & arida, hunc si in frigidam natationẽ posueris, nequaq̃ offendetur. Modica aũt febre infestãte, si vires validæ, vnà cum probæ coctionis inditijs apparent, talibus profecto balnea, viniq; potus, & quæcunque rarefaciendi vim obtinent vnguenta, conducunt.

Eodem lib. Cap. xxi.

Balnea ex aqua quæ bibẽdo sit, his qui tertiana ad vnguẽ exquisita laborant, cõgruunt, quibus neq; nitrum, neq; sal, neq; sinapi, adijcias: verũ oleo summopere calorifico perfundens, ęgrũ descendere in lauacrum iubeto. Cæterũ qui balneis oblectantur, eos si bis in die laueris, non delinques. Si maturationis notę euidẽter exhibeantur, tunc etiam si pluries laueris, nihil peccabis.

Eodem lib. Cap. xxi.

Lauacra in tertianis spurijs circa initia statim non probantur, sed dum iam ostenduntur concoctionis inditia.

Eodem lib. Cap. xxx.

Ad hæc æstuosę ægrotantium illis tantũmodo lauacrum expedit, qui nullo tumore inflammato, aut erysipelatoso infestãtur. Quod si concoctionis etiam notæ compareant, multo magis ex re atque vsu fuerint balineæ. Qui vero ex salso humore ardenti febre conflictantur, eis sanè aliena sunt lauacra.

Eodem lib. Cap. xxxiij.

Balnea in hectica affectione constitutis, quouis tempore conducunt.

Libro. iij. Cap. vi. de phrenitide.

Si corpus squalidum, perustumq; esse conijcies, febrisq; adsit, etiam balneis vtendum aquæ potabilis, & vnctione liberaliore.

Cap. ix. de lethargo.

Cæterum vbi morbus inclinare ceperit, gestatio statim continua, vtilis est, & balneũ etiam adhibendum erit.

Cap. xiij. de morbo comitiali.

Fugere oportet carnes, legumina, vinum copiosius, venerem frequentiorem balnea, sinapi post potũ statim à balneo, pſertim vini meraci.

Cap. xvij. de amantibus.

Hos igitur tristes & vigilijs fatigatos nõnulli qui affectionem ignorant, nullo balnei vsu, solitudine, & tenui victu consumpserunt: in quibus sapientiores cum amantẽ deprehendũt, ad balneas, compotationem & ludos deducũt. balneo igitur in amantibus vtendum est.

Cap. xviij. de resolutione, quæ πάρεσις dicitur.

Post diem quartum decimum plenioribus vti cibis expedit. & auxilio, quod mirũ in modum proficiat: & in balneum deducere. à trigesimo dropacem afferre conuenit, & lauacro committere. Vomitus etiam à coena erit accõmodatus, & præsertim is, qui radiculis assumptis cietur, itemq; gestationes curru, lectica, aut vehiculo: postea ducendi sunt ad balneas naturales.

Eodem cap. de resolutione alicuius partis corporis, quæ ex apoplexia sit sequuta.

Post vigesimum primum diem balneis ęgroti credentur. vinum tenerum calente aqua temperatum potui dabitur: vires autem balneis & vnctionibus reficiendæ sunt.

Eodem cap. de resolutione, quæ vnamquanq; particulam obsedit.

Qui præter voluntatẽ vrinã excernunt, corroborantibus auxilijs adstringẽdi sunt, cibis siccis, potione frigida vtentur, vbi se postea colligunt, cutis exulceratione, & lauacris sponte nascentibus frigidis vtentur.

Cap. xix. de conuulsione.

Eos qui ex conuulsione conuelluntur, oleo, aut hydrelęo calido fouere cõuenit: si nihil prohibeat etiam ad lauacrum deducere, tẽperatoq; solio vti cum oleo & frictione lenissima.

Cap. xxij. de oculorũ dolore, et acribus humoribus

Vbi vero iam concocta fuerit inflammatio,

corpusq;

corpusq; superfluis vacuum, balneis vti commodissimum est.

Cap. xxvij. de angina.

Cum morbus ceperit inclinare, ęgri deambulationibus & balneo committentur.

Cap. xxxi. de cruentis sputis.

Postq̃ igitur omnia, vt postulat ratio, peracta fuerint, et sanguinis fluor substiterit, corpus perfricari debet. Inimica autē sunt balnea frequentia, vini potio, & ira, & venus.

Cap. xxxiij. de pleuritide.

In lateris dolore si morbus se remittat, æger balneo vtetur, frigus vitabit, firmioreque cibo recreabitur.

Cap. xxxix. de cholera.

Vbi iam exacta apparuerit cócoctio, balineis, & probi succi cibis vtendum est.

Et paulo post.

Vbi morbus iclinauerit, ad balneū deducūtur.

Cap. xliij. de colico dolore.

In remissione doloris sinapismo & dropace vtendum est, atq; etiam balneis aquarum sponte nascentium. cæterū à balneis aquæ potabilis abstineāt, nisi dolor cōpellat. vbi vero aliquo medicamento facta fuerit euacuatio, vt lauet, iubebis.

Cap. xlv. de calculo.

Post cætera remedia, ne calculus concrescat, aut concretus confringatur, balneo vtitor. à balneo ieiunus, ante vinum, aquam tēperatam potato: ac inter prandēdum frigidam superbibito, si nihil prohibet, vbi praui humoris copia sentiatur, sanguis detrahatur, aut purgatione corpus vacuetur. omnium vero præsentissimum est ad calculos arcēdos, post balneum, aquam tpatam prius bibere, q̃ vinū, aut aliud alimentū assumat.

Eodem cap. de renum inflammatione.

Præterea cum inflammatio infestat, à balneis abstinendum esse censemus.

Cap. xlvij. de malo corporis habitu.

Aquarum naturalium vsus adhibebitur, primum aluminosarū, nitrosarumq;, mox vero sulfurearum. pluribus diebus interpositis aliud balneū accōmodatur, & varie ęgrotātes exercētur.

Cap. l. de morbo regio.

Porro si bilis oculos, faciemq; dehonestet, elaterij instar erui cū lacte muliebri naribus in balneo instilletur, & statim in solium descenditur. sed ita ne caput immergatur.

Cap. liij. de ramicum generibus.

A cibis inflātibus abstinendū, vino copiosiore, crebris balneis, motu vehemēti, et id genus alijs.

Cap. lxi. de mensium suppressione.

A purgationibus reficiēdę sunt mulieres die-

D bus paucis isequutis, exercēdæ ambulationibus, inferiorū frictionibus, & balneo. Post balneum aut myrrhæ obolus bibitur, aut castoreū ex passo, aut mulsa, aut decoctum artemisiæ.

Cap. lxxi. de vuluæ strangulatu.

Conuenit autem exercitijs vti, frictione, clamore, & denique aquis naturalibus.

Cap. lxxvi. de partus difficultate.

Insuper vero par est laxationes balneis moliri, nisi febris, aut alia quædā occasio impedierit.

Cap. lxxvij. de coxarum morbis.

Cum morbus se remiserit, balineæ naturales sunt accommodatæ. si illæ desiderabuntur, in alijs lauabunt balneis.

Cap. lxxviij. de podagra à bilioso humore.

Lauacris vtendum ex aqua potabili factis, si nihil prohibet, cum fluxiones intenduntur, &

E cum absunt.

De podagra ex sanguine.

Si lauent ægrotantes, nitrum, aliaq; frictionibus adijciant. vbi dolor inclinauerit, exercitijs se credent, articulos maxime perfricabunt, in naturales balneas descendent.

Et paulo post.

Pari modo etiam hyenas percoquunt, & oleū inde conficiunt. deinde eo balnei solia cōplent: in quę postq̃ descenderunt, immorari ibidē diutius, eoque articulos confricare præcipiunt.

Ex libro quarto, Cap. I. de Elephantia.

Vario exercitationum genere vti ęgrotantes debent. sudorem postea abstergere, pauxilloque tempore interposito in lauacrum descendere, ac ibidem perungi succo fœnugræci, aut ptisanæ, aut ammoniaci. A balneo detersi implebuntur

F oleo lentisci, aut myrti, ac in balneo smegmatis vtendum est ex decocto betæ, aut fœnigræci cum aphronitro.

Post.

Aquarum naturaliū vsus adhiberi debet, ceu maxime necessarius, præsertim aluminosarum, & ferrearum. & si fieri potest frigidarum.

Cap. iiij. de pruritu.

Lauandum itaq; prorsus ieiuno est. nonnunq̃ & modico cibo sumpto, iterum lauādum: quippe quia vitium huiusmodi vix humescit. quod si inueterauerit, lauatio similiter conuenit. Itaque nucum magnarum cutis vncia, sulfuris tantundem, apij succo leuigatis vtitor in balneo, mēbra assatim defricans. itemq; apiū p se viride tusum, infricatumq; in balneo vehementer auxiliatur.

Cap. ix. Ad ulcuscula, quæ Epinyctides dicuntur.

Vitari debent acria, salsa, & acida in cibis: fomenta quoq; balneum, & mora in sole.

Cap.

Cap.xxxij. de scirrhis.

A balneo autem omnino ægri abstinebunt, vel certe copioso.

Cap.liij.de neruis uulneratis.

Abstinendum à balneo in totum est, donec inclinata fuerit inflammatio cum aquæ contactus eis minime conueniat. quoniam vero nonnulli ita assueti manere sine balneo non ferunt, efficiendum erit, vt si læsa particula in manu fuerit, ne ipsam aqua seu calida, se multo magis frigida irrigemus. si pes vulnus accepit, quoniam fieri nequit, vt non madescat, vbi lauacrum ingressuri sunt, emplasticum aliquod medicamentum vulneratæ parti super accommodabis, dein de rursus in balneo fasciam oleo superfundes, cum æger in solium descendet, vbi lauerit, omnia quæ imposita sunt, abijcies.

Lib.v.Cap.vi.de phalangijs.

Iam in ictu phalangij vlcera fouere marina aqua calidiore, aut apiastri decocto conducit, A eiusdemque folia imponere. ad hęc balneum frequentius vtile est.

Cap.viij. de scorpionis ictu.

Cæteris omnibus remedijs addatur balnei continuus cum multo sudore vsus: vini potio temperata meracior.

Libro sexto. Cap. lxv. de ramice intestinorum.

Hi autem ipsi post scalpelli administrationem ægros protinus in solio oblógo ligneo, cui aqua inesset calida ad septimum diem vsq; lauabunt, quinquies per diem, noctemq; id facientes.

Cap.cx. Si fracturæ callo non firmentur.

Fracturæ nonnullæ sine callo permanent. & quandoque tenuius fieri membrum contingit. itaque corporis inediam tollere conandum est, partim per calidiora alimenta materiam parti- B culæ distribuẽdo, partim satis cibi subministrando, atque etiam lauacra, & reliquas animi voluptates adhibendo.

Explicit volumen Balneorum ex Latinis, Græcis, Arabibusq; scriptoribus exceptum. in quo omnis generis Balnea, atque eorum vsus explicantur.

REGISTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z aa bb cc dd ee

ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz aaa

bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp

Quaterniones oẽs pręter qq duernionẽ, et iii ppp quinterniones.

Tabula per se patet.

Venetijs apud hæredes Lucæantonij Iuntę.

IOANNIS ANTONII SICCI CREMENSIS, DE BALNEIS COMPENDIVM,

EX HIPPOCRATE ET GALENO.

Ad Dominicum Maurocenum P. V. Equitem & Senatorem amplißimum.

RS medica ut est multis alijs artibus nobilior atque excellentior, ita si segniter & imperitè tractetur, periculo non vacat. ob id multa & frequenti bonorum scriptorum lectione, atque officiosa in curandis ægris diligentia, opus est: quam quisque pro virili præstare potest, & debet. Sed antiquæ medicinæ præcepta, quæ iam multis annis exoleuerunt, velle nunc rursum reparare, & quasi è tenebris ad lucem reuocare, ut esset omnium utilißimum, ita non cuiuis, nisi admodum prudenti & erudito medico, concedendum est. Hac de causa multa nobis à veteribus scripta non tam leguntur quam negliguntur. Et quidem cum non desint hoc tempore, & græci authores latinè loquentes, & Romani non inculti medici, atque Arabes non negligendi, deberemus nos in tanta librorum copia veterem medicinam non solum verbis, sed re ipsa, id est vsu, comprobare, atque excolere. Verùm enimuero cum multa alia interciderint, balneorum commoditates, ad quas veluti ad consueta sanitatis præsidia paßim & quotidie concursabat antiquitas, prorsus amisimus. quam quidem iacturam, optime atque eruditißime Senator, cum te multum & sæpe inter amicorum colloquia deplorare audiam, videarque, nescio quo pacto, nimis anxius esse, atque à nobis expetere, ut illa priscorum balnea, quæ iamdiu emortua ferè sunt, ad communem omnium vtilitatem restituantur, & reuiuiscant, iccirco cum pro parte mea omnibus prodesse cupiam, tibi verò inprimis, quæ tua est in me beneuolentia, morem gerere debeam, cœpi superioribus diebus, quæ de balneis sparsim ab Hippocrate & Galeno scripta sunt, in vnum colligere, & quasi in breuiarium referre: ut signatis locis, & quasi digito monstratis, tota de balneis doctrina, quæ ab his authoribus tradita est, ut pote oculis subiecta, perspicuè cerneretur. sic enim balnea ad vsum & vitam facilius reuocari posse sperabamus, si tota eorum vis & vtilitas simul spectaretur, neque opus esset in eorum viribus dignoscendis multum diuque versari. Qua in re si quid profecimus, id totum tibi vni acceptum referant eruditi, qui me ad hoc opus aggrediendum inuitasti atque excitasti. Nam quid ego de hoc studio mihi arrogem? cum materia ab Hippocrate & Galeno mutuata sit, stylus verò sit eiusmodi, ut non multis fortasse satisfaciat. ordinem certè & quasi filum perpetuæ cuiusdam orationis adhibuimus, & non tam in singulis verbis conuertendis, quàm in veris authorum sensibus exprimendis fuimus occupati. Vt tandem à nobis susceptus labor, si non admodum ornatus exiret, saltem non omnino inutilis haberetur. Et quoniam in hoc nostro commentariolo, sæpe de structura balnei, de varijs eius domicilijs, deque alijs partibus, mentio à nobis facienda est, quæ quidem multis fortasse subobscura videri possent, propterea figuram antiqui balnei delineandam curauimus. quo in negocio vsi sumus diligentia atque peritia Ioannis Antonij Rusconi, quem Romana atque antiqua ædificia adamußim explorasse, & curiose obseruasse non ignoramus. quem tu quoque nosti esse hac nostra ætate elegantißimum & celeberrimum Architectum. cuius arte plurimum adiutus futurum spero, ut res ipsa clarior & facilior omnibus videatur. Reliquum est, ut quando te vnum huius mei conatus authorem habuerim, eundem præ cæteris huius mei compendij mihi eligam tutorem, & arbitrum nam nostra hæc lucubratio parum, ut mihi videtur, elegans, si tuarum virtutum gratia excoletur, quo modo non inter literatißimorum hominum volumina tutò poterit, & eleganter incedere? Incedet illa quidem sub illustri tuo patrocinio, & grauis, & fœlix. potes enim non tam oratoria, & physica pertractare, sed etiam hæc nostra studia defendere, atque exornare: ut qui horis succeßiuis non minus in Aristotelis porticu, & in Platonis Academia spatieris, atque etiam ad diuina Theologiæ mysteria sublimis ascendis, sed interdum ad scolas medicorum diuertas, artesque omnes liberales non negligas. Miror profectò cum te de plantis, de metallis, de pulsibus, de structura hominis, de dissecandi peritia, ac de multis alijs medicinæ partibus, audio disserentem. Accipe igitur rogo defensionem nostram, meque tuo splendore illustra. dedo enim me prorsus tibi tuendum, meaque omnia, pro tua in me humanitate, confidentius trado, atque committo. Vale.

BALNEORVM APVD VETERES FORMA.



IOANNIS ANTONII SICCI CREMENSIS, DE BALNEIS COMPENDIVM,

EX HIPPOCRATE ET GALENO.

DE BALNEIS, tam naturalibus, & sponte sua nascentibus, quàm de his, quæ arte & industria comparantur, multa à veteribus scripta reperio. Ego verò ea duntaxat in compendium referre decreui, quæ maximè ad rem medicam pertinere videntur. Reliquis igitur omnibus prætermissis, qui hac de re copiosè scripserunt, vnum Hippocratem & Galenum secutus, variam balneorum naturam recensere incipiam. Ac verò ea primò aggrediar, quæ domi vulgo parata erant: [a] propterea quòd hæc olim balnei appellationem sibi vendicarunt.[b] Cum verò hæc ex aqua dulci, tum calida, tum frigida constarent, nos de calidis primùm, postea de frigidis dissleremus, quoniam frequētissimus erat calidi vsus. [c] Sanè Hippocratis tempore penuria balneorum erat:[d] & in paucis domibus ea erant parata, quæ in balneis requiruntur: & idonei ministri non multi erant. Posterior ætas balneis abundauit: [e] & plurimus eorum vsus fuit, non solum in secūda valetudine, sed etiam in aduersa:[f] vt & priuata, & publica balnea, non pauca extarent.[g] Tribus autem domicilijs balneum constabat: ex quibus primum paulò minus quàm frigidum erat. postremum, in quo lauabantur, vehementer calidum. alterum, vt situ, ita etiam temperie medium. tantò enim primo calidius erat, quantò frigidius postremo. in primo se denudabant qui balneum erant ingressuri. in altero se vngebant.[h] ac propterea duas illas primas ædes græci πυριαλεκτήρια appellauerunt, quòd in illis emolliretur corpus ante balnei ingressum.[i] has verò ei domui iungebant, in qua balneum esset.[k] In hac erat vas in quo lauabantur, quod nostri solium, aut labrum appellarunt, græci πύελον,[l] nonnunquam ἀσάμινθον,[m] sæpe ἐμβάσιν,[n] interdum κολυμβήθραν vocarunt, propterea quòd in eo aliquando innatarent.[o] In lebetibus aquam calfaciebant, deinde per fistulas infundebant in solium.[p] Quòd si aerem optassent in vnaquaque domo neque summè calidum, neque verò frigidum, sed admodum temperatum, & modicè humidum, effundebant aquam temperatam liberaliter ex labro, vt in omnes domos decurreret.[q] In balnei structura in id maximè animum intendebant, vt eius tectum non esset fumosum, & via ad solium breuis esset, & solium ipsum humile & depressum, vt eius ingressus facilis ægrotantibus & egressus foret. non enim expedit ipsos fatigari. proinde balneum ita struebant, vt paries, qui aquam contineret, neque sublimis, neque angustus esset: cuiusmodi est piscina in balneis naturalibus, quam omnes ferè ita humilem & depressam conficiunt, vt pauimento adhærenti nihil emineat.[r] Sordes quotidie à balneis aphronitro, &[s] lutum abstergebant.[t] Ingredientes in balneum primùm aeri calido occurrebāt, deinde in aquam calidā descendebant, & hoc maximè propriè balneum appellarunt. ab hac in frigidam, [u] si modo bene valerent, accedebant.[x] postremo exudabant,[y] atq; sudorem strigili abstergebant.[z] Aegrotantium autem causa multas aquæ misturas paratas habebant: non enim ipsis licet in labrum frigidum absque detrimento ingredi: quoniam à frigidæ occursu offenduntur. vbi ergo calida egressi erant, perfundebant eos primò tepida, postea minus tepida, deinde ea, quæ plus adhuc ad frigidum vergeret.[a] Sanos in balneo detergebant medicamentis his, quæ sordes repurgant: cuiusmodi ea sunt, quæ & mordere & siccare possunt. Aegros minimè tergebant, nisi sordidos & pruriginosos: quoniam repurgantia medicamenta balnei facultatibus & vsui summè sunt aduersa. quòd si detersorijs vtendum fuisset propter sordes, aut pruritum, illorum acrimoniam multæ aquæ mistione retundebant: aut eorum vim dissoluebant, statim multam aquam calidam & puram aliam post aliam perfundentes.[b] Lotos primùm sindone inuoluebant vna & altera,

[Margin, beside "non solum in secūda valetudine": B]
[Margin, beside "neque sublimis": C]

a Gal. 7. de me. fm. lo. ca. 1. & 11. metho. ca. 9.
b G. 3. de sanit. tu. ca. 4.
c Ga. 3. de his q in medicatri. co. 32.
d Hipp. 3. regi. acu. tex. 44.
e Gal. 3. de sani. tu. ca 4.
f Ga. 16. de vsu par. ca. 1.
g G. 10. meth. ca. 10.
h G. 9. de sim. med. ca. de calcantho.
i Ga. 10. meth. ca. 10.
k Ga. 3. regim. acu. co. 46.
l Co. 49. & 8. metho. ca. 2. & 3. de sani. tuen. ca. 4.
m G. 9. de me. se. lo. ca. 11.
n G. 3. reg. acu. co. 47. & 10. meth. ca. 10. & 3. de sa. tu. ca. 4.
o G. 3. re. acu. co. 44.
p G. 10. meth. ca. 10.
q 3. reg. ac. 44. 46. & 47.
r G. 9. d si. me.
s G. in li. de salu. diæ. co. 15.
t G. 10. meth. ca. 10.
u G. 3. regi. ac. co. 49.
x G. 10. meth. cap. 10. & 2. de si. me. ca. 24.
y G 14. meth. ca. 1. & 6. de sa. tu. ca. 6.
z Ga. 3. re. acu. 10. 49.
a Co. 45.
b G. 10. meth. ca. 10.

altera,tum ſpongia reſiccabant,poſtea linteo; [a] caput inprimis admodum diligenter, D
deinde artus,& alias corporis partes. interim verò minimè committebant vt pars ali-
qua diu nuda eſſet,ne eam frigus percuteret.[b] vbi reſiccati fuiſſent qui loti erant, vn-
gebant ſe primò,deinde veſtiebant. Ac verò nonnullos antiqui ante balneum, ali-
quos in balneo,quoſdam verò à balneo vngebant.ante balneum,quos vellent magis
humectare.[c] in balneo etiam, quorum corpora molliora laxioraq; efficere oporteret,
cum ſudor apparere inciperet.[d] à balneo quos digeri nolebant, ſed humectari. eodem
præſidio ab aeris iniuria qui loti ſunt præcipuè vendicantur. Vngebant verò ex oleo,
[e] vel ſi olei penuria eſſet,butiro,vti in pleriſq; regionibus frigidis vſitatur.[f] Sed illud
ſcire oportet abſtinendum ab vnctione his eſſe,quibus aut cruditas eſt, aut ſucci vtilis
redundantia.[g] In ſanis ergo,frictio præcedat,& eadem ex oleo, deinde ſequatur exer-
citatio,poſtea balneum,tum abſterſio,mox vnctio,poſtremò cibus.[h] Interdum etiam
poſt exercitationem fricari oportet,deinde balneo calido vti.[i] Qui in frigida ſe lauant,
vbi fuerint ab ea egreſſi,fricentur ex oleo,& tum cibum aſſumant.[k] Illud tamen præci-
pimus omnibus his,qui balneo vtuntur,vt non confeſtim poſt balneum, aut cibum,
aut potum capiant, ſed aliquo poſt interuallo, dum orta ex balneo turbatio ſedetur:
quod etiam poſt exercitationes eſt neceſſarium.replet enim caput cibus & potus pro-
tinus aſſumptus,atq; aliquando ſuperfluitat.[l] vinum ſi protinus à balneo bibatur an-
te alios cibos,aut potus,caput tentabit.[m] Ante balneum neque eſſe neque bibere opor- E
tet.proinde balneo nemo admittendus eſt,ſiue ſanus, ſiue æger ſit, qui nuper, aut ci-
bum,aut potum ſumpſerit.potu enim caput repletur.cibo trahitur alimentum ad ca-
put,& in corpus vniuerſum,antequam ſit concoctum.[n] quam ob cauſam crudis incon
coctiſq; humoribus corpus impletur,[o] & obſtructiones in iecore gignuntur,[p] atque ri
gores oriuntur:[q] quòd ſi cibum quiſpiam ante balneum aſſumat, à potu ſaltem abſti-
nere is debet:ſi enim biberit, longè celerius in vniuerſum corpus degeritur alimen-
tum,quod eſt in ventriculo:hoc verò in his cauere oportet,qui ſunt prorſus ſani.[r] neq;
tamen committendum eſt, vt qui vires parum firmas habent poſt diuturnum ieiu-
nium in balneum veniant: nam balneum poſt longam abſtinentiam vires debilitat.
Erit igitur idoneum lauandi tempus, cum pridem fuerit completa concoctio:[ſ] vt vel
ſtomachus inanis ſit,vel in eo cibus exiſtat, qui concoctionem iam ſit expertus.[t] Ita
ego illis diebus,quibus puto mihi non licere per viſitationes ægrorum,aut ciuilia ne-
gocia,horis conſuetis corpus meum curare,mane ſolum panem abſque alijs obſonijs
& ſine potu aſſumo,deinde balneum ad horas veſpertinas differo. ſi enim dies ſit tre-
decim horarum,quarta hora tantum panis comedo, quantum decima hora poſſit eſſe
concoctum,& hac demum hora in balneum venio.[u] Et hę quidem obſeruationes,quę
ad cibum attinent,his potiſſimum neceſſarię ſunt,qui perfectè valent.Sunt enim non- F
nulli,qui culpa non vacant,ſi corporis affectionem & conſtitutionem reſpexeris:qui-
bus cibum capere ante balneum præſtat.[x] inter quos ij maximè numerantur, qui ma-
cilenti ſunt.[y] Illa etiam non inutilis obſeruatio eſt,quòd hi,qui balneo vſuri ſunt, an-
tea aluum exonerent: poſtquam igitur oſtenſum eſt,qua ratione balneis vterentur in ſa-
nis antiqui,proximum eſt,vt eorum vtilitates atq; emolumenta exponamus. ſi prius
tamen de vi & natura aquæ pauca diſſeremus.[z] Aqua dulcis,quæ pura eſt, & nulla alia
re infecta,frigida eſt & humida,[a] ex ſe,& ſuapte natura:[b] & ob id ſemper humectat &
refrigerat per ſuam eſſentiam. Quæ autem calorem extraneum eſt adepta, minimè ſer-
uat propriam facultatem:verum eò vſq; calefacit,donec retinet calorem illum aduen-
titium:vbi verò refriguerit,denuo refrigerat.[c] neque enim ſimplex eſt,et naturalis,ſed
quoquomodo compoſita:aut enim partem aliquam eſſentiæ ignis,aut omnino quali-
tatem aſſumpſit. Sed & quæ ſummè frigida eſt,abijcit interdum propriam facultatem:
perfuſa enim iuuenili corpori,& quadrato,calfacit ex accidenti,propterea quod reuo-
uocat calorem.[d] quod enim haud per ſe calfaciat,id oſtendit,quòd primo ſtatim occur
ſu inſinuat frigoris ſenſum,neq; calefacere percipitur,niſi cum à perfuſione ceſſaueris.
[e] Quòd verò humida exiſtat propria natura,[f] argumento eſt, quòd prompte carnes cor-
rumpit,

a G.3.reg.acu. co.54.
b G.10.meth. ca.10.
c Ga.2.de ſim. me.ca.24. &.3. regi.acu.co.51.
d G.7.metho. ca.6.
e Gal.3. de ali. fac.ca.15.
f G.2. de ſimp. me.ca.24.
g G.6.de ſani. tu.ca.5.&.8.
h Ga. in lib.de par. pi. exerci. ca.4.
i G.3. de ſa.tu. ca.4.
k G.3.reg.acu, co.56.
l G.in li. de ſa-lu.die.co.12.
m Gal.3. regi. acu.co.55. &.1. de ſa.tu. ca.10.
n G.i li. de ma raſ.ca.19.
o G.in li. de ſa lu.die.co.32. & 6.de ſa.tu.ca.3. &.14.meth.16.
p Gal. in li. de tre. ca.7. &.2. de ſympt. cau. ca.5.&.1. epid. co.3.
q G.1.de ſani. tu.ca.10.
r G.in li.de ma raſ.ca.19.
ſ Gal.1.de ſan. tu.ca.10.
t Gal.6.de ſan. tu.ca.7.
u Gal.1. de ſan. tu.ca.10.
x G.14. meth. ca.16.
y Gal.3. regi. acu co.59.
z Gal. in li. de ptiſſa.
a Ga.1.de ſim. me.ca.4.&.8.
b Ga.1.de me. ſm. ge.ca.6.
c Ga.1.de ſim. me.ca.4.
d G.3.de tēpa. ca.5.
e Ga.1.de ſim. me.ca.4.
f G.2.de natu. facul.ca.9.

A rumpit, atque putrefacit.[a] Ob id etiam quę concalefacta est summè humectat: cum tamen summè non calefaciat, nisi quæ maxime feruet. ac verò siue feruida siue frigida sit semper humectat: licet enim calidę occursu humores digerantur, tamen corpora eos continentia per eam madescunt, vnde molliora efficiuntur. nunquam igitur aqua nõ humectare potest, nec tamen semper refrigerat: nam quæ alienum acquisiuit calorem calefacit & humectat, pręsertim inter initia:[b] postea verò refrigerare potest, tum quod facultate frigida est:[c] tum etiam quod aduentitio calore corpus laxatum, calore naturali immoderatius spirante, frigidius efficitur. hoc verò in ea, quæ temperatum calorẽ habet, perspicuum est. si enim ea laues, aut perfundas partem quampiam, statim calidiorẽ & humidiorem efficies: deinde paulo post eadẽ frigidior erit: modò post calidæ vsum frigidam non adhibeas, qua corpora contrahuntur, stringuntur, & densantur.[d] Igitur balneum aquæ dulcis semper humectat, siue calidum siue frigidum sit.[e] quod si temperatum sit, humidam facultatem & calidam habet. si tepidius, frigidam & humidam, si iusto calidius, calidam, & non perinde humidam. nam necessarium est, vt in eo exhorreãt corpora, & contrahantur inconspicua eorum foramina: vt nec humorem externum admittãt, nec per illa euocẽtur interna excrementa.[f] Quoniam verò balneum temperatum natura humidũ est, & moderatè calidum, ob id qui ęstu detinentur vãlido, à nulla re promptius refrigerantur quam ab eo. & qui vehementer perfriguerunt, à nullo citius quam ab illo calfiunt. nam

B eius humore madescit ariditas, quæ æstu contracta est: calore vero frigus tollitur, quod ex gelu est ortum.[g] Cum verò per se aqua humectet, eadem tamen magis humectabit, si oleo permixta & confusa, corporibus admoueatur: nam cum illis nequeat inhærere, sed facile diffluat, & quæ circunfusa est, & quæ cæca cutis foramina subiuit, propterea quod nullam habet ansam vtique per oleum tenacior efficitur.[h] Hanc ob causam interdum in balneis confunditur oleum calidæ aquæ, vt magis humectent, & plus calefaciant.[i] augetur. n. eorum calor ab oleo: quod cum oleum ex genere eorum sit, quæ nos æquè recalfaciunt, id etiam habet, vt & viscidum sit, & ægre defluat, & meatus cutis inconspicuos obstruat. auget igitur calorem, tum corporibus oblitum, tanquam vestimentum, aut operimentum: tum quod cutis meatus obstruens impedimento est quo minus calor vaporosus possit multus foras effluere. Quoniam igitur dulcis aquæ balneum humidũ est,[k] vniuersum corpus emollit, præcipue si temperatum sit.[l] somnum promouet,[m] potissimum si aqua calida liberaliter caput perfundatur.[n] sitim sedat & mitigat,[o] quanquam longa in eo mora eam accendere solet.[p] caloremque & siccitatem remittit, quæ ex itinere sub solis ardoribus confecto contracta fuerit,[q] modò temperatum sit.[r] ita nõnulli cum dictam ob causam essent persiccati, & os aridissimũ haberent, & siti ardentissima excruciarentur, vbi domum reuersi essent, et balneum administrassent, sitire se desiisse, et os ipsis maduisse, ac vniuersum eorum corpus abiecto priori squallore molle & humidum esse effectum asseuerarunt. alij plenam fidem fecerunt, quod perspicue aquam sensissent attrahi in solijs

C ab eorum corpore, dum in balneo lauarentur.[s] demum persiccatos quoscunque aut à vigilijs, aut à curis, aut à venere, aut à cibis, vel à medicamentis siccantibus, aut ab ira, balneum humectat, & reficit.[t] & siccitatem quamcunque, siue cum calore, siue cum frigore coniunctam, emendat.[u] atque ęstum mitigat.[x] Idem eos, qui graciles sunt, ad pleniorem habitum reuocat:[y] sed in eo diutius esse non oportet.[z] ac verò pueris est vtile,[a] & calidioribus naturis.[b] et his, in quibus amara bilis affluit.[c] ac verò his omnibus, qui temperamentũ admodum calidum & vehementer siccum habẽt: cuius causa fumos acres, mordaces, fuliginosos; aggregant. hos si à balneis interdixeris protinus febricitaturos non ignorabis. vt vero hos iuuat balneum temperatum, ita frigidum summè offendit,[d] quoniam cutem constringit, & comprimit.[e] His autem, qui frigidam & humidam naturam habent, tãtum abest, vt balneo vti necessarium sit, vt etiam si ab eo abstinuerint minimum offendantur.[f] Idem lassitudines discutit, presertim si oleum aquæ permixtum sit: quod & partes siccatas irriget suo humore, et acrem humorem euacuet calore.[g] Laxat vniuersum corpus.[h] Vomitum facilem efficit: tum quod humores fundit, tum quod partes intentas & obduratas relaxat.[i] Quamuis autem balneum temperatum, calefacere semper sit aptum, & corporibus humorem adijcere, vti supra ostensum est, tñ accidit interdum,

a Ga.1.de sim. me. ca. 8.
b. G.1.ad glau. ca.9.
c Ga.1.de sim. me.co. 8.
d G.1.de tẽpa. ca.2.
e G.3.de sa.tu. ca.4.
f Gal.1. de vsu par.ca.13.
g G.2. de sim. me.ca. 25.
h G. 5. de sim. me.ca.5.
i Ga.2. de sim. me.ca.24.
k G.7.metho. ca.6.
l G.3.de lo.af. ca.5.& 2.de tẽpera.ca.2.
m G.1.de sym pto. cau. ca. 8. &.2.de me. se. lo.ca.1.
n Ga.2.de sim. me.ca. 7. & in li.de his quæ in medi.co. 3.
o G.1.li. de maras.ca.7.
p G.10. meth. ca. 10. &. 1. de tẽpa.ca. 2. & in lib. de euchi. ca.13.
q Gal.3. de his q in medicatr. co. 15.
r Gale. 6. Epi. co.6.
s G.1li.de maras.ca.6.
t Ca.7.
u G.1.ad glau. ca. 14.
x G. in li. de salu.dic. co. 14.
y G.6. de sani. tu.ca. 8.
z G.1. de sani. tu.ca.7.
a Gale.6.epid. co.4.
b G.8.metho. ca.7.
c G.8.metho. ca 2.&.6. de sa. tu.ca. 3.
d G.3.de sani. tu.ca. 8.
e Ga.5. de san. tu.ca.12.
f Gal. 2.de sim. me.ca. 25.
g G.11.metho. ca. 20.
h G.6.epi.co.5.
i Gal. 3.de san. tu.ca.4.

interdum, vt ex accidenti pro eius modo humores digerat, aut humoris cursum ad aliquas partes moueat: aut vires firmet, aut debilitet, aut molliat, aut concoquat.[a] quæcunque enim mediocriter calefaciunt, ea concoquere sunt apta.[b] & temperata quidem aqua omnium eorum, quæ perfunduntur, aptissima est ad pus generandum, potissimum si ei oleum addatur.[c] atque alios etiã effectus balnei videre licet, præter expositos.[d] nam vt & cibus in omne corpus diuidatur efficit:[e] & vt id, quod diuisum est alendis partibus apponatur.[f] Calidum primum auget corpus, deinde adimit.[g] proinde vbi corpus implendum, eatenus in balneo commorari oportet, dum intumescat. vbi digerendum & euacuandum est, dum tumor in balneo contractus subsidat.[h] Cutem cogit & frigida & feruida aqua, & habitum corporis spissiorem efficit. ob id qui nimia exercitatione inanitus & attenuatus est, primùm se in feruida lauare debet,[i] vt assumptum alimentum foras non euolet: deinde in frigida tingere, ac in ea non diu morari, ne quam ex feruente lotione vtilitatem percepit, longiori frigidæ occursu abijciat. in frigida eũ lauari non consulo: quoniam periculum est ne ab ea lædatur, qui ob multam exercitationem & rarior & inanis est redditus.[l] Balneum euacuat[k] equaliter omnes humores,[l] & vacuationes quascunque promouet, quod temperatum est.[m] præcipuè tamen partes cutaneas euacuat: neque videnĩ abundè eo euocari humores superuacui & inutiles posse, qui aut in carne, aut in partibus solidis existunt.[n] si tamen frequens sit, vtilium succorum redundãtiam curabit.[o] vtile etiam est, siue quis defatigatus sit, siue incaluerit, siue perfrigeratus sit, aut desiccatus, siue fastidiũ aliquod, aut temperiẽ inæqualem sentiat. E
per id bona temperies corporibus redit, vires meliores fiunt, opportunus quidam augetur calor, & aliquid per halitum digeritur vnà cũ sudoribus.[p] Vt enim pluribus partibus balneum constat, ita etiam variæ ex eo facultates existunt, & plura emolumenta ex ipso contingunt. nam primũ balnei aer materias in vniuerso corpore dispersas concalfacit & liquat, inæqualia exæquat, cutim laxat, & quæ ei subiecta sunt euocat. deinde aquæ calidæ ingressus adijcit partibus solidis vtilem madorem. tum frigidæ occursu vniuersum corpus refrigescit, cutis cogitur, & vires firmantur. perinde enim corpora nostra frigidæ occursu post balneum calidum afficiuntur, atque ferrum candens cùm frigida tingitur. quin verò balnea inuenta sunt gratia imbecillorum corporum, ut ea præcalefaciant, & ad frigidæ solium præparent. Postremò tandem sudor excitatus euacuat corpus, vt tamen refrigerando non noceat. Ac vt balnei vires generatim & vniuersè colligam, quicquid fuliginosum aut fumidum est in corpore per id elicitur: caro & cutis ad naturalem moderationem reuocatur: solidæ partes arefactæ humescunt: calor tollitur frigidæ occursu, non is tantum qui ex calida contractus est, sed etiam qui ante balnei ingressum molestabat. Tot ergo emolumenta balneum promittit.[q] quo etiam vtebantur antiqui, vt & sudorem post exercitationem, & vt puluerem eluerent. debet tamen illius vsus moderatus esse.[r] nam frequens corpora emollit, atque effœminat,[s] & si supra quam par sit eo quispiam vtatur facile in febrem,[t] & præcipuè quotidianam incurrit.[u] Potest etiam plurimus illius vsus, & potissimum post cibum, morbos humidos gignere.[x] Qui in balneo horrent ab eo abstineant, alioquin in febrem facile incident.[y] solet verò in illis horror excitari, qui crudis humoribus affluunt. calfacti enim hi humores à balneo, attenuatique, & in spiritum versi, ad motum concitantur: & qui antea quiescentes non leserant, moti horrorem inferunt.[z] sæpius tamen in illis istud accidit, qui referti sunt acribus succis atque mordentibus, presertim si corporis habitum spissiorem habeant.[a] Quanuis autem balneum temperatum summè delectare soleat, propterea quod per id funduntur quæ in nostris concreuerunt corporibus, quo maxime affectu existit in animantibus voluptas, tamen ne in eo quidem diutius esse expedit: sensim.n. fiet molestum, quia immoderatiore tandem fusione naturam nostram digeret, soluet, & dissipabit: ex quibus et animi deliquium, & virium casus, & tandem mors consequitur.[b] Sed & aliam potiorem ob causam longa in balneo mora, & animi deliquium, & mortem afferre potest, quod videlicet calor excedens hominem strangulat. trahitur enim spiritus calidus, non solum ore, sed etiam vniuerso corporis ambitu. quod verò non id accidat propter spiritus euacuationem, argumento sunt, qui morbos natura iudicante

tota

a G. 1. epi. co. 3.
b G. 5. de sim. me. ca. 9. &. 10.
c Ga. 3. de sani. tu. ca. 4.
d G. i li. de marasi. ca. 9.
e G. in li. de salu. die. co. 14.
f G. 2. de sa. tu. ca. 7.
g G. 7. metho. ca. 6.
h G. 3. de sani. tu. ca. 8.
i Ga. 14. meth. ca. 7.
k Gal. 2. apho. co. 17.
l G. 11. metho. ca. 9.
m Ga. 3. apho. co. 15.
n G. 13. metho. ca. 6. & in li. de phlo. ca. 10.
o Ga. 3. de cau. pul. ca. 14.
p Ga. 10. meth. ca. 10.
q Ga. 3. de san. tu. ca. 4.
r Ga. 7. de me. sm ge. ca. 1.
s Gal. 1. de feb. di. ca. 3.
t Ga. 2. de feb. di. ca. 1.
u Gale. in li. de cau. mor. ca. 5.
x G. 12. meth. ca. 20.
y G. 2. de symptom. cau. ca. 5.
z G. 10. meth. ca. 10.
a G. 4. de sim. me. ca. 2.
b Gal. in li. de vsu respi. ca. 4. &. 1. ad glauco. ca. 14.

D
F

A tota die exudant multò plus quàm in balneis, nec tamen animo deficiunt, aut præfocantur, vsque dum spiritum frigidum foris attrahunt.

Hactenus de balneo calido dictum sit, supereſt de frigido sermonē habeam. Antea verò ꝙ de hoc dico non inutile mihi videtur exponere qualis nam illius vsus in ægrotantibus fuerit.[a] Illud verò in primis non ignorandū eſt, vtile id eſſe in plerisq; morbis acutis: ac in nonnullis nunq; non adhiberi, in alijs haud perpetuum eſſe hoc auxilium debere.[b] Atq; illud in ęgrotantibus præcipuè procurandum eſt, vt in balneum euntes minimè fatigentur. proinde eorum conclaue balneo iunctum ſit oportet: in quod etiā, ſi ex vſu erit, geſtari debent, ne itineris labore afficiantur. ob id quoq; facilē eſſe ingreſſum ad ſolium, & egreſſum volo.[c] In eo vbi æger fuerit, ſe ſe cōponat, taceat, nihil agat; ſed alij eum aqua perfundant, & abſtergant.[d] ita.n. illius corpus & laxius & mollius in balneo efficietur.[e] Sint ergo idonei miniſtri, qui eum liberaliter, crebrò, celeriter, aqua perfundant: ſic tamen, vt in hoc modus ſeruetur: niſi in his, qui plurima perfundi indigēt.[f] neq; à calido balneo in frigidū deſcendant: ſed primò tepidiore aqua perfundant, deinde minus tepida, poſtea paulò minus ꝙ frigida: neq; enim frigidam abſque nocumento perferunt. Quòd ſi eos perfundi non placeat, in ſolijs aqua tepida plenis collocabimus.[g] Neque abſtergendi in balneo ægrotantes ſunt, vt ſupra diximus: aut ſi ad id impellimur ob ſordes, aut pruritum, abſtergentium medicamentorum acrimonia

B multæ aquæ miſtione retundenda eſt: aut eorum vis ſtatim remittenda erit, multa, & repetita ſolius aquæ calidæ perfuſione.[h] Sudor non ſtrigili, ſed ſpongijs detergendus eſt,[i] de quo etiam non ignorādum eſt, rarò eo in morbis multo opus eſſe: quoniam ſępius vtimur balneo in ægrotantibus, vt eos humectemus, & vt partes immoderatius arefactas madore reſpergamus, quàm vt vacuemus eorum corpora. proinde non expectato ſudore multo, in ſolij aquam ſtatim demitti debent, deinde vbi ea egreſſi fuerint reſiccari. Cibus eiſdem obſeruationibus dandus eſt, quas etiam in ſanis attendendas eſſe diximus.[k] Qui balneis multum delectantur cum bene valent, & illis aſſueuerunt, bis quotidie poſſunt abſque detrimento in morbis lauari,[l] & ter ſi opus fuerit.[m] immo verò à balneo interdici abſque nocumento nequeunt.[n] Vbi ter lauandum eſt, ſpatium quatuor aut quinque horarum interponi debet: vbi tertio balneo opus non eſt, longius interuallum adhibetur.[o] Si ergo omnia parata ſint, quæ ad balneum ſpectant, & certæ coniecturæ ad id adhortentur, ad illius vſum te accinges.[p] ſin verò aliquid deſit eorum, qnæ requiruntur in balneis, ſatius erit auxilium hoc, licet ſalubre, prætermittere: niſi enim ægros diligenter laueris non mediocriter offendes.[q] In quibus verò balneum vtile eſt, in his plerunque ipſo vtendum eſt eo tempore, quo concocti morbi ſigna appareant.[r] nam in his febribus, quæ oriuntur ex ſuccis putreſcentibus, ferè non laudatur niſi poſt concoctionem.[ſ] itaque in tertiana non exquiſita haud ſtatim inter

C initia conceditur, ſed cum iam apparuerint concoctionis inditia.[t] nec in deſtillationibus, aut grauedinibus, ante concoctionem.[u] nec in pleuriti, & pulmonis inflammatione, niſi concocto morbo, aut certe inanito corpore.[x] non enim balnei vſus periculo vacat, niſi corpus inanitum fuerit.[y] In tertiana exquiſita etiam ante concoctionem vtiliter cōceditur.[z] Ac verò in his febribus, quæ vel ab inflammatione, vel ab humorum putredine excitantur, minimè balneo vtendum eſt, anteꝙ nocens materia, aut euacuata, aut concocta fuerit.[a] Scire etiam licet non in omni tēpore acceſſionis opportunum eſſe balneum in febribus, ſed ſæpius cum febris remittit:[b] ſiue inclinatio incipiat, ſiue in incremento ſit, ſiue vlterius progreſſa fuerit. interdum etiam, licet rarò, in ſummo acceſſionis impetu.[c] cum enim acceſſio remittit, iam corpus mediocriter ſpirat: & ob id quidquid fuliginoſum aut fumidum intus erat balneo euocatur.[d] Quam ob cauſam nec in acceſſionis principio, nec in incremento, rectè conceditur. nā his tēporibus & cutis eſt aſtricta, & quæ ſub hac eſt caro ſpiſſa & cōpreſſa. Solet verò balneum pręcipuè in his morbis vtiliter adhiberi.[e] in diarijs quibuſcunque febribus: inter quas illæ balnei aere præcipuè iuuantur, quæ vel ob cutis compreſſionem, vel ob inguinum inflammationē ſunt genitę.[f] Si ergo ex ſolis ardoribus, aut ex gelu, aut ex laboribus, ſiue ob cœca cutis foramina plus iuſto aſtricta, febris inciderit, eam balneo potiſſimum curabis.

a Hipp.3.regi. acu.tex. 44.
b Text. & co. 46.&.47.
c Tex. 48.
d G.in co.
e Text.& co. 44.&.50.
f Co.49.
g Text. & co. 45.
h Tex. 52.
i G.in co.
k Text. & co. 57.&.60.
l G.7.metho. ca.6.
m Hip.3.regi. acu. tex. 57.
n G.7.metho. ca.6.
o Hipp.3. regi. acu.tex. 62.
p Tex.44.
q Co.61.
r G.1 li.de marasſ.ca.7.
ſ G.1. ad glau. ca.9.
t G. 8. metho. ca.3.
u G.3.reg.acu. co.61.
x Ga.5.de ſan. tu.ca.12.
y G.1.ad glau. ca.9.
z Ga.7. apho. ca.42.
a G. 8. metho. ca.3.
b G.10. meth. co.10.
c G. 11. meth. ca.10.
d Ga.10.meth. ca.10.
e G.1. ad glau. ca.3.
f Ga.7. aphor. ca.42.

a G.1. ad glau. ca.3. b G.1 li. de ma ras.ca. 7. & 11. meth.ca. 10. c G.11. metho. ca.10.

rabis. nam in his febribus, & corpora spirare, & febrilem calorē digeri oportet. a In alijs D
diarijs haud longa in balnei aere mora esse debet, sed magis in aqua. b Vtile quoque
in his febribus est, quæ ab humoribus putrescentibus excitantur: nam cum illa mate-
ria, quæ obstructiones fecerat, absterſa, diſſectaq; fuerit, cam balneum per vrinas, sudo-
res, & aluum egeret, ac verò minimè calfaciet. c Verùm nec horror ex eo oriatur, nec
vllum ex principibus visceribus imbecillum sit, nec in primis venis existat copia cru-
dorum succorum oportet, si modo prodesse debeat. potest enim horror nō solum præ-
sentem febrem intendere, sed etiam absentem excitare. imbecillæ partes magis recipiūt
humores iam eliquatos: nam à calore balnei moderato, & succi eliquantur, & ipsorum
itinera dilatantur. Humorum crudorum copia balneo diuiditur in corpus vniuersum.
igitur si nihil istorum vetet, duo ex balneis emolumenta ægrotantibus proficiscentur:
quòd aliquid euacuabitur de succis redundantibus: q multum spirabit caloris febrilis.

d G.1. ad Glau. ca. 9.

nam balneum vacuat vniuersum corpus, ac eius fumos & fuligines digerit. d In tertia-
na exquisita eo vtendum est: tum quòd ipso euocatur nonnihil flauæ bilis, tum quòd
eius qualitate plurimùm proficitur. humectat enim balneum aquæ dulcis, & potestate
refrigerat. quòd si plurimum oleum aquæ immiscueris, longè vtilius erit. in qua etiam
ægrotantes innatent absque detrimento licebit. In non exquisita tertiana idem auxiliū

e Ca.11. f Ga.10. meth. ca.10. g G.1 li. de ma ras.ca.7. h G.10. meth. ca.10. i G.1 li. de ma- ras.ca.7. k G.10. meth. ca.10.&.7. me- tho.ca.6.

admittitur, cum apparuerint cōcoctionis signa. e In quartana melius est ab eo abstine-
re. f Hecticæ autem febres quo efficaciore auxilio possint curari haud planè video. pro- E
pterea in omni febre hectica, anteaq; in marcorem transeat, g omni tempore balneis vti
permitto, & consulo: h nisi cum ea coniuncta sit alia febris, quæ vel ex humorum putre-
dine, vel ex inflammatione pendeat. i cum enim eiusmodi complexus accidit, tantum
post concoctionem balneum conceditur. k Verùm in proposito ventriculi affectu, &
in hecticis etiam febribus, dāda maximè opera est, vt æger minimè in balneo fatigetur,
ne illius vires dissoluantur. Illud etiam non ignorandum est, non calidam in his febri-
bus prodesse, sed frigidam: adhiberi verò his calidum balneum, ut corpora ad frigidum

l G.7. metho. ca. 6. m G.1 li. de ma ras.ca.7.

præparet. l Scire etiam oportet, in his, qui vehemēter perficcati sunt, balnei aerem non
multum desyderari: proindeq; in eo his immorandum non esse. m Nos non paucos bal
neo curauimus, qui in marcorem planè incurrissent, nisi hoc auxilio fuissent à nobis ab
imminenti periculo erepti. Ac verò balneū vtile est in omnibus his febribus, quæ cum
vehementi siccitate coniunctæ sunt: siue in corpore vniuerso siccitas superet, siue in
ea parte, quæ quasi febris est focus, & per solidas suas partes prima est immodice con-
calefacta. immo verò eiusmodi febres magis interdum à balneo iuuantur, quàm à refri
gerantibus medicamentis: modò non ex erysipelate, sed ex igneo tantum calore, sint
ortæ. in hectica enim quæ ex erysipelate fit, fatius est à balneo abstinere, & frigidę aquę

n G.7. metho. ca.6.

potu contra morbum pugnare. n In hectica verò stomachi quo nam præstantiore auxi-
lio, quàm balneo vti licuerit? In hoc affectu non modo lauari confert, sed etiam in aqua F
diutius esse, atque innatare. debet autem aqua prorsus temperata esse: nam quæ frigi-
dior est, sensim frigore afficit debilia corpora: calidior cogit, constringitq; cutis forami
na, & spissat. nos autem ea remitti, laxari, & dilatari volumus: & aquam temperatam id

o 3.reg.acu.60.

præstituram pollicemur. o Rectè etiam in peripneumoniæ morbo atq; pleuritidis, bal-
neum administratur. mulcet enim lateris dolorem, pectoris, & dorsi: sputum maturat,
& euocat. spiritum facilem efficit. lassitudines tollit. mollit enim articulos, & summam
cutem, vrinamq; promouet, & capitis grauitatem soluit, atq; nares humectat. cum ve-

p G.1. ad glau. ca.14. q Ga.7. de me. sm lo.ca.1. r Ga.9. de me. sm lo.ca.2.

rò in febribus ardentibus vtiliter adhibeatur, multò tamē vtilius esse ipsum iudicamus
in dictis morbis pectoris & pulmonis. Deniq; non in his tantū sed etiā in plerisq; alijs
acutis morbis salubris est medicina. p Idē alui profluuium sistit. q vocem instaurat. r in-
ueterata lienis vitia & idurata sanat. imposito enim eo malagmate, quod authemeron
appellant, à secunda hora vsque ad nonam, & duabus fascijs alligato, æger in balneum
ducitur. in eo tantisper est, donec relaxetur. tum in calidę solio longiori tempore, cru-
ribus foras missis. post balneum salsamentum assumit absque pane, & vinum aqua ma

s G.13. metho. ca.11.

rina mixtum bibit. insequēti die eadem dantur. in tertia exercitationibus incūbit, qui-
bus spūs concitetur. & eadē die valetudini restituit. s Vtiliter quoq; in ophthalmijs eo
vtimur.

A vtimur.finit enim dolorem quamprimum,& sistit humoris cursum,propterea quod maxima illius pars excernitur in balneo per vniuersum corpus: reliquum verò ad bonum temperamentum reuocatur.[a] Ac verò sanat interdum ingẽtes oculorum dolores.s.n. sit dolor ex crasso sanguine,qui in eorum venulis impactus obstructiones faciat,auxilium est in balneo lauari.[b] Prodest & in capitis doloribus,quos aut vapores, aut humores ad caput elati,et in paruis cutis foraminibus impacti excitauerint.caput enim in balneo calida perfundendum est,vt non solum per id discutiatur,aliquid eorum,quę sunt in ipso,sed etiam somnus concilietur.In alijs capitis doloribus vitari debet.[c] presertim si calidus flatuosusq; spiritus,ob humorum prauitatem ad caput feratur.[d] et in comitiali affectu,quemadmodum Erasistratus sensit.[e] & in aquæ intercutem morbo.[f] & in eo animi defectu,qui oritur interdum in his febribus,quæ à magna succorum crudorum abundantia sunt genitæ.nam his à balneo eliquatis, & propterea per omnes corporis partes diffluentibus,periculum est,ne eorum impetus ad pulmones,aut ad cor,aut etiã ad cerebrum conuertatur.præstat autem vt circa iecur, & in primis venis, subsistant. [g] Atq; in febribus à balneo abstinendum est,cum in primis venis crudorum succorum redundantia existit:nam balneum eos digerit in vniuersum corpus,[h] & ad partes extimas attrahit.[i] Alienum quoq; est,vbi aliqua pars ex principibus imbecilla est, si inutili materia corpus abundet.nam humoribus ab eo eliquatis, & vijs patefactis, facile aliqua eorum portio ad partes infirmas confluit.potest tamen hac etiam ratione interdũ

B in febribus vtile esse:si enim pars aliqua ex his,quę minus præstantes sunt,infirma exi-stat,quemadmodum in podagricis & arthriticis,pedes,& articuli vniuersi corporis,humoris cursus ad partem infirmam balneo concitatur. cum enim soleat superuacua & inutilis materia ferri absque balneo ad partes infirmas,multò magis post balneum fieri id potest.itaque receptis excrementis in partibus infirmis, ægrum leuari contingit. [k] Abstinendum quoque ab illius vsu,si hectica ex erysipelate sit.[l] & in neruorum vulneribus:quoniam nerui consistunt ex materia humidiore,quæ per refrigerationem & concretionem est genita:quodcunq; verò eiusmodi est dissoluitur & putrefit ab his, quæ calefaciunt simul & humectant.[m] Idem in vlceribus alienum est,[n] quoniam ea humectat & molliora efficit.[o] & quibus in morbis aluus fluit: nam reuellens ad corpus vniuersum materias effluentes aluum sistit,& propterea ledit.[p] ob id etiam vbi medicina data est abstinere ab eo oportet, siue purgare iam cœperit, siue paulo post inceptura sit:quòd purgationem retardat,[q] & ei obsistit.[r] Si cui anima deficit propter multos sudores,huic balneum summè nocebit.[s] Si sanguis per nares abundè profluit,[t] aut alia quacunque ex parte,haud balneo vtendum est: [u] quoniam per id acriter irritatur. [x] tum quòd ab ipso concalfactus funditur, & in vapores atque in spiritus resoluitur, quapropter & ad motum incitatur, & in molem attollitur:tum quòd à calidis balneis

C redduntur corpora mollia atque imbecilla.cum igitur & vasa molliora sint effecta, & sanguis,qui antea ipsa rupit,motum simul & tumorem assumpserit, fieri non poterit, quin sanguis immoderatius effluat.[y] In quibus autem morbis minus sanguinis fluit ex naribus quàm videatur ex vsu esse,aut nihil fluit, tametsi eum fluere expediret, in his liberali balneo vti oportet:vt sanguis,qui est in capite, maiore impetu moueatur. [z] Neque verò committendum est vt qui vires infirmas habent in balneum veniant. [a] aut qui cibum fastidiunt,& vomendi cupiditate tentantur.[b] verendum enim est ne hi quoque ex balneo ita fatiscant,vt in cum animi defectum incurrant,qui oris ventriculi vitio interdum excitatur.Rectè etiam ab eo in illis abstinemus, qui ructus bilem referentes edunt.[c] & qui in morbis nimiam succorum, licet vtilium, redundantiam habent,[d] præcipuè si sanguis timeatur fluxurus. Huiusmodi fuit balneorum vsus apud antiquos, & in sanis, & in ægrotantibus.[e] in quorum penuria non inutile esse arbitror aqua calida corpus perfundere. Nunc superest,vt de balneo frigido disseramus: [f] quo solo vsa est interdum prisca ætas absque calidi interuentu,[g] sæpius quidem in sanis, rarò verò in ægrotantibus: nam hi frigidæ occursum haud facile sustinent. [h] Frigidum balneum in debilibus deijcit calorem, in fortibus auget.[i] Frigida constringit,[k] & repellit.[l] & licet per se refrigeret, tamen ex accidenti auget calorem:

a Gal.7.aphor. co.46.
b G.1.2. de me. sim lo.ca.1.
c G.4.reg.acu. co.42.
d Gal. in lib.de phlo.con. Erasistrati sectatores.
e Ga.1. de sim. me.ca.7.
f G.11.metho. ca.5.
g Ca. 20.
h G.4. de sani. tu.ca.6.
i G.11. metho. ca.20.
k G.1 li.de maras.ca.7.
l Ga.6. metho. ca.2.
m G.4. de me. sim ge. ca. 2.
n Ga.1 de sim. me.ca.7.
o G.3.reg.acu. co.59.
p Gal. 6. Epid. co.5.
q Gal.4. apho. co.5.
r G.1.ad glauc. ca.14.
s G.3.regi.acu. co.59.
t Gal. in lib.de phlo. con. Era. ca.9.
u G.1. ad glau. ca. 14.
x Gal. in lib.de phlo.con. Era. ca. 9.
y G.3.reg.acu. co.59.
z G.1li.de maras.ca.7.&.3. regi.acu.co.59.
a Hipp.3. regi. acu.tex.59.
b G.in co.
c Gal.7.aphor. co.16.
d Gal. in lib.de phlo. con. Era. ca.9.
e G.in li.de his qui medic. co.3.
f G.3. de sa. tu. ca.4.
g G.10. meth. ca.10.
h Gal.1.aphor. co.17.
i G.3.de sa. tu. ca.8.
k Gal.1.de me. sim ge.ca.6.
l Gal.1.de sim. me.ca. 4.

a Gal. prima apho.co. 15.
b G.3.de tempera.ca.4.
c Ga.3.de sani. tu.ca. 4.

[a]nam ab ea calor naturalis intro compulsus primùm se ipse colligit,tum longè validior D
quàm prius esset,effectus,iterum foras erumpit.[b] Ergo frigidum balneũm corpus ro-
borat,& cutem cogit, & contrahit:& propterea plurimùm vtile est aduersus externas
offensiones.[c] Sane illius vsus presertim est tutus in optimis naturis:quòd si ipsis detri-
mentum potest ex eo aliquod accidere, id totum ex subita consuetudinis mutatione
erit.quocirca non alienum esse arbitror aliqua his præcepta tradere, quibus eo securè
vti incipiant.Qui frigido balneo,assuescere volet,hic non quolibet anni tempore,nec
qualibet die,auspicari hoc debet:sed inter anni tempora deligat ęstatis initium: vt toto
hoc tempore,hyemem pręcedente,maximè assuescat.dies autem, qua auspicaturus est,
summè sit tranquilla,& pro tempore calidissima:atque eligatur ea hora, quæ & ipsa sit
plurimùm calida,quemadmodum etiam gymnasterium summè temperatum. Qui ve-
rò balneo frigido vsurus est,ętatem agat ferè viginti quatuor annorum:augescentibus
enim corporibus alienum est frigidum balneum,quoniam incrementum retardat: ne-
que eum immutauerit vlla recens causa ea die,aut nocte superiore : neque pristina va-
letudo defecerit:sit animo forti & hilari,si vnquam aliàs,tunc præcipuè . primùm ergo
fricetur linteis plurimùm:sit verò frictio vehementior,quàm superiori tempore,& ea-
dem per linteos asperiores. quòd si manicas consutas manibus progymnasta obducat,
& ita perfricet,illud,reor,non alienum erit,vt opus æquabilius fiat. Post id ex oleo fri-
cetur,vt ipsi consuetum erat:tum exercitationibus operam det : quas nec plures , nec E
pauciores esse oportet,quàm ante:sed tantum citatiores.Deinde in frigidam non cun-
ctanter & segniter,sed promptè & festinanter descendat: vel etiam totum se in eám su-
bitò injiciat.in id animum semper intendens, vt aqua toti corpori, vt maximè id fieri
potest,vno atq; eodem tempore circunfundatur:qui enim sensim ei se commiserit, in-
horrescet.sit autem aqua,neque tepida,neque cruda,aut egelida:nam illa reuocat calo-
rem,hęc ferit insuetos,atque perfrigerat . Quanquam enim tempore procedente hac
quoque ei vtendum sit,si necessitas exiget,tamẽ abstinere ab ea oportet prima illa die.
cum aqua egreditur,fricetur à pluribus ex oleo,vsque dum cutis caleat:tum cibum lar-
giorem quàm ex consuetudine,potum verò pauciorem assumat.quæ vel te non iuben
te ipse efficiet,modò omnia sint rectè facta.nam postea q̃ in frigida lotus quis fuerit,&
cibi cupiditas intenditur,& concoctiones meliores fiunt, & sitis remittitur : postridie
idem redibit ad exercitationes meliore planè corporis habitu:cuius quidem moles, li-
cet priori par sit,compacta tamen,& musculosior,atque vegetior erit:sed & ipsa cutis,
& durior,& spissior euadet.In hac die eadem similiter sunt agenda,vt in prima, & item
in tertia,& in quarta:postea tempore procedente in frigidam quotidie bis descendet:
ter autem id facere,tantum abest vt laudem,vt etiam superuacuum ducam : cum liceat
in eo commorari vsq; dum lubeat.quandiu verò in eo sit commorandum , quotidia-
na experientia indicabit.Si enim frigida egressus cito coloratior frictionibus redditur,
mediocriter eum esse in ea commoratum intelliges.si verò calor tardè colorq; redeat, F
longioris moræ id planè erit signum.Si ergo cutem obserues,facile dijudicabis,an pa-
ri tempore iterum ei commorandum sit,an verò pauciore,aut longiore.[d] Cęterum ca-
uere omnino oportet immoderatiorem in eo moram , quoniam facile ab ea possunt
excitari frigidi morbi,[e] & presertim neruorum distentio.[f] Germanicæ nationes nuper
natos infantes,& adhuc calentes,ad fluuios ferunt : & in frigida , vbi vehementiores
sunt aquarum cursus,tanquam ferrum candens intingunt:vt & de eorum natura peri-
culum faciant,& vt corpora firment.Nos eorum morem minimè probamus:quoniam
si ab externo frigore vinci calorem naturalem acciderit,necessarium est eos continuò
mori.Quis verò elegerit,modò mentis compos sit,nec omnino efferus , aut scytha, in
eiusmodi experientiam proprium pignus adducere,ex cuius frustratione mors sit fu-
tura,ex euentu verò tenue lucrum. His ergo obseruationibus balneo frigido assuesce-
re debent,qui bene valent.[g] Qui optimum temperamentum habent,ac in iuuenili ęta-
te constituti sunt,si vnquam post exercitationes balneo indiguerint , vt sudorem &
puluerẽ deponant,in eo non immorẽtur,quoniam calefieri ipsis non est opus : verum
ad solium statim se conferant,minimè in laconico commotantes,quemadmodum qui

d Gal. in li. de cau.mor. ca.3.
e Gal. in li. de cau. procatar. ca. 2.
f G.1.de sa. tu. ca. 10.
g G.1.de sa.tu. ca. 4.

omissis

A omissis exercitationibus se in eo elixant. immo verò nec in piscina morari his est ne-
cessarium, sed loti ad frigidam properent.[a] Si iuuenis quispiam sub sole ardenti iter a G.10. meth. ca.10.
longum fecerit, & propterea persiccatus sit, vt corpus vniuersum aridum existat, pe-
rinde atque stipula, & lingua cum faucibus adeo arida, vt loqui nequeat, huic prode-
rit in aquam frigidam se proijcere: potissimum si vires validas habeat, & frigido laua-
cro sit assuetus. Qui verò febri tenentur, horum etiam nonnulli à balneo frigido pos-
sent iuuari, modò naturę eorum certam haberemus, et absolutam notitiam. quòd enim
aliqui eo indigeant, vel ex ijs, quibus id profuit, constare potest: qui planè eo nõ essent
adiuti, nisi illo tempore ad id aptè fuissent parati. Verum quia nec à nobis exactè di-
gnoscuntur affectiones, & summa noxa ex errore impẽdet, propterea ab eiusmodi au-
xilio ipsi nos continemus: & potissimum in hecticis febribus: quoniam in his habet
corpus paucum sanguinem, exiguam carnem, & nihil adipis. Proinde cum in istis nihil
obiectum sit partibus solidis, quod sine molestia excipiat frigidæ occursum, necessa-
rium est, vt ea protinus occurrat partibus ipsis similaribus, quibus omnia animantia
actiones suas obeunt. Si quis iuuenis, plenioris habitus, æstiuo tempore, in summo fe-
bris impetu, absque inflammatione visceris cuiuspiam in frigidam se coniecerit, ei su-
dor mouebitur,[b] aut bilis egestio.[c] quòd si in frigida lauari assuetus sit, audacter admo- b G.11. meth. ca.9.
dum auxilio vtetur. His, qui febrem hecticam ex calida & sicca intemperie habent, & c G.10. meth. ca.10.
B presertim si iam marasmum incurrerint, tutum non est in frigidam se conijcere: quem-
admodum nec his, qui æstate calida & sicca, longo itinere confecto, macri & debiles
effecti sunt, licet refrigeratione indigeant. Verum vtendum his primùm balneo calido
est, tum frigido. nam balnea inuenta sunt, vti in superioribus diximus, gratia imbecil-
lorum corporum, vt ea præcalfaciant, & ad frigidæ solium præparent. simile quiddam
faciunt, qui sine balneo frigida vtuntur, cum præmissis exercitationibus in eam insi-
liunt: nam cuiusmodi nobis est balneum, eiusmodi est illis exercitatio. hæc verò non
tantum calefacit, sed etiam vt calor naturalis foras ex profundo moueatur, efficit: quo
circa se opponit contra frigidæ impetum, & quominus eadem in profundum violen-
ter pertranseat, & viscus aliquod feriat, obsistit, & vetat. nam nec ipsam frigidæ substan
tiam peruenire expedit ad viscera, nec vniuersam simul eius qualitatem, & puram, illis
occurrere: immo verò, & melius, & tutius est, vt sola illa, absque eius substantia, in par-
tes primò occurrentes recepta, & ab his in alias sensim permanans, tandem in profun-
dum feratur. Quanuis autem in hecticis eiusmodi febribus balneo frigido vti non si-
ne periculo liceat, tamen præstat anceps auxilium experiri, quàm certo exitio ægrotan
tem dimittere. non enim ipsis medetur balneum calidum, sed frigidum. calor enim ex-
tinguendus est, qui in partibus solidis insedit. Quòd si ob frigus incussum viscera of-
fensa fuerint, ea in posterum calfacientibus persanes licebit.[d] Prodest etiam in choleræ d G.in fi. de fa cil. parabi.
C morbo in frigido balneo longiori tempore cõmorari: modò æger quadrato sit habitu.

Cæterum si ex immoderato, aut parum opportuno balnei vsu, aut in visceribus ob-
structio, aut animi deliquium inciderit, certis curationibus vtendum erit.[e] Solẽt enim e G.in fi. de fa lu.dic.co.32.
viscera, & iecur presertim, in his obstrui, qui balneo post cibum vtuntur: quod cum in-
cidit, excitantur dolores absque febre in partibus obstructis. Hos quiescere oportet eo
tempore, quo à dolore vexantur: & bibere aliquid eorum, quæ vrinam cient, & obstru-
ctiones aperiunt. nisi enim vrina moueatur, & flatus & febres superueniunt.[f] Dandus f Ga.6.de sani. tu.ca.3.
igitur humor est, in quo absynthij coma extabuerit. & medicamentum id, quod ex ab-
synthio, aniso, amarisq; amygdalæ nucibus, paratur: quod melius est bibant ex aceto
mulso, postquam à somno excitati fuerint, atque surrexerint, ante quàm in balneum
veniant. præstat enim hæc & alia eiusmodi sumere, cum alimentum ex ventriculo in
iecur diuisum fuerit confectum: & temporis nonnihil dari ante cibum eorum actioni.
Rectè etiam diacalamentum his datur, item ex aceto mulso.[g] Quibus in balneo diu im- g G.9. de me. sm lo.ca.2.
morandum est, hi acetum & pulegium odorent, ne in animi deliquium incidãt:[h] quod h G.1.ad glau. ca.14.
si effugere nequiuerint, curandi sunt per ea, quæ refrigerant, & vires firmant. Statim
igitur aqua frigida aspergendi, & flabello perflandi, atque eò conuertendi sunt, quò
aura aspiret: perfricandum quoque ventriculi os, & agitandum: postea & cibum, & vi-

num

a G.3.de sa. tu. ca.13. b G.1.li. de therr.ad Piso.c.9. c Ca.15. d Diosco. e G.3.de sa.tu. ca.13. f G.3.regi.acu. co.59. g G.3. de his q̃ i medicatr. co. 15.idem ferè.7. metho.ca.6.

num,dare oportet.[a] Verum si ex frequentiore balneo nimia in cute raritas orta sit,aliquandiu perfricare oportet:primò absque pingui,deinde ex oleo quopiam astringente.[b] Si ex balneo præfrigido,& egelida aqua,nerui distenti sunt, vtile est potui castoreum dari ex aceto mulso,[c] aut theriacam.[d] & vnguento samsuchino delini.[e] Si cutis tantum compressa est,primò aridis frictionibus,sed celeribus,deinde ex oleo concalefacere oportet.Atque hæc de balneis aquæ dulcis dicta sufficiant.[f] hoc tātum adiecto, quòd partem etiam aliquam interdum solam perfundebant aqua calida antiqui, verbi gratia caput tantum.[g] in fracturis hoc auxilio potissimum vtebantur,cum iam membrum coaluisset,ac ipsum soluerent,vt illud carne implerent, & mollius redderent tepidæ perfusio,si moderata sit,carne implet:si plurima,laxat,& attenuat.Si corpus plethoricum sit,carne autem nudum,moderata calidæ perfusio,neque molliet, neque carnem generabit,sed replebit superuacuo humore calefactam partem: sin autem excarne sit,& gracile,ob alimenti penuriam,sed humoribus minimè scateat,& carne implebit,& mollius efficiet. Aqua calida perfusa, si corpus inane sit, digerit potius quàm attrahat:si plenum magis attrahit,quàm digerat.Si pauco tempore perfundatur,replet magis,quàm inaniat.Si longiore,potius discutit,quàm impleat. cæterum vsus est fortasse aquæ perfusionibus Hippocrates,propter balneorum paucitatem: mihi verò videtur aqua,in solijs balneorum iniecta,posse ad omnia sufficere. D

De balneis naturalibus.

Supereſt vt de balneis naturalibus sermonem habeamus:quorum aquæ sponte medicatæ nascūtur.[h] neq; verò sunt simpliciter aut exactè aquæ,sed mixtæ,composite,spuriæ.cum enim delabuntur,& stillant per loca bituminosa,aut sulfurosa,aut nitrosa, aut aluminosa,abradunt nonnihil illius materiæ,absterguntq́;, & secum ducunt. Harum igitur aquarum quædam bituminosæ sunt,aliæ sulfurosæ, nitrosæ aliæ, nonnullæ aluminosæ, quædam atramento sutorio constant, quod græci chalcanthum appellant, [i]aliæ Misy,aut chalcitim habent.[k] in alijs salis qualitas euidens est.[l] sunt etiam nonnullæ dulces:quæ nihil eorum,quę dicta sunt,gustatui repræsentant. Neq; ignorarunt antiqui eiusmodi aquas,licet paucis in locis inueniantur. nam & in Asia minore iuxta Pergamum ciuitatem erant claræ,quæ in Allianis nascūtur: ita enim locum appellant, qui ab vrbe paulò plus quàm centum stadijs distat. ea aqua vnius tota est generis, & manat ex vno fonte.erat etiam alia medicata aqua,à Prusa minus quàm decem stadijs longinqua,quæ vnius generis non est,neque ab vno fonte enascitur. In Licetis iuxta Pergamum vulgatus erat fons,qui aquam medicatam præbebat.[m] In Lesbo, non plus stadijs quadraginta à Mitylene,aqua erat,colore & viribus talis, qualis vtique fieret si aquæ marinæ flos salis misceretur.in qua & digerendi vis erat,& fortiter siccandi. qua & hydropicis,& alijs tumidis,& obesis corporibus medebantur.[n] In Italia habitæ sunt in precio Albularum balneæ,quæ alumine constant.[o] Tragasiæ verò aquæ & ipsæ ex numero sunt earum,quæ sua insita vi calent:salsæ sunt,& insigniter calidæ,ac à Tragasio stagno ducuntur,qui non procul est à sminthio.sedet enim illic aqua multa, & stagnat,in loco minimè amplo,antea quàm aqua sponte calida deriuet ab eo: illa æstate absumitur,tota à sole siccata.quoniam verò insita est eo loco salsedo,quod remanet ex eo,vniuersum mutatur in salem.[p] In Palestina syriæ lacus est,quem alij mare mortuum appellant,alij stagnum bituminosum:cuius aqua non tantum est salsa, sed etiam amara.quoniam enim continetur in cauo & calido loco,& torretur à sole, iccirco amarescit.quo circa amarior est æstate,quàm hyeme:ac si ipsam quispiam per æstatem reposuerit in vase calido,& in loco aprico,continuò effici amariorem videbit. propterea in eodem stagno gignitur sal perinde subamarus. apparet etiam eius aqua primo statim aspectu quauis marina albidior simul & crassior,merę salsugini similis. iniectus in eam sal minimè eliquatur,propterea quòd ipsa plurimum illius habet. si se in eam quispiam conijciens emerserit,videbitur continuò totus salis spuma respersus. ob id tantò est ea aqua alia marina grauior,quantò marina fluuiali:habet enim salis in se materiam, quæ terrea est,& grauis.quapropter si te in eam demiseris,non poteris in profundum ferri: ita extollit omnia,atque in sublime eleuat;non quòd natura sit leuis, quod iam prodidit E F

h Ga.1.de sim. me.ca.4.&.7. i Gal.1.de sim. me.ca. 6. k Ga.7. &. 11. de sim. me. l Ga.6.de sani. tu.ca. 9. m G.14.meth. ca.15. n Ga.1.de sim. me.ca.7. o G.11.de sim. me.ca.de sale. p G.4. de sim. me.ca. 20.

A dit sophista quidam antiquus, sed quẽadmodum Aristoteli placuit, quòd propter gra-
uitatem gestat leuiora, perinde vt lutum, itaque si vinctis pedibus et manibus coniece-
ris hominem in eam, haud ferri deorsum videris. immo verò sicut naues portant in ma
ri plura onera quàm in stagnis, aut in fluuijs, neque submerguntur, ita in stagno mor-
tuo multò plus possunt onerari, quàm in pelago. In eo, neque animal quodpiam, neq;
planta gignitur, immo verò cum duo fluuij in illud confluant, in quibus prægrandes
pisces & plurimi sunt, ac in Iordane potissimum, qui prope Ierichontem fluit, nullus ta
men eorum superat fluuiorum ostia: quòd si captos inieceril in lacum quispiam, vide-
bit celeriter mori. adeo cunctis, & animantibus, & plantis, aduersum est, quod summè
est amarum, & persiccum, & quod ferè acquisiuit ex assatione fuliginis naturam. quan-
quam ne illius quidem stagni aqua exactè est amara, propterea quòd nec sal ipse, quem
sodomeum vocant à montibus stagno circumpositis, quos sodoma appellant. [a] Non
ignorandum autem est, ex aquis sponte nascentibus nonnullas esse temperatas, alias
feruere, tepidas esse alias, & quasdam omnino frigidas. [b] Eiusmodi aquarum genera pu
gnantium facultatum constant miscella. nam aqua suapte natura frigida est & hume-
cta. bitumẽ, sulfur, misy, chalcitis, & eius generis alia, calidam facultatem habent. [c] pro-
inde tantùm recedunt à propria aquæ natura, quantùm sunt adulteratæ. [d] Nullæ igitur
earum habent frigidam facultatem: argumentum est, quòd cum seruant suã naturam,
B neque frigus habent acquisititium, minimè frigefaciunt: immo verò nec marina ipsa vi
detur admodum refrigerare, nisi cum summum frigus acquisiuerit: quo circa non pau-
ci iuuenes inuenti sunt, qui eam interdum vnum diem, sæpe etiam die & nocte, pertu-
lerunt. [e] sed & quæ dulces sunt, licet inter alias videantur minimè calidæ, tamen non
sunt prorsus expertes calidæ facultatis: alioqui fortasse non essent calidæ. [f] Habent etiã
siccandi vim quæcunque eiusmodi sunt: [g] & propterea siccant corpora eorum, qui in
ipsis innatant, [h] & piscatorum vlcera. [i] Eædem non tantùm calefaciunt, sed etiam atte-
nuant: potissimum quæ nitro, sulfure, & bitumine constant. [k] Aluminosę cutem astrin
gunt, & comprimunt. [l] Balnea naturalia euacuant vniuersum corpus, presertim quæ
aquis digerentibus constant: [m] atque detrahunt æqualiter omnes humores, potissi-
mum nitrosa, sulfurosa, bituminosa. [n] proinde quotannis nonnulli vere ipsis & au-
tumno vtuntur, vt sua ipsi euacuent excrementa. [o] Vtiles potissimum sunt calidiori-
bus & humidioribus naturis, in puerili ætate. quoniam eas maximè tentant ij morbi,
qui aut ex humorum cursu, aut ex redundantia vtiliorum succorum, aut ex putredine
oriuntur. [p] Rectè etiam illis vtimur, si vlcus exiccandùm sit: ab ijs tamen abstinentes,
quæ acres admodum sunt, & mordaces: nam hæ vlcera exasperant. [q] vtiliter quoque in
palpitationibus adhibentur, quoniam & calefacere, & attenuare possunt. [r] Quę dige-
runt & fortiter siccant, obesis corporibus medentur, quę attenuare oporteat. potissi-
C mum si in illis isti ocyssime innateut. & postquam in ipsis loti fuerint haud subinde bi-
bant, aut cibum capiant, sed antea dormiant, aut omnino conquiescant. sunt etiam hy-
dropicis, & alijs tumidis idonea. [s] Et licet in aquę inter cutem morbo aqua dulcis, &
potui data, & in balneo adhibita, aduersissima sit, salsuginosę tamen omnes, nitrosę, sul
furosæ, & bituminosæ, quàm maximè vtiles sunt. Abstinere verò ab illis oportet si sitis
adest, quoniam eam intendunt. [t] si affectus calidi sunt, propterea quòd calidam facul-
tatem habent. [u] quòd si erysipelati admoueris, partem eam adures. [x] In febribus mini-
mè committendum est, vt in his aquis, aut etiam in marina, æger lauetur. [y] In exquisita
tertiana tantum abest vt prosint, vt etiam offendant. licet enim plus bilis euocẽt, quàm
balneum aquæ dulcis, tamen plus obsunt sua qualitate, quàm vacuando prosint. [z] Qui
percalido temperamento & admodum sicco sunt, atque vitiosis succis redundant, si se
in aqua aluminosa lauerint, facile in febrem incurrent: propterea quòd cutis ab ea com
primitur, atque constringitur: quapropter fumi acres & mordaces spirare nequeunt, à
quibus postea calor febrilis intus accenditur: cui aquæ dulcis balneo potissimum suc-
currere oportet. [a] Sunt etiam huiusmodi aquæ voci alienæ, quoniam resiccant vehe-
menter vocalia instrumenta. [b] & capiti natura calido, calidisq; exhalationibus pleno
obsunt, quæ sulfurosæ, aut bituminosæ sunt, propterea quòd calefaciunt: aluminosæ
quoniam

a G.3.de sa.tu. ca.4.
b G.1.de sim. me.ca.24.
c Gal.in lib.de ptisa.ca.2.
d Ga.1.de sim. me.ca.4.
e G.6.de sani. tu.ca.9.
f G.1.de sa. tu. ca.7.
g Gal. in li. de cib.mor. ca. 4.
h Hipp.in li.de balneorũ vsu. & Ga.1. de sim. me.ca.7.
i G.in li.de tremo.ca.5.
k Ga.2.de crisi ca.13. &.5. metho.ca.2.
l G.14.metho. ca.7.
m Gal.2.apho. co.17.
n G.4.de sani. tu.ca.4.
o G.6.de sani. tu.ca.3.
p Ga.1.de sim. me.ca.7.
q G.i li.de tremo.ca.5.
r G.14. meth. ca.15.
s Ga.1. de sim. me.ca.7.
t Ca.6.
u Ca.4.
x G.11. meth. ca.9.
y G.1. ad glau. ca.9.
z G.8. metho. ca.2.
a Ga.7. de me. sm lo.ca.1.
b G.6.de sa.tu. ca.9.

D quoniam astringunt. qui caput eiusmodi habent, ex aquis sponte nascentibus, ijs tantum, quæ dulces sunt, citra offensionem vtantur licebit. nam ne has quidem ipsis profuturas asserere ausim: quoniam calidæ fortassis non essent, nisi calidæ facultatis nonnihil haberent. Eiusmodi fuit vsus balneorum naturalium apud antiquos: in quibus construendis & conformandis non mediocrem curam adhibebant.[a] Illud verò in primis curabant, vt eorum ingressus & egressus facilis esset, quo minus ęgrotantes fatigarentur. propterea solium ita humile & depressum plerique conficiebant, vt nihil illius emineret pauimento.[b] Verùm si harum aquarum defectus sit, eas arte pares licebit. miscebis enim aquę potabili salem abundè, aut alumen, aut aliud simile: quemadmodum vbi marina præstò non est, sale aquę indito muriam conficimus.[c] perinde etiam sulfure iniecto sulfurosam efficimus, alumine aluminosam, & aliarum quamcunque eodem modo. Quòd si ex alijs quibusdam, veluti ex herbarum generibus, balneum aliquod artificiosum parare libuerit, illud etiam licebit.[d] nam id, quod coquitur, abijcit propriam qualitatem, & eam aqua in se recipit. Postquam balneorum naturalium facultates & vsus generatim & vniuersè exposuimus, non alienum esse arbitror, proprias etiam vires vniuscuiusque eorum, quibus dictę aquæ constant, sigillatim percensere. ita enim dignoscere facile licebit, quid singula præstare, & quibus in morbis vnaquęque earum maximè possit conuenire.

a G. 5. regi. acu. co. 47.
b Ga. 1. de sim. me. ca. 4.
c Ca. 7.
d Gal. 5. de ali. fa. ca. 32.

De Sale.

E Primùm ergo à sale, tanquam à re vulgatissima, auspicabimur.[e] Cuius duo genera sunt: alter enim gignitur in salinis ex aqua marina: alter fossilis appellatur, in metallicorum genere comprehensus.[f] Est etiam sal quidam, qui ex aquis parum salsis arescentibus generatur:[g] ex quo genere notissimus olim fuit tragasius ille, non procul à sminthio, cuius in superioribus mentionem fecimus. Huius stagni aqua in loco minimè amplo conclusa, æstate à sole arefacta, vniuersa absumitur. ac verò quia locus ille salsuginosus est, ob id quod relinquitur, omne in salem degenerat.[h] eiusdem generis est sal ille sodominus appellatus, qui nascitur in mari mortuo: in quo quidem sale nonnihil pręterea amaritudinis existit. generatur etiam in multis alijs locis sal eiusmodi.[i] est autem eiusdem generis cum marino.[k] Salis cuiuscunque substantia, terrea est, & grauis:[l] Fossilis tamen densior, crassior,[m] durior, & terrestrior, quàm marini.[n] propterea marinus continuò in aqua eliquatur, non sic autem fossilis.[o] Probatur ex fossili candidus, lapillos non habens, perspicuus, densus, æqualis. Peculiariter ammoniacum laudant, si modò findi facile possit, ac rectis segminibus diduci. ex marino eligendus est candidus, æqualis. Probatissimus in Cypro fit, & Salamine Cypri, & Megaris, in Sicilia, & Aphrica. Lacustris omnibus præfertur: in quo genere validissimus est Phrygius, tum tapæus ille, tum verò tritæus, aut gantæus appellatus.

e Ga. 9. de sim. me.
f Ga. 4. de sim. me. ca. 20.
g G. 11. de sim. me.
h G. 4. de sim. me. ca. 20.
i Ga. 11. de sim. me.
k Ga. 4. de sim. me. ca. 20.
l G. 11. de sim. me.
m G. 4. de sim. me. ca. 21.
n G. 11. de sim. me.
o. Diosco.

F [p] Omne salis genus calidæ est naturæ: minus tamen calidus est, qui durior est, densiorque, atque terrestrior: cuiusmodi est ferè vniuersus fossilis. qui verò fragilis est, & laxus, calidior existit, & qui subamarus est.[q] Salis etiam cuiuscunque natura vehementer est sicca.[r] Ob id aqua marina siccat,[s] & muria: & in ipsis præterea caro seruatur incorrupta, ac minimè putrescit.[t] eadem aqua non admodum refrigerat.[u] Sal omnis abstergit, digerit, astringit[x] leuiter, licet abundè calefaciat,[y] reprimit, attenuat, crustas excitat.[z] Sodominus plus abstergit ac digerit, quàm marinus, propter amaritudinem.[a] Sal medicamentis psoras abstergentibus miscetur, Excrescentia in oculis reprimit, pterygiaque atterit, cæteras etiam carnis extuberationes aufert: In aluum clysteribus inijcitur ex oleo illitus lassitudines discutit. tumoribus hydropicorum medetur. dolores mitigat in sacculis admotus. Prurigines curat ex oleo & aceto infrictus, donec ad ignem sudent, & item impetigines, lepras, & scabiem. Ex melle, aceto, & oleo illitus, anginam leuat. illinuntur eo tosto & melle tonsillæ, & vuæ. eo autem vsto & polenta, vlcera in ore manantia, gingiuæ humoris cursu tentatæ, & vlcerum phagedenæ. vtilis est aduersus scorpionum ictus cum lini semine. contra serpentium morsus cum origano, melle, & hyssopo. aduersus ceralten cum pice, aut cedria, aut melle. in scolopendræ morsu cũ melle & aceto. contra vesparum ictus & crabronum. ex seuo vitulino, & ex eodem

p G. 4. de sim. me. ca. 21.
q G. 9. & 11. de sim. me.
r Ga. 3. de sim. me. ca. 5.
s Gal. 2. de na. fac. ca. 9.
t Ga. 1. de sim. me. ca. 4.
u Gal. 9. & 11. de sim. me.
x Ga. 6. de me. sm ge. ca. 2.
y Diosco.
z Ga. 4. de sim. me. ca. 20.
a. Diosco.

A albidas capitis pustulas, thymos, & tubercula curat. furunculos discutit ex vua passa, aut suillo adipe, aut melle. maturius concoquit testium tumores cum origano & fermento. medetur crocodilorum morsibus tritus in linteolo, & in aceto intinctus, si co loca quasi vinculis constringantur. recte etiam eo vtimur ex melle & in bestiarum morsibus, & in faciei sugillationibus. bibitur ex aceto multo aduersus opium, & fungos. luxatis imponitur cum farina & melle. si quis igne adustus est, huic prodest, sale & oleo vngi, hoc enim pustulas excitari non sinit. illitus cum aceto aut hyssopo sistit ignem sacrum, & vlcera, quæ serpunt.

De Nitro.

[a] Est etiam Nitrum, & Nitri spuma, & Aphronitrum.[b] habent omnia tenuẽ substantiam.[c] Ac verò differt aphronitrum à spuma nitri, quòd hæc similis est aspectu farinæ triticeæ, & candida: illud farinæ speciem non habet, neque solutum est, sed concretum, & consistens: cuius est quotidianus vsus ad purganda balnea. Nitri spuma tenuioris essentiæ est, quàm nitrum.[d] habet tamen & ipsum partes tenues, [e] præcipuè quod Berenicium appellant.[f] Aphronitrum partibus tenuibus constat, si in genere terrestrium respicias: & in aqua facile soluitur.[g] illud excipimus, quod prauum est: id enim & durum, & crassum est, neque in aqua facile eliquatur.[h] In omnibus summa est amaritudo. [i] Probatur maximè nitrum id, quod & leue est, & roseum colorem, aut cãdidum habet, B quod in foramina dehiscit, quasi spongiosum quiddam. eiusmodi ex Illyrico apportãt, à Bumiorum ciuitate. Nitri spuma eligenda est leuissima, glebosa, friabilis, colore pene purpureo, spumosa, mordens, cuiusmodi ex Philadelphia Lidiæ afferunt. secundas partes habet ægyptia. gignitur etiam in Cariæ Magnesia.

a Ga. 4. de sim. me. ca. 20.
b Ga. 3. de me. sm ge. ca. 2.
c G. 9. de sim. me.
d Ga. 6. de me. sm lo. ca. 1.
e G. 8. metho. ca. 4.
f Gal. 3. de me. sm ge. ca. 2.
g G. 4. de sim. me. ca. 21.
h Ca. 20.
i Diosco.

[k] Omnia genera calida sunt: nitrum tamẽ minus quàm nitri spuma, & aphronitrum. [l] propterea dictum est à nobis in superioribus, nitrosas aquas calidas esse.[m] Ac verò nitri spuma eiusdem est naturæ cum nitro, & facultatis, licet essentiam tenuiorem habeat. In omnibus etiam generibus vis est, qua persiccare possunt:[n] & eadem quidem in aphronitro vehemens, quemadmodum etiam in sale: sed sal præterea astringentem habet,[o] quæ in aphronitro aut minima est,[p] aut certè nulla. quò verò sal plus astringit ꝙ aphronitrum, eò minus abstergentis facultatis habet. Nitrum verò facultatem habet, quæ in medio consistit inter salis & aphronitri vires:[q] vstum propius ad aphronitri naturam accedit. nam ex vstione tenuius redditur. siccat igitur nitrum, & digerit. Idem si deuoretur, incidit, & attenuat, crassos & lentos succos, multò vehementius quàm sal. Aphronitrum, nisi magna necessitas incumbat, deuorandum non est, propterea quòd stomacho est infensum, quando quidem etiam plus nitro incidat. Solebat eo vti rustiscus quidam, vbi fungi strangularent, & semper prosperè. nos potius vtimur nitro, aut combusto, aut eo, qui ignem expertus non sit, & multò etiam magis eius spuma.

k G. 4. de sim. me. ca. 21.
l G. in li. de tremo. ca. 5.
m G. 9. de sim. me.
n G. ca. de sale.
o G. 4. de sim. me. ca. 20.
p Ga. 9. de sim. me. ca. de sale, & aphronitro.
q Ca. de nitro.

C [r] In torminibus prodest nitrum bibere, cum cumino tritum, ex aqua mulsa, aut sapa, aut ex aliis quibusdam, quæ possint flatus discutere: cuiusmodi ruta est, aut anethum. In febribus circuitu reuertentibus illinendum est ante accessionem. Miscetur cataplasmatis extrahentibus, discutientibus, attenuantibus, & lepras abstergentibus. Si in auribus inflationes sunt, si ex eisdem sanies iugiter decurrit, si sonitus intra eas percipitur, vtile est nitri spumam, aut ex aqua calida, aut ex vino infundere. si sordes aurium repurgandæ sunt, eandem ex aceto instillari confert. ex asinino, aut suillo adipe, medetur canum morsibus. Resinæ admixta furunculos aperit. si aquæ intercutem morbus est adiuuat cum fico illita. si neruorum distentio affligit, qua caput scapulis annectatur, græci opisthotonum appellant, & caput luxatum sit, rectè eadem cum cærato illinitur. In linguę resolutione pani vtiliter commiscetur.

r Diosco.

De Sulfure.

[s] Est etiam sulfur tenuis substantiæ & calidæ naturæ.[t] ac verò attrahendi, & abstergendi facultatem habet.[u] Idem discutit, & celeriter cõcoquit,[x] & minimè repellit. Prodest eo vti aduersus virus multorum animalium, & precipuè turturis marini, & draconis. imponitur enim ictę parti, aut aridus per se, aut saliua, vel oleo vetere, vel melle, vel terebenthina resina resolutus. sanat cum eadem resina scabiem, impetiginem, le-

s Ga. 3. de me. sm ge. ca. 2.
t Ga. 9. de sim. me.
u Diosco.
x Ga. 9. de sim. me.

pram;

a Diosco.

pram:[a] & hanc postremam etiam cum aceto, atque vtiligenes. ex eadem resina vngues scabros aufert, & scorpionis ictibus medetur. Idem vtilis est aduersus tussim, asthma, purulentas excreationes, & ex ouo sumptus, & suffitus. eiusdem vsti fumo partus extrahuntur. In Regio morbo vtiliter fronti inspergitur cochlearis mensura, aut ex ouo tremulo sorbetur. grauedinibus & destillationibus medetur. Sudores aspersus cohibet. Qui pedum doloribus cruciantur, his illinendus est ex aqua & nitro. Sanatur eo grauis auditus, si illius fumus per fistulam in aurem recipiatur. suffitus lethargicos excitat. sanguinis profluuia sistit. si aures fractæ sunt, ex vino, & myrrha illini confert. Prurigines vniuerso corpore erumpentes cum nitro detersus sedat.[b] Alopeciam curat, aut ex liquido cerato, aut ex laureo oleo illitus.[c] Si neruus punctus est, optima medela est sulfur, cum tetrapharmaco,[d] aut oleo mixtus, dum sordium crassitudinem, aut mellis spissitudinem faciat.[e] Probatur maximè qui ignem minimè sit expertus, nitedulæ modo splendidus, pellucens, minimè lapidosus, virens, præpinguis. Plurimus in Melo & Lipara gignitur. D

b G. 1. de me. sm lo. ca. 2.
c Ga. 3. de me. sm ge. ca. 2.
d G. 6. metho, ca. 2.
e Diosco.

De Bitumine.

f G. 11. de sim. me.
g Diosco.
h G 1. de antido. ca. 4.
i Diosco.

[f] Bitumen nascitur in aqua marina, & in alijs quibusdam marinæ similibus, vt in Apollonio Epiri, & in alijs eiusmodi locis. multis aquis sponte nascentibus tanquam spuma inuenitur innatans, molle quidem eo tempore, quo supra aquam fertur, deinde verò exarescens pice sicca durius efficitur. Optimum generatur in mari mortuo, id stagnum est salsuginosum in caua syria, de quo in superioribus dictum est.[g] Probatur maximè iudaicum, & ex eo quod veluti purpura splendet, & graue est, ac vehementem habet odorem. Nigrum, & sordidum, vitiosum est. adulteratur pice,[h] quanquam credunt nonnulli, non posse ipsum vitiari.[i] gignitur in Phœnice, Babylone, Zacintho, & Sydone. liquidum inuenitur in Agragrantino Siciliæ, fontibus innatans quo vtuntur in lucernis pro oleo. Naphtha babylonij bituminis colamen est, colore candidum, inuenitur etiam nigrum. ignem rapit, & in se mutat. Est etiam bitumen, quod mixtum est cum pice, & eius odorem spirat: quapropter græci id Pissasphaltum appellant. nascitur in Apolloniatarum agro, circa Epidamnum. id ceraunijs montibus deuolutum impetu fluminis rapitur, æstuque in littus expuitur. vbi cogitur in glebas.[k] Bituminis natura calida est, & sicca, in secundo ordine.[l] Proinde in superioribus dictum est, bituminosas aquas calefacere nostra corpora, & siccare.[m] Idem discutit, glutinat, & emollit,[n] neque verò astringente aliqua facultate caret.[o] Vsus illius est in ijs medicamentis, quibus recentia vulnera glutinantur, & in omnibus alijs, quę siccare oportet, & moderatè calfacere.[p] Idem inflammationes oriri non sinit. si vulua procidit, si strangulat, auxilio est, olfatum, suffitum, impositum. suffitum detegit comitialem morbum. elicit mulierum purgationes ex vino & castoreo epotum. datur vtiliter in tussi vetere. in spirandi difficultate. remedio est contra serpentium morsus. & coxendicum, laterumque dolores. datur cœliacis catapotium ex eo deuorandum. ex aceto potum discutit sanguinem concretum. cum ptisana in aluum infunditur, si difficultas intestinorum affligit. odor eius suffitus destillationes sanat. dentibus dolentibus inductum mitigat eorum dolores. aridum specillo impositum replicat pilos pungētes. si pedum aliquis doloribus excruciatur, aut articulorum quorumcunque: si lethargus est, vtiliter illinitur. E F

k G. 12. de sim. me. & ca. 5. de me. sm ge. ca. 2.
l G. in li. de tre. ca. 5. & 1. de sa. tu. ca. 7.
m Diosco.
n G. 1. de sim. me. ca. 33.
o G. 11. de sim. me.
p Diosco.

De Alumine.

q G. 9. de sim. me.
r Diosco.
s G. de me. sm lo. ca. 1.
t Diosco.

[q] Aluminis varia genera sunt, scissile, rotūdum, astragalote, liquidum, placites, plinthites.[r] Verùm & si plurimæ sunt eius species, tamen maximè vtimur scissili, rotundo, & liquido.[s] postremum hoc phorimon appellant: quod quidem vilis est precij, & in omnibus regionibus facile reperitur.[t] In Aegypto nascitur ferè omne aluminis genus, & in eiusdem metallis inuenitur. gignitur etiam in alijs quibusdam locis, in Melo, in Macedonia, in Liparis, Sardonia, Hierapoli phrigiæ, Aphrica, Armenia, & plerisque alijs regionibus, rubricæ modo. Optimum est scissile, & in hoc genere potissimū commendatur recens, candidissimum, gustu per quam astringens, calculorum expers, non glebulosum, sed sigillatim in capillamenta quædam canescentia dehiscens: cuiusmodi est, quod trichitis ob id appellatur, in Aegypto nascens. reperitur lapis huic similis, dignoscitur

A gnoscitur verò gustu, quia non astringit. In rotundi genere damnatur, quod manu est confictum: id figura prodit. Probatur quod suapte natura est rotundum, bullis turgēs, quod ad album proximè accedit, quod vehementius astringit, quod præterea nonnihil habet palloris, cum quadam pinguedine, sine harenis, friabile, natione ægyptium, ex insula Melo. In liquidi genere: optimum id est, quod lympidum est, lacteum, æquale, succosum, sine lapidibus, & quendam caloris igniculum spirans.[a] Alumen omne crassas partes habet, minus tamen alijs scissile, deinde rotundum, & astragalotes: cætera genera liquidum, plācites, plinthites, partibus abunde crassis constant.[b] Natura calidum est,[c] & siccum euidenter.[d] immo verò positum est in tertio ordine exiccantium, neque verò vrit.[e] Omne genus summè astringit.[f] vtilius tamen est scissile, quàm liquidum, cum astringente facultate vti est opus, propterea quòd partibus tenuuioribus constat.[g] propterea cum aluminis mētio simpliciter incidit, scissile intelligitur:[h] immò verò alumen quodcunque græcè στυπτηρία appellatur, ab astringente vi; quæ in eo est vehementissima.[i] digerit etiam alumen, sed non summè, sicut summè astringit:[k] quia verò generosè astringit, ob id vlcera exiccat.[l] & propterea sanantur à scissili maligna vlcera.[m] Alumen ea expurgat, quæ caliginem oculis obducunt. genarum carnem, & cæteras excrescentias attenuat. Vritur & torretur quemadmodum chalcitis. putrescentia vlcera compescit. Sanguinis profluuia reprimit. gingiuas stringit, à quibus multus

B humor manat. Si dentes labant vtendum eo ex aceto; & melle. in oris vlceribus item ex melle. si papulæ erumpunt, si ex auribus humor decurrit, ex sanguinalis herbæ succo. incoctum cum brassicę folijs, aut melle, medetur leprę. Si prurigo est, si vngues scabri sunt, aut pterigijs tenentur, si perniones male habent, prodest ex aqua id illini. Ex aceti fece, & galla, quorum par pondus sit, voracium vlcerum famem cohibet. sic enim φαγέδαιναν interpretor, atque ea quæ depascendo serpunt (nomas appellant) cum duplici salis portione sistit. Porrigini, cum eruo & pice illitum medetur. si lendes aut pediculi sunt, vel si aliquis adustus est, confert eo ex aqua illini. Idem rectè adhibetur tumoribus, & contra alarum linguinumque fœtorem. Quod ex Melo est conceptionem prohibet, si ante coitum vuluæ ori imponatur. Partus extrahit. gingiuarum excrescentijs, vuæ, & tonsillis vtile est: Auribus, & obscœnis partibus ex melle illinitur.

De Misy & Chalciti.

[n] Et hæc ex metallicis sunt. nascuntur in Cypro, & alijs locis:[o] & genere cognata sunt, ex vna, vt ita dicam, radice nascentia.[p] proinde Chalcitis videtur commutari in Misy posse. ac verò tantum tenuitate & crassitudine dissident. Crassissimum est enim sori, Misy tenuissimum, medium inter hæc chalcitis. proinde Sori fundi non potest, quia lapidosius est. Misy verò ægrius quàm chalcitis eliquatur, quoniam magis est ab ingenito calore elaboratum, & ob id siccius chalciti. nascitur Misy super chalcitim, perinde vt ærugo super æs. ac verò sori etiam ipsum videtur posse in chalcitim verti.

C [q] Chalcitis æri similis esse debet, friabilis, non lapidosa, non inueterata, in qua venę oblongæ intercursent, ac splendidæ. Misy probatur Cyprium, auri simile, durum, quod friando auri imitetur colorem, & tanquam stella splendeat.[r] Vtriusque natura calida est & sicca vehementer.[s] immo verò tantus est in vtroque calor, vt adurere possint,[t] & crustam excitent. quanuis autem par sit in vtroque calor, tamen misy minus mordax est, quàm chalcitis,[u] ac minus adurit, quoniam tenuuiores partes habet quàm chalcitis.[x] cum acri illa vi est etiam in vtroque permixta ea, quæ astringit: sic tamen, vt illa hanc superet. non solum igitur vrunt ista medicamenta.[y] sed etiam abundè astringūt.[z] Abstergunt quoque, & repurgant,[a] & vbi minimè vsta fuerint exedendi facultatem habent.[b] vsta minus mordent, & astringunt, licet non minus siccent: & ideo melior est omnino chalcitis vsta quàm quæ ignem non est experta, vt quæ tenuuiores partes ex adustione habeat, neque tamen acrior reddita sit, immo verò si post vstionem elota fuerit minorem acrimoniam obtineat.[c] Purgant quæ oculis, & eorum angulis hęrent. igni sacro, & vlceribus serpentibus medentur. cum succo porri erumpentem ex vulua, & ex naribus sanguinem, sistunt. carunculam gingiuis enatam, vlcera depascētia, tonsillasque

a Ga. 9. de sim. me.
b Diosco.
c Ga. 4. de me. sim ge. ca. 6.
d Ga. 1. de sim. me. ca. vltimo.
e Gal. 6. de me. sim lo. ca. 3.
f Ca. 1.
g G. 4. de me. sim ge. ca. 5.
h Ga. 9. de sim. me.
i Gal. 4. de me. sim ge. ca. 5.
k Ca. 1.
l Gal. 6. de me. sim ge. ca. 1.
m Diosco.

n Ga. 9. de sim. me.
o Ga. 4. de me. sim ge. ca. 1.
p G. 9. de sim. me.
q Diosco.
r Ga. 2. de sim. me. ca 26.
s Ga. 1. de sim. me. ca. 33.
t Ga. 9. de sim. me.
u Gal 4. de me. sim ge. ca. 1.
x Ga. 9. de sim. me.
y Ga. 1. de sim. me. ca. 33.
z Ga. 4. de me. sim lo. ca. 1.
a Ga. 4. de me. sim ge. ca. 6.
b G. 9. de sim. me.
c Diosco.

fillasq́;,insperfus puluis reprimit. Vsta, & ex melle trita, vtiliora sunt ad oculorum medicamenta, genarũ callum & scabriciã abstergunt. tollunt fistulas collyrij modo indita. D

De. Atramento sutorio, seu chalcantho.

a Diosco.
b Ga.9.de sim. me.
c Ga.4.de sim. me.ca.7.
d Ga.4. de me. sm lo.ca.1.
e Ga.9. de sim. me.
f Ga.4. de me. sm lo.ca. 4.
g Diosco.

[a] Tria eius genera sunt, molle, concretum, & coctile appellatum, quod solet in Hispania confici. postremum hoc inutile & omnium inualidissimum est.[b] transit in dum in chalcitim atramentum sutorium. In eo calor est non leuis,[c] vt etiam mordicare possit.[d] siccitas verò tanta, vt inter metallica maximè siccet.[e] est etiam in eo vis astringendi validissima, licet cum ea calor sit coniunctus non modicus.[f] immo verò medicamentum hoc validissimum est eorum, in quibus cum acrimonia mista est astringendi facultas. vbi tamen vritur & eluitur multò moderatius efficitur.[g] Idem crustas excitat. latas ventris tineas enecat, drachmę pondere deuoratum, aut ex melle delinctum. Vomitum promouet. si quis fungos venenatos esitauit, ei vtile est ex aqua ipsum bibere. si caput purgandum est, vtendum eo ex aqua diluto, aut in nares idem ex vellere instillandum est.

IVLII AMALTHEI EPIGRAMMA.

Vos, quos languor edax, quos opprimit arida tabes,
Quorum funestas mors cubat ante fores.
Mergite vos vndis, latices haurite salubres,
Exuite his diram fontibus illuuiem.
Excipiet vos alma Salus rorantibus vlnis,
Illa colit riuos, illa tuetur aquas.
Quas ita paeonia Siccus virtute reclusit,
Ut pede Castalias Bellerophontis equus.

Venetijs apud hæredes Lucæantonij Iuntæ.
M D LIII.



B.